THEODORITI

ET

EVAGRII

HISTORIA ECCLESIASTICA.

ITEM

EXCERPTA EX HISTORIA ECCLESIASTICA

PHILOSTORGII

ET

THEODORI LECTORIS

GRÆCE ET LATINE.

GRÆCE ET LATINE

THEODORI LECTORIS

ET

PHILOSTORGII

EXCERPTA EX HISTORIA ECCLESIASTICA

ET

EVAGRII

ET

THEODORITI

ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ
ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ
ΚΑΙ
ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ
ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗ ΙΣΤΟΡΙΑ.
ΕΚΛΟΓΑΙ ΑΠΟ ΤΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΟΥ
ΚΑΙ
ΘΕΟΔΩΡΟΥ.

THEODORITI
EPISCOPI CYRI
ET
EVAGRII SCHOLASTICI
HISTORIA ECCLESIASTICA.
ITEM
EXCERPTA EX HISTORIIS
PHLOSTORGII
ET THEODORI LECTORIS,

HENRICUS VALESIUS *Græca ex MSS. Codicibus emendavit, Latine vertit, & Annotationibus illuſtravit.*

Hanc Editionem Criticis plurium Eruditorum Obſervationibus locupletavit

GULIELMUS READING,

Cleri LONDINENSIS Bibliothecarius.



CANTABRIGIÆ:
TYPIS ACADEMICIS.

Curâ CORNELII CROWNFIELD, Celeberrimæ Academiæ Typographi.

Impenſis Executorum JOANNIS NICHOLSON nuperi Bibliopolæ: & proſtant venales apud ROBERTUM KNAPLOCK & DANIELEM MIDWINTER, Bibliopolas LONDINENSES.

MDCCXX.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

ILLUSTRISSIMO VIRO, DOMINO
IOANNI BAPTISTÆ
COLBERTO
EQUITI, MARCHIONI DE SEIGNELAY,
REGIS CHRISTIANISSIMI A CONSILIIS
ET A SECRETIS,
MODERATORI REGALIS ÆRARII,
CURATORI PALATIORUM ET ÆDIUM REGIARUM.

DIUTURNO ac moleſtiſſimo labore perfunctus, jamque ad metam delatus operis mei, VIR ILLUSTRISSIME, non tantam ex ſuccedente otio capio voluptatem, quantam ex eo quod librum hunc nomini tuo nuncupaturus, non ingratum id tibi munus fore confido. Nam quod jampridem omnibus votis optaveram, ut locus aliquando mihi daretur publice teſtificandi quantum tibi ſtudia noſtra debeant, id in hujus operis limine mihi tandem videor conſecutus. Habent hoc præcipuum litteræ noſtræ, quod regibus & principibus viris gratias agere norunt, & accepta ab iis beneficia in publicam lucem ac notitiam proferunt, & ad poſterorum memoriam cum immortali laude tranſmittunt. Ac Regi quidem Chriſtianiſſimo ante aliquot annos gratias egi ob eximia ejus in rempublicam literariam merita. Tibi vero hoc volumen peculiariter dicatum eſt, cui uni plus debent literæ noſtræ, quam reliquis unquam debuerunt omnibus. Excipio Regem Chriſtianiſſimum. Sit hæc eximia laus Principis maximi. Qui cunctos retro Principes conſiliorum magnitudine & rerum geſtarum gloria ſupergreſſus, patronum ſe literarum palam profeſſus eſt, & labentibus diſciplinis ſalutarem manum porrexit: nec populares modo, verum etiam exteros, ad optimarum artium ſtudia liberalitate ſua incitavit. Qui cum nihil unquam niſi excellente quodam ju-

dicio & dicat & faciat, tum in hoc præcipue negotio Regiam prudentiam universis hominibus ostendit. Scit enim Rex sapientissimus, litteras summum decus esse atque ornamentum Reipublicæ. Scit Gallos suos, id quod ab antiquis etiam proditum est, non minus ingenii, quam armorum gloria semper illustres fuisse. Atque idcirco hanc laudem temporibus suis imminui non patitur: Sed eos qui laboribus ac vigiliis suis hoc tanquam hereditarium bonum patriæ suæ afferere conantur, præmiis ac muneribus ornare non desinit. Novit præterea, longe maximam utilitatem ex literis in rempublicam redundare. Eos qui liberalibus disciplinis exculti sint, reliquis hominibus longe antecellere: & sive in consiliis, sive in legationibus, sive in aliis publicis muneribus ad quæ animum applicuerint, supra cæteros eminere. Hinc est quod Principem Delphinum, spem ac decus Imperii sui, liberalibus disciplinis non leviter ac perfunctorie, sed serio & cum cura institui jubet, ut ad splendorem Regii generis, literarum quoque ornamentum accedat. Intelligit enim Rex maximus ac prudentissimus, verissimam esse vocem illam à Senatu Romano olim in Imperatoris nuncupatione prolatam: literatos Principes optime imperare. Hujusmodi igitur principem, Musarum ac liberalium Artium studiosissimum cum reperisses, tam propensæ ejus in literas voluntati minime defuisti: sed eam pro virili parte fovisti atque adjuvisti, tuaque opera ac ministerio perfeciſti ut ejus fructus ad quamplurimos perveniret. Nam primum quidem cunctos eruditionis laude florentes, tam in Gallia, quam in exteris regionibus, sollicite perveſtigasti. Eorum deinde nomina qui liberalitate regia digni præ cæteris videbantur, Christianissimo Principi indicasti. Nemo itaque præteritum se conqueratur in hoc albo. Omnes enim adscripti sunt, qui publicatis ingenii sui monumentis nomen sibi aliquod in literis comparassent. Jam vero quoties ex hoc eruditorum numero quispiam opus à se elaboratum Regi maximo offerre voluerit, quanta cum humanitate eum excipis, & in ipsum Regiæ majestatis sacrarium introducis, munusque ejus suffragio tuo ac testimonio commendas: perficis denique, ut viso Principe maximo lætus atque hilaris abscedat. Illud autem quantæ benignitatis est, & quam providæ diligentiæ, quod recurrente quotannis tempore Regalium largi-

Vopiscus in Tacit.

tionum,

tionum, ſingulorum nomina Regi opportune ſuggeris, utque annuum cuique ſtipendium Regiæ manus annotatione tribuatur, ſedulo curas. Merito igitur omnes omnium gentium eruditi, te ſuffragatorem ſuum, te fautorem ſtudiorum, te alterum Mæcenatem agnoſcunt. Nam ut ille eruditos ſui temporis Auguſto Cæſari commendabat, ſic tu viros in omni genere doctrinæ excellentes LUDOVICO MAGNO in manum tradis, præmiis ejus ac muneribus locupletandos. In hoc etiam Mæcenati ſimilis, quod ut ille arcanorum Auguſti conſiliorum particeps fuit, ſic tu non in iis modo quæ ad literas ſpectant, ſed in publicis etiam Regni negotiis utiliſſimam Principi operam ac miniſterium præſtas. Teſtantur hoc, ut reliqua omittam, rationes ærarii, tuis conſiliis prudentiſſime ac diligentiſſime ordinatæ. Antehac enim vacuefactum erat ærarium, avaritia ac rapacitate quorundam hominum qui regiis opibus inhiabant, qui publicam pecuniam, velut aquam, ex canalibus publicis per occultos cuniculos ſuas in ædes derivabant. At nunc compreſſis eorum fraudibus ac rapinis, tanta quotidie vis auri atque argenti abſque ullo Provinciarum damno in regios theſauros influit, ut ad res maximas ſeu bello ſeu pace aggrediendas ac perficiendas abunde ſufficiat. Mirantur advenæ, & exterarum gentium Legati, tantam Chriſtianiſſimi Principis opulentiam. Obſtupeſcunt cum vident hanc magnificentiam ædium regiarum, quæ tot ab hinc annis cura tua ac ſollicitudine extruuntur, Regum noſtrorum magnitudini nunc demum reſpondentes: cum tam numeroſos exercitus conſcribi, tot pecunias conſumi vident in ſtipendia militum, in claſſes noſtras ac ſociorum, in dona denique ac munera quæ in dies pene ſingulos ex ærario Principis erogantur. Quæ quidem omnia, non aliunde quam ex proba adminiſtratione pecuniæ Regiæ, tanquam ex fonte, proveniunt. Ac Regi quidem Chriſtianiſſimo id præcipue acceptum ferre debemus, qui ærarium ſuum ſuperiorum temporum negligentia exhauſtum penitus & exinanitum, providentia ſua reſtituit. Non exigua tamen laus debetur etiam obſequio ac miniſterio tuo, quippe qui ſapientiſſimi Regis conſulta executioni mandaveris. Quod quanti momenti ſit, nemo eſt, ut opinor, qui non intelligat. Pleraque enim Regum conſilia, quamvis optima ac ſaluberrima, niſi diligens Miniſter accceſſerit, in irritum

tum cadere ſolent. Hæc ſunt induſtriæ ac diligentiæ tuæ, hæc fidei atque integritatis illuſtriſſima documenta, quibus ne ipſa quidem refragari poſſit invidia. Modeſtiam vero & frugalitatem ac temperantiam, quis unquam pro dignitate valeat prædicare? Non enim amplitudo dignitatis tuæ, te à recto virtutis tramite ad luxum ac delicias, aut ad otium ac deſidiam abduxit. Nihil tibi amplius contulit fortuna tua, quam ut plus tibi laboris indiceres; ut contentiore ſtudio, Regis negotiis & publicis commodis invigilares. Dies me deficiet, ſi reliquas dotes ac virtutes tuas velim percenſere. Tua vero privatim in me collata beneficia tacitus præterire, nec poſſum, nec debeo. Hujus enim rei potiſſimum cauſa compellare te hac Epiſtola inſtitui. Sed quoniam nec Præfationis hujus brevitas, nec modeſtia tua, hæc latius commemorari ſinit, finem dicendi faciam, generaliter tantum ea indicaſſe contentus; cum præſertim nefas eſſe exiſtimem, graviſſimas occupationes tuas prolixiori ſermone detinere. Id unum abs te peto, ut tertium hoc volumen Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ quod in tuo nomine apparere volui, benevole atque amanter excipias. Sit hoc meæ erga te obſervantiæ gratique animi perenne monumentum. Sit immortale præconium tuorum in me meritorum. Teſtetur noſtris atque externis hominibus, quantum tibi, quantum illuſtriſſimo Fratri tuo NICOLAO COLBERTO, Altiſſiodorenſi Epiſcopo debeam. Opto interim, ut in hac ſtatione in qua bono publico collocatus es, Deus Opt. Max. te florentiſſimum conſervet, quo & Chriſtianiſſimo Principi, & Patriæ tuæ ac Reipublicæ literariæ quam diutiſſime prodeſſe poſſis.

Illuſtriſſimo nomini tuo addictiſſimus
HENRICUS VALESIUS.

A D

AD STUDIOSOS ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LECTORES,

PRÆFATIO.

HABES hic, Lector, tertium ac poſtremum volumen Græcorum Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Scriptorum, pari cura ac diligentia qua ſuperiora duo, à me elaboratum. Nam & Græcus textus innumeris in locis ex optimorum exemplarium fide à me expurgatus eſt, & lacunæ quæ in prioribus editionibus occurrebant, ex eorumdem Codicum authoritate expletæ ſunt, præcipue in libris Evagrii ac Philoſtorgii. Novam præterea interpretationem Latinam adjeci: adeo ut univerſum jam corpus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, uno eodemque ſtilo expoſitum legi poſſit. Satius enim eſſe duxi novam interpretationem procudere, quam in aliorum verſionibus corrigendis moleſtam atque invidioſam operam impendere. Nihil juris in opus eorum qui ante nos hoc in ſtadio decurrerunt, nobis arrogare voluimus. Sua cuique laus & ſuus honor debetur: quem quidem nos integrum atque illibatum augere potius quam minuere perpetuo ſtudebimus. Annotationes denique ſubjeci, quibus & emendationum mearum rationem redderem, & ſi qua obſcura eſſent, & aliquid Eccleſiaſticæ aut ſæcularis antiquitatis reconditum continerent, exponerem. Et hæc quidem de omnibus Scriptoribus qui hoc volumine continentur, generaliter dicta ſint. Nunc de ſingulis agamus.

Primus in hoc volumine eſt Theodoritus Epiſcopus Cyri, vir tum ſuis ſcriptis, tum aliorum teſtimonio celeberrimus. De quo ne plura hic neceſſe habeam dicere, fecit diligentia doctiſſimi viri Jacobi Sirmundi, qui in editione operum Theodoriti, de ejus vita & ſcriptis abunde præfatus eſt. Quædam duntaxat de Eccleſiaſtica ejus Hiſtoria hic præmonenda eſſe duxi: ac tum demum quid in hac nova ejuſdem Hiſtoriæ editione a me præſtitum fuerit, exponam. Titulus quidem operis in editione Baſilienſi ita concipitur. τῦ μακαρίου Θεοδωρήτυ ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τόμοι πέντε. *Mirari quis non immerito poſſit, quid ſit quod Theodoritus, tum in titulo horum librorum, tum alibi paſſim, beatus tantum cognominatur, nec, ut alii Patres, ſancti Patris pronomine decoratur. Nam cum eximia vitæ ſanctitate præditus fuerit, & à prima ætate in Monaſterio inſtitutus, inde ad Epiſcopatum non ſponte ſed invitus acceſſerit: cum pro Eccleſiæ utilitate tot ac tantos labores pertulerit, tot tamque eruditis voluminibus, partim utriuſque Teſtamenti libros interpretatus ſit, partim adverſus hæreticos & Gentiles decertaverit; titulum ſancti Patris meritus profecto eſſe mihi videtur, ſi quis alius. Hoc enim titulo affici interdum videmus eos, qui Epiſcopi nunquam fuerunt. Exemplo ſit Beatus Ephrem, qui à Gregorio Nyſſeno & in Græcorum Menologio, hoc pronomine inſignitur, licet non ultra Diaconi gradum proceſſerit. Multi præterea in eodem Menologio appellantur ſancti Patres, ob id unum quod Epiſcopali munere ſumma cum laude perfuncti eſſent, quamvis nulla eorum ſcripta ad nos pervenerint. Fatendum certe eſt, Theodoritum noſtrum & ſanctitate vitæ & doctrina, multis ſanctorum Patrum æqualem fuiſſe. Sed ne inter ſanctos Patres referretur, duo præcipue ei obſtiterunt. Primum eſt, quod adverſus duodecim anathematiſmos Cyrilli Alexandrini ex profeſſo ſcripſit: Contra Cyrillum autem ſcribere, idem pene eſt quod adverſus Synodum Oecumenicam cui præfuit Cyrillus. Itaque Nicephorus Calliſtus in proœmio Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ diſerte affirmat, Theodoritum contra tertiam Oecumenicam Synodum ſcripſiſſe. Nocuit præterea Theodorito liber Apologeticus, quem pro defenſione Theodori Mopſueſteni Epiſcopi elucubravit, ut ipſe teſtatur in epiſtola ſexta ad Irenæum Epiſcopum Tyri. Quo loco Theodoritus magiſtrum ſuum diſerte appellat Theodorum Mopſueſtenum. Sane plures libros pro defenſione Theodori Mopſueſteni à Theodorito conſcriptos eſſe, teſtatur Imperator Juſtinianus in edicto de confeſſione rectæ Fidei ad univerſos Catholicos, cujus verba infra referemus. Cum igitur Theodorus Mopſueſtenus, pater*

PRÆFATIO.

Neſtorianæ impietatis habitus ſit, ejuſque ſcripta Synodi univerſalis judicio fuerint condemnata, non ſine cauſa Theodoritus, qui illum tam ſtudioſe defenderat, in ſuſpicionem venit hæreſeos. Atque idcirco, tametſi de Eccleſia Catholica optime meritus fuerit, nec natalis ejus dies annua commemoratione honoratus eſt, nec ipſe inter ſanctos Patres locum ſuum habet in Menologio. Atque hæc dicta ſint de illo τῦ μακαρίυ pronomine, quo Theodoritus noſter tum in hujus Hiſtoriæ, tum in aliorum operum inſcriptione afficitur. Nunc ad ipſam hiſtoriam accedamus: & quonam conſilio, quo tempore à Theodorito conſcripta, quot libris comprehenſa fuerit; quodnam item de illa judicium fuerit antiquorum ſimul ac recentiorum, breviter inquiramus. Quo conſilio Theodoritus ad ſcribendam Eccleſiaſticarum rerum Hiſtoriam ſe contulerit, ſatis ipſe declarat in proœmio ſui operis: ut ſcilicet res memoratu dignas, quæ ab iis temporibus in quibus Euſebius Cæſarienſis finem ſcribendi fecit, in Eccleſiis contigerant, poſterorum memoriæ commendaret. Idem quoque conſilium fuit Socratis atque Sozomeni. Hi enim tres uno eodemque tempore, id eſt ſub exitum imperii junioris Theodoſii, rerum Eccleſiaſticarum Hiſtoriam ſcribere aggreſſi, idem omnes ſcribendi principium ſumpſerunt, eumdemque finem hiſtoriæ ſuæ impoſuerunt. Ab iis enim temporibus exorſi, quibus Euſebius hiſtoriam ſuam terminaverat, ad extrema uſque Theodoſii junioris tempora narrationem ſuam produxerunt: adeo ut difficile ſit dicere, uter illorum prior, uter poſterior ſcripſerit. Ac de Socrate quidem & Sozomeno, ante hos quatuor annos, cum novam eorum editionem in lucem emitterem, in Præfatione mea ita ſenſi: Socratem Scholaſticum priorem Sozomeno ad Hiſtoriam ſcribendam ſe contuliſſe: idque firmis ac probabilibus argumentis, quantum fieri poteſt, adſtruere ſum conatus. Nunc vero de Theodorito idem affirmare auſim; videri illum poſt Socratem atque Sozomenum ad res Eccleſiaſticas ſcriptis mandandas animum applicuiſſe. Rationes vero quibus ut id ſentiam inducor, hæ fere ſunt. Primo enim omnes fere antiquos in ea fuiſſe ſententia animadverto. Certe Caſſiodorus Senator in Præfatione quam Tripartitæ Hiſtoriæ præfixit, ex tribus illis quos ſupra memoravi Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Scriptoribus, Theodoritum poſtremo loco nominat. Juſtinianus quoque Imperator in edicto de confeſſione veræ Fidei, & Photius in Bibliotheca eundem ordinem ſervat. Sed & Nicephorus Calliſtus in exordio Hiſtoriæ ſuæ, Eccleſiaſticorum Scriptorum indicem texens, Theodoritum noſtrum poſt Sozomenum collocat. Nec aliter Evagrius in proœmio operis ſui. Præterea Hiſtoriam Eccleſiaſticam Theodoriti nihil fere aliud eſſe quam ſupplementum Hiſtoriarum Socratis atque Sozomeni, facile deprehendet quiſquis eam attente perlegerit. Quæ enim ab illis prætermiſſa erant, Theodoritus noſter accurate commemorat. Quippe illi cum Conſtantinopoli degerent, ea potiſſimum quæ in Eccleſia Conſtantinopolitana contigerant, ſcriptis prodiderunt: quod quidem ipſe Socrates alicubi teſtatur. Reliqua vero aut penitus ab iis prætermiſſa ſunt, aut leviter tantum perſtricta. At Theodoritus, utpote qui in Orientis partibus vixit, res Orientalis Eccleſiæ diligentiſſime perſequitur. Cujuſmodi ſunt ea quæ de Meletio Antiocheno, de Flaviano item ac reliquis ejus ſucceſſoribus narrat. Item quæ de Euſebio Samoſatenſe Epiſcopo, de Barſe Edeſſeno; de Protogene atque Eulogio, de Pelagio Laodiceno, de Acacio Beræenſi, de Marcello denique Apamenſium Epiſcopo ſcripta nobis reliquit. De quibus cum Socrates ac Sozomenus nullam in hiſtoriis ſuis mentionem fecerint, res tantorum virorum præclare geſtæ, oblivioni penitus mandatæ eſſent, niſi Theodoriti noſtri diligentia eas ab interitu vindicaſſet. Certe Theodoritus in principio operis ſui id nobis innuere videtur, cum ſcribit, ea ſe literis mandare inſtituiſſe, quæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ deerant. τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τὰ λειπόμενα συγγράψαι πειράσομαι. *Quanquam hæc Theodoriti verba aliter etiam intelligi poſſunt; ut in Annotationibus meis obſervavi. Ad hæc Theodoritus errores qui a Socrate ac Sozomeno admiſſi fuerant, non raro in Hiſtoria ſua corrigit; nam cum illi in rebus geſtis Athanaſii præcipue Alexandrini & Pauli Conſtantinopolitani referendis multa peccaſſent, Theodoritus ſuppreſſo eorum nomine, quod eſt hominis probi ac modeſti, errorem illorum emendare ſolet, quemadmodum in Annotationibus meis monui, ad lib. 2. cap. 4, 5. Ex his omnibus apparet, Theodoritum aliquanto poſt Socratem atque Sozomenum Hiſtoriam ſuam edidiſſe. Is enim Scriptor qui alios ſupplet atque emendat, poſt illos ſcripſiſſe convincitur. Denique Theodoritus poſt annum Chriſti* 448. *quo Eutyches errorem ſuum palam diſſeminare cœpit, Hiſtoriam ſuam publicavit; cum Socrates atque Sozomenus Conſulatu Theodoſii decimoſeptimo, id eſt anno Chriſti* 439 *Hiſtorias ſuas abſolverint. Certe Theodoritus noſter in libro quinto hujus Hiſtoriæ, capite tertio, Eutychetis opinionem jam tum cum hæc ſcriberet, turbas in Eccleſia concitaſſe ſcribit. Sic enim ait* Ex hac radice (*Apollinaris ſcilicet Laodiceni doctrina*) pullulavit in Eccleſiis opinio illa, unam eſſe naturam carnis ac Deitatis; & illa quæ Unigeniti Divinitati paſſionem adtribuit, & aliæ plures quæ tum inter populos, tum inter Sacerdotes aliarum Provinciarum, magnam diſcordiam concitarunt. Verum

hæc

hæc poſtea geſta ſunt. *Quibus verbis Eutychianos & Theopaſchitas haud obſcure deſignat, qui ex Apollinaris ſtirpe prognati erant, ut in Annotationibus obſervavi. Hinc eſt quod in epiſtola* 82. *ad Euſebium Epiſcopum Ancyræ, quæ data eſt anno natalis Dominici* 445. *Conſulatu Valentiniani ſexto & Nomi, omnium opuſculorum ſuorum indicem texens, nullam Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ mentionem facit. Quam certe nunquam omiſſurus erat, ſi tunc edita fuiſſet in lucem cum iſta ſcribebat. Alia enim recenſet opuſcula quæ longe inferioris ſunt meriti; puta, vitam Sanctorum, id eſt Hiſtoriam Philotheon. Scio quidem, Baronium hanc Theodoriti ad Euſebium Ancyranum epiſtolam in annum Chriſti* 443 *contuliſſe. Putavit enim Illuſtriſſimus Cardinalis, Theodoritum cuncta illic opuſcula ſua recenſere, tam quæ ante Synodum Epheſinam, quam quæ duodecim annis poſt eandem Synodum in vulgus ediderat. Sed, quod pace ſummi viri dictum ſit, non id dicit Theodoritus. Verba Theodoriti ſunt hæc, ut interpretatus eſt Sirmondus:* Ac ne quis exiſtimet metu perculſum me iſta nunc dicere, integrum eſt cui animus fuerit, antiqua opera mea evolvere, tum quæ ante Synodum Epheſinam, tum quæ poſt illam rurſum ante duodecim annos ſcripſi. *Græca Theodoriti ſic habent:* τοῖς πρὸ τῆς συνόδου τῆς ἐν ἐφέσῳ, καὶ τοῖς μεθ' ἑπτείνιν πάλιν πρὸ δυοκαίδεκα ἐτῶν. *Si vera eſſet Baronii ſententia, Theodoritus dixiſſet* ἀφ' δυοκαίδεκα ἐτῶν, *id eſt* per continuos duodecim annos. *Verum cum Theodoritus non per duodecim annos, ſed ante duodecim annos diſerte ſcripſerit, alius ſenſus ſit oportet horum verborum: ut ſcilicet Theodoritus quinque circiter aut ſex annis poſt Synodum Epheſinam libris ſcribendis vacaverit:* * *exinde vero per annos duodecim ſilentium tenuerit. Græca certe ejus verba quæ modo protuli, alium ſenſum non admittunt; ſed & Theodoritus ipſe in Epiſtola* 113. *ad Leonem Papam, ſententiam noſtram aperte confirmat. Quod ſi cui Baronii ſententia magis arrideat, equidem non magnopere repugnabo. Nam ſive anno Chriſti* 448, *quæ mea eſt opinio, ſive, ut Baronio placet, anno* 443 *ſcripta ſit hæc epiſtola, ſemper ex ea efficitur id quod dixi, Theodoritum ſcilicet poſt Socratem ac Sozomenum Hiſtoriam Eccleſiaſticam edidiſſe. Sed dicet aliquis: Si Theodoritus Hiſtoriam ſuam ſcripſit poſt Socratem, cur ergo Socrates quidem hæreſim Neſtorii & Epheſinæ Synodi geſta commemoravit: Theodoritus vero ne mentionem quidem ullam fecit Neſtorii? Cur Socrates Maximianum & Proclum Conſtantinopolis Epiſcopos qui Neſtorio ſucceſſerunt, reſque ſub illis geſtas, in Hiſtoria ſua retulit: Theodoritus autem noſter in Siſinnio Conſtantinopolitano Epiſcopo, qui deceſſor Neſtorii fuit, Hiſtoriam clauſit? Huic quæſtioni non difficile eſt reſpondere. Theodoritus cum ad Neſtorii tempora perveniſſet, eorum narrationem de induſtria declinavit, ne vulnus jam prope ſopitum ac ſanatum refricaret: neve tumultus ac perturbationes Eccleſiæ, quarum ipſe maxima pars fuerat, commemorando, aut ſanctiſſimos Antiſtites offendere, aut ſemetipſum reprehendere cogeretur. Hac de cauſa Theodoritus harum rerum Hiſtoriam, velut ſcopulum quemdam, conſulto vitavit: non quod ante Concilium Epheſinum Hiſtoriam ſuam ſcripſiſſet; ſed quia periculoſum exiſtimabat & lubricum, res in eo Concilio geſtas ſcriptis tradere. Satis enim conſtat, Theodoritum poſt ſupra dictam Synodum Epheſinam, Eccleſiaſticam Hiſtoriam edidiſſe. Idque tum ex his quæ ſupra dixi, manifeſtiſſime convincitur: tum ex eo quod Theodoritus ipſe ſcribit in libro quinto, capite* 36. *ubi de Joannis Chryſoſtomi obitu ſcribens, ait ejus reliquias diu poſtea in urbem Regiam allatas fuiſſe, juſſu junioris Theodoſii qui tum regnabat. Porro corpus Joannis Chryſoſtomi relatum eſt Conſtantinopolim Conſulatu Theodoſii decimo ſexto, ut teſtatur Socrates, id eſt anno Chriſti* 438. *elapſis jam fere annis ſeptem à Concilio Epheſino. Ex quo apparet veriſſimum eſſe id quod dixi, hiſtoriam ſcilicet Eccleſiaſticam diu poſt Epheſinam Synodum, & poſt damnationem Neſtorii, à Theodorito ſcriptam fuiſſe. De tempore quo Theodoritus Hiſtoriam ſuam edidit, ſatis jam dixi. Quod vero attinet ad numerum librorum ejuſdem Hiſtoriæ, quinque duntaxat ejus libri ad nos pervenerunt. Nec plures agnovit Photius ac Nicephorus, & ante illos Caſſiodorus Senator, atque Evagrius. Gennadius tamen in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, decem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libros a Theodorito ſcriptos eſſe affirmat, exemplo Cæſarienſis Euſebii: eoſque à fine librorum Euſebii, id eſt à vicennalibus Conſtantini, uſque ad Imperium Leonis ſenioris continua ſerie progredi. Sed Gennadii ſententiam ipſe refellit Theodoritus, qui in fine libri quinti diſerte teſtatur, ſe Hiſtoriam ſuam claudere in obitu præſtantiſſimorum Antiſtitum, Theodori Mopſueſteni & Theodoti Antiocheni: eamque complecti res annorum quinque ſupra centum ſpa-*

* *Exinde vero per annos duodecim ſilentium tenuerit*] Pagius ad annum 443. n. 3——8. oſtendit, Valeſium perperam explicaſſe verba Theodoriti ſupra adducta. Epiſtola iſta ad Euſebium Ancyranum ſcripta eſt anno 448. in qua Theodoritus loquitur, non de omnibus ſuis operibus, ſed de *Antiquis* tantum, quæ ante duodecim annos, hoc eſt, ante annum 436 in lucem emiſerat: ita enim legendum, non 426, ut errore typographico legitur in Editione Colonienſi. Nimirum circa annum iſtum Pax Eccleſiæ redintegrata eſt, & Theodoritus cum pleriſque aliis Diœceſeos Antiochenæ Epiſcopis, in gratiam cum Patriarcha ſuo redierunt. Provocat itaque Theodoritus ad libros ſuos, dum diſſidium circa Neſtorium duraret, ſcriptos. Porro Pagius ad annum 444, n. 14. probat *Philotheum*, ſive *Hiſtoriam Religioſam* à Theodorito iſto anno ſcriptam; unde aſſertio hæc Valeſii falſa eſſe colligitur. *W. Lowth.*

vio geſtas. Gerardus quidem Voſſius in libro de hiſtoricis Græcis, duplicem fuiſſe tenſet editionem Hiſtoriæ Theodoriti. Priorem, in qua ſex dumtaxat continebantur libri. Alteram vero, quæ alios quinque adjunctos haberet libros, quibus res in Eccleſia geſtæ à fine Theodoſii junioris uſque ad Leonis Imperium narrabantur. Verum hos quinque poſteriores libros temporis injuria periiſſe. Sed cum nemo ex veteribus plures quam quinque Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Theodoriti libros unquam agnoverit, equidem Gennadium hallucinatum eſſe potius crediderim, præſertim cum in Theodoriti operibus recenſendis valde negligens fuiſſe deprehendatur. Porro de hiſtoria Theodoriti, optime omnino judicavit Photius in Bibliotheca. Ejus ſtilum ait præſtantiorem eſſe Socratis ac Sozomeni ſtilo. Perſpicuum enim eſſe & grandem, nec tamen redundantem, ſed Hiſtoriæ rerum Eccleſiaſticarum aptiſſime convenientem: niſi quod tranſlationibus interdum utitur audacius, & ut ita dicam, putidé. Certe dum hanc Theodoriti Hiſtoriam in Latinum ſermonem converterem, veriſſimum eſſe id quod de metaphoris illis dixerat Photius, non ſine faſtidio deprehendi. Hujuſmodi enim figuræ, præcipue in hiſtoria rerum geſtarum, maximam moleſtiam pariunt interpreti. Illud præterea in hiſtoria Theodoriti reprehendendum mihi videtur, quod in toto opere nullam notam temporum adhibuit. Nam neque Conſules nominat, nec quo cujuſque Imperatoris anno res geſtæ ſint obſervat. Quanto magis laudanda eſt Socratis diligentia, qui nullum fere generale aut particulare Concilium, nullum majoris momenti negotium referre ſolet, quin Conſulatum ſimul adjungat, quæ certiſſima eſt temporum nota. Sed jam tempus eſt, ut de hac editione noſtra pauca dicamus. Tres omnino hujus hiſtoriæ editiones Græcæ hactenus prodierunt. Prima omnium excuſa eſt Baſileæ, anno natalis Dominici 1536. quam proxime ſequenti anno in Latinum ſermonem converſam edidit Joachimas Camerarius. Octo poſt annis eadem Theodoriti Hiſtoria Regiis typis excuſa prodiit Pariſiis ex officina Roberti Stephani, una cum reliquis Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Scriptoribus. Tertiam demum ejus editionem curavit Jacobus Sirmundus anno Chriſti 1642, quæ habetur in tomo tertio operum ejuſdem Theodoriti. Et Baſilienſis quidem editio ex optimo Codice Manuſcripto expreſſa eſt, cujuſmodi multis exemplaribus civitas illa olim abundavit. In Pariſienſi autem editione, Robertus Stephanus duobus uſus eſt MSS. Codicibus Bibliothecæ Regiæ: quorum ex altero variantes lectiones ad calcem editionis ſuæ ſubjunxit: quæ quidem nobis non inutiles fuerunt. Jacobi autem Sirmundi editio, cum in quibuſdam locis à duabus illis prioribus diſſentiat, ex quibus MSS. exemplaribus emendata fuerit, nobis adhuc incompertum eſt, cum Sirmundus in Præfatione ſua iſtud notare omiſerit. Quantum tamen conjectura aſſequi poſſumus, duobus illis Bibliothecæ Regiæ Codicibus quos Robertus Stephanus ſequutus fuerat, uſus videtur. Ego vero duos alios MSS. Codices Theodoritianæ Hiſtoriæ, eoſque optimæ notæ nactus, editionem hanc adornavi, ut omnium ultimam, ſic etiam emendatiſſimam. Primus fuit Codex Leonis Allatii, Tripartitam hiſtoriam continens, quam Theodorus Lector ex tribus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptoribus, Theodorito ſcilicet, Sozomeno ac Socrate collegerat, in duos diſtributam libros. Ex hoc Codice variantes lectiones in hiſtoria Theodoriti noſtri, Samuelis Tennulii Profeſſoris Noviomagenſis manu deſcriptas, dudum ad me miſit doctiſſimus vir & de literis optime meritus Leo Allatius. Porro hic Codex ultra ſecundum Theodoriti librum non procedit. Secundus Codex fuit olim Henrici Savilii doctiſſimi viri, qui nunc in Oxonienſi Bibliotheca ſervatur, ut accepi. Ex eo codice variantes Lectiones, ad latus editionis Roberti Stephani idem Savilius ſua manu adnotarat, ut docet Scholium quod in fronte primæ paginæ adſcripſit his verbis: Chriſtophorſonus ex tribus præſtantiſſimis MSS. exemplaribus, Vaticano, Veneto & Florentino, vulgatum hunc à Roberto Stephano codicem emendavit. Variæ Lectiones ex editione Chriſtophorſoni locis dubiis inſpiciendæ ſunt ad finem editionis Latinæ Coloniæ anno 1581. Nam eæ quæ hic apponuntur, ſunt ex manuſcripto meo, & cum illis fere conveniunt. Extat penes me editio illa Roberti Stephani, manu Henrici Savilii adnotata, quam Jacobus Uſſerius Armachanus, vir optimus ac doctiſſimus, dudum ad me miſit. Hujus igitur exemplaris ope tum alia loca quam plurima in Hiſtoria Theodoriti emendavi, tum indicem Epiſcoporum qui Patriarchales ſedes obtinuerunt à viceſimo anno Imperii Conſtantini uſque ad Principatum Theodoſii junioris, quem Jacobus Sirmondus mendoſiſſimum ediderat, puriorem atque integriorem dedi. Et initio quidem, Jacobi Sirmondi interpretationem ſufficere exiſtimabam, nec novæ tranſlationis laborem ſuſcipere decreveram. Poſtea vero cum animadvertiſſem, & ordinem capitum & alia quædam contra auctoritatem ſcriptorum exemplarium ab illo eſſe immutata, & ejus verſionem quibuſdam in locis ferri non poſſe, novam tandem verſionem aggreſſus ſum. Hactenus de Theodorito.

Secundum in hoc volumine obtinet locum Evagrius Scholaſticus. Fuit hic Syrus genere, perinde ac Theodoritus: ortus ex urbe Epiphania, quæ civitas fuit Syriæ ſecundæ, ut ipſe in titulo operis ſui prodidit. Itaque miror Gerardum Voſſium, qui in libro de Hiſtoricis Græcis p. 498. Evagrium Antiochenſem fuiſſe ſcribit. Atqui Evagrius ipſe, tum

in

in titulo Hiſtoriæ, tum in libro tertio capite 34. *diſerte teſtatur ſe domo Epiphanienſem fuiſſe. Illic enim de Coſma Epiſcopo Epiphaniæ loquens ita ſcribit*: Coſmas, *inquit*, Epiſcopus noſtræ Epiphaniæ, quam Orontes fluvius alluit, &c. *Sed & Photius in Bibliotheca cap.* 29. *Evagrium oriundum fuiſſe dicit Epiphania, urbe Syriæ Cœles. Mirum tamen eſt, Evagrium noſtrum non Epiphanienſem, ſed* ἐπιφανῆ, *id eſt*, illuſtrem, *duobus in locis appellari à Nicephoro Calliſto. Nam in capite primo libri primi Nicephori ita ſcribitur*: ὅ γε μὴν Εὐάγριος ὁ ἐπιφανὴς, &c. *Et in libro* 16. *cap.* 31. *locum Evagrii adducens Nicephorus, ex libro tertio capite* 34. *cujus paulo ante mentionem feci, ita ſcribit*: οἷα δὴ καὶ Εὐάγριος ὁ ἐπιφανὴς περὶ Σευήρου ἱστόρησεν. *Sed utrobique erratum eſſe cenſeo ab antiquariis, qui* ἐπιφανὴς *ſcripſerunt pro* Ἐπιφανθύς. *Certe Nicephorus ex ipſius Evagrii verbis quæ illic adducit, & quæ ſuperius à nobis prolata ſunt, perſpicue diſcere poterat Evagrium Epiphanienſem fuiſſe. Porro natus eſt Evagrius principatu Juſtiniani, anno natalis Dominici* 536. *vel* 537. *ut ex ipſius Evagrii teſtimonio demonſtravi Annot. ad cap.* 29. *lib.* 4. *Anno Chriſti* 540 *ludimagiſtro traditus eſt à parentibus, ut literas diſceret. Quo quidem tempore cum Thomas Apamenſium Epiſcopus finitimis urbibus denuntiaſſet, ſe vivificum Crucis lignum quod Apamiæ ſervabatur, certo die oſtenſurum eſſe, deductus eſt Evagrius à parentibus in eam urbem, & miraculum illud quod tum in Eccleſia factum eſt, oculis ſuis ſpectavit, ut teſtatur in lib.* 4. *capite* 26. *Id autem contigit anno Chriſti* 540 *cum Perſæ in Syriam irruptione facta Antiochiam incendiſſent: quod factum eſt Juſtino juniore Conſule, ut Marcellinus Comes, & Marius in Chronico tradiderunt. Biennio poſt cum lues inguinaria in Oriente graſſari cœpiſſet, Evagrius adhuc ſub ludimagiſtro literas diſcens, ea peſtilentia correptus eſt, ut ipſe teſtatur in capite* 29. *lib.* 4. *Relictis deinde Grammaticorum Scholis, Rhetoricæ operam dedit. Cumque magnos in hac arte progreſſus feciſſet, Advocatorum numero adſcriptus eſt. Unde etiam cognomentum retulit Scholaſtici: quæ vox Cauſidicum ſignificat, ut docet Macarius in homilia decima quinta his verbis*: ὁ θέλων μαθεῖν γράμματα, ἀπέρχεται καὶ μανθάνει τὰ σημεῖα· καὶ ὅταν γένηται ἐκεῖ πρῶτος, ἀπέρχεται εἰς τὴν σχολὴν τῶν Ῥωμαικῶν, καὶ ἔστιν ὅλων ἔσχατος. πάλιν ἐκεῖ ὅταν γένηται πρῶτος, ἀπέρχεται πρὸς τὴν σχολὴν τῶν γραμμάτων, καὶ ἔστι πάλιν ἐκεῖ ὅλων ἔσχατος, ἀρχάριος. εἶτα ὅταν γένηται σχολαστικὸς, ὅλων τῶν δικολόγων ἀρχάριος καὶ ἔσχατος ἐστί. πάλιν ὅταν ἐκεῖ γένηται πρῶτος, τότε γίνεται ἡγεμών. καὶ ὅταν γένηται ἄρχων, λαμβάνει ἑαυτῷ βοηθὸν τὸν συγκάθεδρον, *id eſt, ut interpretor*, qui negotia forenſia vult diſcere, abit primum & diſcit notas. Et poſtquam ibi primus evaſerit, vadit ad Scholam Romanorum, & eſt omnium poſtremus. Deinde cum hic primus extiterit, pergit ad Scholam Pragmaticorum: & hic rurſus fit omnium poſtremus, Novitius. Poſtea cum factus fuerit Scholaſticus, omnium cauſidicorum poſtremus eſt & Novitius. Deinde cum ibi primus evaſerit, tum fit Præſes: & poſtquam fuerit Præſes ſeu Rector Provinciæ, adjutorem ſibi aſſumit Conſiliarium ſive Aſſeſſorem. *In Græco textu Macarii emendavi* ὁ θέλων μαθεῖν πράγματα, *non ut vulgo legitur* γράμματα. *Porro qua in urbe Evagrius cauſidicinam exercuerit, incertum eſt. Suſpicor tamen eum Antiochiæ cauſas egiſſe: qua in urbe tria erant fora ſeu tribunalia, ac totidem Advocatorum Scholæ, ut ex Libanio obſervavi in meis ad Evagrium Annotationibus lib.* 1. *c.* 18. *Certe Epiphaniæ, quam ejus patriam fuiſſe ſupra docuimus, Advocatus eſſe non potuit, cum ea civitas forum judiciarium non haberet, ſed cauſas ſuas Apamiam deferret, qua in civitate Conſularis Syriæ ſecundæ jus dicebat. Verum ut Antiochiæ potius quam Apamiæ Advocatum fuiſſe credam Evagrium, hæc potiſſimum ratio facit, quod in ea urbe plurimum verſatus eſt, & uxorem ibi duxit, filioſque ex ea ſuſtulit. Filiam quoque ea in urbe nuptui dedit, ut teſtatur ipſe in libro quarto capite triceſimo nono. Quæ cum peſtilenti morbo extincta fuiſſet una cum filio, anno Imperatoris Mauricij decimo, Evagrius conjuge ac liberis ſuis orbatus ad ſecundas nuptias tranſiliit, & virginem puellam matrimonii jure in eadem urbe ſibi ſociavit, uti refert in libro ſexto capite octavo. Ubi etiam teſtatur, univerſam urbem ea de cauſa ferias egiſſe, ac publicam feſtivitatem, tum in pompa, tum circa thalamum celebraſſe. Ex quo obiter apparet, quanta ejus fuerit auctoritas Antiochiæ. Præterea Hiſtoriam ſuam ſcripſit Antiochiæ, ut colligitur ex capite* 20. *libri primi. Ubi loquens de profectione Hieroſolymitana Eudociæ Reginæ, ait eam veniſſe Antiochiam:* χρόνοις ὕστερον ἐπὶ τὴν ἁγίαν ἐπειγομένη πόλιν, ἐνταῦθά τε γίνεται, *id eſt*, quæ diu poſtea ad ſanctam pergens civitatem, huc venit (*Antiochiam ſcilicet*). *Degebat igitur Antiochiæ tum cum iſta ſcriberet Evagrius. Hinc eſt quod Evagrius opera & ædificia publica urbis Antiochiæ tam ſtudioſe recenſet, ut videre eſt in libro primo capite* 18. *& in libro tertio capite* 28. *Quibus in locis non obſcure indicat, ſe, dum iſta ſcriberet, Antiochiæ vixiſſe. Hinc etiam eſt, quod terræ motus quibus Antiochia ſubinde concuſſa eſt, tanta cura ac diligentia commemorat: & quod in temporum notatione annis Antiochenorum perpetuo utitur. Denique iſtud etiam colligitur ex capite ſeptimo libri ſexti, ubi ſcribit Gregorium Patriarcham Antiochenum, cum apud Joannem Comitem Orientis accuſatus fuiſſet inceſti à quodam argentario, ad Imperatorem & ad Synodum provocaſſe. Cumque Conſtantinopolim pergeret,*

coram Imperatore ac Synodo cauſam ſuam proſecuturus, Evagrium ſecum deduxiſſe, velut Aſſeſſorem & conſiliarium, ut ejus conſilio uteretur. Quibus verbis Evagrius ſatis aperte ſignificat, ſe Advocatum & Juriſperitum fuiſſe. Ex horum enim corpore Aſſeſſores ſumi ſolebant a magiſtratibus, tam civilibus, quam militaribus. Non ſolum autem in hoc criminali negotio, verum etiam aliis in cauſis Gregorius Conſiliarium habuit Evagrium. Nam cum eſſet Patriarcha Orientalis Eccleſiæ, & innumerabiles quotidie cauſas diſceptare eum oporteret, omnino Aſſeſſore aliquo opus habuit, qui Juris & Legum formulas ipſi ſuggereret. Certe verba Evagrii prorſus ſignificant id quod dixi. Ait enim περὶ τῶν ἐμοῦ παρεδρευόντων καὶ παρόντων με αὐτῷ κατὰ τὴν βασιλέως γένεσιν, τὴν ἀπολογίαν ὑφέξων. *Verum hac de re ſtudioſi pro arbitrio ſuo judicabunt. Mihi ſufficit conjecturam meam lectoribus propoſuiſſe. Cæterum idem Gregorius non ſolum in judiciis, ſed etiam in ſcribendis epiſtolis & in relationibus quas ad Imperatorem ſubinde mittebat, in concionibus item & orationibus, ingenio utebatur Evagrii, quemadmodum teſtatur Evagrius in fine operis ſui. Quod quidem volumen cum Evagrius non ſine conſenſu Gregorii Patriarchæ in lucem edidiſſet Principatu Tiberij Conſtantini, Quæſtoria dignitate ab eodem Imperatore donatus eſt. Nec multo poſt cum orationem compoſuiſſet de laudibus Mauricii Auguſti ob natalem Theodoſii nobiliſſimi pueri, codicillos Præfecturæ ab eodem Mauricio accepit, ut ipſe in Epilogo Hiſtoriæ ſuæ teſtatur. Verba Evagrij ſic interpretatus eſt Chriſtophorſonus:* Pro quibus duos honoris gradus conſecuti ſumus: Quæſturam à Tiberio Conſtantino, & munus tabularum ſervandarum, in quibus Præfectorum nomina inſcribebantur, à Mauricio Tiberio. *Quæ quidem prava interpretatio impoſuit Gerardo Voſſio & Philippo Labbæo. Nam Voſſius quidem in libro de Hiſtoricis Græcis, Chriſtophorſoni veſtigiis inſiſtens, ita dicit:* Pro duobus autem hiſce libris ait gemino ſe honore eſſe affectum. Nam à Tiberio Conſtantino Quæſtura fuiſſe ornatum: ſed à Mauricio conſecutum eſſe, ut Tabulis publicis præeſſet. *Philippus autem Labbæus in Diſſertatione de Scriptoribus Eccleſiaſticis, verſionem Chriſtophorſoni ſic interpolavit:* Seque duos honoris gradus ait conſecutum: & primum à Tiberio Conſtantino ad quæſturam evectum; tum à Mauricio munus adeptum ſervandarum Tabularum, in quibus non tam nomina, quam ipſa Præfectorum acta inſcribebantur. *Quanto melius Muſculus, qui Evagrij locum ita vertit:* Quarum etiam gratia duas dignitates ſumus conſecuti: Tiberio Conſtantino quæſtoratum largiente, Mauricio vero Tiberio literas hyparchicas mittente. *Codicillos Præfecturæ voluit dicere, quos Latini etiam literas appellant, ut jam pridem obſervavi in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum. Hinc eſt quod Evagrius in titulo Hiſtoriarum ſuarum, ſe* ἀπὸ ἐπάρχων *appellat, eo quod codicillis honorariæ præfecturæ ab Imp. donatus fuiſſet. Edidit poſtea idem Evagrius ſex libros Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, exorſus ab iis temporibus in quibus Theodoritus ac Socrates deſierant, id eſt ab Epheſina Synodo in qua damnatus ac depoſitus eſt Neſtorius: ab anno ſcilicet Chriſti 431. eamque ad duodecimum Mauricii Imperatoris annum perduxit, qui fuit annus natalis Dominici 594. Certe in libro 3. capite 33. de Severo Antiochenſe Epiſcopo loquens, quo tempore iſta ſcribebat, annum Antiochenorum fuiſſe dicit 641. Cum igitur æra Antiochenorum octo & quadraginta annis natalem Chriſti antevertat, deductis ex hoc numero annis 48. remanet annus Chriſti 594. Idem etiam conficitur ex cap. 29. lib. 4. ubi ſcribit Evagrius, dum iſta literis mandaret, luem illam inguinariam quæ totum orbem pervaſtavit, annis jam duobus & quinquaginta graſſatam eſſe. Graſſari autem cœperat hæc lues biennio poſt captam à Perſis Antiochiam, hoc eſt anno Chriſti 542. Cui annorum numero ſi duos & quinquaginta annos adjeceris, fiet annus Chriſti 594. Cæterum laudanda eſt in primis Evagrii diligentia, qui cum hiſtoriam Eccleſiaſticam ſcribere aggreſſus eſſet, quæcumque ad id argumentum ſpectabant, ex optimis Scriptoribus collegit, puta ex Priſco, Joanne, Zacharia, Euſtathio, & Procopio Rhetoribus. Stilus quoque ejus non improbandus eſt. Habet enim elegantiam & venuſtatem, ut teſtatur etiam Photius. Sed quod præcipue in Evagrio laudandum eſt, ex Græcis Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Scriptoribus, ſolus hic rectæ fidei doctrinam integram atque illibatam ſervavit, ut poſt Photium obſervavit Baronius in Annalibus. Illud tamen in eo reprehenſionem meretur, quod non tantam diligentiam adhibuit in conquirendis antiquitatis Eccleſiaſticæ monumentis, quantam in legendis profanis Scriptoribus. Certe totus fere liber ſextus in belli Perſici narratione conſumitur. Stilus præterea pleriſque in locis redundat ac luxuriat, ut recte judicavit Photius in Bibliotheca. Cujus* φιλτολογίας *exemplum habes in capite 2. lib. 1. ubi de Neſtorio ita dicit:* ἡ θεόμαχος γλῶσσα, τὸ καϊάφα δεύτερον συνέδριον, &c. *& in capite 3. libri 2. ubi templum ſanctæ Euphemiæ deſcribit quod erat Chalcedone, & aliis in locis quæ ſtudioſus Lector per ſe ipſe facile obſervabit. Porro hiſtoriam Evagrii primus omnium Robertus Stephanus Græce edidit ex unico Codice MS. Bibliothecæ Regiæ, admodum recente, nec valde bono. Pluribus enim in locis mancus eſt ac mutilus. Nos vero ex duobus MSS. optimæ notæ Codicibus, hiſtoriam Evagrii tot in locis emendavimus ac ſupplevimus, ut nunc primum edita poſſit videri.*

Primus

PRÆFATIO.

Primus fuit Codex Florentinus ex Bibliotheca S. Laurentii, quem cum editione Genevenſi contulit vir clariſſimus Michael Erminius, & varias ejus lectiones manu ſua deſcriptas ad me miſit. Quo quidem nomine plurimum ei me debere profiteor. Hic Codex omnium Evagrii exemplarium optimus eſt ac vetuſtiſſimus. Scriptus eſt enim in membranis ante annos plus minus quingentos, ut mihi retulit αὐτόπλης Emericus Bigotius, vir doctiſſimus ac de literis optime meritus: cujus beneficio atque interventu ſupra memoratas varias lectiones à Michaele Erminio V. C. miſſas accepi. In eodem Codice Florentino adſcripta erant in margine ſcholia quædam non inerudita, quæ nos in Annotationibus noſtris ſuo loco retulimus. Cæterum monendus eſt Lector, in hoc Codice Florentino Socratis Scholaſtici Hiſtoriam etiam contineri, cujus variantes lectiones manu ſua adnotatas idem Erminius ad me dudum tranſmiſit, ut ante annos quatuor teſtatus ſum in ea Præfatione quam Socratis ac Sozomeni editioni præfixi. Secundus Codex depromptus eſt ex Bibliotheca illuſtriſſimi Antiſtitis Caroli Mauricii Tellerij, Remenſis Archiepiſcopi: non valde vetuſtus ille quidem: bonus tamen & docti haminis manu deſcriptus. Hic Codex multis in locis magno nobis adjumento fuit, ut in Annotationibus noſtris ſubinde oſtendimus.

Sequuntur deinde Excerpta ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Philoſtorgii, quæ Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus ex duodecim ejus libris collegit. Ea primus omnium ante annos triginta in lucem edidit Jacobus Gothofredus Juriſconſultus, vir doctus quidem ac diligens, ſed qui Græcas literas primoribus tantum labris deguſtaverat, nec in pervolvendis MSS. exemplaribus Græcis ſatis erat exercitatus. Itaque ejus editio atque interpretatio Latina, mendis prope innumeris referta eſt: quod quidem Gothofredus ipſe in Prolegomenis non diffitetur. Ego vero cum duos Hiſtoriarum Philoſtorgii manuſcriptos codices nactus eſſem, novam hanc editionem aggreſſus ſum: in qua tum loca plurima quæ in editione Gothofredi corrupta erant, reſtitui, tum lacunas aliquot ſupplevi. Primus codex fuit Scoriacenſis, quem cum editione Gothofredi olim contulit vir doctiſſimus Lucas Holſtenius, & variantes ejus lectiones manu ſua ad latus ejuſdem editionis adſcriptas, paulo ante obitum ſuum ad me miſit. Interpretationem quoque Gothofredi idem Holſtenius ad marginem libri ſui interdum emendaverat, & quædam alia adnotaverat: quorum ego in Annotationibus meis ſedulo mentionem feci, ne doctiſſimi viri & de antiquitate Eccleſiaſtica bene meriti ſtudium ac labor ſua laude fraudaretur. Alter codex fuit nuper in Bibliotheca Samuelis Bocharti, viri eruditiſſimi, qui in libro de Animalibus ſacræ Scripturæ, hujus codicis interdum mentionem facit. Eſt ille quidem admodum recens, & paulo ante editionem Gothofredi in Italia deſcriptus ex manuſcripto exemplari Veneto ut opinor. Extat enim Venetiis manuſcriptum exemplar Hiſtoriarum Philoſtorgij, ut accepi ab Emerico Bigotio clariſſimo viro, qui omnes Italiæ Bibliothecas diligentiſſime perveſtigavit. Longe tamen præſtantior eſt eo codice quo uſus eſt Gothofredus. Hujus enim unius auxilio, prioris editionis vitia perſanata ſunt & expletæ lacunæ. Cæterum de Philoſtorgio plura hic dicere ſuperfluum puto, cum & Photius in horum Excerptorum Proœmio abunde de illo dixerit, & Jacobus Gothofredus in Prolegomenis ſuis cuncta quæ de illo dici poterant, ad ſatietatem uſque congeſſerit.

Poſtremus in hoc volumine eſt Theodorus Byzantius, Lector majoris Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. Hic duplex opus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ conſcripſit. Primum opus nihil aliud erat quam Hiſtoria Tripartita, duobus libris comprehenſa, quam ex Socrate, Sozomeno, ac Theodorito unum in corpus collegerat, à viceſimo anno Imperatoris Conſtantini uſque ad Principatum Juliani. Hujus Tripartitæ Hiſtoriæ notitiam Leoni Allatio debemus, qui primus hoc monumentum ex tenebris eruerat, & publica luce donaturum ſe eſſe promiſerat. Ejuſdem Hiſtoriæ manuſcriptum exemplar Venetiis in Bibliotheca ſancti Marci extare, jam pridem monuit Poſſevinus: quod etiam ab ſe viſum illic eſſe mihi teſtatus eſt Emericus Bigotius. Et initio quidem erat animus, hanc Tripartitam Theodori Lectoris Hiſtoriam cum hoc volumine in lucem edere. Sed quoniam non integra ad nos miſſa fuerat ab Allatio, ſed initia duntaxat ſingulorum capitum, adjectis ad marginem nominibus Scriptorum ex quibus deſcripta erant, & notatis paginis editionis Roberti Stephani, in quibus reliqua continebantur: ejus editionem ſuperfluam fore exiſtimavi, præſertim cum Scriptores ipſos ex quibus collecta eſt, integros habeamus; & varias lectiones ex eadem Hiſtoria excerptas, in Annotationibus meis ad Socratem & Sozomenum ac Theodoritum accurate retulerim. Secundum opus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Theodori Lectoris, duobus pariter libris comprehenſum fuit, quibus Theodorus res in Eccleſia geſtas ab iis temporibus in quibus deſierat Socrates, uſque ad Principatum Juſtini ſenioris complexus eſt. Ex iis duobus poſterioribus libris Excerpta quædam dumtaxat ſeu Collectanea ad nos pervenerunt, à Nicephoro Calliſto conſcripta, ut titulus ipſe indicat. Porro duplex hoc opus Theodori Lectoris, quidam ex veteribus unum in corpus compingebant, atque ita quatuor libros Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Theodori numerabant. Ex horum numero fuit Joannes Damaſcenus, qui in libro tertio de Imaginibus inſigne fragmentum proſert ex libro quarto Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Theodori, quod ad calcem excerptorum Theodori

odori in hac editione noſtra ſtudioſus Lector inveniet. Hinc etiam eſt, quod Suidas in Lexico ait, Theodorum Lectorem ſcripſiſſe Hiſtoriam Eccleſiaſticam a temporibus Conſtantini uſque ad Principatum Juſtiniani. Non quod Theodorus res in Eccleſia geſtas à tempore Conſtantini ad tempora Juſtiniani, ſeu potius Juſtini, continua ſerie ſcripſiſſet: ſed quod duos libros Hiſtoriæ Tripartitæ ex Socrate, Sozomeno, ac Theodorito excerptos, qui a Conſtantini temporibus exordiebantur, duobus aliis libris Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ab ſe compoſitæ præfixerat. Cæterum inter ſecundum ac tertium hujus Operis librum ingens erat hiatus, annorum circiter decem & ſexaginta, ab obitu videlicet Conſtantii ad extrema uſque tempora Theodoſii junioris: propterea quod Theodorus Lector Hiſtoriam ſuam Tripartitam non abſolverat integram, ſed in obitu Imperatoris Conſtantii deſierat. Alii vero duplex illud opus Theodori Lectoris diſtinxerunt, & quidem rectius, ob eam rationem quam modo dixi. Ita certe Nicephorus Calliſtus, qui Excerpta ſeu Collectanea ex ſecundo opere Theodori Lectoris nobis reliquit, non ex tertio & quarto Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Theodori libro, ſed ex primo & ex ſecundo ea prænotavit. Idem in libro primo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, dum omnes enumerat qui Eccleſiaſticam Hiſtoriam ante ipſum conſcripſerant, nullam prioris operis Theodori Lectoris mentionem facit, eo quod pars illa nihil aliud contineret quam excerpta ex Sozomeno & Socrate ac Theodorito. Solum vero commemorat opus poſterius Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Theodori Lectoris, quam ille ab iis temporibus in quibus Socrates & Sozomenus ac Theodoritus ſcribendi finem fecerant, ad ſua uſque tempora, id eſt ad principatum Juſtini ſenioris deduxerat. Ejus enim Imperatoris electionem refert in excerptis quæ ſuperſunt. Porro excerpta iſta ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Theodori Lectoris, primus in lucem edidit Robertus Stephanus, una cum reliquis Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Scriptoribus, ex manuſcripto codice Bibliothecæ Regiæ. Ego vero cum nullum alium hujus Hiſtoriæ codicem manu exaratum nanciſci potuiſſem, ex Theophane ac Nicephoro Calliſto qui integram Theodori Hiſtoriam habuerunt, excerpta iſta multis in locis emendavi atque ſupplevi, ut ex Annotationibus meis ſtudioſus Lector poterit cognoſcere. Novam quoque horum Collectaneorum latinam interpretationem dictavi, cum Muſculi verſio, quæ ſola hactenus in cunctis editionibus lecta eſt, quam plurimis in locis ferri non poſſet. Utinam vero Hiſtoriam Eccleſiaſticam Theodori integram hodie haberemus. Multa enim ſcitu digna in ea continebantur: Conſulatus quoque quibus quidque geſtum fuerat, accurate erant adſcripti, ut patet ex fragmentis quæ à me collecta ſunt. Cæterum re nunc attentius examinata, dubito utrum Nicephorus integram Theodori Lectoris Hiſtoriam legerit. Quantum enim ex accurata lectione Nicephori colligere poſſum, Nicephorus integrum opus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Theodori non viderat, ſed excerpta duntaxat quæ nunc habemus. Certe ſi integrum opus Theodori legiſſet Nicephorus, multo plura ac meliora inde in ſuam Hiſtoriam tranſtuliſſet. Quod cum ille non fecerit, ſed ſola ea retulerit quæ hodie leguntur in excerptis Theodori, apparet veriſſimum eſſe id quod dixi, integram ſcilicet Theodori Lectoris Hiſtoriam à Nicephoro viſam non fuiſſe. Quare verba illa ἀπὸ Φωνῆς ΝικηΦόρου, quæ leguntur in titulo Excerptorum Theodori, non ita accipienda ſunt, quaſi horum Excerptorum auctor fuerit Nicephorus. Sed id tantum ſignificant, Nicephorum Calliſtum hæc Excerpta amanuenſi ſuo dictaſſe. Eodem plane modo Leontii Scholaſtici liber de Sectis, quem primus in lucem edidit Leunclavius, inſcriptus eſt ἀπὸ Φωνῆς Θεοδώρου τῦ θεοφιλεςάτυ Ἀββᾶ, eo quod Theodorus Abbas librum illum Leontii amanuenſi ſuo dictaſſet.

Sequuntur Annotationes noſtræ in quatuor ſupra memoratos Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Scriptores. De quibus præter id quod hujus Præfationis initio dictum eſt, nihil amplius habeo quod dicam. His adnexi ſunt obſervationum Eccleſiaſticarum libelli duo. Prior de Petro Fullone Antiochenſis Eccleſiæ Epiſcopo, & de Synodis in quibus damnatus eſt. Alter vero de duplici Synodo Romana, & de duabus damnationibus Acacii Epiſcopi Conſtantinopolitani. In his duobus libellis multa, ut ſpero, ſtudioſus Lector inveniet, quæ ante me nemo, quod quidem ſciam, hactenus obſervarat. Appendicis autem loco ſubjunxi Diſſertationes tres Lucæ Holſtenii viri doctiſſimi, quas ille paulo ante obitum mihi tradi mandaverat, edendas ipſius nomine. Earum porro editionem conſulto ad hoc uſque tempus diſtuli, propterea quod duæ quidem priores agunt de epiſtola Synodica Alexandri Epiſcopi Alexandrini, quæ in hoc volumine continetur. Tertia vero eſt de Epiſcopatu Syneſii, cujus mentionem facit Evagrius noſter. Quod quidem idcirco te monendum eſſe duxi, ne quis fortaſſe quereretur earum Diſſertationum editionem nimium diu à me ſuppreſſam fuiſſe. Fruere igitur Lector hoc labore noſtro: & ſi quid commode à nobis tranſlatum & obſervatum inveneris, Deo optimo maximo mecum gratias age, qui mihi oculorum acie propemodum deſtituto, opus hoc Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ad exitum perducere conceſſit. Sicubi vero lapſum me eſſe deprehenderis, humaniter ignoſce. Homines enim ſumus, & ad errandum proclives. In nullo autem unquam labi, divinum eſt, ut vetus Poeta cecinit:

Μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐσὶ Θεοῦ, ϗ πάντα κατορθοῦν.

VETERUM

VETERUM TESTIMONIA
DE HISTORIA ECCLESIASTICA
THEODORITI.

Theodoritus in libro 4. hæreticarum fabularum, cap. 1. de Ario.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πλάτους ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ συγγεγράφας, περιττὸν ἡγοῦμαι ταῦτα λέγειν. *Id est,*

Sed cum hæc in Historia Ecclesiastica copiose conscripserim, superfluum puto eadem hic dicere.

Item in cap. 2. ejusdem libri, de Eudoxio.

Καὶ ἵνα μὴ πάντα λέγων μηκύνω, τούτων γὰρ πάντων ἐμνήσθην ἐν ἐκείνῃ τῇ συγγραφῇ, ἴσχυσε καὶ τὸν τῆς πόλεως ἐκείνης ἁρπάσαι θρόνον, καὶ τοὺς κηρύκων τῆς ἀληθείας τὰς ἐκκλησίας γυμνῶσαι. *Id est,*

Ac ne omnia singillatim referendo prolixior fiam: horum enim omnium in historia illa Ecclesiastica mentionem feci: eo potentiæ pervenit, ut & sedem illius urbis invaserit, & multas Ecclesias prædicatoribus veritatis orbaverit.

Cassiodorus Senator in Præfatione Historiæ Tripartitæ.

Hanc igitur Historiam Ecclesiasticam, quæ cunctis Christianis valde necessaria comprobatur, à tribus Græcis auctoribus mirabiliter constat esse conscriptam: uno scilicet Theodorito, venerabili Episcopo, & duobus disertissimis viris, Sozomeno & Socrate.

Gennadius in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis.

Theodoretus Cyri civitatis Episcopus; à Cyro enim Rege Persarum condita, servat hodieque apud Syriam nomen auctoris: scripsisse dicitur multa. Ad meam tamen notitiam ista sunt quæ venerunt. De Incarnatione Domini adversus Eutychen Presbyterum, & Dioscorum Alexandriæ Episcopum, qui humanam in Christo carnem fuisse negant, scripta fortia, per quæ confirmat & ratione & testimoniis Scripturarum, ita illum veram maternæ substantiæ carnem habuisse quam ex Matre virgine sumpsit, sicut & veram Deitatem, quam æterna nascibilitate Deo Patre gignente ipse nascendo accepit. Sunt & ejus decem Historiæ Ecclesiasticæ libri, quos imitatus Eusebium Cæsariensem scripsit, incipiens à fine librorum Eusebii usque ad suum tempus, id est a vicennalibus Constantini usque ad Imperium Leonis senioris, sub quo & mortuus est.

Theodorus Lector in Epistola quam præfixit Historiæ Ecclesiasticæ.

Post admirandum Eusebium cognomento Pamphilum, qui plurimum studii posuit in colligendis libris doctissimorum virorum qui res Ecclesiasticas conscripserant, non solum apud Christianos, verum etiam apud Judæos: & qui Historiam suam perduxit ad annum vicesimum piissimi & re vera ordinati à Deo principatus laudatissimi ac beatissimi Imp. Constantini: idem argumentum tractare aggressi viri Deo cari, pari cura ac diligentia, sicut ipsorum libri fidem facient, sequentium temporum Historiam conscripserunt: Theodoritus scilicet beatæ recordationis, Episcopus Cyri, & Sozomenus ac Socrates. In scribenda autem Historia non eamdem omnes viam tenuerunt: sed singuli peculiari modo ratiocinati sunt, & res gestas scriptis prodiderunt.

Imperator Justinianus in edicto de confessione rectæ Fidei ad omnes Catholicos, de Theodoro Mopsuesteno ita scribit pag. 853. Chronici Alex.

Καὶ ταῦτα μαρτυροῦσι Σωζόμενος ὁ Ἡσύχιος καὶ Σωκράτης καὶ Θεοδώρητος, ὁ πολλοὺς ὑπὲρ Θεοδώρου λόγους τε καὶ ἐπαίνους ἐκτείνας. *Id est,*

Atque hæc testantur Sozomenus, Hesychius, Socrates ac Theodoritus, qui pro Theodoro multos libros scripsit, eumque multis laudibus celebravit.

[*Liberatus Diaconus in Breviario, cap. 3.*

Theodoritus Episcopus in Eccles. Hist. Apollinarem & ejus hæresim sic notat: *Apollinaris Laodicenus, dum pietatis induerat vultum* &c.]

Evagrius Scholasticus in libro primo Historiæ Ecclesiasticæ cap. 1.

Eusebius inquam Pamphili, & Sozomenus, ac Theodoritus & Socrates, benignissimi Servatoris nostri adventum in terras, ejusdemque adscensum in cælum; tum ea quæ à divinis Apostolis & à fortissimis martyribus pro fide certantibus præclare sunt gesta: quidquid præterea, aut laude, aut vituperatione dignum actum est à nostris usque ad principatum Theodosii, omnium optime ac diligentissime scriptis prodiderunt.

Photius in Bibliotheca cap. 31. de Theodorito.

Ἀνεγνώσθη Θεοδωρήτου ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία. πάντων τῶν εἰρημένων κατάλληλον φέρεται τῇ ἱστορίᾳ μᾶλλον ἢ τὸς ἐπέθηκε. Σαφὴς τε γὰρ καὶ ὑψηλὸς ἢ ἀπέριττος. πλὴν ὅτι ὀλίγοτε ταῖς μεταφοραῖς παρεβόλως, καὶ ὥσπερ ἀπειροκάλως ἐχρήσατο. ἔτος καὶ πλατύτερον τῶν εἰρημένων, τὰ

τῆς δευτέρας συνόδου διέλαβε, χεδόν π τ ἄλλων ὥσπερ μόνον λλὰ τῆς ἐπιδρομῆς ἀφοσιωμένων, ἀλλ' ὃ βουλομένων τὶ δεῖ αὐτῆς εἰπεῖν. πλεὶ ἀλλὰ καὶ ὗτος ὐ πάντα λεπτομερῶς λέγ. ἄρχεται δ τῆς ἱστορίας πὸ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως, καὶ καταλήγ μέχρι τῆς Θεοδοσίου τοῦ νέου βασιλείας, καὶ μέχρι τῆς Θεοδώρου τελευτῆς, νίκα δ Κωνσταντινουπόλεως Σισίννιος ἦρχεν. *Id est,*

LECTA est Theodoriti Hiſtoria Eccleſiaſtica. Hic magis quam reliqui quos ſupra nominavi, convenientem Hiſtoriæ ſtilum adhibet. Clarus enim & grandis eſt minimeque redundans: niſi quod tranſlationibus interdum audacius, & pene inepte utitur. Hic etiam fuſius cæteris, ſecundæ Synodi geſta commemorat, quæ alii tanquam in tranſcurſu & obiter ac perfunctorie narrant, nec videntur de ea loqui velle. Verumtamen ne ipſe quidem omnia ſingillatim refert. Hiſtoriam inchoavit ab hæreſi Arii, & ad Principatum Theodoſii junioris pertexuit, & in morte Theodori Mopſueſteni deſiit, quo tempore Siſinnius Conſtantinopolis erat Epiſcopus.

Nicephorus Calliſtus in libro primo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. cap. 1.

PORRO Hermias Sozomenus, qui & Salaminius dicitur, & doctiſſimus Theodoritus Epiſcopus Cyri, qui tertiam Synodum impugnavit: item Deo inviſus Philoſtorgius, & qui cognomento quidem καθαρὸς, ſed animo minus puro fuit, Socrates, à fine Euſebii Cæſarienſis exorſi, uſque ad tempora Theodoſii junioris Hiſtoriam ſuam perduxerunt, cum omnes neſcio quo pacto idem ſibi argumentum propoſuiſſent.

In Theodoritum Epigramma ex veteri codice deſcriptum ab Henrico Savilio.

Τῆς θεοπείας καὶ λόγων θηγλωττίας
Καὶ ῥητορικῆς δεινότητος καὶ τέχνης
Ὡς ἄγαμαί σε καὶ πέθηπά σε πλέον,
Ὦ συγγραφεῦ ἄριστε καλλίστων λόγων.
Οὕτως διαυγεῖς καὶ φαεινοὶ λυχνίται,
Καὶ μάργαροι φίλτατοι οἱ σοὶ δὴ λόγοι,
Καὶ πρόξενοι μᾶ ἀρετῆς τῆς εοῦ,
Τῆς ἀθέου δὲ φιλίπυται κακίας.

Euſtathius in Commentariis ad lib. 2. *Iliadis, pag.* 264. *edit. Rom.*

Ὁ Ἐπίκτητος κύριον ὄνομα διὰ ῐ χ τοὺς τεχνικοὺς καὶ ὁ Θεοδώριτος. *Id eſt,*

EPICTITUS nomen proprium ſcribitur per i, itemque Theodoritus juxta grammaticos.

Suidas in Lexico.

Θεοδώριτος ὄνομα κύριον. Θεοδώρητος δὲ, διὰ τοῦ ή, ἡ δωρεὰ τοῦ Θεοῦ. *Id eſt,*

THEODORITUS nomen proprium. Θεοδώρητος autem per ή, adjectivum eſt ſignificans Donum Dei.

Ex actione quinta ſeptimæ Synodi Oecumenicæ, pag. 613.

ΕΚ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Εὐαγρίου, ἐκ τοῦ τετάρτου λόγου. μετὰ γὰρ τὸ προσβαλεῖν τῇ πόλει τὸν Χοσρόην, & cætera quæ habentur in cap. 27. libri quarti.

Ex Bibliotheca Photij cap. 29.

ΑΝεγνώσθη Εὐαγρίου σχολαστικοῦ, ἀπὸ ὑπάρχων, πόλεως δὲ Ἐπιφανοῦς τῆς κατὰ τὴν Κοίλιν Συρίαν, Ἐκκλησιαστικὴ Ἱστορία ἐν τόμοις ἓξ, ἀρχὴν ποιουμένη τὸ τέλ τῆς Σωκράτους καὶ Θεοδωρήτου Ἱστορίας, καὶ καταβᾶσα μέχρι τῆς βασιλείας Μαυρικίου, ἔτος δωδέκατον ἐν τῇ βασιλείᾳ ἄγοντος. ἔστι δὲ τὴν φράσιν οὐκ ἄχαρις, εἰ καί πως ἐξιτηλεύεσθαι ἐνίοτε δοκεῖ· ἐν δὲ τῇ τῶν δογμάτων ὀρθότητι ἀκριβὴς τῶν ἄλλων μᾶλλον ἱστορικῶν. ἔχει δὲ καὶ χρήσεις περὶ εἰκόνων. *Id eſt,*

LECTA eſt Evagrii Scholaſtici Expræfecti, nati Epiphania urbe Cœleſyriæ, Eccleſiaſtica Hiſtoria libris ſex: inchoans à fine Socratis & Theodoriti Hiſtoriarum, pertingenſque ad Mauricii annum duodecimum imperii. Stilus huic non ingratus, tametſi interdum redundare quodammodo videatur. Verum in dogmatum veritate cæteris hiſtoricis accuratior eſt. Habet autem & de imaginibus quædam teſtimonia.

Nicephorus Calliſtus in libro 1. *cap.* 1.

DEINCEPS vero Theodorus Lector Byzantius, & Baſilius Cilix, & Expræfectus Evagrius, ſuperiorum ante ipſos temporum res prætergreſſi, & tempora ſua ſtilo proſecuti, eorum quos modo diximus Hiſtoriis ſuas conjunxerunt, difficultatem reformidantes. Nonnulli etiam è vita inter ſcribendum excedentes, inſtitutum opus minime compleverunt. Ipſe quidem Evagrius Epiphanienſis, hiſtoriam uſque ad Juſtini ætatem deducit, maxima ex parte res prophanas tractans: quarum argumenta & materiam ex Euſtathio Syro, Zoſimo, Priſco, Joanne, Procopio Cæſarienſi, Agathia, qui illis temporibus continua ſerie inſignes fuere Oratores, & præterea ex aliis non pœnitendis hiſtoricis decerpſit.

Idem in libro 16. *cap.* 31.

QUÆ vero de Severo Evagrius Epiphanienſis memoriæ mandaverit, verbis hic ejus apponam. Scribit enim ad hunc modum: — & cætera, quæ extant in libro 3. Evagrii cap. 34.

VETERUM

VETERUM TESTIMONIA DE PHILOSTORGIO.

Photius in Bibliotheca, cap. 40.

LECTA est Philostorgii Ariani veluti Ecclesiastica Historia. Narrat autem fere contraria omnibus Ecclesiasticis Historicis, laudibus extollens quos novit Arianismo infectos, & conviciis Orthodoxos perfundens: ita ut hoc ejus opus non tam Historia esse videatur, quam hæreticorum laudatio, cum nuda & mera vituperatione atque accusatione Catholicorum. Stilus illi comptior; & poeticis sine tædio, minimeque ingratis vocibus utitur. Tropi quoque ac verba significantia gratiam ipsi cum jucunditate conciliant. Nisi quod interdum audacius ipsis, vel nimium detortis utendo, in frigidum & importunum sermonem incidit. Ornatur ab illo varie oratio, vel ad satietatem; ita ut in obscuritatem, nec eam semper gratam, occulte trahatur auditor. Sæpe etiam sententias apte suis locis inserit. Incipit autem ab Arii studio in hæresim atque exordio, usque ad Aetii impii hominis revocationem. Hic autem Aetius ab ipsis qui idem cum illo sentiebant hæreticis, propterea quod ipsos impietate superaret, ut ipse Philostorgius vel invitus refert, Diaconatu submotus, postea ab impiissimo Juliano Imp. revocatus humaniterq; exceptus est. Et hæc quidem ejus historia, uno volumine sex libros complexa, ad hoc usque tempus progreditur. Ipse vero scriptor mendax est, & à fabulis minime abstinens. Prædicatque doctrinæ quidem causa Aetium maxime & Eunomium: solos illos pietatis dogmata quæ temporis longinquitate obruta erant, repurgasse fingens. Miraculorum vero & vitæ gratia laudat Eusebium Nicomediæ Episcopum, quem etiam Magnum nominat, & Theophilum Indum, aliosque complures. Reprehendit vero Acacii maxime Cæsareæ Palæstinæ Episcopi, vim dicendi intolerabilem, & versutiam inexpugnabilem; quibus eum artibus oppressisse ait præ omnibus, tam eos qui idem sentire viderentur, odio tamen quodam divisi erant: quam eos qui contraria in religione sentiebant. Et hæc quidem jam à nobis lecta sunt. Exiguo autem post tempore lecti sunt in alio volumine sex quoque alii ejus libri: adeo ut totum ejus opus compleatur libris duodecim. Quorum librorum principes literæ si connectantur, scriptoris Philostorgii nomen conficiunt. Progreditur autem usque ad Theodosii junioris tempora, finem scribendi faciens quo tempore Theodosius post mortem Honorii, Romani Imperii sceptra Valentiniano juniori, Placidiæ & Constantini filio, patrueli suo tradidit. Quantumvis autem Philostorgius hic in Orthodoxos fureret, in Gregorium tamen cognomento Theologum incurrere non est ausus, cujus doctrinam vel invitus prædicat. Basilio vero Magno calumniam texere ausus est, qua illustriorem eum reddidit. Vim enim & venustatem sermonis in concionibus, ipsa rei evidentia fateri coactus est: temerarium tamen ipsum homo futilis appellat, nec in refutando exercitatum, eo quod, ut ait, Eunomii libris respondere ausus esset.

Nicephorus Callistus in libro primo cap. 1.

PORRO Hermias Sozomenus, qui & Salaminius dicitur, & doctissimus Theodoritus Cyri, qui tertiam Synodum impugnavit: item Deo invisus Philostorgius, & qui cognomento quidem καθαρὸς, sed animo minus puro fuit, Socrates, à fine Eusebii Cæsarienses exorsi, usque ad tempora Theodosii junioris historiam suam perduxerunt, cum omnes nescio quo pacto idem sibi argumentum proposuissent.

Idem in libro 9. *cap.* 19.

SED enim quæ Deo invisus Philostorgius, res gestas supradicti Theophili narrans fusius commemoravit, ea nunc paucis perstringemus. Ait igitur: — & cætera quæ leguntur in lib. 3. Philost. Sect. 6.

Idem in libro 12. *cap.* 19.

HUNC Eunomium, ut divinum hominem plurimum admiratur Ecclesiasticus scriptor Philostorgius. Prudentiam enim & virtutem ejus incomparabilem fuisse fingit, & oris formam & corporis partes decentissimas cum multa venustate prædicat, — & cætera quæ leguntur in libro decimo, capite 6.

Joannis Antiocheni, Suidæ, ac Nicetæ testimonia de Philostorgio habentur in Supplemento Philostorgii.

VETERUM TESTIMONIA DE HISTORIA ECCLESIASTICA THEODORI LECTORIS.

Suidas in Lexico.

Θεόδωρος ὁ ἀπὸ ἀναγνωστῶν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως· ἔγραψεν ἱστορίαν ἐκκλησιαστικὴν ἀπὸ τοῦ χρόνων Κωνσταντίνου, ἕως τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ. *Id est,*

THEODORUS ex Lectoribus magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, scripsit Historiam Ecclesiasticam à Constantini temporibus ad Imperium usque Justiniani.

Nicephorus Callistus in libro primo Historiæ Ecclesiasticæ, cap. 1.

ΕΝτεῦθεν πάλιν ὁ Βυζάντιος ἀναγνώστης Θεόδωρος, ᾧ ὁ Κίλιξ Βασίλειος, ᾧ ὁ ἀπὸ ἐπάρχων Εὐάγριος, τὰ τῶν ἀνωτέρω χρόνων ᾧ περὶ αὐτῶν ἱστορήσαντες, οἱ μὲν τοὺς οἰκείους χρόνους τοῖς ἐκείνων παρέζευξαν, τὸ τῆς πραγματείας δυσχερὲς ὑπολογισάμενοι.

σάμενοι· ἄλλοι δὲ ϗ τ βίον ἐν ταῖ συγγράφαι ἀπολιπόντες, τῳ τ ὀπιθολῆς ὑπάρξασιν ἤκιστα συνετέλεσαν. *Id est,*

DEINCEPS vero Theodorus Lector Byzantius, & Basilius Cilix, & Expræfectus Evagrius, superiorum ante ipsos temporum res prætergressi, & tempora sua stilo prosequuti, eorum quos modo diximus Historiis suas conjunxerunt, operis difficultatem reformidantes. Nonnulli etiam è vita inter scribendum excedentes, institutum opus minime compleverunt.

Reliquorum testimonia de Theodoro Lectore, Joannis scilicet Damasceni, Theophanis, & Patrum Synodi septimæ, habes infra in fragmentis Theodori Lectoris.

Proœmium Historiæ Ecclesiasticæ Tripartitæ Theodori Lectoris.

Θεοδώρε ἀναγνώστου Κωνσταντινοπόλεως ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας βιβλίον πρῶτον.

ΕΚ τινος ψήφε ἐπιξενῶσθαί μοι λαχόντι * κτ' τὸ ἡμέτερον Παφλαγόνων ἔθνος ἐν μητροπόλει τινὶ κώμα Γάγγρα, ϗ αὐτῇ τε ἀπολαύσαντι τῆς σῆς ἱερᾶς ὁμῶ ϗ τιμίε μοι κεφαλῆς, ἀναπαζόμην παρ' αὐτῆς, ἐξ αὐτῆς τὰς ὑποθέσεις ληψόμενος συναγαγεῖν τ ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριῶν τὰς ἐκθέσεις, ϗ μίαν τινα ἐξ αὐτῶν ἁρμόσασθαι σύνταξιν. ἐπειδὴ δ πατρικῇ κελεύσει ἀνελλέγην οὐκ ὄσιον, εἰ ϗ φράσεως τ πρεπούσης ἐλειπόμην, ἀλλ' ἐπὶ τὸ τοιοῦτον ἔργον ἀμελλητὶ ἦλθον, ὑμετέραις εὐχαῖς τεθαῤῥηκώς. Εὐσεβίῳ τῷ θαυμασιωτάτῳ τιμῶ ἐπίκλην Παμφίλου, κεχρημάτισται τὴν συλλογὴν τῶν ἀνέκαθεν τὰς τοιαύτας ἐκκλησιαστικὰς ὑποθέσεις λογίων ἀνδρῶν συγγεγραφότων, ϗ μόνον λέγω τῶν τοῦ Χριστιανοῖς φιλοσοφησάντων, ἀλλὰ ϗ παρ' Ἑβραίοις· ϗ τήνδε τ ἱστορικὴν σύνταξιν ποιησαμένῳ ἄχρι τοῦ εἰκοστοῦ ἔτους τ Φιλοχείρου ϗ ὡς ἀληθῶς ὑπὸ Θεοῦ χειροτονηθείσης βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ παιδοφήμου ϗ μακαριωτάτου ὧδε καταλύσαντος, ἐπὶ τὸ τοιοῦτον τ ὑποθέσεως σχῆμα μετὰ πολλῆς τ ἀκριβείας, ὥσπερ τ ἐκτεθέντων ἡ γραφὴ μαρτυρήσει, τ σπουδὴν πεποιήκεσαν θεοφιλεῖς ὁμῶ ϗ λογιώτατοι ἄνδρες· λέγω δὴ Θεοδώρητος ὁ τ ὁσίας μνήμης, γενόμενος ἐπίσκοπος Κύρου, ϗ Σωζόμενος, ϗ Σωκράτης. τ ὀπιλοίπων χρόνων ποιούμενοί τε πραγματείαν, οὐκ ἄμφω τ τοιοῦτον ὁμιλον ἠγέμενοι, ἀλλ' ἰδίᾳ ἕκαστος φιλοσοφήσας, ϗ τοὺς λόγους ἀναγράψας. ἐπεὶ οὖν τινά μεν τ κατ' καιροὺς πραχθέντων, ὑπὸ τ ἀκολουθίας ὠθούμενοι ἑκάτεροι ἀπεδείχθησαν φράσαντες, τινὰ δὲ ἰδιάζοντες, ὕλογον ᾠήθην, τὰ κοινῶς αὐτοῖς συμφωνούμενα ἀφ' τοῦ σαφέστερον ϗ ὑφαδέστερον διηγουμένῳ τῇ παρούσῃ βίβλῳ καταλάξαι, ὁ τῇ παρόντι ὠφελησομενόμενος ὡς ἄμφω συμπεφωνήκασι· τὰ δὲ ἑκάτερω πάλιν ἰδίως ἐκτεθέντα παραδηλώσω. ἄρξομαι δὲ τ ὑποθέσεως ἐκ τ ἱστορίας τοῦ μακαρίου Σωζομενοῦ.

Προσφωνητικὸν εἰς Θεοδόσιον τ βασιλέα Σωζομενοῦ.

Φασὶ τ παλαι αὐτοκρατόρων ὀπιμελές τι χρῆμα γενέσθαι, &c. ut habentur apud ipsum Sozom. à pag. 3. usque ad finem pag. 6.

Theodori Lectoris urbis Constantinopolitanæ Ecclesiasticæ Historiæ liber primus.

CUM nescio quam ob causam mihi contigisset, ut in vestra Paphlagonum Provincia hospitarer in ipsa Metrópoli quæ dicitur Gangra, utque sacro ac venerando mihi conspectu tuo illic fruerer, compellebas me, ut eos qui Ecclesiasticam Historiam ediderant colligerem, argumenta abs te sumpturus, eorumque unum quasi corpus componerem. Quando igitur nefas est paternis jussibus refragari, ego quamvis dictionis elegantia destitutus, ejusmodi opus incunctanter aggressus sum, tuis orationibus confisus. Post admirandum Eusebium cognomento Pamphilum, qui plurimum studii impendit in colligendis libris doctissimorum virorum qui res Ecclesiasticas conscripserant, non solum apud Christianos, verum etiam apud Judæos: & qui Historiam suam perduxit ad annum usque vicesimum piissimi & re vera à Deo ordinati Principatus, laudatissimi ac beatissimi Imperatoris Constantini: Idem argumentum tractare aggressi viri Deo cari, pari cura ac diligentia, sicut ipsorum libri fidem facient, sequentium temporum Historiam conscripserunt: Theodoritus scilicet beatæ recordationis, Episcopus Cyri, & Sozomenus ac Socrates. In scribenda autem Historia non eamdem viam omnes tenuerunt: sed singuli peculiari modo ratiocinati sunt, & res gestas scriptis prodiderunt. Quoniam igitur nonnulla quidem eorum quæ singulis temporibus gesta sunt, utrique similiter retulisse noscuntur, rerum scilicet ordine eos compellente: quædam vero diversa ratione commemorarunt: rationi consentaneum esse existimavi, ut ea quidem in quibus inter se consenserunt, verbis illius qui apertius & elegantius eadem retulerat, huic libro insererem, notans in margine ambos Scriptores inter se convenire. Ea vero quæ peculiariter ac diverso modo ab unoquoque eorum exposita sunt, pariter demonstrabo. Ordiar autem ab Historia beati Sozomeni.

Allocutio Sozomeni ad Imp. Theodosium.

PRISCOS Imperatores, diversarum quemque rerum studiosos fuisse memorant, *&c.*

In Proœmium Theodori Lectoris, Annotatio.

* ΚΑΤΑ' τὸ ἡμέτερον Παφλαγόνων ἔθνος. In MS. Codice Veneto legitur ὑμέτερον. Sed magis probo scripturam Codicis Allatiani. Quod si hanc lectionem sequi placet, necessario efficitur Theodorum Lectorem oriundum fuisse ex Provincia Paphlagonia. Certe ejus dictio nescio quid Paphlagonicum redolet. Ipse quoque Theodorus in hoc Proœmio ingenue fatetur, se in dicendo rudem esse & parum exercitatum. Tales autem erant Paphlagones, ut de Helpidio testatur Ammianus Marcellinus in libro 21. pag. 186. his verbis: *Ad Præfecturam promovetur Helpidius, ortus in Paphlagonia, aspectu vilis & lingua.* Si quis tamen Venetum Codicem secutus, ὑμέτερον scribere maluerit, equidem non magnopere repugnabo, præsertim cum verbum ἐπιξενῶσθαι quod præcessit, hanc scripturam confirmare videatur. Porro Theodorus Lector opus hoc suum cuidam Episcopo, aut potius Presbytero Gangrensis Ecclesiæ, hac epistola nuncupat. Hinc est quod sacrum caput & patrem eum appellat, ejusque precibus adjuvari se optat.

Prædictis hujus Operis Fautoribus adjiciendi & hi, qui ſerius nobis innotuerunt.

Thomas Bennet, S. T. P. Londinenſis, Eccleſiæ Sti Ægidii Cripplegate Vicarius.
Johannes Brakan, Generoſus, Sedgberiæ in Veſtmaria.
Joannes Bradford, Eccleſiæ ad Torringtoniam Nigram in Devonia Rector, Chart. maj.
Daniel Brown, *Chriſtopherus Bateman*, *Jacobus Bonwick*, *Timotheus Child*, *Awnſham Churchill* } Bibliopolæ Londinenſes.
Gulielmus Clayton, Bibliopola Manceſtrienſis.
——*Cradock*, Eccleſiæ ad Donningtoniam, in agro Salopienſi Rector.

——*Dickinſon*, Eccleſiæ ad Medenhamiam in agro Buckinghamienſi Vicarius.

Joannes Evans, Eccleſiæ ad Stocktoniam Rector.
Honoratiſſimus *Thomas* Dominus *Foley*, Baro de Kidderminſter.
Thomas Fairfax, Menſtoniæ, Generoſus.
Gulielmus Freeman, Bibliopola.
——*Ganton*, Theologus, Reptoniæ in agro Derbienſi.
Philippus Gretton, Springfeldiæ, in agro Eſſexienſi Theologus.
——*Grey*, Browtoniæ in Hantia Theologus.
Robertus Goſling, Bibliopola Londinenſis.

Thomas Hind, Eccleſiæ Ang. Presbyter.
Guilielmus Holbrook,
Franciſcus Hildyard, Bibliopola Eboracenſis.
Dom. *Theodorus Janſſenius*, Baronettus Londinenſis, Chart. maj.
Michael Johnſon, Bibliopola Lichfeldienſis.

Robertus Knaplock, Bibliopola, Londinenſis.

Jacobus Leiceſter, Bibliothecæ Eccleſiæ *Cathedralis Lichfeldiæ*, Præfectus.

Samuel Meade Armiger, chart. maj.
Joannes March, Bibliopola Exonienſis.
Daniel Midwinter, Bibliopola Londinenſis.

Thomas Neale, Ockinghamiæ, in agro Berocenſi Presbyter.

Honoratiſſimus *Thomas* Dominus *Parker*, ſummus Magnæ Britanniæ Cancellarius.
Johannes Parr, Generoſus.
——*Pinches*, Eccleſiæ ad Blenhillam in agro Staffordienſi Rector.
Thomas Rennel, S. T. P. Eccleſiæ ad Drew-Stenton in Devonia Rector.
——*Smallwood*, Eccleſiæ ad Moream in agro Staffordienſi Vicarius.
Carolus Skoulding, Eccleſiæ Ang. Presbyter.
Joannes Sprint, *Georgius Strahan* } Bibliopolæ Londinenſes.
Leonardus Twelves, Wallopiæ inferioris in Hantia Presbyter.
Guilielmus Taylor, *Benj. Took*, *Paulus Vaillant* } Bibliopolæ Londinenſes.

——*Walmeſley*, S. T. P. Decanus Lichfeldienſis.
——*Wynne*, Armiger, Serviens ad Legem.
Samuel Waters, è Societate Mercatorum ad Indiam Orientalem navigantium.
——*Wright*, Oakehamiæ in Rutlandia Presbyter.
Ricardus Wilkin, *Joannes Walthoe* } Bibliopolæ Londinenſes.
——*Webb*, Eccleſiæ ad Elfordiam in agro Staffordienſi Rector.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ

ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΟΜΟΙ ΠΕΝΤΕ.

THEODORITI

EPISCOPI CYRI

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

LIBRI QUINQUE.

HENRICO VALESIO *Interprete.*

HENRICO VALESIO VALESIANI

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

EPISCOPI CAVI

THEODORITI

LONDINI BRITT.

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ λόγος πρῶτος.

ά Ο τῆς ἱστορίας σκοπός.
β' Πόθεν ἤρξατο τῶν Ἀρειανῶν ἡ αἵρεσις,
γ' Καταλογος τῶν πρωτευόντων ἐπισκόπων.
δ' Αλεξάνδρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐπιστολὴ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως.
ε' Αρείου ἐπιστολὴ πρὸς Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας ἐπίσκοπον.
ς' Εὐσεβίου ἐπικόπου Νικομηδείας ἐπιστολὴ πρὸς Παυλῖνον ἐπίσκοπον Τύρου.
ζ' Τὰ κτ' τοῦ μεγάλου σύνοδον τοῦ ἐν Νικαίᾳ.
η' Ελεγχος τῶν Ἀρειανιζόντων ἐκ τῶν Εὐσταθίου καὶ Ἀθανασίου συγγραμμάτων.
θ' Τὰ κτ' Μελέτιον τὸν Αἰγύπτιον, ἐξ οὗ Μελετιανοὶ σχισματικοὶ μέχρι τοῦ παρόντος διέμειναν· καὶ συνοδικὴ περὶ τούτου ἐπιστολή.
ι' Επιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου πρὸς τοὺς ἀπολειφθέντας ἐπισκόπους, περὶ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ τυπωθέντων.
ια' Περὶ τῶν σιτηρεσίων τῶν ταῖς ἐκκλησίαις χορηγηθέντων, καὶ τῆς ἄλλης τοῦ βασιλέως ἀρετῆς.
ιβ' Επιστολὴ Εὐσεβίου τοῦ Καισαρείας ἐπισκόπου περὶ τῆς ἐκτεθείσης ἐν Νικαίᾳ πίστεως.
ιγ' Ελεγχος τῶν νῦν βλασφημούντων Ἀρειανῶν, ἐκ τῶν Εὐσεβίου τοῦ Καισαρείας ἐπισκόπου συγγραμμάτων.
ιδ' Περὶ τῆς Ἀρείου τελευτῆς, ἐκ τῆς Ἀθανασίου ἐπιστολῆς.
ιέ Επιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομῆς.
ις' Αλλη ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τῶν θείων γραφῶν κατασκευῆς.
ιζ' Αλλη τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Μακάριον τὸν ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων περὶ τῆς οἰκοδομίας τοῦ θείου ναοῦ.
ιη' Περὶ Ἑλένης τῆς τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου μητρὸς, καὶ τῆς περὶ τοῦ οἰκοδομίαν τοῦ θείου ναοῦ σπουδῆς.
ιθ' Περὶ τῆς νεωστὶ Εὐσεβίου τῆς Νικομηδείας μεταθέσεως.
κ' Επιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου κατὰ Εὐσεβίου καὶ Θεογνίου γραφεῖσα Νικομηδεῦσι.
κά Περὶ τῆς ὑπὸ Εὐσεβίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ γενομένης κτ' τοῦ ἁγίου Εὐσταθίου τοῦ τῆς Ἀντιοχέων ἐπισκόπου συσκευῆς.
κβ' Περὶ τῶν μετὰ τὴν ἔξοδον τοῦ ἁγίου Εὐσταθίου καταλαβόντων τὴν Ἀντιοχέων ἐπισκόπων αἱρετικῶν.
κγ' Περὶ τῆς Ἰνδῶν πίστεως.
κδ' Περὶ τῆς Ἰβήρων πρὸς τὸν θεὸν εὐσεβείας ποδηγίας.
κέ Επιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου πρὸς Σαπώριον τὸν βασιλέα Περσῶν, περὶ τῶν Χριστιανῶν γραφεῖσα.
κς' Περὶ τῆς κτ' τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου τυραννικῆς ἐπιβουλῆς.
κζ' Επιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου πρὸς Ἀλεξανδρεᾶς.
κή Αλλη κτ' Ἀθανασίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας.
κθ' Επιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου πρὸς τὴν σύνοδον.
λ' Περὶ τῆς ἐν Τύρῳ γενομένης συνόδου.
λά Περὶ τῶν ἐγκαινίων τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις γενομένων, καὶ τῆς ἐξορίας τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου.
λβ' Περὶ τῆς τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου βασιλέως ἀναθήκης.
λγ' Απολογία ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως.
λδ' Περὶ τῆς τοῦ βασιλέως τελευτῆς.

IN LIBRO PRIMO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ hæc continentur.

CAP. I. HISTORIÆ ſcopus.
II. Unde cœperit hæreſis Arianorum.
III. Enumeratio præcipuorum ſacerdotum.
IV. Epiſtola Alexandri Alexandriæ Epiſcopi ad Alexandrum Conſtantinopolitanum.
V. Epiſtola Arii ad Euſebium Nicomedienſem Epiſcopum.
VI. Euſebii Nicomedienſis Epiſtola ad Paulinum Tyri.
VII. De rebus geſtis in magna Synodo Nicæna.
VIII. Confutatio Arianorum ex libris Euſtathii & Athanaſii.
IX. De rebus Meletii Ægyptii, ex cujus nomine dicti ſunt Meletiani ſchiſmatici, qui ad hunc uſque diem perdurant, & Synodica de illo epiſtola.
X. Epiſtola Imp. Conſtantini ad Epiſcopos qui Synodo non interfuerant, de iis quæ decreta erant in Concilio.
XI. De annonis quas Eccleſiis tribui juſſit: & de aliis Imperatoris virtutibus.
XII. Euſebii Cæſarienſis Epiſcopi epiſtola de fide Nicææ expoſita.
XIII. Confutatio Arianorum noſtri temporis ex ſcriptis Euſebii Cæſarienſis.
XIV. De morte Arii ex epiſtola Athanaſii.
XV. Conſtantini Imper. epiſtola de conſtructione Eccleſiarum.
XVI. Alia ejuſd. Imp. epiſtola de conficiendis ſacris codicibus.
XVII. Alia ejuſd. Imp. epiſtola ad Macarium Hieroſolymitanum Epiſcopum de conſtructione ſacroſanctæ Eccleſiæ.
XVIII. De Helena matre Imp. Conſtantini, deque ejus ſtudio in ædificatione Eccleſiæ.
XIX. De illegitima tranſlatione Euſebii Nicomedienſis.
XX. Epiſtola Imp. Conſtantini adverſus Euſebium & Theogonium ad Nicomedienſes ſcripta.
XXI. De fraudulenta machinatione Euſebii & ſociorum ejus adverſus Euſtathium Epiſcopum Antiochenum.
XXII. De Epiſcopis hæreticis qui Antiochiæ ordinati ſunt poſt diſceſſum beati Euſtathii.
XXIII. De Indorum fide.
XXIV. De Iberorum converſione ad fidem.
XXV. Epiſtola Imp. Conſtantini ad Saporem Regem Perſarum.
XXVI. De inſidiis adverſus ſanctum Athanaſium comparatis.
XXVII. Epiſtola Imp. Conſtantini ad Alexandrinos.
XXVIII. Aliæ inſidiæ adverſus eund. Athanaſium.
XXIX. Imp. Conſtantini epiſtola ad Synodum Tyri.
XXX. De Synodo apud Tyrum celebrata.
XXXI. De Eccleſiæ dedicatione Hieroſolymis facta, deque exilio ſancti Athanaſii.
XXXII. De teſtamento beatiſſimi Imp. Conſtantini.
XXXIII. Ejuſd. Imp. defenſio.
XXXIV. De morte ſanctiſſimi Imperatoris Conſtantini.

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

1 ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΛΟΓΟΣ Α'.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ο τῆς ἱστορίας σκοπός.

2 Ζωγράφοι μὲν σανίσι καὶ τοίχοις τὰς παλαιὰς ἐγγεγράφοντες ἱστορίας, τέρψιν μὲν τοῖς ὁρῶσι προσφέρουσι· τῆς δὲ γενομένων τιμὴν μνήμιον, ἐπὶ πλεῖστον ἀνθοῦσαν φυλάττουσι. λογογράφοι δὲ, ἀντὶ μὲν σανίδων, ταῖς βίβλοις· ἀντὶ δὲ χρωμάτων, τοῖς τῆς λόγων ἄνθεσι κεχρημένοι, διαρκεστέραν καὶ μονιμωτέραν τῆς πεπραγμένων ποιοῦσι τὴν μνήμην. ὁ γὰρ χρόνος λωβᾶται τὰ ζωγράφων τὴν τέχνην. τούτου δὴ χάριν κἀγὼ 3 τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τὰ λειπόμενα συγγράψαι πειράσομαι. ὑπὸ γὰρ ὅσιον ᾠήθην, λαμπροτάτων ἔργων καὶ ὀνησιφόρων διηγημάτων τὸ κλέος παραδιδεῖν 4 τοῦ τῆς λήθης συλοῦμενον. διὸ γὰρ δὴ τοῦτο, καὶ τῶν συνήθων τινὲς ἐπὶ τόνδε μὲ τὸν πόνον πολλάκις παρώτρυναν. ἐγὼ δὲ, τῇ μὲν ἐμαυτοῦ δυνάμει τόδε τὸ ἔργον σταθμούμενος, τὴν ἐγχείρησιν ὀρρωδῶ. θαῤῥῶν δὲ τῷ φιλοτίμῳ δοτῆρι τῶν ἀγαθῶν, μείζοσιν ἢ κατ' ἐμαυτὸν ἐγχειρῶ. Εὐσέβιος μὲν οὖν ὁ Παλαιστῖνος, ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων

THEODORITI EPISCOPI CYRI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

LIBER I.

CAPUT I.

Historiæ scopus.

PICTORES quidem, dum veteres Historias in tabulis & in parietibus depingunt, non modo intuentium oblectant oculos, verum etiam memoriam rerum gestarum quam diutissime florentem conservant. Historiarum vero scriptores, qui tabularum loco libris, & colorum vice, orationis pigmentis utuntur, multo diuturniorem ac stabiliorem præstant memoriam rerum præteritarum. Etenim opus pictorum longinquitate temporis consumitur. Hanc ob causam ea quæ Historiæ Ecclesiasticæ adhuc deerant, ipse quoque scriptis mandare institui. Nefas enim esse duxi, æquo animo pati ut clarissimorum facinorum gloria, & fructus utilium narrationum, oblivioni tradantur. Qua etiam de causa quidam ex familiaribus meis sæpenumero me cohortati sunt, ut hunc laborem susciperem. Ego vero hinc vires meas, illinc opus ipsum æqua lance perpendens, aggredi quidem illud reformido. Fretus tamen munificentia largitoris bonorum omnium, majora viribus meis aggredior. Et Eusebius quidem Palæstinus, à sanctissimorum Apostolo-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Θεοδωρήτου] Codex Regius Pini habet Θεοδωρήτῳ hic & ubique.]

2 Ζωγράφοι μὲν] In editione quidem Roberti Stephani, & in editione Basilienſi quæ Stephani editionem novem annis anteceſſit, primum caput hujus libri non ab his verbis inchoatur; ſed ab iis quæ leguntur infra τῶν ἀνοσιουργῶν &c. quam diſtinctionem Joachimus Camerarius, & diu poſt illum Jacobus Sirmundus, in ſua verſione ambo ſecuti ſunt. Ego vero Chriſtophorſonum ſequi malui, qui primum caput exorſus eſt ab iis verbis quæ priore loco poſui. Ab illis autem verbis τῶν ἀνοσιουργῶν, ſecundi capitis initium duxit. Quam quidem diſtinctionem confirmant tituli Capitum, qui huic libro præfixi ſunt, tum in editione Baſilienſi, tum in editione Rob. Stephani.

3 Τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας τὰ λειπόμενα] In Manuſcripto codice Henrici Savilii ſcriptum eſt τὰ λείποντα. reliqui tamen codices nihil mutant. Duplex autem poteſt eſſe ſenſus hujus vocabuli. Aut enim vult dicere Theodoritus, ſe ea ſcripturum quæ ab aliis qui ſua ætate Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſcripſerant, Socrate ſcilicet ac Sozomeno, fuerant prætermiſſa. Aut id tantum vult dicere, ſe ea narraturum, quæ Euſebius intacta reliquerat. Et hic quidem ſenſus verior videtur ac ſimplicior. Subdit enim paulo poſt Theodoritus, orſurum ſe ab iis rebus in quibus Euſebius finem ſcribendi fecit. De Socrate autem ac Sozomeno ne verbum quidem dicit. Mihi tamen videtur, his verbis tacite eos deſignaſſe. Certe tota Theodoriti Hiſtoria nihil aliud continet quam τὰ παραλειπόμενα Socratis atque Sozomeni. Nam quemadmodum Joannes Evangeliſta, cum trium aliorum Evangelia perlegiſſet, ad ſcribendum impulſus eſſe dicitur, eo conſilio ut quæ ab illis omiſſa fuerant, ipſe ſuppleret; ita fere Theodoritus, poſt Socratem atque Sozomenum ad ſcribendam Hiſtoriam rerum Eccleſiaſticarum ſe contuliſſe mihi videtur, ut ea quæ eorum diligentiam fugerant, Poſteris traderet.

4 Συλώμενον] In Manuſcripto codice Henrici Savilii legitur συλώμενον, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus [ex codice Regio qui fuit olim J. Pini.] Contra vero duabus poſt lineis, ubi legitur παθημώμενον, codex Savilii habet παθημούμενον.

τῆς

SÆC. IV.

rum temporibus exorsus, res in Ecclesiis gestas usque ad Deo acceptum Constantini principatum perscripsit. Ego vero à fine Historiæ illius, initium operis mei sumam.

τῆς ἱστορίας ἀρξάμενος, [a]μέχρι τῆς Κωνσταντίνου θεοφιλοῦς βασιλείας, τὰ ταῖς ἐκκλησίαις συμβεβηκότα συνέγραψεν. ἐγὼ δὲ τῆς συγγραφῆς ἐκείνης τὸ τέλος, ἀρχὴν τῆς ἱστορίας ποιήσομαι. a

CAPUT II.

Unde cœperit hæresis Arianorum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Πόθεν ἤρξατο τῶν Ἀρειανῶν ἡ αἵρεσις.

SUBLATIS de medio scelestis illis atque impiis tyrannis, Maxentio scilicet, Maximino & Licinio, sedata est tempestas, quam furiæ illæ ac velut turbines quidam adversus Ecclesiam concitaverant: & compressis violentis flatibus, firma deinceps tranquillitate fruebatur Ecclesia. Quam quidem tranquillitatem Ecclesiæ præstitit Constantinus, omni laude dignissimus Imperator: qui non ab hominibus nec per homines, sed plane Divinitus, quemadmodum Paulus Apostolus, ad id vocatus fuerat. Leges enim tulit, quibus & victimas immolari simulacris vetabat, & Ecclesias exstrui præcipiebat. Rectores quoque eos provinciis præficiebat, qui Christiana religione exornati essent; mandans iis ut Sacerdotes honore afficerent: iis vero qui Sacerdotes contumelia afficere ausi essent, capitis supplicium intentans. Quo quidem tempore, alii Ecclesias quæ dirutæ fuerant denuo instaurarunt: alii novas prioribus laxiores ac splendidiores ædificarunt. Quæ dum ita fierent, res quidem nostræ lætæ ac prosperæ erant: adversarii vero mœrore ac luctu confundebantur. Nam simulacrorum quidem templa erant occlusa: in Ecclesiis vero dies festi, & hominum conventus frequentes agebantur. Verum invidus ac pessimus dæmon, pernicies generis humani, cum Ecclesiam tam felici cursu ferri cerneret, pati id non potuit: sed fraudulenta consilia excogitavit, Ecclesiam quæ ab omniũ conditore ac dominatore regitur, submergere omni studio connisus. Videbat enim patefactum jam esse Gentilium errorem, & varias dæmonum fraudes deprehensas: & res quidem creatas à plerisque jam non amplius adorari: earum autem loco conditorem ipsum hymnis celebrari. Quocirca jam non aperte adversus Deum servatoremque nostrum bellum excitavit: sed homines nactus Christianorum quidem vocabulo exornatos, verum ambitioni & inani gloriæ mancipatos, eos malitiæ suæ ministros designavit. Eorumque opera multos ad pri-

ΤΩΝ ἀνοσιουργῶν ἐκείνων καὶ δυσσεβῶν καταλυθέντων τυράννων, Μαξεντίου φημὶ καὶ Μαξιμίνου καὶ Λικιννίου, κατεπαύθη τῆς ἐκκλησίας ἡ ζάλη, ὡς οἱ ἀλάστορες ἐκεῖνοι καθάπερ τινες καταιγίδες ἐκίνησαν· καὶ γαλήνης λοιπὸν ἀπήλαυε σταθερᾶς, τῶν σφοδρῶν παυσαμένων ἀνέμων. καὶ Κωνσταντῖνος ὁ πανεύφημος βασιλεύς, ὃς οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλ' ὑπερανόθεν χεὶρ τὸν θεῖον ἀπόστολον τῆς κλήσεως ταύτης ἔτυχε, ταύτῃ αὐτῇ ἐπρυτάνευσε. νόμους γὰρ ἔγραψε, θύειν μὲν εἰδώλοις ἀπείργων, δομεῖσθαι δὲ τὰς ἐκκλησίας παρεγγυῶν. καὶ ἄρχοντας μὲν πίστει κοσμοῦντας ἐφίστη τοῖς ἔθνεσι, γεραίρειν κελεύων τοὺς ἱερέας, καὶ τοῖς παροινεῖν εἰς τούτους ὑπὲρ χειρῶν, ὄλεθρον ἀπειλῶν. τότε δή, οἱ μὲν τὰς καταλυθεῖσας ἐκκλησίας ἀνήγειρον· οἱ δὲ ἑτέρας θυρυτέρας ἀνῳκοδόμουν καὶ λαμπροτέρας. Τούτων οὕτω δρωμένων, τὰ μὲν ἡμέτερα, χαρᾶς μὲν ἔμπλεα καὶ θυμηδίας· τὰ δὲ τῶν ἐναντίων, κατηφείας καὶ ἀθυμίας μεστά. τὰ μὲν γὰρ τῶν εἰδώλων ἀπεκέκλειστο πεμφήν· ἐν δὲ ταῖς ἐκκλησίαις, ἑορταὶ καὶ πανηγύρεις ἐπετελοῦντο συχναί. ἀλλ' ὁ παμπόνηρος καὶ βάσκανος δαίμων ὁ τῶν ἀνθρώπων ἀλάστωρ, οὐκ ἤνεγκεν ἐξ ὑψηλῶν φερομένην τὴν ἐκκλησίαν ὁρῶν· ἀλλὰ ταῖς κακομηχάνοις ἐκείνῃ βυθλαῖς, καταδύσαι φιλονεικῶν τὸν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ καὶ δεσπότου τῶν ὅλων κυβερνωμένην. ἐώρα γὰρ τὴν Ἑλληνικὴν πλάνην δήλην γεγενημένην, καὶ φωραθέντα τὰ ποικίλα τῶν δαιμόνων τεχνάσματα· καὶ τὴν μὲν κτίσιν, οὐκέτι τὰ πλείστων οὐκ ἐπὶ προσκυνουμένην, τὸν δὲ ποιητὴν ἀντὶ ταύτης ὑμνούμενον. ὃ δὴ χαλεπῶν, οὐκ ἐπὶ προφανῶς τὸν Χριστὸν θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἀνερρίπιζε πόλεμον· ἀλλ' ἄνδρας εὑρὼν, τῆς μὲν Χριστιανικῆς προσηγορίας ἠξιωμένους, φιλοτιμίᾳ δὲ καὶ κενῇ δόξῃ δεδουλωμένους, ὄργανα τούτους τῶν οἰκείων ἀπέφηνε τεχνασμάτων· καὶ δὴ τούτων πολλοὺς εἰς τὴν

VALESII ANNOTATIONES.

1 *Ταύτῃ αὐτῆς ἐπρυτάνευσε*] In Manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est *αὐτῇ*, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Subauditur autem *ἐκκλησία*. Sed & paulo ante, ubi legitur *καὶ γαλήνης λοιπὸν ἀπήλαυε σταθερᾶς*, supplendum est necessario *ἡ ἐκκλησία*. Pro *ἐπρυτάνευσε*, melius in codice Savilii [& in Regio Codice J. Pini,] scribitur *ἐπρυτάνευσε*.

2 *Καταλύσαι φιλονεικῶν*] Hunc locum correxi ex codice Leonis Allatii, in quo scriptum est *καταδύσαι*, rectius proculdubio. Ita quoque excusum erat in editione Basilienſi. Quare miror Jacobum Sirmundum in editione sua vulgatam scripturam sequi maluisse. Sed verba quæ sequuntur, aperte convincunt Theodoritum ita scripsisse ut dixi: comparat enim Ecclesiam navi, cujus gubernator est Deus. Ita SS. Patres Ecclesiam comparare solent navi, ut videre est apud Clementem in epistola ad Jacobum fratrem Domini, [& Augustinum in Concione quarta in tertiam partem Psalmi 103.]

VARIORUM.

a *Μέχρι τῆς Κωνσταντίνου βασιλείας*] Hoc recte interpretatur Cl. *Pagi* de Monarchia Constantini, quam, post debellatum & occisum Licinium, auspicatus est anno 325. quo anno Historiam suam terminavit Eusebius. Vid. Critic. in Baronium, ad ann. 318 n. XI. *W. Lowth.*

Recte etiam Gennadius in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis ait, Theodoritum, *incipientem à fine librorum Eusebii, usque ad suum tempus, id est, à vicennalibus Constantini, usque ad Imperium Leonis Senioris sub quo mortuus est, Historiam deduxisse.* De Stylo ejus historico sic Photius: *Omnium quos proxime nominavi* (nominaverat autem Eusebium, Socratem, Sozomenum, & Evagrium) *convenientem magis historiæ Stylum adhibet. Clarus enim & grandis est, minimeque redundans; nisi quod translationibus interdum audacius, & pene inepte utitur.*

προτέραν

πρεσβυτέρων ἐπάνηγαγε πλάνῃ, ᾗ τὴν κτίσιν πάλιν προσκυνεῖσθαι προβουλόμενος, ἀλλὰ τὸν ποιητὴν ᾗ δημιουργὸν συνταχθῆναι τῇ κτίσει κατασκευάσας. ποῦ δὴ τοίνυν ἤρξατο, καὶ ὅπως ἔσπειρε τὰ ζιζάνια, ἐγὼ διηγήσομαι. Ἀλεξάνδρεια πόλις ἐστὶ μεγίστη καὶ πολυάνθρωπος· οὐκ Αἰγυπτίων μόνον, 1 ἀλλὰ καὶ Θηβαίων καὶ Λιβύων τῶν πρὸς Αἰγύπτῳ τοῦ ἡγεμονίαν πεπιστευμένη. ταύτης μετὰ Πέτρον ἐκεῖνον τὸν νικηφόρον ἀγωνιστὴν, ὃς ἐπὶ τῶν δυσσεβῶν ἐκείνων τυράννων τῷ μαρτυρίῳ τὸν στέφανον ἀνεδήσατο, Ἀχιλλᾶς μὲν ὀλίγον χρόνον προῆλθε, καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας κατέσχε πηδάλια. μετὰ δὲ τοῦτον, Ἀλέξανδρος ὁ γενναῖος τῶν θεσπεσίων δογμάτων γενόμενος εὐθυμαχος. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, Ἄρειος τῷ μὲν καταλόγῳ τῶν πρεσβυτέρων ἐντεταγμένος, τοῦ δὲ θείων γραφῶν 3 πεπιστευμένος ἐξήγησιν, εἰδὼν τὸν Ἀλέξανδρον τῆς φιλονεικοτέρας ἐγχειρισθέντα τοὺς λαοὺς, οὐκ ἤνεγκε τῷ φθόνῳ τοῦτο παραχωρῆσαι. ἀλλ' ὑπὸ τούτου νυττόμενος, ἀφορμὰς εἶδεν ἐπεζήτει καὶ μάχης. καὶ τοῦ μὲν ἀξιέπαινον τῷ ἀνδρὶ πολιτείαν θεώμενος, συκοφαντίας ὑφαίνειν οὐκ ἠδυνάτο· ἡσυχίαν δὲ ὅμως ἄγειν αὐτὸν ὁ φθόνος ἐκώλυε. τοῦτον θηρῶν ὁ τῆς ἀληθείας ἀντίπαλος, δι' αὐτοῦ κυκᾷ τὴν 4 κινεῖ τῆς ἐκκλησίας τοῦ ζάλου. τῇ γὰρ ἀποστολικῇ Ἀλεξάνδρου διδασκαλίᾳ, προφανῶς ἀντείνειν ἀνέπειθε. καὶ ὁ μὲν τοῖς θείοις λόγοις ἑπόμενος, ὁμότιμον ἔλεγε τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν, καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν ἔχειν τῷ γεγεννηκότι Θεῷ. ὁ δὲ Ἄρειος ἀντικρὺς τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενος, κτίσμα καὶ ποίημα προσηγόρευεν. καὶ τὸ μὴ ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν προσετίθη, 5 καὶ τἄλλα ὅσα ἐκ τῶν ἐκείνου γραμμάτων ἁφέξερον μαθησόμεθα. καὶ ταῦτα οὐ μόνον ἐν ἐκκλησίᾳ διετέλει λέγων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξω συλλόγοις καὶ συνεδρίοις. καὶ τὰς οἰκίας δὲ ξενοτῶν, ἐξηνδραποδίζετο ὅσους ἴσχυεν. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων συνήγορος, πρῶτον μὲν αὐτὸν παραινέσεσι 6 ἐπειρᾶτο πως μεταπείσαι καὶ συμβουλαῖς. ἐπειδὴ δὲ κορυβαντιῶντα εἶδε, καὶ ἀναφανδὸν κηρύττοντα τὴν ἀσέβειαν, τῶν ἱερατικῶν ἐξήλασε καταλόγων. ἤκουσε γὰρ τοῦ θείου νόμου βοῶντος, ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζῃ σε, ἔξελε αὐτὸν καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ.

orem superstitionis errorem revocavit. Non id quidem molitus, ut creaturam denuo colerent: sed efficiens, ut opifex & conditor universi in eodem cum creaturis ordine censeretur. Porro quo primum in loco, & qua ratione hujusmodi sparserit semina, hic exponam. Alexandria urbs est maxima & incolarum multitudine abundans; non Ægypti solum, verum etiam Thebaidis ac Libyæ quæ Ægypto finitima est, metropolis. In hac urbe, post Petrum, celebrem illum & glorioſum athletam, qui sub impiis illis tyrannis palmam martyrii est consecutus, Achillas exiguo tempore Ecclesiam gubernavit. Post illum vero Alexander, qui Evangelicæ doctrinæ propugnator fuit acerrimus, Ecclesiæ clavum susceptit. Eodem tempore Arius, qui in presbyterorum ordinem erat adscriptus, & cui sacrorum voluminum expositio commissa erat, cum Alexandrum videret Ecclesiæ administrationem susceptisse, livoris impetum ferre non potuit: sed invidiæ stimulis exagitatus, contentionis ac discordiæ causas aucupari cœpit. Et calumnias quidem adversus illum contexere nullas poterat, cum vitam ejus & conversationem omni laude dignam videret. Invidia tamen eum quiescere non sinebat. Hunc igitur nactus dæmon veritatis inimicus, ejus opera Ecclesiam miscere ac perturbare cœpit. Persuasit enim illi, ut Apostolicæ Alexandri doctrinæ palam contradiceret. Et Alexander quidem sacrarum literarum vestigiis insistens, Filium ejusdem esse dignitatis cum Patre, eandemque cum Deo, qui ipsum genuit, habere substantiam asserebat. Arius vero aperte veritatem impugnans, Filium Dei creaturam & facturam vocabat. Addebat etiam fuisse tempus cum non esset, & alia nonnulla, quæ ex ejus scriptis clarius cognoscemus. Atque hæc ille, non in Ecclesia solum, verum etiam in externis conventibus ac cœtibus assidue disserebat. Quinetiam domos circumiens, quotquot poterat, in sententiam suam traducebat. Verum Alexander Apostolicorum dogmatum vindex & patronus, primum admonitionibus & consiliis hominem ab instituto revocare conatus est. Sed ubi eum insanire, & impietatem suam palam prædicare animadvertit, ex presbyterorum ordine eum ejecit. Auscultaverat enim divinam legem ita jubentem: Si oculus tuus dexter scandalisat te, erue illum, & projice abs te.

Sæc. IV.

Arius quis.

Valesii Annotationes.

1 Λιβύων τῶν πρὸς Αἰγυπτίων] Malim scribere πρὸς Αἰγύπτῳ, ut legitur in editione Basilienſi.

2 Πρῶτον, καὶ] Hæ duæ voces desunt in editione Basilienſi, [& in Regio codice J. Pini,] nec videntur admodum necessariæ.

3 Τῆς ἱερωσύνης ἐγχειρισθέντα] In codice Savilii legitur τὴν ἀρχιερωσύνης, quemadmodum etiam edidit Jacobus Sirmundus [ex supradicto codice Regio.]

4 Τῇ γὰρ ἀποστολικῇ Ἀλεξάνδρου διδασκαλίᾳ] In codice Leonis Allatii [& in Regio Exemplari J. Pini,] & in editione Basilienſi legitur in plurali numero, ταῖς γὰρ ἀποστολικαῖς Ἀλ. διδασκαλίαις.

5 Ἐκ τῶν ἐκείνου συνταγμάτων] Melius in codice Leonis Allatii & in editione Basilienſi scribitur γραμμάτων. [Ita quoque habet codex Regius supra memoratus.] Intelligit autem Theodoritus literas Alexandri Alexandrinorum Episcopi ad omnes Episcopos, de condemnatione Arii, quæ habentur infra.

6 Πῶς μεταπεῖσαι] In Editione Basilienſi hic locus multo elegantius legitur in hunc modum πρῶτον μὲν αὐτὸν παραινέσεσι μεταπίθειν ἐπειρᾶτο καὶ συμβουλαῖς. [quomodo etiam scriptum habet codex Regius J. Pini.] Savilius quoque in suo codice μεταπίθειν scriptum esse annotavit.

ΚΕΦΑ-

Sæc. IV.

CAPUT III.

Enumeratio præcipuorum ſacerdotum.

PORRO ea tempeſtate, Romanam quidem Eccleſiam regebat Silveſter, ſucceſſor Miltiadis illius, qui poſt Marcellinum eum qui perſecutionis temporibus inclaruit, ejuſdem Eccleſiæ adminiſtrationem ſuſceperat. Antiochiæ vero, poſt Tyrannum, pace Eccleſiis primum reſtituta, Epiſcopatum ſortitus eſt Vitalis, qui & in Palæa Eccleſiam quæ à tyrannis deſtructa fuerat, inſtauravit. Quem deinceps excipiens Philogonius, & opus reſiduum fabricæ conſummavit, & pro veritatis defenſione ſingulare ſtudium Licinii temporibus declaravit. Hieroſolymis vero, poſt Hermonam Macarius Eccleſiam gubernavit, vir nomine ſuo digniſſimus, & omni virtutum genere decoratus. Denique Conſtantinopoli per idem tempus Alexander Pontificalem ſedem tenebat, vir donis Apoſtolicis ornatus. Tunc igitur Alexander Alexandrinæ Antiſtes Eccleſiæ, cum Arium dominandi cupiditate abreptum, eos quos ad impietatem ſuam traduxerat congregare, & privatos conventus agere cerneret, Eccleſiarum Præſidibus blaſphemiam illius per literas indicavit. Ego vero epiſtolam illam quam ad gentilem ſuum Alexandrum ſcripſit, in qua impietas Arii manifeſte exponitur, hoc loco apponam, ne quis forte ſuſpicetur hæc à me temere confingi. Poſt hanc vero, alteram ipſius Arii, ac deinde alias ſubjiciam, quæ ſunt ad Hiſtoriæ narrationem prorſus neceſſariæ: tum ut veritatem Hiſtoriæ noſtræ teſtimonio ſuo confirment, tum ut res geſtas manifeſtius exponant. Sic igitur Alexander ad gentilem ſuum ſcribit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

Καταλογος τῶν πρωτευόντων ἐπισκόπων.

ΚΑτὰ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον, τὴν μὲν Ῥωμαίων ἐκκλησίας [a]Σίλβεστρος καθῆκε τὰς ἡνίας, Μιλτιάδην διαδεξάμενος, ὃς μετὰ Μαρκελλῖνον τὸν ἐν τῷ διωγμῷ διαπρέψαντα, τιμὴν τῆς αὐτῆς ἀρχιερωσύνης χειροτονίαν ἐδέξατο. τὴν δ' Ἀντιοχέων μὲν Τύραννον, τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἀρξαμένης εἰρήνης, [1]Βιτάλιος τιμὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν, ὃς καὶ [2]τὴν ἐν τῇ Παλαιᾷ καταλυθεῖσαν ὑπὸ τῶν τυράννων ἀνοδόμησεν ἐκκλησίαν. [b]Φιλογόνιος δὲ μετὰ τοῦτον τιμὴν προεδρείαν λαβὼν, τὰ λειπόμενα τῇ οἰκοδομίᾳ προσέθεικε, καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς θεοσεβείας ἐν τοῖς Λικιννίου καιροῖς ἐπεδείξατο ζῆλον. τιμὴν δὲ Ἱεροσολύμοις δὲ μετὰ Ἑρμωνᾶν, [c]Μακάριος ἐπιτέθη, Φερώνυμος ἀνὴρ καὶ παντοδαποῖς κοσμούμενος ἀγαθοῖς. τῆς δὲ Κωνσταντινουπόλεως κατὰ τοῦτον αὐτὸν τὸν καιρὸν, [d]Ἀλέξανδρος τῆς ἱερατικῆς ἠξιοῦτο λειτουργίας, ἀποστολικοῖς χαρίσμασι λαμπρυνόμενος. τότε τοίνυν ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἀλέξανδρος, ὁρῶν τὸν Ἄρειον τῷ τῆς Φιλαρχίας κατεχόμενον οἴστρῳ, καὶ τοὺς ὑπὸ τῆς βλασφημίας ἐζωγρημένους ἀγείροντα, καὶ συλλόγους ἰδίοις ποιούμενον, τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ἡγεμόσι τιμὴν τούτου βλασφημίαν διὰ γραμμάτων ἐδήλωσεν. ἐγὼ δὲ τιμὴν πρὸς τὸν ὁμώνυμον αὐτοῦ γραφεῖσαν ὑποτολμῶ εἰθήσω τῇ συγγραφῇ, ἵνα σαφῶς ἅπαντα τὰ κατ' ἐκεῖνον διδάσκουσαν, ὡς ἂν μή τις ὑπολάβῃ, ταῦτα πλάττοντά με συγγράφειν· [3]καὶ μετὰ τιμὴν δὲ, τιμὴν αὐτοῦ γε Ἀρείου, καὶ μετ' ἐκείνου τὰς ἄλλας, ὧν ἡ τῆς ἱστορείας δεῖται διήγησις· ἵνα μαρτυρῶσι τῇ ἀληθείᾳ τῆς συγγραφῆς, καὶ σαφέστερον τὰ γεγενημένα διδάσκωσιν. γράφει δὲ ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἀλέξανδρος τοῖς τὸν ὁμώνυμον ταῦτα.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Βιτάλι] De hoc Vitale Hieronymus in Chronico ita ſcribit anno 22. Conſtantini. *Antiochiæ poſt Tyrannum, 20. ordinatur Epiſcopus Vitalis; poſt quem* 21. Philogonius. Ejuſdem meminit Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus in Chronographia, eique annos ſex Epiſcopatus attribuit.

2 Τὴν ἐν τῇ παλαιᾷ] Male Epiphanius Scholaſticus hunc Theodoriti locum ita vertit. *Qui etiam antiquam ex multis temporibus deſtructam à tyrannis ædificavit Eccleſiam.* Melius Camerarius interpretatur hoc modo. *Vitalis ſubrogatus, extruxit in antiqua urbe dirutam à tyrannis Eccleſiam.* Nam quod Marcus Tullius in quarta Verrina de Syracuſis dixit, illam ex quatuor urbibus conſtare; idem quoque de Antiochia dici poteſt. Primus Triptolemus Argivus eam condidit, & ex Iüs nomine Ionem appellavit, ut ſcribit Libanius in Antiochico, & Stephanus in libro de urbibus. Poſtea Caſus Cretenſis colonis eam frequentavit, & Caſſiotam urbem ædificavit. Poſtea Græci ex Peloponneſo profecti, Heracleam condiderunt. Poſtremo Seleucus Nicator eam amplificavit, & Antiochiam nominari voluit, ut ibidem ſcribit Libanius. Vetus igitur urbs ea eſſe videtur, quam ſub monte ædificavit Triptolemus Argivus. Ejuſdem loci iterum meminit Theodoritus in lib. 2. cap. 31. & in lib. 3. cap. 4. ubi plura dicemus. Porro in ea regione urbis Antiochiæ, duæ fuere Baſilicæ: Altera magna, quam ædificavit Philogonius. Altera minor, cujus meminit Theophanes in Chronico pag. 60. hanc porro Eccleſiam παλαιὰν ἐκκλησίαν vocat auctor Chronici Alexandrini pag. 688. id eſt, τὴν ἐν τῇ παλαιᾷ.

3 Καὶ μετὰ τὴν πλευτὴν] Hunc locum correxi ex Manuſcripto codice Henrici Savilii, in quo ita legitur καὶ μετὰ τήνδε τὴν αὐτοῦ γε Ἀρείου, &c. Quomodo etiam ſcriptum eſt in codice Leonis Allatii. Ita etiam [ex ſupradicto codice Regio] edidit Jacobus Sirmundus. Denique Epiphanium Scholaſticum in ſuo codice ita legiſſe, ex verſione ejus apparet.

VARIORUM.

a Σίλβεστρ] *Pridié Calendas Februarii*, ut legitur in Chronico Damaſi, *S. Silveſter* pontificatum iniit, anno Chr. 314. Sedit annis viginti uno, menſibus undecim, uſque in diem Kalendarum Januariarum anni 335. *vid. Ant. Pagi ad eos annos.*

b Φιλογόνι] *S. Philogonius*, qui in Martyrologio Romano, & Menæis die XX Decembris colitur, mortuus eſt anno circiter 321. *Ant. Pagi ad ann.* 319. n. VII.

c Μακάρι] Macarius factus eſt Epiſcopus Hieroſolymitanus anno Chr. 312. è vivis exceſſit anno 335. vid. *Ant. Pagi* ad ann. 312. & 331.

d Ἀλέξανδρ] Metrophanem fuiſſe Epiſcopum Byzantinum tempore Synodi Nicænæ, erudite oſtendunt Petrus de Marca lib. V. de Concordia, cap. 3. & ibidem Baluzius in doctiſſima quam addit obſervatione. Mortuo ſtatim poſt Synodum Metrophani ſuffectus eſt Alexander, qui etiam obiit anno 340, ut affirmat *Ant. Pagi* ad ann. 317. n. VIII.

ΚΕΦΑ-

SÆC. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

CAPUT IV.

Epistola Alexandri Alexandriæ Episcopi ad Alexandrum Constantinopolitanum.

a Ἀλεξάνδρου ἐπίσκοπον [2]Κωνσταντίνου πόλεως.

ΤΩ τιμιωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ ὁμοψύχῳ Ἀλεξάνδρῳ, Ἀλέξανδρος ὁ Κυρίῳ χαίρειν. Ἡ Φίλαρχος τῶν μοχθηρῶν ἀνθρώπων καὶ Φιλάργυρος προαίρεσις, ταῖς δοκούσαις ἀεὶ μείζοσι παροικίαις πέφυκεν ἐπιβουλεύειν, ἀφ' ποικίλων προφάσεων τῶν τοιούτων ἐπιτιθεμένων τῇ ἐκκλησιαστικῇ εὐσεβείᾳ. οἰστρηλατούμενοι γὰρ ὑπὸ τοῦ ἐνεργοῦντος ἐν αὐτοῖς ἀφ' ὁλῆς, εἰς τινὰ προκειμένην αὐτοῖς ἡδονὴν, πάσης εὐλαβείας ἀποσκιρτήσαντες, πατοῦσι τὸν τῆς κείστεως τοῦ Θεοῦ φόβον. ὅθεν ὧν ἀναγκαῖον ἦν μοι τῷ πάσχοντι, δηλῶσαι τῇ ὑμετέρᾳ εὐλαβείᾳ, ἵνα φυλάξησθε τοὺς τοιούτους, μή τις αὐτῶν τολμήσῃ καὶ ταῖς ὑμετέραις παροικίαις ἐπιβῆναι, εἴτοι δι' ἑαυτῶν, 1 εἴτε δι' ἄλλων· ἱκανοὶ γὰρ ὑποκείνται πρὸς ἀπάτην οἱ ζητοῦντες· ἢ ἀφ' γραμμάτων ψευδῶς κεκομψευμένων, καὶ δυναμένων ὑφαρπάσαι τὴν ἁπλῆν 2 πίστιν καὶ ἀκεραίαν προσοχήκοτα. [2]Ἄρειος γοῦν καὶ Ἀχιλλᾶς, συνωμοσίαν ἔναγχος ποιησάμενοι, τὴν Κολλούθου φιλαρχίαν πολὺ χεῖρον ἢ ἐκεῖνος ἐζήλωσαν. [3]ὁ μὲν γὰρ αὐτοῖς τούτοις ἐγκαλῶν, τῆς ἑαυτοῦ [4]μοχθηρᾶς προαιρέσεως οὖρε πρόφασιν. οἱ δὲ [5]τὴν ἐκείνου χειροτονίαν θεωροῦντες, οὐκ ἐπὶ τὴν ἐκκλησίας ὑποχείριοι μεῖναι ἠθέλησαν· ἀλλ' ἑαυτοῖς σπήλαια λῃστῶν οἰκοδομήσαντες, ἀδιαλείπτως ἐν αὐτοῖς ποιοῦνται συνόδους, νύκτωρ τε καὶ

CARISSIMO & unanimi Fratri Alexandro Alexander in Domino salutem. Improborum hominum voluntas, dominationis & pecuniæ avida, majoribus Ecclesiis semper insidiari solet, dum illi per varias occasiones Ecclesiasticam pietatem oppugnant. Etenim à diabolo qui in ipsis operatur, ad propositam ipsis libidinem incitati, abjecta omni religione, divini judicii metum conculcant. De quibus ego qui patior, necesse habui significare pietati vestræ, ut ab hujusmodi hominibus caveatis, ne quis illorum in vestras etiam Ecclesias pedem inferre præsumat, sive per se, sive per alios: callent enim malefici simulatione uti ad fraudem faciendam: & per litteras mendaciis compositas atque adornatas, quæ hominem ad simplicem ac sincéram fidem intentum possint decipere. Arius igitur & Achillas nuper conjuratione facta, Colluthi ambitionem æmulantes, longe pejores illo extiterunt. Nam Colluthus quidem, qui hos ipsos reprehendit, mali propositi sui prætextum nactus est. Isti vero impiam illius ex Christo nundinationem cernentes, non amplius Ecclesiæ subjacere voluerunt: sed speluncis latronum sibi constructis, sine intermissione conventus in illis agunt, noctu atque interdiu

Colluthus.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Εἴτε δι' ἄλλων] Hæc verba in sua versione omisit Christophorsonus, & Jacobus Sirmundus: nec habentur apud Nicephorum, nec in editione Basilienſi, [nec in codice Regio J. Pini.] Quare non mirum est Camerarium in sua interpretatione ea omisisse. Habentur tamen in reliquis Exemplaribus, Regio scilicet, Saviliano, & Allatii. Sed & Epiphanius Scholasticus in suo Exemplari ea legerat. Sic enim vertit, *ne quis forte præsumat eorum in parœcias vestras accedere, vel per se, vel per alios.*

2 Ἄρειος γοῦν καὶ Ἀχιλλᾶς] In Manuscripto codice Henrici Savilii & in editione Basilienſi Ἀχιλλεὺς scribitur, quomodo etiam legit Epiphanius Scholasticus. Ita quoque scribitur hoc nomen in epistola Alexandri Episcopi Alexandriæ ad universas Ecclesias, ubi omnes Arii sectatores qui excommunicati fuerant, ordine recensentur: ac primus omnium nominatur Achilles. Sic enim scribitur in multis Exemplaribus, & apud Gelasium Cyzicenum. Et Gelasius quidem Cyzicenus hanc Alexandri epistolam ad Alexandrum Constantinopolitanum Episcopum, silentio prætermisit: Quod equidem satis mirari non possum. Cassiodorus vero in Historia Tripertita hanc Alexandri ad Alexandrum Constantinopolitanum epistolam, subjecit epistolæ ejusdem Alexandri ad universas Ecclesias. Existimo tamen hanc ad Alexandrum Constantinopolitanum epistolam priore loco scriptam fuisse. Idem sensisse video Nicephorum in lib. 8. cap. 7. & 8. sed de hac re plura dicemus inferius in annotationibus ad pag. 19.

3 Ὁ μὲν γὰρ αὐτοῖς τούτοις ἐγκαλῶν] Christophorsonus hæc verba αὐτοῖς τούτοις, in neutro genere accepit. Sic enim vertit. *Ille enim quanquam eas ipsas res, quas isti, coarguere conabatur: tamen improbi sui instituti causam saltem simulatam habuisse visus est.* Reliqui vero Interpretes, Epiphanius scilicet Scholasticus, Joannes Langus, Joachimus Camerarius, ac Sirmundus, in masculino accepe-

runt, & de Arianis intellexerunt, quos culpabat Colluthus. Quorum quidem sententiam magis probo. Nam in Christophorsoni interpretatione nullum sensum video. Quæ sunt enim illæ res quas Arius & Colluthus accusabant? Verius omnino est, Colluthum accusasse Arium & sectatores illius. Nam cum esset presbyter unius ex parœciis Alexandriæ, quemadmodum Arius & Carponas ac Sarmatas; ipse in parœcia sua perversam quandam doctrinam, perinde ac Arius, prædicavit, ut tradit Epiphanius in hæresi Arianorum. Unde orta est inter eos æmulatio, cum singuli suum dogma adstruere conarentur. Id enim evenire solet inter hæreticos diversarum sectarum. Colluthus igitur cum Arium tanquam impium atque hæreticum apud Alexandrum accusasset, & Alexander Arium deponere aliquandiu distulisset, occasione arrepta, sese ab Alexandro sejunxit, & pro Episcopo agens, presbyteros ordinavit. Vide Baronium ad annum Christi 315. cap. 28.

4 Μοχθηρᾶς προθέσεως] In codice Leonis Allatii [& in Regio J. Pini] scriptum est προαιρέσεως. Quomodo etiam legisse videtur Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit. *Ille namque hos ipsos culpans, pessimæ voluntatis suæ invenit occasionem.*

5 Τὴν ἐκείνου χειροτονίαν] Colluthus cum esset presbyter Alexandriæ, arrogantia ac temeritate elatus, pro Episcopo se gesserat, multosque presbyteros ac diaconos ordinaverat. Verum in Synodo Alexandriæ congregata, cunctæ ejus ordinationes postea rescissæ sunt, & quicunque ab eo ordinati fuerant, in laïcorum ordinem sunt redacti, ut testatur Athanasius in Apologetico secundo adversus Arianos. Hinc apparet, cur Alexander Colluthum χειροτόνητον vocet, eo quod scilicet ordinationes venderet, & ex manuum impositione ac reliquis Sacramentis quæstum captaret.

VARIORUM.

a Κωνσταντίνου πόλεως] Hæ duæ voces non occurrunt in aliquibus vett. MSS. ut neque in Græca Theodoriti editione per Robertum Stephanum, ut observat *Pagi* ad annum 317. n. VIII. Vide etiam Baluzium in Additamentis ad caput 3tium libri V. Petri de Marca de Concordia. *W. Lowth.*

Sæc. IV.

calumnias adversus Christum & adversum nos comminiscentes. Qui cum omnem piam & Apostolicam doctrinam incusent, Judaico more ad impugnandum Christum officinam instituerunt: Servatoris nostri Deitatem negantes, & reliquis omnibus æqualem eum esse prædicantes. Collectisque omnibus locis in quibus sermo est de salutari ejus dispensatione, & de abjectione, nostri causa ab eo suscepta, impietatis suæ doctrinam eorum auctoritate confirmare nituntur: loca quibus æterna ejusdem divinitas, & inexplicabilis apud Patrem gloria adstruitur, aversantes. Cum igitur Gentilium ac Judæorum impiam de Christo sententiam confirment, laudem ab illis omni arte ac ratione aucupantur: ea quidem quæ illi in nobis deridere solent, omnia confingentes: seditiones autem ac persecutiones adversus nos quotidie excitantes. Et nunc quidem ad judicum tribunalia nos trahunt per interpellationes mulierum disciplinam non servantium, quas ipsi in errorem induxerunt: nunc Christianæ religioni probrum atque infamiam adspergunt, dum juvenculæ ipsorum per omnes vicos & compita turpiter circumcursant. Sed & indissolubilem Christi tunicam, quam carnifices olim dividere noluerunt, isti ausi sunt discindere. Ac nos quidem, cum ea quæ vitæ ipsorum ac nefariis conatibus competunt, serius propter ipsorum latebras deprehendissemus, communi omnium suffragio ex cœtu Ecclesiæ quæ Christi divinitatem adorat, eos ejecimus. Ipsi vero contra nos huc & illuc discurrentes, ad collegas nostros idem nobiscum sentientes, proficisci instituerunt: specie quidem pacem & concordiam expetere se simulantes: reipsa vero quosdam eorum blandis sermonibus in errorem suum traducere conantes. A quibus etiam verbosiores epistolas flagitant, ut eas legentes hominibus quos ipsi deceperunt, eos pertinaciter in errore perseverare faciant absque ullo pœnitentiæ sensu, in impietate obduratos, quasi qui Episcopos idem secum sentientes ac sibi suffragantes habeant. Ea porro quæ apud nos perperam docuerunt & egerunt, & quorum causa à nobis sunt expulsi, nequaquam illis confitentur: sed vel silentio ista tradunt, vel fictis sermonibus & libellis conscriptis velantes, fucum faciunt. Probabilibus itaque & ad assentationem compositis colloquiis pestiferam suam doctrinam obtegentes, simpliciorem quemque & fraudi expositum circumveniunt: neque interim parcunt pietatem nostram apud omnes calumniari. Unde fit, ut nonnulli literis eorum subscribentes, in Ecclesiam eos recipiant. Cum tamen comministris nostris qui hoc ausi sunt, gravissima, ut opinor, reprehensionis immineat infamia, eo quod

μεθ' ἡμέραν ἐν ταῖς τοῦ Χριστοῦ καὶ ἡμῶν ἀγρυπνίαις ἀσκούμενοι. οἱ πάσης τῆς ἀποστολικῆς θεσπεσίου δόξης κατηγορηκότες, Ἰουδαϊκῷ τρόπῳ χειρομάχον συνεκρότησαν ἐργαστήριον, τὴν θεότητα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀρνούμενοι, καὶ τοῖς πᾶσιν ἴσον εἶναι κηρύττοντες· πᾶσάν τε αὐτοῦ τῆς Σωτηρίου οἰκονομίας καὶ δι' ἡμᾶς ταπεινώσεως φωνὴν ἐκλεξάμενοι, ἐξ αὐτῶν συναγείρειν πειρῶνται τὴν ἀσεβείας ἑαυτῶν τὸ κήρυγμα, καὶ ἔρχηθεν θεότητος αὐτοῦ καὶ ἴδιον τοῦ Πατρὸς δόξης ἀλέκτῳ τοὺς λόγους ἀποτρεφόμενοι. τὴν γοῦν Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων ἀσεβῆ περὶ Χριστοῦ δόξαν κρατύνοντες, τὸν παρ' αὐτῶν ἔπαινον ὡς ἔνι μάλιστα θηρῶνται· πάντα μὲν ὅσα καθ' ἡμῶν παρ' αὐτοῖς γελᾶται πρασματυόμενοι· φάσεις δὲ ἡμῖν καθ' ἡμέραν καὶ διωγμοὺς ἐπεγείροντες· καὶ τοῦτο μὲν, δικαστήρια συγκροτοῦντες, [2]δι' ἀτυχίας γυναικείων ἀπάκτων ἃ ἠπάτησαν· τοῦτο δὲ, τὸν χριστιανισμὸν βλασφημοῦντες, ἐν τῇ περιτροχάζειν πᾶσαν ἀγυιὰν ἀσέμνως τοῖς παρ' αὐτοῖς νεωτέραις. ἀλλὰ καὶ τὸν ἄῤῥηκτον τοῦ Χριστοῦ χιτῶνα, ὃν οἱ δήμιοι διελεῖν οὐκ ἐβουλήθησαντο, αὐτοὶ σχίσαι ἐτόλμησαν. ἡμεῖς μὲν οὖν ἃ καὶ τῷ βίῳ αὐτῶν καὶ τῇ ἀνοσίῳ ἐπιχειρήσει πρέπει, βλασφημεῖν, βραδέως ἐπιγνόντες, [3]παμψηφεὶ τῆς θεοσεβοῦς Χριστοῦ τὴν θεότητα ἐκκλησίας ἐξηλάσαμεν. ἐπιχείρησαν δὲ θεοδρομοῦσι χρώμενοι καθ' ἡμῶν, παρεκβαίνειν πρὸς τοὺς ὁμόφρονας συλλειτουργοὺς, σχήματι μὲν εἰρήνης καὶ ἑνώσεως ἀξίωσιν ὑποκινούμενοι· τὸ δὲ ἀληθὲς, συναρπάσαι τινὰς αὐτῶν εἰς τὴν ἰδίαν νόσον βλασφημίας σπουδάζοντες· καὶ χαυνοτέρα γράμματα παρ' αὐτῶν αἰτοῦντες, ἵνα τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἠπατημένοις, ἀμετανόητοις ἐφ' οἷς ἐσφάλησαν καταστρέφωσιν, ὑπτιαζομένους εἰς ἀσέβειαν, ὡς ἂν συμψήφους αὐτοῖς καὶ ὁμόφρονας ἔχοντες ὑποκόπους. οὐκ ἄρα γοῦν παρ' ἡμῖν πονηρῶς ἐδίδαξάν τε καὶ διεπράξαντο, ὁμολογοῦσιν αὐτοῖς, δι' ἃ καὶ ἐξώσθησαν· ἀλλ' ἢ σιωπῇ ταῦτα χαδιδόασιν, ἢ πεπλασμένοις λόγοις καὶ ἐγγράφοις ὑποσκιάζοντες ἀπατῶσιν. πειθανωτέρας γοῦν καὶ βωμολόχοις ὁμιλίας τὸ φθοροποιὸν αὐτῶν διδασκαλίαν ὑποκρύπτοντες, συναρπάζουσιν τὸν εἰς ἀπάτην ἐκκείμενον, οὐκ ἀπεχόμενοι καὶ τοῦ παρὰ πᾶσι συκοφαντεῖν τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν· ὅθεν καὶ συμβαίνει τινὰς τοῖς γράμμασιν αὐτῶν ὑποφέρεσθαι, εἰς ἐκκλησίαν εἰσδέχεσθαι· μέγιστα ὡς οἶμαι διαβολῆς ὑποκειμένης τοῖς τοῦτο τολμῶσι συλ-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Δόξης ἀλέκτου] In manuscripto Codice Henrici Savilii [& in Regio codice J. Pini,] & in editione Basiliensi legitur ἀλήκτου. Vulgatam tamen scripturam tuentur reliqui Codices, & Epiphanii Scholastici Interpretatio. Sed & in editione Basiliensi pro his verbis παρὰ τοῦ πατρὸς, legitur παρὰ τοῦ πατρός.

2 Δι' ἀτυχίας γυναικείων] Amplector interpretationem Camerarii qui sic vertit. *Per interpellationes mulierculârum* &c. Nec male Epiphanius Scholasticus *additiones* interpretatur. Intelligit enim libellos accusationum, quos mulieres ab Arianis subornatæ porrigebant judicibus adversus Alexandrum Episcopum Alexandriæ. Sane ἀτυχία pro libello supplici sumitur ab Athanasio, ut observavi in annotationibus Eusebianis.

3 Παμψηφεὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξηλάσαμεν] Ex his verbis colligitur, hanc Epistolam Alexandri scriptam esse post Synodum Alexandrinam, in qua damnatus erat Arius cum sociis. Duas autem synodos Episcoporum Ægypti adversus Arium ejusque socios collegit Alexander Episcopus Alexandriæ, ut infra pluribus ostendemus in fine hujus cap.

λειτουργοὺς,

λειτουργοῖς, [a] τῷ μήτε τὸν ἀποστολικὸν κανόνα τοῦτο συγχωρεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑπεκκαίειν τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἀμβολικὴν τοῦ Χριστοῦ ἐνέργειαν. διὸ δὴ καὶ οὐδὲν μελλήσας ἀγαπητοί, δηλῶσαι ὑμῖν τὴν τῶν τοιούτων ἀπιστίαν ἐμαυτὸν ἀμφένεγκα, λεγόντων ὅτι ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ γέγονεν ὕστερον ὁ πρότερον μὴ ὑπάρχων, τοιοῦτος γενόμενος ὅτε καί ποτε γέγονεν, [1] οἷος καὶ πᾶς εἶναι πέφυκεν ἄνθρωπος. πάντα γάρ, φασὶν, ὁ Θεὸς ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησε, συναναλαμβάνοντες τῇ τῶν ἁπάντων λογικῶν τε καὶ ἀλόγων κτίσει καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. οἷς ἀκολούθως καὶ φασὶν αὐτὸν τρεπτῆς εἶναι φύσεως, ἀρετῆς τε καὶ κακίας ἐπιδεκτικόν· καὶ τῇ ἐξ οὐκ ὄντων ἐνυποθέσει, καὶ τὰς θείας τοῦ εἶναι αὐτὸν ἀεὶ συναναιροῦντες γραφὰς, αἳ τὸ ἄτρεπτον τοῦ λόγου, καὶ τὴν θεότητα τῆς Σοφίας τοῦ λόγου σημαίνουσιν, ἅ ἐστιν ὁ Χριστός. δυνάμεθα γοῦν καὶ ἡμεῖς, φασὶν οἱ ἀλάστορες, υἱοὶ γενέσθαι Θεοῦ, ὥσπερ κἀκεῖνος. γέγραπται γάρ, υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα. ἐπιφερομένου δὲ αὐτοῖς τοῦ λέγοντος ἐξῆς τῷ ῥητῷ, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· ὅπερ [2] οὐ φυσικόν ἐστι τῷ σωτῆρι, ὅτι τῆς φύσεως ἀτρέπτου, πάσης βλαβείας ἑαυτοὺς [3] ἐρημώσαντες, τοῦτο φασὶ, προγνώσει καὶ προθεωρίᾳ δεῖ αὐτῷ εἰδέναι τὸν Θεὸν, ὅτι οὐκ ἀθετήσει, ἐξειλέχθαι αὐτὸν ἀπὸ πάντων. οὐ γὰρ φύσει καὶ κατ' ἐξαίρετον τῶν ἄλλων υἱῶν ἔχοντά τι· οὔτε γὰρ φύσει μός τίς ἐστι τοῦ Θεοῦ φασίν· εἴτε τινὰ ἔχοντα ἰδιότητα πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τρεπτῆς τυγχάνοντα φύσεως, προκόπτων ἐπιμέλειαν καὶ ἄσκησιν μὴ τρεπτόμενον ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἐξελέξατο. ὡς εἰ καὶ Παῦλος τοῦτο βιάσαιτο καὶ Πέτρος, μηδὲν ἀφαφέρειν τούτων τὴν ἐκείνου ὁμοτιμίαν. εἰς φθόνον δὲ τῆς φρενοβλαβοῦς ταύτης διδασκαλίας, καὶ ταῖς γραφαῖς ἐμπαροινοῦντες, καὶ προσπεθέμενοι τὸ ἐν Ψαλμοῖς περὶ Χριστοῦ ῥητὸν, ὅτως ἔχον. ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν. διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε [b] ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. περὶ μὲν οὖν ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, οὔτε ἐξ οὐκ ὄντων γεγένηται, οὔτε ἦν ποτὲ ὅτε

nec Apoſtolica regula id permittit, & diabolica in ipſis operatio adverſus Chriſtum hoc facto validius accenditur. Quamobrem nihil cunctatus, fratres dilectiſſimi, animum ac fiduciam ſumpſi ut perfidiam iſtorum vobis indicarem, qui dicunt: Fuit tempus cum non eſſet Filius Dei; & qui prius non erat, poſtea extitit, talis factus quandocunque demum factus eſt, qualis quilibet hominum naſci ſolet. Omnia enim, ut aiunt, Deus fecit ex nihilo; in creatione omnium rerum, tam rationalium, quam ratione carentium, etiam Filium Dei comprehendentes. Quibus etiam conſequenter addunt, eum mutabilis eſſe naturæ, virtutiſque ac vitii capacem. Poſitaque ſemel hac ſententia, Filium Dei ex nihilo eſſe, divinas literas de æternitate ejus evertunt, quibus immutabilitas & divinitas Sapientiæ ac Verbi, quæ ſunt Chriſtus, oſtenditur. Poſſumus ergo, ut aiunt iſti ſcelerati, nos quoque eſſe filii Dei perinde ac ille. Scriptum eſt enim: Filios genui & exaltavi. Cum vero illis objectum fuerit id quod ſequitur: Ipſi autem ſpreverunt me; quod quidem non convenit naturæ Servatoris, qui ſuapte natura eſt immutabilis, illi omni reverentia ac religione abjecta, Deum aiunt, cum præſciret ac prævidiſſet quod Filius ipſum ſpreturus non eſſet, illum ex omnibus elegiſſe. Non enim ut natura & prærogativa quadam præcipuum quidquam præ cæteris filiis habentem, eum elegit: quippe qui natura filius non ſit, ut inquiunt: neque ut qui aliquam haberet proprietatem ac dotem ad ipſum proxime accedentem, ſed ipſum quoque mutabilis exiſtentem naturæ, ob ſtudium tamen & accuratam morum diligentiam ad vitium neutiquam deflectentem, elegit Deus. Adeo ut ſi Paulus ac Petrus contento ſtudio in id incubuiſſet, nihil ab iſtorum filiatione diſcrepatura fuerit hujus filiatio. Atque ut inſanam iſtam doctrinam confirment, Scripturis ſacris contumelioſe illudentes, afferunt illud quod in Pſalmis de Chriſto dictum eſt: Dilexiſti juſtitiam & odiſti iniquitatem. Propterea unxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Verum quod Filius Dei factus non ſit ex nihilo, & quod tempus non fuerit cum non eſſet,

SÆC. IV.

Arianorum Dogmata.

Iſai. 1. 2.

Pſal. 44.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Οἷα καὶ πᾶσιν εἶναι πέφυκεν ἀνθρώποις] Ita quoque legitur in editione Baſilienſi, niſi quod οἷον ſcribitur pro οἷα. Verum in Codice Henrici Savilii, & in altero exemplari Regio rectius ſcribitur hoc modo οἷος καὶ πᾶς πέφυκεν ἄνθρωπος, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. [γέγονεν habet codex Regius J. Pini.] In Codice autem Leonis Allatii legitur hoc modo οἷος κἂν πᾶς εἶναι συμβέβηκεν ἄνθρωπος. Quomodo etiam in ſuo Codice legerat Epiphanius Scholaſticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit; *Quia & aliquando factus eſt, qualem & omnem hominem eſſe contigit.*

[2 Οὐ φυσικὸν] Ἀφύσικον codex Regius J. Pini.]

3 Ἐρημώσαντες τοῦτό φασι] Poſt hæc verba, in codice Leonis Allatii hæc adduntur ἔστι τινὰ ἔχοντα ἰδιότητα πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τρεπτῆς τυγχάνοντα φύσεως. Male quidem. Hæc enim verba inferius locum habent, ut videbimus. Epiphanius tamen Scholaſticus eadem verba in ſuo codice legit hoc loco. Sic enim vertit. *Omni reverentia ſpoliantes ſemetipſos, aiunt: Nec aliquam habet proprietatem ad eum: ſed cum ſit ipſe natura mutabilis, ſcivit de illo Deus præſcientia & præcontemplatione* &c.

VARIORUM.

a Τῷ μήτε τὸν Ἀποστολικὸν κανόνα συγχωρεῖν] Recte obſervat cl. *Beveregius* in Vindiciis Canonum Apoſtol. lib. I. cap. 13. Alexandrum alluſiſſe ad Canonem XII Apoſtolicum, quo vetitum eſt ne ab uno Epiſcopo excommunicati, ab aliis recipiantur. *W. Lowth.* Petrus de Marca Canonem XVI his verbis inſinuari non dubitat. Et quidem ipſum Beveregium alibi conſentientem habet, nempe in Annotationibus ad Canones Apoſtolicos, pag. 23. *Cum,* inquit, *Alexander Epiſcopus Alexandrinus quoſdam Clericos, divinam Chriſti naturam negantes, excommunicaſſet, iſti ab aliis in Clerum rurſus cooptati ſunt; Quod eorum factum Alexander reprehendens,* ait, μεχίσης, ὡς οἶμαι, ἀμβολῆς ἐπικειμένης τοῖς τὰ τοιαῦτα συλλειτουργοῖς, τῷ μήτε τὸν ἀποστολικὸν κανόνα τοῦτο συγχωρεῖν. *Quibus verbis aperte laudat præſentem Canonem* XVI. *quo ab aliis depoſitos ab aliis non recipiendos eſſe conſtituitur.*

b Ὁ Θεός] Stephanus cum LXX. bis legit ὁ Θεός.

Sæc. IV. abunde docet Joannes Evangeliſta, de illo ita ſcribens: Unigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris. Nam cum Divinus magiſter oſtendere vellet, Patrem ac Filium duas res eſſe à ſe mutuo inſeparabiles, hunc in ſinu Patris eſſe dixit. Jam vero quod Verbum Dei inter res ex nihilo creatas non contineatur, idem Joannes teſtatur cum ait, Omnia per ipſum facta eſſe. Propriam enim ejus hypoſtaſim declaravit dicens: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt. Nam ſi omnia per ipſum facta ſunt, quomodo is qui rebus factis præſtitit ut eſſent, ipſe aliquando non extitit? Verbum enim quod facit, nequaquam ejuſdem eſſe naturæ cum rebus factis intelligitur. Quippe cum ipſum quidem eſſet in principio: cuncta vero per illud facta ſint & ex nihilo condita. Porro id quod eſt, contrarium eſſe videtur & longe diverſum ab illis quæ facta ſunt ex nihilo. Nam illud quidem declarat nullum eſſe intervallum inter Patrem & Filium, cum animus ne ſimplici quidem cogitatione fingere poſſit ullam inter utrumque diſtantiam. Ex nihilo vero creari mundum, recentiorem indicat ac nuperam ſubſtantiæ originem, cum univerſa hujuſmodi eſſentiam à Patre acceperint per Filium. Cum igitur Divini Verbi eſſentiam longiſſime, & ultra omnem cogitationem eorum quæ genita ſunt poſitam contemplaretur piiſſimus Joannes, generationem ejus & facturam dicere noluit, factorem iiſdem verbis quibus ea quæ facta ſunt deſignare minime auſus. Non quod Verbum ſit ingenitum: ſolus enim Pater ingenitus eſt: ſed quia ſolertiſſimam Evangeliſtarum, ipſorumque adeo Angelorum comprehenſionem tranſcendit unigeniti Filii inexplicabilis ſubſiſtentia. Quare inter pios meo quidem judicio cenſendus non eſt, qui ultra iſta aliquid inquirere præſumit; non auſcultans id quod ſcriptum eſt: Altiora te ne quæſieris, & ſublimiora te ne ſcruteris. Nam ſi

Joan. 1. 18.

Joan. cap. 1. *v.* 1.

Eccles. 3. 21.

ὅτι οὐκ ἦν, αὐταρκῶς παιδεῦσαι Ἰωάννης ὁ θεολογικώτατος, γράφων ὅτι ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρός. προνοούμενος γὰρ ὁ θεῖος διδάσκαλος, ἀλλήλων ἀποδείξαι πράγματα δύο, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, ὄντα αὐτὸν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς ὠνόμασεν. ἀλλὰ γὰρ καὶ ὅτι τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γενομένοις ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ συναριθμεῖται, πάντα δι' αὐτοῦ γενέσθαι ὁ αὐτὸς φησιν Ἰωάννης. ἵνα γὰρ ἰδιότροπον αὐτοῦ ὑπόστασιν ἐδήλωσεν εἰπών· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν 1 ὃ γέγονεν. εἰ γὰρ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, πῶς ὁ τοῖς γενομένοις τὸ εἶναι χαρισάμενος, αὐτὸς ποτε οὐκ ἦν; ὃ γὰρ πᾶς ὁ λόγος τὸ ποιῆσαι, τοῖς γενομένοις τὴν αὐτῆς εἶναι φύσεως διορίζεται. εἶτε αὐτὸς μὲν ἦν ἐν ἀρχῇ, πάντα δὲ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν. ἀνάντιον γὰρ δοκεῖ τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γενομένοις τὸ ὄν, καὶ ἀφεστηκὸς σφόδρα. τὸ μὲν γὰρ, μηδαμοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ δείκνυσιν εἶναι διάστημα, οὐδ' ἄχρι τινὸς ἐννοίας τοῦτο φαντασθῆναι τῆς ψυχῆς δυναμένης. τὸ δὲ ἐξ οὐκ ὄντων δημιουργεῖσθαι τὸν κόσμον, νεωτέραν ἔχει τῆς ὑποστάσεως καὶ προσφατον τὴν γένεσιν, ὑπὸ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ πάντων εἰληφότων τὴν τοιαύτην οὐσίωσιν. μακρὰν γοῦν θεωρήσας τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ μὴ, καὶ 2 ὑπερτέρον τῆς τῶν γεννητῶν διανοίας ὁ θαυμάσιος Ἰωάννης, γένεσιν αὐτοῦ καὶ ποίησιν ἀπηξίωσεν εἰπεῖν; 3 οὐδὲ ταῖς ὁμοιοίχοις συλλαβαῖς τὸ 3 ποιοῦν τοῖς γινομένοις ὀνομάσαι τολμήσας, οὐχ ὅτι ἀγέννητος ἦν· ἓν γὰρ ἀγέννητον ὁ Πατήρ· 4 ἀλλ' 4 ὅτι τῆς ἐξεσμένης τῶν θαυμασιωτάτων, τάχα δὲ καὶ ἀγγέλων καταλήψεως 5 ὑπερέκεινα ἐστὶν ἡ τοῦ μονο- 5 γενοῦς Θεοῦ ἀνεκδιήγητος ὑπόστασις. εἰς 6 θύτεβεῖς 6 δὴ οἶμαι λογιζομένῳ τῷ μέχει τούτων ἐπερωτᾶν τὰ τολμῶντος, ἀφ' ὧν ἀνήκοον τῷ, χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει, καὶ ὑψηλότερά σου μὴ ἐξέτασε. εἰ γὰρ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν] Duæ poſtremæ voces deſunt in editione Roberti Stephani & in Baſilienſi [& in codice Regio J. Pini.] Habentur tamen in codice Leonis Allatii, & in verſione Epiphanii Scholaſtici. Sed & Chriſtopherſonus eas in libris ſuis repererat, ut ex interpretatione ejus apparet.

2 Καὶ ὑπεραῖρον τῆς τῶν γεννητῶν διανοίας] Scribendum puto γενητῶν per ſimplex ν. atque ita legiſſe videtur Epiphanius, qui ſic vertit: *Et creaturarum univerſam intelligentiam tranſcendentem.* [Conjecturam meam confirmavit mihi poſtea codex Regius J. Pini, in quo ita plane ſcriptum inveni ut conjeceram.] Pro ὑπεραῖρον, in editione Baſilienſi legitur ὑπερῆρον· & in codice Allatiano, rectius ut opinor.

3 Οὐδὲ ὁμοσοίχοις συλλαβαῖς] In MS. codice Henrici Savilii & in editione Baſilienſi ſcribitur ὁμοσίχοις, minus recte, ut equidem ſentio. Certe Camerarius qui editionem Baſilienſem Latine interpretatus eſt, ὁμοσυνιχοῖς legit, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit, *ne eorundem quidem elementorum complexione in voce facientis aut factorum uti auſus.* [In Regio item codice J. Pini ſcriptum inveni ὁμοσίχοις.] Hujus autem loci ſatis obſcuri hic eſt ſenſus. Joannes Evangeliſta, cum originem Filii Dei vellet exponere, eam à rerum creatarum productione longe diſtinxit: cavitque diligentiſſime, ne in declaranda Filii eſſentia, iiſdem verbis uteretur, quibus rerum creatarum originem expoſuit. Nam in declaranda quidem Filii eſſentia, uſus eſt verbo *erat*. In exponenda autem origine rerum creatarum dixit ἐγένετο, id eſt *facta ſunt*. Subjicit deinde Alexander, οὐχ ὅτι ἀγέννητος ἦν· ἓν γὰρ ἀγέννητον ὁ πατήρ. Id eſt, Non quod Filius Dei non ſit genitus. Unum enim eſt ingenitum, Pater ſcilicet. Quæ quidem Alexandri verba benigne intelligenda ſunt hoc modo: Non quod Filius Dei principium originis ſuæ non habeat. Habet enim re vera principium originis, Patrem ex quo genitus eſt. Sed quia nullum habet principium temporis, quippe qui ab omni æternitate genitus ſit ex Patre, ἀχρόνως καὶ ἀμεσιτεύτως ut Græci dicunt, id eſt, ſine ullo tempore ac medio.

4 Ἀλλ' ὅτι τῆς ἐξεσμένης τῶν] Hunc locum correxi ex duobus manuſcriptis codicibus, Allatii & Savilii, in quibus ita legitur ἀλλ' ὅτι τῆς ἐξεσμένης τῶν Εὐαγγελιστῶν, τάχα δὲ καὶ ἀγγέλων καταλήψεως. Quibus conſentit Baſilienſis Editio, niſi quod ἐξωσμένης habet vitioſe ſcriptum pro ἐξεσμένης. Adverbium quoque quod ſequitur ὑπερεκεινα, mutavi in ὑπερέκεινα, ſequutus ſcripturam codicis Allatiani & Baſilienſis Editionis.

[5 Ὑπερέκεινα] Ἐπέκεινα codex Regius J. Pini.]

6 Εὐσεβεῖς δὴ οἶμαι λογιζομένους] Hunc etiam locum emendavi ex ſupradictis codicibus Allatii ac Savilii, [& ex Regio codice J. Pini,] quibus adſtipulatur editio Baſilienſis, niſi quod τολμῶντας habet, non τολμῶντος. Epiphanius tamen Scholaſticus in plurali numero legiſſe videtur λογιζομένοις τοὺς τολμῶντας. [In codice regio J. Pini totus hic locus ita ſcribitur: εἰς εὐσέβειαν δὴ οἶμαι λογιζομένους τὸς μ. τ. ἐν. τὸ τολμῶντας.]

ἑτέρων

ἑτέραν πολλῷ ἡ γνῶσις, ᾗ τούτων ἀσυγκρίτως πολλῷ κατωτέρων, κέκρυπται τὴν ἀνθρωπίνην κατάληψιν. οἷά φησι καὶ Παῦλος, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· ἀλλὰ καὶ τὰ ἄστρα φησὶν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ ἀριθμῆσαι μὴ δυνάσθαι· καὶ ἔτι ἄμμον θαλάσσης καὶ σταγόνας ὑετοῦ, φησί, τίς ἐξαριθμήσεται; πῶς ἂν περιεργάσαιτό τις τὴν τοῦ Θεοῦ λόγου ἔκφασιν, ἐκτὸς εἰ μὴ μελαγχολικῇ ἀγαθοῦ ληφθεὶς τυγχάνοι; περὶ ἧς τὸ θεοφορικὸν πνεῦμά φησι· τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; διὸ καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, 1 ὑπεργετῶν τοὺς 1 πάντων τῶν ἐν κόσμῳ κίονας, 2 τὴν περὶ τούτων γνῶσιν αὐτῶν ἀποφορτίσασθαι ἐσπούδασε· πᾶσι μὲν οὖν αὐτοῖς ἀφύσικον εἶναι λέγων εἰς κατάληψιν, μόνῳ δὲ τῷ Πατρὶ ἀνακεῖσθαι τὴν τοῦ θειοτάτου τούτου μυστηρίου εἴδησιν. οὐδεὶς γὰρ ἔγνω τίς ἐστιν ὁ Υἱός, λέγων, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· ἢ τὸν Πατέρα οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ ὁ Υἱός. περὶ ἧς καὶ τὸν Πατέρα οἶμαι λέγειν, τὸ μυστήριόν μου 3 ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς. ὅπερ ἢ μανιώδες, τὸ ἐξ οὐκ 4 ὄντων τὸν Υἱὸν γεγονέναι φρονεῖν, 4 χρονικὴν ἔχοντα 5 τὴν περιβολήν· 5 αὐτόθεν δείκνυται τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ ἀγνοοῦσιν οἱ ἀνόητοι τὴν τῆς φωνῆς αὐτῶν μανίαν. ἢ γὰρ χρόνοις ἐμπολιτεύεσθαι δεῖ τὸ οὐκ ἦν, ἢ αἰῶνός τινι ἀφῆσθαι. εἰ τοίνυν ἀληθὲς τὸ πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι, δηλονότι καὶ πᾶς αἰὼν καὶ χρόνος καὶ ἀφῆται καὶ τὸ πότε, ἐν οἷς τὸ οὐκ ἦν θεώρηται, δι' αὐτοῦ ἐγένετο. καὶ πῶς οὐκ ἀπίθανον, τὸν καὶ χρόνους καὶ αἰῶνας καὶ καιροὺς, ἐν οἷς τὸ οὐκ ἦν συμπέφυρται, ποιήσαντα, αὐτόν ποτε μὴ 6 εἶναι λέγειν; 6 ἀδιανόητον γὰρ καὶ πάσης ἀμαθίας ἀνάπλεων, τὸν αἴτιον γενόμενόν τινος, αὐτὸν μεταγενέστερον λέγειν τῆς ἐκείνου γενέσεως. προηγεῖται γὰρ κατ' αὐτοὺς τῆς τὰ ὅλα δημιουργούσης τοῦ Θεοῦ Σοφίας ἐκεῖνο τὸ ἄφραστον, ἐν ᾧ φασὶ μὴ γεγενῆσθαι τὸν Υἱὸν ὑπὸ τοῦ Πατρός· ψυδομένης

multarum aliarum rerum cognitio quæ hac longe inferiores sunt, humanæ mentis captum excedit: cujusmodi sunt apud Paulum Apostolum, ea quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis adscenderunt quæ præparavit Deus diligentibus se: cujusmodi etiam sunt stellæ, quas Deus Abrahamo dicit non posse numerari: & illud: Arenam maris & guttas pluviæ quis dinumerabit? Quomodo Divini Verbi essentiam curiosius investigare quispiam poterit, nisi atra bile sit percitus? De qua propheticus spiritus ita dicit: Generationem ejus quis enarrabit? Et Servator noster totius mundi columnas beneficio obstringens, hujus rei notitiam tanquam onus ab illis removere studuit: omnibus quidem ipsis supra naturam esse dicens istud animo comprehendere; soli vero Patri competere Divini hujus mysterii perceptionem. Nemo enim, inquit, novit quis sit Filius præter Patrem, & nemo novit Patrem præterquam Filius. Qua de re etiam Patrem dixisse arbitror, Arcanum meum mihi & meis. Quod vero extremæ dementiæ sit, Filium Dei ex non extantibus factum opinari, cum id quod ex non extantibus factum est, temporalem habeat essentiam, res ipsa indicat, licet stupidi isti insaniam vocum suarum non intelligant. Illud enim, Non erat, in tempore censeri oportet, aut in aliquo ævi spatio. At si verum est omnia per ipsum facta esse, constat utique & ævum & tempus, & spatium omne, & illud aliquando, in quibus non fuisse reperitur, per ipsum facta esse. Et quomodo absurdum non sit, eum qui tempora & secula ac tempestates condidit, in quibus illud, Non erat, confusum est, ipsum aliquando non extitisse dicere? Est enim alienum à sensu, omnique plenum inscitia, eum qui alicujus rei auctor sit, eadem re posteriorem affirmare. Quippe juxta illorum sententiam, spatium temporis quo dicunt Filiam Dei non extitisse ex Patre, præcessit sapientiam Dei omnium rerum conditri-

1 Cor. 2. 9.

Ecclus. 1. 2.

Isai. 53. 8.

Matt. 11. 27.

SÆC. IV.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πάντων τῶν ἐν κόσμῳ κίονας] Post hæc verba Jacobus Sirmundus in editione sua quatuor has voces addidit τοὺς θεηγόρους φημὶ ἀποστόλους, nescio quos sequutus codices. Certe in nostris exemplaribus, & in Basiliensi editione non habentur, & Scholium potius redolent cujusdam viri docti, qui ad latus libri sui id notaverat, per columnas significari divinos Apostolos. Certe in Epistola Pauli ad Galatas, Petrus & Jacobus dicuntur columnæ fuisse Ecclesiæ. Porro initio hujus periodi scribendum ἢ καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ, id est, *Quocirca Servator noster* &c.

2 Τὴν περὶ τούτων γνῶσιν] In codice Leonis Allatii & in editione Basiliensi scriptum est περὶ τούτου, rectius ni fallor. Neque aliter legit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit hunc locum. *Nam & ipse servator præstare volens omnibus in hoc mundo columnis, hujus notitiam ab eis exonerare festinavit.*

3 Καὶ τοῖς ἐμοῖς] Jacobus Sirmundus in editione sua expunxit hæc verba. Certe non habentur in codice Leonis Allatii, & superflua videntur hoc loco. Porro locus iste desumptus est ex capite 24. Esaiæ. Ubi Hieronymus notat verba illa: *Et dixi: secretum meum mihi: secretum meum mihi:* non haberi in Septuaginta, sed ex Theodotionis translatione ab Origene addita esse. Procopius autem Gazæus ex interpretatione Symmachi suppleta esse dicit.

4 Χρονικὴν ἔχον τὴν περιβολήν. Optime in editione Basiliensi [& in Regio codice J. Pini] legitur ἔχοντα. Subauditur autem βίον. In codice Savilii scriptum est ἔχον τινὰ περιβολὴν, vitiose quidem, sed ita ut veræ lectionis vestigia serventur. Pro voce περιβολὴν in codice Leonis Allatii habetur ὕπαρξιν. In altero vero codice Regio, [J. scilicet Pini] cujus variantes lectiones Robertus Stephanus ad calcem editionis suæ notavit, legitur περίθεσιν pessime. Quam tamen vitiosissimam lectionem Sirmundus in editione sua amplexus est.

5 Αὐτόθεν δείκνυται τὸ ἐξ οὐκ ὄντων] Jacobus Sirmundus hunc locum ita edidit: αὐτόθεν δείκνυται ἐκ τοῦ ἐξ οὐκ ὄντων. Et totum locum sic interpretatus est. *Quod vero extrema sit dementia Filium ex non extantibus ortum existimare, atque in tempore productum, indidem patet, hoc est ex non extantibus, &c.* Verum cum nulli codices ita scriptum habeant, vulgatam lectionem mutare nefas duco. Quod si conjecturam nostram licet proponere, existimo delenda esse hæc verba τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, quæ Scholii loco ad marginem adscripta, postea in textum translata sunt. Porro Epiphanius Scholasticus hunc locum ita vertit. *Non reor ignorare sapientes, quia vesanum est sapere ex non existentibus factum Filium, cum utique habeat temporale principium quod ostenditur ex non existentibus factum.* Unde apparet Epiphanium legisse χρονικὴν ἔχον τὴν περιβολὴν τὸ ἐξ οὐκ ὄντων.

6 Ἀδιανόητον γὰρ] In codice Leonis Allatii scriptum est ἀνόητον, quod magis probo. Atque ita legit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit. *Stultum est enim, & omni peccato plenum* &c.

κατ'

SÆC. IV.

cem: mentiturque ſecundum eos ſcriptura, quæ primogenitum omnis creaturæ illum vocat. Quibus conſona ſunt quæ vocaliſſimus Paulus de illo prædicat ita dicens:

Heb. 1. Quem conſtituit heredem univerſorum; per

Coloſſ. 1. 16. quem fecit & ſæcula. Sed & in ipſo condita ſunt univerſa in cœlis & in terra, viſibilia & inviſibilia, ſive principatus ſive poteſtates, ſive dominationes, ſive throni, omnia per ipſum creata ſunt, & ipſe eſt ante omnia. Proinde cum ab omni pietate alieniſſimam eſſe appareat ſententiam illam de non extantibus, neceſſario dicendum eſt Patrem ſemper eſſe Patrem. Pater autem eſt, præſente ſemper Filio ob quem dicitur Pater. Quocirca cum ſemper ei præſens ſit Filius, ſemper eſt perfectus Pater, nulla re deſtitutus in bono: qui non in tempore, neque ex intervallo, neque è non extantibus, unicum Filium genuit. Quomodo autem impium non ſit dicere, Sapientiam Dei aliquando non extitiſſe, quæ de ſe ipſa ita loquitur: Ego eram apud

Prov. 8. ipſum cuncta componens: Ego eram cui adgaudebat: Aut virtutem Dei aliquando non extitiſſe: aut verbum ejus aliquando fuiſſe mutilatum: aut alia quandoque defuiſſe, ex quibus Filius cognoſcitur & Pater deſignatur? Is enim qui negat ſplendorem gloriæ exiſtere, ſimul tollit primitivum lumen cujus eſt ſplendor. Et ſi imago Dei ſemper non fuit, nec illum ſemper fuiſſe liquet cujus imago eſt. Denique negando figuram ſubſtantiæ Dei ſemper fuiſſe, ſimul tollitur ille qui perfecte ab eo exprimitur. Ex quo licet perſpicere, filiationem Servatoris noſtri nihil prorſus habere commune cum reliquorum filiatione. Nam quemadmodum inexplicabilem ejus ſubſtantiam incomparabili excellentia præſtare oſtenſum eſt reliquis omnibus quibus ille eſſentiam tribuit, ſic & ejus filiatio quæ juxta naturam eſt Paternæ Divinitatis, ineffabili quadam præſtantia ſuperat filiationem eorum qui per ipſum adoptati ſunt filii. Nam ipſe quidem immutabilis eſt naturæ, undecunque perfectus, nec ullius rei indigens. Hi vero cum mutationi in utramque partem ſint obnoxii, opus habent illius auxilio. Quem enim profectum facere poteſt Dei ſapientia? Quod augmentum accipere poteſt ipſa veritas & Deus Verbum? Qua ratione melior fieri poſſit vita & lux vera? Quod ſi ita ſe habet, quanto abſurdius eſt ut ſapientia aliquando ſtultitiæ capax fuerit, ut virtus Dei infirmitati conjuncta ſit, aut ut ratio obſcurata fuerit vecordia, aut tenebræ cum

2 Cor. 6. 14. vera luce permixtæ? cum Apoſtolus diſerte dicat: Quæ ſocietas luci cum tenebris, aut quæ conventio Chriſto cum Belial? & Salomon neget fieri poſſe, ut cogitatione comprehendatur via colubri ſuper petram, quæ Chriſtus eſt juxta ſententiam

Prov. 30. 19. Pauli. Homines vero & Angeli, qui ſunt ejus creaturæ, benedictionem acceperunt

κατ' αὐτοὺς ᾗ τῆς πρωτότοκον αὐτὸν εἶναι πάσης κτίσεως ἀναγορθεύσης γραφῆς. σύμφωνα γοῦν τούτοις βοᾷ καὶ ὁ μεγαλοφωνότατος Παῦλος, φάσκων περὶ αὐτοῦ· ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν. ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ᾗ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, εἴτε κυριότητες, εἴτε θρόνοι· πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισαι. καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων. ἀνεπαίτιος οὖν φανείσης τῆς ἐξ οὐκ ὄντων ὑποθέσεως, ἀνάγκη τὸν πατέρα ἀεὶ εἶναι πατέρα. ἔστι δὲ Πατὴρ ἀεὶ παρόντος τοῦ Υἱοῦ, δι' ὃν χρηματίζει Πατήρ. ἀεὶ δὲ παρόντος αὐτῷ τοῦ Υἱοῦ, ἀεί ἐστιν ὁ Πατὴρ τέλειος, ἀνελλιπὴς τυγχάνων ὢν τοῦ καλοῦ· ᾗ χρονικῶς οὐδὲ ἐκ διαστήματος, οὐδὲ ἐξ οὐκ ὄντων γεννήσας τὸν μονογενῆ Υἱόν. τί δὲ οὐκ ἀνόσιον τὸ λέγειν, πολὲ μὴ εἶναι τὴν Σοφίαν τοῦ Θεοῦ, ἣ λέγουσαν· ἐγὼ ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα, ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρεν· ἢ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ μὴ ὑπάρχειν ποτέ· ἢ τὸν λόγον αὐτοῦ ἀκρωτηριάζεσθαι ποτέ. ἢ τἆλλα ἐξ ὧν ὁ Υἱὸς γνωρίζεται ᾗ ὁ Πατὴρ χαρακτηρίζεται. τὸ γὰρ ἀπαύγασμα τῆς δόξης μὴ εἶναι λέγειν, συναναιρεῖ ᾗ τὸ πρωτότυπον Φῶς, οὗ ἐστὶν ἀπαύγασμα. εἰ δὲ καὶ ἡ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ οὐκ ἦν ἀεί, δῆλον ὅτι οὐδὲ οὗ ἐστὶν εἰκών, ἔστιν ἀεί. ἀλλὰ ᾗ τῷ μὴ εἶναι τὸν τῆς ὑποστάσεως οὗ Θεοῦ χαρακτῆρα, συναναιρεῖται κἀκεῖνος, ὁ πάντως παρ' αὐτοῦ χαρακτηριζόμενος. ἐξ ἧς ἐστιν ἰδεῖν τὴν ὁμότιμον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, οὐσίαν ἔχουσαν κοινωνίαν πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν ὁμότιμα. οὐ τρόπον γὰρ ἡ ἄῤῥητος αὐτοῦ ὑπόστασις, ἀσυγκρίτῳ διαφορᾷ ἐδείχθη ὑπερκειμένη πάντων οἷς αὐτὸς τὸ εἶναι ἐχαρίσατο, οὕτως καὶ ἡ ὁμότης αὐτοῦ κατὰ φύσιν τυγχάνουσα τῆς πατρικῆς θεότητος, ἀλέκτῳ διαφορᾷ διαφέρει τῶν δι' αὐτοῦ θέσει υἱοθετηθέντων. ὁ μὲν γὰρ ἀτρέπτου φύσεως τυγχάνει, τέλειος ὢν καὶ ἀπὸ παντὸς ἀνενδεής. οἱ δὲ, τῇ εἰς ἑκάτερα τροπῇ ὑποκείμενοι, τῆς παρὰ τούτου βοηθείας δέονται. τί γὰρ ἂν καὶ προκόψαι ἔχοι ἡ τοῦ Θεοῦ Σοφία, ἢ τί προσλαβεῖν ἡ αὐτοαλήθεια, ἢ ὁ Θεὸς λόγος; πῶς ἂν ἔχοι βελτιωθῆναι ἡ ζωὴ, τὸ ἀληθινὸν φῶς; εἰ δὲ τοῦτο, πόσῳ πλέον ἀφύσικον τυγχάνει, μωρίας ποτὲ δεκτικὴν γενέσθαι τὴν Σοφίαν, ἢ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἀσθενείᾳ προσπλακῆναι, ἢ ἀλογίᾳ τὸν λόγον ἀμαυρωθῆναι, ἢ τῷ ἀληθινῷ Φωτὶ ὁπλιχθῆναι σκότος; οὗ μὴ ἀποῤῥήξαι αὐτόθεν λέγοντος, τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, ἢ τίς συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ; οὗ ᾗ Σολομῶντος, ὅτι ἀδύνατον ἂν εἴη κἂν μέχρι πρὸς ἐννοίας θυρεθῆναι ὁδοὺς ὄφεως ἐπὶ πέτρας, ἥτις κατὰ Παῦλόν ἐστιν ὁ Χριστός· οἱ δὲ κτίσματα αὐτοῦ τυγχάνοντες, ἄνθρωποί τε ᾗ ἄγγελοι, ᾗ θυλογίας εἰλήφασι προκόπτειν, δεήσεσιν ἀσκούμενοι

VALESII ANNOTATIONES.

1 Δι' ὃ χρηματίζει πατὴρ] In manuſcripto codice Henrici Savilii legitur δι' ὃν, quomodo etiam legit Epiphanius Scholaſticus. [In Regio J. Pini codice ſcriptum inveni δι' ἅ.]

2 Μέχρι πρὸς ἐννοίας] In codice Allatii legitur μέχρις ἐννοίας, omiſſa altera præpoſitione. Utramque tamen vocem agnoſcit Epiphanius Scholaſticus, qui ſic vertit. *Impoſſibile eſt vel uſque ad opinionem invenire vias ſerpentis,*

καὶ

I. [1] καὶ νομίμοις ἐντολαῖς, ὡς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν. διὸ δὴ ὁ Κύριος ἡμῶν φύσει τοῦ Πατρὸς Υἱὸς τυγχάνων, καὶ παρὰ πάντων προσκυνεῖται. οἱ δὲ, ἀποθέμενοι τὸ πνεῦμα τῆς δουλείας, ἐξ ἀνδραγαθημάτων καὶ προκοπῆς τὸ τῆς υἱοθεσίας λαβόντες πνεῦμα, διὰ τοῦ Φύσει Υἱοῦ εὐεργετούμενοι, γίγνονται αὐτοὶ θέσει υἱοί. τὴν μὲν οὖν γνησίαν αὐτοῦ καὶ ἰδιότροπον, καὶ Φυσικὴν καὶ κατεξαίρετον υἱότητα ὁ Παῦλος οὕτως ἀπεφήνατο, ὡς Θεοῦ εἰπών· ὅς γε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν, δηλονότι τῶν μὴ Φύσει υἱῶν, παρέδωκεν αὐτόν. ὡς γὰρ ἀντιδιαστολὴν τῶν οὐκ ἰδίων, αὐτὸν ἴδιον Υἱὸν ἔφησεν εἶναι. καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα. καὶ ἐν Ψαλμοῖς, ὁ Σωτὴρ φησιν· Κύριος εἶπε πρός με, Υἱός μου εἶ σύ· γνησιότητα ἐμφανίζων, σημαίνει μὴ εἶναι αὐτοῦ γνησίους υἱοὺς ἄλλους πλὴν παρ' αὐτόν. τί δὲ καὶ τὸ, Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, οὐχὶ ἄντικρυς [2] τῆς πατρικῆς μαθήσεως φυσικὴν ἐνδείκνυται υἱότητα, οὐ τρόπων ἐπιμελείᾳ καὶ προκοπῆς ἀσκήσει, ἀλλὰ φύσεως ἰδιώματι ταύτῃ λαχόντος; ὅθεν καὶ ἀμεταπλωτον ἔχει τὴν υἱότητα ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Πατρός. τὴν δὲ τῶν λογικῶν υἱοθεσίαν, οὐ κατὰ Φύσιν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς, ἀλλὰ τρόπων ἐπιτηδειότητι καὶ δωρεᾷ Θεοῦ, καὶ μεταπλωτὴν οἶδεν ὁ λόγος. ἰδόντες γοῦν οἱ Υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ, Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν, διὰ Ἡσαΐου εἰρηκέναι τὸν Θεὸν ἐδιδάχθημεν. πολλὰ λέγειν ἔχων, ἀγαπητοὶ, παρέρχομαι, φορτικὸν εἶναι νομίσας, διὰ πλόνων διδασκάλους ὁμόφρονας ὑπομιμνήσκειν. αὐτοὶ γὰρ θεοδίδακτοί ἐστε, οὐκ ἀγνοοῦντες ὅτι ἡ ἔναγχος ἐπαναστᾶσα τῇ ἐκκλησιαστικῇ εὐσεβείᾳ διδασκαλία, Ἐβίωνός ἐστι καὶ Ἀρτεμᾶ, καὶ ζῆλος τοῦ κατ' Ἀντιόχειαν Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, σωιόδῳ καὶ κελεύσει τοῦ ἁπανταχοῦ ἐπισκόπων ἀποκηρυχθέντος ὑπ' ἐκκλησίας. [3] ὃν διαδεξάμενος Λου-

ut proficerent, in virtutis ſtudio & in mandatis legis ſeſe exercentes, ne in vitia dilabantur. Quamobrem Dominus noſter, cum natura ſit Filius Patris, ab omnibus adoratur. Hi vero depoſito ſpiritu ſervitutis, ubi ex fortibus factis & ex continuo progreſſu ſpiritum adoptionis acceperint, beneficio ejus qui natura eſt Filius, filii fiunt adoptivi. Ac germanam quidem & propriam ac naturalem, eximiamque ejus filiationem Paulus declaravit, ita dicens de Deo: Qui proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis, non naturalibus ſcilicet filiis, illum tradidit. Nam ut illum diſtingueret ab iis qui non ſunt proprie filii, proprium Filium eſſe eum dixit. In Evangelio vero legitur: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Præterea in Pſalmis Servator ait: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu: ubi ſe germanum ac genuinum eſſe demonſtrans, alios præter ſe genuinos non eſſe ſignificat. Jam vero quidnam illud eſt? Ex utero ante luciferum genui te. An non aperte indicat naturalem Paterni partus filiationem, quam non accurata morum caſtigatione, non exercitatione virtutum ac profectu, ſed naturæ proprietate ſortitus eſt? Quamobrem unigenitus quidem Filius Patris firmam ac ſtabilem poſſidet Filiationem. Rationalium vero filiorum adoptionem, non natura illis competere, ſed morum probitate & Dei beneficio parari, mutabilemque eſſe agnoſcit Scriptura. Videntes enim Filii Dei filias hominum, acceperunt ſibi uxores, & quæ ſequuntur. Et alibi: Filios genui & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me: Deum per Eſaiam prophetam dixiſſe accepimus. Plura cum poſſim dicere, fratres cariſſimi, conſulto prætereo, quippe qui importunum eſſe ducam, doctores qui nobiſcum conſentiunt, pluribus admonere. Ipſi enim à Deo docti eſtis: nec ignoratis, eam doctrinam quæ adverſus Eccleſiaſticam pietatem nuper caput extulit, Ebionis eſſe & Artemæ: nec aliud eſſe quam imitationem Pauli Samoſateni Antiochiæ Epiſcopi, qui omnium ubique Epiſcoporum concilio ac judicio ab Eccleſia remotus eſt. Cui ſuccedens

SÆC. IV.

Rom. 8. 23.

Matt. 3. 17.

Pſal. 2.

Gen. 6.

Iſai. 1.

Ebion. Artemas.

P. Samoſatenus.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ νομίμοις ἐντολαῖς] In codice Leonis Allatii ſcriptum eſt καὶ νομίμους ἐντολάς. Quam ſcripturam in editione ſua amplexus eſt Jacobus Sirmundus, & hunc locum ita vertit, *qui autem ejus ſunt creaturæ, homines & Angeli, & benedictionem acceperunt, ut proficerent virtutem exercentes, & mandatorum leges, ne peccarent.* Atque hanc lectionem, re attentius examinata, veriorem puto. Ait enim Alexander, Deum duas res tradidiſſe hominibus & Angelis, ut in virtute progreſſus facere poſſent. Primum benedictiones: deinde mandata legis. Et mandata quidem legis ad hoc proſunt, ne crimina admittant quæ lege prohibita ſunt. Benedictio vero ad hoc prodeſt, ut in virtutis exercitatione quotidie proficiant. Sed occurrit hoc loco difficultas. Angelis enim profectum attribuit, cujus tamen minime capax videtur eorum natura: Totos enim ſeſe applicant Angeli ad id quod ſemel amplexi ſunt: Nec paulatim progrediuntur ad id quod eligunt; ſed primo impetu ad ſummum faſtigium perveniunt, ita ut nec ulterius progredi, nec retro reverti valeant. Materiæ enim expertes ſunt, quæ infirmitatem & inconſtantiam gignit. Dicendum tamen eſt, Angelos ita primum creatos eſſe à Deo, ut eſſent mutabiles, & virtutis capaces ac vitii, utque proficere poſſent in melius, aut in deterius labi. Hanc fuiſſe ſententiam veterum Theologorum, tum ex Alexandro patet, tum ex eo quod Arius ac ceteri aſſerebant, Filium Dei mutabilem eſſe, & virtutis ac vitii capacem. Nec ullus Catholicorum eis unquam objecit, Angelos non eſſe mutabilis naturæ. Sciebant enim id proprium eſſe ſolius Dei, qui in ſacris literis diſerte ait: Ego ſum & non mutor. Angeli vero licet difficile mutentur, mutationi tamen obnoxii ſunt.

2 Τῆς πατρικῆς γνησίστητος] Rectius in manuſcriptis codicibus Savilii & Allatii legitur μαιεύσεως, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Ita quoque legebatur in altero exemplari regio.

3 Ὃν διαδεξάμενος Λουκιανός] Baronius ad annum Chriſti 318. Cap. 75. Alexandrum excuſare conatur qui hæc de Luciano Martyre ſcripſerit. Et laudandus quidem eſt Baronius, qui martyrem Chriſti nefandæ hæreſis ſuſpicione liberare conatus eſt. Veritatem tamen cunctis rebus anteponere debemus. Quod ſi Baronius veteris cujuſpiam ſcriptoris teſtimonium afferret, quo ſuam ſententiam firmaret, & Alexandri teſtimonium ſubverteret, equidem libenti animo ei aſſentirem. Sed cum præter conjecturas nihil adferat, malim equidem Alexandri teſtimonio credere, qui Luciani temporibus vixit, ejuſque doctrinam ac diſcipulos apprime noverat qui ſe Conlucianiſtas vocabant. Certe Theodoritus, poſtquam hanc Alexandri Epiſtolam retulit, diſerte affirmat, eum nulla in re mentitum fuiſſe, ſed veritatem ingenue protuliſſe. Accedit teſtimonium Epiphanii in hæreſi 43, quæ eſt Lucianiſtarum, ubi Lucianum hunc de quo loquitur Alexander, Arianæ hæreſi patrocinatum fuiſſe, & ab Arianis pro Martyre habitum ſcribit. Certe diſcipuli ejus quos recenſet Philoſtorgius, Ariani erroris labe omnes infecti fuere. Sed videamus quid de illo narret Alexander. Ait igitur primo Lucianum ſucceſſiſſe Paulo Samoſatenſi; id eſt erro-

χιανὸς,

SÆC. IV.

Lucianus.

Arius.

Achillas.

Lucianus, pluribus annis à communione trium Episcoporum sese abjunxit. Horum impietatis fæcem cum hausissent, nuper nobis orti sunt Exucontii, occulta illorum germina, Arius scilicet & Achillas, & reliqua impiorum istis adhærentium turba. Ac nescio quo modo ordinati in Syria tres Episcopi, illis consentiendo, eos ad pejora incitant. Quorum judicium vestro examini reservetur. Qui salutaris passionis & abjectionis atque exinanitionis, & paupertatis quam vocant, eorum denique omnium quæ Servator nostra causa suscepit, adsciticias voces memoria retinentes, eas ad supremam æternamque illius Divinitatem refellendam afferunt. Eorum autem verborum quæ naturalem ejus gloriam ac nobilitatem & apud Patrem mansionem designant, prorsus immemores sunt. Cujusmodi

Joan. 10. 30.

est illud: Ego & Pater unum sumus. Quod quidem Dominus dicit, non quo seipsum Patrem renuntiet, nec quo duas personas unam esse demonstret: sed quoniam Patris Filius expressam Patris similitudinem exactissime servat, quippe qui omnimodam ejus similitudinem à natura impressam habeat, sitque imago Patris, nulla in re discrepans, & primitivi exemplaris expressa figura. Unde etiam Philippo tunc videre cupienti Dominus abunde commonstrat. Dicenti enim, Ostende nobis Patrem,

Joan. 14. 9.

respondet: Qui vidit me, vidit & Patrem. Quippe cum per purissimum & animatum speculum Divinæ imaginis ipse conspiciatur

λιανὸς, [1] ἀποσυνάγωγος ἔμεινε τριῶν ἐπισκόπων 1
πολυετεῖς χρόνους. ὧν τῆς ἀσεβείας τὴν τρύγα ἐρροφηκότες, νεῶν ἡμῖν οἱ ἐξ οὐκ ὄντων ἐπεφύησαν, τὰ ἐκείνων κεκρυμμένα μορφώματα, Ἄρειός τε καὶ Ἀχιλλᾶς, καὶ ἡ τούτοις συναυτοῖς πονηρευομένων σύνοδος. καὶ γὰρ οἶδ' ὅπως οἱ ἐν Συρίᾳ χειροτονηθέντες 2
ἐπίσκοποι τρεῖς, ἀφ' ὧν συναινεῖν αὐτοῖς, ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπεκκαίουσι· φεῦ ὧν ἡ κρίσις [3] ὑπανακείσθω τῇ ὑμετέρᾳ δοκιμασίᾳ· οἱ τὰς μὲν τοῦ 3
Ζωτικοῦ πάθους, ταπεινώσεώς τε καὶ κενώσεως, καὶ τῆς καλουμένης αὐτοῦ πτωχείας, καὶ ὧν ὑπέκτητο ὁ Ζωτικὸς δι' ἡμᾶς ἀνεδέξατο φωνὰς, ἀφ' μνήμης ἔχοντες, προβαπτισθεντα ἐπὶ προσγραφῇ τῆς ἀνωτάτω καὶ ἀρχῆθεν αὐτῷ θεότητος. τῶν δὲ τῆς φυσικῆς αὐτῷ δόξης τε καὶ εὐγενείας καὶ προσὼ τῷ Πατρὶ μόνης σημαντικῶν λόγων ὑπελήσμονες γεγόνασιν· οἷόν ἐστι τὸ, ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμέν. ὅπερ φησὶν ὁ Κύριος, ὑ πατέρα ἑαυτὸν ἀναγορεύων, [a] οὐδὲ [4] τὰς τῇ ὑποστάσει δύο Φύσεις μίαν εἶναι a 4
σαφηνίζων· ἀλλ' ὅπ τὴν πατρικὴν ἐμφέρειαν ἀκριβῶς πέφυκε σώζειν ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, τὴν καλὰ πάντα ὁμοιότητα αὐτῷ ἐκ Φύσεως ἁπομαξάμενος, καὶ ἀπαραλλακτος εἰκὼν τοῦ Πατρὸς τυγχάνων, καὶ τοῦ πρωτοτύπου ἔκτυπος χαρακτήρ. ὅθεν καὶ τῷ τηνικαῦτα ποθοῦντι ἰδεῖν Φιλίππῳ ἀφθόνως ὁ Κύριος ἐμφανίζει, πρὸς ὃν, λέγοντα, δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, λέγει· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. ὥσπερ δ' ἐσόπτρου ἀχηλιδώτου καὶ ἐμψύχου θείας εἰκόνος, αὐτοῦ θεωρουμένου τοῦ Πατρός·

VALESII ANNOTATIONES.

ris illius successorem fuisse. Certe illum familiarem fuisse Pauli Samosateni credibile est. Fuit enim & ipse oriundus ex urbe Samosatensi, ut legitur in ejus vita. Et cum Paulus ex ea urbe ad Antiochensem Episcopatum evectus sit, Lucianus quoque Antiochiæ presbyter fuit. Ætas quoque utriusque in idem fere tempus incurrit. Paulus enim Aureliani temporibus depositus est, & post depositionem diu superstes vixit. Ponamus ergo illum ad Cari usque tempora perveniisse. Abhinc ad Martyrium Luciani anni sunt plus minus viginti quinque. Ex quo apparet, Paulum ac Lucianum eodem oppido ortos, & ejusdem urbis sacerdotes, iisdem quoque vixisse temporibus.

1 Ἀποσυνάγωγος ἔμεινε τριῶν ἐπισκόπων] Hujus verbi vim non intellexerunt Interpretes. Quos sequutus Baronius ad annum 318. scribit Lucianum à tribus Episcopis sibi continue succedentibus, Ecclesia ejectum fuisse. Atqui non hoc dicit Alexander, sed tantum ait Lucianum schisma fecisse in Antiochensi Ecclesia, & sub tribus Episcopis continue sibi succedentibus Collectas seorsum celebrasse. Id enim significat vox ἀποσυνάγωγος. Itaque Epiphanius Scholasticus non male hunc locum interpretatus est hoc modo, *cui succedens Lucianus, extra synagogas mansit trium Episcoporum plurimo tempore.* Basilius in Epistola prima ad Amphilochium περασυναγωγὴν usurpat eodem sensu: ubi distinguit inter hæresim & schisma & περασυναγωγὴν. περασυναγωγὴν autem ait esse illegitimos Conventus, qui fiunt ab immorigeris Presbyteris vel Episcopis & laïcis. Verbi gratia, si quis criminis convictus & à ministerio sacro suspensus, judicio non pareat, sed ministerium suum obire velit, & populum colligat. Inter περασυναγωγὴν autem & schisma parum distat. Porro causa schismatis Luciano fuit, doctrina Pauli Samosatensis quam defendebat, ut docet Alexander. Cujus gratia diu separavit se à tribus Episcopis, Domno, Timæo, ac Cyrillo. Tandem vero ad unitatem Ecclesiæ reversus est, ut ex Alexandro colligitur. Neque enim eum usque ad exitum vitæ in schismate mansisse Alexander scribit, sed tantum longo tempore separatum fuisse. Cæterum hanc vocem ἀποσυνάγωγος mutuatus est Alexander ex Joannis Evangelio cap. 16. ubi Christus prædicit Apostolis suis, quod Judæi ipsos è Synagogis suis ejecturi essent: ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς.

2 Ἐν Συρίᾳ χειρ. ἐπίσκοποι τρεῖς] Intelligit Eusebium Cæsareæ Palæstinæ Episcopum, Theodotum Laodiceæ, & Paulinum Tyri. Hos enim anathemate damnatos fuisse ab Alexandro Alexandriæ Episcopo testatur Arius in Epistola ad Eusebium Nicomediensem Episcopum, quæ refertur infra. Porro ex hoc loco colligitur, Epistolam hanc scriptam esse ab Alexandro ante Epistolam ad omnes Ecclesias, priusquam Eusebius Nicomediensis patrocinium Arii suscepisset. Nam si posteriore loco scripta esset hæc epistola, nunquam profecto Alexander mentionem Eusebii Nicomediensis facere omisisset.

3 Ὑπανακείσθω] In Codice Leonis Allatii [& in Regio J. Pini,] & in editione Basiliensi legitur ἀνακείσθω. Quomodo etiam scribitur apud Nicephorum.

4 Τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις] Duas naturas dicit Alexander, non simpliciter & absolute duas, sed personaliter duas, eo quod in duabus personis existat una natura. Quare φύσις ἐν ὑποστάσει idem est quod persona.

VARIORUM.

a Οὐδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφηνίζων] Φύσις hic sumitur pro *persona*; ut infra Filius appellatur φύσις μονογενὴς; ubi vide Valesium. Eodem sensu vox occurrit apud Clementem Alexandrinum Strom. lib. VII. ἡ υἱοῦ φύσις ἡ μόνῳ τῷ παντοκράτορι συνεζευγμένη, *natura* vel *persona Filii, quæ soli Omnipotenti est conjunctissima.* Vid. cl. *Bulli* Defens. Fidei Nicænæ, Sect. 2. c. 6. n. 6. Eodem sensu vocem accepit Cyrillus in Epistola ad Acacium, ubi contra Nestorium scribens, nihilominus μίαν φύσιν τοῦ Λόγου asserit, i. e. *unam Hypostasin* seu *personam Verbi* Incarnati. Vide Partem secundam Tomi VII Operum S. Cyrilli, pag. 115. In eundem sensum vocem φύσιν exponunt Episcopi Catholici in Collatione cum Severianis, quam vide apud Baronium ad annum 532. *W. Lowth.*

ὧν ὅμοιον

1 Ὧν ὅμοιον ἐν Ψαλμοῖς οἱ ἁγιώτατοι φασίν· Ἐν τῷ
Φωτί σου ὀψόμεθα Φῶς. διὸ δὴ καὶ ὁ τιμῶν τὸν Υἱόν,
2 τιμᾷ τὸν Πατέρα, καὶ εἰκότως. πᾶσα γὰρ ἀσεβὴς
Φωνὴ εἰς τὸν Υἱὸν λέγεσθαι τολμωμένη, εἰς τὸν Πα-
τέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχει· καὶ τί λοιπὸν ἔτι θαυ-
μαστὸν ὃ μέλλω γράφειν ἀγαπητοί, εἰ τὰς κατ'
ἐμοῦ ψευδεῖς διαβολὰς καὶ τῷ θεοσεβεστάτῳ ἡμῶν
λαῷ ἐνθήσομαι. οἱ γὰρ κατὰ τῆς θεότητος τοῦ Υἱοῦ
τοῦ Θεοῦ παρατεταγμένοι, οὐδὲ τὰς καθ' ἡμῶν
ἀχαρίστους παρῃτήσαντο βλασφημίας λέγειν· οἵ γε οὐδὲ
τῶν ἀρχαίων τινὰς συγκρίνειν ἑαυτοῖς ἀξιοῦσιν, ὑδὲ οἷς
ἡμεῖς ἐκ παίδων ὡμιλήσαμεν διδασκάλοις, ἐξισοῦ-
σθαι ἀνέχονται· ἀλλ' οὐδὲ τῶν νῦν πανταχοῦ συλ-
λειτουργῶν τινὰ εἰς μέτρον σοφίας ἠρῦνται· μόνοι
σοφοὶ καὶ ἀκήμονες καὶ δογμάτων εὑρεταὶ λέγοντες
εἶναι, καὶ αὐτοῖς ἀποκεκαλύφθαι μόνοις, ἅπερ ὑδενὶ
τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἑτέρῳ πέφυκεν ἐλθεῖν εἰς ἔν-
3 νοιαν. ὦ ἀνοσίου τύφου καὶ ἀμέτρου μανίας, καὶ με-
λαγχολικῆς ἁρμοσμένης δόξης κενῆς, καὶ σατανικοῦ
4 φρονήματος, εἰς τὰς ἀνοσίους αὐτῶν ψυχὰς ἀπο-
σκιρώσαντος. ὃ κατῄδεσεν αὐτοὺς ἡ τῶν ἀρχαίων
γραφῶν φιλόθεος σαφήνεια· ὑδὲ ἡ τῶν συλλει-
τουργῶν σύμφωνος περὶ Χριστοῦ θεολογία τὴν καθ'
5 αὐτῶν θρασύτητα αὐτῶν ἐμαύρωσεν. ὧν οὐδὲ τὰ
δαιμόνια τὴν ἀνοσιουργίας ἀνέξεται, φωνὴν βλάσφη-
μον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ εἰπεῖν φυλαττόμενα.
ταῦτα μὲν ὃν ἡμῖν κατὰ τὴν παροῦσαν δυνάμιν
67 ἐπαπορείσθω, περὶ τοὺς 7 ἀπαιδεύτῳ ὕλῃ κατὰ
Χριστοῦ κονισαμένους, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν θεοσέβειαν
ἡμῶν συκοφαντεῖν παρεθεμένους. Φασὶ γὰρ ἡμᾶς οἱ
Ἑλληνάφων ἐφευρεταὶ μύθων, ἀποτρεφομένους τὴν ἐξ
ὄντων ἀσεβῆ καὶ ἄγραφον κατὰ Χριστοῦ βλασφη-
μίαν, ἀγέννητα διδάσκειν δύο· δυοῖν θατέρου λέ-
γοντες δεῖν εἶναι οἱ ἀπαίδευτοι, ἢ ἐξ ὄντων
αὐτὸν εἶναι φρονεῖν, ἢ πάντως ἀγέννητα λέγειν
δύο· ἀγνοοῦντες οἱ ἀνάσκητοι, ὡς μακρὸν ἂν εἴη
μεταξὺ Πατρὸς ἀγεννήτου, καὶ τῶν κτιδέντων
ὑπ' αὐτοῦ ἐξ ὄντων, λογικῶν τε καὶ ἀλόγων.

Quibus ſimile eſt id quod ſancti dicunt in Pſalmis: in lumine tuo videbimus lumen. Quocirca qui honore afficit Filium, ſimul honore afficit Patrem: & qui honorat Patrem, honorat etiam Filium, & quidem merito. Omne enim impium verbum quod profertur in Filium, ad perſonam Patris pertinet. Poſthæc vero cui mirum videatur id quod ſcripturus ſum, ſi calumnias ab illis confictas adverſus me & adverſus religioſiſſimam plebem expoſuero. Nam qui Divinitatem Filii Dei oppugnare aggreſſi ſunt, nos quoque ingrato animo conviciis appetere non verentur. Qui nec ullos ex antiquis ſibi comparari volunt: nec eos quibus nos ab ineunte ætate magiſtris uſi ſumus, exæquari ſibi patiuntur. Sed nec ullum ex omnibus qui hodie ſunt collegæ noſtri, ad mediocrem ſcientiam perveniſſe cenſent: ſolos ſapientes ac nihil poſſidentes, ſolos dogmatum inventores ſe eſſe jactantes, ſibique ſolis ea revelata eſſe, quæ nemini unquam eorum qui ſub cœlo ſunt in mentem venerint. O impiam arrogantiam! ô veſaniam immenſam! ô inanem gloriam, atra bile percitis convenientem! ô ſuperbia Satanæ, quæ ſceleratis eorum mentibus inſedit. Non illis pudorem incuſſit veterum Scripturarum perſpicuitas religioſa: nec collegarum noſtrorum conſentiens de Chriſto doctrina, audaciam eorum adverſus illum repreſſit. Quorum impietatem ne ipſi quidem dæmones laturi ſunt, quippe qui cavent ne quam adverſus Filium Dei impiam vocem emittant. Atque hæc pro virili parte nunc à nobis diſputata ſint, adverſus eos qui in imperita materia tanquam in pulvere volutati, Chriſtum impugnare aggreſſi ſunt, & noſtram erga illum pietatem calumniari inſtituerunt. Aiunt enim iſti ineptarum fabularum inventores, nos qui impiam & nullo ſcripturarum teſtimonio fultam blaſphemiam, ex non extantibus, averſamur, duo ingenita aſſerere. Duorum enim alterum neceſſario eſſe dicendum affirmant imperiti: aut illum ex non extantibus eſſe, aut certe duo eſſe ingenita: nec intelligunt rudes atque ignari, multum intereſſe inter Patrem ingenitum & res ab illo creatas ex nihilo, tam rationales, quam rationis ex-

Arianorum arrogantia.

SÆC. IV.

Pſal. 35. Joan. 5. 23.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὅν ὅμοιον ἐν ψαλμοῖς] Rectius in Manuſcripto codice Henrici Savilii & in editione Baſilienſi ſcriptum eſt ὧν ὅμοιον, id eſt, *quibus ſimilia in Pſalmis canunt ſanctiſſimi Patres*. Epiphanius tamen Scholaſticus vulgatam ſcripturam confirmat. Camerarius quoque, licet Baſilienſem editionem ſequutus ſit, ὃν tamen legit, & ad Patrem retulit. Chriſtophorſonus vero ad Filium referre maluit. Sic enim vertit, *Filium porro Patri ſimilem, in pſalmis pronunciatum memorant ſanctiſſimi viri* &c.

2 Τιμᾷ τὸν πατέρα] Epiphanius Scholaſticus quædam hic addit quæ non leguntur in Græco. Sic enim habet, *quapropter & qui honorat patrem, honorat & Filium: & qui honorat Filium, honorat & Patrem, & recte.* Quam lectionem confirmant ſequentia. Itaque error videtur Librariorum, qui hanc pericopen omiſerunt decepti vocum ſimilitudine.

3 Καὶ μελαγχολικῆς ἁρμοσμένης δόξης] Lego μελαγχολικοῖς, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Cujus tamen factum probare non poſſum, in eo quod lectionem nullius ſcripti codicis auctoritate firmatam in textum admittere non dubitavit: quam ad latus editionis ſuæ rejicere, aut in adnotationibus referre potius conveniebat. Apud Nicephorum in lib. 8. cap. 7. legitur κὴ μελαγχολικῆς δόξης, omiſſa voce ἁρμοσμένης.

4 Ἀποσκιρώσαντος] In Manuſcripto codice Henrici Savilii ſcriptum eſt ἐνοσκηνώσαντος. Epiphanius Scholaſticus legiſſe videtur ἀποσκιρήσαντος. Sic enim vertit. *Sapientia Satanæ in animas eorum nequiſſimas vehementer inſiliens.*

5 Ἡμαύρωσεν] Codex Leonis Allatii habet ἠμίρωσεν. Atque ita prorſus legit Epiphanius Scholaſticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit, *non comminiſtrorum concors reverentia de Chriſto, ferocitatem eorum manſuefecit.*

6 Ἐπιπορείσθω] Correxi ἐπαπορείσθω ex editione Jacobi Sirmundi. In Saviliano codice, & in editione Baſilienſi ſcriptum eſt ἐπιπορήσθω. quod magis placet: Eſt enim in præterito.

7 Ἀπαιδεύτῳ ὕλῃ] Sic vocat Dialecticas argumentationes quibus utebatur Arius adverſus Chriſti divinitatem. In codice tamen Allatii pro ὕλῃ legitur ὑλακῇ, id eſt, latratu; quod non probo.

Sæc. IV.

pertes. Inter quæ duo medium obtinens unigenita natura Dei Verbi, per quam Pater universa condidit ex nihilo, ex ipso vero Patre progenita est. Sicut ipse Dominus quodam loco testatus est his verbis: 1 Joan. 5. 1. Qui diligit Patrem, diligit etiam Filium qui ex eo genitus est. De quibus nos ita credimus, quemadmodum Apostolica sentit Ecclesia: In unum ingenitum Patrem, qui à nullo causam habet essentiæ suæ: nec conversioni obnoxium nec mutationi: qui semper eodem modo se habet: nec profectum nec diminutionem admittit: qui legem & Prophetas & Evangelia nobis dedit: qui Dominus est Patriarcharum & Apostolorum, sanctorumque omnium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum: non ex nihilo genitum, sed ex eo qui Pater est; non corporum more, per incisiones aut defluxus divisionum, quemadmodum Sabellio videtur & Valentino: sed inexplicabili & inenarrabili quodam modo, juxta Prophetæ verba quæ supra retulimus: Generationem ejus quis enarrabit? Quippe cum ejus subsistentiam nulla mortalis natura pervestigare possit, sicut nec Pater ab ullo investigari potest, propterea quod rationalis natura modum divinæ illius ex Patre generationis percipere haudquaquam valet. Verum homines qui spiritu veritatis moventur, non opus habent ista à me discere, cum auribus nostris insonent verba jam olim à Christo hac de re prolata, nosque ita doceant: Nemo novit Patrem nisi Filius, & nemo novit quis sit Filius nisi Pater. Hunc conversionis ac mutationis expertem perinde ac Patrem, nullius egentem, & perfectum Filium Patrisque similem esse didicimus, hoc solo inferiorem Patre, quod ingenitus non est. Est enim imago Patris exactissima & in nullo discrepans. Quippe liquet eum imaginem esse plene omnia continentem, quibus maxima similitudo declaratur, sicut ipse Dominus docuit, cum ait: Pater major me est. Et secundum hoc Filium è Patre semper existere credimus. Est enim splendor Paternæ gloriæ, & figura substantiæ ejus. Sed nemo eam vocem, Semper, ad suspicionem trahat

[1a] ὧν [2] μεσιτεύουσα φύσις μονογενὴς, δι' ἧς τὰ ὅλα ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν ὁ Πατὴρ τοῦ Θεοῦ Λόγου· ἢ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὄντος Πατρὸς γεγέννηται· ὡς καὶ αὐτός που διεμαρτύρατο λέγων ὁ Κύριος, ὁ ἀγαπῶν τὸν Πατέρα, ἀγαπᾷ καὶ τὸν Υἱὸν τὸν γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ. περὶ ὧν ἡμεῖς ἅπερ πιστεύομεν, ὡς τῇ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ δοκεῖ, εἰς μόνον ἀγέννητον Πατέρα, οὐδένα τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸν αἴτιον ἔχοντα, ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα, οὔτε προκοπὴν, οὔτε μείωσιν ἐπιδεχόμενον· νόμου καὶ προφητῶν καὶ εὐαγγελίων δοτῆρα, πατριαρχῶν καὶ ἀποστόλων καὶ ἁπάντων ἁγίων Κύριον. καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, γεννηθέντα οὐκ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὄντος Πατρὸς, [b] ᾗ κατὰ τὰς τῶν σωμάτων ὁμοιότητας, ταῖς τομαῖς ἢ ταῖς ἐκ διαιρέσεων ἀπορροίαις, ὥσπερ Σαβελλίῳ καὶ Βαλεντίνῳ δοκεῖ. ἀλλ' ἀῤῥήτως καὶ ἀνεκδιηγήτως, κατὰ τὸν εἰπόντα, ὡς ἀνωτέρω παρεθήκαμεν, τίν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ [2] πάσῃ τῇ γεννητῇ φύσει ἀπεριεργάστου τυγχανούσης, καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ ἀπερίεργός ἐστι, διὰ τὸ μὴ χωρεῖν τὴν τῶν λογικῶν φύσιν, τῆς πατρικῆς θεολογίας τὴν εἴδησιν. ἅπερ ἡ παρ' ἐμοῦ δεῖ μαθεῖν ἄνδρας τῷ τῆς ἀληθείας πνεύματι κινουμένους, ὑπηχούσης ἡμᾶς καὶ τῆς φθασάσης Χριστοῦ περὶ τούτου φωνῆς καὶ διδασκούσης· οἶδεις οἶδε τίς ἐστιν ὁ Πατὴρ, εἰ μὴ ὁ Υἱός· καὶ οἶδεις οἶδε τίς ἐστιν ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατήρ. ἄτρεπτον τέτον καὶ ἀναλλοίωτον ὡς τὸν Πατέρα, ἀπροσδεᾶ, καὶ τέλειον [3] Υἱὸν, ἐμφερῆ τῷ Πατρὶ μεμαθήκαμεν, μόνῳ τῷ ἀγεννήτῳ λειπόμενον ἐκείνε. εἰκὼν γάρ ἐστιν ἀπηκριβωμένη καὶ ἀπαράλλακτος τοῦ Πατρός. [4] πάντων γὰρ εἶναι τὴν εἰκόνα πλήρη, δι' ὧν ἡ μείζων ἐμφέρεια δῆλον, ὡς αὐτὸς ἐπαίδευσεν ὁ Κύριος· ὁ Πατήρ με, λέγων, μείζων μέ ἐστι. καὶ κατὰ τοῦτο καὶ τὸ ἀεὶ εἶναι τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς πιστεύομεν. ἀπαύγασμα γάρ ἐστι τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως. ἀλλὰ μή τις τὸ ἀεὶ πρὸς ὑπό-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὧν μεσιτεύουσα φύσις μονογενὴς] Benigne intelligendum est, quod hoc loco ait Alexander, naturam unigenitam mediam esse inter Patrem ingenitum & creaturas. Ubi naturam sumit pro persona. Intelligit enim φύσιν ὑποστατικὴν, ut paulo ante locutus est Alexander. Mediam autem vocat naturam unigenitam, non quod Unigenitus inferior sit Patre, sed quod per illum omnia facit Pater, ut ait Joannes Evangelista. Unde, δι' ἧς, proprie tribuitur Filio, quemadmodum notat Basilius in libro de Spiritu sancto.

2 Πάσῃ τῇ γεννητῇ φύσει] Malim scribere γεννητῇ, quemadmodum legisse videtur Epiphanius. Vertit enim *omni creatæ naturæ imperscrutabili*, &c.

3 Υἱὸν τε ἐμφερῆ] In codice [Regio &] Allatii & in editione Basiliensi deest particula τε. Vulgatam tamen scripturam confirmat Epiphanius Scholasticus.

4 Πάντων γὰρ εἶναι τὴν εἰκόνα] In codice Saviliano & in editione Basiliensi verbum interseritur hoc modo πάντων γὰρ εἶναι δεῖ τὴν εἰκόνα πλήρη. Atque ita legisse videtur Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit, *& omnino imaginem convenit esse plenam eorum, per quæ non desit aliquid ab æqualitate ejus cujus imago est.* Sed & Christophorsonus eandem scripturam in libris suis repererat, nisi quod δεῖ in illis exemplaribus legebatur, melius fortasse. Refertur enim ad vocem δῆλον quæ sequitur. Quod si δεῖ legere malimus, tum scribendum erit δηλῶσαι, ut legitur in codice Leonis Allatii, pro δῆλον.

VARIORUM.

a Μεσιτεύουσα φύσις μονογενὴς] Hæc verba notat cl. *Bullus*, ut inde Eusebium Cæsarienssem defendat contra quorundam reprehensiones, propterea quod Filium Dei dixerit μεσίτιν inter Deum & res creatas. Quid enim hoc nomine male audiret, cum ipse Alexander, qui primus vexillum contra impiam Arii Hæresin erexit, prorsus idem, quod Eusebius, dixerit, idque in illa ipsa Epistola, qua Arii Blasphemias acerrime impugnat? *Defens. Fid. Nic. Sect.* 3. *cap.* 9. *n.* 11.

b Οὐ κατὰ τὰς τῶν σωμάτων ὁμοιότητας, ταῖς τομαῖς, ἢ ταῖς ἐκ διαιρέσεων ἀπορροίαις, ὥσπερ Σαβελλίῳ—δοκεῖ] Nempe Sabellium generationem Filii ex ipso Deo Patre in distinctam hypostasin, hoc est, ejus τὸ ὁμοούσιον negasse, ne inde sequeretur divisio & quasi sectio substantiæ divinæ, non obscure nos hic docet Alexander. *Cl. Bullus Def. Fid. Nic. Sect.* 2. *cap.* 1. *n.* 12.

γοιαν ἀγεννήτῳ λαμβανέτω, ὡς οἴονῃ οἱ τὰ ἧς ψυχῆς αἰσθητήρια πεπηρωμένοι. οὔτε γὰρ τὸ ἦν, οὔτε τὸ ἀεί, οὔτε τὸ πρὸ αἰώνων, ταὐτόν ἐστι τῷ ἀγεννήτῳ. ἀλλ' οὐδ' ὁπόσην ἀνθρώπων ἔννοια ὀνομαλοποιῆσαι σπουδάσῃ, δηλοῖ τὸ ἀγέννητον· ὡς καὶ ὑμᾶς οὕτως ἐκδέχεσθαι πιστεύω, καὶ τεθάρρηκα τῇ σῇ πάντων ὑμῶν ὀρθῇ προθέσει, κ' μηδένα τρόπον τούτων τῶν ὀνομάτων τὸ ἀγέννητον δηλοῦτον. ἔοικε γὰρ οἱονεὶ χρόνων εἶναι παρέκτασις ταῦτα τὰ ὀνόματα, τιμὴ μέντοι κατ' ἀξίαν τοῦ μονογενοῦς θεότητα, καὶ οἷον ἀρχαιότητα σημαίνειν μὴ δυνάμενα· τὴν ἁγίων ἀνδρῶν ὡς δύναμις ἑκάστῳ ἐμφανίσαι τὸ μυστήριον βιαζομένων, καὶ συγγνώμην αἰτουμένων πρὸς τῶν ἀκροατῶν δι' εὐλόγου ἀπολογίας, [a] ἀφ' ὧν λέγειν, εἰς ἃ ἐφθάσαμεν. εἰ δέ τι παρὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἀφ' ἧς χειλέων φθέγμα μεῖζόν τι προσδοκῶσιν οἱ ἄνδρες, τὰ ἐκ μέρους αὐτοῖς γνωσθέντα καταργεῖσθαι λέγοντες, δῆλον ὅτι πολὺ τῆς ἐλπιζομένης λείπεται τὸ ἦν καὶ τὸ ἀεὶ καὶ τὸ πρὸ αἰώνων. [2] ὅπερ δ' ἂν ᾖ, οὐκ ἔστι ταὐτὸν τῷ ἀγεννήτῳ. ἔχουσι τῷ μὲν ἀγεννήτῳ Πατρὶ, οἰκεῖον ἀξίωμα φυλακτέον, μηδένα τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸν αἴτιον λέγοντας· τῷ δὲ Υἱῷ τιμὴν ἁρμόζουσαν τιμῇ ἀπονεμητέον, τὴν ἀναρχον αὐτῷ πρὸ τοῦ Πατρὸς γέννησιν ἀναπθέντας, καὶ ὡς ἐφθάσαμεν αὐτῷ σέβας ἀπονέμοντες, μόνον θεοσεβῶς καὶ θρήμως τὸ ἦν καὶ τὸ ἀεὶ καὶ τὸ πρὸ αἰώνων λέγοντες ἐπ' αὐτοῦ· τὴν μέντοι θεότητα αὐτοῦ μὴ παραιτούμενοι, ἀλλὰ τῇ εἰκόνι καὶ τῷ χαρακτῆρι τοῦ Πατρὸς ἀπηκριβωμένην ἐμφέρειαν κ' πάντα ἀναπθέντες. τὸ μὲν ἀγέννητον [3] τῷ Πατρὶ μόνον ἰδίωμα παρεῖναι δοξάζοντες, ἅτε δὴ καὶ αὐτοῦ φάσκοντος [b] τοῦ σωτῆρος, [b] ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστι. πρὸς δὲ τῇ θεοσεβεῖ ταύτῃ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ δόξῃ, καθὼς ἡμᾶς αἱ θεῖαι γραφαὶ διδάσκουσιν, ἓν πνεῦμα [4] ἅγιον ὁμολογοῦμεν, [4] τὸ καινίσαν τούς τε τῆς παλαιᾶς ἁγίους ἀνθρώπους, καὶ τοὺς τῆς χρη- [c] ματιζούσης καινῆς παιδευτὰς θείους· [c] μίαν καὶ μόνην καθολικὴν, καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν· ἀκα-

ingeniti, ſicut exiſtimant ii qui ſenſus animi occæcatos habent. Nam nec verbum erat, nec ſemper, nec ante ſecula, idem eſt quod ingenitum. Sed neque aliud ullum vocabulum humana mens comminiſci poteſt, quod ſignificet ingenitum. Atque ita vos intelligere credo, veſtroque in omnibus recto conſilio ac propoſito confido, quando quidem hæc verba nullatenus ingenitum ſignificant. Etenim hæc verba nihil aliud videntur eſſe quam temporis productio: ſed Divinitatem, & quaſi antiquitatem Unigeniti pro dignitate exprimere non poſſunt: à ſanctis autem viris prolata ſunt, dum ſinguli hoc myſterium pro captu ſuo nituntur exprimere, veniam petentes ab auditoribus, cum juſta ac probabili excuſatione dicendo; Huc uſque pertigimus. Quod ſi qui ſunt qui ab ore mortali vocem aliquam expectent præſtantiorem humano ſenſu captuque, abolita eſſe dicentes ea quæ ipſis ex parte ſunt cognita; longe profecto inferius eſt illorum ſpe atque expectatione verbum erat, & ſemper & ante ſecula. Et quidquid tandem prolatum fuerit, non idem eſt cum ingenito. Itaque Patri quidem ingenito propriam dignitatem ſervare oportet, nullam eum habere exiſtentiæ ſuæ cauſam profitendo. Filio vero competens honor tribuendus eſt, principio carentem ex Patre generationem ei adſignando, cultumque ei ſicut diximus exhibendo: ita ut tantummodo, erat, & ſemper, & ante ſecula, pie ac religioſe de illo prædicemus: divinitatem quidem ejus nequaquam rejicientes; ſed imagini atque exemplari Patris reſpondentem in omnibus ſimilitudinem ei adſcribentes. Solum vero ingenitum, Patris proprium eſſe dicamus, cum & ipſe Servator dixerit, Pater major me eſt. Præter hanc autem piam de Patre & Filio ſententiam, unum inſuper Spiritum ſanctum, ut divinæ ſcripturæ nos docent, confitemur, qui & ſanctos homines veteris teſtamenti, & divinos doctores ejus quod novum appellatur innovavit. Unam præterea ac ſolam Catholicam, Apoſtolicam Eccleſiam: quæ ſem-

Joan. 14. 28.

SÆC. IV.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὰ ἐκ μέρους αὐτοῖς γνωσθέντα] In Manuſcriptis codicibus [Regio,] Allatiano, & Saviliano, & in editione Baſilienſi ſcriptum eſt γνωσθέντα. Videtur autem alludere Alexander ad locum Pauli Apoſtoli in epiſtola prima ad Corinth. *ex parte cognoſcimus & ex parte prophetamus.* Ita certe hunc locum expoſuit Epiphanius Scholaſticus.

2 Ὅπερ δ' ἂν ᾖ, οὐκ ἔστι ταυτὰ] In iiſdem Exemplaribus [Regio,] Allatii, ac Savilii, & in editione Baſilienſi ſcriptum eſt ὅπερ δ' ἂν ᾖ, οὐκ ἔστι ταυτὸν, &c. Atque ita legit Epiphanius Scholaſticus, ut ex interpretatione ejus appareat. Sic enim vertit. *Igitur erat, & ſemper, & ante ſecula, quodcumque ſit, non tamen eſt id quod ingenitum.* Pene omiſeram monere Lectorem, in codice Leonis Allatii ſcriptum eſſe οὐκ ἔστι ταυτὸν τῷ ἀγεννήτῳ, rectius procul dubio. Alioqui niſi ita legeris, addendus erit articulus hoc modo ὃ ὅπερ δ' ἂν ᾖ.

3 Τῷ πατρὶ μόνον ἰδίωμα] In codice Leonis Allatii ſcriptum eſt μόνῳ. Sed reliqui codices vulgatam ſcripturam tuentur.

4 Τὸ καινίσαν] In codice Leonis Allatii [& in Regio J. Pini] ſcriptum eſt καινῆσαν, quam ſcripturam licet reliqui codices refutent, haud tamen ſpernendam puto.

VARIORUM.

a Διὰ τοῦ λέγειν εἰς ἃ ἐφθάσαμεν] Sententiam ita vertit Valeſius; *cum juſta ac probabili excuſatione dicendo, Huc uſque pertigimus.* Sed magis dilucide expoſuit interpres quo ſus eſt Baronius, ad Ann. 318. n. 82. *ſe excuſare conentur his fere verbis, Eatenus de his rebus inſtituimus, quatenus mentis noſtræ vis aſſequi poteſt.* W. Lowth.

b Ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστί] Ὁ υἱὸς οὐκ εἰρηκεν· ὁ πατήρ μου κρείττων ἐστὶν, ἵνα μὴ ξένον τῆς ἐκείνου φύσεως αὐτὸν ὑποπλάσῃ· ἀλλὰ μείζων εἶπεν, ὁ μεγέθει τινὶ, ὅθεν χρόνῳ, ἀλλὰ ἀφ' ἧς ἐξ αὐτοῦ πατέρας γίνηται. *Non dixit Filius, Patrem ſe meliorem eſſe, ne quis ipſum externum alienumque à Patris natura exiſtimaret: ſed* Pater, *inquit,* major eſt; *non quidem magnitudine aliqua, aut ætate, ſed propter generationem ex ipſo Patre.* Athanaſius in Oratione 2da contra Arianos. Ἡ ἱερὰ φωνὴ ἐλάλησεν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμέν, ἀφ' ἧς τὴν τῆς ὑποστάσεως ἑνότητα, ἥτις ἐστὶ μία τοῦ πατρὸς καὶ μία ἡ υἱοῦ, inquiunt Patres Serdicenſes in Epiſtola Synodica apud noſtrum Theodorit. lib. II. cap. VIII. verſus finem.

c Μίαν ἢ μόνην καθολικὴν, τὴν ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν] Notanda eſt cum Pearſono hujus locutionis apud Orientales antiquitas: cum diu apud Latinos *Sancta* tantum audiit Eccleſia, omiſſis epithetis *Catholica & Apoſtolica.* Pearſon. in Symb. Apoſt. Artic. IX. initio.

Sæc. IV.

per quidem inexpugnabilis est, licet universus orbis eam oppugnet: victrix autem est omnis impiæ factionis hæreticorum qui adversus ipsam consurgunt. Quippe sponsus illius, animos nostros confirmavit his verbis: Confidite, ego vici mundum. Ad- *Joan.* 16. 33. hæc novimus resurrectionem mortuorum, cujus primitiæ fuit Dominus noster Jesus Christus, qui carnem revera gestavit, non sola specie, sumptam ex Maria Deipara. qui in fine seculorum, ut peccatum tolleret, ad humanum genus advenit, crucique fixus & mortuus est; nec tamen idcirco divinitatis suæ detrimentum sensit: suscitatus ex mortuis, assumptus in cœlum, sedensque ad dexteram majestatis. Hæc ex parte perscripsi in hac epistola, singula accurate persequi importunum arbitratus, ut antea dixi, eo quod religiosam vestram diligentiam non lateant. Hæc docemus, hæc prædicamus. Hæc sunt Apostolica Ecclesiæ dogmata, pro quibus mortem quoque libenter oppetimus: parvi facientes eos qui nos ista negare compellunt, spemque in iis positam non abjicientes, licet isti tormentis adhibitis vim afferant. Quibus adversantes Arius & Achillas, & qui cum illis sunt hostes veritatis, Ecclesia expulsi sunt, utpote alieni à nostra pia doctrina, juxta *Galat.* 1. beatum Paulum, qui ait: Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit, licet Angelum de cœlo se esse simulet. Sed &, Si quis aliud doceat, & non acquiescat sacris sermonibus *1 Tim.* 6. 4. Domini nostri Jesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, is inflatur nihil sciens: & quæ sequuntur. Hos igitur ab universis fratribus anathematizatos nemo vestrum suscipiat, nec ea quæ ab illis aut dicuntur aut scribuntur admittat.

θαίρελον ᾖ ἀεὶ, καὶ πᾶς ὁ κόσμος ' αὐτῇ πολε- 1
μεῖν βεβλθῇ· νικηφόρον δὲ πάσης τ̃ ἑτεροδόξων
ἀσεβεςάτης ἐπαναςάσεως, ² θῤῥαρσεῖς ἡμᾶς κατα- 2
σκευάσαντος τ̃ οἰκοδεσπότην αὐτῆς, μετ̃ ἣν φωνῆν·
θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τ̃ κόσμον. μεθ̃ τοῦτο τὴν
ἐκ νεκρῶν ἀνάςασιν οἴδαμεν, ἧς ἀπαρχὴ γέγονεν ὁ
Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριςὸς, σῶμα φορέσας ἀληθῶς
ὃ δ δοκήσει, ἐκ τ̃ θεοτόκου Μαρίας, ἐπὶ συντε-
λείᾳ τ̃ αἰώνων εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας ἐπιδημήσας
τῷ γένει τ̃ ἀνθρώπων, ςαυρωθεὶς καὶ ἀποθανὼν, ἀλλ'
ὃ μετὰ ταῦτα τ̃ ἑαυτῆ θεότητος ἥττων γεγενημέ-
νος, ἀναςὰς ἐκ νεκρῶν, ἀναληφθεὶς εἰς οὐρανοὺς, κα-
θήμενος ἐν δεξιᾷ τ̃ μεγαλωσύνης. Ταῦτα ἐκ μέ-
ρους ἐνεχάραξα τῇ ἐπιςολῇ, τὸ καθ' ἕκαςον ἐπ' ἀ-
κριβείας γράφειν, φορτικὸν, ὡς ἔφην, εἶναι νομίσας,
μετὰ τὸ μηδὲ τ̃ ἱερῶν ὑμῶν ταῦτα λεληθέναι σπου-
δήν. ταῦτα διδάσκομεν, ταῦτα κηρύττομεν, ταῦτα
τ̃ ἐκκλησίας τὰ ἀποςολικὰ δόγματα, ὑπὲρ ὧν καὶ
ἀποθνήσκομεν, τ̃ ἐξόμνυσθαι αὐτὰ βιαζομένων ἥττον
περφρονητικότες, εἰ καὶ μετὰ βασάνων ἀναγκάζουσι, τ̃ ἐν
αὐτοῖς ἐλπίδα μὴ ἀποφερόμενοι. ὧν ἐναντίοι γενό-
μενοι οἱ ἀμφὶ τ̃ Ἄρειον καὶ Ἀχιλλᾶν, καὶ οἱ τ̃ ἀληθείας
σὺν αὐτοῖς πολέμιοι, ἀπεώσθησαν τ̃ ἐκκλησίας,
ἀλλότριοι γενόμενοι τ̃ θεσεβοῦς ἡμῶν διδασκαλίας,
κατ̃ τ̃ μακάριον Παῦλον λέγοντα· εἴτις ὑμᾶς εὐαγ-
γελίζηται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔςω, κἂν ἄγ-
γελος ἐξ οὐρανοῦ εἶναι ποιῇ. ἀλλὰ καὶ εἴ τις
ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται τοῖς ὑγιαίνουσι
λόγοις τοῖς τ̃ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ, καὶ τῇ κατ'
εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ, τετύφωται, μηδὲν ἐπιςάμε-
νος, καὶ τὰ ἑξῆς. ³ τούτους οὖν ἀναθεματιζομένους 3
ὑπὸ τ̃ ἀδελφότητος, μηδεὶς ὑμῶν δεχέσθω, μηδὲ
ἀνεχέσθω τῶν λεγομένων ἢ γραφομένων ὑπ' αὐτῶν.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Αὐτῇ πολεμεῖν βουλεύηται] In manuscripto codice Savilii & in editione Basiliensi scriptum est βέληται. [Sed & in codice Regio J. Pini scriptum inveni πολεμεῖν αὐτῇ βέληται.]

2 Εὐθαρσεῖς ἡμᾶς κατασκευάσαντος] Magis placet scriptura quam in codice Allatiano & in Basiliensi editione reperi κατασκευάζοντος. Confirmat hanc lectionem Epiphanius Scholasticus qui sic vertit, *securos nos faciente patre familias ejus* &c. [In codice item Regio J. Pini ita scribitur.]

3 Τούτους ἀναθεματισθέντας] Intelligit Arium & Achillam & reliquos eorum socios ac fautores. Hos enim paulo supra nominavit ita scribens ὧν ἐναντίοι γενόμενοι οἱ ἀμφὶ τ̃ Ἄρειον καὶ Ἀχιλλᾶν, καὶ οἱ τ̃ ἀληθείας σὺν αὐτοῖς πολέμιοι. Quibus verbis Alexander non solum presbyteros ac Diaconos Alexandrinæ Ecclesiæ notat qui Ario favebant, sed & Episcopos illos tres provinciæ Syriæ intelligit qui Arii opinionem defendebant: de quibus supra locutus est. Non sine causa igitur Eusebius Cæsariensis Episcopus, & Paulinus Tyri, & Theodotus Laodicenus, Anathematizatos se esse ab Alexandro querebantur, ut scribit Arius in Epistola ad Eusebium Nicomediensem, quam refert Theodoritus. Hoc enim loco, licet suppresso eorum nomine, Anathematizantur ab Alexandro. De Eusebio autem Nicomediense nihil dicit Alexander in hac Epistola synodica ad Alexandrum C. P. nec Arius inter Episcopos qui Anathematizati fuerant ab Alexandro, Eusebium Nicomediensem nominat: non omissurus utique, si ab Alexandro id factum fuisset. Ex quo intelligi datur, Epistolam hanc synodicam scriptam esse ab Alexandro Alexandriæ Episcopo ante Epistolam illam Alexandri ad omnes Ecclesias, quam referunt Socrates ac Sozomenus. In hac enim posteriore Eusebius Nicomediensis denotatur ab Alexandro ut patronus & signifer Arianorum. Unde apparet Epistolam istam posteriore loco scriptam esse, cum Eusebius Nicomediensis patrocinium Ariani dogmatis palam suscepisset. Sed & aliunde probari potest, Epistolam hanc quam ad omnes omnium Ecclesiarum Episcopos scripsit Alexander, scriptam esse post Epistolam illam ad Alexandrum C. P. Nam in Epistola ad Alexandrum C. P. Decem tantum nominantur Presbyteri ac Diaconi Anathematizati. In Epistola vero Alexandri ad omnes omnium Ecclesiarum Episcopos duodecim recensentur Clerici Anathemate perculsi; ac præterea duo Episcopi, Secundus ac Theonas. Nempe post priorem illam synodicam, cum Carponas & Caius Clerici Alexandriæ, & Secundus ac Theonas Episcopi, sese Ario adjunxissent, idcirco eorum nomina adscripta sunt in posteriore illa synodica quam refert Socrates ac Sozomenus. Duas igitur synodos vario tempore adversus Arium & socios collegit Alexander. In priore decem duntaxat damnati sunt Clerici Alexandrini, & notati tres Episcopi Syriæ. Epistola quoque synodica ab Alexandro scripta est ad Alexandrum Episcopum Byzantii. In secunda synodo, in qua centum fere Episcopi Ægypti sederunt, damnati sunt duodecim Clerici Alexandrini, ac duo præterea Episcopi, Secundus ac Theonas: & notatus est Eusebius Nicomediensis Episcopus. Scripta est denique synodica ad omnes ubique terrarum collegas. Quonam autem anno scripta sit utraque synodica, obscurum est. Baronius quidem anno Christi 318. utramque scriptam esse existimat. Sic enim ratiocinatur. Scriptæ sunt Epistolæ istæ ab Alexandro, priusquam Constantinus Epistolam illam scripsisset ad Alexandrum & Arium. Atqui Epistola illa Constantini scripta est anno 318. cum Constantinus victo Licinio Nicomediam ingressus esset, ut ipse testatur Baronius cap. 69. Sed facilis est responsio. Victus enim est Licinius anno 324. ut ex fastis Idatii & Chronico Alexandrino aliisque scriptoribus constat: qui si Baronii ætate editi fuissent, nunquam ille tot errores admisisset in rebus Licinii commemorandis.

πάντα

πάντα γὰρ οἱ γόητες ψεύδονται, ἀλήθειαν δὲ μὴ λαλήσουσι. περιέρχονται γὰρ τὰς πόλεις, οὐδὲν ἕτερον σπουδάζοντες, ἢ τὰ τῆς φιλίας πρόσχημα καὶ τὰ τῆς εἰρήνης ὀνόματι, δι' ὑποκρίσεως καὶ κολακείας γράμματα δίδοναι καὶ λαμβάνειν, πρὸς τὸ πλανᾶν διὰ τούτων τὰ ὑπ' αὐτῶν ἠπατημένα ὀλίγα γυναικάρια, σεσορωμένα ἁμαρτίαις, καὶ τὰ ἑξῆς. τούτους οὖν τοὺς τοσαῦτα κατὰ Χριστοῦ τολμήσαντας, τοὺς τὸ χριστιανισμὸν τοῦτο μὲν δημοσίᾳ διασύραντας, τοῦτο δὲ ἐπὶ δικαστηρίων ὑποδείκτιαν φιλοτιμουμένους, τοὺς 1 διωγμὸν ἡμῖν οὐ εἰρήνης τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς ἐπεγείραντας, τοὺς τὸ ἄῤῥητον μυστήριον τῆς Χριστοῦ γενέσεως ἐκνευρίσαντας, τούτους ἀποστραφέντες ἀγαπητοὶ καὶ ὁμόψυχοι ἀδελφοὶ, σύμψηφοι γίνεσθε κατὰ τῆς μανιώδους αὐτῶν τόλμης, καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀγαναχτησάντων συλλειτουργῶν ἡμῶν, καὶ ὑποτειλάντων 2 μοι κατ' αὐτῶν, καὶ τῷ τόμῳ συνυποτεταχότων· 3 ἃ καὶ διεπεμψάμην ὑμῖν διὰ τοῦ ἐμοῦ μὲν υἱοῦ Ἀπίωνος τοῦ διακόνου, τοῦτο μὲν πάσης Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος· τοῦτο δὲ Λιβύης τε καὶ Πενταπόλεως, καὶ Συρίας, καὶ ἔτι Λυκίας καὶ Παμφυλίας, Ἀσίας, Καππαδοκίας, καὶ τῶν ἄλλων περιχώρων. ὧν καθ' ὁμοιότητα, καὶ παρ' ὑμῶν δέξασθαι πέποιθα. πολλαὶ γάρ μοι βοηθημάτων πρὸς τοὺς βλαβέντας πεπορισμέναι, καὶ τοῦτο θύρηται λυσιφάρμακον τοῦ ὑπ' αὐτῶν ἀπατη- 4 θέντος λαοῦ, πειθομένων καὶ ταῖς τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν συγκαταθέσεσιν, εἰς μετάνοιαν διὰ τούτου ἔρχεσθαι σπουδαζόντων. ἀσπάσασθε ἀλλήλους 5 σὺν τῇ παρ' ὑμῶν ἀδελφότητι. ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ εὔχομαι ἀγαπητοί· ὀναίμην ὑμῶν τοῦ φιλοχρίστου ψυ- 6 χῆς. εἰσὶ δὲ οἱ ἀναθεματισθέντες αἱρεσιῶται, [a] ἀπὸ πρεσβυτέρων μὲν, Ἄρειος· ἀπὸ διακόνων δὲ, Ἀχιλλᾶς, Εὐζώϊος, Ἀεθαλὴς, Λούκιος, Σαρμάτης, Ἰούλιος, Μιναᾶς, Ἄρειος ἕτερος, καὶ Ἑλλάδιος. συνῳδὰ τούτοις ἐπέστειλε καὶ Φιλογονίῳ τοῦ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλη- 7 σίας προεστῶτι, καὶ Εὐσταθίῳ τοῦ τηνικαῦτα τῆς Βεῤῥοιέων ἰθύνοντι παροικίας, καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσοι τῆς ἀποστολικῆς ἦσαν δογμάτων συνήγοροι. ἀλλ' οὐδὲ ὁ Ἄρειος ἡσυχίαν ἄγειν ἠνέσχετο. ἔγραψε δὴ καὶ αὐτὸς

Omnia enim mentiuntur præstigiatores, nec veritatem unquam loquentur. Circumeunt siquidem civitates, nihil aliud molientes, quam ut amicitiæ specie, & sub nomine pacis, per simulationem & blanditias dent literas atque accipiant; quibus mulierculas paucas ab ipsis deceptas & peccatis onustas in errorem inducant; & cætera. Hos ergo qui tot ac tanta ausi sunt contra Christum; qui Christianam religionem partim irriserunt publice, partim in judiciis traducere ac denotare student: qui pacis tempore persecutionem adversus nos quantum in ipsis est excitarunt: qui ineffabile mysterium generationis Christi enervarunt: hos inquam aversantes, carissimi atque unanimes fratres, suffragamini nobis adversus furiosam illorum audaciam, perinde ac collegæ nostri, qui indignati sunt, & nobis epistolas scripserunt adversus illos, & tomo nostro subscripserunt. Quæ etiam ad vos misi per filium meum Apionem diaconum, partim ex universa Ægypto ac Thebaïde, partim ex Libya ac Pentapoli: item ex Syria, Lycia, Pamphylia, Asia, Cappadocia aliisque finitimis provinciis. Quorum exemplo à vobis quoque literas me accepturum esse confido. Nam cum multa à me præsidia comparata sint ad sanandos eos qui læsi sunt, tum illud præcipue remedium excogitatum est ad curandam multitudinem quæ ab illis decepta est: ut collegarum nostrorum consensui obtemperent, & per hoc ad pœnitentiam redire festinent. Salutate vos invicem una cum fratribus qui vobiscum sunt. Opto vos in Domino valere, dilectissimi; meque ex vestra in Christum pietate fructum percipere. Porro hæreticorum qui anathemate damnati fuerunt hæc sunt nomina. Ex Presbyteris quidem Arius; ex Diaconis vero, Achillas, Euzoius, Aithalas, Lucius, Sarmates, Julius, Mena, Arius alter, & Helladius. His consona scripsit ad Philogonium Antiochensis Ecclesiæ Antistitem, & ad Eustathium qui tunc temporis Berœensem regebat Ecclesiam, & ad alios, quotquot Apostolicæ doctrinæ defensores erant. Sed neque Arius quiescere sustinuit. Nam & ipse scripsit ad illos

Sæc. IV.

2 Tim. 3.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τοσοῦτον ἐπ' αὐτοῖς] Emendavi ex codice Leonis Allatii & ex Nicephoro τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus [ex codice Regio J. Pini.]

2 Καὶ τῷ τόμῳ συνυποτεταχότων] Quisnam sit hic tomus seu Libellus cui plures Episcopos jam subscripsisse ait Alexander, obscurum est. Baronius ad annum Christi 318. scribit esse libellum fidei ab Alexandro conscriptum. Quod ex Christophorsoni versione videtur hausisse. Sic enim Christophorsonus hunc locum interpretatur, *qui libello adversus eos edito subscripserunt.* Ego vero per hanc vocem τόμῳ, hanc ipsam Epistolam intelligi existimo, quam Alexander ad alios etiam Episcopos miserat. Est enim hæc Epistola Encyclica, ut recte notat Baronius.

3 Ἀπίωνος τοῦ διακόνου] In codice Leonis Allatii & apud Nicephorum legitur τοῦ ἀρχιδιακόνου. Atque ita etiam legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. [Codex Regius J. Pini legit τοῦδε τοῦ διακόνου Ἀπίωνος.]

4 Πειθομένων καὶ ταῖς] Particula καὶ alieno loco posita est, & in suum locum sic restituenda πειθομένων ταῖς τῶν συλλειτουργῶν ὑμῶν συγκαταθέσεσι, καὶ εἰς &c.

5 Σὺν τῇ παρ' ὑμῶν ἀδελφότητι] Apud Nicephorum legitur παρ' ὑμῶν, quod rectius mihi videtur.

6 Τὴν Βεῤῥοιαν] Rectius in codice Leonis Allatii scriptum inveni τῷ Βεῤῥοιέων, quam scripturam confirmat Epiphanius Scholasticus.

7 Καὶ τοῖς ἄλλοις] Scripsit etiam Alexander ad Silvestrum Episcopum urbis Romæ Epistolam ejusdem argumenti, ut docet Liberius Papa in Epistola ad Constantium, his verbis, *Manent literæ Alexandri Episcopi olim ad Silvestrum sanctæ memoriæ destinatæ: quibus significat, ante ordinationem Athanasii, undecim tam presbyteros quam etiam Diaconos, quod Arii hæresim sequerentur, se Ecclesiæ ejecisse* &c.

VARIORUM.

2 Ἀπὸ πρεσβυτέρων Ἀρειος· ἀπὸ διακόνων Ἀρειος ἕτερος] Vide duos Arios, presbyterum, & diaconum, qui etiam presbyter dictus est in Epistola Arianorum ad Alexandrum, apud Epiphan. Hæres. 69. n. 7.

Sæc. IV. quos idem ſecum ſentire exiſtimabat. Porro nihil falſo adverſus illum à Divino Alexandro ſcriptum eſſe, ipſe Arius teſtatur in literis ad Euſebium Nicomedienſem. Quas quidem huic hiſtoriæ idcirco inſeram, ut impietatis illius conſortes neſcientibus demonſtrem.

τοῖς ἐκείνοις, οὓς ὁμόφρονας ἔχειν ἡγεῖτο. ὅπερ ἡ αὐτὴ ψευδὴς καθ' αὐτοῦ ἔγραψεν ὁ θεῖος Ἀλέξανδρος, αὐτὸς Ἄρειος ἐν τοῖς πρὸς Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας μεμαρτύρηκε γράμμασιν. ἐνθήσω δὲ καὶ ταύτην τῇ συγγραφῇ, ἵνα καὶ τοὺς κοινωνοὺς τῆς ἀσεβείας δήλους τοῖς ἀγνοοῦσι ποιήσω.

CAPUT V.

Epiſtola Arii ad Euſebium Nicomedienſem Epiſcopum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ἀρείου ἐπιστολὴ [2] πρὸς Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας ἐπίσκοπον. 2

DOMINO deſideratiſſimo, viro Dei, fideli, orthodoxo Euſebio, Arius qui injuſte perſecutionem patitur ab Alexandro Papa ob victricem omnium veritatem, quam tu quoque defendis, in Domino Salutem. Cum pater meus Ammonius Nicomediam pergeret, officii mei eſſe judicavi, ut te per illum ſalutarem: ſimulque ut inſitam tibi caritatem & dilectionem, qua fratres propter Deum & Chriſtum ejus proſequeris, admonerem, quam vehementer nos oppugnet ac perſequatur, omnemque adverſus nos machinam moveat Epiſcopus: adeo ut nos etiam velut impios urbe expulerit, eo quod ipſi non aſſentimur iſta publice prædicanti: Semper eſt Filius: ſimul Pater ſimul Filius: Filius Deo coexiſtit ingenite, ſemper genitus eſt, ingenite genitus eſt; nec cogitatione nec ullo temporis puncto Deus præcedit Filium: ſemper Deus, ſemper Filius: ex ipſo Deo exiſtit Filius. Et quoniam Euſebius frater tuus, Epiſcopus Cæſareæ, & Theodotus, ac Paulinus, Athanaſius, Gregorius & Aetius, omnes denique per Orientem Epiſcopi aſſerunt Deum principii omnis expertem exiſtere ante Filium, anathemate damnati ſunt: exceptis duntaxat Philogonio, Hellanico & Macario, hominibus hæreticis, nec eruditis in fide: qui Filium eſſe dicunt, alter eructationem, alter projectionem, alter coingenitum. Quas impietates ne audire quidem poſſumus, etiamſi mille mortes nobis minentur hæretici. Nos vero, quid dicamus & quid ſentiamus, & profeſſi jam ſumus & nunc profitemur: Filium non eſſe ingenitum, nec partem ingeniti ullo modo, neque ex aliqua ſubjecta materia: ſed voluntate & conſilio ſubſtitiſſe ante omnia tempora & ſecula

Filii generatio juxta Arium.

Κυρίῳ ποθεινοτάτῳ, ἀνθρώπῳ Θεοῦ, πιστῷ, ὀρθοδόξῳ Εὐσεβίῳ, Ἄρειος ὁ διωκόμενος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Πάπα ἀδίκως διὰ τὸ πάντα νικῶσαν ἀλήθειαν, ἧς καὶ σὺ ὑπερασπίζεις, ἐν Κυρίῳ χαίρειν. ἐν πατρός μου Ἀμμωνίου ἐρχομένου εἰς τὴν Νικομήδειαν, εὔλογον ὀφειλόμενον ἐφάνη προσαγορεῦσαί σε δι' αὐτοῦ· ὁμοῦ τε ὑπομνῆσαι τὸ ἔμφυτον σου ἀγάπην καὶ διάθεσιν, ἣν ἔχεις εἰς τοὺς ἀδελφοὺς διὰ τὸν Θεὸν καὶ τὸ Χριστὸν αὐτοῦ, ὅπως μεγάλως ἡμᾶς ἐκπορθεῖ καὶ ἐκδιώκῃ, καὶ πᾶσα κάλων κινεῖ καθ' ἡμῶν ὁ ἐπίσκοπος· ὡς τε καὶ ἐκδιῶξαι ἡμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ὡς ἀνθρώπους ἀθέους, ἐπειδὴ δὲ συμφωνοῦμεν αὐτῷ δημοσίᾳ λέγοντι, ἀεὶ ὁ Θεὸς, ἀεὶ ὁ Υἱός· ἅμα Πατὴρ, ἅμα Υἱός· συνυπάρχει ἀγεννήτως ὁ Υἱὸς τῷ Θεῷ, [2] ἀειγεννής ἐστιν, ἀγεννητογενής ἐστιν· οὔτε ἐπινοίᾳ, οὔτε ἀλόμῳ τινὶ προάγει ὁ Θεὸς τοῦ Υἱοῦ· ἀεὶ Θεὸς, ἀεὶ Υἱός· ἐξ αὐτοῦ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ ὁ Υἱός. καὶ ἐπειδὴ Εὐσέβιος ὁ ἀδελφός σου ὁ ἐν Καισαρείᾳ, καὶ Θεόδοτος καὶ Παυλῖνος καὶ Ἀθανάσιος καὶ Γρηγόριος καὶ Ἀέτιος, καὶ πάντες οἱ κατ' ἀναλολὴν λέγουσιν ὅπως προϋπάρχει ὁ Θεὸς τοῦ Υἱοῦ ἀνάρχως, [3] ἀνάθεμα ἐγένοντο, δίχα μόνου Φιλογονίου καὶ [4] Ἑλλανίκου καὶ Μακαρίου, ἀνθρώπων αἱρετικῶν ἀκληχήτων, [5] τῶν τὸν Υἱὸν λεγόντων οἱ μὲν, ἐρυγήν· οἱ δὲ προβολήν· οἱ δὲ συναγέννητον. καὶ τύπων τῶν ἀσεβειῶν οὐδὲ ἀκοῦσαι δυνάμεθα, ἐὰν μυρίους ἡμῖν θανάτους [6] παραπειλήσωσιν οἱ αἱρετικοί. ἡμεῖς δὲ τί λέγομεν καὶ φρονοῦμεν, καὶ ἐδιδάξαμεν καὶ διδάσκομεν, ὅτι ὁ Υἱὸς οὐκ ἔστιν ἀγέννητος, οὐδὲ μέρος ἀγεννήτου καθ' ἑνὰ τρόπον, οὐδὲ ἐξ ὑποκειμένου τινός· ἀλλ' ὅτι θελήματι καὶ βουλῇ ὑπέστη πρὸ χρόνων καὶ πρὸ αἰώνων

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐκ τῆς πόλεως ἀνθρώπους ἀθέους] Emendavi ὡς ἀνθρώπους ἀθέους, ut legitur in codice [Regio &] Allatii, & apud Nicephorum, & in editione Jacobi Sirmundi. Ita quoque legit Epiphanius Scholaſtcus, ut ex verſione ejus apparet.

2 Ἀγεννής ἐστιν] Hic etiam locus ex codice Leonis Allatii reſtitutus eſt, in quo legitur ἀειγεννής, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. In Nicephoro autem [& in codice Regio J. Pini,] ſcribitur ἀειγενὴς per ſimplex ν, quemadmodum legitur etiam apud Epiphanium in hæreſi Arianorum.

3 Ἀνάθεμα ἐγένοντο] Hæc ita intelligenda ſunt, non quaſi Euſebius Cæſarienſis, Paulinus ac Theodotus & reliqui, nominatim Anathemate pecuſſi fuerint ab Alexandro: ſed quoniam Arius cum ſociis & fautoribus erroris ipſius ab Alexandro Anathematizati fuerant; Euſebius, Paulinus ac Theodotus qui Arii opinionem tuebantur, eadem ſententia percuſſi eſſe videbantur, ut ſuperius obſervavi in notis ad Epiſtolam Alexandri. Idem quoque ſentit Baronius ad annum Chriſti 318. cap 50.

4 Καὶ Ἑλλανικοῦ] Erat hic Epiſcopus Tripoleos, ut mox teſtatur Theodoritus. Qui poſtea juſſu Imperatoris Conſtantini, fraude atque inſidiis Arianorum pulſus eſt Epiſcopatu, ſuffecto in ejus locum Theodoſio quodam, ut ſcribit Athanaſius in Epiſtola ad Solitarios haud procul ab initio.

5 Τῶν τὸν υἱὸν λεγόντων] Prior articulus deeſt in codice Allatii & apud Epiphanium ac Nicephorum: quos in editione ſua ſequitur Jacobus Sirmundus, recte meo quidem judicio. Sequitur enim οἱ μὲν &c. ubi ſolœciſmum notabunt Studioſi. Dicendum enim erat τῶν μὲν.

6 Παραπειλήσωσιν] In manuſcripto codice Henrici Savilii [& in Regio J. Pini.] & in editione Baſilienſi ſcriptum inveni ἐπαπειλῶσιν quomodo etiam legitur in Epiphanio ac Nicephoro.

VARIORUM.

2 Πρὸς Εὐσέβιον] De Euſebio Nicomedienſi vide Socratis Hiſtoriam, lib. I. cap. 6. ibique Annotata.

πλήρης

a πλήρης Θεὸς, μονογενὴς, ἀναλλοίωτος. καὶ [a]πρὶν γεννηθῇ, ἤτοι κτισθῇ, ἢ ὁρισθῇ, ἢ θεμελιωθῇ, οὐκ 1 ἦν· [1]ἀγέννητος γὰρ οὐκ ἦν. [b]διωκόμεθα ὅτι εἴπαμεν, ἀρχὴν ἔχει ὁ Υἱός· ὁ δὲ Θεὸς ἄναρχός ἐστι. Διὰ τοῦτο διωκόμεθα, καὶ ὅτι εἴπαμεν, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐστίν· οὕτως δὲ εἴπαμεν, καθότι οὐδὲ μέρος Θεοῦ ἐστὶν, οὐδὲ ἐξ ὑποκειμένου τινός. Διὰ τοῦτο διωκόμεθα· λοιπὸν σὺ οἶδας. ἐρρῶσθαί σε ἐν Κυρίῳ εὔχομαι, μεμνημένον τῶν θλίψεων ἡμῶν, συλλυπιανιστὰ ἀληθῶς Εὐσεβίε. Ἰστέον τοίνυν τοῖς ὑπὸ τούτου καλαλεχθεῖσιν, Εὐσέβιος μὲν Καισαρείας ἐπίσκοπος ἦν· Θεόδοτος δὲ Λαοδικείας, Τύρου δὲ Παυλῖνος, Ἀναζαρβοῦ δὲ Ἀθανάσιος, καὶ Γρηγόριος Βηρυτοῦ. Ἀέτιος δὲ Λύδδων. Λύδδα δέ ἐστιν, ἡ νῦν καλουμένη Διόσπολις. τούτους μὲν οὖν μόνοις συμφώνους ἔχειν ὁ Ἄρειος 2 ἐστεμνύνετο. ἀντιπάλους δὲ κέκληκε, [2]Φιλογόνιον τῆς Ἀντιοχέων τὸ θρόνου, καὶ Ἑλλανικὸν τὸν Τριπόλεως, καὶ τὸν Ἱεροσολύμων Μακάριον. συκοφαντίας κατὰ τούτων συρράψας, ἐπειδήπερ ἀΐδιον καὶ προαιώνιον ἔφασαν τὸν Υἱὸν, καὶ τοῦ Πατρὸς ὁμότιμόν τε καὶ ὁμοούσιον. ταύτην δεξάμενος Εὐσέβιος τὴν ἐπιστολὴν, ἤμεσε καὶ αὐτὸς τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν. γράφει δὲ οὕτω πρὸς Παυλῖνον τὸν τῶν Τυρίων ἡγούμενον.

perfectum Deum, unigenitum, immutabilem: & antequam gigneretur, aut crearetur, aut terminaretur, aut fundaretur, eum non fuisse. Ingenitus enim non erat. Persecutionem patimur propterea quod dixerimus eum esse ex non extantibus. Quod ideo diximus quia nec pars Dei est, nec ex ulla subjecta materia. Ob id exagitamur: reliqua tu nosti. Opto te in Domino valere, memorem vexationum nostrarum, vere Conlucianista, vere Eusebi. Porro ex iis quos Arius in hac epistola recenset, Eusebius quidem Episcopus erat Cæsareæ, Theodotus vero Laodiceæ: Paulinus Tyri: Athanasius Anazarbi: Gregorius Beryti: Aëtius autem Lyddæ. Lydda vero civitas est quæ nunc Diospolis appellatur. Atque hos quidem opinionis suæ fautores habere se Arius gloriabatur. Adversarios vero nominat, Philogonium Antiochensis Ecclesiæ Antistitem; Ellanicum Tripoleos, & Macarium Episcopum Hierosolymorum. Calumnias adversus eos concinnans, propterea quod Filium æternum & ante secula esse dixissent, æqualemque & consubstantialem Patri. Hanc igitur epistolam cum accepisset Eusebius, ipse quoque impietatem suam evomuit: & ad Paulinum Episcopum Tyriorum scripsit in hæc verba.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Εὐσεβίου ἐπισκόπου Νικομηδείας ἐπιστολὴ πρὸς Παυλῖνον ἐπίσκοπον Τύρου.

Τῷ δεσπότῃ μου Παυλίνῳ, Εὐσέβιος ὁ Κυρίῳ χαίρειν. οὔτε ἡ τοῦ δεσπότου μου Εὐσεβίου 3 σπουδὴ, [3]ἡ ὑπὲρ τοῦ ἀληθοῦς λόγου παρεσιωπήθη, ἀλλ' ἔφθασεν ἕως ἡμῶν, οὔτε ἡ σὴ ἐπὶ τούτῳ σιωπὴ δέσποτα. καὶ ὡς ἦν ἀκόλουθον, ἐπὶ μὲν τῷ δεσπότῃ μου Εὐσεβίῳ εὐφράνθημεν· ἐπὶ δὲ σοὶ λυπούμεθα, στοχαζόμενοι καὶ τὴν σιωπὴν ἀνδρὸς τοιούτου ἧτταν ἡμῶν εἶναι. διὸ παρακαλῶ εἰδότα σε, ὡς ἀπρεπὲς ἀνδρὶ Φρονίμῳ, ἀλλοῖα φρονεῖν, καὶ σιωπᾷν

CAPUT VI.

Eusebii Nicomediensis epistola ad Paulinum Tyri.

Domino meo Paulino Eusebius in Domino salutem. Nec domini mei Eusebii in tuenda veritate studium silentio mandatum est, sed ad nostras usque aures pervenit: nec tua, domine, in eodem negotio taciturnitas. Et sicut consentaneum erat, domini quidem mei Eusebii causa gavisi sumus: Tua vero causa magnopere dolemus, tanti viri silentium, condemnationem esse arbitrantes. Quamobrem hortor te, qui scias quam indecorum sit viro prudenti, aliena sentire, & veritatem reticere,

VALESII ANNOTATIONES.

[1 Ἀγέννητος] ἀγένητος codex Regius Pini.]

2 Φιλογόνιον] Is est de quo Theodoritus supra locutus est in cap. 3. hujus libri. Huic egregium orthodoxæ fidei testimonium perhibet Athanasius in oratione prima contra Arianos: Philogenes vocatur à Nicephoro patriarchâ in Chronographia.

3 Ἡ ὑπὲρ ἀληθοῦς λόγου] In codice Leonis Allatii & apud Nicephorum legitur ἀπουδὴ ὑπὲρ τοῦ ἀληθοῦς ἔτι. Paulo post ubi legitur ὅτι δύο ἀγέννητα ἐκηρύξαμεν, Codex Allatii addit adverbium πώποτε, quam scripturam confirmat Epiphanius Scholasticus.

VARIORUM.

a Πρὶν γεννηθῇ, ἤτοι κτισθῇ — οὐκ ἦν] Effatum hoc damnavit Concilium Nicænum in Anathematismis symbolo Nicæno subjectis: cujus ea erat, ut opinor, sententia, Filium à Patre per generationem habuisse originem, quod etiam Catholici confitebantur: sed ita habuisse, ut tempus assignari posset in quo non fuisset genitus. ἀφορισμὸν ἀφήσημα, οὗ φασι μὴ γεγονέναι τὸν Υἱὸν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, *Præcessit spatium temporis, in quo dicunt Filium non extitisse à Patre:* prout Arianorum sensum expressit Alexander in Epistola capite præcedenti descripta. E contra Catholici asserebant πατέρα ἀεὶ εἶναι πατέρα, ἀεὶ παρόντος αὐτῷ τοῦ υἱοῦ, *Patrem semper esse Patrem, cum semper præsens ei sit Filius,* ut ait idem Alexander: Proinde Filium esse ἀεὶ γεννητὸν *semper genitum*, juxta eundem, & συναΐδιον *coæternum*. Eundem sensum aliis verbis exprimunt Patres Synodi Antiochenæ anno 341 congregati, cum Anathemati illos subjiciunt, qui asserunt καιρὸν ἢ αἰῶνα εἶναι ἢ γεγονέναι, πρὸ τοῦ γεννηθῆναι τὸν υἱὸν, *tempus aut seculum esse vel fuisse, antequam generaretur Filius Dei:* ut Anathematismus ille plenius & rectius legitur apud Athanasium, libro de Synodis Arim. & Seleuc. quam apud Socratem, lib. II. c. 10. quibus concinunt Auctores Fidei μακροστίχου dictæ, cum negant χρονικὸν διάστημα προενθυμητέον ἔτι χωρίς, *quod præcogitare oporteat spatium aliquod temporis Christum antecedens.* Vid. Socrat. ibid. cap. 19. Eodem modo Effatum hoc Arianorum exponit Athanasius libro 2. contra Arianos: καὶ ὅπερ δὲ πάλιν γράφοντες εἰρήκασι, οὐκ ἦν ὁ υἱὸς πρὶν γεννηθῇ, ταὐτόν ἐστι λέγειν ὑμῖν, Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν. χρόνον γὰρ εἶναι κἀκεῖνο καὶ τοῦτο πρὸ τοῦ Λόγου σημαίνει. *Et quod scriptis protulistis,* Non erat Filius antequam generaretur, *plane idem est cum hoc dicto vestro,* Fuit quando non erat Filius. *Nam illud non minus quam hoc, tempus fuisse ante Filium significat.* Reverend. admodum & Cl. *Bullus* vocem *generandi* in hoc Effato positam, de Filii ex Patre progressione ad condenda universa exponit: quem consule hac de re fuse & erudite differentem in *Defens. Fid. Nican. Sect.* 3. *cap.* 9. W. Lowth.

b Διωκόμεθα ὅτι εἴπαμεν, ἀρχὴν ἔχει ὁ υἱὸς· ὁ δὲ Θεὸς ἄναρχός ἐστι] *Persecutionem patimur, eo quod diximus; Filius principium habet; Deus autem principio caret.* Latina non exstant in Editione Paris.

τὴν ἀληθῆ,

Sæc. IV.

ut intelligentiam ſpiritu ſuſcitans, hac de re ſcribere aggrediaris, quod tibi & auditoribus tuis utile futurum eſt: præſertim ſi ſcripturæ veſtigiis inſiſtens, juxta ejus ſermones ac ſententias ſcribere volueris. Quandoquidem nec duo ingenita unquam audivimus, nec unum diviſum in duo, aut corporeum quidquam paſſum eſſe didicimus aut credidimus, domine. Sed unum quidem ingenitum; alterum autem ab eo vere, & non ex ejus ſubſtantia factum, nec ullo modo particeps naturæ illius, nec è ſubſtantia ejus exiſtens: ſed natura & virtute prorſus eſt diverſum, ad perfectam tamen ſimilitudinem naturæ virtutiſque factoris ſui conditum. Cujus initium non modo verbis inexplicabile eſſe, ſed ne cogitatione quidem non dicam hominum, ſed omnium qui ſupra homines ſunt, comprehendi poſſe credimus. Atque hæc non ratiocinatione noſtra collecta, ſed à ſcripturis edocti dicimus: creatum ac fundatum eſſe, & genitum ſubſtantia, & immutabili atque ineffabili natura ac ſimilitudine quam habet ad factorem ſuum, didicimus ex ipſius Domini verbis qui ait: Deus creavit me initium viarum ſuarum, & ante ſeculum fundavit me, & ante omnes colles genuit me. Quod ſi ex ipſo, hoc eſt de ipſo eſſet, tanquam pars ejus, vel ex defluxu ſubſtantiæ, non jam creatus nec fundatus amplius diceretur. Nec tu profecto id ignoras domine. Nam quod eſt ex ingenito, non amplius ſive ab altero, ſive ab eodem creari ac fundari poteſt, cum ſit ab initio ingenitum. Si vero ex eo quod genitus eſſe dicatur, ſubindicari videtur eum ex Paterna ſubſtantia ortum eandem quoque cum Patre naturam habere, ſcimus ſcripturam non de illo ſolo dicere quod genitus ſit, ſed etiam de aliis quæ natura prorſus ab illo diſcrepant. Nam & de hominibus dicit: Filios genui & exaltavi: ipſi autem ſpreverunt me. Et alibi: Deum qui te genuit dereliquiſti. Et de aliis rebus ait: Quis eſt qui genuit ſtillas roris? Non quo naturam ex natura eſſe declaret, ſed ut ſingula quæ facta ſunt, arbitrio & voluntate ejus facta eſſe ſignificet. Nihil enim ex ſubſtantia ejus exiſtit: ſed omnia nutu illius facta, ita exiſtunt ſingula prout facta ſunt. Nam ille quidem Deus eſt. Hæc vero ad ejus ſimilitudinem, verbo ſimilia futura, ejus arbitrio facta ſunt.

Prov. 8.

Eſai. 1. 2.

Deut. 32. 18.

Job. 38. 28.

τ' ἀληθῆ, ἀνασκαλθύσαντα τῷ πνεύματι τὸν λογισμὸν, ὡς εἰ τὸ γεάφειν ὡς εἰ τάτῳ ἄρχου, λυσιτελοῦντος καὶ σοὶ καὶ τοῖς ἀκούουσί σου. μάλιστ' ὅταν κατ' ἀκολουθίαν τ γραφῆς καὶ τοῖς ἴχνεσι τ λόγων αὐτῆς καὶ τ βουλημάτων ἐθέλῃς γεάφειν. ὅτι γὰ οὔτε δύο ἀγέννητα ἀκηκόαμεν, οὔτε ἓν εἰς δύο διῃρημένον, οὐδὲ σωματικόν τι πεπονθὸς μεμαθήκαμεν ἢ πεπιστεύκαμεν δέσποτα. ἀλλ' ἓν μὲ τὸ ἀγέννητον, ἓν δὲ τὸ ὑπ' αὐτῷ ἀληθῶς καὶ οὐκ ἐκ τ οὐσίας αὐτῷ γενὸς, καθόλου τ Φύσεως τ ἀγεννήτου μὴ μετέχον, ἢ ὂν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῷ· ἀλλὰ γενητὸς ὁλοχερῶς ἕτερον τῇ Φύσει καὶ τῇ δυνάμει, πρὸς τελείαν ὁμοιότητα ἀμεταθέτως τε καὶ δυνάμεως ᾧ πεποιηκότος γενόμενον· ᾧ τ ἄρχειν οὐ λόγῳ μόνον ἀδιήγητον, ἀλλὰ καὶ ἐννοίᾳ οὐκ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ τ ὑπὲρ ἀνθρώπους πάντων εἶναι ἀκαταλήπτον πεπιστεύκαμεν. καὶ ταῦτα οὐκ ἐκ λογισμοὺς ἑαυτῶν ὑποθέμενοι, ἀλλ' ἀπὸ τῆς γραφῆς μεμαθηκότες λέγομεν· κτιστὸν εἶναι καὶ θεμελιωτὸν [a] καὶ γεννητὸν τῇ οὐσίᾳ, καὶ τῇ ἀναλοιώτῳ καὶ ἀῤῥήτῳ Φύσει, καὶ τῇ ὁμοιότητι τῇ πρὸς τ πεποιηκότα μεμαθήκαμεν, ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος φησὶν· [b] ὁ Θεὸς ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, καὶ πρὸ τ αἰώνος ἐθεμελίωσέ με· πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. εἰ δὲ ἐξ αὐτῷ, τοῦτ' ἔστιν ἀπ' αὐτῷ ἦν, ὡς ἂν μέρος αὐτῷ, ἢ ἐξ ἀπορροίας τῆς οὐσίας, οὐκ ἂν ἔτι κτιστὸν, οὐδὲ θεμελιωτὸν εἶναι ἐλέγετο, οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοεῖς κύριε ἀληθῶς. τὸ γὰρ ἐκ τῷ ἀγεννήτῳ ὑπάρχον, κτιστὸν ἔτι ὑφ' ἑτέρου ἢ ὑπ' αὐτοῦ ἢ θεμελιωτὸν οὐκ ἂν εἴη, ἐξ ἀρχῆς ἀγέννητον ὑπάρχον. εἰ δὲ τὸ γεννητὸν αὐτὸν λέγεσθαι ὑποφαίνειν τινα παρέχει, ὡς ἂν ἐκ τ οὐσίας τ πατρικῆς αὐτὸν γεγονότα, καὶ ἔχειν ἐκ τούτου τ ταυτότητα τῆς Φύσεως, γινώσκομεν ὡς οὐ περὶ αὐτῷ μόνου τὸ γεννητὸν εἶναι φησὶν ἡ γραφὴ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τ ἀνομοίων αὐτῷ κατὰ πάντα τῇ Φύσει. καὶ γὰ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων φησὶν, υἱὸς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· καὶ, Θεὸν τ γεννήσαντά σε ἐγκατέλιπες· καὶ ἐν ἑτέροις φησὶ, τίς ὁ τοκὼς βώλου δρόσου; οὐ τ Φύσιν ἐκ τ Φύσεως διηγούμενος, ἀλλὰ τ ἐφ' ἑκάστῳ τ γενομένων ἐκ ᾧ βουλήματος αὐτῷ γένεσιν. οὐδὲν γάρ ἐστιν ἐκ τ οὐσίας αὐτοῦ· πάντα γὰ τῷ βουλήματι αὐτῷ γενόμενα, ἕκαστον ὡς καὶ ἐγένετο ἐστίν. ὁ μὲ γὰ, Θεός. τὰ δὲ, ὡς ὁμοιότητα αὐτῷ λόγῳ ὅμοια ἐσόμενα· [b] τὰ δὲ καθ' ἑκουσιασμὸν γενόμενα. b

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀλλ' ἀπὸ τ γεαφῆς] Codex [Regius &] Allatii & Nicephorus una voce auctiores ſunt, hoc modo, τῆς ἁγίας γεαφῆς. Quam quidem ſcripturam agnoſcit etiam Epiphanius Scholaſticus.

2 Καὶ γεννητὸν τῇ οὐσίᾳ] Mallem ſcribere καὶ γεννητὸν per ſimplex ν. Hoc enim magis convenit dogmati Arianorum, qui Filium Dei factum & creatum eſſe dicebant. Certe ita legitur apud Nicephorum, tametſi Interpres Nicephori verterit genitum, quaſi legiſſet γεννητόν. [Sed & in Regio codice J. Pini diſerte ſcriptum inveni γεννητὸν, ut conjeceram.]

VARIORUM.

a Ὁ Θεὸς ἔκτισέ με] Ἐξ ἀρχῆς δῆθεν τὴν παρὰ τῷ Σολομῶνι ἐν τοῖς αὐτοῦ παροιμίαις λέξιν ἑρμηνεῦσαι βουλόμενος &c. *Cum imprimis* (Arius) *Salomonis illam in Proverbiis ſententiam interpretari vellet*; Dominus creavit me principium viarum ſuarum &c. *hinc erroris ſui introducendi occaſionem nactus eſt: Nec illum ejuſve Diſcipulos puduit*, Verbum *illud quod omnia creavit, quod à Patre ſine tempore initioque genitum eſt, creaturam dicere. Qua ex una voce deinceps in multa ac prava errorum diverticula conſceleratam mentem immittens, nec ipſe modo, ſed & ejus doctrina ſectatores infinitas in Dei Filium & Spiritum Sanctum contumelias conjicere non dubitarunt.* Epiphan. de Hæreſi Arianorum n. XII. pag. 736.

b Τὰ δὲ καθ' ἑκουσιασμὸν] Voces τὰ δὲ omittuntur ab Interprete, & omnino expungendæ videntur. *W. Lowth.*

τὸν

τὰ δὲ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ γενόμενα. πάντα γὰρ ἐκ Θεοῦ. ἅπερ λαβὼν καὶ ἐξεργασάμενος χριστοῦ τὴν παρασχοῦσάν σοι θεόθεν χάριν, γράψας τῷ δεσπότῃ μου Ἀλεξάνδρῳ σπούδασον. πέπεισμαι γὰρ ὡς εἰ γράψας αὐτῷ, ἐντρέψας αὐτὸν. ἀσπάζονται πάντας τοὺς ἐν Κυρίῳ. ἐρρωμένον σε καὶ ὑπὲρ ἡμῶν εὐχόμενον ἡ θεία χάρις διαφυλάττοι δέσποτα. Τοιαῦτα καὶ ἕτοι πρὸς ἀλλήλους ἐπέστελλον, εἰς τὴν τοῦ χριστοῦ τοῦ ἀληθείας καθοπλιζόμενοι πόλεμον. οὕτω γὰρ τῆς βλασφημίας ἐν ταῖς κατὰ Αἴγυπτον καὶ τὰ ἑῴαν ἐκκλησίαις διασπαρείσης, ἔριδες ἐν ἑκάστῃ πόλει καὶ κώμῃ, καὶ μάχαι περὶ τῶν θείων δογμάτων ἐγίγνοντο. ὁ δὲ λοιπὸς ὅμιλος, θεατὴς ἦν τῶν γινομένων, καὶ τῶν λεγομένων κριτής. καὶ οἱ μὲν, τὰ τούτων· οἱ δὲ τὰ ἐκείνων ἐπῄνουν· καὶ τραγῳδίας τὰ δρώμενα καὶ θρήνων ἄξια ἦν. οὐ γὰρ ἀλλόφυλοι καὶ πολέμιοι, καθάπερ πάλαι, τὰς ἐκκλησίας ἐπολιόρκουν· ἀλλ' ὁμόφυλοι καὶ ὁμορρόφιοι καὶ ὁμοτράπεζοι, κατ' ἀλλήλων ἀντὶ δοράτων ἐκίνουν τὰς γλώσσας. μᾶλλον δὲ, μέλη ἀλλήλων ὄντες, καὶ εἰς ἓν τελοῦντες σῶμα, κατ' ἀλλήλων ὡπλίζοντο.

Et omnia quidem per ipsum, à Deo tamen facta sunt. Omnia enim ex Deo. Quæ tu cum acceperis, & juxta concessam tibi divinitus gratiam limaveris, fac ut domino meo Alexandro quamprimum scribas. Nam si ad illum scripseris, te illi persuasurum confido. Saluta omnes fratres in Domino. Incolumem te & pro nobis orantem Divina gratia conservet Domine. Hujusmodi literas isti quoque ad se mutuo scribebant, ad oppugnandam veritatem sese instruentes. Porro cum per Ægypti & Orientis Ecclesias hunc in modum sparsa essent blasphemiæ semina, in singulis urbibus ac vicis rixæ & concertationes de Divinis dogmatibus exstiterunt. Reliqua autem multitudo, tum factorum spectatrix, tum eorum quæ dicebantur judex fuit. Et alii quidem his favebant: alii illis assentiebantur. Prorsusque tragœdia & luctu digna erant quæ gerebantur. Neque enim extranei & hostes, perinde ac olim, Ecclesias oppugnabant: sed contribules, ejusdemque tecti ac mensæ participes, linguis tanquam telis inter se mutuo dimicabant. Immo vero, cum alter alterius membra essent, & in unum corpus coalescerent, adversus se invicem armabantur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Τὰ κατὰ τὴν μεγάλην σύνοδον τὴν ἐν Νικαίᾳ.

CAPUT VII.

De rebus gestis in magna Synodo Nicæna.

ΤΑῦτα μαθὼν ὁ πάνσοφος βασιλεὺς, πρῶτον μὲν αὐτὴν ἐπέφραθη τοῦ τῶν κακῶν ἐμφράξαι πηγήν· [a] καί τινα τῶν ἐπ' ἀξιώσει θαυμαζομένων εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν μετὰ γραμμάτων ἀπέστειλε, σβέσαι τοῦ ἔριν πόρρωθεν, καὶ τὸ χασιάζον συναγαγεῖν εἰς ὁμόνοιαν προσδοκῶν. ἐπεὶδὴ δὲ τῆς ἐλπίδος ἐψεύσθη, τὴν [b] πολυθρύλλητον ἐκείνην εἰς τὴν Νικαέων συνήγειρε σύνοδον, δημοσίοις ὄχοις καὶ ἡμιόνοις καὶ ἵπποις χρήσασθαι τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς σὺν τούτοις ἀφικνουμένους παρεχόμενος. ἐπεὶδὴ δὲ ἠθροίσθησαν ὅσοι τῆς ὁδοιπορίας τὸν πόνον ἀνασχεῖν ἠδυνήθησαν, ἀφίκετο καὶ αὐτὸς εἰς τὴν Νίκαιαν, ἰδεῖν τε τοῦ τῶν ἀρχιερέων πληθὺν ἐφιέμενος, καὶ τὴν ὁμόνοιαν αὐτοῖς πρυτανεύσας ποθῶν· καὶ πᾶν χρῆμα πάλαι ἀφθόνως αὐτοῖς χορηγεῖσθαι προσέταξεν. ὀκτωκαίδεκα ἢ καὶ τριακόσιοι συνῆλθον ἀρχιερεῖς. ὁ δὲ τῆς Ῥώμης, διὰ γῆρας ἀπελείφθη βαθύ. δύο μέντοι πρεσβυτέρους ἀπέστειλε, συνθέσθαι τοῖς περὶ τοῦτον παρασχόντας. ἦσαν δὲ καὶ ἐκεῖνον τὸν χρόνον, πολλοὶ μὲν ἀποστολικοῖς χαείσμασι διαπρέποντες· πολλοὶ δὲ τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, τοῦ τοῦ θείου ἀποστόλου, ἐν τῷ σώματι φέροντες. Ἰάκωβος μὲν γὰρ ὁ τῆς Ἀντιοχείας τῆς Μυγδονίας, Σύροι δὲ αὐτὴν καὶ Ἀσσύριοι Νίσιβιν ὀνομάζουσι, καὶ νεκροὺς ἀνέστησε καὶ ἐν τοῖς ζῶσι συνέταξε, καὶ ἄλλα μυρία εἰργάσατο θαύματα· ἃ περιττὸν ἡγοῦμαι νῦν πάλιν ἐνθεῖναι τῇ συγγραφῇ, ἐν τῇ Φιλοθέῳ ταῦτα διηγησάμενος ἱστορίᾳ.

His cognitis sapientissimus Imperator, primum quidem ipsum malorum fontem obstruere conatus est: & quendam virum solertiæ nomine ubique celebratum Alexandriam cum literis misit, contentionem extinguere cupiens, & dissidentes ad concordiam revocaturum se esse confidens. Postquam vero spe sua frustratus est, celebre illud concilium in urbe Nicæa collegit: Episcopis eorumque comitibus facultate data, ut equis ac jumentis publicis uterentur. Cumque convenissent quicunque itineris laborem perferre potuerant, ipse quoque Nicæam venit, tum Episcoporum cœtum videre, tum eos inter se conciliare desiderans. Statimque jussit, ut cuncta illis abunde subministrarentur. Erant porro universi trecenti decem & octo. Episcopus autem urbis Romæ ob extremam senectutem abfuit ipse quidem: duos tamen misit Presbyteros, qui ipsius nomine gestis concilii subscriberent. Porro ea tempestate multi erant qui donis Apostolicis refulgerent: nec pauci qui stigmata Jesu Christi, ut ait Divinus Apostolus, corpori suo impressa circumferrent. Jacobus enim Episcopus Antiochiæ Mygdoniæ, quam Syri vulgo & Assyrii Nisibim appellant, & mortuos suscitavit vitæque restituit, & alia plurima fecit miracula. Quæ quidem superfluum existimo huic operi denuo intexere, cum in historia quæ Philotheus inscribitur, jam sint à me commemo-

Episcoporum numerus.

VARIORUM ANNOTATIONES.

a Καί τινα] Is erat *Hosius*, Cordubæ in Hispania Episcopus: de quo vide Euseb. de Vita Const. lib. III. cap. 7. Socr. l. I. cap. 7. initio. Sozom. lib. I. cap. 16. sub finem. Ubi etiam de Presbyteris mox memoratis.

b Πολυθρύλλητον σύνοδον] De tempore hujus Concilii, deque numero Episcoporum ibi congregatorum, vide Euseb. Vit. Const. lib. III. cap. 8. Socr. lib. I. cap. 8. Sozom. lib. I. cap. 17.

SÆC. IV.

rata. Paulus vero Episcopus Neocæsareæ, quod castellum est ad Euphratis ripas positum, Licinii rabiem fuerat expertus. Ambabus enim manibus fuerat debilitatus, candente ferro eis admoto, nervisque quibus articuli moventur contractis atque enectis. Aliis dextri poplites succisi. Ex quorum numero fuit Paphnutius Ægyptius. In summa cernere illic licebat turbam martyrum in unum collectam. Nec tamen Divinus ille ac memorandus cœtus viris contrario modo affectis caruit. Erant enim quidam inter illos, pauci quidem numero: subdoli tamen ac velut brevia quædam in mari, improbitatem suam occultantes, qui Arii blasphemiis occulte patrocinabantur. Cumque universi jam convenissent, amplissimum eis conclave in palatio Imperator præparari jussit, sedesque ac subsellia plurima in eo locari, quæ Episcoporum cœtui sufficerent. Hunc in modum cum omnia pro honore illis debito præparasset, ingredi eos jussit, & de rebus propositis deliberare. Ipse quoque cum paucis comitibus postremus ingressus est: proceritate quidem corporis & forma conspicuus, sed ob verecundiam quæ in ejus vultu insidebat, multo admirabilior. Parvaque sella in medio posita, non prius resedit quam ejus rei licentiam ab Episcopis postulasset. Ac simul cum eo universus ille Divinus cœtus consedit. Statimque magnus Eustathius Ecclesiæ Antiochensis Episcopus, qui Philogonio, cujus supra meminimus, ad meliorem sortem translato, communi consensu Episcoporum & clericorum, Deique amantissimæ plebis, invitus ad Ecclesiæ illius administrationem evectus fuerat, primus omnium Imperatori panegyricum dixit; ejusque erga res Divinas studium gratulationibus ac votis remuneratus est. Qui cum dicendi finem fecisset, laudatissimus Imperator de concordia & consensu orationem habuit; priorum tyrannorum crudelitatem eis in memoriam revocans, & honorificentissimam pacem quæ ipsius temporibus eis à Deo concessa esset; Et quam grave atque acerbum foret, hostibus profligatis, cum nemo esset qui rebellare auderet, ipsos se mutuo impetere, & voluptatem ac ridendi materiam adversariis suppeditare: maxime cum de rebus Divinis dissererent, & sancti Spiritus doctrinam perscriptam haberent. Etenim, ut aiebat, Evangelici atque Apostolici libri, & veterum Prophetarum oracula, quid sentiendum sit de Deo nos aperte docent. Quamobrem hostili contentione depositâ, ex scri-

Euseb. Vit. Const. lib. 3. c. 11.

Παῦλος δὲ ὁ Νεοκαισαρείας, φρούριον δὲ τοῦτο τοῖς ἐπὶ Εὐφράτῃ κειμένοις ὄχθαις, τὴν Λικιννίου παραπέπλαυτο λύτης. ἄμφω γὰρ ἦν τὼ χεῖρε πεπεδημένος, σιδήρῳ πεπυρακτωμένῳ προσβαλόντος αὐταῖς, καὶ τὰ κινητικὰ τῶν ἄρθρων νεῦρα συσταλέντος καὶ νεκρώσαντος. ἕτεροι δὲ ὀρωρυσμένους εἶχον τοὺς δεξιοὺς ὀφθαλμούς· ἄλλοι δὲ τὰς ἀσφύας ἐκκεκομμένοι τὰς δεξιάς· εἰς τούτων ἦν Παφνούτιος ὁ Αἰγύπτιος· καὶ ἁπαξαπλῶς ἦν ἰδεῖν δῆμον μαρτύρων κατὰ ταυτὸν συνηθροισμένον. οὐκ ἦν δ' ἄμικτος ὅμως τοῖς ἐναντίοις ὁ θεῖος οὗτος καὶ ἀοίδιμος ὅμιλος· ἀλλ' ἦσαν τινες, δυσεύθμηλοι μὲν ὕφυλοι δὲ καὶ τὰ βέλτιστα μιμούμενοι, καὶ τὴν πονηρίαν καλύπτοντες, καὶ ταῖς Ἀρείου βλασφημίαις καὶ προφανῶς συνηγοροῦντες. συνεληλυθότων δὲ πάντων, οἶκον μέγιστον ἐν τοῖς βασιλείοις ἐκτρέπισεν ὁ βασιλεύς, βάθρα καὶ θρόνους ὅτι μάλιστα πλείστους ἐν τούτῳ τεθῆναι κελεύσας, τῷ τῶν ἱερέων ἀποχρῶντα συλλόγῳ. οὕτω τὸ πρέπον αὐτοῖς ὑπερπίσας γέρας, εἰσελθεῖν τε ἐπέτρεψε καὶ περὶ τῶν προκειμένων βουλεύσασθαι. εἰσελήλυθε δὲ καὶ αὐτὸς ἕκατος σὺν ὀλίγοις, ἀξιέπαινον μὲν ἔχων τὸ μέγεθος, ἀξιάγαστον δὲ τὸ ὥραν· θαυμασιωτέραν δὲ τοῖς μετώποις ὑπιαθημένην αἰδῶ· θρόνῳ δὲ σμικρῷ τεθέντος ἐν μέσῳ κεκάθικεν, ὑπεξέφυγε τοῦτο τοὺς ὑπισκόπους αἰτήσας. σὺν αὐτῷ δὲ καὶ ἅπας ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἐκαθέσθη χορός. παραυτίκα δὲ [3] πρῶτος ὁ μέγας Εὐστάθιος, ὁ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας τῆς θεοσεβείαν λαχών· [4] Φιλογόνιος γὰρ ὃν προεμνήσθην, εἰς τὴν ἀμείνω μεταβεβηκὼς βίον· τοῦτον δὲ ἄκοντα, ποιμαίνειν ἀντ' ἐκείνου τὴν ἐκκλησίαν ἐκείνην ψήφῳ κοινῇ καλεσάσαν, ἱερεῖς τε καὶ ἱερεῖς καὶ ἅπας ὁ λεὼς ὁ φιλόχριστος· οὗτος τοῖς ἄνθεσι τῆς ἐκκωμίων τῆς βασιλέως ἐστεφάνωσε κεφαλήν, καὶ τῆς περὶ τὰ θεῖα σπουδὴν φιλοτιμίας [5] ἠμείψατο. παυσαμένου δὲ τούτου, βασιλεὺς ὁ πανεύφημος τοὺς περὶ τῆς ὁμονοίας τε καὶ συμφωνίας προσηνέγκατο λόγους· τῆς τε τῶν τυράννων ἐκείνων ἀναμιμνήσκων ὠμότητος, καὶ τῆς ἐπ' αὐτῷ θεόθεν προσγεγενημένης εἰρήνης· καὶ ὡς δεινὸν εἴη καὶ ἄγαν δεινόν, τῶν πολεμίων καταλυθέντων καὶ μηδενὸς ἀντιτείνειν τολμῶντος, ἀλλήλοις βάλλειν, καὶ τοῖς δυσμενέσιν ἡδονὴν καὶ γέλωτα προξενεῖν, ἄλλως τε καὶ περὶ θείων διαλεγομένους πραγμάτων, καὶ ἃ παναγίου πνεύματός ἐστι διδασκαλίαν ἀναγραπτον ἐχόντας. εὐαγγελικαὶ γάρ, φησι, βίβλοι, καὶ ἀποστολικαί, καὶ τῶν παλαιῶν προφητῶν τὰ θεσπίσματα, σαφῶς ἡμᾶς ἃ χρὴ περὶ θεοῦ φρονεῖν ἐκπαιδεύουσι. τοὺς πολεμοποιοὺς δὲ ἀπελάσαντες ἔριν, ἐκ τοῦ

VALESII ANNOTATIONES.

[1 Αὐτῶν] *Αὐτῶν* codex Regius Pini.]

2 *Οἶκον μέγιστον ἐν τοῖς βασιλείοις*] Sumpsit hæc Theodoritus ex Eusebii libro 3. de vita Constantini cap. 10. ad quem locum vide si placet quæ adnotavi. Neque enim hic repetere decrevi ea quæ illic satis prolixe adnotata sunt.

3 *Πρῶτος ὁ μέγας Εὐστάθιος*] Prima vox deest in codice Leonis Allatii, nec videtur admodum esse necessaria. Vide quæ notavi ad caput 11. libri 3. de vita Imp. Constantini.

4 *Φιλογόνιος γὰρ*] Notandum est quod ait Theodoritus, Eustathium in Episcopatu urbis Antiochenæ proximum successorem fuisse Philogonii. Hieronymus tamen in Chronico inter Philogonium & Eustathium, Paulinum quemdam interjicit. De quo vide si placet quæ observavi ad lib. 4. Sozomeni, ubi agit de Sardicensi Concilio. Cum Hieronymo consentit Nicephorus Patriarcha in Indiculo Episcoporum Antiochiæ, ubi post Philogenem, Paulum nominat, ac deinde Eustathium.

5 *Ἠμείψατο*] Post hanc vocem in Allatiano codice hæc adduntur *μετὰ τοῦτον δὲ πάλιν Εὐσέβιος ὁ ἐπίκλην Παμφίλου*. Eadem verba in suo codice legerat Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet in lib. 2. Historiæ tripertitæ cap. 5. Vide quæ notavi ad lib. 3. Eusebii de vita Constantini cap. 11. Mox ubi legitur *παυσαμένου δὲ τούτου*, idem codex Allatii habet *παυσαμένων δὲ τούτων* perinde ac Epiphanius legit.

Θεοπνεύστων

θεοπνεύστων λόγων λάβωμεν τ ζητουμένων ϗ λύσιν. ταῦτα γ τὰ τούτοις παραπλήσια, οἷα δὴ παῖς φιλοπάτωρ τοῖς ἱερεῦσιν ὡς πατράσι παρεσέφερε, τ ἀποστολικῶν δογμάτων τ συμφωνίαν πραγματευόμενος. τῆς δ συνόδου τὸ μὲν πλεῖστον τοῖς λεγομένοις ἐπείθετο, γ τήν τε πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν, τήν τε τ δογμάτων ὑγείαν ἠσπάζετο. ὀλίγοι δέ τινες, ὧν γ πρόσθεν ἐμνήσθην, γ πρὸς ἐκείνοις Μηνόφαντος ὁ Ἐφέσιος, γ ὁ Σκυθοπολίτης Πατρόφιλος, Θεόγνιός τε Νικαίας αὐτῆς ἐπίσκοπος ὤν, γ ὁ Νερωνιάδος Νάρκισσος· Κιλικίας δ τ δευτέρας ἡ Νερωνιάς ἐστι πόλις, ἣν νῦν Εἰρηνόπολιν ὀνομάζομεν· γ μ τού-
1 των, Θεωνᾶς τε ὁ Μαρμαρίτης, γ ὁ Πτολεμαΐδος τ Αἰγυπτίας Σεκοῦνδος, τοῖς ἀποστολικοῖς ἀντέλεγον δόγμασιν, Ἀρείῳ συνηγορῶντες. ὑπαγορθύσαντες δ γ
2 πίστεως διδασκαλίαν, ἐπέδωκαν τῷ κοινῷ· ἣν ἀναγνωσθεῖσαν θᾶττον διέῤῥηξαν ἅπαντες, νόθον γ κίβδηλον ὀνομάσαντες. θορύβου δ πλείστου καθ' αὐτῶν γενομένου, γ πάντων περιστᾶσαν αὐτῶν τ θυσεβείας καθηγορούντων, δείσαντες ἐξανέστησαν, γ [2] πρῶτοι τ Ἄρειον ἀπεκήρυξαν, πλὴν Σεκούνδου γ Θεωνᾶ. ὕστερον δ δυσεβοῦς ἐκποδὼν γενομένου, συμφώνως ἅπαντες μέχρι γ νῦν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις πολιτευομένῳ πίστιν ὑπογορθύσαντες, γ ταῖς ὑπογραφαῖς βεβαιώσαντες, διέλυσαν τὸ συνέδριον. ὑπούλως μέντοι γ οὐκ εἰλικρινῶς οἱ προῤῥηθέντες τῇδε τῇ πίστει συνέθεντο. γ μαρτυρεῖ τότε ὕστερον παρ' αὐτῶν τυρβασθέντα περὶ τ τ θυσεβείας προμάχων, γ τὰ παρ' αὐτῶν ἐκείνων περὶ αὐτῶν συγγραφέντα. Εὐσάθιος μὲν γοῦν ἐκεῖνος ὁ τῆς Ἀντιοχέων ἐπίσκοπος, ᾧ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθην, ταῦτα περὶ αὐτῶν ἔγραψε, τότε γενόμενα διδάσκων, γ τ βλασφημίαν ἐλέγχων, γ μ παροιμιακὴν ἑρμηνεύων ῥῆσιν τ Φάσκουσαν, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐ-
3 τοῦ. [3] βαδιοῦμαι δ ἐντεῦθεν ἤδη γ ἐπὶ τὰ πεπραγμένα.

pturis Divinitus inſpiratis ſolutionem eorum quæ in controverſiam veniunt requiramus. Hæc & alia his ſimilia, tanquam patris amantiſſimus filius, Epiſcopis velut patribus ſuis propoſuit, Apoſtolicorum dogmatum conſenſum firmare cupiens. Ex Epiſcopis vero qui concilio intererant, pars quidem maxima verbis ejus obtemperavit; & mutuam inter ipſos concordiam, & ſinceram doctrinam amplexata eſt. Pauci vero, quorum ſuperius mentionem feci, & præter illos Menophantus Epheſius, Patrophilus Scythopolitanus, Theognius ipſius Nicææ Epiſcopus, & Neroniadis Narciſſus: eſt autem Neronias urbs ſecundæ Ciliciæ, quam nunc Irenopolim vocamus: Theonas denique Marmaricæ, & Secundus Ptolemaidis in Ægypto Epiſcopi, Apoſtolicæ doctrinæ adverſabantur, Ario patrocinantes. Cumque formulam fidei conſcripſiſſent, eam concilio obtulerunt: quam perlectam ſtatim omnes diſcerpſere, ſpuriam atque adulterinam eam appellantes. Cumque ingens omnium tumultus contra eos coortus eſſet, & tanquam proditores fidei ab univerſis accuſarentur, metu perculſi exſurrexerunt: primique, exceptis Secundo ac Theona, Arium excommunicarunt. Hunc in modum impio illo ab Eccleſia exturbato, cum formulam fidei, quæ ad hunc uſque diem in Eccleſiis obtinet, communi conſenſu dictaſſent & ſubſcriptionibus ſuis confirmaſſent, concilium dimiſere. Verum illi quos ſupra nominavi, ſubdole & parum ſincere huic fidei conſenſerunt. Cujus rei fidem faciunt, tum ea quæ iidem poſtea moliti ſunt adverſus fidei defenſores, tum ea quæ ab his ipſis ſcripta ſunt adverſus illos. Nam Euſtathius ille Antiochenus Epiſcopus, cujus jam antea mentionem feci, exponens locum illum Proverbiorum: Dominus creavit me initium viarum ſuarum ad opera ſua, hæc adverſus illos ſcribit, res tum geſtas commemorans, & blaſphemiam eorum refellens.

Sæc. IV.

Ariana Fidei formula diſcerpta.

Euſtathius.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ελεγχος τ Ἀρειανιζόντων ἐκ τ Εὐσταθίου γ Ἀθανασίου συγγραμμάτων.

CAPUT VIII.

Confutatio Arianorum ex libris Euſtathii & Athanaſii.

ΤΙ οὖν; ἐπειδὴ ἀφ' ταῦτα σύνοδος εἰς τ Νικαέων ἀφικνεῖται μεγίστη, ἀφ' ἑξακοσίων [4] μήπω γε ἑβδομήκοντα τὸν ἀριθμὸν ὁμοῦ συναχθέντων. τὸ γὰρ ἀφ' τῆς πολυανδρίας ὄχλον

VENIAM autem nunc ad ea quæ geſta ſunt. Quid igitur? Cum ob eas res maxima Synodus Nicæam convenisſet, ducentis circiter ac ſeptuaginta Epiſcopis in unum collectis. Neque enim numerum cer-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Θεωνᾶς ὁ Μαρμαρίτης] Magis placet Μαρμαρικῆς ut legitur in codice Leonis Allatii. Primo quia hic Theonas à cunctis Scriptoribus vocatur Epiſcopus Marmaricæ. Deinde quia Μαρμαρίτης dici non poteſt incola regionis Marmaricæ. Μαρμαρικεὺς potius dici deberet. Certe Epiphanius Scholaſticus Theonam hunc Marmaricenum vocat. Videtur autem Marmarica Regio, quæ & Libya proprie dicebatur, unum tantum Epiſcopum habuiſſe, eo quod vici duntaxat & portus in eo tractu eſſent, quemadmodum ex Ptolemæo colligitur.

2 Πίστεως διδασκαλίαν] Intelligit formulam fidei quam Euſebius Cæſarienſis primum ſynodo propoſuerat, ut ipſe ſcribit in Epiſtola ad Cæſarienſes quam referunt Socrates ac Theodoritus. Idque confirmat Euſtathius Antiochenus in oratione quam ſcripſit in eum locum Proverbiorum: *Dominus creavit me*, &c. Cujus verba referuntur à Theodorito in ſequenti capite.

3 Βαδιοῦμαι δὲ ἐντεῦθεν] Ab iis verbis incipit locus Euſtathii ex homilia in illud, *Dominus creavit me.* Itaque ab iiſdem verbis inchoandum eſt caput VIII.

4 [Μήπω] Μήπω codex Regius Pini.]

VARIORUM.

2 Πρῶτοι τὸν Ἄρειον ἀπεκήρυξαν, πλὴν Σεκούνδου ϗ Θεωνᾶ] Imo Euſebius & Theognis in libello Pœnitentiæ affirmant, ſe Fidei Nicænæ ſubſcripſiſſe; Arii autem Anathematiſmo ſubſcribere noluiſſe. *Socr. lib. I. cap. 14. W. Lowth.*

SÆC. IV.

to referre possum ob ingentem conventus illius multitudinem, quippe cum nec in eo investigando valde curiosus fuerim. Postquam de modo fidei quæri cœptum est, libellus Eusebii prolatus est in medium, ejus blasphemiæ certissimum argumentum. Qui cum palam audientibus cunctis recitatus fuisset, statim auditoribus quidem immensum dolorem attulit ob doctrinæ pravitatem: auctorem autem ipsum ingenti pudore ac dedecore affecit. Porro cum Eusebianorum officina jam detecta esset, & impius libellus in conspectu omnium discerptus, quidam nihilominus ex composito nomen pacis prætendentes, reliquis omnibus qui optima dicere consueverant, silentium imposuerunt. Ariani vero metuentes ne tot Episcopis in unum congregatis ipsi Ecclesia ejicerentur, in medium prosilientes, dogma quod improbatum fuerat, anathemate damnarunt, & libello qui unanimi omnium consensu conscriptus fuerat, propria manu subscripserunt. Verum Episcopali dignitate per ambitum & assiduas interpellationes retenta, cum eos pœnitentiam agere oporteret, damnatas opiniones nunc clam, nunc aperte defendunt, variis argumentationibus insidiantes. Cupientes autem zizaniorum semina stabilire, peritos homines reformidant, & sagaces inspectores refugiunt: atque idcirco pietatis præcones bello appetunt. Verum ne sic quidem credimus impios homines Divinum numen unquam posse superare. Quamvis vires denuo comparent, denuo vincentur, juxta magnificum prophetam Esaiam. Et magnus quidem Eustathius ita scribit. Ejus vero conturmalis, & veritatis propugnator Athanasius, qui celeberrimi illius Alexandri in Episcopatu successor fuit, in epistola quam scripsit ad Afros, hæc quoque

Athanasius.

οὐχ οἷός τέ εἰμι γράφειν, ἐπειδὴ μὴ πάντη τοῦτο ἐξισπουδάσως ἀνίχνευον. ὡς δὲ ἐζητεῖτο τῆς πίστεως ὁ τρόπος, ἀναργὴς μὲν ἔλεγχος [1a] τὸ γράμμα τῆς Εὐσεβίου προεβάλλετο βλασφημίας. ἐπὶ πάντων δὲ ἀναγινωσθὲν, αὐτίκα συμφορὰν μὲν ἀχάθμητον τῆς ἐκτροπῆς ἕνεκα τοῖς αὐτηκόοις προὐξένει· αἰσχύνην δ' [2] ἀνήκεστον τῷ γράψαντι παρεῖχεν. ἐπεὶ δὲ ἡ τὸ ἐργαστήριον τὸ ἀμφὶ τὸν Εὐσέβιον ζαφῶς ἐάλω, τῷ βδελυκτῷ γράμματος ἀφῤῥαγέντος ὑπ' ὄψιν πάντων, ὁμοῦ τινὲς ἐκ συσκευῆς, τοὔνομα προβαλλόμενοι τῆς εἰρήνης, καλεσίγησαν μὲν ἅπαντας τοὺς ἄκρως λέγειν εἰωθότας. οἱ δ' ἀρειομανῖται δείσαντες, μήπως ἀφ' ἁπασῶν ἐν ταὐτῷ συνόδου συγκεκροτημένης [3] ἐξοστρακισθεῖεν, ἀναθεματίζουσι μὲν προπηδήσαντες τὸ ἀπαγορευθὲν δόγμα, συμφώνοις γράμμασιν ὑπογράψαντες αὐτοχειρί. [4] τὴν δὲ προεδρίαν ἀφ' πλείστης ὅσης βδιφορμῆς χαλήσαντες, δέον αὐτοὺς ὑποπίπτειν λαμβάνειν, τοτὲ μὲν λεληθότως, τότε δὲ προφανῶς τὰς ἀπεψηφισμένας προσβύσει δόξας, ἀμφόροις ὑπεβελθύοντες τοῖς ἐλέγχοις. βυλόμενοι δὲ παγιῶσαι τὰ ζιζανιώδη φυτρογήματα, δεδοίκασι τοὺς ὑπογώμονας, καὶ ἐκκλίνουσι τοὺς ἐφόρους. καὶ ταύτῃ τοὺς τῆς εὐσεβείας κήρυκας ἐκπολεμοῦσιν. οὐκ ἔστω δὲ πιστεύομεν, ὡς ἀνθρώπους ἀθέους δύναταί κρατῆσαι πώποτε τοῦ θείου. κἂν μὲν πάλιν ἰσχύσωσι, καὶ πάλιν ἡττηθήσονται κατὰ τὸ σεμνόφωνον προφήτην Ἡσαΐαν. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ μέγας Εὐσάθιος. ὁ δὲ τούτου συναγωνιστὴς, καὶ τῆς ἀληθείας προβολεὺς Ἀθανάσιος, ὁ τοῦ Ἀλεξάνδρου δὲ πανευφήμου προεδρείας ἀφάδοχος, οἷς πρὸς τοὺς Ἄφρους ὑπατέλλων γέγραφε, καὶ ταῦτα

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὸ γράμμα τῆ Εὐσεβίου βλασφημίας] Christophorsonus eumque secutus Sirmundus, hunc locum ita verterunt, *Eusebii blasphemia ex ejus literis perspicue deprehensa est.* Joachimus autem Camerarius ita interpretatus est. *Libellus proferebatur Eusebianæ blasphemiæ.* Quæ quidem interpretatio superiori illi longe anteponenda est. Nam & verbis Eustathii melius respondet, & ipsius Theoduriti auctoritate firmatur. Scribit enim Theodoritus in superiori capite, Arianæ factionis Episcopos formulam fidei à se compositam obtulisse Concilio, quæ ab omnibus uno consensu repudiata est. Ad quem locum observavi, formulam illam intelligi, quam Eusebius Pamphili in Epistola ad Cæsarienses proposuisse se dicit. Hæc est igitur quam Eustathius hoc loco vocat γράμμα Εὐσεβίου. Nam γράμμα & γραφὴ pro formula fidei sæpissime sumitur, ut in libro 4. Sozomeni legere memini. Sic Eustathius paulo post συμφώνοις γράμμασι dicit, de formula Nicænæ fidei loquens. Porro Eusebium hoc loco Cæsariensem intelligit, non autem Nicomediensem, ut colligo ex Socrate. Hic enim in libro primo historiæ Ecclesiasticæ cap. 23. ait Eustathium Antiochenum in suis libris graviter perstrinxisse Eusebium Pamphilum, utpote qui fidem in Concilio Nicæno stabilitam depravaret.

[2 Ἀνήκεστον] Ἀνείκαστον codex Regius Pini.]

3 Ἐξοστρακισθεῖεν] Interpretes hoc verbum de exilio acceperunt, cujus metu Arianæ factionis Episcopi, Arii blasphemiam Anathematizarint, & fidei Nicenæ subscripserint. Potest tamen hoc verbum simpliciter intelligi de excommunicatione, quemadmodum sumpsisse videtur Ephiphanius Scholasticus. Sic enim vertit: *Ariani autem metuentes ne congregato in idem tanto Concilio pellerentur.* Constituxit igitur Eustathii verba in hunc modum ἐξοστρακισθεῖεν τῆς συνόδου, quod certe non displicet. Reliqui tamen Interpretes verba illa τῆς συνόδου συγκεκροτημένης ita acceperunt, quasi in ablativo absoluto posita essent

4 Τῶν δὲ προεδρῶν κρατήσαντες] Pessime hunc locum verterunt Christophorsonus ac Sirmundus hoc modo: *Verum ubi Episcopatus huc illucque circumcursando adepti sunt.* Longe rectius Langus & Camerarius. Nam Camerarius quidem ita vertit: *Et præsidentia quidem sua loca, plurimos assiduitate summa prehensantes, retinuere.* Langus vero adhuc clarius interpretatus est hoc modo. *Et Episcopatibus suis per ambitionem & circumcursationem maximam retentis, &c.* optime. Etenim Eusebius Nicomediensis Episcopus & reliqui Arianæ factionis Antistites, cum formulam fidei suæ in synodo Nicæna explosam vidissent, seque tanquam Arianæ blasphemiæ fautores deprehensos esse, veriti ne, utpote hæretici, Episcopatibus suis exuerentur, Constantinum principem obsecrarunt, opem ejus ac suffragium implorantes ne gradu suo dejicerentur. Testatur hoc Constantinus ipse in Epistola ad Nicomedienses, quam paulo infra refert Theodoritus. Non potest afferri illustrior locus ad expositionem verborum Eustathii. Idem enim dicunt Eustathius & Constantinus.

VARIORUM.

a Τὸ γράμμα τῆ Εὐσεβίου βλασφημίας] Præter Epistolam supra, cap. 6 recitatam, aliam memorat Ambrosius, *de Fide* lib. III. cap. 7. ab Eusebio Nicomediensi scriptam, & in Concilio Nicæno lectam. Neque alius forsan ab hac Epistola fuit *Libellus* iste, quem coram Synodo Eusebium protulisse narrat Eustathius. Non enim fuisse Eusebii Cæsariensis *Symbolum*, quod vult doctissimus Valesius, vel inde liquet, quod Formula Eusebiana, quæ in Epistola ejus ad Cæsarienses etiamnum extat, ne levissimam quidem blasphemiæ aut impietatis umbram contineat; quin potius & ab Imperatore, & à tota Synodo probata fuerit, ut ipsemet in eadem Epistola clarissime testatur. *Guil. Cave Hist. Script. Eccles. Vol. I. pag. 138. in Euseb. Nicomed.*

προσθῆκε τῶν συνελθόντων ἐπισκόπων βουλομένων, τὰς μὲν ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν ἐφευρεθείσας τῆς ἀσεβείας λέξεις ἀνελεῖν, τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τὸ λέγειν κτίσμα καὶ
a ποίημα τὸν Υἱόν, καὶ τὸ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, [a] καὶ ὅτι τρεπτῆς ἐστι φύσεως· τὰς δὲ τῶν γραφῶν ὁμολογουμένας γεγράψαι, ὅτι τε ἐκ τοῦ Θεοῦ ὁ Υἱὸς φύσει μονογενής ἐστι, λόγος, δύναμις, σοφία μόνη τοῦ Πατρὸς, Θεὸς ἀληθινὸς, ὡς εἶπεν ὁ Ἰωάννης· καὶ ὡς ἔγραψεν ὁ Παῦλος, ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως, οἱ περὶ Εὐσέβιον ὑπὸ τῆς ἰδίας κακοδοξίας ἑλκόμενοι, διελάλουν ἀλλήλοις, συντίθεσθαι. καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐσμέν. εἷς γὰρ Θεὸς ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. τὰ δὲ πάντα
b ἐκ τοῦ Θεοῦ. ἐλογίζοντο δὲ καὶ [b] τὸ ἐν τῷ ποιμένι γεγραφὲν, πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι. ἀλλ' οἱ ἐπίσκοποι θεωρήσαντες τὴν κακουργίαν ἐκείνων καὶ τὴν τῆς ἀσεβείας κακοτεχνίαν, ἀθυμότερον εἰρήκασι τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔγραψαν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Υἱόν. ἵνα τὰ μὲν κτίσματα, ἀφ' τὸ μὴ ἀφ' ἑαυτῶν ἢ χωρὶς αἰτίου εἶναι, ἀλλ' ἀρχὴν ἔχειν τοῦ γίνεσθαι, λέγηται ἐκ τοῦ Θεοῦ· ὁ δὲ Υἱὸς μόνος ἴδιος ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας. τοῦτο γὰρ ἴδιον μονογενοῦς
1 καὶ ἀληθινοῦ λόγου τοῦ Πατρός. καὶ διὰ τὸ γεγράφθαι ἐκ τῆς οὐσίας, ἡ φράσις αὕτη. πάλιν
2 δὲ τῶν ἐπισκόπων ἐρωτώντων [2] τοὺς δοκοῦντας ὀλίγους Ἀρειανοὺς, εἰ λέγοιεν τὸν Υἱὸν ὡς κτίσμα, ἀλλὰ δύναμιν σοφίαν τε μόνην τοῦ Πατρὸς καὶ εἰκόνα, ἀΐδιόν τε καὶ ἀπαραλλακτον κατὰ πάντα τοῦ Πατρὸς, καὶ Θεὸν ἀληθινὸν, κατελήφθησαν οἱ περὶ Εὐσέβιον διανεύοντες ἀλλήλοις, ἔτι καὶ ταῦτα φθάνῃ καὶ εἰς ἡμᾶς. καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ λεγόμεθα. καὶ περὶ ἡμῶν εἴρηται, ἀεὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς οἱ
3 ζῶντες· καὶ δυνάμεις πολλαί εἰσιν. καὶ [3] ἐξῆλθε πᾶσα ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἐκ γῆς Αἰγύπτου. ἡ δὲ κάμπη καὶ ἡ ἀκρὶς λέγεται δύναμις μεγάλη. καὶ
4 Κύριος τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν, [4] ἀντιλήπτωρ ἡμῶν ὁ Θεὸς Ἰακώβ. ἀλλὰ καὶ τὸ ἰδίους ἡμᾶς εἶναι τοῦ Θεοῦ, ἔχομεν οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀδελφοὺς ἡμᾶς ἐκάλεσεν. εἰ δὲ καὶ Θεὸν ἀληθινὸν λέγουσι
5 τὸν Υἱὸν, οὐ λυπεῖ ἡμᾶς. [5] γενόμενος γὰρ ἀληθινὸς, ἀληθινός ἐστιν. αὕτη τῶν Ἀρειανῶν ἡ διεφθαρμένη

adjecit. Cum Episcopi qui in unum convenerant in animo haberent, impias quidem illas voces ab Arianis excogitatas penitus abolere: Ex non extantibus videlicet, & Filium creaturam esse & facturam; & fuisse tempus cum non esset; eum denique mutabilis esse naturæ: scripturarum autem voces omnium consensu receptas conscribere: Filium scilicet ex Deo naturaliter unicum esse: eumque esse verbum, virtutem ac sapientiam solam Patris, Deum verum, sicut Joannes dixit: & splendorem gloriæ *Heb.* 1.
ac figuram substantiæ Patris, quemadmodum Paulus scribit: Eusebiani opinionis suæ vesaniâ correpti, inter se dixerunt, consentiamus. Nam nos quoque ex Deo sumus. Unus enim Deus ex quo omnia. Et alibi, *1 Cor.* 8.
Vetera transierunt: ecce facta sunt omnia 6.
nova. Omnia autem ex Deo. Reputabant *2 Cor.* 5.
etiam id quod scriptum est in libro Pastoris: 17, 18.
Primum omnium crede unum esse Deum, qui omnia creavit atque absolvit, fecitque ut ex nihilo extarent. Verum Episcopi cum eorum malitiam & impietatis dolum intellexissent, Illud, ex Deo, clarius exposuerunt, & Filium ex substantia Dei esse scripserunt: ita ut creaturæ quidem, propterea quod non ex semet ipsis nec absque causa existunt, sed principium habent ortus sui, ex Deo esse dicantur: Filius vero solus proprie sit ex substantia Patris. Hoc enim proprium est ungeniti ac veri Verbi Patris. Et hæc quidem fuit causa cur illud, ex substantia Patris, scriberetur. Rursus vero cum Episcopi interrogassent Arianos qui pauci esse videbantur, utrum dicerent Filium non creaturam esse, sed virtutem solamque sapientiam & imaginem Patris, æternum, & in nullo prorsus à Patre discrepantem, verumque Deum: deprehensum est Eusebianos nutu sibi invicem significare, quod hæc etiam nobis convenirent. Nam nos quoque imago & gloria Dei dicimur. Et de nobis dictum est: Semper enim & nos qui vivi- *2 Cor.* 4.
mus. Sed & virtutes multæ sunt. Scriptum 11.
est enim: Egressa est omnis virtus Domi- *Exod.* 12.
ni de terra Ægypti. Eruca quoque & lo- 41.
custa, virtus magna appellatur. Et iterum: *Joel.* 2.
Dominus virtutum nobiscum, susceptor no- 25.
ster Deus Jacob. Ad hæc, ut proprii Dei si- *Psal.* 46.
mus, non simpliciter habemus, cum & ipse Filius Dei nos fratres vocaverit. Quod vero Filium verum Deum esse dicunt, id nobis nihil officit. Verus enim est, qui revera factus est. Hujusmodi fuit perversa cogitatio Aria-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀληθινοῦ λόγου τοῦ πατρός] Magis placet lectio quam reperi in codice Leonis Allatii [& in Regio J. Pini,] ἀληθινοῦ γόνου. Nam ex eo quod Filius Verbum est Patris, non sequitur ipsum esse ex Patris substantia. Ex eo vero quod fœtus est Patris, conficitur ex Patris substantia ortum esse.

2 Τοὺς δοκοῦντας ὀλίγους Ἀρειανούς] Postrema vox deest in codice Leonis Allatii & in editione Basiliensi; nec habetur apud Nicephorum, nec in vulgatis editionibus Athanasii. Epiphanius tamen Scholasticus eam agnoscit.

3 Ἐξῆλθε γάρ φησι πᾶσα ἡ δύναμις] In codice Leonis Allatii scriptum est καὶ ἐξῆλθε πᾶσα ἡ δύναμις. Atque ita legitur apud Nicephorum. In editione autem Basiliensi [& in codice Regio J. Pini] legitur καὶ ἐξῆλθε μὲν πᾶσα, quomodo etiam præferunt vulgatæ editiones Athanasii. Ita quoque legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet.

4 Ἀντιλήπτωρ ἡμῶν ὁ Θεὸς Ἰακώβ] Hæc verba desunt in codice Leonis Allatii, & apud Epiphanium Scholasticum. Habentur tamen in reliquis exemplaribus.

5 Γενόμενος γὰρ ἀληθινὸς, ἀληθινός ἐστι] Delenda est vox ἀληθινὸς quæ priore loco posita est. Certe nec in codice Allatii, [nec in Regio J. Pini,] nec in editione Basilienſi habetur. In vulgatis quoque editionibus Athanasii ac Nicephori non legitur. Proinde miror Jacobum Sirmundum eam in editione sua retinuisse.

VARIORUM.

a Καὶ ὅτι τρεπτῆς ἐστι φύσεως] Nempe Ariani docebant *Verbum* esse mutabilis naturæ, ita ut se ad bonum vel malum posset convertere. *Cl. Benedict. in Athan. Vol. I. p.* 223.

b Τὸ ἐν τῷ ποιμένι γεγραφὲν] Locus est in Hermæ Pastoris libro II Mand. I. quo abusi sunt Ariani, quasi neget Ecclesia unum esse Deum, cunctorum Creatorem,

Sæc. IV.

norum. Verum Episcopi cum hic quoque fraudem eorum animadvertissent, has voces ex sacris voluminibus collegerunt, splendorem, fontem ac fluvium, figuram substantiæ: & illud: In lumine tuo videbimus lumen: Item, Ego & Pater unum sumus. Denique clarius ac brevius scripserunt, Filium Patri consubstantialem esse. Cuncta enim superius posita eam vim ac significationem habent. Quod autem obmurmurant, voces illas in scripturis non reperiri, ex ipsismet inanis esse convincitur eorum obmurmuratio. Nam cum ipsi verbis non scriptis ad impietatem suam abusi sint: nusquam enim scriptum est illud, Ex non extantibus, & illud, Fuit tempus cum non esset, damnatos se queruntur ex verbis non scriptis, pie tamen intellectis. Etenim ipsi quidem velut in stercore repertis vocibus, vere de terra locuti sunt. Episcopi vero non ex se ipsis voces commenti, sed patrum habentes testimonia, ita scripserunt. Prisci enim Episcopi qui ante annos fere centum ac triginta, tum in magna urbe Roma, tum in nostra civitate sederunt, eos qui Filium Dei facturum esse dicerent, non autem Patri consubstantialem, reprehenderunt. Nec hujus rei ignarus fuit Eusebius Episcopus Cæsarienſis: qui prius quidem Arianæ opinioni adhæserat, postea vero Nicænæ Synodo subscripsit. Scripsit enim ad cives suos his verbis: Reperimus, inquit, quosdam ex antiquis disertos & illustres Episcopos ac scriptores, in explicanda Patris ac Filii deitate, consubstantialis vocabulo usos esse. Hactenus Athanasius. Isti ergo morbum animi sui occultantes: Episcoporum enim multitudinem reformidabant: expositioni Synodi consenserunt, propheticam objurgationem in semetipsos attrahentes. Clamat enim ad illos hujus universi conditor Deus: Populus hic labiis me honorat, cor autem eo-

Ps. 36. 10. *Jo.* 10. 30.

Homoousion.

Esai. 29. 13.

ἀφρόνια. ἀλλὰ καὶ ὁπόταν οἱ ἐπίσκοποι, θεωρήσαντες ἐκείνων τὸ δόλιον, σημήναντο ὅτι τῶν γραφῶν τὸ ἀπάγασμα, τὴν τε πηγὴν καὶ ποταμὸν καὶ χαρακτῆρα τοὺς ὑπάρξαντας, καὶ τὸ, ὅτι τῷ Φωτὶ σου ὀψόμεθα φῶς, καὶ τὸ, ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ, ἕν ἐσμεν. καὶ λιθικώτερον λοιπὸν καὶ συντόμως ἔγραψαν, [2] ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν. τὰ γὰρ θεωρημένα πάντα, ταύτην ἔχει τὴν σημασίαν. καὶ ὁ γογγυσμὸς δὲ αὐτῶν, ὅτι ἄγραφοί εἰσιν αἱ λέξεις, ἐλέγχεται παρ' αὐτῶν μάταιος· ἐξ ἀγράφων γὰρ ἀσεβήσαντες, ἄγραφα δὲ τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τὸ ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, αἰτιῶνται διότι ἐξ ἀγράφων μετ' εὐσεβείας [1] νοημένων λέξεων κατηκέθησαν. αὐτοὶ μὲν γὰρ ὡς ἐκ κοπρίας θύροντες, ἐλάλησαν ἀληθῶς ἀπὸ γῆς· οἱ δὲ ἐπίσκοποι, οὐχ ἑαυτοῖς θύροντες τὰς λέξεις, ἀλλ' ἐκ τῶν πατέρων ἔχοντες τὴν μαρτυρίαν, οὕτως ἔγραψαν. ἐπίσκοποι γὰρ ἦσαν ἀρχαῖοι, [2] πρὸ ἐτῶν ἐγγὺς πεντήκοντα τριάκοντα, τῆς τε μεγάλης Ῥώμης καὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως, [3] οἳ ἠπάσαντο τοὺς ποιοῦντας λέγοντας τὸν Υἱὸν, καὶ μὴ ὁμοούσιον τῷ Πατρί. καὶ τοῦτο ἐγίνωσκεν Εὐσέβιος ὁ γενόμενος ἐπίσκοπος τῆς Καισαρείας, πρότερον μὲν συντρέχων τῇ Ἀρειανῇ αἱρέσει· ὕστερον δὲ ὑπογράψας τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ. [4] ἔγραψε καὶ τοῖς ἰδίοις ἀφορισθέντος, [b] ὅτι καὶ τὰ παλαιῶν τινὰς λογίους καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους καὶ συγγραφέας εὕρομεν, ἐπὶ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ θεότητος, τῷ τῆς ὁμοουσίου χρησαμένους ὀνόματι. ὅτι μὲν οὖν καταπτύσαντες τὸν νόσον, ἔδεισαν γὰρ τὸ ἐπισκόπων τὸ πλῆθος, τοῖς ἐκτεθεῖσι συνέθεντο, καὶ θεοφιλεῖ καλλιφωνίαν ὑποσπασάμενοι. βοᾷ γὰρ πρὸς αὐτοὺς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρ-

Valesii Annotationes.

1 Ἐννοημένων λέξεων] Pessime hunc locum verterunt Christophorsonus & Sirmundus, qui *dictiones pie excogitatas* interpretantur. Atqui Nicæni Patres nullas voces excogitarunt, sed usi sunt vocibus quæ aut in sacra Scriptura legebantur, aut ab antiquis doctoribus fuerant usurpatæ. Verum si manuscriptos codices consuluissent, veram hujus loci scripturam deprehendissent. Certe in codice Allatii [& in Regio J. Pini,] & in editione Basilienſi legitur νομένων. Ita quoque legitur in vulgatis editionibus Athanasii ac Nicephori. Sed & Epiphanius Scholasticus ita legerat. Sic enim vertit: *Propterea ex non scriptis sermonibus, pie tamen intellectis damnati sunt.* Intelligit autem Athanasius vocem ὁμοούσιον quæ in sacris quidem Scripturis non extat, ab antiquis tamen Scriptoribus fuerat usurpata, ut docet Eusebius in Epistola ad Cæsarienses.

2 Πρὸ ἐτῶν ἐγγὺς πεντήκοντα.] Intelligit Dionysium Episcopum urbis Romæ, & alterum Dionysium Episcopum Alexandriæ; qui in libris suis damnarunt eos qui Filium Dei opus & Creaturam esse dicerent, ut testatur Athanasius in libro de sententia Dionysii contra Arianos. Porro ab exordio Episcopatus Dionysii Romani usque ad Pontificatum Damasi, quo tempore Athanasius Epistolam istam ad Afros scripsit, anni sunt centum & quod excurrit. Nam Dionysius sedere cœpit anno Christi 261. Epistola autem ad Afros scripta est anno Christi 369. aut paulo ante, ut censet Baronius. Itaque hoc loco scribendum puto ἑκατὸν τριῶν pro τριάκοντα.

3 Οἳ ἠπάσαντο] In codice Leonis Allatii [& in Regio J. Pini,] & in vulgatis editionibus Athanasii & Nicephori deest articulus postpositivus. Quam lectionem si admiserimus, expungendum erit ἦσαν quod præcedit. Certe verbum istud non habetur apud Athanasium & Nicephorum, [nec in codice Regio J. Pini:] nec Epiphanius Scholasticus illud agnoscit, ut ex ejus interpretatione colligitur.

4 Ἔγραψε καὶ τοῖς ἰδίοις] Magis placet scriptura codicis Allatiani, in quo ita legitur hic locus ἔγραφε δὲ καὶ τοῖς ἰδίοις. Certe Epiphanius Scholasticus in suo codice ita scriptum invenerat. Sic enim vertit: *Scripsit autem & civibus suis* &c. [In codice Regio J. Pini neutra vox habetur. Sic enim legitur ἔγραψε τοῖς οἰκείοις &c. rectius, ni fallor.]

Variorum.

a Ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν] Homoousion unum erat verbum, quod Ariani, in pervertendis sacrorum oraculorum verbis vaferrimi, nullo fuco depravare potuerunt, sicut post Athanasium egregie testatur Ambrosius libro de Filii Divinitate, cap. 4 *Denique & nunc possent ὁμοούσιον, sicut & cætera, verbo tenus nominare, si haberent quomodo illud ad aliam intelligentiam sæcvo sensu perverterent. Sed cnm viderent se in hoc verbo concludi, nullam omnino hujus mentionem fieri voluerunt.* De pleno hujus vocabuli sensu vide Basilii Epistolam 300. Socrat. lib. 3. cap. 25. Sozom. lib. 6. cap. 4.

b Ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν τινὰς] Exstant hæc Eusebii verba apud Socratem lib. 1. cap. 8. pag. 25. quibus consonant illa Dionysii Alexandrini in Epistola contra Paulum Samosatenum, in qua expresse dicit, Filium ὁμοούσιον τῷ πατρὶ εἰρημένον ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων *Patri consubstantialem à Sanctis Patribus dici.* Biblioth. Patrum Tom. II. p. 277.

ρῳ ἀπέ-

ρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Θεωνᾶς δὲ ϗ Σεκοῦνδος, τοῦτο δρᾶσαι μὴ βεληθέντες, πᾶσι πάντων συμφώνως ἀπεκηρύχθησαν, ὡς τὴν Ἀρείου βλασφημίαν τῆς εὐαγγελικῆς προσηκόντως διδασκαλίας. αὖθις δὲ συνελθόντες εἰς τὸ συνέδριον, περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πολιτείας νόμους ἔγραψαν εἴκοσι.

rum longe est à me. Theonas autem & Secundus, cum id facere abnuerent, ab omnibus uno consensu excommunicati sunt, ut pote qui Arii impietatem Evangelicæ doctrinæ antepositi essent. Posthæc Episcopi rursus in unum convenientes, de Ecclesiæ disciplina viginti leges conscripsere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Τὰ κατὰ Μελέτιον τὸν Αἰγύπτιον, ἐξ οὗ Μελετιανοὶ σχισματικοὶ μέχρι τοῦ παρόντος διέμειναν· καὶ συνοδικὴ περὶ τούτου ἐπιστολή.

CAPUT IX.

De rebus Melitii Ægyptii, ex cujus nomine dicti sunt Melitiani schismatici, qui ad hunc usque diem perdurant: & Synodica de illo epistola.

Ἐπειδὴ δὲ ϗ Μελίτιος ὁ ἐπισκοπικῆς χειροτονίας ἠξιωμένος, ὑπὸ μὲν πολλοῦ τῆς Ἀρείου μανίας, εἶτα ἐπί τισι παρανομίαις διελεγχθεὶς, ὑπὸ δὲ θειοτάτου Πέτρου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπισκόπου, ὃς ϗ τῷ μαρτυρεῖν τὸν φέρανον ἀνεδήσατο, καθῃρέθη μὲν, οὐκ ἔφερξε δὲ τὴν τῆς καθαιρέσεως ψῆφον, τήν τε Θηβαΐδα ϗ τὴν πελάζουσαν Αἴγυπτον θορύβῳ ϗ ζάλης ἐνεπίμπλα, τυραννίδι κατὰ τῆς Ἀλεξανδρέων χρώμενος προεδρίας, ἔγραψαν πρὸς τὴν Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίαν ἃ περὶ τῆς τούτου νεωτεροποιίας ἐνομοθέτησαν. ἔστι δὲ ταῦτα.

Sanctus quoniam Melitius, qui non multo ante exortam Arii vesaniam Episcopus fuerat ordinatus, postea vero quorundam criminum convictus, à Petro sanctissimo Alexandrinorum Episcopo & martyre depositus quidem fuerat, sed tamen depositionis sententiæ minime acquieverat, & Thebaidem ac vicinam Ægyptum tumultu ac perturbationibus implebat, adversus Alexandrinum primatum tyrannidem exercens, literas ad Alexandrinam Ecclesiam scripserunt, de his quæ contra novatorem istum decreverant. Sunt autem hujusmodi. *Socrat. l. 1. c. 9.*

Συνοδικαὶ ἐπιστολαί.

Epistolæ Synodicæ.

Τῇ ἁγίᾳ ϗ μεγάλῃ, χάριτι τοῦ Θεοῦ, Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ, ϗ τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον ϗ Λιβύην ϗ Πενταπόλιν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, οἱ ἐν Νικαίᾳ συναχθέντες ϗ τὴν μεγάλην καὶ ἁγίαν σύνοδον συγκροτήσαντες ἐπίσκοποι, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Sanctæ & magnæ per Dei gratiam Alexandrinorum Ecclesiæ, & dilectis fratribus per Ægyptum, Libyam, ac Pentapolim constitutis, Episcopi qui Nicææ congregati magnum & sanctum Concilium celebrarunt, in Domino salutem.

Ἐπειδὴ τοῦ Θεοῦ χάριτος, ϗ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου συναγαγόντος ἡμᾶς ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν ϗ πόλεων, ἡ μεγάλη καὶ ἁγία σύνοδος ἐν Νικαίᾳ συνεκροτήθη, ἐξ ἁπάσης τῆς ἱερᾶς συνόδου, ἀναγκαῖον ἐφάνη ϗ πρὸς ὑμᾶς ἀποσταλῆναι γράμματα, ἵν' εἰδέναι ἔχοιτε, τίνα μὲν ἐκινήθη ϗ ἐξητάσθη, τίνα δ' ἔδοξε καὶ ἐκρατύνθη. πρῶτον μὲν ἐξητάσθη τὰ κατὰ τὴν ἀσέβειαν ϗ τὴν παρανομίαν Ἀρείου, ἐπὶ τοῦ θεοφιλεστάτου ἡμῶν βασιλέως Κωνσταντίνου. ϗ παμψηφεὶ ἔδοξεν ἀναθεματισθῆναι τὴν ἀσεβῆ αὐτοῦ δόξαν, ϗ τὰ ῥήματα ϗ τὰ νοήματα αὐτοῦ τὰ βλάσφημα, οἷς ἐχρῆτο βλασφημῶν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, λέγων ἐξ οὐκ ὄντων εἶναι, ϗ πρὶν γεννηθῆναι μὴ εἶναι, ϗ εἶναι ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, ϗ αὐτεξουσιότητα κακίας ϗ ἀρετῆς δεκτικὸν εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. ταῦτα πάντα ἀνεθεμάτισεν ἡ ἁγία σύνοδος, οὐδὲ ὅσον ἀκοῦσαι τῆς ἀσεβοῦς δόξης ϗ τῆς ἀπονοίας ϗ τῶν βλασφήμων ῥημάτων ἀναχωροῦσα. ϗ τὰ μὲν κατ' ἐκεῖνον οἵᾳ τέλει τετύχηκεν, ἢ ἀκηκόατε ἢ ἀκούσεσθε, ἵνα μὴ δόξωμεν ἐπεμβαίνειν ἀνδρὶ δι' οἰκείαν ἁμαρτίαν ἄξια τὰ ἐπίχειρα κομισαμένῳ. τοσοῦτον δὲ ἴσχυσεν ἡ αὐτοῦ ἀσέβεια, ὡς ϗ παραπλαῦσαι Θεωνᾶν τὸν ἀπὸ Μαρμαρικῆς, ϗ

Quandoquidem Deo optimo maximo, eique carissimo Principe Constantino nos ex diversis civitatibus ac provinciis congregante, sacra & magna Synodus Nicææ celebrata est, prorsus necessarium duximus ab universo sacro concilio etiam ad vos literas mitti, ex quibus intelligere possitis quænam proposita atque examinata, quænam item decreta ac stabilita sint. Primum igitur habita est quæstio coram piissimo Principe Constantino de impietate ac perversitate Arii & sociorum ejus. Cunctisque suffragantibus, placuit ut impia ejus opinio anathemate damnaretur, verbaque ac nomina blasphemiæ plena quibus utebatur, dicens Filium Dei ortum ex nihilo, & fuisse aliquando tempus cum non esset, & pro arbitrii libertate eum vitii ac virtutis capacem esse: & creaturam illum vocans atque facturam. Hæc omnia anathemate damnavit sanctissima Synodus, opinionis hujus impietatem atque amentiam, & verba blasphemiæ plena, ne audire quidem patienter sustinens. Et ea quidem quæ adversus illum gesta sunt, vel comperistis jam, vel brevi comperturi estis, ne nos insultare videamur homini, qui sceleris sui dignam mercedem recepit. Tantam vero vim habuit ejus impietas, ut Theonam Marmaricæ &

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ζάλης ἐνεπίμπλα] In optima editione Basilicnsi scriptum inveni ἐνεπίπλα, rectius ni fallor.

2 Κατὰ τῆς Ἀλεξανδρέων πρωτοδρίας] Rectius in MS. codice Henrici Savilii legitur Ἀλεξάνδρου. Atque ita scriptum exhibet editio Basilicnsis, [& codex Regius J. Pini.]

Σεκοῦνδον

Sæc. IV.

Secundum Ptolemaidis Episcopum, secum in exitium pertraxerit. Nam & in istos eadem quæ in illum lata sententia est. Sed quoniam omnipotentis Dei gratia, pravitate quidem illius opinionis & impietate atque blasphemia, & iis hominibus qui in populo antehac pacato turbas ac discidia concitare ausi fuerant, vos jam liberavit; Melitii vero & eorum qui ab illo ordinati sunt, adhuc reliqua erat contumacia: De his etiam quid statuerit Synodus, vobis significamus fratres carissimi. Placuit igitur, clementius erga Melitium agente Synodo: summo enim jure nullam veniam merebatur: ut is in civitate sua maneat, nec ullam habeat aut manus imponendi, aut eligendi potestatem; nec hujus rei causa aut in vico aut in urbe ulla compareat, sed nudum honoris sui nomen retineat. Ii vero qui ab ipso constituti sunt, sanctiore ordinatione confirmati, ad communionem admittantur ea lege, ut honorem quidem ac ministerium suum retineant: secundo tamen semper loco sint ab iis omnibus, qui in unaquaque parœcia & Ecclesia versantur, à carissimo collega nostro Alexandro prius ordinati. Adeo ut his quidem nulla facultas suppetat quos visum fuerit eligendi, aut nomen cujuspiam suggerendi, aut omnino quidquam gerendi sine consensu Episcopi Catholicæ Ecclesiæ qui Alexandro subjectus est. Illi vero qui Dei juvante gratia vestrisque precationibus, nullo unquam in Schismate deprehensi sunt, sed in Catholica & Apostolica Ecclesia absque labe ulla perseverant, potestatem habeant eligendi, & proponendi nomina eorum qui in clerum eligi meruerint; cuncta denique peragendi juxta legem & sanctionem Ecclesiæ. Quod si quempiam eorum qui in Ecclesia censentur, diem suum obire contigerit; tum in defuncti locum atque honorem provehantur ii qui nuper adsciti sunt, modo digni videantur, & modo populus eos eligat,

Melitius clementius tractatus.

Σεχῦνδον τὸν ἀπὸ Πτολεμαΐδος. τ γ αὐτῶν κἀκεῖνοι τετυχήκασιν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις, τῆς μὲν κακοδοξίας ἐκείνης καὶ τῆς βλασφημίας, καὶ τ τοσούτων τ τολμησάντων λέγεσθαι καὶ διαίρεσιν ποιήσασθαι τοῦ εἰρηνευομένου ἄνωθεν λαοῦ, ἠλευθέρωσε τῷ Αἰγύπτῳ· ἐλείπετο δὲ τὰ κτ' τ ἀρχιερωσύνην Μελιτίου καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντων, καὶ τὰ περὶ τούτου δόξαντα τῇ συνόδῳ, ἐμφανίζομεν ὑμῖν ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. ἔδοξε μὲν οὖν Μελίτιον, φιλανθρωπότερον κινηθείσης τῆς ἁγίας συνόδου· κτ' γὰρ τ ἀκριβῆ λόγον, οὐδὲ μιᾶς συγγνώμης ἄξιος ἦν· μένειν ἐν τῇ πόλει ἑαυτοῦ, καὶ μηδεμίαν ἐξουσίαν ἔχειν μήτε προχειρίζεσθαι, μήτε χειροθετεῖν, μήτε ἐν χώρᾳ ἢ πόλει τινὶ φαίνεσθαι ταύτης τῆς προθέσεως ἕνεκεν, ψιλὸν ἢ τὸ ὄνομα τ τιμῆς κεκτῆσθαι· τοὺς δὲ ὑπ' αὐτοῦ καταστάντας, μυστικωτέραν χειροτονίαν βεβαιωθέντας, κοινωνεῖν ἐπὶ τούτοις, ἐφ' ᾧ τε ἔχειν μὲν αὐτοὺς τὴν τιμὴν καὶ λειτουργεῖν· δευτέρους δὲ εἶναι ἐξάπαντος τῶν ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ καὶ ἐκκλησίᾳ ἐξεταζομένων, ὑπὸ τ τιμιώτατον καὶ συλλειτουργὸν ἡμῶν Ἀλέξανδρον προχειροτονημένων· ὡς τούτοις μὲν μηδεμίαν ἐξουσίαν εἶναι τοὺς ἀρεσκομένους αὐτοῖς προχειρίζεσθαι, ἢ ὑποβάλλειν ὄνομα, ἢ ὅλως ποιεῖν τι χωρὶς τ γνώμης τ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπου τῶν ὑπ' Ἀλέξανδρον. τοὺς δὲ χάριτι Θεοῦ καὶ εὐχαῖς ὑμετέραις οὐ μεμολυσμένους εὑρεθέντας, ἀλλ' ἀκηλιδώτους ἐν τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ ὄντας, ἐξουσίαν ἔχειν καὶ προχειρίζεσθαι, καὶ ὄνομα ἐπιλέγεσθαι τ ἀξίων ἐν κλήρῳ, καὶ ὅλως πάντα ποιεῖν κτ' νόμον καὶ θεσμὸν τὸν ἐκκλησιαστικόν. εἰ δέ τινα ποτὲ συμβαίη ἀναπαύσασθαι τ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τιμιωτέρους συναναβαίνειν εἰς τ τιμὴν τοῦ τετελευτηκότος, τοὺς ἄρτι προσληφθέντας, μόνον εἰ ἄξιοι φαίνοιντο [a] καὶ ὁ λαὸς αἱροῖτο, συνεπιψηφίζοιτο αὐ-

Valesii Annotationes.

1 *Μήτε χειροθετεῖν*] In codice Saviliano & in editione Basilienſi legitur *χειροτονεῖν*. ita quoque ſcribitur apud Gelaſium Cyzicenum, qui tamen alteram quoque ſcripturam retinuit: ſed & Epiphanius Scholaſticus legiſſe videtur *χειροθετεῖν*. ſic enim vertit. *Nullam vero omnimodis habere poteſtatem, neque eligendi, neque ordinandi.*

2 *Μυστικωτέραν χειροτονίαν*] In annotationibus meis ad librum primum Socratis, cap. 9. hunc locum expoſui de ordinatione Epiſcopali. Extitit poſtea vir doctus, qui in notis ad vitam B. Athanaſii quam Gallico ſermone ſcripſit, obſervavit *χειροτονίαν* hoc loco non pro ordinatione, ſed pro ſimplici benedictione accipiendam eſſe. Ait enim tam Orientalem, quam Occidentalem Eccleſiam reordinationes nunquam probaſſe: idque pluribus teſtimoniis allatis adſtruere conatur. Memini quoque ab erudito quodam Theologo id mihi quondam ſuggeſtum fuiſſe. Verum hanc eorum expoſitionem multis de cauſis probare non poſſum. Primum quia *χειροτονία* nil aliud ſignificat quam *ordinationem*. Deinde *μυστικωτέραν* ſatis oſtendit ordinationis Sacramentum hic intelligi. Neque enim ſimplex benedictio recte myſtica diceretur. Comparant quippe ſancti Patres ordinationem Epiſcoporum quæ facta erat à Meletio, cum ordinatione legitima quam fieri jubent ab Alexandro. Et hanc longe ſacratiorem eſſe dicunt ordinatione illa quæ præſumpta fuerat à Meletio. Poſtremo falſum eſt quod aſſerunt viri doctiſſimi, Eccleſiam illis temporibus non probaſſe reordinationes Epiſcoporum ac Presbyterorum. Certe Marcellinus Presbyter in libello precum quem obtulit Theodoſio Imperatori diſerte teſtatur, Theodorum Catholicum Epiſcopum urbis Oxyrinchi reordinaſſe Presbyteros partis Meletii. Sic enim ſcribit pag. 83. *Sane hinc vult ſe Catholicum videri, quod & ipſe quoſdam nunc Presbyteros ſeu Diaconos Apollonii facit ſuaſu quodam laicos, & eos iterum ordinat, ut videatur turpiſſima iſtius ordinationis vicem referre quam paſſus eſt.* Theodorus igitur Catholicus cum Meletianos Presbyteros iterum ordinavit, in eo ſecutus videtur decretum Synodi

Variorum.

a Καὶ ὁ λαὸς αἱροῖτο] Chriſtophorſonus & Valeſius hæc verba vertunt, *Si Populus eligat*: at quandoquidem Patres Nicæni canone quarto, ad quem hic reſpiciunt, Epiſcopi electionem non Populo, ſed Epiſcopis Provincialibus tribuunt, vertenda ſunt potius, *Si Populus voluerit*, aut ab Epiſcopis Electum ſibi gratum acceperit; quem ſenſum verbum *αἱρέομαι* admittet, æque ac alterum. Nihil hic, fateor, de Epiſcoporum electione præmittitur, ſed tantum de Plebis conſenſu, & Metropolitani confirmatione; nec quidem hoc opus erat; cum Epiſcopum ab omnibus Provinciæ Epiſcopis eligendum eſſe dicto canone prius conſtituiſſent, & populi conſenſum ad comprobandam Epiſcopi electionem eo tantum nomine Epiſtolæ huic Synodicæ inſeruiſſe videntur, quod in Canone prætermiſſus fuerat, ut ad electionem Epiſcopi non abſolute neceſſarius. Juxta hanc regulam Athanaſii Electio in ſedem Alexandrinam ab Epiſcopis peracta, & Populi conſenſu comprobata eſt. *Guil. Beveregius Annot. in Can. IV. Concilii Nicæni I. Vid. Athanaſ. in Apologia contra Arianos. Vol. I. pag. 129. Ed. Benedict.*

τοῖς

καὶ ὑποφαγίζοντος τῷ τῆς καθολικῆς Ἀλεξανδρείας ὑπισκόπου. τοῦτο δὲ τοῖς μὲ ἄλλοις ἅπασι συνεχωρήθη. ἐπὶ ᾧ τῷ Μελιτίῳ προσώπῳ, ὑκέπ ταῦτα ἔδοξε, διὰ τ ἀνέχαθεν αὐτῷ ἀταξίαν, ᾗ διὰ τὸ ωοθχφρον ᾗ προπετὲς τ γνώμης· ἵνα μηδεμία ἐξουσία αὐθεντίας αὐτῷ δοθῇ, ἀνθρώπῳ δυναμένῳ πάλιν τὰς αὐτὰς ἀταξίας ποιῆσαι. Ταῦτά ὅτι τὰ ἐξαίρετα ᾗ διαφέροντα Αἰγύπῳ, ᾗ τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ Ἀλεξανδρέων. εἰ δέ π ἄλλο ἐκανονίσθη, ἢ ἐδοκιμαλίσθη, συμπαρόντος ᾧ κυρίου ᾗ τιμιωτάτου συλλειτουργοῦ ᾗ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἀλεξάνδρου, αὐτὸς παρὼν ἀκριβέστερον ἀνοίσῃ ωρὸς ὑμᾶς, ἅτε δὴ ᾗ κύριος καὶ κοινωνὸς τ γεγενημένων τυγχάνων. εὐαγγελιζόμεθα ᾧ ὑμᾶς ᾗ ωερὶ τ συμφωνίας ᾧ ἁγιωτάτου ἡμῶν πάσχα, ὅτι ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς κατωρθώθη ᾗ τοῦτο
1 τὸ μέρος, ὥστε πάντας τοὺς τ ἑῴας ἀδελφοὺς, τοὺς τὸ ωρότερον μὴ ποιουμένους σύμφωνα Ῥωμαίοις καὶ ὑμῖν ᾗ πᾶσι τοῖς ἐξ ἀρχῆς φυλάττουσι τὸ πάσχα, ἐκ ᾧ δεῦρο μεθ' ὑμῶν ἄγων. χαίροντες οὖν ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι, ᾗ ἐπὶ τῇ κοινῇ εἰρήνῃ ᾗ συμφωνίᾳ, ᾗ ἐπὶ τῇ πάσῃ αἱρέσεως ἐκκοπῇ, ἀποδέξασθε μὲ μείζονος τιμῆς ᾗ πλείονος ἀγάπης τ συλλειτουργὸν ἡμῶν, ἐπίσκοπον ᾧ ὑμῶν Ἀλέξανδρον, τ θυφράναντα ἡμᾶς τῇ παρουσίᾳ, ᾗ ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ τοσοῦτον πόνον ὑποσάντα, ὑπὲρ τ εἰρηνεῦσαι τὰ παρ' ὑμῖν. εὔχεσθε οὖν καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἁπάντων, ἵνα τὰ καλῶς ἔχῃ δόξαντα, βέβαια μένοι διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ θυδοκίαν γενηθέντα, ὡς γε πεπιστεύκαμεν, τῷ Θεῷ ᾗ Πατρὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

suffragante nihilominus plebisque judicium confirmante, Alexandrinæ urbis Episcopo. Et aliis quidem omnibus id concessum est. De Melitio vero, ob pristinam ejus contumaciam, & ob temerarium ac præceps hominis ingenium, aliter placuit decernere, ne potestas auctoritasque ulla tribuatur homini, qui easdem rursus turbas excitare possit. Atque hæc sunt quæ ad Ægyptum, & ad sanctissimam Alexandrinorum Ecclesiam privatim pertinent. Si quid autem præterea, præsente Domino & carissimo collega ac fratre nostro Alexandro, sancitum ac definitum est, id ipse vobis accuratius referet, quippe qui gestorum auctor ac particeps existat. Nuntiamus præterea vobis de concordia sanctissimi Paschæ; hoc etiam negotium, precibus vestris adjuvantibus, feliciter confectum fuisse; cunctosque qui in Oriente sunt fratres, qui antea cum Romanis & vobiscum, & cum omnibus jam inde ab ultima antiquitate Pascha observantibus minime consentiebant, deinceps vobiscum esse celebraturos. Vos ergo læti atque hilares ob felicem rerum eventum, & ob communem omnium pacem atque concordiam, & quod hæresis omnis penitus excisa est, majore cum honore ac benevolentia collegam nostrum vestrumque Episcopum Alexandrum excipite; qui & sua præsentia maximam nobis attulit voluptatem, & in tam provecta ætate plurimum laboris sustinuit, ut pax inter vos restitueretur. Orate etiam pro nobis omnibus, ut quæ recte constituta sunt, firma permaneant per Dominum nostrum Jesum Christum; facta, ut credimus, juxta beneplacitum Dei Patris in sancto Spiritu, cui glória in cuncta sæcula, Amen.

Η τειὰς ὁμοούσιος ᾗ ἀΐδιος.

Trinitas consubstantialis & æterna.

Ο μὲ δὴ θεῖος ἐκεῖνος τ ἀρχιερέων ὅμιλος, ταύτην τῇ νόσῳ Μελιτίου τ θεραπείαν προσήνεγκε. μεμένηκε δὲ ὅμως μέχρι ᾗ τήμερον, τ ἐκείνου ωλανηλείας τὰ λείψανα· ᾗ ἔστιν ὅ ἐκείνοις γε τοῖς χωρίοις μοναχῶν τινα συστήματα, οὔτε τοῖς ὑγιαίνουσι πειθόμενα δόγμασι, ᾗ κτ' τ πολιτείαν κενοῖς τισὶν ὑποκρινεύμασι κεχρημένα, τῇ Σαμαρειτῶν ᾗ Ἰου-
2 δαίων Φρενοβλαβείᾳ συμβαίνουσιν. ἐπέστειλε δὲ καὶ βασιλεὺς ὁ μέγας, τοὺς ἀφικέσθαι μὴ δυνηθέντας τ ὑπισκόπων τὰ πεπραγμένα διδάσκων· καὶ προὔργον νενόμικα καὶ ταύτην ἐνθεῖναι τῇ συγγραφῇ τὴν ὑποθήκην, ἣ γε γεγραφότος ψυχῆς τὸ θεοφιλὲς σαφῶς ἐκδιδάσκουσαν.

Ac Divinus quidem ille Antistitum cœtus hanc Melitii morbo medicinam adhibuit. Manserunt tamen in hunc usque diem reliquiæ quædam illius vesaniæ. Suntque adhuc illis in locis quædam Sodalitia monachorum, qui & sanam fidei doctrinam minime amplectuntur, & in vivendi ratione novis quibusdam studiis atque institutis utuntur; quæ cum Samaritanorum ac Judæorum stupore consentiunt. Scripsit etiam maximus Imperator ad Episcopos qui ad Concilium venire non potuerant, de rebus in eo gestis certiores eos faciens. Quam quidem epistolam huic historiæ inserere, operæ pretium duxi, utpote quæ pium ac Deo dicatum Imperatoris animum perspicue demonstret.

VALESII ANNOTATIONES.

Nicænæ. Adde quod Nicæni Patres in Canone sexto diserte definiunt, eos qui citra consensum Metropolitani ordinati fuerint Episcopi, Episcopos habendos non esse. Cum igitur Episcopi partis Meletii absque consensu Alexandri qui Metropolitanus erat totius Ægypti, ordinati fuissent, necesse fuit Patribus Nicænis ut eos denuo ordinari ab Alexandro decernerent, si quidem ipsos Episcopatum suum retinere cupiebant.

1 Τοὺς μετὰ τῶν Ἰουδαίων] Tres postremas voces delevimus, quas Genevenses Typographi ex Socratis Historia temere suppleverant. Desunt enim in nostris codicibus tam MSS. quam editis.

2 Φρενοβλαβείᾳ συμβαίνουσιν] In Manuscripto codice Savilii, & in editione Basiliensi scriptum inveni συμβαίνοντα, ut referatur ad συστήματα. Vulgata tamen lectio ferri potest, si referatur ad vocem ὑποκρινεύμασι. [Codex Regius J. Pini scriptum habet συμβαίνοντα.]

SÆC. IV.

CAPUT X.

Epistola Imp. Constantini ad Episcopos qui Synodo non interfuerant, de iis quæ decreta erant in concilio.

Constantinus Augustus Ecclesiis.

Euseb. Vit. Const. l. 3. c. 17, 18. Socr. l. 1. cap. 9.

Cum ex prospero reipublicæ statu compertum haberem, quanta fuisset erga nos omnipotentis Dei benignitas; in hoc præcipue mihi elaborandum esse existimavi, ut à sanctissimis Ecclesiæ catholicæ populis una fides, sincera caritas, & consona erga omnipotentem Deum religio servaretur. Sed quoniam fieri non poterat, ut ea res firme ac stabiliter constitueretur, nisi omnibus Episcopis, vel certe plurimis eorum in unum congregatis, singula quæ ad sacratissimam religionem pertinent, disceptata prius fuissent: hanc ob causam coactis quam fieri potuit plurimis sacerdotibus, me quoque tanquam uno ex vobis præsente: neque enim negaverim id quo maxime exulto, conservum me vestrum esse: cuncta competenti examine eo usque discussa sunt, donec inspectori omnium Deo accepta sententia, ad unitatis concentum proferretur in lucem: Ita ut nullus dissensioni, nullus controversiæ de fide locus amplius relinqueretur. Ubi cum de sanctissimo etiam Paschæ die quæsitum fuisset, communi omnium sententia decretum est, eam festivitatem uno eodemque die ab omnibus ubique celebrari oportere. Quid enim pulcrius, quid honestius nobis esse possit, quam ut hæc festivitas, à qua spem immortalitatis accepimus, uno eodemque ordine & certa ratione ab omnibus inoffense observetur? Ac primum visum est omnibus rem esse prorsus indignam, ut in sanctissimæ hujus solemnitatis celebratione consuetudinem Judæorum sequeremur. Qui cum manus suas nefario scelere contaminarint, merito impuri homines cæcitate mentis laborant. Quippe rejecta illorum consuetudine, possumus rectiori ordine, quem à primo passionis die ad hæc usque tempora servavimus, ad futura etiam sæcula hujus observantiæ ritum propagare. Nihil ergo nobis commune sit cum inimicissima Judæorum turba. Aliam enim viam à Servatore accepimus. Propositus est sacratissimæ religioni nostræ cursus legitimus & honestus. Hunc unanimi consensu retinentes, ab illa turpissima societate & conscientia nos abstrahamus, fratres carissimi. Est enim profecto absurdissimum quod illi magnifice ja-

Decretum de Pascha.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου πρὸς τοὺς ἀπολειφθέντας ἐπισκόπους, περὶ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ τυποθέντων.

Κωνστάντινος Σεβαστὸς ταῖς ἐκκλησίαις.

Πεῖραν λαβὼν ἐκ τῆς τῶν κοινῶν εὐπραξίας, ὅση τῆς θείας δυνάμεως ἐπέφυκε χάρις, τοῦτον περὶ πάντων ἔκρινα εἶναί μοι προσήκειν σκοπὸν, ὅπως καὶ τοῖς μακαριωτάτοις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πλήθεσι, πίστις μία καὶ εἰλικρινὴς ἀγάπη, ὁμογνώμων τε περὶ τὸν παγκράτη Θεὸν θυσέβεια τηρῆται. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ἕτερος οὐκ οἷόν τε ἦν ἀκλινῶς καὶ βεβαίαν τάξιν λαβεῖν, εἰ μὴ εἰς ταυτὸν πάντων ὁμοῦ, ἢ τοῦ γοῦν πλειόνων ἐπισκόπων συνελθόντων, ἕκαστον τῶν προσηκόντων τῇ ἁγιωτάτῃ θρησκείᾳ διάκρισις γένοιτο· τούτου ἕνεκεν πλείστων ὅσων συναθροισθέντων, καὶ αὐτὸς ἡ καθάπερ εἷς ἐξ ὑμῶν τυγχάνων, συμπαρών· καὶ γὰρ ἥδιστα ἂν ἐφ' ᾧ μάλιστα χαίρω, συνθεράπων ὑμέτερος πεφυκέναι· ἄγχει τοσοῦτον ἅπαντα τὰ προσηκόντως τετύχηκεν ἐξετάσεως, ἄχρις ἂν ἡ τῶν πάντων ἐφόρῳ Θεῷ ἀρέσκουσα γνώμη περὶ τοῦ ἑνότητος συμφωνίαν εἰς φῶς προήχθη, ὡς μηδὲν ἔτι περὶ διχόνοιαν ἢ πίστεως ἀμφισβήτησιν ὑπολείπεσθαι. ἔνθα καὶ περὶ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Πάσχα ἡμέρας γενομένης ζητήσεως, ἔδοξε κοινῇ γνώμῃ καλῶς ἔχειν, ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας πάντας τοὺς ἁπανταχοῦ ἐπιτελεῖν. τί γὰρ ἡμῖν κάλλιον, τί δὲ σεμνότερον ὑπάρξαι δυνήσεται, τοῦτ' ἐορτὴν ταύτην, παρ' ἧς καὶ τῆς ἀθανασίας εἰλήφαμεν ἐλπίδα, μιᾷ τάξει καὶ φανερῷ λόγῳ πᾶσι καὶ πάσαις ἀδιαπλώτως φυλάττεσθαι; καὶ πρῶτον μὲν, ἀνάξιον ἔδοξεν εἶναι τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνης ἑορτὴν, τῇ τῶν Ἰουδαίων ἑπομένους συνηθείᾳ πλήρων, οἱ τὰς ἑαυτῶν χεῖρας ἀθεμίτῳ πλημμελήματι χράναντες, εἰκότως τὰς ψυχὰς οἱ μιαροὶ τυφλώτητι ἔχουσι· ἔξεστι γὰρ τῆς ἐκείνων ἔθους ἀποβληθέντας, ἀληθεστέρᾳ τάξει τὸν ἐκ πρώτης τῆς πάθους ἡμέρας μέχρι τοῦ παρόντος ἐφυλάξαμεν, καὶ ἐπὶ τοὺς μέλλοντας αἰῶνας τὴν τοῦ ὑπομνήσεως ταύτης συμπλήρωσιν ἐσχήκαμεν. μηδὲν τοίνυν ἔστω ἡμῖν κοινὸν μετὰ τοῦ ἐχθίστου τῶν Ἰουδαίων ὄχλου. εἰλήφαμεν γὰρ παρὰ τοῦ σωτῆρος ἑτέραν ὁδόν. πρόκειται δρόμος τῇ ἱερωτάτῃ ἡμῶν θρησκείᾳ γνήσιος καὶ πρέπων, καὶ νόμιμος. τούτου συμφώνως ἀντιλαμβανόμενοι, τῆς αἰσχρᾶς ἐκείνης καὶ ἴδιον συνειδήσεως ἀποσπάσωμεν ἀδελφοὶ τιμιώτατοι. ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀτοπώτατον, ἐκείνους αὐ-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πίφυκε χάρις] In codice Allatii exaratum est πίφυκεν ἡ χάρις. Statimque legitur τοῦτόν τε τῶν πάντων &c. Quomodo etiam legitur [in codice Regio J. Pini, &] in editione Basiliensi. Apud Eusebium vero in lib. 3. de vita Constantini cap. 13. τοῦτον τῶν γε πάντων.

2 Ἐκάστου τε τῶν προσηκόντων] Particula τε deest in codice [Regio &] Leonis Allatii, & apud Eusebium & Nicephorum: nec videtur admodum necessaria.

3 Πάντων ἐφόρῳ Θεῷ] In codice Leonis Allatii scribitur una voce παντιφόρῳ. paulo post ubi legitur, καὶ φανερῷ λόγῳ, in Manuscripto codice Savilii & in editione Basilensi scriptum inveni λογισμῷ.

4 Ἦν ἐν καιρῷ τῆς] Hunc locum correxi ex codice [Regio &] Leonis Allatii, in quo ita legitur ἣν ἐκ πρώτης τῆς παθους ἡμέρας &c. quemadmodum etiam legitur in Socrate atque Nicephoro.

5 Καὶ πρέπων καὶ νόμιμος] In editione Basilensi legitur καὶ νόμιμος καὶ πρέπων rectius procul dubio. Sic enim habent Eusebius & Socrates. Nicephorus vero hunc locum interpolavit.

χεῖν,

χεῖν, ὡς ἄρα παρεκτὸς ἡ αὐτῶν διδασκαλίας ταῦ-
1 τα Φυλάττειν ἡμᾶς ἱκανοί. τί ἂν Φρονεῖν ὀρθὸν
ἐκεῖνοι δυνήσονται, οἳ μὴ τὴν κυνοκτονίαν ἐκείνην ἐκφύ-
γοντες τῶν Φρενῶν, ἄσονται μέν τινι, ἀλλ' ὁρμῇ
ἀκαλαχέτῳ, ὅπου ἂν αὐτοὺς ἡ ἔμφυτος αὐτῶν ἀπάτη
μανία; ἐκεῖθεν τοίνυν καὶ τούτῳ τῷ μέρει τῆς ἀληθείας
οὐχ ὁρῶσιν, ὡς ἀεὶ κατ' τὸ πλεῖστον αὐτοὺς πλανω-
μένους, ἀντὶ τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως, ἐν τῷ αὐ-
τῷ ἔτει δεύτερον τὸ πάσχα ἐπιτελεῖν. τίνος οὖν χά-
ριν τούτοις ἑπόμεθα, οἳ δῆλον πλάνην νοσεῖν ὁμολό-
γην; δεύτερον γὰρ τὸ πάσχα οὐ ἐνὶ ἐνιαυτῷ, οὐκ ἂν
ποτε ποιεῖν ἀνεξοίμεθα. ἀλλ' εἰ καὶ ταῦτα μὴ πρόσ-
κειτο, τῆς ὑμετέρας ἀσχήνοιαν ἐχρῆν καὶ διὰ σπουδῆς καὶ
2 δι' ὄχης ἔχειν πάντα· ὅτι μηδενὸς ὁμοιώματι τὸ κα-
θαρὸν τῆς ὑμετέρας ψυχῆς κοινωνεῖν δοκεῖν ἀνθρώπων ἔ-
θεσι παρακόπων. τοῖς τούτοις καλεῖσθαι σύνοραν,
ὡς ἐν τηλικούτῳ πράγματι καὶ τοιαύτης θρησκείας ἑορ-
τῇ διαφωνίαν ὑπάρχειν, ἔστιν ἀθέμιτον. μίαν γὰρ ἡμῖν
τῆς ἡμετέρας ἐλευθερίας ἡμέραν, τουτέστι τὸ ἁγι-
ωτάτου πάθους, ὁ ἡμέτερος παρέδωκε σωτήρ· μίαν
εἶναι τῆς καθολικὴν αὐτοῦ ἐκκλησίαν βεβούληται. ἧς εἰ καὶ
τὰ μάλιστα, εἰς πολλούς τε καὶ διαφόρους τόπους τὰ
μέρη διήρηται, ἀλλ' ὅμως ἑνὶ πνεύματι, τουτέστι τοῦ
θείου βουλήματος θάλπεται. λογισάσθω δὲ καὶ τῆς ὑμετέ-
ρας ὁσιότητος ἀσχήνοια, ὅπως ἐστὶ δῆλόν τε καὶ ἁπρεπές,
κατ' τὰς αὐτὰς ἡμέρας, ἑτέρους μὲν ταῖς νηστείαις σχο-
λάζειν, ἑτέρους δὲ συμπόσια συντελεῖν· καὶ μὴ τὰς
τοῦ πάσχα ἡμέρας, ἄλλους μὲν ἐν ἑορταῖς καὶ ἀνέσεσιν
ἐξειλάζεσθαι, ἄλλους δὲ ταῖς ὡρισμέναις ἐνδεδόσθαι
νηστείαις. ἀφ' τούτου γοῦν, τῆς προσηκούσης ἐπανορθώ-
σεως τυχεῖν καὶ τοῖς μίαν διαλύπωσιν ἄγειν τούτου,
ἡ θεία πρόνοια βούλεται, ὡς ἔγωγε ἅπασιν ἡγοῦμαι
συνορᾶν. ὅθεν ἐπειδὴ τοῦτο οὕτως ἐπανορθοῦσθαι προσ-
ῆκεν, ὡς μηδὲν μὴ τῶν παροικιῶν τε καὶ κυνοκτόνων
ἐκείνων εἶναι ἡμῖν κοινόν, ἔστι τε τάξις εὐπρεπὴς, ἣν
ἅπασαι αἱ τῶν δυτικῶν τε καὶ μεσημβρινῶν καὶ ἀρκτώων
τῆς οἰκουμένης μερῶν διαφυλάττουσιν ἐκκλησίαι, καί
τινες τῶν κατ' ἠῶαν τόπων· ὧν ἕνεκεν ἐπὶ τοῦ παρόν-
τος καλῶς ἔχειν ἅπασιν ἡγήσαντο, καὶ αὐτὸς ἓν τῇ
ὑμετέρᾳ ἀσχινοίᾳ χρέσκειν ὑπεχόμην, ἵν' ὅσῳ δ' ἂν
κατ' τὴν Ῥωμαίων πόλιν, Ἰταλίαν τε καὶ Ἀφρικὴν
ἅπασαν, Αἴγυπτον, Σπανίας, Γαλλίας, Βρεττανίας,
Λιβύας, ὅλην τὴν Ἑλλάδα, Ἀσιανήν τε διοίκησιν καὶ
Ποντικὴν, καὶ Κιλικίαν, μιᾷ καὶ συμφώνῳ φυλάττηται
3 γνώμῃ, ἀσμένως τοῦτο καὶ ἡ ὑμετέρα προσδέξηται
σύνεσις. λογιζομένη ὡς καὶ μόνον πλείων ἐστὶν ὁ τῶν κατ'
τὰς προειρημένας τόπους ἐκκλησιῶν ἀριθμὸς, ἀλλὰ
καὶ ὡς τοῦτο μάλιστα κοινῇ πάντας ὁσιώτατόν ὄφελε βού-
λεσθαι, ὅσῳ καὶ ὁ ἀκριβὴς λογισμὸς ἀπαιτεῖν δοκεῖ,
καὶ μηδὲ μίαν μὲν τῶν Ἰουδαίων ὁπορκίας ἔχειν κοινωνίαν.

ctant, nos absque ipsorum magisterio hæc commode observare non posse. Quidnam vero illi recte sentire possint, qui post necem Domini, post illud parricidium mente capti, non ratione sed præcipiti impetu feruntur, quocunque innatus furor ipsos impulerit? Hinc est quod ne in hac quidem parte veritatem ipsam perspiciunt: adeo ut à convenienti emendatione longissime aberrantes, uno eodemque anno duo Paschata celebrent. Quid ergo est cur istos sequamur, quos constat gravissimo erroris morbo laborare? Nam uno eodemque anno geminum Pascha facere, nunquam profecto sustinebimus. Verum etiamsi ea quæ dixi minime suppeterent, vestræ tamen solertiæ est, id curare omnibus modis atque optare; ne sanctitas animarum vestrarum, in ullius rei similitudine, cum nequissimorum hominum moribus sociari & commisceri videatur. Illud præterea considerandum est, nefas esse ut in tanti momenti negotio, & in hujusmodi religionis solemnitate, dissensio reperiatur. Unum enim libertatis nostræ festum diem, hoc est diem sacratissimæ passionis, Servator noster nobis reliquit: unamque esse voluit Catholicam Ecclesiam. Cujus membra licet variis locis dispersa sint, uno tamen spiritu, Dei scilicet voluntate, foventur. Consideret, quæso, vestræ sanctitatis solertia, quam grave sit & indecorum, iisdem diebus alios quidem jejuniis intentos esse; alios vero convivia celebrare: & post dies Paschæ, alios quidem in festivitatibus & animorum remissione versari, alios vero definitis vacare jejuniis. Hoc itaque convenienti emendatione corrigi, & ad unam eandemque formam redigi, Divina vult providentia, quemadmodum omnes meo quidem judicio intelligitis. Proinde cum hoc ita emendari oporteret, ut nihil nobis commune esset cum illorum Domini interfectorum & parricidarum consuetudine; cumque hic ordo decentissimus sit, quem omnes tam Occidentalium, quam Meridianarum & Septentrionalium orbis partium Ecclesiæ, ac nonnullæ quoque Orientalium servant: idcirco id æquum rectumque esse omnes judicaverunt, quod & vobis placiturum esse spopondi; ut scilicet quod in urbe Roma, perque omnem Italiam, Africam, Ægyptum, per Hispaniam, Gallias, Britannias, Libyas; per universam Achaïam; per Asianam & Ponticam diœcesim; per Ciliciam denique, concordi sententia observatur, id vestra quoque prudentia libentibus animis amplectatur. Illud nimirum attendens, non modo majorem esse numerum Ecclesiarum in locis supra memoratis; verum etiam æquissimum esse, ut omnes in commune id velint, quod stricta ratio exigere videtur, nec ullam cum Judæorum perjurio habet societatem. At-

SÆC. IV.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Οὐκ ἡμῖν ἱκανοί] In Manuscripto codice Henrici Savilii [& in Regio J. Pini,] legitur σὺν ἡμῖν, quomodo etiam legitur apud Eusebium.

2 Ἐν μηδενὸς ὁμοιώματι] Sic etiam legitur in editione Basiliensi. Codex tamen Allatii scriptum habet ὁμοιότητι. Quam scripturam confirmant Eusebius, Socrates ac Nicephorus. Mox post verbum κοινωνεῖν addidi δοκεῖν ex codice [Regio &] Leonis Allatii & ex editione Basiliensi, quibus suffragatur Eusebius. In Socrate tamen ac Nicephoro duæ voces adduntur hoc modo κοινωνεῖν ἢ δοκεῖν quod eandem vim habet.

[3 Γνώμῃ] Τῇ γνώμῃ codex Regius Pini.]

SÆC. IV.

que ut ſummatim ac breviter dicam, placuit communi omnium judicio, ut ſanctiſſima Paſchæ feſtivitas uno eodemque die celebraretur. Neque enim decet in tanta ſanctitate, aliquam eſſe diſſonantiam: præſtatque eam ſequi ſententiam, in qua nulla eſt alieni erroris ſceleriſque ſocietas atque communio. Quæ cum ita ſint, cœleſtem gratiam & plane Divinum mandatum libenter ſuſcipite. Quidquid enim in ſanctis Epiſcoporum conciliis geritur, id omne ad Divinam referendum eſt voluntatem. Quamobrem ubi ea quæ geſta ſunt, dilectis fratribus noſtris intimaveritis, ſupra dictam rationem & ſanctiſſimi diei obſervantiam ſuſcipere & conſtituere debetis; ut cum in dilectionis veſtræ conſpectum jam pridem à me deſideratum venero, uno eodemque vobiſcum die ſanctam feſtivitatem peragere poſſim; utque de omnibus una vobiſcum gaudeam, cernens diaboli crudelitatem Divina potentia, nobis operam navantibus, eſſe ſublatam; florente ubique terrarum veſtra fide, & pace atque concordia. Deus vos ſervet fratres cariſſimi.

ἵνα ᾖ τὸ κεφαλαιωδέστατον συνόμως εἰπεῖν, κοινῇ 1
πάντων ἅπασι κείσῃ, τ' ἁγιωτάτην τ' πάσχα ἑορτὴν
μιᾷ τ' καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ συντελεῖσθαι. οὐδὲ γὰρ πρέπει
τοσαύτῃ ἁγιότητι εἶναί τινα διαφοράν. καὶ κάλ-
λιον ἔπεσθαι τῇ γνώμῃ ταύτῃ, ἐν ᾗ εὐδμία ἐστὶν ἀλ- 2
λοτρίας πλάνης καὶ ἀμαρτήματος ὁπωσοῦν. τούτων οὕ-
τω ἐχόντων, ἀσμένως δέχεσθε τ' θεάνιον χάριν καὶ
θείαν ὡς ἀληθῶς ἐντολήν. πᾶν γὰρ ὅ, τι δ' ἂν ἐν
τοῖς ἁγίοις τ' ὁπισκόπων συνεδρίοις πράττηται, τοῦτο
πρὸς τ' θείαν βούλησιν ἔχει τ' ἀναφοράν. διὸ πᾶσι
τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν ἀδελφοῖς ἐμφανίσαντες τὰ
προγεγραμμένα ἤδη, καὶ τ' προφθάνοντα λόγον, καὶ
τ' παραλήρησιν τ' ἁγιωτάτης ἡμέρας, ὑποδέχεσθαί τε
καὶ ἀσπάζεσθαι ὀφείλετε. ἵνα ἐπιδὰν πρὸς τὸν πάλαι
μοι ποθούμενον τ' ὑμετέρας διαθέσεως ὄψιν ἀφίκωμαι, 3
ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τ' ἁγίαν μεθ' ὑμῶν ἑορτὴν
ἐπιτελέσαι δυνηθῶ, καὶ πάντων ἕνεκεν μεθ' ὑμῶν θύδο-
κήσω, συνορῶν τ' διαβολικὴν ὠμότητα ὑπὸ τ' θείας
δυνάμεως διὰ τ' ἡμετέρων πράξεων ἀνηρημένην, ἁκ-
μαζούσης παντάχοῦ τ' ὑμετέρας πίστεως καὶ εἰρήνης καὶ ὁ-
μονοίας. ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξειεν ἀγαπητοὶ ἀδελφοί.

CAPUT XI.

De annonis quas Eccleſiis tribui juſſit: & de aliis Imperatoris virtutibus.

ET hæc quidem abſentibus Imperator ſcripſit. Eos vero qui Nicæam convenerant: erant hi trecenti decem & octo Epiſcopi: tum verbis, tum muneribus humaniſſime excepit. Cumque ſtibadia plurima parari juſſiſſet, cunctis ſimul epulum præbuit: præcipuos quidem ſuæ ipſius menſæ adhibens, reliquos vero in alia ſtibadia diſtribuens. Et cum dextros oculos quibuſdam effoſſos videret, comperiſſetque eos ob conſtantiam fidei iſtud ſupplicium pertuliſſe, labra vulneribus admovit, hinc ſe benedictionem percepturum eſſe confidens. Finito deinde convivio, alia rurſus eis præbuit munera. Literas quoque ad provinciarum Rectores dedit, quibus mandabat, ut per ſingulas civitates virginibus ac viduis, & iis qui Divino miniſterio erant conſecrati, annona quotannis præberetur: ex ſua potius liberalitate quam ex uſu ac neceſſitate, modum annonarum definiens. Harum pars tertia noſtra quoque ætate Eccleſiis præbetur. Nam cum impius Julianus omnesillas annonas ademiſſet, ſucceſſor ejus eas quæ nunc erogantur præberi juſſit. Et enim fames eo tempore, illationis tributariæ modum imminuerat. Quod ſi modus annonæ

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Περὶ τῶν σιτηρεσίων τ' ταῖς ἐκκλησίαις χορηγηθέντων, καὶ τῆς ἄλλης τοῦ βασιλέως ἀρετῆς.

ΤΑῦτα μὲν τοῖς ἀπολειφθεῖσιν ἐπέστειλε· τοὺς δὲ
συνελθόντας, ὀκτακαίδεκα δὲ ἦσαν καὶ
τετρακόσιοι, πολλοῖς μὲν ἐφιλοφρόνησατο καὶ λόγοις
καὶ δώροις· πολλὰς δὲ [a] στιβάδας βίτρεπιαθῆναι κε- a
λεύσας, κατ' ταὐτὸν εἱστίασεν ἅπαντας· τοὺς μὲν ἀξι-
ωτέρους ὁμοτραπέζους λαβών, τοὺς δὲ ἄλλους δι-
ελὼν εἰς τὰς ἄλλας. θεασάμενος δέ τινας τοὺς δε-
ξιοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκομμένους, καὶ μαθὼν ὡς τὸ
περὶ τὸν θεοσέβειαν ἐδράσαν τοῦ πάθους ἐγένετο πρό-
ξενον, τὰ χείλη τοῖς τραύμασι προσενίσχεν, ἐλκύ-
σθαι ἐκεῖθεν τὰ φιλήματα τὸν θεολογίαν πιστεύων.
πέρας δὲ τοῦ συμποσίου λαβόντος, ἕτερα πάλιν αὐ-
τοῖς προσενίσχε δῶρα. καὶ μὴν καὶ γράμματα
[3] πρὸς τοὺς τῶν ἐθνῶν προκαθεύοντας δέδωκεν ἀρ- 3
χοντας, καθ' ἑκάστην πόλιν χορηγεῖσθαι παρεγγυῶν ταῖς
ἀεὶ παρθένοις καὶ χήραις, καὶ τοῖς ἀφιερωμένοις τῇ θείᾳ
λειτουργίᾳ, ἐτήσια σιτηρέσια, φιλοτιμίᾳ μᾶλλον ἢ
χρείᾳ ταῦτα μερίσας. τούτων τὸ τριημόριον μέχρι
καὶ τήμερον χορηγεῖται, Ἰουλιανοῦ μὲν τοῦ δυσσεβοῦς πάντα
καθάπαξ ἀφελομένου· τοῦ δὲ μετ' ἐκεῖνον, τὰ νῦν χο-
ρηγούμενα προσαχθῆναι προστάξαντος. ὁ γὰρ λιμὸς
[4] ὀλίγην ἐποίει τότε τ' εἰσφοράν. εἰ δὲ τοῦ νῦν χορηγ- 4

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὸ κεφαλαιωδέστατον] In codice Leonis Allatii & apud Euſebium in libro 3. de vita Conſtantini legitur κεφαλαιωδέστερον.

2 Ἐν ᾗ εὐδὲ μία ἐστὶν] In codice Allatii & apud Socratem legitur εὐδὲ μία ἴσχυ, &c.

3 Πρὸς τοὺς τῶν ἐθνῶν προκαθεύοντας] Præfectos Prætorio intelligit, qui multas ſimul Provincias adminiſtrabant. Hi enim curam gerebant Annonæ, tam Civicæ, quam militaris ac Palatinæ: Quippe qui per Officiales ſuos tributa exigerent, quæ in ſpeciebus ſolvebantur; non autem in auro atque argento, uti diſcimus ex codice Theodoſiano. Hæc idcirco annotavi, ne quis Provinciarum præſides hic intelligeret.

4 Ὀλίγην ἐποίει τότε τὴν εἰσφοράν] Male Camerarius eum-

VARIORUM.

a Στιβάδας] A στείβω *calco, denſo:* quia *ſtibadium* erat olim lectulus, ex gramine, herbis, aut frondibus calcatus & fartus. In locum Triclinii ſucceſſere ſtibadia. *Vide Valeſ. vit. Conſt. pag.* 586. *not.* 2.

μὲν

μῶν τεσσαράκοντα ἦν τὸ τηνικαῦτα φερόμενον, ῥᾴδιον ἐκ τῆς βασιλέως μεγαλοψυχίας τοῖς βουλομένοις καταμαθεῖν. ὃ μὲν οὖν οὐδὲ ἐκεῖνο δίκαιον ἐνόμισα παραδοῦναι σιγῇ. Φιλαπεχθήμονες γὰρ ἄνδρες ἐγράψαντο τῶν ἐπισκόπων τινὰς, καὶ τῷ βασιλεῖ τὰς ἐγγράφους κατηγορίας ἐπέδοσαν. ὁ δὲ πρὸ τῆς γεγενημένης ὁμονοίας ταύτας δεξάμενος, εἶτα δεσμὸν ἐπιθεὶς καὶ τῷ δακτυλίῳ σημηνάμενος, Φυλαχθῆναι προσέταξεν. ἔπειτα τελοῦ σύμβασιν ἐργασάμενος, ταύτας κομίσας παρόντων αὐτῶν καλέκαυσεν, ὀμωμοκὼς μὴν μηδὲν τῶν ἐγγεγραμμένων ἀπεγνωκέναι. οὐ γὰρ ἔφη χρῆναι τῶν ἱερέων τὰ πλημμελήματα δῆλα γίνεσθαι τοῖς πολλοῖς, ἵνα μὴ σκανδάλου πρόφασιν ἐντεῦθεν λαβόντες, ἀδεῶς ἁμαρτάνωσι. Φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ τόδε προσθεῖναι, ὡς εἰ αὐτόπτης ἐπισκόπου γάμον ἀλλότριον διορύττοντος γένοιτο, συγκαλύψαι ἂν τῇ πορφυρίδι τὸ παρανόμως γινόμενον, ὡς ἂν μὴ βλάψῃ τοὺς θεωμένους τῶν θεωμένων ἡ ὄψις. οὕτω παραινέσας, καὶ τοσαύτης ἀξιώσας τοὺς ἱερέας τιμῆς, καταλαβεῖν ἕκαστον τὴν οἰκείαν παρεσκεύασε ποίμνιον. ἐγὼ δὲ τῶν Ἀρειανῶν ἕνεκα βουλευσάμενος, οἳ οὐ μόνον τοὺς καινοὺς ἡμῶν καταφρονοῦσι πατέρων, ἀλλὰ καὶ τοὺς σφετέρους ἀρνοῦνται, τὴν Εὐσεβίου τοῦ Καισαρέως ἐπιστολὴν ἣν περὶ τῆς πίστεως ἔγραψεν, ἀθεΐαν βύλομαι τῇ συγγραφῇ, τῆς τούτων λύττης ἔλεγχον ἔχουσαν σαφῆ. τοῦτον γὰρ γεραίροντες ὡς ὁμόφρονα, τοῖς ὑπὸ τούτου γραφεῖσιν ἄντικρυς ἀντιλέγουσιν. γέγραφε δὴ τὴν ἐπιστολὴν πρός τινας τοὺς Ἀρείου φρονοῦντας, περὶ δόσιαν, ὡς εἰκὸς, ἐγκαλοῦντας αὐτῷ. δηλοῖ δὲ ἄμεινον τὰ γεγραμμένα τοῦ γεγραφότος σκοπόν.

qui tunc erogabatur, eo qui nunc præbetur triplo major fuit, quivis ex eo perspicere facile potest Imperatoris magnificentiam. Sed neque istud silentio prætereundum puto. Quidam jurgiis & simultatibus dediti, nonnullos Episcoporum accusaverant; & accusationum libellos Imperatori obtulerant. Eos ille cum ante restitutam concordiam accepisset, in unum fasciculum colligavit, & anulo suo obsignatos servari præcepit. Postea vero cum pacem inter Episcopos composuisset, prolatos in medium libellos coram ipsis exussit, jurejurando affirmans, nihil eorum quæ scripta essent, à se lectum fuisse. Nefas enim esse aiebat, ut Sacerdotum delicta ad vulgi notitiam pervenirent, ne populus offendiculi occasionem inde arripiens, licentius ad flagitia prorumperet. Istud quoque adjeciisse dicitur: Se si Episcopum adulterium perpetrantem oculis suis videret, illegitimum facinus paludamento suo obtecturum esse, ne hujus facinoris spectaculum ipsis spectatoribus noxium esset. Cum igitur Episcopos hoc modo admonuisset, & ejusmodi honore affecisset; ut ad suum quisque gregem redirent hortatus est. Ego vero Arianorum improbitatis causa, qui non modo communes nostros Patres despiciunt, sed etiam suos ipsorum negant, Eusebii Cæsariensis epistolam quam ille scripsit de fide, huic operi intexere constitui, quippe quæ illorum vesaniam manifeste convincat. Nam cum Ariani præcipuum honorem ei tribuant tanquam idem cum ipsis sentienti, iis tamen quæ ab illo scripta sunt palam contradicunt. Scripsit autem eam epistolam ad quosdam Arianæ opinionis sectatores, qui, ut opinari datur, proditionis eum insimulabant. Verum verba ipsa consilium scriptoris certius aperiunt.

Sacerdotum delicta non vulganda.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Ἐπιστολὴ Εὐσεβίου τοῦ Καισαρείας Ἐπισκόπου, περὶ τῆς ἐκτεθείσης ἐν Νικαίᾳ πίστεως.

ΤΑ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως πραγματευθέντα ἐπὶ τῆς μεγάλης σύνοδον τῆς ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθεῖσαν, εἰκὸς μὲν ὑμᾶς καὶ ἄλλοθεν μεμαθηκέναι, τῆς φήμης προτρέχειν εἰωθυίας τῶν περὶ τῶν πραγμάτων ἀκριβῆ λόγον. ἀλλ' ἵνα μὴ ἐκ τοιαύτης ἀκοῆς τὰ τῆς ἀληθείας ἑτεροίως ὑμῖν ἀπαγγέλληται, ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα ὑμῖν, πρῶτον μὲν τὴν ὑφ' ἡμῶν προταθεῖσαν περὶ τῆς πίστεως γραφήν· ἔπειτα τὴν δευτέραν, ἣν ταῖς ἡμετέραις φωναῖς προσθήκας ἐπιβαλόντες ἐκδεδώκασι. τὸ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν γράμμα

CAPUT XII.

Eusebii Cæsariensis Episcopi epistola, de fide Nicææ exposita.

QUÆ de fide Ecclesiastica in magno concilio Nicææ congregato tractata sunt, ea quidem verisimile est jam vos aliunde didicisse, fratres carissimi, cum accuratam rerum gestarum narrationem fama plerumque soleat præcurrere. Verum ne istiusmodi rumore res vobis aliter nuntietur quam se habet, necessarium putavimus ad vos mittere, primum quidem eam fidei formulam quæ à nobis proposita est: deinde alteram, quam Episcopi quibusdam appendicibus ad nostram adjectis promulgarunt. Nostra igitur formula, quæ

Socr. lib. 1. cap. 8.

VALESII ANNOTATIONES.

que sequutus Sirmundus hunc locum verterunt hoc modo, *Quod tunc fame grassante, vectigalia essent imminuta.* Nam Theodoritus hoc loco loquitur de Annona quam Constantinus Imperator Ecclesiis donavit. Hæc autem non pertinet ad vectigalia, sed ad tributariam functionem, ut videre est in titulo codicis Theodosiani de Annona & tributis. σύσφορὰ idem est quod tributaria functio atque illatio. Vectigalia vero proprie sunt portoria, & quæ à Græcis dicuntur τέλη. [Pro ἐποίει τότε habet codex Regius Pini ἐποιεῖτο.]

1 Πρόφασιν ἐντεῦθεν λαβόντες] In Manuscripto codice Henrici Savilii [& in Regio J. Pini] legitur λαμβάνοντες, quod magis placet. Porro huic narrationi Theodoriti, simillis est illa quam habet Ruffinus in lib. 10. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 2. Differt tamen in eo, quod Ruffinus quidem ait Episcopos variis de causis inter se jurgantes, libellos criminationum adversus collegas Constantino obtulisse. Theodoritus vero libellos illos porrectos fuisse dicit à laïcis, qui Episcopos variis de causis accusabant. Deinde elogium Constantini libellos sibi oblatos comburentis, diversum est in Ruffino ac Theodorito.

2 Καταλαβεῖν ἕκαστον] Hic quoque καταλαμβάνειν scriptum habent codex Savilii & Basilicnsis editio.

3 Τὸν περὶ τῶν πραττομένων ἀκριβῆ λόγον] In Manuscripto codice Henrici Savilii & in editione Basilicnsi legitur πεπραγμένων.

ἐπεὶ

Sæc. IV.

in conſpectu Imperatoris Deo cariſſimi lecta, recte ac probe ſe habere omnibus viſa eſt, ſic habet. Fides à nobis expoſita. Sicut ab anteceſſoribus noſtris Epiſcopis accepimus, tunc cum primis fidei rudimentis inſtructi, & cum ſalutari lavacro tincti ſumus: ſicut ex ſcripturis Divinis didicimus, & quemadmodum ipſi tum in Presbyterio, tum in Epiſcopali gradu conſtituti, & credidimus & docuimus, ita nunc etiam credentes, fidem noſtram vobis exponimus. Eſt autem hujuſmodi. Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, viſibilium omnium & inviſibilium creatorem, & in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Dei verbum, Deum de Deo, lumen de lumine, vitam ex vita, Filium unigenitum, primogenitum omnis creaturæ; ante omnia ſecula ex Deo Patre genitum; per quem omnia facta ſunt: qui propter noſtram ſaltuem incarnatus eſt, & inter homines verſatus: qui paſſus eſt & reſurrexit tertia die: aſcendit ad Patrem, & iterum venturus eſt cum gloria, ut vivos judicet ac mortuos. Credimus etiam in unum Spiritum ſanctum. Horum unumquemque eſſe ac ſubſiſtere credentes: Patrem vere Patrem, Filium vere Filium, & Spiritum ſanctum vere Spiritum ſanctum: ſicut & Dominus noſter, cum diſcipulos ſuos ad prædicandum mitteret, dixit: Ite ac docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. De quibus etiam affirmamus, nos ita tenere atque ita ſentire, & olim ita tenuiſſe, & uſque ad mortem ita retenturos, atque in hac fide conſtanter permanſuros eſſe, omnem impiam hæreſim anathemate damnantes. Hæc nos omnia ſincere atque ex animo ſenſiſſe, ex quo noſmetipſi noſſe potuimus, atque etiamnum ſentire & loqui veriſſime, coram omnipotente Deo, & coram Domino noſtro Jeſu Chriſto teſtificamur, parati certiſſimis probationibus oſtendere & vobis perſuadere, nos præteritis etiam temporibus ita credidiſſe atque ita prædicaſſe. Cum hæc à nobis fides eſſet expoſita, nullus erat contradicendi locus. Sed & Imperator ipſe noſter Deo cariſſimus, eam rectiſſime conceptam eſſe, primus omnium teſtatus eſt, atque ita ſentire ſe affirmavit, cunctoſque hortatus eſt ut ei aſſentirentur atque ſubſcriberent, utque in hanc doctrinam omnes conſpirarent: una duntaxat voce, conſubſtantialis, adjecta. Quam quidem vocem ipſe quoque interpretatus eſt, aſſerens non juxta corporis affectiones, conſubſtantialem dici, neque per diviſionem aut ſectionem quandam Filium ex Patre ſubſiſtere. Fieri enim non poſſe, ut materiæ expers, & intellectualis atque incorporea natura, corpoream ullam affectionem admittat: ſed Divinis arcaniſque rationibus id eſſe intelligendum. Ac ſapientiſſimus quidem & religioſiſſimus Imperator ita tum philoſophatus eſt. Epiſcopi vero occaſione vocis illius, conſubſtantialis, hujuſmodi formulam conſcripſerunt. Fides in Concilio edita. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inviſibilium creatorẽ. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum

Fidei Formula.

Symbolum Nican.

ἐπὶ παρουσίᾳ τῦ θεοφιλεςάτυ βασιλέως ἡμῶν ἀναγνωσθὲν, ὃ τε ἔχῃ καὶ δοκίμως ἀποφανθὲν, τῦτον ἔχει τ τρόπον. ἡ ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθεῖσα πίςις. καθὼς παρελάβομεν παρὰ τ πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπων, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ καληχήσει, καὶ ὅτε τὸ λυτρὸν ἐλαμβάνομεν, καθὼς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν μεμαθήκαμεν, καὶ ὡς ἐν αὐτῷ τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἐπισκοπῇ ὑπιςεύομέν τε καὶ ἐδιδάσκομεν, ὕτω καὶ νῦν πιςεύοντες τ ἡμετέραν πίςιν παραφέρομεν. ἔςι δὲ αὕτη. Πιςεύω εἰς ἕνα Θεὸν, Παλέρα παντοκράτορα, τ τ ἁπάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητὴν, καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησῦν Χριςὸν, τ τῦ Θεῦ λόγον, Θεὸν ἐκ Θεῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, ζωὴν ἐκ ζωῆς, Υἱὸν μονογενῆ, πρωτότοκον πάσης τῆς κτίσεως, πρὸ πάντων τ αἰώνων ἐκ τῦ Πατρὸς γεγεννημένον· δι' ὗ καὶ ἐγένετο πάντα· τὸν ἀφ' τ ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθέντα καὶ ἐν ἀνθρώποις πολιτευσάμενον, καὶ παθόντα, καὶ ἀναςάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ἥξοντα πάλιν ἐν δόξῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. πιςεύομεν καὶ εἰς ἓν Πνεῦμα ἅγιον. Τῦτον ἕκαςον εἶναι καὶ ὑπάρχειν πιςεύοντες, Πατέρα, ἀληθῶς Πατέρα· καὶ Υἱὸν, ἀληθῶς Υἱόν· Πνεῦμά τε ἅγιον, ἀληθῶς Πνεῦμα ἅγιον, καθὰ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἀποςέλλων εἰς τὸ κήρυγμα τοὺς ἑαυτῦ μαθητὰς, εἶπε· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τῦ Πατρὸς, καὶ τῦ Υἱῦ, καὶ τῦ ἁγίυ Πνεύματος· περὶ ὧν καὶ διαβεβαιώμεθα ὕτως ἔχειν, καὶ οὕτως φρονεῖν, καὶ πάλαι οὕτως ἐσχηκέναι, καὶ μέχρι θανάτυ ὑπὲρ ταύτης συνίςασθαι τ πίςεως, ἀναθεματίζοντες πᾶσαν ἄθεον αἵρεσιν. Ταῦτα ἀπὸ καρδίας καὶ ψυχῆς πεφρονηκέναι, ἐξ οὗπερ ἴσμεν ἑαυτοὺς, καὶ νυῦν φρονεῖν τε καὶ λέγειν ἐξ ἀληθείας, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος καὶ τοῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριςοῦ μαρτυρόμεθα· δεικνύναι ἔχοντες καὶ δι' ἀποδείξεως καὶ πείθειν ὑμᾶς, ὅτι καὶ τοὺς παρεληλυθότας χρόνους ὕτως ἐπιςευόμέν τε καὶ ἐκηρύττομεν. Ταύτης ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθείσης τῆς πίςεως, οὐδεὶς παρὴν ἀνταλογίας τόπος. ἀλλ' αὐτός τε πρῶτος ὁ θεοφιλέςατος ἡμῶν βασιλεὺς, ὀρθότατα προσέχειν αὐτὴν ἐμαρτύρησεν· ὕτω τε καὶ ἑαυτὸν φρονεῖν συνωμολόγησε, καὶ ταύτῃ τοὺς πάντας συγκαταθεσθαι, ὑπογράφειν τε τοῖς δόγμασι, καὶ συμφρονεῖν τούτοις αὐτοῖς παρεκελεύετο· ἑνὸς μόνου προσεγγραφέντος ῥήματος τῇ ὁμοουσίῳ, ὃ καὶ αὐτὸ ἠρμήνευσε λέγων· ὅτι μὴ κατὰ σωμάτων πάθη λέγοιτο ὁμοούσιος, οὔτε κατὰ διαίρεσιν, ὕτε κατά τινα ἀποτομὴν ἐκ Πατρὸς ὑποςῆναι. μηδὲ γὰρ δύνασθαι τὴν ἄϋλον καὶ νοερὰν καὶ ἀσώματον Φύσιν σωματικόν τι πάθος ὑφίςασθαι. θείοις δὴ καὶ ἀπορρήτοις λόγοις προσήκειν τὰ τοιαῦτα νοεῖν. καὶ ὁ μὲν σοφώτατος ἡμῶν καὶ εὐσεβέςατος βασιλεὺς, τὰ τοιαῦτα διεφιλοσόφει. οἱ δὲ προφάσει τῆς τῦ ὁμοουσίυ προσθήκης, τήνδε τ γραφὴν πεποιήκασιν. Ἡ ἐν τῇ συνόδῳ ὑπαγορευθεῖσα πίςις. Πιςεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριςὸν τὸν Υἱὸν

Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, καὶ φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα καὶ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ. τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Τοὺς δὲ λέγοντας ὅτι ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. Καὶ δὴ ταύτης τῆς γραφῆς ὑπ' αὐτῶν ὑπαγορθευθείσης, 1 ὅπως εἴρηται αὖθις τὸ ἐκ τῆς 2 οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τὸ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιον, οὐκ ἀνεξέταστον αὐτοῖς καταλιμπάνομεν. ἐρωτήσεις τοιγαροῦν καὶ ἀποκρίσεις ἐντεῦθεν ἀνεκινοῦντο· ἐβασανίζετο ὁ λόγος τῆς διανοίας τῶν εἰρημένων. καὶ δὴ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας ὁμολογεῖσθαι μὲν τοῖς αὐτοῖς δηλωτικὸν εἶναι τοῦ ἐκ μὲν τοῦ Πατρὸς εἶναι, οὐ μὴν ὡς μέρος ὑπάρχειν τοῦ Πατρός. ταύτην καὶ ἡμῖν ἐδόκει καλῶς ἔχειν συγκατατίθεσθαι τῇ διανοίᾳ, τῆς θεοσεβοῦς διδασκαλίας ὑπαγορευούσης ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱὸν, οὐ μὴν μέρος τῆς οὐσίας αὐτοῦ τυγχάνειν. διόπερ ταύτῃ τῇ διανοίᾳ 3 καὶ αὐτοὶ συνεθέμεθα· οὐδὲ τὴν φωνὴν ἀποδοκιμάζομεν, τοῦ τῆς εἰρήνης σκοποῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῶν κειμένου, καὶ τοῦ μὴ τῆς ὀρθῆς ἐκπίπτειν διανοίας. καὶ ταυτὰ δὲ καὶ τὸ, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα κατεδεξάμεθα· ἐπειδὴ τὸ ποιηθέντα κοινὸν ἔφασκον εἶναι πρόσρημα τῶν λοιπῶν κτισμάτων τῶν διὰ τοῦ Υἱοῦ γενομένων, ὧν οὐδὲν ὅμοιον ἔχειν τὸν Υἱόν. διὸ δὴ μηδὲ εἶναι αὐτὸν ποίημα τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις ἐμφερές· κρεῖττονος δὲ ἢ κτίσμα πάν ποίημα τυγχάνειν οὐσίας, ἣν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννῆσθαι διδάσκει τὰ θεῖα λόγια, οὗ τρόπου τὴν γεννήσεως καὶ ἀνεκφράστου καὶ ἀνεπιλογίστου πάσῃ γεννητῇ φύσει τυγχάνοντος. ὅτι δὲ καὶ τὸ, ὁμοούσιον εἶναι τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, 4 ἐξεταζόμενος ὁ λόγος σωίσει, οὐ κατὰ τὸν σωμάτων τρόπον, οὐδὲ τοῖς θνητοῖς ζώοις παραπλησίως. οὔτε γὰρ κατὰ διαίρεσιν τῆς οὐσίας, οὔτε κατ' ἀποτομὴν, ἀλλ' οὐδὲ κατά τι πάθος ἢ τροπὴν, ἢ ἀλλοίωσιν τὴν ἐκ Πατρὸς δυνάμεως. τούτων γὰρ ἁπάντων ἀλλότριον εἶναι τὴν ἀγεννήτου Πατρὸς φύσιν. παραπλήσιον δ' εἶναι τὸ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, οὐ μηδεμίαν ἐμφέρειαν 5 πρὸς τὰ γεννητὰ κτίσματα τοῦ Υἱὸν

Filium Dei, genitum ex Patre unicum, hoc est ex substantia Patris: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum: consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo sunt & in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, incarnatusque & homo factus est, & passus. Qui resurrexit tertia post die: ascendit ad cœlos, venturus est ut vivos judicet ac mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: Fuit aliquando tempus cum non esset, & antequam gigneretur non erat: vel quod de non extantibus factus est: aut qui ex altera substantia vel essentia dicunt esse Filium Dei, aut conversioni mutationique obnoxium, anathematizat sancta Catholica & Apostolica Ecclesia. Cum hæc ab illis dictata esset fidei formula, id quod ab illis dictum erat, ex substantia Patris, & consubstantialis, non prætermisimus absque examine. Hinc igitur variæ quæstiones ortæ sunt & responsiones: & quænam esset eorum verborum sententia, accurate expendebatur. Et has quidem voces, ex substantia, fassi sunt hoc significare; Filium quidem esse ex Patre, sed non tanquam partem ipsius Patris. Hunc sensum ut nos quoque amplecteremur, æquum omnino videbatur, cum pia doctrina prædicet, Filium ex Patre esse, non tamen partem esse illius substantiæ. Quamobrem & nos huic notioni assensum præbemus. Ac ne ipsam quidem vocem, consubstantialis, rejicimus, pacis intuitu, & ne à recta intelligentia excidamus. Pari ratione has etiam voces approbavimus, genitum non factum. Nam factum Verbum esse dicebant commune reliquis omnibus creaturis quæ per Filium factæ sunt, quibus nihil simile habeat Filius: ac proinde eum non esse facturam, his quæ per ipsum facta sunt similem, sed longe præstantioris quam reliquas creaturas esse substantiæ. Quam quidem ex Patre esse Divina docent oracula, arcano quodam generationis modo, qui nec verbis exprimi, nec intelligentia comprehendi ab ulla possit creatura. Sic etiam illud, consubstantialem esse Filium Patri, cum allatis rationibus discussum esset, convenit non juxta corporum modum, neque instar mortalium animantium accipi debere. Nam neque per divisionem substantiæ, neque per abcisionem, nec per mutationem Paternæ essentiæ atque virtutis, id posse consistere. Ingenitam enim Patris naturam ab his omnibus alienam esse. Verum hoc, consubstantialem esse Patri, nihil aliud significare, quam Filium Dei nullam cum creaturis ab ipso factis similitudinem habere;

Consubstantialis expositio.

Sæc. IV.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὅπως εἴρηται αὖθις] Apud Socratem in lib. primo Historiæ Ecclesiasticæ cap. 8. legitur ὅπως εἰρήκασιν αὐτοῖς, &c. [ut & in codice Regio Pini] quod magis probo. Paulo post ubi legitur ἐβασανίζετο ὁ λόγος, corrigendum est ex Socrate ἐβασανίζετό τε ὁ λόγος.

[2 Ἀνεξέτασιν αὐτοῖς] Αὖθις codex Regius Pini.]

3 Καὶ αὐτοὶ συνεθέμεθα] In Manuscripto codice Savilii & in editione Basiliensi legitur συνεπαθέμεθα. & paulo post pro παραιτούμεθα, idem codex Savilii [& Regius J. Pini] scriptum habent παρειμένοι, ut legitur apud Socratem.

4 Ἐξεταζόμενος ὁ λόγος σωίσειν] Codex Henrici Savilii & Basiliensis editio scriptum habent συνίσει, quod magis placet. Respondet enim verbo quod supra positum est συνεθέμεθα. [In Regio codice J. Pini legitur συνίσει.]

5 Πρὸς τὰ γεννητὰ κτίσματα] Malim scribere γεννητὰ per simplex τ, quemadmodum legisse videtur Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit hæc Eusebii verba. *eo quod nullam æqualitatem ad creaturas factas Dei Filius habeat, &c.* [atque ita diserte scriptum inveni in Regio codice J. Pini.]

τοῦ

Sæc. IV.

sed solius Patris à quo genitus est, per omnia similem esse; nec ex alia quadam hypostasi aut substantia, sed ex Patre esse. Quod quidem cum ita expositum fuisset, jure merito approbandum esse censuimus: quandoquidem nonnullos ex veteribus insignes Episcopos & disertos scriptores, in explicanda Patris ac Filii Divinitate, hoc vocabulo, consubstantialis, usos esse cognovimus. Atque hæc dicta sint de fide quæ Nicææ promulgata est. Cui quidem consensimus omnes, non leviter & inconsulto, sed juxta sensus allatos, qui coram ipso religiosissimo Imperatore discussi, & ob rationes superius expositas ab omnibus comprobati sunt. Sed & anathematismum, qui post fidei formulam ab illis est promulgatus, haudquaquam moleste suscepimus, eo quod peregrinis & à sacra scriptura alienis vocibus uti prohibeat, ex quibus omnis fere dissensio ac perturbatio Ecclesiarum exorta est. Cum igitur nulla Divinitus inspirata scriptura istis unquam usa sit vocibus: De non extantibus: &, Fuit aliquando tempus cum non esset: & aliis quæ ibidem subjiciuntur; visum est nullatenus rationi consentaneum esse, ut hæc vel dicerentur vel docerentur. Proinde etiam huic recto ac salubri decreto consensimus, quippe qui nunquam antea hujusmodi vocibus uti consuevissemus. Quin & istud, priusquam gigneretur non erat, anathemate damnare haud incongruum duximus, eo quod apud omnes in confesso sit, illum esse filium Dei etiam ante corporalem nativitatem. Jam vero Imp. noster Deo carissimus ratiocinando adstruebat, etiam secundum divinam ipsius generationem illum esse ante omnia secula. Nam priusquam actu gigneretur, potentia erat in Patre, ingenita quadam ratione: Cum Pater semper sit pater, Rex item semper atque Servator; & omnia sit potentia, semperque eodem modo ac similiter se habeat. Hæc vobis necessario scribenda esse duximus, dilectissimi, ut vobis liquido demonstremus, quanto cum judicio, tum dubitatio, tum assensio nostra librata sit: & quod recte atque ordine, primum quidem ad extremam usque horam restitimus, quandiu nonnulla aliter quam oportuit scripta nos

τῦ Θεοῦ φέρειν· μόνῳ δὴ τῷ Πατρὶ τὸ γεννη- 1
τὸν κατὰ πάντα τρόπον ὅμοιον· καὶ μὴ εἶναι ἐξ
ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεώς τε καὶ οὐσίας, ἀλλ' ἐκ
τῆς τοῦ Πατρός. ᾧ καὶ αὐτῷ τοῦτον ἐρμηνευθέν-
τι τὸν τρόπον, καλῶς ἔχειν ἐφάνη συγκατατίθε- 3
σθαι· ἐπεὶ καὶ τῶν παλαιῶν λογίους πολλοὺς καὶ
ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους, καὶ συγγραφέας, ἔγνωμεν
ἐπὶ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ θεολογίας τῷ τοῦ 4
ὁμοουσίου συγχρησαμένους ὀνόματι. Γοῦν τὰ μὲν
τῆς ἐκτεθείσης εἰρήσθω πίστεως· ἣν συνεφωνήσαμεν
οἱ πάντες, οὐκ ἀνεξετάστως, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἀπο-
δοθείσας ἀφορμὰς ἐπ' αὐτοῦ τοῦ θεοφιλεστάτου βα-
σιλέως ἐξεταθείσας, καὶ τοῖς εἰρημένοις λογισμοῖς
συνομολογηθείσας. τὸν δὲ ἀναθεματισμὸν δὲ τὸ μὴ
τοῖς πίστιν τοῖς αὐτὸν τεθέντα, δεκτὸν εἶναι ἡγη-
σάμεθα, ἀφ' τὸ ἀπείργειν ἀγεφάφοις χρήσασθαι
φωναῖς, δι' ἃς σχεδὸν ἡ πᾶσα ἐγεγόνει σύγχυσις
καὶ ἀκαταστασία τῆς ἐκκλησίας. μηδεμιᾶς γοῦν
θεοπνεύστου γραφῆς, τὸ, ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τὸ, ἦν
ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ τοῖς ἑξῆς ἐπιλεγομένοις κε-
χρημένης, οὐκ εὔλογον ἐφάνη ταῦτα λέγειν καὶ
διδάσκειν. ᾧ καὶ αὐτῷ καλῶς δόξαντι συνεθέμε-
θα, ἐπεὶ μηδὲ ἐν τῷ πρὸ τούτου χρόνῳ τούτοις
εἰώθειμεν συγχρῆσθαι τοῖς ῥήμασιν. [a]ἔτι μὴν τὸ a
ἀναθεματίζεσθαι, τὸ πρὸ τῆς γεννηθῆναι οὐκ ἦν, οὐκ
ἄτοπον ὑπολάβη, τῷ πρὸ πάσι μὲν ὁμολογεῖ-
σθαι εἶναι αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ πρὸ τῆς
σαρκὸς γεννήσεως. ἤδη δὲ ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βα-
σιλεὺς τῷ λόγῳ κατεσκεύαζε, καὶ κατὰ τὴν ἔν-
θεον αὐτοῦ γέννησιν τὸ πρὸ πάντων αἰώνων εἶναι αὐ-
τόν· ἐπεὶ καὶ [2]πρὶν ἐνεργείᾳ γεννηθῆναι, δυνάμει 2
ἦν ἐν τῷ Πατρὶ [b]ἀγεννήτως, ὄντος τοῦ Πατρὸς b
ἀεὶ Πατρὸς, ὡς καὶ βασιλέως ἀεὶ καὶ σωτῆρος, καὶ
δυνάμει πάντα ὄντος, [3]ἀεί τε καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ 3
ὡσαύτως ἔχοντος. Ταῦτα ὑμῖν ἀναγκαίως διεπεμ-
ψάμεθα ἀγαπητοὶ, τὰ κεκριμένα τῆς ἡμετέρας
ἐξετάσεώς τε καὶ συγκαταθέσεως· [4]Φανερὰ καθιστάντες· 4
ὡς θύλογος, τότε μὲν καὶ μέχρις ὑστάτης ὥρας ἱστά-
μεθα, ὅθ' ἡμῖν τὰ ἑτεροίως γραφέντα προσέκοπτε·

Valesii Annotationes.

1 Μόνῳ δὲ τῷ πατρὶ] In editione Basiliensi legitur μόνον δὲ τῷ πατρὶ, &c. quod non displicet. Certe ita legitur apud Nicephorum in lib. 8. cap. 22. [& in codice Regio J. Pini.]

2 Πρὶν ἐνεργείᾳ γεννηθῆναι] In his Constantini sive Eusebii verbis error est manifestus. Neque enim Verbum fuit in Patre potentia, prius quam actu gigneretur ex Patre. Primum enim actus & potentia non distinguuntur in Deo. Deinde ex eo sequeretur Verbum non fuisse ab æterno. Nam & reliquæ creaturæ antequam actu crearentur, potentia erant in Deo. Nec tamen idcirco æternæ esse dicuntur. Porro observandum est totam hanc pericopen non haberi apud Socratem, nec in Epiphanio Scholastico. Certe Socrates consulto eam prætermisisse mihi videtur, eo quod hæreticum sensum contineret.

3 Ἀεί τε καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ] In Nicephoro deest particula καὶ, recte meo quidem judicio.

4 Φανερὰ καθιστάντες] In editione Basiliensi [& in codice Regio] scribitur καθιστῶντες, quemadmodum legitur etiam apud Socratem.

Variorum.

a Ἔτι μὴν τὸ ἀναθεματίζεσθαι &c.] Recte observat Valesius, deesse hanc pericopen apud Socratem, & Epiphanium Scholasticum; unde merito suspectæ fidei est, quasi ab Impostore Ariano Epistolæ Eusebii inserta. Quod pluribus ostendit cl. *Bullus* Defens. Fid. Nic. Sect. 3. c. 9. n. 3. Fatendum tamen est, quod ab eodem doctissimo Scriptore observatur, priorem saltem sententiæ istius partem in quibusdam Exemplaribus extitisse Eusebii ipsius ævo descriptis. Athanasius enim, tam in Epistola de Decretis Synodi Nicænæ, quam in libro de Synodis Arim. & Seleuc. verba exinde deprompta recitat, & tanquam absurda & hæretica rejicit. *W. Lowth.*

b Ἀγεννήτως] Sensus est, Filium antequam actu, ut aiunt, esset genitus, fuisse potentia in Patre ἀγεννήτως, id est, absque sui generatione, quod commode putamus expressisse his verbis, *licet non gigneretur*. Alii vertunt, *ingenito quodam modo*; alii, *ingenita quadam ratione*, quæ non ita clare rem ipsam videntur significare. *Cl. Monachi Benedictini in Athanas. Vol. I. pag.* 241.

τότε

τότε ἢ ἀφιλονείκως τὰ μὴ λυποῦντα καὶ δεξάμεθα, ὅθ' ἡμῖν θυγνωμόνως τῶν λόγων ἐξετάζουσι τὴν 1 διάνοιαν, ἐμφανὴ σύμπτωσιν ἔχειν ἔδοξε τοῖς ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐν τῇ προεκτεθείσῃ πίστει ὁμολογημένοις.

offendebant: tandem vero ea quæ nihil offensionis habebant, sine contentione amplexi sumus, postquam nobis verborum sententiam candide examinantibus apparuit, ea prorsus cum illis convenire quæ nos ipsi in fide primum à nobis exposita confessi fueramus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Ἔλεγχος τῶν νῦν βλασφημούντων Ἀρειανῶν, ἐκ τῶν Εὐσεβίου τοῦ Καισαρείας ἐπισκόπου συγγραμμάτων.

Ὅτι μὴν οὖν ἡ καινή τις ἡ τοῦ ὁμοουσίου προσρησις, οὐδὲ ἐπὶ τῶν τότε συναθροισθέντων πατέρων ἐξευρεθεῖσα, ἀλλ' ἄνωθεν ἐκ προγόνων εἰς ἐκείνους καταδρομήν, σαφῶς μεμαρτύρηκεν ὁ Εὐσέβιος. ὅπου δὲ καὶ ἅπαντες οἱ τηνικαῦτα συναθροισθέντες, συμφώνως τῷ ἐκτεθεῖσαν κατεδέξαντο πίστιν, κἀνταῦθα ἔφη· καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ συγγράμματι μαρτυρεῖ, τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου τὴν 2 πολιτείαν θρήμιαις γεραίρων. λέγει δὲ οὕτως. Ὁ μὲν δὴ ταῦτ' εἰπὼν Ῥωμαϊκὰ γλώττῃ, ὑφερμηνεύοντος ἑτέρου, παρεδίδου τὸν λόγον τοῖς τῆς συνόδου προέδροις. ἐντεῦθεν δ' οἱ μὲν δεξάμενοι κατηπῶντο τοὺς πέλας· οἱ δ' ἀπελογοῦντό τε καὶ ἀντεμέμφοντο. πλείστων δὴ ὑφ' ἑκατέρου τάσματος προτεινομένων, πολλῆς τε ἀμφιλογίας τὰ πρῶτα συνιστάμενης, ἀνεξικάκως ἐπεκροᾶτο ὁ βασιλεὺς τῶν πάντων, σχολῇ τε αὐτόνῳ τὰς προλάσεις ὑπεδέχετο· ἐν μέρει τε ἀντιλαμβανόμενος τῶν παρ' ἑκάτου τάγματος λεγομένων, ἠρέμα συνῆγε τοὺς φιλονείκως ἐνισταμένους, πράως τε προϊόντος τὰς τοῦ ἔλαττον ὁμιλίας, Ἑλληνίζων τε τῇ φωνῇ, 3 ὅπη μηδὲ ταύτης ἀμαθῶς εἶχε, γλυκερός τις ὢν καὶ ἡδύς· τοὺς μὲν συμπείθων· τοὺς δὲ καταδυσωπῶν τῷ λόγῳ· τοὺς δ' οὐ λέγοντας ἐπαινῶν· πάντας δὲ εἰς ὁμόνοιαν ἐλαύνων, ἕως ὅτε ὁμογνώμονας καὶ ὁμοδόξους αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἅπασι κατεστήσατο· ὡς ὁμόφωνον μὲν κρατῆσαι τὴν πίστιν· τῆς δὲ σωτηρίου ἑορτῆς τὸν αὐτὸν παρὰ τοῖς πᾶσιν ὁμολογηθῆναι καιρόν. ἐκυροῦτο δὲ ἤδη καὶ γραφῇ δι' ὑποσημειώσεως ἑκάστου τὰ κοινῇ δεδογμένα. καὶ μετὰ βραχέα, πάλιν καὶ ταῦτα προσέθεικεν. ὕστερον δὴ συνταξάμενος, ἐπὶ τὰ σφῶν οἰκεῖα τοὺς πάντας ἐπανιέναι ἠφίει. οἱ δὲ ἐπανῆκον σὺν εὐφροσύνῃ· ἐκράτει τε τὸ λοιπὸν ὡσαύτως τοῖς πᾶσι μία γνώμη, ἡ παρ' αὐτῷ βασιλεῖ συμφωνηθεῖσα, συναπτομένων ὥσπερ ὑφ' ἑνὶ σώματι τῶν ἐκ μακροῦ διῃρημένων. καὶ δὴ χαί-

CAPUT XIII.

Confutatio Arianorum nostri temporis, ex scriptis Eusebii Cæsariensis.

Vocem igitur, consubstantialis, novam non esse, nec à Patribus eo tempore congregatis primum excogitatam, sed jam à olim majoribus transmissam ad posteros, Eusebius aperte testatur. Omnes vero qui tunc convenerant, uno consensu fidem illic expositam suscepisse, idem ille tum in eadem epistola docet, tum in alio opere confirmat, in quo Constantini magni vitam & conversionem summis laudibus extollit. Sic autem ait: Hæc ille cum latino sermone dixisset, quæ alius quispiam Græce interpretatus est, deinceps Concilii Præsidibus sermonem concessit. Tum vero alii proximos insimulare cœperunt: alii accusantibus respondere & vicissim queri. Multis igitur hunc in modum ex utraque parte propositis, magnaque controversia in ipso principio excitata, Imperator cuncta patientissime auscultans, intento animo propositas quæstiones excepit; & quæ ab utraque parte dicebantur, vicissim astruens atque adjuvans, pertinacius certantes paulatim conciliavit. Cumque omnes placide alloqueretur, & Græca uteretur lingua, quippe qui ne hujus quidem linguæ ignarus esset, suavissimus ac jucundissimus fuit; dum alios vi rationum adductos in suam sententiam trahit; alios orat & flectit; eosque qui recte dixissent, laudibus afficit; & universos ad concordiam incitat. Donec tandem eos concordes in omnibus, de quibus antea certabatur, & consentientes effecit. Adeo ut non modo unius fidei consonantia apud omnes obtineret; verum etiam unum idemque tempus in salutaris festi celebratione ab omnibus firmaretur. Porro ea quæ in commune placuerant, scriptis mandata, & singulorum subscriptione roborata sunt. Paucisque interpositis rursus hæc addit: Cum in hunc modum eis valedixisset, cunctis posthæc in patriam redeundi potestatem fecit. Illi igitur summa hilaritate domum reversi sunt; ac deinceps una apud omnes valuit opinio, sub ipsius Imperaroris præsentia, communi omnium consensu firmata; cum ii qui jamdudum à se mutuo divulsi erant, in unum veluti corpus coaluissent. Hoc igitur rerum

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐμφανὴ σύμπτωσιν ἔχειν ἔδοξε τοῖς] Hic locus longe aliter legitur apud Socratem, hoc scilicet modo. ἐφάνη συντρέχειν τοῖς &c. quod ut brevius, ita videtur & rectius.

2 Λέγει δὲ οὕτως] Locus Eusebii quem hic affert Theodoritus, extat in libro tertio de vita Constantini cap. 13. Porro Theodoritus in hoc capite emendat errorem Socratis atque Sozomeni: modeste tamen, suppresso utriusque nomine. Socrates enim ac Sozomenus scribunt, quinque aut sex Episcopos formulæ fidei in Synodo Nicæna conscriptæ noluisse subscribere: & ob eam causam damnatos fuisse. Contra Theodoritus ait, omnes Episcopos qui Nicæam convenerant, in eandem fidem consensisse, exceptis duobus, Secundo scilicet ac Theona. Idque demonstrat primum ex Eusebio in epistola ad Cæsarienses: deinde ex eodem Eusebio in lib. 3. de vita Constantini.

3 Γλυκερός τις ἦν] Ita etiam legitur apud Eusebium. In MS. tamen codice Henrici Savilii & in editione Basiliensi scribitur γλυκερὸς δέ τις ἦν. Mox pro ἐλαύνων, iidem codices habent ἤλαυνεν.

Sæc. IV. ſucceſſu lætus Imperator, iis qui ſynodo minime interfuerant, gratiſſimum fructum per literas præbuit. Sed & univerſis populis, tam iis qui per agros, quam qui in urbibus habitabant, magnam pecuniæ vim diſtribui juſſit; publicam feſtivitatem ob viceſimum imperii ſui annum hac ratione concelebrans. Quare Arianos, licet aliis patribus contradicere haudquaquam impium ducant, huic tamen quem præcipue admirari ſolent, credere oportebat, unanimem fuiſſe profeſſionem illam docenti. Sed quoniam ſuorum quoque patrum opiniones impugnant, decebat ſaltem ut cum Arii mortem fœdiſſimam atque horroris plenam didiciſſent, prolatam ab illo impietatem omni ſtudio devitarent. Quoniam vero genus mortis illius haudquaquam omnibus notum eſſe veriſimile eſt, ego cujuſmodi fuerit, hoc loco exponam.

ρων ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῷ κατορθώματι, τοῖς μὴ συντυχοῦσι τῇ συνόδῳ καρπὸν θύθαλῆ δι' ὀπῶρολῆς ἐδωρεῖτο. λαοῖς τε πᾶσι, τοῖς τε κατ' ἀγροὺς, καὶ τοῖς ἀμφὶ τὰς πόλεις, χρημάτων ἀφθόνους ποιεῖσθαι διαδόσεις παρεκελεύετο, ὧδέπη γεραίρων τὴν ἑορτὴν τῆς εἰκοσαετοῦς βασιλείας. ἔδει μὲν οὖν τοὺς τὰ Ἀρείου φρονοῦντας, εἰ καὶ τοῖς ἄλλοις πατράσιν ἀντιλέγειν οὐκ ἐνόμιζον δυσεβές, τούτῳ γοῦν πιστεύειν, ὃν θαυμάζειν εἰώθασι, σύμφωνον γεγενῆσθαι τὴν ὁμολογίαν ἐκείνῳ διδάσκοντι. ἐπειδὴ δὲ καὶ τοὺς τὰς τῶν οἰκείων πατέρων διαμάχονται δόξας, ἐχρῆν τῷ Ἀρείῳ τὴν αἰσχίστην μεμαθηκότας καὶ Φρίκης γέμουσαν τελευτὴν, φυγεῖν παντὶ σθένει τὴν ὑπ' ἐκείνου τεχθεῖσαν ἀσέβειαν. ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς μὴ πάντας εἰδέναι τὸν θάνατον τὸν τρόπον, ἐγὼ καὶ τοῦτον ὡς ἐγένετο διηγήσομαι.

CAPUT XIV.

De morte Arii, ex epiſtola Athanaſii.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ τοῦ Ἀρείου τελευτῆς, ἐκ τῆς Ἀθανασίου ἐπιστολῆς.

Socr. l. 1. cap. 38. Soz. l. 2. cap. 29. Hic igitur Alexandriæ diuturno tempore commoratus, in conventibus Eccleſiaſticis iterum bacchari ſtuduit, priſtinam quidem impietatem ſuam abnegans, editam vero à patribus confeſſionem fidei ſuſcepturum ſe promittens. Sed cum neque divino Alexandro, neque cathedræ ſimul ac pietatis illius ſucceſſori Athanaſio id perſuadere potuiſſet, rurſus adjuvante Euſebio Nicomedienſi Conſtantinopolim perrexit. Porro quæ ille ibi molitus fuerit, & quam ſententiam à juſto judice exceperit, omnium optime exponit Athanaſius in literis quas ſcripſit ad Apionem: quarum partem huic operi intexam, quæ ſic habet. Ipſe quidem aberam Conſtantinopoli, tunc cum ille mortuus eſt. Macarius vero presbyter aderat, qui mihi rem narravit. Accitus fuerat Arius ab Imperatore Conſtantino, opera ac ſtudio Euſebianorum. Qui cum ingreſſus eſſet in palatium, interrogavit eum Imperator utrum fidem Eccleſiæ catholicæ retineret. Tunc ille juravit ſe recte credere; & libellum fidei ſuæ porrexit: ea quidem occultans quorum cauſa ejectus fuerat Eccleſia ab Alexandro Epiſcopo: per fraudem vero & ſimulationem uſurpans verba ſacræ Scripturæ. Cum igitur juraſſet ſe minime ſenſiſſe ea quorum cauſa ipſum ejecerat Alexander, dimiſit eum Imperator ita locutus: Si recta eſt fides tua, recte juraſti. Sin autem impia eſt fides tua, ac nihilominus juraſti, Deus è cœlo te judicet.

Arius jurat ſe recte credere.

Πλεῖον ἔτος ὢν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατρίψας τὸν χρόνον, ἐπιχωμάσαι πάλιν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συλλόγοις ἐβούλετο, ἐριθεύμενος τῷ ἀσεβείᾳ, ᾧ τῷ ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ τῶν πατέρων ὁμολογίαν ὑπισχνούμενος δέχεσθαι. ὡς δὲ οὔτε τὸν θεῖον ἐκεῖνον Ἀλέξανδρον ἔπεισεν, οὔτε μὴν Ἀθανάσιον τὸν τῆς ἐκείνου προεδρείας καὶ εὐσεβείας διάδοχον, πάλιν διὰ τῆς Εὐσεβίου τοῦ Νικομηδέως σπουδῆς, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἔδραμε. τὰ δ' ὑπ' ἐκείνου τυρευθέντα, καὶ ὑπὸ τοῦ δικαίου ψηφισθέντα κειτοῦ, ἄμεινον ὁ πάντα ἄριστος Ἀθανάσιος ἐν τοῖς πρὸς Ἀπίωνα διηγήσατο γράμμασιν. ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐνταῦθα τῇ συγγραφῇ. Ἐγὼ μὲν οὐ παρήμην ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει, ὅτε τετελεύτηκεν ἐκεῖνος. Μακάριος δὲ ὁ πρεσβύτερος παρῆν, καὶ κείνου λέγοντος ἤκουσα. ἐκέκλητο μὲν οὖν ὑπὸ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως Ἄρειος ἐκ σπουδῆς τῶν περὶ Εὐσέβιον. εἰσελθόντα δὲ τὸν Ἄρειον ἀνέκρινεν ὁ βασιλεύς, εἰ τῇ πίστει τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἔχοι. αὐτός τε ᾤμοσε πιστεύειν ὀρθῶς, καὶ ἔγγραφον ἐπιδέδωκε πίστεως· κρύψας μὲν ἐφ' οἷς ἐξεβλήθη ὑπὸ ἐκκλησίας ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου· ὑποκεινάμενος δὲ τὰς ἀπὸ τῶν γραφῶν λέξεις. ὁμόσαντα τοίνυν αὐτὸν μὴ πεφρονηκέναι ἐφ' οἷς ἐξέβαλεν αὐτὸν Ἀλέξανδρος, ἀπέλυσεν εἰρηκώς· εἰ ὀρθή σου ἡ πίστις ἐστὶ, καλῶς ὤμοσας. εἰ δὲ ἀσεβής ἐστιν ἡ πίστις σου καὶ ὤμοσας, ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κείνας

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πλεῖον ἔτος ὢν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ] Mortem Arii non recte hoc loco refert Theodoritus. Diu ſiquidem poſt Nicænam Synodum ea mors contigit. Sed neque verum eſt quod hic ait Theodoritus, Arium poſt Synodum Nicænam diutiſſime moratum eſſe Alexandriæ. Quomodo enim diu illic morari potuit poſt Concilium Nicænum, cum vix dum finito Concilio miſſus ſit in exilium ab Imperatore Conſtantino, nec poſteaquam ab exilio revocatus eſt, Athanaſius eum unquam in Eccleſiam recipere voluerit, ut ipſe docet in Apologetico ſecundo adverſus Arianos. Scio quidem Ruffinum in cap. 12. lib. 10. Hiſtoriæ, & Socratem atque Sozomenum ſcribere, Arium poſt exilium Alexandriam rediiſſe. Sed cum Athanaſius id nuſpiam dicat, immo vero diſerte affirmet ſe Euſebii Nicomedienſis & Imperatoris Conſtantini literis id minaciter præcipientibus, conſtantiſſime reſtitiſſe, Athanaſii teſtimonio malim credere.

2 Ἐν τοῖς πρὸς Ἀπίωνα] Hæc epiſtola Athanaſii in vulgatis editionibus inſcribitur πρὸς Σεραπίωνα.

τὰ

τοὺ χῦ σέ. οὕτω δὴ οὖν αὐτὸν ἐξελθόντα παρὰ τοῦ βασιλέως, ἠθέλησαν εἰσαγαγεῖν αὐτὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν οἱ περὶ Εὐσέβιον τῇ συνήθει αὐτῶν βία. ἀλλ' ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος ὁ μακαρίτης Ἀλέξανδρος ἀντέλεγε, φάσκων μὴ δεῖν εἰς κοινωνίαν δεχθῆναι τὸν τῆς αἱρέσεως θηρετικόν. καὶ λοιπὸν οἱ περὶ Εὐσέβιον ὑπείλησαν, ὅτι ὥσπερ μὴ θελόντων ὑμῶν ἐποιήσαμεν αὐτὸν κληθῆναι παρὰ βασιλέως, ὕτως ἄκων καὶ μὴ τῇ γνώμῃ σου τυγχάνῃ, συναχθήσεται Ἄρειος μεθ' ἡμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ταύτῃ. σάββατον δὲ ἦν, ὅτε ταῦτα ἔλεγεν. ὁ τοίνυν ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος ἀκούσας ταῦτα, καὶ πάνυ λυπηθεὶς, εἰσελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τὰς χεῖρας ἄρας πρὸς τὸν Θεὸν, ἀπωδύρατο· καὶ ῥίψας ἑαυτὸν ἐπὶ πρόσωπον ἐν τῷ ἱερατείῳ, κείμενος ἐπὶ τῆς ἐδάφους ηὔχετο. παρῆν δὲ καὶ Μακάριος θυχόμενος σὺν αὐτῷ, καὶ ἀκούων τῆς φωνῆς αὐτοῦ. παρεκάλει δὲ δύο, ταῦτα λέγων· εἰ Ἄρειος αὔριον συνάγει, ἀπόλυσον ἐμὲ τὸν δοῦλόν σου, καὶ μὴ συναπολέσῃς θυσεβῆ μετὰ ἀσεβοῦς. εἰ δὲ φείδῃ τῆς ἐκκλησίας σου, οἶδα δὲ ὅτι φείδῃ, ἔπιδε ἐπὶ τὰ ῥήματα τῶν περὶ τὸν Εὐσέβιον, καὶ μὴ δῷς εἰς ἀφανισμὸν καὶ ὄνειδος τὴν κληρονομίαν σου. καὶ ἄρον Ἄρειον, ἵνα μὴ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, δόξῃ καὶ ἡ αἵρεσις συνεισέρχεσθαι αὐτῷ, καὶ λοιπὸν ἡ ἀσέβεια νομισθῇ ὡς θυσέβεια. ταῦτ' θυξάμενος ὁ ἐπίσκοπος ἀνεχώρησε, πάνυ φροντίζων. καὶ γέγονέ πως θαῦμα φοβερὸν καὶ παράδοξον. τῶν γὰρ περὶ Εὐσέβιον ἀπειλησάντων, ὁ μὲν ἐπίσκοπος προσηύξατο· ὁ δὲ Ἄρειος ἐθαῤῥεῖ τοῖς περὶ Εὐσέβιον· πολλά τε φλυαρῶν, εἰσῆλθεν εἰς καθέδρας ὡς ἀπὸ χρείας τοῦ γαστρός· καὶ θυθέως κατὰ τὸ γεγραμμένον πρηνὴς γενόμενος, ἐλάκησε μέσος, καὶ πεσὼν θυθὺς ἀπέψυχεν, ἀμφοτέρων τε, τῆς κοινωνίας καὶ τοῦ ζῆν ἀπεστερήθη. Τὸ μὲν οὖν τέλος τοῦ Ἀρείου, τοιοῦτον γέγονε. καὶ οἱ περὶ Εὐσέβιον μεγάλως αἰσχυνθέντες, ἔθαψαν τὸν ὁμόφρονα ἑαυτῶν. ὁ δὲ μακαρίτης Ἀλέξανδρος, χαιρούσης τῆς ἐκκλησίας τὴν σύναξιν ἐπετέλεσεν ἐν θυσεβείᾳ καὶ ὀρθοδοξίᾳ, σὺν πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς θυχόμενος καὶ δοξάζων μεγάλως τὸν Θεόν. οὐχ ὡς ὀπιχαίρων τῷ θανάτῳ, μὴ γένοιτο. πᾶσι γὰρ ἀποκειται τοῖς ἀνθρώποις ἀποθανεῖν ἅπαξ. ἀλλ' ὅτι τοῦτο ὑπὲρ τὰς ἀνθρώπων κείσεις ἐδείχθη. αὐτὸς γὰρ ὁ Κύριος δικάσας ταῖς ἀπειλαῖς τῶν περὶ Εὐσέβιον, καὶ τῇ θυχῇ Ἀλεξάνδρου, καθέλκυσε τὸν Ἀρειανὴν αἵρεσιν, δείξας αὐτῷ ἀναξίαν οὖσαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας· καὶ πᾶσι φανερώσας, ὅτι κἂν παρὰ βασιλέως, καὶ πάντων ἀνθρώπων, ἔχῃ τὸν μαρτυρίαν καὶ τὸν προσασίαν, ἀλλὰ παρ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας κατακείθη. τοιαῦτα τῶν πονηρῶν σπερμάτων ὁ Ἄρειος θρεψάμενος θράσματα, καὶ τῶν μὲν ἐσωμθρόων κολασηρίων ἰδὼν τὰ προαύλια, τῆς οἰκείας ἀσεβείας ἀπὸ τῆς τιμωρίας κατηγόρει. ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὸν τῆς βασιλικῆς θυσεβείας διήγησιν τρέψομαι. πᾶσι γὰρ τοῖς ὑπὸ τὸν Ῥωμαίων πολοῦσιν ἡγεμονίαν ἐπέστειλε δήμιος· τῆς μὲν προτέρας αὐτοὺς ἐξαπάτης ἀπαλλαγῆναι παρεγυῶν· τὸν δὲ Σωτῆρος

Cum hoc modo digressus esset à Principe, Eusebiani consueta ipsis violentia utentes, eum in Ecclesiam introducere voluerunt. Sed beatæ memoriæ Alexander Constantinopolitanus Episcopus reclamabat, negans auctorem hæreseos in communionem suscipi oportere. Tandem Eusebiani minati sunt Alexandro, ita dicentes: Quemadmodum te invito perfecimus ut ab Imperatore Arius evocaretur, sic crastino die quamvis renuente te, nobiscum in hac Ecclesia collectas aget. Erat tunc dies sabbati cum hæc dicerent. Quibus auditis Episcopus Alexander, incredibili mœrore affectus, manibus ad Deum sublatis lamentari cœpit. Pronusque humi jacens intra consepta altaris Deum orabat. Aderat una cum illo Macarius, ipse quoque Deum orans, & Alexandri vocem audiens. Porro ille duo postulabat à Deo, ita dicens: Si Arius cras communicaturus est, dimitte me servum tuum, nec pium cum impio simul perdas. Si vero parcis Ecclesiæ tuæ: novi autem quod ei parcas: respice ad verba Eusebianorum, & noli tradere hæreditatem tuam in ruinam & opprobrium, Tolle è medio Arium, ne illo in Ecclesiam ingresso, hæresis quoque simul ingressa esse videatur, neve impietas deinceps eodem loco habeatur quo pietas. Hæc precatus Episcopus, Ecclesia abscessit mirum in modum sollicitus. Et contino res accidit mira prorsus atque horrenda & inexpectata. Nam cum Eusebiani minas intentassent, Episcopus quidem preces ad Deum fuderat: Arius vero Eusebianorum præsidio confidebat, & multa inaniter jactans, ob urgentem alvi necessitatem latrinas petiit. Statimque pronus, sicut scriptum est, crepuit medius, collapsusque protinus animam exhalavit, & utroque pariter, communione scilicet ac vita, privatus est. Hujusmodi fuit exitus Arii. Et Eusebiani quidem maximo pudore affecti, illum, utpote idem cum ipsis sentientem, tumulo condiderunt. Beatus autem Alexander, cum gaudio totius Ecclesiæ collectas celebravit pie atque orthodoxe, simul cum universis fratribus Deum orans, & impense glorificans. Non quod morte illius lætaretur: absit. Cunctis enim hominibus præscriptum est semel mori. Sed quia id miraculum cunctis mortalium judiciis præstantius apparuerat. Nam Dominus ipse de minis Eusebianorum & de Alexandri precibus sententiam ferens, Arianam hæresim condemnavit, Ecclesiæ communione indignam eam esse demonstrans: cunctisque palam ostendens, eam, licet Imperatoris ipsius omniumque mortalium suffragio ac præsidio muniatur, ipsius veritatis judicio esse damnatam. Hujusmodi manipulos pernicioſæ sementis collegit Arius, & pœnarum quæ ipsi in futuro sæculo paratæ erant intuitus præludia, propriam impietatem supplicio suo confessus est. Ego vero ad narrandam Imperatoris pietatem sermonem transferam. Omnibus enim Imperio Romano subjectis epistolam scripsit, eos exhortans ut & pristinæ superstitionis errorem abjicerent: & Servatoris nostri do-

Alexandri ad Deum de Ario tollendo preces.

SÆC. IV.

Sæc. IV. ctrinam amplecterentur; cunctosque ad hujus veritatis callem perducens. Singularum autem urbium Episcopos ad construendas Ecclesias excitabat, non literis solum eos ad hoc invitans, sed etiam pecuniarum largitione & eorum omnium quæ ad fabricas erant necessaria. Idque declarant literæ ipsæ, quæ sic habent.

ἡμᾶν μεταμαθεῖν διδασκαλίαν προτρέπων, καὶ ἐπὶ ταύτην ἅπαντας τὴν ἀλήθειαν ξεναγῶν. τοὺς δὲ κατὰ πόλιν ἐπισκόπους ἐπὶ ταῖς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομίαις διήγειρεν, οὐ γράμμασι μόνοις ἐπὶ τοῦτο προτρέπων, ἀλλὰ καὶ χρήμασι φιλοτίμως δωρούμενος, καὶ τὰ τῆς οἰκοδομίας δαπανήματα χορηγῶν. δηλοῖ δὲ καὶ τὰ γραφέντα, τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον.

CAPUT XV.

Constantini Imperatoris epistola de Constructione Ecclesiarum.

Victor Constantinus Maximus Augustus Eusebio.

Euseb. vit. Const. l. 2. cap. 46. Socr. lib. 1. cap. 9.

Cum usque ad hanc diem impia præsumptio & tyrannica violentia ministros Servatoris nostri sit persecuta, pro certo habeo planeque mihi ipse persuasi, omnium Ecclesiarum ædificia, aut per incuriam corrupta, aut præ metu ingruentis temporum iniquitatis minus honorifice exculta esse, frater carissime. Nunc vero cum libertas restituta sit, & draco ille providentia Dei optimi maximi, ministerio autem nostro à Reipublicæ administratione submotus; equidem existimo Divinam potentiam omnibus clarissime innotuisse; & eos qui seu metu, seu incredulitate aliquid peccaverunt, agnito illo qui vere est, ad rectam ac veram vivendi rationem esse redituros. Quotquot igitur Ecclesiis aut ipse præes, aut alios in singulis locis præsidentes Episcopos, & presbyteros ac diaconos nosti; cunctos admone, ut in opera Ecclesiarum omni studiio ac diligentia incumbant: quo aut reparentur quæ adhuc manent, aut augeantur in majus; aut sicubi usus postulaverit, nova ædificentur. Quæcunque autem necessaria fuerint, & ipse, & reliqui alii tuo interventu, tum à Præsidibus provinciarum petent, tum ab officio Præfecturæ Prætorianæ. His enim per literas præceptum est, ut omni diligentia iis quæ tua sanctitas dixerit obsequantur. Divinitas te servet frater carissime. Atque hæc quidem de Ecclesiarum ædificatione scripsit ad Episcopos, qui in singulis erant provinciis. De sacris autem codicibus conficiendis quæ ad Eusebium Palæstinum scripserit, ex ipsis literis facile est cognoscere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομῆς.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, Σεβαστὸς, Εὐσεβίῳ.

Ἕως τοῦ παρόντος χρόνου, τῆς ἀνοσίου βουλήσεως καὶ τυραννίδος τοὺς ὑπηρέτας τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ διωκόσης, πεπίστευκα καὶ ἀκριβῶς ἐμαυτὸν πέπεικα, πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τὰ ἔργα, ἢ ὑπὸ ἀμελείας διεφθάρθαι, ἢ φόβῳ τῆς ἐπικειμένης ἀδικίας ἐλάττονα τῆς ἀξίας γεγενῆσθαι ἀδελφὲ προσφιλέστατε. νυνὶ δὲ τῆς ἐλευθερίας ἀποδοθείσης, καὶ τοῦ θεάκοντος ἐκείνου ἀπὸ τῆς τῶν κοινῶν διοικήσεως, θείᾳ τοῦ μεγίστου προνοίᾳ, ἡμετέρᾳ δὲ ὑπηρεσίᾳ ἐκδιωχθέντος, ἡγοῦμαι καὶ πᾶσι φανερὰν γεγενῆσθαι τὴν θείαν δύναμιν· καὶ τοὺς ἢ φόβῳ, ἢ ἀπιστίᾳ, ἢ ἁμαρτήμασί τισι περιπεσόντας, ἐπιγνόντας τε τὰ ὄντα, ἥξειν ἐπὶ τὴν ἀληθῆ καὶ ὀρθὴν τοῦ βίου καλέσασιν. ὅσων τοίνυν ἢ αὐτὸς περιέσασθαι ἐκκλησιῶν, ἢ ἄλλους τοὺς κατὰ τόπον περιϊσαμένους ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους τε καὶ διακόνους οἶσθα, ἐπιμήκυνσον σπουδάζειν περὶ τὰ ἔργα τῶν ἐκκλησιῶν, ἢ ἐπανορθοῦσθαι τὰ ὄντα, ἢ εἰς μείζονα αὔξειν, ἢ ἔνθα ἂν ἡ χρεία ἀπαιτῇ, καινὰ ποιεῖν. αἰτήσῃς δὲ καὶ αὐτὸς καὶ διὰ σοῦ οἱ λοιποὶ τὰ ἀναγκαῖα, παρά τε τῶν ἡγεμονευόντων, καὶ τῆς ἐπαρχικῆς τάξεως. τούτοις γὰρ ἐπέταλται, πᾶσι σπουδῇ ἐξυπηρετήσασθαι τοῖς ὑπὸ τῆς σῆς ὁσιότητος λεγομένοις. ὁ Θεὸς διαφυλάξαι σε ἀδελφὲ ἀγαπητέ. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομίας πρὸς τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους ἐπέστειλεν. ὁποῖα δὲ καὶ περὶ τῆς τῶν ἱερῶν βιβλίων κατασκευῆς πρὸς Εὐσέβιον ἔγραψε τὸν Παλαιστινὸν, ἐξ αὐτῶν τῶν γραμμάτων καταμαθεῖν ἔξεστι.

Valesii Annotationes.

1 Μαθεῖν διδασκαλίαν] In Manuscriptis codicibus Allatii & Savilii [& in Regio J. Pini] legitur μεταμαθεῖν, quod magis placet. Utitur ea voce non semel Theodoritus.

2 Τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ] In codice Leonis Allatii & apud Nicephorum in libro 8. cap. 27. pro Χριστοῦ legitur Θεοῦ, quod magis probo. Apud Eusebium vero in lib. 2. de vita Constantini neutra vox habetur. [Θεοῦ legit codex Regius Pini.]

3 Ἐλάττονα τῆς ἀξίας] Basilienſis editio habet ἔλαττον adverbialiter, quod mihi non displicet. Paulo post pro ἐκδιωχθέντος, in MSS. codicibus [Regio,] Savilii & Allatii & in editione Basilienſi, necnon apud Nicephorum scribitur διωχθέντος.

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ις'.

Ἄλλη ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ, περὶ τῆς τῶν θείων γραφῶν κατασκευῆς.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος μέγιστος, Σεβαστὸς, Εὐσεβίῳ.

Καθ' ἣ ἐπώνυμον ἡμῖν πόλιν, τοῦ Σωτῆρος Θεοῦ σωταιρομένης προνοίας, μέγιστον πλῆθος ἀνθρώπων τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἀνατέθεικεν ἑαυτόν· ὡς πάντων ἐκεῖσε πολλῷ λαβόντων αὔξησιν, σφόδρα ἄξιον καταφαίνεσθαι, καὶ ἐκκλησίας ἐν αὐτῇ καλασκευαθῆναι πλείους. τοιγάρτοι δέδεξο προθυμότατα τὸ δόξαν τῇ ἡμετέρᾳ προαιρέσει. πρέπον γὰρ καὶ φάνη δηλῶσαι τοῦτο τῇ σῇ συνέσει, ὅπως ἂν πεντήκοντα σωμάτια ἐν διφθέραις ἐσκατασκεύοις, εὐανάγνωστά τε καὶ πρὸς τὴν χρῆσιν εὐπαρακόμιστα, ὑπὸ τεχνιτῶν καλλιγράφων καὶ ἀκριβῶς τὴν τέχνην ἐπισταμένων γραφῆναι κελεύσας· ἃ θείων δηλαδὴ γραφῶν, ὧν μάλιστα τήν τε ἐπισκευὴν, καὶ τὴν χρῆσιν, τῷ ἐκκλησίας λόγῳ ἀναγκαίαν εἶναι γινώσκεις. ἀπέσταλται γράμματα παρὰ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος πρὸς τὴν διοικήσεως καθολικὸν, ὅπως ἂν πάντα τὰ πρὸς τὴν ἐπισκευὴν αὐτῶν ἐπιτήδεια παραχεῖν φροντίσειεν. ἵνα γὰρ ὡς τάχιστα τὰ γραφέντα σωμάτια καλασκευασθείη, σῆς ὀπιμελείας ἔργον τοῦτο γενήσεται. καὶ γὰρ δύο δημοσίων ὀχημάτων ἐξουσίαν εἰς διακομιδὴν, ἐκ τῆς αὐθεντίας σου γράμματος ἡμῶν τοῦτο λαβεῖν παρέσχεται. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα καλῶς γραφέντα, καὶ μέχρι τῆς ἡμετέρων ὄψεων ῥᾷστα διακομισθείη· ἑνὸς δηλαδὴ τοῦτο πληροῦντος τὴν ἐκ τῆς ἐκκλησίας διακόνων· ὃς ἐπειδὰν ἀφίκηται πρὸς ἡμᾶς, τῆς ἡμετέρας πειραθήσεται φιλανθρωπίας. ὁ Θεός σε διαφυλάξει ἀδελφὲ ἀγαπητέ. Ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτα τεκμηριώσαι, μᾶλλον δὲ διδάξαι σαφῶς, ὅπως ὁ πανδύσφημος βασιλεὺς πᾶσαν εἰς τὰ θεῖα μεμέθηκε τὴν σπουδήν. προσθήσω δὲ ὅμως τοῖς εἰρημένοις, τὰ περὶ τὸν σωτήριον αὐτῷ τάφον καλωρθωμένα. μαθὼν γὰρ ὡς οἱ κορυβαντιῶντες, καὶ περὶ τὰ τῶν εἰδώλων θεραπείαν βεβακχευμένοι, τὸ μὲν δεσποτικὸν καλέχωσαν τάφον, λήθην παραδοῦναι φιλονεικοῦντες τῆς σωτηρίας τὴν μνήμην· ἐπὶ τούτῳ δὴ νεὼν τὸν ἀκολάστου δαίμονος ἐδομήσαντο, ταῖς παρανικαῖς ὠδῖσι ἐπιλωθάζοντες· καλαλυθῆναι μὲν προσέταξε τὸ μυσαρὸν οἰκοδόμημα· τὸν δὲ χοῦν ἐκεῖνον τὸν ἀναγέσι μολυνθέντα θυσίαις ἐκφορηθῆναι, καὶ πόρρω που ῥιφῆναι τοῦ ἄφεως· εἶτα νεὼν οἰκοδομηθῆναι μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον. δηλοῖ δὲ ταῦτα σαφέστερον ἡ ἐπιστολὴ, ἣν πρὸς τὸν πρόεδρον τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης ἀπέστειλε. Μακάριος δὲ ἦν οὗτος, ὃν καὶ πρόσθεν ἐμνήσθημεν, ὃς καὶ τῆς μεγάλης κεκοινωνήκει συνόδου, καὶ τὸν Ἄρειον σὺν τοῖς ἄλλοις καθηγιάσατο βλασφημίαν. ἔστι δὲ αὕτη.

CAPUT XVI.

Alia ejusdem Imp. epistola, de conficiendis sacris codicibus.

Victor Constantinus Maximus Augustus Eusebio.

In ea urbe quæ à nobis nomen sortita est, Divina Servatoris nostri providentia, maxima hominum multitudo ad sanctissimam Ecclesiam sese adjunxit. Itaque cum cuncta illic maximum incrementum capiant, consentaneum inprimis videtur, ut plures quoque in ea construantur Ecclesiæ. Accipe igitur libenti animo id quod facere decrevi. Visum est enim id significare prudentiæ tuæ, ut quinquaginta codices Divinarum scripturarum, quarum apparatum & usum maxime necessarium Ecclesiæ esse intelligis, in membranis probe apparatis, ab artificibus antiquariis venuste scribendi peritissimis describi facias; qui & legi facile & ad omnem usum circumferri possint. Literæ porro à nostra clementia missæ sunt ad Rationalem Diœcesis, ut cuncta ad eorum codicum confectionem necessaria præberi curet. Tuæ erit diligentiæ, ut scripti codices quantocyus apparentur. Cæterum duorum publicorum vehiculorum usum auctoritate hujus epistolæ accipies. Sic enim quæ eleganter descripta sunt, ad conspectum nostrum commodissime perferentur: uno scilicet ex Ecclesiæ tuæ diaconis id ministerium obeunte. Qui quidem ubi ad nos pervenerit, humanitatis nostræ experimentum capiet. Divinitas te servet frater carissime. Ex his quidem satis colligitur, immo vero apertissime demonstratur, qualiter Imperator omni laude dignissimus omne studium suum ad res Divinas transtulerit. Adjiciam tamen ea quæ circa sepulcrum Servatoris nostri ab eodem præclare gesta sunt. Nam cum didicisset, insanientes ac furore percitos dæmonum cultores, dum salutis nostræ memoriam student abolere, sepulcrum quidem Domini congesta humo adobruisse: desuper vero fanum impudicæ dæmonis extruxisse, ut Virginis partum ludibrio afficerent: primo quidem execrandum illud ædificium destrui jussit: humumque illam impuris sacrificiis contaminatam exportari, & quam longissime extra urbem projici: Deinde vero Ecclesiam maximam ac pulcherrimam eodem in loco ædificari præcepit. Verum hæc evidentius ostendit epistola ipsa, quam ad Ecclesiæ illius Antistitem misit. Erat hic Macarius ille cujus supra mentionem fecimus; qui etiam maximæ Synodo interfuerat, & una cum reliquis impietatem Arii prostraverat. Est autem hujusmodi.

Euseb. Vit. Const. l. 4. c. 36. Socr. l. 1. cap. 9.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐκπορθῆναι] Rectius in Manuscripto codice Henrici Savilii scriptum est ἐκπφορηθῆναι. Codex autem [Regius 2] Allatii habet ἐκφορηθῆναι, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus.

SÆC. IV.

CAPUT XVII.

Alia ejusdem Imp. epistola ad Macarium Hierosolymitanum Episcopum, de constructione sacrosanctæ Ecclesiæ.

Victor Constantinus Maximus Macario.

Euseb. Vit. Const. l. 3. c. 30. Socr. l. 1. c. 9.

TANTA est Servatoris nostri gratia, ut nulla sermonis copia ad præsentis miraculi narrationem sufficere videatur. Nam sacratissimæ illius passionis monumentum, sub terra jam pridem occultatum tot annorum spatio delituisse, quoad communi omnium hoste sublato, famulis ejus in libertatem vindicatis affulgeret, omnem revera admirationem superat. Nam tametsi omnes quotquot ubique terrarum sapientes habentur, in unum coacti, aliquid pro hujus rei dignitate dicere instituerint, ne ad minimam quidem ejus partem aspirare posse mihi videntur. Quippe hujus miraculi fides omnem humanæ rationis capacem naturam tantum excedit, quantum humanis Divina præcellunt. Quocirca hic unus mihi ac præcipuus semper est scopus, ut quemadmodum veritatis fides novis quotidie miraculis inclarescit, sic etiam mentes omnium nostrum ad sanctissimæ legis observantiam, cum omni modestia & concordi alacritate incitentur. Quod quoniam omnibus perspectissimum esse confido, illud tibi inprimis persuasum velim, nihil mihi antiquius esse, quam ut sacrum illum locum, quem Dei jussu turpissima adjectione simulacri, velut gravi quodam pondere exoneravi; & qui ab initio quidem Dei judicio sanctus fuit, postea vero multo sanctior effectus est, ex quo Dominicæ passionis fidem in lucem protulit; eum, inquam, locum fabricarum pulcritudine exornemus. Decet itaque prudentiam tuam, singula ad opus necessaria ita disponere & curare, ut non modo basilica ipsa omnium quæ ubique sunt pulcherrima; sed & reliqua membra ejusmodi sint, ut omnes quantumvis eximiæ singularum urbium fabricæ, ab hac una facile superentur. Ac de parietum quidem substructione & elegantia, Draciliano amico nostro, agenti vices clarissimorum Præfectorum Prætorio, & Præsidi provinciæ scias curam à me esse commissam. Jussit siquidem pietas nostra, ut artifices & operarii, & quæcunque ad hoc opus necessaria esse ex prudentia tua cognoverint, protinus instante illorum sollicitudine dirigantur. De columnis vero & marmoribus, quæcunque & pretiosiora & utiliora esse inspectione operis facta judicaveris, cura ut ad nos perscribas: ut cum ex literis

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Αλλη τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Μακάριον τὸν ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων, περὶ τῆς οἰκοδομίας τοῦ θείου ναοῦ.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος μέγιστος, Μακαρίῳ.

ΤΟσαύτη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐστὶν ἡ χάρις, ὡς μηδεμίαν λόγων χορηγίαν τοῦ παρόντος θαύματος ἀξίαν εἶναι δοκεῖν. τὸ γὰρ γνώρισμα τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πάθους, ὑπὸ τῇ γῇ πάλαι κρυπτόμενον, τοσαύταις ἐτῶν περιόδοις λαθεῖν, ἄχρις ἂν ἀφ' ὅλης τῆς κοινοῦ πάντων ἐχθροῦ ἀναιρέσεως ἐλευθερωθεῖσι τοῖς ἑαυτοῦ θεράπουσιν ἀναλάμψῃ ἔμελλεν, πᾶσαν ἔκπληξιν ὡς ἀληθῶς ὑπερβαίνῃ. εἰ γὰρ πάντες οἱ ἀφ' πάσης τῆς οἰκουμένης εἶναι δοκοῦντες σοφοὶ, εἰς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ συνελθόντες, ἄξιόν τι τοῦ θαύματος ἐθέλωσιν εἰπεῖν, μηδ' ἂν πρὸς τὸ βραχύτατον ἀμιλληθῆναι δυνήσονται. ἐπὶ τοσοῦτον πᾶσαν ἀνθρωπίνου λογισμοῦ χωρητικὴν Φύσιν ἡ τοῦ θαύματος τούτου πίστις ὑπερβαίνει, ὅσῳ τῶν ἀνθρωπίνων τὰ θεῖα συνέσχηκεν εἶναι δυνατώτερα. ἀφ' τοῦτο γοῦν ὅτος ἀεὶ καὶ πρῶτος καὶ μόνος ἐστί μοι σκοπὸς, ἵν' ὥσπερ ἑαυτὸν ὁσημέραι καινοτέροις θαύμασιν ἡ τῆς ἀληθείας πίστις ἐπιδείκνυσιν, οὕτως καὶ αἱ ψυχαὶ πάντων ἡμῶν περὶ τὸ ἅγιον νόμον σωφροσύνῃ καὶ ὁμογνώμονι προθυμίᾳ σπουδαιότεραι γίνωνται. ὅθεν ἐπειδὴ πᾶσιν εἶναι νομίζω φανερὸν, ἐκεῖνο μάλιστά σε πεπεῖσθαι βούλομαι· ὡς ἅπαντων μοι μᾶλλον μέλει, ὅπως τὸ ἱερὸν ἐκεῖνον τόπον, ὃν Θεοῦ προστάγματι αἰσχίστης εἰδώλου προσθήκης, ὥσπερ τινος ἐπικειμένου βάρους ἐκούφισα, ἅγιον μὲ ἐξ ἀρχῆς Θεοῦ κρίσει γεγενημένον, ἁγιώτερον δὲ ἀποφανθέντα, ἀφ' οὗ τιμῶ τοῦ Σωτηρίου πάθους πίστιν εἰς φῶς προήγαγεν, οἰκοδομημάτων κάλλει κοσμήσωμεν. προσήκει τοίνυν τιμὴν ἀγχίνοιαν ὅτως διατάξαι τε καὶ ἑκάστου τῶν ἀναγκαίων ποιήσασθαι πρόνοιαν, ὡς μόνον βασιλικὴν τῶν πανταχοῦ βελτίονα, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ τοιαῦτα γενέσθαι, ὡς πάντα τὰ ἐφ' ἑκάστης καλλιστεύοντα πόλεως, ὑπὸ τοῦ κλίσματος τούτου νικᾶσθαι. καὶ πρὸς μὲν τὸ τοίχων ἐγέρσεώς τε καὶ καλλιεργίας, Δρακιλλιανῷ τῷ ἡμετέρῳ Φίλῳ, τῷ διέποντι τὸν λαμπροτάτων ἐπάρχων τὰ μέρη, καὶ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι, παρ' ἡμῶν ἐγκεχειρίσθαι τὴν φροντίδα γινώσκετε. κεκέλευσται γὰρ ὑπὸ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας, καὶ τεχνίτας καὶ ἐργάτας, καὶ πάνθ' ὅσα πρὸς τὴν οἰκοδομὴν ἀναγκαῖα τυγχάνειν, ταχέως τῆς σῆς καταμάθοιεν ἀγχινοίας, παραχρῆμα ἀφ' τῆς ἐκείνων προθυμίας ἀποτελῆναι· περὶ δὲ τῶν κιόνων εἴτ' ἐν μαρμάροις, ἃ δ' ἂν νομίσῃς εἶναι τιμιώτερά τε καὶ χρησιμώτερα, αὐτὸς συνόψεως γενομένης, πρὸς ἡμᾶς γράψαι σπούδασον· ἵν' ὅσων

VALESII ANNOTATIONES.

1 Προστάγματος] Πράγματος codex Regius Pini.]

2 Αὐτοῖς συνόψεως γενομένης] In Manuscripto codice Leonis Allatii scriptum est αὐτὸς rectius procul dubio. Apud Eusebium vero in lib. 3. de vita Constantini, & in Nicephori lib. 8. cap. 28. legitur αὐτῆς συνόψεως &c. quæ Jo-annes Langus ita vertit. *Quæ præstantissima & commodissima, operis ipsius forma summatim perspecta, existimaveris esse, fac ad nos scribas.* Vide quæ notavi ad lib. 3. Eusebii de vita Constantini. Neque enim necesse est hic repetere ea quæ illic adnotata sunt. [Paulo ante, ἃ δ' ἂν νομ— deest δ' in codice Regio.]

δ' ἀν ᾖ ὁπόσων χρεία εἶναι ἀφ' ἧς σὴ γράμματος ὑπογνῶμεν, ταῦτα πανταχόθεν μετενεχθῆναι δυνηθῇ. τ γὰρ ἅγιον θαυμασιώτερον τόπον, καὶ ἀξίαν φαιδρύνεσθαι δίκαιον. ἢ ἢ τ Βασιλικῆς καμάραν, πότερον λακωνείαν, ἢ διά τινος ἑτέρας ἐργασίας γλυφὰς δοκεῖ, παρὰ σῆ γνώμην βούλομαι. εἰ γὰρ λακωνεία μέλλοι εἶναι, δυνήσεται ἡ χρυσῷ καλλωπισθῆναι. τὸ λειπόμενον, ἵνα ἡ σὴ ὁσιότης τοῖς προειρημένοις δικαιοῖς ἢ τάχος γνωσθῆναι ποιήσῃ, ὅσων τε ἐργατῶν ἡ τεχνιτῶν ἡ ἀναλωμάτων χρεία· ἃ ἡ πρὸς ἐμὲ θεοφιλέως ἀνενεγκεῖν σπεύδασον, ἡ μόνον περὶ τ μαρμάρων τε ἡ κιόνων, ἀλλὰ ἡ περὶ τ λακωναρίων, εἴγε ἡ τοῦτο κάλλιον ἐπινοίας. ὁ Θεός σε ἀφυλάξῃ ἀδελφὲ ἀγαπητέ.

tuis cognoverimus quot & qualibus opus sit, ea undique possint comportari. Æquum est enim, ut qui præ totius orbis locis maxime admirabilis est locus, pro dignitate sua exornetur. Porro cameram Basilicæ, utrum laqueatam, an alio quopiam operis genere faciendam censeas, certior à te fieri velim. Nam si laqueata fiet, auro quoque poterit exornari. Restat igitur ut sanctitas tua supra memoratis judicibus quam primum significet, quot operariis & artificibus & sumptibus opus erit: utque ad me celeriter referat, non modo de marmoribus & columnis, sed etiam de lacunaribus, si hoc opus venustius esse censueris. Divinitas te servet frater carissime.

Sæc. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περὶ Ἑλένης τ θ βασιλέως Κωνσταντίνου μητρὸς, ἡ τ περὶ τ οἰκοδομίαν θ θείου ναῦ σπουδῆς.

CAPUT XVIII.

De Helena matre Imp. Constantini: deque ejus studio in ædificatione Ecclesiæ.

Τούτοις τοῖς γράμμασιν οὐκ ἄλλος τὶς διηκόνησεν, ἀλλ' αὐτὴ θ βασιλέως ἡ μήτης, ἡ καλλίπαις ἐκείνη, ἡ παρὰ πάντων ἀοιδιμὴ τοῖς θεοσεβῶν· ἡ τὸν μέγαν τοῦτον φωτῆρα τεκοῦσα, καὶ τῷ τ θεοσεβείας αὐτῷ προσενεγκοῦσα τροφήν· αὕτη τ τ ὁδοιπορίας πόνων ἀναδεξαμένη, ἡ τ γήρως ἡ λογισαμένη τὰ πάθη. προ γὰρ ὀλίγου τ τελευτῆς τ ἀποδημίαν ταύτην ἐφείλατο, ὀγδοηκονταέτις ἢ θ βίου τὸ τέρμα κατέλαβεν. ἐπειδὴ ἢ τὸ χωρίον εἶδεν ἐκεῖνο, τὸ τῆς κοινῆς σωτηρίας τὰ πάθη δεξάμενον, εὐθὺς μὲ τὸν μυσαρὸν ἐκεῖνον νεὼν καλαλυθῆναι, ἡ τ χοῦν ἐκφορηθῆναι προσέταξε. δήλου δὲ θ κεκρυμμένου τάφου γεγενημένου, ὤφθησαν τρεῖς παρὰ τὸ μνῆμα τὸ δεσποτικὸν κατεσκαμμένοι σταυροί. ἡ ὅτι μὲν εἷς ἦν τούτων ὁ θ δεσπότου ἡμῶν ἡ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐτύγχανεν ὤν, οἱ δ' ἕτεροι τ σὺν αὐτῷ προσπαλαισθέντων λῃστῶν, ἀναμφισβήλητος ἐπίστευον ἅπαντες· ἠγνόουν δὲ ὅμως τὸν τῷ δεσποτικῷ πελάσαντα σώματι, ἡ θ τιμίου αἵματος τ λιβάδα δεξάμενον. ἀλλ' ὁ Σοφώτατος ἐκεῖνος ἡ θεῖος ὄντως Μακάριος ὁ τ πόλεως προέδρος, τοιῷδε πόρῳ τ ἀπορίαν διέλυσε. γυναικί γὰρ προφανεῖ, νόσῳ καλεχομένῃ μακρᾷ, ἕκαστον τ σταυρῶν ἐκείνων μιᾷ προσευχῆς σπουδαίως προσενεγκών, ἔγνω θ Σωτῆρος τ δύναμιν, παραυτίκα γὰρ ὅτος τῷ γυναίῳ πελάσας, τ χαλεπὴν ἐκείνην ἐξέλασε νόσον, ἡ τὴν ἄνθρωπον ἀπέφηνεν ὑγιᾶ. ὅπω δὴ τοῦ βασιλέως ἡ μήτης μαθοῦσα τὸ ποθούμενον, τ ἥλων τὰ μὲν εἰς τὸ βασιλικὸν ἐνέβαλε κράνος, τ θ παιδὸς κεφαλῆς προμηθουμένη, ἵνα τὰ τῶν πολεμίων ἀποκρύπτῃ βέλη· τὰ δὲ τῷ θ ἵππου ἐνέμιξε χαλινῷ, ἡ ἀσφάλειαν μηχανωμένη τῷ βασιλεῖ, ἡ παλαιᾶ προφητεία πέρας ἐπιθεῖσα. πόρρωθεν γὰρ Ζαχαρίας ὁ προφήτης ἐβόα, ἡ ἔσται τὸ ἐπὶ τῷ χαλινῷ θ ἵππου ἅγιον τῷ Κυρίῳ παντοκράτορι. θ δὲ Σωτῆρος ἡμῶν θ σταυρῷ, μοῖραν μέν τινα τοῖς βασιλείοις ἀπένειμε· τὸ δὲ λοιπὸν, θήκην ἐξ ὕλης ἀργυρᾶς ποιησαμένη, τῷ τ πόλεως δέδωκεν ἐπισκόπῳ, φυλάττειν παρεγγυήσασα ταῖς ἐπιγενομέναις τὰ τ σωτηρίας

HAS literas non alius quispiam pertulit, sed ipsa Imperatoris mater, tanti filii parens illa, & ab omnibus piis tantopere celebrata, quæ & magnum illud lumen orbi peperit, & pietatis alimenta ei submini-stravit: ipsa itineris laborem subiens, & senectuti suæ incommoda pro nihilo reputans. Etenim paulo ante mortem hoc iter ingressa est: octogenaria vero decessit è vita. Postquam ergo ad locum illum perveniisset qui universo orbi salutarem passionem exceperat, illico execrandum quidem illud fanum everti, & rudera exportari jussit. Cum vero sepulchrum quod hactenus latuerat, in lucem emersisset, cruces tres juxta Dominicum monumentum defossæ apparuerunt. Ac unam quidem illarum, fuisse crucem Domini ac Servatoris nostri Jesu Christi: reliquas vero duas latronum qui una cum illo suffixi fuerant, cuncti pro certo habebant. Sed quænam illarum corpus Domini attigisset, & pretiosi sanguinis guttis consperfa fuisset, prorsus ignorabant. Verum sapientissimus ille ac plane Divinus Macarius, urbis illius Antistes, hac ratione dubitationem omnem dissolvit. Nam cum matronæ cuidam nobili quæ diuturno morbo laborabat, oratione facta, singulas cruces intento animo admovisset, Dominicæ crucis efficaciam deprehendit. Hæc enim cum mulierem attigisset, gravem illum morbum protinus depulit, & pristinam salutem mulieri restituit. Hoc modo cum Imperatoris mater, id quod tantopere cupiebat didicisset, clavorum quidem partem galeæ Imperatoris inseruit, capiti filii sui prospiciens, ut hostium tela ab eo depelleret. Partem vero fræno equi illius admiscuit, simul Imperatori tutelam præstans, simul veteris prophetæ vaticinium complens. Nam Zacharias propheta diu ante prædixerat: Et quod in fræno equi est, sanctum erit Domino omnipotenti. Dominicæ autem crucis, partem quidem palatio attribuit. Reliquum argentea theca quam fabricari jusserat inclusum, civitatis Episcopo tradidit, hortata ut salutis nostræ monumentum ad posterorum memoriam diligenter custodiret. Collectis

Euseb. Vit. Const. l. 3. c. 42. &c. Socr. lib. 1. cap. 17.

Dominicæ Crucis inventio.

Zach. 14. 20.

τειας

SÆC. IV.

deinde artificibus, cum omnis generis materiam undique comparasset, amplissimas illas ac pulcherrimas construxit Ecclesias. Quarum amplitudinem ac venustatem describere superfluum puto, cum omnes fere pii ac religiosi eo confluant, & operum magnificentiam contemplentur. Aliud præterea memoria dignum gessit laudatissima illa planeque admirabilis Regina. Nam cum puellas omnes quæ perpetuam virginitatem profitebantur in unum congregasset, paratisque pluribus stibadiis discumbere jussisset, ipsa ancillæ munus implevit, ministrans ciboſque apponens, & pocula porrigens, & vinum infundens. Sed & aquæmanile cum supposita pelvi ferens, aquam abluendis earum manibus affudit. His ac similibus aliis ibi gestis rediit ad filium. Nec multo post ad meliorem vitam tranquillo animo migravit, cum multa de pia ac religiosa vivendi ratione mandasset filio, eumque extremis omnis generis benedictionibus cumulasset. Et illa quidem post mortem eum honorem consecuta est, quem par fuit consequi illam quæ tam studiose tamque ardenti animo Deum coluerat. Ariani vero interim à perditis consiliis minime desistebant.

Helenæ munificentia,

Et Humilitas.

τηείας μνημόσυνα. πάντοθεν δὲ παντοδαπὴν ὕλην τοῖς τεχνίταις ἀγείρασα, τὺς μεγίστους ἐκείνυς ϗ λαμπροτάτους νεὼς ἐδομήσαλο. τὸ δὲ τύτων κάλλος ϗ μέγεθος ἐκφεύσαι, ῥᾴδιον ἄγαν ὑπείληφα· πάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τ̃ Φιλοθέων ἐκεῖσε θεόντων, καὶ θεωμένων τ̃ ἔργων τ̀ πολυτέλειαν. πεποίηκε δὲ καὶ ἕτερον μνήμης ἄξιον ἡ πανεύφημος ἐκείνη ϗ ἀξιάγαστος βασιλίς. τὰς γ̀ διὰ βίυ τὴν παρθενίαν ἀσκήσας συναγείρασα πάσας, ϗ ἐπὶ στιβάδων πολλῶν ἀνακλίνασα, αὐτὴ θεραπαινίδος ἔργον ἐπλήρυ, διακονῦσα ϗ ὄψα ῥᾳδιθεῖσα, καὶ κύλικας ὀρέγυσα, ϗ οἰνοχῦσα, ϗ πρόχυν ἐπὶ λέβητος φέρυσα, ϗ ὕδως ταῖς ἐκείνων χερσὶν ἐπιχέυσα. ταῦτα ϗ τὰ τούτοις ὅμοια ῥάσασα, ἐπανῆλθε μὴ πρὸς τ̀ παῖδα. μετ' εὐθυμίας δὲ εἰς τ̀ ἕτερον μετέστη βίον, πλεῖστα τῷ παιδὶ περὶ τ̃ εὐσεβῦς πολιτείας ὑτειλαμένη, καὶ ταῖς ἐξιλητείοις αὐτὸν ἐπικλύσασα εὐλογίαις. ἐκείνη μ̀ ὃν οὖν μ̃ τ̀ τελευτὴν τιμῆς ἔτυχεν, ὁπίας τυχεῖν ἐχρῆν τ̀ ἴσως ἐπιμελῶς ϗ θερμῶς τὸν τ̃ ὅλων τεθεραπευκυῖαν Θεόν. οἱ δὲ τ̃ Ἀρείυ συμμορείας, τ̃ παμπονήρων ὐκ ἐπελάθοντο βυλευμάτων.

CAPUT XIX.

De illegitima translatione Eusebii Nicomediensis.

IDCIRCO enim expositioni fidei Nicenæ manuum suarum subscriptione consenserant, ut pellibus ovium tecti, ea quæ luporum sunt agerent. Forte Divinus ille Alexander, qui Arium oratione sua perculit: Episcopum Byzantii intelligo: sic enim Constantinopolis eo tempore vocabatur: ex hac vita ad meliorem sortem migraverat. Continuo Eusebius impietatis propugnator, parvi habitis regulis quas ipse una cum reliquis Episcopis paulo ante conscripserat, relicta Nicomedia Constantinopolitanam sedem invasit: cum canon diserte prohibeat,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Περὶ τ̃ ῥᾳνόμυ Εὐσεβίυ τ̃υ Νικομηδείας μεταθέσεως.

ΤΟύτυ γὰρ δὴ ἕνεκα τ̃ῇ τ̃ πίστεως ὁμολογίᾳ συνέθεντο ταῖς χερσὶν, ὡς ἂν τὰ κῴδια ῥᾳδιεκείμυοι, τὰ τ̃ λύκων ἐργάσαιντο. ὁ μὲν γ̀ θεῖος ἐκεῖνος Ἀλέξανδρος, ὁ τ̃ῇ ῥᾳστυχῇ καλαικοτίσας τὸν Ἄρειον, ὁ Βυζάντιος λέγω· ὕτως γὰρ ἡ Κωνσταντινύπολις κατ' ἐκεῖνον ὠνομάζετο τ̀ καιρὸν, εἰς τ̀ ἀμείνω μετελέθη βίον. Εὐσέβιος δὲ ὁ τ̃ς δυσσεβείας συνήγορος, μικρὰ φρονήσας ὧν πρὸ βραχέος μ̃ τ̃ῶν ἄλλων συνέγραψεν ἀρχιερέων ὅρων, ῥᾳδίως τ̀ Νικομήδειαν καταλιπὼν, τ̀ τ̃ Κωνσταντινυπόλεως ἥρπασε θρόνον ἀντικρὺς τ̃ῦ κανόνος,

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὰς τ̃ς πίστεως ὁμολογίας συνέθεντο] Longe rectius in Manuscripto codice Savilii & in editione Basilienſi scribitur hic locus hoc modo, τ̃ῇ τ̃ς πίστεως ὁμολογίᾳ συνέθεντο ταῖς χερσὶ. Quæ Joachimus Camerarius ita vertit. *Ea enim de causa manus suas non subtraxere concordiæ fidei, quo induti ovium pelles, ut lupi grassari possent.* At Sirmundus vulgatam lectionem secutus ita vertit. *Quippe qui propterea fidei confessiones manibus suis obsignarant, &c.* Quæ interpretatio nullatenus ferri potest. Neque enim obsignare idem est quod subscribere. Hoc igitur sibi vult Theodoritus, Arianos illos non bona fide neque ex animo consensisse fidei Nicænæ: & manuum quidem subscriptione eam approbasse; revera tamen aversatos esse. Idcirco enim ei subscripserant, ut hoc prætextu simpliciores postea deciperent. Porro emendationem nostram confirmat Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit. *Hujus enim causa in confessione fidei etiam manibus consenserunt,* &c.

2 Θεῖος ἐκεῖνος Ἀλέξανδρος] Alexandri Episcopi Constantinopolitani obitum Socrates & Sozomenus in tempora Imp. Constantii contulerunt. Verum Philostorgius, perinde ac Theodoritus noster, mortem Alexandri refert principatu Constantini magni. De quo vide quæ notavi in lib. 2. observationum Ecclesiasticarum ad Socratem & Sozomenum. Et hac quidem in parte reprehendendus non est Theodoritus, quippe qui alios habeat suffragatores. Sed quod subjicit, Eusebium Nicomediensem post obitum Alexandri statim in Constantinopolitanam sedem invasisse, id excusari non potest. Alexandro enim successit Paulus, quo per fraudem Eusebii pulso, Episcopatum ejus invasit Eusebius, ut docet Athanasius auctor certissimus.

VARIORUM.

a Ἀλέξανδρος — εἰς τὸν ἀμείνω μετελέθη βιον] Alexander, non multo post relegatum in Gallias Athanasium, totos tres supra viginti annos Episcopali munere cum laude perfunctus, diem obiit extremum, annos natus nonaginta & octo. Ut ante Constantini obitum ejus mortem conferamus, suadet Athanasius, qui successorem ejus Paulum eodem imperante patrio solo ejectum narrat. Errat Theodoritus, ubi Eusebium dicit post mortem Alexandri eam sedem invasisse. Nec minus labi videntur Socrates & Sozomenus, qui obitum ejus referunt in Constantii Imperium. Præstat sane Athanasio habere fidem, qui duobus post Alexandri decessum annis Constantinopoli agens, per moram & quietem intermissi itineris, testis fuit iteratæ in Paulum criminationis, quam cæteris scriptoribus, qui post elapsum Sæculum hæc conscripsere. *Cl. Patres Benedictini in Vita Athanasii, pag.* 29. *n.* 8.

ἐπισκόπους

ἐπισκόπους ὁμοῦ καὶ πρεσβυτέρους ἀπαγορθύοντος, ἐξ ἑτέρας εἰς ἑτέραν μὴ μεταβαίνειν πόλιν. θαυμαστὸν ἦ οὐδέν, τὰς ἄπω κτ' ἃ ᾧ μονογενῆς μανέντας θεότητος, ἀδεῶς τοὺς ἄλλους παραβῆναι νόμους. ᾧ νῦν δὲ τοῦτο πρῶτον κεκαινοτόμηκεν, ἀλλὰ κ' ἤδη πρότερον αὐτὸ τοῦτο τετόλμηκεν. τὴν Βηρυτὸν γὰρ πάλαι πεπιστευμένος, εἰς τὴν Νικομήδειαν μετεπήδησε· καὶ ταύτης ἦ μετὰ τὴν συνοδον ἀφ' τὸ τῆς δυσσεβείας πρόφασις ἐξηλάθη, κ' σὺν αὐτῷ Θεογόνιος ὁ Νικαίας. κ' τοῦτο δῆλον ὁ βασι-
1 λεὺς Κωνσταντῖνος δεύτερον ἀφ' γραμμάτων πε-
2 ποίηκεν. ἐγὼ δὲ καὶ τὸ τέλος τῆς ἐπιστολῆς ὑπ-ήσω τῇ συγγραφῇ. ἐπέστειλε δὲ ταῦτα Νικομηδεῦσι.

ne Episcopi aut presbyteri ab una civitate in aliam transiliant. Verum eos qui adversus unigeniti Filii Divinitatem tanta dementia insurrexerant, alias leges licenter violasse, haudquaquam mirandum est. Nec vero ille tunc primum novitatis hujus auctor fuit: sed jam antea idem facinus admiserat. Nam cum Berytensis Ecclesiæ Episcopus olim constitutus fuisset, inde ad Episcopatum Nicomediæ transilierat. Ex quo deinde Episcopatu post Nicænum Concilium ob apertam quam profitebatur impietatem dejectus est, & una cum illo Theogonius Episcopus Nicææ. Idque Imperator Constantinus literis suis iterum testatus est. Quarum partem hoc loco apponam: Scriptæ sunt autem ad Nicomedienses.

SÆC. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'. CAPUT XX.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, κτ' Εὐσεβίου καὶ Θεογνίου γραφεῖσα Νικομηδεῦσι.

Epistola Imp. Constantini adversus Eusebium & Theognium ad Nicomedienses scripta.

3 Τίς ἐστιν ὁ ταῦτα διδάξας ἅπαξ ἁπλοῦν πλῆθος; Εὐσέβιος δηλαδὴ ὁ τῆς τυραννικῆς ὠμό-
4 5 τητος συμύστης. ὅτι γὰρ παντὸς τοῦ τυράννου γενέντα τοῦ φυγᾶς, πολλαχόθεν ἐστὶ σαφῶς. τοῦτο μὲν γὰρ αἱ τῶν ἐπισκόπων σφαγαὶ μαρτύρονται, ἀλλὰ τῶν ἀληθῶς ἐπισκόπων· τοῦτο δὲ ἡ χαλεπωτάτη τῶν Χριστιανῶν ἐκδίωξις ἀφορήτου βοᾷ. οὐδὲν

QUISNAM vero adeo simplicem plebem ista docuit? Eusebius nimirum tyrannicæ crudelitatis consecraneus. Nam quod tyranni cliens perpetuo fuerit, ex multis perspici potest. Id enim Episcoporum cædes testantur: sed verorum plane Episcoporum. Id crudelissima Christianorum persecutio aperte clamat. Nihil enim

VALESII ANNOTATIONES.

1 Δεύτερον ἀφ' γραμμάτων πεποίηκεν] Vox δεύτερον quid hic significet, non video. Binas enim literas à Constantino ad Nicomedienses scriptas esse adversus Eusebium nusquam legitur. Itaque Jacobus Sirmundus hanc vocem in editione sua expunxit. Quod quidem ejus consilium laudare non possum: Licet enim Interpreti verbum aliquod in versione sua prætermittere, quod sensum conturbat. In ipso autem textu Auctoris, nihil immutandum aut delendum est, absque authoritate veterum exemplarium: Nam si hæc licentia semel concedatur, nullam editionem veterum Scriptorum puram ac sinceram habituri sumus. Pro Sirmundo tamen facit Epiphanius Scholasticus, qui hanc vocem in versione sua perinde omisit. [Sed & codex Regius J. Pini vocem hanc δεύτερον non agnoscit.] Ego vero libentius pro δεύτερον scripserim ὕστερον.

2 Τὸ τέλος τῆς ἐπιστολῆς] Scio multos fore, qui cum finem hujus epistolæ Constantini legerint, priorem ejus partem quæ à Theodorito prætermissa est, desiderent. Est enim hoc egregium antiquitatis monumentum, ex quo multa discere possumus, quæ absque hac epistola procul dubio ignoraremus. Monendus itaque est Lector hanc Constantini epistolam integram haberi in Annalibus Baronii ad annum Christi 329. sed non suo loco. Scripta est enim hæc epistola antequam Eusebius ac Theognius in exilium mitterentur. Missi sunt autem in exilium tribus jam mensibus elapsis à Synodo Nicæna, ut in lib. 1. sub finem tradit Philostorgius, id est anno Christi 325. mense Septembri. At Baronius hanc epistolam scriptam esse existimat anno Christi 329. & anno sequente Eusebium ac Theognium ab exilio revocatos. Verum id jam abunde refutavimus in Annotationibus ad lib. primum Historiæ Socratis, ubi ostendimus Eusebium anno Christi 328. revocatum esse à Constantino, & anno Christi 329. concilium Episcoporum Antiochiæ congregasse adversus Eustathium Antiochenum. Est & alius error Baronii non omittendus. Reprehendit enim Theodoritum, quod hanc epistolam à Constantino scriptam esse crediderit, postquam Eusebius Nicomediensis mortuo Alexandro Constantinopolitanam sedem occupasset. Atqui Theodoritus non id dicit: sed tantum ait Eusebium jampridem relicta Beryto cujus erat Episcopus, ad Nicomediensem Ecclesiam transiliisse: & ex ista Nicomediensium sede postea dejectum esse, ut testatur Constantinus in Ep. ad Nicomedienses.

3 Ὁ ταῦτα διδάξας] Quæret hic aliquis quæ sint ista mala dogmata quæ Nicomedienses docuerat Eusebius. Id vero discimus ex priore parte epistolæ Constantini, quam hic apponam, sicut edita est à Baronio. *Quid igitur intelligitis, dilecti fratres? nam vos ipsos accuso. Christiani sumus, & medio in affectu dissentimus. Haccine est nostra fides? Hæc sanctissimæ legis doctrina? Sed quæ causa est propter quam præsentis mali exitium suscitatum est? O flagitium! ô odium supra modum, omnis indignationis magnitudinem superans. Quæ istius latrocinii atrocitas extitit, quæ filium Dei abnegat ex individua Patris substantia processisse? Nonne ubique est Deus, cum certe istum semper nobis adesse sentimus. Nonne per ejus virtutem omnium decoratio constat? Cum certe separatione dissipationis careat. Num igitur vobis aliquid actum est? O dilecti fratres, considerate modo deprecor tormenta præsentis doloris. Confessores vos esse istius promittebatis, quem esse denegatis: in hoc vobis persuadente doctore in omnibus perdito.* Sequuntur deinde ea quæ Theodoritus retulit. Ex iis autem quæ adduxi, manifeste apparet Constantinum objicere Eusebio Nicomedienſi, quod adversus Nicænæ fidei decreta palam in Ecclesia docuerit, Filium Dei non esse ex Patris substantia, nec consubstantialem Patri. Quod si quis Græca verba prioris partis hujus epistolæ Constantini legere desiderat, habentur apud Gelasium Cyzicenum in fine lib. 3.

4 Συμμύστης] Epiphanius vertit excultorem, quod non probo. Jacobus Sirmundus consortem interpretatur, Christophorsonus vero administrum. Joachimus autem Camerarius sic transtulit: *Nimirum Eusebius crudelitate tyrannica initiatus.* Ego conscium malim interpretari. συμμύστης proprie est iisdem sacris initiatus, quem Latini vocant consecraneum.

5 Ὅτι γὰρ τῶν ἁγίων παντὸς τοῦ τυράννου] Duæ postremæ voces desunt in editione Basilienſi & in manuscripto codice Henrici Savilii. Quas tamen necessarias esse nemo non videt. Certe Gelasius Cyzicenus & Epiphanius Scholasticus & vetus Interpres apud Baronium eas agnoscit. Delendæ potius sunt duæ voces quæ præcedunt, τῶν ἁγίων, quæ sensum turbant, nec habentur in codice Leonis Allatii, [nec in Regio J. Pini,] nec apud Gelasium Cyzicenum, nec in versione Epiphanii Scholastici. Cæterum valde probo, quod Epiphanius & vetus ille Interpres à Baronio relatus, φεύγα verterunt clientem. Camerarius transfugam vertit, pessime omnino, deceptus scilicet prava lectione codicis Basilienſis.

Sæc. IV.

de illatis mihi contumeliis dicam, per quas cum adversarum partium concursus plurimum laborarent, hic etiam oculos exploratores contra me emisit, & propemodum armatum ministerium tyranno præbuit. Nec me quisquam imparatum esse existimet ad harum rerum probationem. Certissimum enim argumentum est, cum diaconos & presbyteros Eusebium assectantes, manifesto à me comprehensos esse constet. Verum hæc missa facio: quæ quidem à me non indignationis meæ testificandæ causa, sed ad pudorem eis incutiendum nunc prolata sunt. Id unum metuo; id recogito, quod vos in societatem criminis vocari video. Per institutionem enim ac perversam Eusebii doctrinam, conscientiam à veritate aversam induistis. Sed haudquaquam tarda erit curatio, si Episcopo fideli ac sincero nunc tandem accepto, ad Deum oculos convertatis. Quod quidem jam in vestra est potestate, & ex vestro judicio pendere jam dudum oportuit, nisi supra memoratus Eusebius, iis qui tunc temporis valebant omni ope adjuvantibus, istuc venisset, & rectum ordinem disciplinæ conturbasset. Sed quoniam de hoc ipso Eusebio caritati vestræ pauca dici oportuit, meminit patientia vestra synodum in urbe Nicæna fuisse celebratam, cui & ipse, sicut conscientiæ meæ cultus poscebat, interfui: nullo alio consilio quam ut concordiam inter omnes constituerem; inprimis vero ut coarguerem ac depellerem malum illud, quod ex Arii quidem Alexandrini dementia initium sumpserat, mox autem absurdo & exitiali Eusebii studio erat confirmatum. Idem vero iste Eusebius, amantissimi & carissimi, cum quanta putatis concursatione, utpote ab ipsa conscientia

γὼ περὶ τ εἰς ἐμὲ γεγενημμένων ὕβρεων νῦν ἐρῶ, δι' ὧν ὅπ μάλιςα αἱ τ ἐναντίων μερῶν 1 ἐπραγματεύσαντο συνδρομαί. ἕτος καὶ 2 ὀφθαλμοὺς καθασκόπους ἔπεμπε καθ' ἐμοῦ, ϗ μόνον οὐκ ἐνόπλως τῷ τυράννῳ εἰσέφερεν ὑπηρεσίας. μηδέ με τις οἰέσθω εἶναι περὶς τ τούτων ἀπόδειξιν ἀπαράσκευον. ἔλεγχος γάρ ὅσιν ἀκριβὴς, ὅπ τὺς πρεσβυτέρους ϗ τὺς διακόνους τὺς Εὐσεβίῳ παρεπομένους φανερῶς ὑπ' ἐμοῦ συνειλῆφθαι συνέσηκεν. ἀλλὰ ταῦτα μ παρίημι· ἃ ἰδὼν οὐκ ἀγανακλήσεως ἕνεκεν, ἀλλ' εἰς ἐκείνων αἰσχύνην ὑπ' ἐμοῦ προενήνεκται. ἐκεῖνο μόνον δέδια ἐκεῖνο ἀθρολογίζομαι, ὅπ ὑμᾶς ὁρῶ περὶς τ ὃ ἐκκλήματος καλεῖαθ κοινωνίαν. ἀθ' ὧ τ Εὐσεβίου ἀγωγῆς τε ϗ ἀσεροφῆς, συνείδησιν τ ἀληθείας κεχωρισμένην εἰλήφατε. ἀλλ' ἔσιν ὃ βραδεῖα θεραπεία, εἴγε ἐπίσκοπον πιςόν τε ϗ ἀκέραιον νῦν γῆν λαβόντες, πρὸς τ Θεὸν ἀπίδητε. ὅσῳ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐν ὑμῖν ἐςὶ, 3 ὃ ϗ πάλαι ἐχρῆν τ ὑμελέας κείσεως ἠρτῆθαι· εἰ μὴ ὁ περιφημόμος Εὐσέβιος, 4 δεινῶς τ τότε συλλαμβανομένων αὐτῷ, ἐναῦθα ἐληλύθη, ϗ τ τῆς τάξεως ὀρθότητα ἀναμχώτως 5 συνεπεπεράχη. ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ αὐτοῦ τούτου ὃ Εὐσεβίου περὶς τ ὑμετέραν ἀγάπην ὀλίγα προσῆκε φράσαι, 6 μέμνηθ ἡ ὑμετέρα ἀνεξικακία, ἐπὶ τ Νικαέων πόλεως γενῆθαι σύνοδον, ἣ ϗ αὐτὸς ἐγὼ πρεπόντως τῇ τῆς ἐμῆς συνειδήσεως λαβείᾳ παρήμην, ὐδὲν ἕτερον βυλόμενος, ἢ ὁμόνοιαν ἅπασιν ἐργάσαθαι· ϗ πρό γε πάντων, ἐλέγξαι τε ϗ ἀποσείσαθαι τὸ πρᾶγμα τοῦτο, ὃ τ μὲ ἀρχὴν εἰλήφει ἀθ' τ Ἀρείου ὃ Ἀλεξανδρέως ἀπονοίας, ἰσχυροποίητο ἢ παράχρημα διὰ τ Εὐσεβίου ἀτοπίαν τε ϗ ὀλεθρίας σπουδῆς. ἀλλ' αὐτὸς ὅτος Εὐσέβιος, περισφιλέσατοι ϗ πιμώτατοι, μεθ' ὅσης νομίζετε συνδρομῆς, ἅτε δὴ ὑπὸ τ συνειδήσεως

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐπραγματεύσαντο συνδρομαί] Vetus Interpres hunc locum ita vertit, *Nihil enim de factis in me injuriis modo dicam, per quas cum maxime adversarum partium festinaverunt concursiones.* Epiphanius autem Scolasticus sic interpretatur, *per quas quando maxime adversarum partium insidiæ discurrebant, iste etiam oculos contra me habebat intentos.* Ex iis apparet utrumque hoc loco legisse ὅπε μάλισα, non ὅπ ut vulgo legitur. Ita quoque legit Joachimus Camerarius, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit, *Nam de illius erga me contumeliis nunc non loquar. Quibus cum sævirent maxime adversariorum concursiones, ipse oculos speculatores adversum me intendebat.* Nec dubito quin hæc verissima sit scriptura hujus loci. Sic enim sequentia cum antecedentibus egregie conveniunt. Sirmundus tamen & Christophorsonus vulgatam scripturam secutus ita vertit, *Nihil enim de illatis in me injuriis nunc dicam, per quas maxime adversarum partium concursus procurabantur.* Atqui πραγματεύεσθαι passivam non habet significationem.

2 Ὀφθαλμοὺς καθασκόπους] Presbyteros ac Diaconos Eusebii intelligit, quos sub initium belli inter Constantinum & Licinium Eusebius ad Constantinum miserat, ut sub legationis prætextu, Constantini consilia & apparatum bellicum explorarent, ut paulo post indicat Constantinus in hac Epistola. Erat enim Eusebius sub ditione Licinii. Nec vero arguit eum Constantinus quod Licinii partibus adhæserat. Nam cum esset sub ditione Licinii, ut jam dixi, Imperatori suo favere omnino debuit. Sed reprehendit, quod speculatores contra ipsum submisisset, ac propemodum militarem operam navasset Licinio. Quæ prorsus indigna sunt sacerdote.

3 Ὃ ϗ πάλαι ἐχρῆν] In editione Basilienſi legitur ὅπερ ϗ πάλαι. Sed longe rectius in codice Leonis Allatii & apud Gelasium Cyzicenum scriptum est ϗ πάλαι ἐχρῆν &c. absque articulo, qui elegantius omittitur quam repetitur. Atque ita legit vetus Interpres hujus Epistolæ apud Baronium, sic enim vertit. *Et jam pridem oportebat à vestro pendere judicio.*

4 Δεινῶς τῶν τότε] In codice Leonis Allatii & apud Gelasium Cyzicenum scriptum est δεινῆ. Sane deesse hoc loco vocabulum quod huic adjectivo respondeat, indicat interpretatio tum Epiphanii Scholastici, tum interpretis innominati. Nam Epiphanius quidem ita vertit. *Nisi prædictus Eusebius pessima consciorum suorum tuitione huc venisset.* Innominatus autem interpres sic transtulit. *Nisi prædictus Eusebius cum turbulenta magnitudine eorum qui eum sequebantur, huc pervenisset; & ordinis rectitudinem impudenter conturbasset.* Quibus verbis significat Constantinus Eusebium ad Episcopatum Nicomediensem perveniſse, non electione Cleri ac populi, sicut ordo Ecclesiæ postulat: Sed per vim ac potentiam eorum qui Eusebio favebant. Hortatur igitur Nicomedienses, ut jus suum recuperent, & exturbato Eusebio impietatis doctore, alium eligant orthodoxum Episcopum.

5 Συνεπεπεράχη] Corrupta vox: pro qua substituendum videtur συνεσφάχη. Atque ita plane legitur apud Gelasium Cyzicenum.

6 Μέμνηται ἡ ὑμετέρα ἀνεξικακία] Supra notavi, Epistolam hanc ad Nicomedienses à Constantino scriptam esse, nondum tribus mensibus elapsis à synodo Nicæna. Verum hic locus sententiam nostram videtur refellere. Etenim Constantinus Imp. Nicomedienses alloquens, in memoriam eis revocat synodum Nicænam, cui & ipse interfuerit. Id vero dici non potest de re adeo recenti, & ante tres menses gesta. Quare necesse est ut hæc Epistola à Constantino scripta sit, anno ut minimum elapso post Concilium Nicænum. Atque ita falsus fuerit Philostorgius, qui Eusebium in exilium pulsum esse dicit post tres menses quam synodus Nicæna celebrata fuerat.

αὐτῆς

αὐτῆς ἠτιώμενος, μεθ' ὅσης ἢ αἰσχύνης, τῇ παντα-
χόθεν ἐληλεγμένῃ ψευδολογίᾳ συνίσατο· ὑποπέμ-
πων μοὶ μὲν ἑτέρους τοὺς ἀξιοῦντας ὑπὲρ αὐτοῦ
ἐξαιτήσεσθαι ἢ παρ' ἐμοῦ συμμαχίαν τινὰ, ὅπως μὴ
ἐπὶ τοσούτῳ ἐλεγχθεὶς πλημμελήματι, τὴν ὑπαρχού-
σης αὐτῷ τιμῆς ἐκβάλλοιτο. μάρτυς ἐστί μοι τούτου
ὁ Θεὸς αὐτὸς, ὃς ἐμοί τε καὶ ὑμῖν Φιλάγαθος ἐπιμέ-
νοι. ἐπεὶ καὶ ἐμὲ ἐκεῖνος περιέτρεψε καὶ ἀπρεπῶς ὑφήρ-
πασεν, ὃ καὶ ὑμεῖς ὑπεγνώσεσθε. πάντα μὲν δὴ ἐπράτ-
χθη τότε, καθὼς αὐτὸς ἐπόθει, πᾶν ὁτιοῦν κακὸν ἐπὶ
τῇ αὐτοῦ διανοίᾳ ἀποκρυπτόμενος. ἀλλὰ πρώην, ἵνα
τὰ λοιπὰ τῆς τούτου σκαιότητος παρῶ, τί μάλιστα
μετὰ Θεογονίου, οὗ τῆς ἀνοίας ἔχει κοινωνὸν, διεπράξα-
το, ἀκούσατε παρακαλῶ. 1 Ἀλεξανδρέας τινὰς
τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀναχωρήσαντας, ἐνταῦθα κε-
κελευκότι ἀποσαλῆναι, ἐπειδὴ διὰ τούτων ὑπηρε-
σίας ὁ τῆς διχονοίας διηγείρετο πυρσός. ἀλλ' οὗτοι οἱ
καλοί τε καὶ ἀγαθοὶ ἐπίσκοποι, οὓς ἅπαξ 2 ἡ τῆς
συνόδου ἀλήθεια πρὸς μετάνοιαν τετηρήκει, οὐ μόνον
ἐκείνους ἐδέξαντο, καὶ παρ' ἑαυτοῖς ἠσφαλίσαντο,
ἀλλὰ καὶ ἐκοινώνησαν αὐτοῖς τῆς τῶν τρόπων κακοη-
3 θείας. διὰ τοῦτο πρὸ τοὺς ἀκαίρους 3 τούτους ἔκρινα
πρᾶξαι. ἁρπαγέντας γὰρ αὐτοὺς ἐκέλευσα ὡς τά-
χιστα ἐξοισθῆναι. νῦν ὑμέτερόν ἐστιν, πρὸς τὸν Θεὸν
ἐκείνῃ τῇ πίστει βλέπειν, ἣν πάντοτε καὶ γεγενῆσθαι συν-
4 έσηκε, καὶ εἶναι πρέπει, 4 καὶ διαπεράξασθαι. οὕτως
ἐπισκόπους ἁγνούς τε καὶ ὀρθοδόξους καὶ φιλανθρώπους
ἔχοντες χαίρομεν. εἴ τις ἢ πρὸς μνήμην τῶν λυμεώ-
νων ἐκείνων ἢ πρὸς ἔπαινον ἀπρονοήτως ἐξαφθῆναι
τολμήσει, παράχρημα τῆς ἰδίας τόλμης διὰ τὸ τοῦ
θεράποντος τοῦ Θεοῦ, τυπτέσθαι ἐμοὶ, ἐνεργείας ἀνα-
ζαλήσεται. ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι ἀδελφοὶ ἀγα-
πητοί. τότε μὲν οὖν οὗτοι καθηρέθησαν, καὶ τῶν πόλεων
ἐξηλάθησαν. καὶ τὴν μὲν Νικομήδειαν Ἀμφίων ἐπιτεύθη-
τλω ἢ Νίκαιαν Χρῆσος. ἀλλὰ πάλιν ταῖς ἐξ ἔθους
χρησάμενοι μηχαναῖς, καὶ τὴν βασιλέως φιλανθρωπίαν
ἐφόδιον ἐξαπάτης θέμενοι, ἀνεπάλαισάν τε καὶ τὴν
πρόσθεν δυναστείαν ἀπέλαβον.

convictus, quanta cum ignominia, confutatæ undique falsitati patrocinatus est: nunc diversos homines clam ad me mittens, qui pro ipso orarent: nunc auxilium aliquod à me postulans, ne tanti sceleris convictus, honoris sui gradu depelleretur. Testis hujus rei mihi est Deus ipse, qui & mihi & vobis semper propitius adsit. Nam & ille me circumvenit ac turpiter decepit, sicut & vos ipsi agnoscetis. Tunc enim omnia gesta sunt prout ipse cupiebat, qui nihil non mali in animo suo clausum habebat. Sed ut alia improbitatis illius facinora prætermittam, quid nuper una cum Theogonio dementiæ suæ socio admiserit, quæso accipite. Alexandrinos quosdam qui à nostra fide desciverant, istuc abduci præceperam, propterea quod eorum opera ac ministerio, discordiæ fax excitabatur. Verum isti egregii scilicet Episcopi, quos synodi clementia ad agendam pœnitentiam servaverat, non solum istos susceperunt, & apud se tuto degere jusserunt, sed etiam malitiæ illorum socios se ac participes adjunxerunt. Quamobrem adversus ingratos istos id agere decrevi. Abreptos videlicet quam longissime deportari jussi. Vestrum nunc est, ea fide in Deum oculos mentis conjicere, in qua vos semper fuisse constat, & esse decet: & efficere ut gaudeamus puros, orthodoxos atque benignos Episcopos nacti. Si quis vero mentionem illarum pestium facere, aut in laudem eorum temere excitari præsumpserit, statim opera famuli Dei, hoc est nostri, audacia ejus comprimetur. Divinitas vos servet, fratres dilectissimi. Isti ergo eo tempore depositi & ex civitatibus suis ejecti fuere. Et Nicomediæ quidem Episcopatum Amphion; Nicææ vero Chrestus regendum suscepit. Sed cum denuo consuetas artes & machinas adhibuissent, & Imperatoris clementia ad fraudem faciendam abusi essent, pugnam redintegrarunt; & pristinam potentiam suam receperunt.

SÆC. IV.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀλεξανδρέας τινὰς] Baronius quidem hos Melitianos fuisse existimat, quos Constantinus post synodum Nicænam, cum tumultus Alexandriæ excitarent, Byzantium ad se evocaverat. Ego vero Arianos potius illos fuisse crediderim. Atque id plane testantur Episcopi Ægypti in Epistola synodica quam ad omnes Ecclesiæ Catholicæ Episcopos miserunt pro defensione Athanasii. Verba eorum hæc sunt. οἴδατε γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι Ἀμφίων μὲν ὁ Νικομηδείας, Χρηστὸς δὲ ἐν Νικαίᾳ κατεστάθησαν ἀντ' αὐτῶν, διὰ τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἀρειομανίτας κοινωνίαν, τοὺς ὑπὸ τῆς συνόδου τῆς οἰκουμενικῆς ἀποδοκιμασθέντας. Id est. *Bene siquidem cognitum habetis, Amphionem Nicomediæ, Chrestum vero Nicææ, in eorum locum ob impietatem & communionem quam cum Arianis à Nicæno Concilio reprobatis habuerant, Episcopos constitutos esse.* Sed & verba quæ sequuntur in hac Constantini Epistola, satis indicant id quod dixi, Alexandrinos illos Arianos fuisse, non Melitianos. Sequitur enim τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀναχωρήσαντας. Quod Arianis quidem optime convenit: de Melitianis vero dici non potest; quippe qui Schismatici tantum essent, non autem hæretici; & quo tempore hæc Epistola scripta est, nondum Arianis sese adjunxissent.

2 Τῆ τῆς συνόδου ἀληθείᾳ] Hunc locum correxi ex MSS. codicibus Allatii & Savilii, quibus etiam consentit Gelasius Cyzicenus & editio Basilicensis, in hunc modum, ὃς ἡ τῆς συνόδου ἀλήθεια πρὸς μετάνοιαν τετηρήκει. Quam emendationem confirmat Epiphanius Scholasticus & Anonymus interpres: sic enim vertunt. *Sed isti boni & optimi nimis Episcopi, quos semel Concilii veritas ad pœnitentiam reservabat.* Eusebium ac Theognium intelligit, qui cum ante Nicænam synodum & in ipsa synodo patrocinium Arii suscepissent, patres synodi Nicænæ eos una cum Ario damnare primum voluerant. Postea tamen intercedente pro ipsis Constantino, cum Nicænæ fidei in speciem subscripsissent, synodus eis pepercerat, ad pœnitentiam eos reservans, ut loquitur Constantinus. Porro ἀλήθεια hoc loco sinceritatem fidei significat, ὀρθοδοξίαν: opponiturque fraudi ac simulationi Eusebii & Theognii.

3 Τούτους ἔκρινα πρᾶξαι] In edit. Bas. excusum est τοῦτο ἔκρινα πρᾶξαι: Optime, modo utramque simul vocem retineamus.

4 Καὶ διαπράξασθαι. οὕτως ἁγνούς] Jacobus Sirmundus hunc locum in editione sua aliter distinxit, hoc modo, καὶ διαπράξασθαι οὕτως ἐπισκόπους ἁγνούς τε καὶ ὀρθοδόξους καὶ φιλανθρώπους χαίρομεν. Et locum sic interpretatus est, *Atque ita perfecisse sanctos & orthodoxos, hominumque amantes Episcopos gaudemus.* Verum hæc Interpretatio ferri non potest. Expunxit enim Sirmundus verbum ἔχοντες, contra fidem atque auctoritatem omnium codicum. Sed longe facilius erat locum restituere absque ulla mutatione hoc modo. καὶ διαπράξασθαι οὕτως, ὡς ἐπισκόπους ἁγνούς τε καὶ φιλανθρώπους ἔχοντες χαίρομεν. Atque ita legit

SÆC. IV.

CAPUT XXI.

De fraudulenta machinatione Eusebii & sociorum ejus adversus Eustathium Episcopum Antiochenum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Περὶ τῆς ὑπὸ Εὐσεβίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ γενομένης κατὰ τοῦ ἁγίου Εὐσταθίου τοῦ τῆς Ἀντιοχείας ἐπισκόπου δολίας συσκευῆς.

Euseb. Vit. Const. l. 3. cap. 59, 60. Socr. lib. 1. cap. 24.

EUSEBIUS vero Episcopatum quoque Constantinopoleos, ut supra dixi, tyrannica quadam violentia occupavit. Atque ita majorem potentiam nactus, cum Imperatorem adiret de proximo, & ex crebrioribus cum eodem colloquiis fiduciam sumpsisset, adversus veritatis propugnatores insidias machinatus est. Ac primum quidem desiderio visendi Hierosolyma flagrare se simulans, Imperatore hac ratione decepto, tanquam ad celeberrimum fabricæ illius opus spectandum, maximo cum honore illinc profectus est, cum Imperator vehicula & reliquum apparatum ei submini-straret. Profectus est una cum illo etiam Theogonius Episcopus Nicææ, pessimorum ejus consiliorum socius & particeps, ut superius diximus. Qui cum Antiochiam venissent, amicitiæ speciem præferentes, summo cultu atque honore excepti sunt. Veritatis enim defensor, magnus ille Eustathius, omnem illis fraternam caritatem exhibuit. Inde cum ad sacra loca perveniissent, & eos qui idem cum ipsis sentiebant vidissent, Eusebium videlicet Cæsariensem, Patrophilum Scythopolitanum, Aetium Lyddæ, Theodotum Laodiceæ: & alios Ariana labe contaminatos: consilium suum eis aperiunt, & una cum illis Antiochiam contendunt. Et aliorum quidem adventus causa prætexebatur, ut Eusebium honorifice deducerent: sed revera bellum adversus veritatem occulte parabatur. Conducta enim muliercula quadam quæ ex corporis sui pulchritudine quæstum faciebat, cum ei persuasissent ut linguæ suæ ministerium ipsis locaret, ad Concilium conveniunt. Dein aliis omnibus exire jussis, miseram illam mulierem introducunt. Illa infantem uberibus suis admotum ostendens, illum ex Eustathii concubitu concepisse se ac peperisse dixit, & impudenter vociferabatur. Eu-

Mulier impudica contra Eustathium subornata.

Ὁ δὲ Εὐσέβιος, ὡς ἤδη ἔφην, καὶ τὴν Κωνσταντινουπόλεως ἡγεμονίαν καθέλκε τυραννικῶς. οὕτω δὴ τῆς πλείονος ἐπιλαβόμενος δυναστείας, καὶ ἐγγὺς [1] παρὰ βασιλέως φοιτῶν, καὶ τὴν παῤῥησίαν ἐκ τῶν συχνολεσχιῶν λαβών, τὰς κατὰ τῆς ἀληθείας προμάχων καθεσκεύαστε μηχανάς. καὶ πρῶτον μὲν τῆς Ἱεροσολύμων θέας σκηψάμενος, καὶ ταύτην τὸν βασιλέα βουκολήσας, ὡς τὸ πολυθρύλητον τῆς οἰκοδομίας ἔργον ὀψόμενος, μετὰ πλείστης ἐκεῖθεν ἀπῆρε τιμῆς, καὶ βασιλέως αὐτῷ καὶ ὀχήματα καὶ τἄλλα ὑπουργήματος θεραπείαν. συναπῆρε δὲ αὐτῷ καὶ Θεογόνιος ὁ Νικαίας, κοινωνὸς ὢν, ὡς καὶ πρόσθεν εἰρήκαμεν, τῶν πονηρῶν βουλευμάτων. ἀφικόμενοι δὲ εἰς τὴν Ἀντόχειαν, καὶ τὸ τῆς Φιλίας προσθέμενοι προσωπεῖον, θεραπείας ἀπήλαυσαν ὅσπερ μάλιστα πλείστης. ὁ γὰρ τῆς ἀληθείας πρόμαχος ὁ μέγας Εὐσάθιος, πᾶσαν αὐτοῖς ἀδελφικὴν φιλοφροσύνην προσήνεγκεν. ἐπειδὴ δὲ τοὺς ἱεροὺς κατέλαβον τόπους καὶ τοὺς ὁμόφρονας ἐθεάσαντο, [b] Εὐσέβιόν τε τὸν Καισαρείας, καὶ τὸν Σκυθοπολίτην Πατρόφιλον, καὶ τὸν Λύδδης Ἀέτιον, καὶ τὸν Λαοδικείας Θεόδοτον, καὶ τοὺς ἄλλους ὅσοι τῆς λῴδης εἰσεδέξαντο τὸν Ἀρείου, ἐμήνυσάν τε τὸ τυρβούμενον, καὶ σὺν αὐτοῖς τὴν Ἀντόχειαν καθέλαβον. καὶ τὸ μὲν πρόσχημα τῆς τῶν ἄλλων ἐπιδημίας, προπομπὸς ἦν τιμή· τὸ δὲ κατηυόμενον, ὁ κατὰ τῆς εὐσεβείας πόλεμος. [c] γύναιον γὰρ ἑταιρικὸν, τὴν ὥραν ἀπεμπολοῦν μισθωσάμενοι, καὶ τὴν γλῶτταν αὐτοῖς ὑποδοῦναι πείσαντες, συνῆλθον εἰς τὸ συνέδριον. εἶτα τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἔξω γενέσθαι κελεύσαντες, τὸ τερατάθλιον εἰσήγαγον γύναιον. ἡ δὲ παιδίον ὑπάπτιον ἐπιδεικνῦσα, ἐκ τῆς Εὐσταθίου συνουσίας ἔλεγε τοῦτο καὶ συνειληφέναι καὶ τετοκέναι, καὶ ἀναίδην ἐβόα. ὁ δὲ τῆς συκο-

VALESII ANNOTATIONES.

Anonymus Interpres hujus Epistolæ, jam toties à nobis laudatus. Sic enim vertit hunc locum. *Nunc vestrum est, ad Deum fide illa respicere, qua semper & fuisse constat & esse decet: Et sic peragere ut Episcopos castos & orthodoxos & clementes habentes gaudeamus.*

1 Καὶ ἐγγὺς βασιλέως φοιτῶν] In codice Savilii præpositio additur hoc modo καὶ ἐγγὺς παρὰ &c. In Basilienſi autem editione ita legitur καὶ ἐγγὺς παρὰ βασιλέως φοιτῶν quod magis placet. Errat autem hic Theodoritus, qui Eusebium Constantinopoleos Episcopum fuisse putat, tunc cum Eustathium Antiochenum è sede sua exturbavit. Nam Eusebius in Episcopatu Nicomedienſi usque ad Constantini obitum perseveravit: Quippe qui Constantinum paulo ante mortem baptizavit Nicomediæ, cum adhuc esset illius urbis Episcopus, ut testatur Hieronymus in Chronico. Idem quoque probari potest ex Ammiano Marcellino, qui in libr. 22. scribit Julianum Nicomediæ educatum fuisse ab Eusebio Episcopo ejusdem loci, quem genere longius contingebat. Atqui Julianus natus est anno Christi 331. ut notavi ad librum 25. Marcellini. Quomodo igitur educari potuit Nicomediæ ab Eusebio Episcopo, si Eusebius jam ante hunc annum relicto Nicomediæ Episcopatu ad C. P. sedem transierat? Omitto locum Athanasii in Epistola ad solitarios, ex quo manifeste convincitur Eusebium non Alexandro, sed Paulo successisse in Episcopatu C. P.

VARIORUM.

a Παρὰ βασιλέως φοιτῶν] Rectius legit ipse Valesius suis in Notis ad librum 2dum, c. 3. παρὰ βασιλέα φοιτᾷν. *W. Lowth.*

b Εὐσέβιον τὸν Καισαρείας] Theodoritus Eusebium Cæsariensem inter hujus sceleris architectos recenset. Quin inter judices sederit à quibus Eustathius depositus est, nullus dubitat. Prius etiam intercesserant inter ipsum & Eustathium simultates de voce *consubstantialis*, referente Socrate lib. I. c. 23. unde parum æquus Eusebius Eustathio, quem & αἴτιον τῆς στάσεως, *autorem tumultus* qui Antiochiæ exstiterat, vocat, lib. 3. de Vit. Const. c. 59. *W. Lowth.*

c Γύναιον ἑταιρικὸν] Athanasius, Epistola ad Solitarios p. 629. B. Edit. Commelin. ait, causam depositionis Eustathii fuisse, quod in matrem Constantini Helenam injurius fuisset: nimirum quod eam, dum viveret, offendisse diceretur. Neque enim tum temporis Helena in Orientem advenerat, ut nonnulli existimant, verbis Eusebii lib. 3. de vita Constantini, cap. 42 moti: Helena quippe ante biennium, vel saltem anno priore quam hæc acta sunt, è vita excesserat. ut recte statuit Valesius in not. ad lib. 3. de vita Const. c. 47. Vid. etiam Pagi ad ann. 326. n. 9. *W. Lowth.*

Φαντίας

Φαντίας τὸ πρόσφατες ἐπιζάμιος, εἴ τινα ἔχοι τούτῳ συνίστορα, ἄγειν εἰς μέσον ἐκέλευσεν. ἐκείνης δὲ μηδένα σχεῖν μάρτυρα τῆς καλουμένης λεγούσης, ὅρκον προσῆψαν οἱ δικαιότατοι δικασταί· καίτοι γε νόμῳ ἀμφιβόλῳ χρῶντος, ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων εἶναι βέβαια τὰ λεγόμενα· ἢ ἄντικρυς γε ἀποστόλου κελεύοντος, μηδὲ κατὰ πρεσβυτέρου παραδέχεσθαι κατηγορίαν δίχα δύο ἢ τριῶν μαρτύρων προσδεχέσθαι. ἀλλὰ τὰ θεῖα γοῦν νόμων καταφρονήσαντες, ἀμάρτυρον καθ' ἀνδρὸς τοσούτου καλουμένην ἐδέξαντο. ἐπὶ δὲ οἷς εἶπεν ἐκείνη τὸν ὅρκον προστεθεικυῖα, βοῦσα ἢ μὲν Εὐσταθίου τὸ βρέφος εἶναι, ὡς κατὰ μοιχοῦ λοιπὸν οἱ Φιλαλήθεις τὴν ψῆφον ἐξήνεγκαν. τῶν δὲ ἄλλων ἀρχιερέων, παρῆσαν γοῦν οὐκ ὀλίγοι τῶν ἀποστολικῶν ὑπερμαχοῦντες δογμάτων, καὶ τὰ τυρβωθέντα παντάπασιν ἀγνοοῦντες· προφανῶς ἀντιλεγόντων, καὶ τὴν μέγαν Εὐσάθιον τὴν ψῆφον ἐκείνην τὴν παράνομον δέξασθαι κωλυόντων, πρὸς βασιλέα τὴν ταχίστην οἱ τὸ δρᾶμα συντεθεικότες ἀπῆλθον. καὶ πείσαντες αὐτὸν ὡς ἀληθὴς ἡ γραφὴ, καὶ δικαία τῆς καθαιρέσεως ἡ ψῆφος, ὡς μοιχὸν ὁμοῦ καὶ τύραννον ἐξελαθῆναι προσκυβάζουσι τὴν τῆς εὐσεβείας καὶ σωφροσύνης ἀγωνιστήν. καὶ ἐκεῖνος μὲν ἀπὸ τῆς Θράκης εἰς Ἰλλυρικὴν πόλιν ἀπήχθη.

stathius vero qui hanc calumniam adversus se concinnatam esse evidentissime sciret, mulierem, si quem haberet hujus facinoris conscium, in medium proferre jubet. Cumque illa neminem objecti criminis testem habere se diceret, æquissimi judices jusjurandum ei detulerunt: idque quamvis lex diserte clamet, ea quæ dicuntur, duorum aut trium testimonio confirmari oportere: & Apostolus aperte præcipiat, ne quidem contra presbyterum admittendam esse accusationem absque duobus aut tribus testibus. Verum isti contemptis Divinis legibus, contra tantum virum accusationem sine ullo teste admiserunt. Itaque cum mulier dicta sua addito jurejurando confirmasset, clamans infantem revera Eustathii esse, statim judices veritatis studiosi, tanquam adversus adulterum sententiam tulerunt. Porro cum alii Episcopi aperte contradicerent, vetarentque ne Eustathius huic sententiæ acquiesceret: erant enim illic haud pauci, qui Apostolicam doctrinam tuebantur, & totius fraudis prorsus ignari erant: illi qui scenam hanc composuerant, confestim ad Imperatorem perrexerunt. Cui cum persuasissent, verum illud crimen & æquam esse depositionis sententiam, effecerunt ut pietatis & castitatis athleta, tanquam adulter simul & tyrannus, in exilium mitteretur. Atque is quidem per Thraciam abductus est in urbem quandam Illyrici.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Περὶ τῆς μετὰ τὴν ἔξοδον τοῦ ἁγίου Εὐσταθίου, καθαιρεθέντων ὑπ' Ἀντιοχείας ἐπισκόπων αἱρετικῶν.

CAPUT XXII.

De Episcopis hæreticis qui Antiochiæ ordinati sunt post discessum Beati Eustathii.

1 Οὗτοι μὲν πρῶτον μὲν ἀντ' αὐτοῦ χειροτονοῦσιν Εὐλάλιον. τούτῳ δὲ ὀλίγον ὑπερβιώσαντος
2 χρόνον, Εὐσέβιον μεταθεῖναι τὸν Παλαιστινὸν ἠθέλησαν. ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς ἐξέφυγε τὴν μετάθεσιν, καὶ βασιλεὺς διεκώλυσεν, Εὐφρόνιον προεβάλοντο. καὶ τούτου δὲ τελευτήσαντος, ὀλιγιστὸν γὰρ καὶ
3 μισὰς ὀλίγους μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐβίω, [3] Πλακεντίῳ τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης τὴν προεδρείαν παρέδοσαν. πάντες δὲ ὁμοίως τὴν Ἀρείου λώβην ἐν νῷ ἐσκεκρυμμένην. Ἀλλ' οὗτοι τοῦτο πλεῖστοι τῶν εὐσεβεῖν προαιρουμένων, καὶ τῶν ἱερωμένων, καὶ τῶν πολλῶν, τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς καταλελοιπότες συλλόγους, πρὸς ἑαυτοὺς συνηθροίζοντο. Εὐσταθιανοὺς δὲ τούτους ὠνόμαζον ἅπαντες, ἐπειδὴ μετὰ τὴν ἔξοδον

At illi, primum quidem Eustathii loco Eulalium ordinarunt. Qui cum exiguo admodum tempore supervixisset, ipsi quidem Eusebium Palæstinum eo transferre conati suut. Sed cum & is translationem hanc recusasset, & Imperator eam fieri prohibuisset, Euphronium elegerunt. Quo non multo post mortuo: anno enim & mensibus paucis post ordinationem superstes vixit: Ecclesiæ illius Episcopatum Flaccillo tradiderunt. Porro hi omnes Ariani dogmatis labem in animis suis occultam habuerunt. Atque idcirco multi, tum ex clericis, tum ex plebe, quibus religio cordi erat, conventus Ecclesiasticos declinantes, seorsum collectas agebant. Qui vulgo ab omnibus Eustathiani dicebantur, eo quod post discessum Eustathii coire in unum

Euseb. Vit. Const. l. 3. c. 60. &c.

Eustathiani.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Εὐλάλιον] Post Eustathium, Antiochensis Episcopus factus est Paulinus qui tunc Episcopus erat Tyri, ut notavi ad lib. 10. Historiæ Ecclesiasticæ Eusebii. Cui successit Eulalius, quemadmodum testatur Philostorgius apud Suidam in voce Αέπ. Eusebium ipse in libro 3. de vita Constantini aperte indicat, id statim post depositionem Eustathii factum fuisse. Sed & literæ Imperatoris Constantini ibidem ab Eusebio relatæ, id ipsum non obscure indicant. Hieronymus tamen in Chronico Eusebium post Euphronium ponit, cum tamen Eusebius nunquam fuerit Antiochenus Episcopus.

2 Εὐσέβιον μεταθεῖναι] Non possum assentiri Theodorito, qui post mortem Eulalii Eusebium Cæsariensem ad Episcopatum Antiochenæ urbis vocatum fuisse dicit. Nam Eusebius ipse in libro 3. de vita Constantini aperte indicat, id statim post depositionem Eustathii factum fuisse. Sed & literæ Imperatoris Constantini ibidem ab Eusebio relatæ, id ipsum non obscure indicant. Hieronymus tamen in Chronico Eusebium post Euphronium ponit, cum tamen Eusebius nunquam fuerit Antiochenus Episcopus.

3 Πλακεντίῳ] Hujus Episcopi nomen variis modis scribitur. Interdum enim πλάκιτος, alias φλάκιτος exaratur, ut notavi ad Historiam Socratis. Sed verum ejus nomen fuit φλάκιλλος, ut scribitur apud Eusebium in libris contra Marcellum, & apud Athanasium in Apologia. Ex quo discimus eum interfuisse Concilio Tyri, quod factum est anno 335. natalis Dominici. Quare ante hunc annum Episcopus Antiochensis factus fuerit necesse est. Quod quidem egregie convenit cum supputatione annorum quos Eulalio & Euphronio tribuit Theodoritus ac Philostorgius. Etenim Paulinus qui primus Eustathio suffectus est, sex tantum mensibus eo munere est perfunctus, teste Philostorgio in lib. 3. Eulalium quoque brevi post electionem mortuum esse testatur Theodoritus. Euphronio autem annum & aliquot menses assignat. Ita tres illi Episcopi trium circiter annorum spatio sedem illam administrarunt. Cum igitur Eustathius anno Christi 329. aut 330. exutus fuerit Episcopatu, ut ad Eusebium demonstravi: Flaccillus circa annum Domini 333. ad Episcopatum Antiochensem promotus videtur. Huic annos 12. Episcopatus tribuit Nicephorus Patriarcha, qui eum Φακίλλιον nominat, & interfuisse scribit Synodo Antiochenæ quæ in encæniis celebrata est anno Christi 342. quod testatur etiam Socrates in lib. 2. cap. 8.

τὴν

SÆC. IV. cœpissent. Ceterum misera illa muliercula cum in gravissimum ac diuturnum morbum incidisset, insidias detexit & scenam omnem aperuit: non duobus tribusve, sed plurimis sacerdotibus indicans ea quæ per fraudem fuerant concinnata. Fassa est enim, se mercede conductam, Eustathio eam calumniam imponere ausam fuisse: nec tamen prorsus falsum esse jusjurandum suum. Eustathium enim quendam fabrum ærarium, infantis patrem fuisse. Et hæc quidem Antiochiæ ab egregia illa factione perpetrata sunt.

τὴν ἐκείνῃ συνέφησαν. τὸ μὴν τοι τεισάθλιον ἐκεῖνο γύναιον, νόσῳ χαλεπωτάτῃ καὶ μακροτάτῃ ξυνεσόν, ἐξέφηνε τὴν ἐπιβουλὴν καὶ τὴν τραγῳδίαν ἐγύμνωσεν, οὐ δύο καὶ τρεῖς, ἀλλὰ παμπόλλοις τῶν ἱερέων τὰ τυρευθέντα διδάξασα. ἔφη γὰρ ἐπὶ χρήμασι τὴν συκοφαντίαν ἐκείνῃ πιτολμηκέναι. καὶ τὸν μὴν τοι ὅρκον μὴ πάμπαν εἶναι ψευδῆ. Εὐσταθίῳ γάρ τινος χαλκέως γεγενῆσθαι τὸ βρέφος. ταῦτα μὲν οὖν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῶν τῆς βελτίστης ἐτολμήθη συμμοιρίας.

CAPUT XXIII.

De Indorum fide.

Socr. l. 1. cap. 19. Soz. lib. 2. cap 24.

APUD Indos vero iisdem temporibus Divinæ cognitionis lux primum fulgere cœpit. Nam cum Imperatoris fortitudo ac pietas omnium ubique sermonibus celebraretur, & cuncti circumquaque Barbari experimento ipso edocti, pacem bello anteponerent, libere ac sine metu ultro citroque omnes commeabant. Ac multi quidem spectandi studio, multi vero etiam mercandi causa, longas peregrinationes suscipiebant. Quo quidem tempore Tyrius quidam Græcorum philosophiæ peritus, interiorem Indiam perlustrare cupiens, cum duobus adolescentibus fratris filiis eo profectus est. Cumque desiderio suo satisfecisset, conscensa nave in patriam redire cœpit. Sed cum navis aquationis causa ad portum quendam appulisset, irruentes Barbari alios submerserunt, alios in servitutem abduxerunt. Et ipse quidem unus fuit ex numero mortuorum. Adolescentes vero ad regem perducti sunt. Eorum alter Ædesius, alter Frumentius vocabatur. Porro loci illius regulus, cum diuturno experimento comperisset eos ingenio ac solertia valere, domus suæ curam gerere jussit. Quod si quis fortasse dictis fidem derogat, is Josephum & regnum Ægypti velim consideret: ac præterea Danielem Prophetam, tresque illos pietatis athletas sibi in memoriam revocet. Nam & isti cum essent captivi, Babyloniorum regni præfecturam gesserunt. Postea vero mortuo rege, apud filium ejus mansere, majori adhuc honore aucti. Et quoniam in vera pietate fuerant educati, mercatores qui eo commeabant hortati sunt, ut ex more institutoque Romanorum simul convenire, ac Divina mysteria celebrare vellent. Longo deinde tempore elapso regem adeunt, & benevolentiæ suæ mercedem hanc postulant, ut ipsis in patriam redire liceret. Quo impetrato, in Romanum solum reversi sunt. Ac Ædesius quidem Tyrum profectus est. Frumentius vero rerum divinarum curam parentum suorum conspectui antepositi. Et Alexandriam profectus, Ecclesiæ illius Antistitem certiorem fecit, quantopere optarent Indi Divinæ fidei radiis illustrari. Eo tempore Athanasius Ecclesiæ illius clavum regebat. Qui cum eas res audiisset: Ecquis, inquit, melius quam tu ab animis hujus gentis caliginem ignorantiæ depellere, & Divinæ

Ædesius & Frumentius.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ τῆς Ἰνδῶν πίστεως.

ΠΑρὰ δὲ Ἰνδοῖς κατ' τοῦτον ἀνέτειλε τὸν χρόνον τῆς θεογνωσίας τὸ φῶς. τῆς γὰρ τοῦ βασιλέως ἀνδρείας καὶ εὐσεβείας πανταχοῦ θρυλουμένης, καὶ τῶν ἐν κύκλῳ βαρβάρων τὴν εἰρήνην αἱρεῖσθαι πρὸ τοῦ πολέμου τῇ πείρᾳ μεμαθηκότων, ἀδεῶς ἀλλήλοις ἅπαντες ἐπεμίγνυντο. καὶ πολλοὶ μὲν ἱστορίας χάριν, πολλοὶ δὲ ἐμπορίας, τὰς μακρὰς ἀποδημίας ἐτέλλοντο. τότε τις Τύριος τῶν θύραθεν φιλοσοφίας μετέχων, καὶ ἐφάτην Ἰνδίαν ἱστορῆσαι ποθήσας, σὺν δύο μειρακίοις ἀδελφιδοῖς ἐξεδήμησεν. ὧν ἐπόθησε δὲ τυχών, ναυπλίᾳ χρώμενος ἐπανήει. ὑδρείας δὲ χάριν εἴς τινα λιμένα τοῦ σκάφους προσορμισθέντος, βάρβαροι προσπεσόντες, τοὺς μὲν κατεπόντισαν, τοὺς δὲ ἐξηνδραπόδισαν. καὶ ἐκεῖνος μὲν τοῖς τεθνεῶσι συνηριθμήθη. τὰ δὲ μειράκια προσήχθη τῷ βασιλεῖ. τούτων ὁ μὲν Αἰδέσιος, ὁ δὲ Φρουμέντιος ὠνομάζετο. πείραν δὲ τούτων τῷ χρόνῳ λαβὼν ὁ τῆς γῆς ἐκείνης κρατῶν, καὶ ἀγχίνους ἰδὼν, τῆς οἰκείας ἐπιμελεῖσθαι προσέταξεν. εἰ δέ τις ἀπιστεῖ τοῖς λεγομένοις, τὰ κατ' τὸν Ἰωσὴφ καὶ τῆς Αἰγύπτου τὴν βασιλείαν σκοπησάτω. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τοῦ προφήτου ἀναμιμνησκέσθω Δανιὴλ, καὶ τῶν τριῶν ἐκείνων τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστῶν. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι δουλάλωτοι γενόμενοι, τῶν Βαβυλωνίων ἡγεμονίαν παρέλαβον. ὃς δὲ βασιλέως τετελευτηκότος, τῷ παιδὶ τῷ ἐκείνου συνῆσαν, πλείονος τιμῆς ἀπολαύοντες. εὐσεβείᾳ δὲ συντεθραμμένοι, τοὺς αὐτόσε τῶν ἐμπόρων ἀφικνουμένους, κατὰ τὸ Ῥωμαίων ἔθος συναγείρεσθαί τε καὶ τὰς θείας ἐπιτελεῖν λειτουργίας προέτρεπον. χρόνου δὲ συχνοῦ διελθόντος, προσίασι τῷ βασιλεῖ, καὶ τῆς εὐνοίας ἀπαιτοῦσι μισθὸν, τοῦ εἰς τὴν οἰκείαν ἐπάνοδον. τούτου δὲ τυχόντες εἰς τὴν Ῥωμαίων ἀφίκοντο γῆν. καὶ ὁ μὲν Αἰδέσιος τὴν Τύρον κατέλαβεν· ὁ δὲ Φρουμέντιος τῷ προσήκοντι τὰ θεῖα σπουδὴν τοῦ γεγεννηκότων προτιμήσας θέας· καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου καταλαβὼν πόλιν, τὸν τῆς ἐκκλησίας ἐδίδαξε πρόεδρον, ὡς Ἰνδοὶ λίαν ποθοῦσι τὸ νοερὸν εἰσδέξασθαι φῶς. Ἀθανάσιος δὲ τηνικαῦτα τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης κατεῖχε τοὺς οἴακας· ὃς τῶν διηγημάτων ἐκείνων ἀκούσας, καὶ πῖς σὺ, ἔφη, ἄμεινον καὶ τοῦ τῆς ἀγνοίας ἀχλὺν ἀποσκεδάσῃ τοῦ ἔθνους, καὶ τοῦ θείου κηρύγμα-

τος αὐτοῖς ἀποίσῃ τὴν αἴγλην; ταῦτα εἰπὼν, καὶ τῆς ἀρχιερατικῆς αὐτῷ χάριτος μεταδοὺς, εἰς τὴν τῶν ἔθνους ἐξέπεμψε γεωργίαν. ὁ δὲ, τὴν τε πατρίδα καταλιπὼν, τό τε μεγίστου πελάγους καταφρονήσας, κατέλαβε μὲν τὸ ἀγεώργητον ἔθνος· ἐγεώργησε δὲ προθύμως, συνεργὸν ἔχων τὸν Θεόδοτον χάριν. ἀποστολικαῖς γὰρ κεχρημένος θαυματουργίαις, τοὺς ἀντιλέγειν τοῖς λόγοις πειρωμένους ἐθήρευε· καὶ ἡ περατουργία μαρτυρῶσα τοῖς λεγομένοις, πάμπόλλους καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐζώγρει.

prædicationis lucem inferre possit? His dictis, cum sacerdotalem gratiam ei impertitus esset, ad gentis illius culturam eum dimisit. Ille vero relicta patria, & immensi maris spatia nullatenus reformidans, perrexit ad gentem adhuc agrestem & incultam, eamque Divina adjuvante gratia studiose excoluit. Apostolicis enim miraculis editis, eos qui doctrinæ suæ contradicerent capiebat: & signorum efficacia dictis fidem atque auctoritatem adstruens, plurimos quotidie lucrabatur. Sæc. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Περὶ τῶν Ἰβήρων πρὸς τὴν εὐσέβειαν παιδαγωγίας.

Ἰνδῶν μὲν οὖν ὁ Φρουμέντιος πρὸς θεογνωσίαν ἐγένετο παιδαγωγός. Ἰβηρας δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, γυνὴ δορυάλωτος πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐξενάγησεν. αὕτη γὰρ προσευχῇ μὲν ἐχρῆτο διηνεκεῖ. θύνῃ δὲ ἐπ' αὐτῇ καὶ χαμαιπετὴς, σάκκος ἐπὶ τῆς δαπέδου καθηπλωμένος· τροφὴν δὲ ἄκραν τὴν νηστείαν ἐνόμιζεν. ἥτος ὁ πόνος, τῶν ἀποστολικῶν αὐτῇ μεταδέδωκε χαρισμάτων. ἐπειδὴ γὰρ οἱ βάρβαροι τῆς ἰατρικῆς σπανίζοντες ἐπιτηδείως, εἰώθασιν ἀρρωστοῦντες πρὸς ἀλλήλους φοιτᾶν, καὶ παρὰ τῶν ἤδη νενοσηκότων καὶ τῆς ἀρρωστίας ἀπαλλαγέντων, μανθάνειν τῆς ὑγείας τὸν τρόπον, ἀφίκετό τις γυνὴ πρὸς τὴν ἀξιέπαινον ἄνθρωπον, παιδίον ἀρρωστοῦν ἔχουσα, καὶ μαθεῖν τὸ πρακτέον ἀντιβολοῦσα. ἡ δὲ τοῦτο λαβοῦσα, καὶ εἰς τὴν θύνην ἀνακλίνασα, ἱκέτευε τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν, νεῦσαι καὶ λῦσαι τὴν νόσον. ὁ δὲ τὴν ἱκετείαν δεξάμενος, παρέσχε τὴν ὑγείαν. ὁπόθεν ἡ θαυμασία γυνὴ πολυθρύλητος γέγονεν. οὐδὲ γὰρ τὴν τοῦ βασιλέως ὁμόζυγα τὸ γεγενημένον διέλαθε· θαυμάσια δὲ αὐτὴν μετεπέμψατο. ἦσάν τινος ὦν καὶ αὐτὴν χαλεπῆς καθείχετο πάθους. ἡ δὲ μετείσῃ κεχρημένη τῷ φρονήματι, τῆς βασιλίδος τὴν αἴτησιν οὐκ ἐδέξατο. ἀλλ' ἦσαν τῆς χρείας ἐκείνη βιαζομένης, τὴν βασιλικὴν ἀξίαν εἰς νοῦν λαβεῖν οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ' αὐτὴ πρὸς τὴν δορυάλωτον ἔδραμεν. ἡ δὲ πάλιν ἐπὶ τῆς θέτελῆς θύνης αὐτὴν κατακλίνασα, φάρμακον ἀλεξίκακον προσενίσχε τῷ πάθει τὴν προσευχήν. ἡ δὲ βασιλὶς τῆς θεραπείας μισθὸν προσεκόμιζεν, ὃν ἐνόμιζεν ἀξιόχρεων· χρυσὸν καὶ ἄργυρον, καὶ χιτῶνας καὶ ἀμπεχόνας, καὶ ὅσα τῆς βασιλικῆς ἐστὶ δῶρα φιλοτιμίας. ἡ δὲ θεία γυνὴ τούτων ἔφη μὴ δεῖσθαι· μέγαν δὲ ἡγεῖσθαι μισθὸν, τὴν τῆς θεοσεβείας ἐπίγνωσιν. καὶ προσέφερεν, ὡς οἶδεν, τὰ θεῖα παιδεύματα, καὶ θεῖον ἀνεγεῖραι παρεσκεύαζε νεὼν τῷ σεσωκότι Χριστῷ. τούτων ἐκείνη ἀκούσασα, κατέλαβε τὰ βασίλεια. καὶ θαυμάσια μὲν ἐξέπληξε τὸν ὁμόζυγα τῷ σωτηρίῳ τῆς θεραπείας. εἶτα τοῦ Θεοῦ τῆς αἰχμαλώτου τὴν δύναμιν ἐδήλου· καὶ παρεκάλει τοῦτον μόνον εἰδέναι Θεὸν, καὶ νεὼν αὐτῷ θεμελιώσαι, καὶ ἅπαν εἰς τὴν αὐτοῦ θεραπείαν μεταθεῖναι

CAPUT XXIV.

De Iberorum conversione ad fidem.

Ac Indos quidem Frumentius ad Dei cognitionem deduxit. Iberis vero per idem tempus captiva mulier viam ad veritatem monstravit. Hæc enim assiduæ orationi vacabat. Ac pro lecto quidem mollique stragulo, saccum humi expansum habebat; pro summis autem deliciis jejunium. Hujusmodi exercitatio, Apostolica ei dona conciliavit. Nam cum Barbari ob artis medicæ apud ipsos penuriam, ubi in morbum inciderint, moris habeant sese mutuo adire, & ab iis qui jam antea ægrotaverint, ac morbo liberati sint, curationis modum requirere, ad mulierem illam summa laude dignissimam accessit femina quædam cum infirmo puero, postulans quid facto opus esset. Illa acceptum puerum cum in lecto collocasset, Deum omnium auctorem orare cœpit, ut propitius esset ac morbum depelleret. Statimque admissa precatione Deus salutem ægro restituit. Exinde admirabilis mulier omnium sermone celebrata est: adeo ut ad ipsam quoque Regis uxorem fama ejus rei pervenerit. Illa igitur statim ad se accersit mulierem. Nam & ipsa gravi quodam morbo vexabatur. Verum illa modice de se ipsa sentiens, Reginæ postulatis parere detrectavit. At Regina, urgente morbi necessitate, Regiam dignitatem minime consideravit; sed ipsa ad mulierem captivam perrexit. Illa cum rursus in vili grabato Reginam collocasset, salutare medicamentum morbo adhibuit precationem. Regina igitur curationis mercedem eam obtulit quam expetendam esse censebat; aurum scilicet atque argentum, & tunicas ac pallia, & quæcunque alia Regalis magnificentia largiri solet. Sed Divina mulier, nihil sibi opus esse dixit hujusmodi rebus: pro magna vero mercede habituram se, si veritatem agnosceret. Simul Divinis eam disciplinis prout poterat erudivit: utque Christo qui ipsam sanaverat, sacrum templum extrueret hortata est. His auditis, Regina ad palatium rediit. Ac statim quidem maritum tam subitæ curationis admiratione perculit. Deinde vim ac potestatem Dei, quem captiva mulier colebat, exposuit. Utque solum illum Deum agnosceret, eique templum extruere, & universam gentem ad cultum ejus traducere vellet,

Socr. l. 1, cap. 20. Soz. l. 2. cap. 7.

Puer mirifice sanatus.

Iberorum Regina sanata.

θεῖναι

SÆC. IV.

hortata est. At ille, miraculum quidem quod in uxore patratum fuerat, plurimum laudavit: templum vero ædificare abnuebat. Brevi dehinc tempore interjecto, ad venandum egressus est: sed clementissimus Dominus, ut olim Paulum, sic illum venatus est. Nam caligo repente oborta, eum ulterius progredi vetuit. Ac venationis quidem comites solaribus radiis more solito fruebantur. Ipse vero solus relictus, cæcitatis vinculis constrictus tenebatur. In has redactus angustias, viam salutis invenit. Statim enim recordatus incredulitatis suæ, & captivæ mulieris Deum adjutorem sibi invocans, cæcitatis tenebris liberatus est. Et ad mirabilem illam captivam profectus, rogavit ut extruendi templi formam ostenderet. Tum vero is qui Beseleelem architecturæ peritia instruxerat, isti quoque mulieri tantam gratiam indulsit, ut Dei templum delinearet. Et illa quidem formam operis describebat: illi vero fodiebant atque extruebant. Postquam absolutum esset ædificium, tectumque impositum, solique jam sacerdotes desiderarentur, istud quoque Divina mulier levi negotio expedivit. Persuasit enim gentis illius regulo, ut ad Imperatorem Romanum legationem mitteret, peteretque ab eo, ut pietatis doctorem ad ipsos mitteret. Rex igitur consilium mulieris amplexus, legatos ad Imperatorem misit. Imperator vero cum legationis causam intellexisset; erat hic Constantinus, pietatis amator ardentissimus; legatos summa cum humanitate excepit: & virum fide ac prudentia, & sanctitate vitæ exornatum, & sacerdotali dignitate conspicuum, cum donis quamplurimis ad gentem Iberorum misit, qui præco illis esset Divinæ cognitionis. Et Iberis quidem postulantibus Imperator in hunc modum prospexit: eorum vero qui in Persida erant Christianorum, sua sponte curam suscepit. Nam cum illos ab impiis exagitari didicisset, & Regem Gentis illius nihil non insidiarum adversus eos moliri, literas ad eum scripsit, quibus tum ad pietatem amplectendam eum hortabatur, tum ut pietatis cultores honore afficeret postulabat. Verum epistola ipsa, Imperatoris qui eam scripsit studium ac providentiam melius declarabit.

Rex Templum Christo erigit.

θεῖναι τὸ ἔθνος. ὁ δὲ, τὸ μὲν εἰς τιμὴν ὁμόζυγα θαῦμα γεγενημένον ὑφήμει· τὸν δὲ νεὼν οὐκ ἤθελε δείμασθαι. ὀλίγου δὲ διελθόντος χρόνου, αὐτὸς μὲν εἰς θήραν ἐξῆλθεν· ὁ δὲ φιλάνθρωπος αὐτὸν δεσπότης κατὰ τὸν Παῦλον ἐθήρευσε. ζόφος γὰρ αὐτὸν ἐξαπίνης προσπεσὼν, οὐκ εἴα περαιτέρω προβαίνειν. καὶ οἱ μὲν συνθηρεύοντες, τῆς ἀκτῖνος συνήθως ἀπήλαυον. οὗτος δὲ μόνος ἀπολειφθεὶς, τοῖς τῆς ἀορασίας ἀπεδέθη δεσμοῖς. ὡς δὲ ἀπορίᾳ δὲ ὢν, πόρον εὗρε τῆς σωτηρίας. εὐθὺς γὰρ εἰς νοῦν τὴν ἀπείθειαν λαβὼν, καὶ τὸν τῆς αἰχμαλώτου Θεὸν καλέσας ἐπίκουρον, ἀπηλλάγη τοῦ ζόφου. καὶ τὴν ἀξιάγαστον ἐκείνῃ καταλαβὼν δουλάλωον, παρεκάλει δεῖξαι τῆς οἰκοδομίας τὸ σχῆμα. ὁ δὲ τὸν Βεσελεὴλ τῇ ἀρχιτεκτονικῇ Σοφίας ἐμπλήσας, καὶ ταύτῃ ἠξίωσε χάριτος, ὡς τὸ θεῖον ἀπογράψαι νεών. καὶ ἡ μὲν διέγραψεν· οἱ δὲ ὤρυττόν τε καὶ ᾠκοδόμουν. ἐπειδὴ δὲ ἐπλέσθη τὸ οἰκοδόμημα, καὶ ὄροφος ἐπελέθη, καὶ μόνον ἐδεῖτο τῶν ἱερέων, εὗρε καὶ τούτου πόρον ἡ θαυμασία γυνή. ἔπεισε γὰρ τὸν τοῦ ἔθνους ἡγούμενον, πρὸς τὸν Ῥωμαίων πρεσβεύσασθαι βασιλέα, καὶ αἰτῆσαι πεμφθῆναι σοφὸν διδάσκαλον εὐσεβείας. ὁ μὲν οὖν δεξάμενος τὴν εἰσήγησιν, τοὺς πρεσβευσομένους ἐξέπεμψεν. ὁ δὲ βασιλεὺς τῆς αἰτήσεως τὴν αἰτίαν μαθὼν, Κωνσταντῖνος δὲ ἦν ὁ τῆς εὐσεβείας θερμότατος ἐραστὴς, φιλοφροσύνης μὲν παμπόλλης τοὺς πρέσβεις ἠξίωσεν· ἄνδρα δὲ πίστει καὶ σωφροσύνῃ καὶ βίῳ κοσμούμενον, καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξιούμενον, κήρυκα τῷ ἔθνει τῆς θεογνωσίας ἐξέπεμψε, μετὰ δώρων ὅσα μάλιστα πλείστων. ταύτης μὲν οὖν τῆς προμηθείας τοὺς ἠτησάτους ἠξίωσε. τῶν δὲ Περσίδι τῆς εὐσεβείας τροφίμων, αὐτομάτως προὐνοήθη. μαθὼν γὰρ αὐτοὺς ὑπὸ τῶν δυσσεβῶν ἐξελαύνεσθαι, καὶ τὸν ἐκείνων βασιλέα τῇ πλάνῃ δεδουλωμένον παντοδαπὰς αὐτοῖς καταπύειν ὀφρύας, ἐπέστειλε, καὶ παιδεύειν εὐσεβεῖν, καὶ τοὺς εὐσεβοῦντας τιμῆς ἀπολαύειν αἰτῶν. ἄμεινον δὲ τῆς γεγραφότος σπουδὴν ἐπιδείξει τὰ γράμματα.

CAPUT XXV.

Epistola Imperatoris Constantini ad Saporem Regem Persarum, pro Christianis scripta.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου πρὸς Σαβώριον τὸν βασιλέα Περσῶν, περὶ τῶν Χριστιανῶν γραφεῖσα.

Euseb. Vit. Con. lib. 4. c. 9. &c.

EGO quidem Divinam custodiens fidem, lucis veritatis particeps fio: & veritatis fidem prævium sequens, ad Divinæ fidei notitiam pervenio. Hac ratione sanctissimam, ut res ipsæ confirmant, religionem agnoscens, ejus cultum mihi magistrum esse profiteor ad sanctissimi numinis notitiam hauriendam. Hujus ergo Dei auxilio fultus, ab ultimis Oceani progressus finibus, universum orbem terrarum ad firmam spem salutis erexi. Adeo

Τὴν θείαν πίστιν φυλάττων, τῷ τῆς ἀληθείας φωτὸς μεταλαγχάνω· τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ ὁδηγούμενος, τὴν θείαν πίστιν ἐπιγινώσκω. τοιγαροῦν τούτοις ὡς τὰ πεῖσματα βεβαιοῖ, τὴν ἁγιωτάτην θρησκείαν γνωρίζω διδάσκαλον τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ ἁγιωτάτου Θεοῦ, ταύτην τὴν λατρείαν ἔχειν ὁμολογῶ. τούτου γὰρ Θεοῦ τὴν δύναμιν σύμμαχον ἔχων, ἐκ τῶν περάτων τῆς ὠκεανοῦ δεξάμενος, πᾶσαν ἐφεξῆς τὴν οἰκουμένην βεβαίαις σωτηρίας ἐλπίσι δίη-

1

VALESII ANNOTATIONES.

1 Βεβαίαις ἐλπίσι] Hunc locum supplevi ex codice Leonis Allatii, cui consentit codex Savilii & Basilienſis editio: nisi quod in istis legitur βεβαίας σωτηρίας ἐλπίσι, sed melior est scriptura codicis Allatiani, quam confirmat Epiphanius Scholasticus. [In Regio codice J. Pini scriptum inveni βεβαίᾳ σωτηρίας ἐλπίδι διήγειρα.]

γειρα.

γυμα· ὡς ἅπαντα ὅσα ὑπὸ τοσούτοις τυράννοις δεδουλωμένα, ταῖς καθημερινα ῖς συμφοραῖς ἐνδόντα, ἐξίτηλα ἐγεγόνει, ταῦτα πρεσταλαιόντα τῇ τ κοινῇ ἐκδικίαν, ὥσπερ ἔκ τινος θεραπείας ἀναζωπυρηθῆναι. τοῦτον τὸν Θεὸν προσκυνῶ· ᾧ τὸ σημεῖον ὁ τῷ Θεῷ ἀνακείμενός μου φρατὸς ὑπὲρ τ ὤμων φέρει, ᾧ ἐφ' ὅτῳ ὁ ἂν ᾖ δικαίᾳ λόγος παρακαλεῖ, κατευθύνει. ἐξ αὐτῶν δὲ ἐκείνων πρεφανέσι τροπαίοις παραυτίκα τῇ χάριτι ἀντιλαμβάνω. τοῦτον τ Θεὸν ἀθανάτῳ μνήμῃ τιμᾷν ὁμολογῶ· τοῦτον ἀκραιφνεῖ ᾧ καθαρᾷ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἀνωτάτω τυγχάνειν ὑπεραυγάζομαι. τοῦτον ἐπικαλοῦμαι γονυκλινής· φθόγγων μὲν πᾶν αἷμα βδελυκτὸν, ᾧ ὀσμὰς ἀηδεῖς ᾧ ἀποτροπαίους, πᾶσάν τε γεώδη λαμπηδόνα ἐκκλίνων. οἷς πᾶσιν ἡ ἀθέμιτος καὶ ἄῤῥητος πλάνη χραισμούμη, πολλοὺς τ ἐθνῶν ᾧ ὅλα γένη κατέῤῥιψε, τοῖς κάτωτάτω μέρεσι παραδοῦσα. ἃ γὰ ὁ τ ὅλων Θεὸς, προνοίᾳ τ ἀνθρώπων διὰ φιλανθρωπίαν οἰκείαν, χρείας ἕνεκα εἰς τὸ μφανὲς παρήγαγε, ταῦτα πρὸς τ ἐκάστου ὁρμὴν ἔλκεσθαι ὑδαμῶς ἀνέχεται· καθαρὰν ᾗ μόνην διάνοιαν ᾧ ψυχὴν ἀκηλίδωτον παρὰ ἀνθρώπων ἀπαιτεῖ, τὰς τῆς ἀρετῆς ᾧ εὐσεβείας πράξεις ἐν τούτοις καθιμώμενος. ἐπιεικείας γὰ ᾧ ἡμερότητος ἔργοις χαίρει, πράους φιλῶν, μισῶν τοὺς ταραχώδεις, ἀγαπῶν τὴν πίστιν, ἀπιστίαν κολάζων, πᾶσαν μετ' ἀλαζονείας δυναστείαν καταῤῥηγνὺς, ὕβριν ὑπερηφάνων τιμωρεῖται. τοὺς ὑπὸ τύφου ἐπαιρομένους ἐκ βάθρων ἀναιρεῖ, ταπεινόφροσι ᾧ ἀνεξικάκοις τὰ πρὸς ἀξίαν νέμων. οὕτω καὶ βασιλείαν δικαίαν μετὰ πολλοῦ ποιούμενος, ταῖς παρ' ἑαυτοῦ ὑπηκοΐαις κρατύνῃ, σύνεσίν τε βασιλικὴν τῷ γαληναίῳ τῆς εἰρήνης διαφυλάττει. οὔ μοι δοκῶ πλανᾶσθαι ἀδελφέ μου, τοῦτον εἶναι Θεὸν ὁμολογῶν πάντων δεσπότην καὶ πατέρα. ὃν πολλοὶ τ τῇδε βασιλευσάντων μανιώδεσι πλάναις ὑπαχθέντες, ἐπεχείρησαν ἀρνήσασθαι. ἀλλ' ἐκείνους ἅπαντας τοιοῦτον τιμωρὸν τέλος καθανάλωσεν, ὡς πᾶν τὸ μετ' ἐκείνους ἀνθρώπων γένος, τὰς ἐκείνων συμφορὰς ἀντ' ἄλλου παραδείγματος, ἐπαρκέσους τοῖς τὰ ὅμοια ζηλοῦσι πάθεσθαι. τούτων ἐκείνων ἕνα ἡγοῦμαι γεγονέναι, ὃν καθάπερ τις σκηπτὸς ἡ θεία μῆνις τ τῇδε ἀπελάσασα, τοῖς ὑμετέροις μέρεσι παραδέδωκε, τ ἐπ' αὐτῷ αἰσχύνης πολυθρύλητον τὸ παρ' ὑμῖν τρόπαιον ἀποφήναντα. ἀλλὰ γὰρ ἔοικεν εἰς καλὸν προκεχωρηκέναι, τὸ ᾗ ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς αἰῶνι τοῦ τῶν τοιούτων τιμωρίαν παρεῖναι δεδόχθαι. ἐπεῖδον γὰ ᾗ αὐτὸς ἐκείνων τὰ τέλη, τ ἔναγχος ἀθεμίτοις προστάγμασι τῶν τῷ Θεῷ ἀνακείμενον λαὸν ἐκταράξαντων. διὸ δὴ ᾗ πολλὴ

ut provinciæ omnes, quæ tot tyrannorum dominatione oppreſſæ, & continuis attritæ calamitatibus propemodum defecerant, reipublicæ vindicem tandem nactæ, velut quibuſdam medicinæ fomentis reſtitutæ ſint. Hunc ego Deum prædico: cujus vexillum Deo dicatus exercitus meus humeris geſtat, & quo æquitatis ratio poſtulat fertur, & ob hæc ipſa celeberrimas victorias illico refert pro mercede. Hunc Deum ſempiterna memoria coli à me profiteor. Hunc in altiſſima ſede poſitum, pura & candida mente contemplor. Hunc flexis genibus invoco, omnem abominandum cruorem averſans, & odores inſuaves ac deteſtandos; omnem denique terrenum fulgorem procul fugiens: quibus omnibus quaſi ſordibus pollutus ſceleſtus ac nefandus ſuperſtitionis error, multos Gentilium, totaſque adeo nationes ad ima tartara detruſit. Etenim quæ ſummus omnium Deus pro ſua erga homines benignitate atque providentia, ad communem uſum protulit in lucem, ea ad cujuſque libidinem rapi haudquaquam ſuſtinet. Sed puram duntaxat mentem & animum immaculatum ab hominibus poſtulat, hiſque virtutis & pietatis actis quaſi libra quadam expendit. Quippe modeſtiæ & manſuetudinis operibus delectatur: mites diligens; turbarum auctores odio habens. Et fidem amat, infidelitatem vero ſupplicio afficit. Omnem cum arrogantia conjunctam Dominationem deſtruens, ſuperborum contumeliam punit. Et homines quidem inſolentia elatos ab ipſis, ut ita dicam, fundamentis evertit: humiles vero & injuriarum patientes meritis præmiis afficit. Hinc eſt quod Imperium juſtum magni faciens, auxilio ſuo illud corroborat, & prudentiam regalem tranquillitate pacis perpetuo fovet. Nec mihi ipſe videor errare mi frater, qui hunc unum Deum profitear omnium auctorem ac parentem. Quem multi ex iis qui apud nos Imperium tenuerunt, inſano errore acti, pernegare quidem conati ſunt. Sed eos omnes hujuſmodi exitus quaſi vindex oppreſſit, ut univerſum nunc hominum genus, illorum Principum calamitates exempli vice proponat his qui illos imitari ſtuduerint. Horum unus mihi videtur fuiſſe, ille quem Divina vindicta inſtar fulminis ingruens, fugatum ex noſtris regionibus veſtras in terras propulit: qui quidem ſuo dedecore atque ignominia tropæum illud tantopere apud vos jactatum conſtituit. Enimvero commode factum videtur, quod noſtra quoque ætate hujuſmodi homines manifeſtiſſimæ pœnas dederunt. Nam & ego ſpectator fui exitus illorum, qui nuper iniquiſſimis juſſionibus populum Deo conſecratum exagitaverant. Proinde maximas Deo gra-

VALESII ANNOTATIONES.

[1 Ἀνιλλαμβάνω] Codex Regius ἀνιλλαμβάνων.]

2 Γεώδη λαμπηδόνα] Epiphanius Scholaſticus locum hunc ita vertit, *omnemque terrenam flammam nimis devito.* Vide quæ notavi ad librum quartum de vita Conſtantini, ubi hæc ad Saporem epiſtola refertur. Sed licet de incantationibus ac myſteriis paganorum hunc locum ibi expoſuerim: nunc tamen re attentius examinata, malim hæc Conſtantini verba interpretari de igne quem Perſæ colebant, ut cuncti ſciunt. [In codice Regio ſcriptum inveni πᾶσαν δὲ λαμπηδόνα ἐπωδῆς ἐκκλίνων. quæ Scriptura priorem illam expoſitionem noſtram confirmat.]

3 Ὅλα ᾗόν κατέῤῥιψε] In codice Leonis Allatii ſcriptum eſt, πολλὰ τῶν ἐθνῶν καὶ ὅλα ᾗόν κατέτρεψεν.

4 Δυναστείαν καταῤῥηγνὺς] Codex Allatii habet καταγνὺς, id eſt confringens. [Codex Regius καταῤῥήγνυσιν.]

5 Καθανάλωσεν] Κατεπάλωσεν codex Regius.]

Sæc. IV. tias ago, cujus singulari providentia cuncti mortales qui Divinam legem observant, reddita sibi pace exultant ac gestiunt. Ex quo plane mihi persuadeo, rectissime omnia ac tutissime se habere, cum per puram ac sinceram illorum religionem, perque concordem de Divino numine sententiam omnes homines ad se ipsum aggregare Deus dignetur. Quanta porro voluptate me affici censes, cum audio id quod mihi maxime in votis est, horum hominum multitudine, Christianorum scilicet: de his enim in præsentia loquor: nobilissima quæque Persidis loca longe lateque esse decorata. Opto igitur ut & tuæ res quam florentissimæ, & illorum perinde sint florentissimæ: hoc est, ut tuæ, sic illorum. Hoc enim modo summum omnium Dominum, benignum & propitium ac placatum habiturus es. Hos itaque, quandoquidem talis tantusque es, tibi commendo. Hos, quandoquidem pietate excellis, tibi in manum trado. Hos pro tua humanitate complectere. Sic enim & tibi ipsi, & nobis, hac tua fide immensum beneficium præstabis. Tantam omnium qui pietate præditi essent, curam ac solicitudinem Imperator gerebat, quippe qui non suis solum subditis consuleret, sed iis etiam qui aliorum regum parebant Imperio, pro virili parte prospiceret. Hanc ob causam & ipse peculiarem Dei curam ac providentiam expertus est: & cum totius Europæ, & Africæ, ac præterea majoris partis Asiæ habenas regeret, subditos tamen habuit benevolos atque morigeros. Sed & ex Barbaris, alii sua sponte ei serviebant, alii armis subacti. Ubique certe erigebantur tropæa, & Imperator victor renuntiabatur. Verum hæc alii pluribus celebrarunt; nos vero institutum opus prosequamur. Ac laudatissimus quidem Imperator curas plane Apostolicas animo versabat. Hi vero qui sacerdotali dignitate præditi erant, non solum Ecclesiam ædificare abnuebant, sed ipsa quoque ejus fundamenta subruere conabantur. Eos enim qui juxta Apostolicam doctrinam Ecclesias administrabant, confictis cujusque generis calumniis, deposuerunt atque exturbarunt. Nam cum famosam illam fabulam adversus magnum Eustathium composuissent, invidiæ satietas eos non cepit: sed alterum quoque pietatis propugnaculum subruere aggressi sunt, omnesque ad id machinas adhibuerunt. Quam quidem tragœdiam, quoad ejus fieri potest, brevissime exponam.

χάεις τῷ Θεῷ, ὅτι τελείᾳ προνοίᾳ πᾶν τὸ ἀνθρώπινον τὸ θεραπεῦον τὸν θεῖον νόμον, ἀποδοθείσης αὐτῷ τῆς εἰρήνης ἀγάλλεται καὶ γαυριᾷ. εἰπεῖν καὶ ἡμῖν αὐτοῖς πέπεισμαι, ὡς ὅπι κάλλιστα καὶ ἀσφαλέστατα ἔχει ἅπαντα, ὁπότε ἀφ' ἧς ἐκείνων καθαρᾶς τε καὶ δοκίμου θρησκείας, ἐκ τοῦ περὶ τὸ θεῖον συμφωνίας πάντα εἰς αὐτὸν ἀγείρειν ἀξιοῖ. τούτῳ τῷ καταλόγῳ τῶν ἀνθρώπων, λέγω δὴ τῶν χειστιανῶν· ὑπὲρ γὰρ τούτων ὁ πᾶς μοι λόγος· πῶς οἴει με ἥδεσθαι ἀκούοντα, ὅτι καὶ τῆς Περσίδος τὰ κράτιστα ἐπὶ πλεῖον, ὡσαύτως ἔχει μοι βουλομένῳ, κοσμεῖται. σοί τε οὖν ὡς ὅπι κάλλιστα, ἐκείνοις τε ὡσαύτως ὑπάρχει τὰ κάλλιστα, ὅπι σοὶ κἀκείνοις. οὕτω γὰρ ἕξεις τὸν τῶν ὅλων δεσπότην πρᾶον ἵλεώ τε καὶ εὐμενῆ. τούτοις τοιγαροῦν ἐπειδὴ τοσοῦτος εἶ, σοὶ παρατίθεμαι, τοὺς αὐτοὺς τούτοις ὅτι καὶ εὐσεβείᾳ ἐπίσημος εἶ ἐγχειρίζων. τούτοις ἀγάπα ἁρμοδίως τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας. σαυτῷ τε γὰρ καὶ ἡμῖν ἀπεξίγραπτον δώσεις διὰ τῆς πίστεως τὴν χάριν. Τοσαύτην ὁ πάντα ἄριστος βασιλεὺς τῶν εὐσεβείᾳ κοσμουμένων ἐποιεῖτο φροντίδα, καὶ μόνων τῶν ὑπηκόων ἐπιμελούμενος, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑφ' ἑτέρα σκῆπτρα τελούντων, εἰς δύναμιν προμηθούμενος. διάτοι τοῦτο, καὶ αὐτὸς τῆς θείας κηδεμονίας ἀπήλαυε· καὶ τῆς τε Εὐρώπης ἁπάσης καὶ τῆς Λιβύης, πρὸς ταύταις καὶ τοῦ πλείστου τῆς Ἀσίας κατέχων τὰς ἡνίας, εὐνοῦς εἶχεν τοὺς ἀρχομένους, καὶ τῷ χαλινῷ μεθ' ἡδονῆς πειθομένους. καὶ μὴ δὴ καὶ τῶν Βαρβάρων, οἱ μὲν ἑκόντες ἐδούλευον· οἱ δὲ πολέμῳ κρατούμενοι. καὶ παντάχου τρόπαια ἵστατο, καὶ νικηφόρος ὁ βασιλεὺς ἀνεδείκνυτο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ ἕτεροι ἀφ' πλόνων θρήσουσιν. ἡμεῖς δὲ τῆς προκειμένης ἰδέας ἐχώμεθα. ὁ μὲν οὖν πανεύφημος βασιλεὺς, τὰς ἀποστολικὰς φροντίδας ἐν τῇ ψυχῇ περιέφερεν. οἱ δέ γε τῆς ἱερωσύνης ἠξιωμένοι, οὐ μόνον οἰκοδομεῖν οὐκ ἐβούλοντο, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀνορύττειν ἐπεχείρουν θεμέλια. τοὺς γὰρ δὴ τούτων μετὰ τῶν ἀποστολικῶν ἠγουμένους δογμάτων, παντοδαπὰς συκοφαντίας ὑφαίνοντες, καθαιροῦντες ἐξήλαυνον. οὐ γὰρ δὴ ἔλαθον χορὸν τοῦ φθόνου, τὸ πολυθρύλητον ἐκεῖνο κατ' Εὐσταθίου τοῦ μεγάλου δρᾶμα συντεθεικότες· ἀλλὰ καὶ ἄλλον πύργον μέγιστον τῆς εὐσεβείας ἐκκορύττειν ἐπεχείρουν, καὶ τὰς πανοδαπὰς προσέφερον μηχανάς. ἐν συντόμῳ δὲ καὶ τήνδε τὴν τραγῳδίαν ὡς ἔνι μάλιστα διηγήσομαι.

1

2

3

4

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἡμῖν αὐτοῖς πέπεισμαι] Ita legitur etiam apud Eusebium in lib. 4. de vita Constantini. Verum hæc locutio plane barbara est. Itaque codex Leonis Allatii substituit πεπείσμεθα. Sed melior est scriptura editionis Basilienſis, quam confirmat codex Savilii, πεπίστευται.

2 Ὥσπερ ἐστὶ] Codex Regius ὅπερ ἐστι.

3 Ὅ τι ἐστὶ σοὶ κἀκείνοις] In Manuscripto codice Savilii & in editione Basilienſi legitur ὅπι κἀκείνοις. Verum in codice Leonis Allatii scribitur ὅπι σοὶ κἀκεῖνοι, id est, *Nam & illi, tui sunt*. Quæ scriptura omnium rectissima mihi videtur. Apud Eusebium in libro 4. de vita Constantini legitur ὅτι σοὶ κἀκείνῳ, ubi vide si placet quæ notavi.

4 Ἁρμοδίως τῆς αὐτοῦ] Rectius apud Nicephorum in c. 38. lib. 8. legitur ἁρμοδίως τῇ σαυτοῦ φιλανθρωπίᾳ. Apud Eusebium quoque σαυτοῦ scribitur.

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κϛ'.

Περὶ τῆς κϛ' τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου τυρευθείσης ἐπιβουλῆς.

Ἀλεξάνδρῳ τῷ θαυμασίῳ ἐπισκόπῳ, ὃς τὴν Ἀρείου κατηγόρησατο βλασφημίαν, τῷ βίῳ τὸ τέρμα κατειληφότος ' μὴν μῆνας πέντε τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, τὴν τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας Ἀθανάσιος διεδέξατο προεδρείαν· ἀνὴρ παιδόθεν μὲν τοῖς θείοις μαθήμασιν ἐντραφείς· ἐν ἑκάστῃ δὲ τάξει τ ἐκκλησιαστικῶν χορῶν γενόμενος ἀξιάγαστος. ὅστις ἐν μεγάλῃ συνόδῳ τὸν ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ἀγῶνα ἀναδεξάμενος, παρρησίᾳ μὲν τ ἀληθείας ὑφηγεῖτο τοὺς μάχην· τ δέ γε ἀντιπάλων, ὡς ἀνταγωνιστὴς, ἐχθρὸς ἐγίνετο καὶ πολέμιος. συνῆν δὲ 2 Ἀλεξάνδρῳ τῷ πάνυ, νέος μὲν ὢν τ ἡλικίαν, [2]τῷ χορῷ δὲ τ ὑπὲρ τ διακόνων ἡγούμενος. ταύτην αὐτῷ τ ὑπὲρ τ ἀληθείας προθυμίαν τῇ πείρᾳ μεμαθηκότες οἱ τῷ μονογενεῖ Θεῷ πολεμεῖν ἐγνωκότες, καὶ γνόντες τ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἐγχειρισθέντα τὰς οἴακας, καὶ λύσιν τ σφετέρας δυνάμεως ὑπέλαβον τ ἐκείνου 3 ἡγεμονίαν. τούτου δὴ ἕνεκα τοιόνδε τι μηχανῶνται. [3]ἐπεὶ Μελέτιος ἐκεῖνος ὃν ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος ἀπεκήρυξεν, ἐπέμενε κυκῶν καὶ ταράττων τήν τε Θηβαΐδα, καὶ τὴν 4 αὐτὴ πελάζουσαν Αἴγυπτον, [4]τούτου τινὰς μισθωσάμενοι, ἵν' ἡ ἀνύποπτον τ κατηγορίας τὸ σχῆμα, πείθουσι τὸν βασιλέα δραμεῖν, καὶ συκοφαντίαν ὑφάναι, ὡς Ἀθανάσιος [5]τελωνεῖ μὲν τ Αἴγυπτον. τὸ δὲ συναθροιζόμενον χρυσίον, ἀνδρί τινι τυραννίδα καταστασιάζοντι χορηγεῖ. καὶ τὰς βασιλέως 2 ἐξαπατήσαντες ἀκοὰς, [a]εἰς τ Κωνσταντινούπολιν τὸν 30 Ἀθανάσιον ἤγαγον. ὁ δὲ ἀφικόμενος, διήλεγξε τῶν κατηγορημάτων τὸ ψεῦδος, καὶ τ θεόθεν ἐγχειρισθεῖσαν ἀπέλαβεν ἐκκλησίαν· δηλοῖ δὲ ταῦτα καὶ ἃ ὁ

CAPUT XXVI.

De insidiis adversus sanctum Athanasium comparatis.

Cum admirabilis ille Episcopus Alexander qui Arii blasphemiam expugnavit, post quinque menses à Synodo Nicæna vivendi finem fecisset, Alexandrinæ Ecclesiæ præsulatum Athanasius suscepit: vir à puero divinis literis innutritus, & in singulis Ecclesiastici ordinis gradibus summa cum admiratione versatus. Qui cum in magno illo Concilio Nicæno pro Apostolicæ doctrinæ defensione certamen subiisset, à propugnatoribus quidem veritatis laudem retulit: eorum vero qui veritati adversabantur, utpote æmulus, hostis atque inimicus extitit. Versabatur autem in comitatu eximii Alexandri, ætate juvenis ipse quidem, sed Princeps ordinis Diaconorum. Hanc igitur ejus in tuenda veritate alacritatem cum experti essent ii, qui unigenito Deo bellum inferre decreverant; simulatque eum Alexandrinæ Ecclesiæ gubernaculis admotum esse dicerunt, ejus præsulatum eversionem esse potentiæ suæ judicarunt. Hac de causa tale quidpiam machinantur. Cum Meletius is quem synodus Nicæna abdicaverat, motus ac turbas in Thebaide & per Ægyptum ei vicinam excitare non desisteret, illi conductis quibusdam ex illius factione, ut suspicione careret accusatio, persuadent iis ut ad Imperatorem contendant, crimenque confingant, Athanasium Ægypto vectigal imponere; & aurum inde collectum, cuidam viro Imperium invadere meditanti subministrare. Hac ratione cum Imperatorem decepissent, effecerunt ut Athanasius Constantinopolim accerseretur. Qui cum venisset, criminum falsitatem coarguit: & Ecclesiam sibi à Deo commissam recepit. Id declarat Imperatoris Epistola, quam scri- Socr. l. 1. cap. 15.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Μετὰ μῆνας πέντε] Idem scribit Athanasius in Apologetico secundo contra Arianos pag. 777. editionis Parisiensis ὅπου γὰρ πέντε μῆνες παρῆλθον, καὶ ὁ μακαρίτης Ἀλέξανδρος τετελεύτηκεν.

2 Τῷ χορῷ δὲ τῶν Διακόνων ἡγούμενον] Id est *Archidiaconus*. Cæterum ex hoc loco manifeste colligitur, Archidiaconos non stipendiorum ordine ad eum locum pervenire solitos, sed ex Episcopi arbitrio ac voluntate promotos fuisse. Etenim Athanasius admodum juvenis fuisse dicitur à Theodorito, quo tempore Alexandrinæ Ecclesiæ erat Archidiaconus. Hinc est fortasse quod Archidiaconus vulgo Cor episcopi vocabatur, ut scribit Joannes Abbas, in libro de translatione reliquiarum sanctæ Glodesindis, ubi ait. *Hujus rei novitas dum ad notitiam supra memorati Pontificis perveniisset, morarum impatiens mox in crastinum ad hoc inspiciendum sacrorum ministros cum Archidiacono majore, quem Cor Episcopi dicunt, direxit.* Olim tamen eo loco Chorepiscopum scribendum esse existimabam. Sed nihil temere mutandum est in veteribus libris, quoties vulgata scriptura defendi non incommode potest.

3 Ἐπεὶ Μελέτιος] In editione Basiliensi [& in codice Regio J. Pini] deest adverbium. Quam scripturam valde probo.

4 Τῶν φρατρῶν τινὰς] Hujus loci emendatio debetur codici Henrici Savilii, in quo ita legitur τοῦτον στασιωτῶν μισθωσάμενοι, &c. Ita quoque habet Basiliensis editio, nisi quod στασιαστῶν præfert. [Cui consentit codex Regius J. Pini, in quo ita legitur, τῶν τούτου ἓν στασιαστῶν τινὰς μισθ--]Sed melior est scriptura codicis Saviliani. Græci enim στασιώτας vocant eos qui sunt ejusdem factionis in civilibus dissidiis, ut docent Hesychius & Favorinus. Sic loquitur Herodotus in lib. 1. ubi de Pisistrato scribit. Certe vulgata lectio ferri non potest. Neque enim Eusebiani, milites conduxerunt, sed clericos quosdam ex Melitii factione, quemadmodum testatur Athanasius in Apologetico secundo adversus Arianos, ex quo hæc hausit Theodoritus. Confirmat hanc emendationem Theodoritus ipse in cap. 28. hujus libri.

5 Τελωνεῖ μὲν τὴν Αἴγυπτον] Prima accusatio Athanasii per Melitianos facta, fuit de tunicis lineis, quarum Canonem Ægyptiis ab Athanasio impositum atque exactum fuisse finxerunt, ut scribit Athanasius in supradicto Apologetico iis verbis: πλάττοντες πρώτως κατηγορίαν ὡς χαριέντων λινῶν, ὡς ἐμοῦ κανόνα τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιβάλλοντος. Improprie igitur locutus est Theodoritus. Nam τελωνεῖν proprie dicitur de vectigalibus. Hoc autem tributum fuit linearum vestium, quod Athanasius imposuisse dicebatur. Ipse enim Canonem vocat: quæ vox de tributis tantum dicitur.

VARIORUM.

a Εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν τὸν Ἀθανάσιον ἤγαγον] Immo Psammathiam, locum prope suburbia Nicomediæ, ubi Imperatoris erat Palatium. Vide Athanas. Apol. 2. pag. 604. Edit. Commelin. & Socr. p. 63. *W. Lowth.*

Sæc. IV.

pſit ad Eccleſiam Alexandrinorum: cujus extremam partem hic adſcribam.

βασιλεὺς τοῖς τ᾽ Ἀλεξανδρέων ἔγραψεν ἐκκλησίαν, [a] ὧν τὸ τελευταῖον μέρος ὑθήσω τῇ συγγραφῇ. a

CAPUT XXVII.

Epiſtola Imp. Conſtantini ad Alexandrinos.

NIHIL potuerunt improbi adverſus Epiſcopum veſtrum, mihi credite fratres. Nihil aliud ſtuduerunt, quam ut poſtquam tempus noſtrum contriverint, nullum in hac vita habeant pœnitentiæ locum. Subvenite igitur vobiſmetipſis quæſo: & amorem veſtrum diligite: eos vero qui veſtræ concordiæ gratiam diſſolvere cupiunt, totis viribus perſequimini. Et mentis oculis ad Deum erectis, voſmetipſos diligite. Ego enim Epiſcopum veſtrum Athanaſium libenter excepi. Atque ita allocutus ſum, ut qui perſuaſum haberem, illum eſſe hominem Dei.

CAPUT XXVIII.

Aliæ inſidiæ adverſus eundem Athanaſium.

VERUM ne ſic quidem impios illos puduit. Sed aliam denuo fabulam compoſuerunt, cujuſmodi nullus unquam tragicorum aut comicorum poetarum commentus eſt. Accuſatores enim ex eadem illa factione iterum conductos, ad Imperatorem adducunt, inſignem illum virtutis athletam multa infanda patraſſe vociferantes. Eorum duces erant Euſebius ac Theognius, & Theodorus Perinthius: eſt autem Perinthus civitas quæ nunc Heraclea vocitatur: affirmantes ea eſſe intolerabilia, ac ne ſimplici quidem auditu ferenda. Perſuadent igitur Principi, ut Cæſareæ in Palæſtinæ ſynodum cogat, ubi plures erant infenſi Athanaſio; ibique cauſam illius jubeat judicari. Imperator vero fidem illis habens ut ſacerdotibus: fraudulenta enim eorum conſilia penitus ignorabat: id fieri præcepit. Verum Divinus Athanaſius, cum perſpectam haberet judicum malevolentiam, ad Concilium non venit. Hinc validiorem anſam calumniandi arripientes ii qui veritati bellum indixerant, præter alia crimina, tyrannidis etiam & contumaciæ coram Imperatore eum inſimulant. Neque vero ſpe ſua prorſus fruſtrati ſunt. Etenim Imperator, alioqui clementiſſimus, eorum verbis exaſperatus, ſcripſit ad Athanaſium, iram ſuam ſatis ei prodens, & ut Tyrum pergeret mandavit. Hic enim ſynodum congregari juſſit, conjectans, ut opinor, ſuſpectam eſſe Athanaſio Cæſaream ob illius urbis antiſtitem. Scripſit

Socr. l. 1. cap. 28.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ΄.

Επιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου πρὸς Ἀλεξανδρέας.

ΟΥΔὲν ἴσχυσαν οἱ πονηροὶ κατὰ τοῦ ἐπισκόπου ὑμῶν, ἐμοὶ πιστεύσατε ἀδελφοί. οὐδὲν ἕτερον ἐσπουδάκασιν, ἢ ἵνα κατατείψαντες τὸν ἡμέτερον χρόνον, μηδεμίαν χώραν ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ μετανοίας ἔχωσιν. ἐπικουρήσατε τοίνυν ὑμῖν αὐτοῖς παρακαλῶ, [b] τὸ φίλτρον τὸ ὑμέτερον ἀγαπήσαντες, καὶ παντὶ σθένει διώξατε τοὺς τῆς ὑμετέρας ὁμονοίας χάριν ἀφανίζειν ἐπιθυμοῦντας· καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἀποδύντες, ὑμᾶς αὐτοὺς ἀγαπήσατε. ἐγὼ γὰρ τὸν ὑμέτερον ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον ἀσμένως προσεκαλεσάμην· οὕτω τε προσεφθεγξάμην, ὡς ἄνθρωπον αὐτὸν εἶναι Θεοῦ πεπεισμένος.

b

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ΄.

Αλλη κατὰ Ἀθανασίου ἐπιβουλή.

ΑΛΛ᾽ οὐδὲ οὕτως οἱ δυσσεβεῖς ἐπαύσαντο. ἀλλ᾽ ἕτερον ἐξύφηναν δρᾶμα, ᾧ προσόμοιον οὐδεὶς τῶν πάλαι γεγενημένων τραγῳδοποιῶν ἢ κωμῳδοποιῶν πλέκασε πώποτε. κατηγόρους γὰρ πάλιν ἐκ τῆς αὐτῆς συμμορίας μισθωσάμενοι, προσάγουσι τῷ βασιλεῖ, βοῶντας ἀνοσιουργίας ἀῤῥήτους τετολμηκέναι πολλὰς τὸν δεῖνα ἀθλητήν. ἡγεῖτο δὲ τούτων Εὐσέβιός τε καὶ Θεογόνιος καὶ Θεόδωρος ὁ Περίνθιος· Ἡράκλειαν δὲ νῦν τινὲς Πέρινθον ὀνομάζουσιν· ἐκ ἀνεκτὰ ταῦτα εἶναι λέγοντες, οὐδὲ ἀκοαῖς φορητά. πείθουσι δὴ οὖν τὸν βασιλέα, σύνοδον ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἀθροῖσαι, ἔνθα δὴ πλείους ἦσαν οἱ δυσμενεῖς, κἀκεῖσε κελεῦσαι κελεῦσαι τὸν Ἀθανάσιον. πειθεὶς δὲ ὡς ἱερεῦσιν ὁ βασιλεὺς, παντάπασι μὲν ἠγνόει τὰ τυρευόμενα, τοῦτο γενέσθαι προσέταξεν. ἀλλ᾽ ὁ θεῖος Ἀθανάσιος, τὸν τῶν δικαζόντων δυσμένειαν ὑπισχάμενος, οὐκ ἦκεν εἰς τὸ συνέδριον. ἐντεῦθεν δὴ πλείονα πρόφασιν εἰς συκοφαντίαν λαβόντες οἱ τῆς ἀληθείας ἀναδεξάμενοι πόλεμον, πρὸς ταῖς ἄλλαις παρανομίαις, τυραννίδος αὐτὸν καὶ θράσους ἐπὶ τοῦ βασιλέως ἐγκάλουσι· καὶ δὴ πάσαν τὴν ἐλπίδος ἐψεύσθησαν. ἐκ μὲν δὴ τῶν εἰρημένων θυμωθεὶς ὁ πραότατος βασιλεὺς, ἐπέστειλεν αὐτῷ τὸν ὀργὴν ἐμφαίνων, καὶ καταλαβεῖν τὴν Τύρον παρεγύων. ἐκεῖσε μὲν προσέταξεν ἀθροισθῆναι τὴν σύνοδον, ὑποπτεύσας, ὡς οἶμαι, τὸν Ἀθανάσιον ὑφορᾶσθαι τὴν Καισαρέων, διὰ τὴν ἐκείνης ἡγουμένου. ἔγραψε δὲ

a Ὧν τὸ τελευτῶν μέρος ὑθήσω] Extat integra Epiſtola apud Athanaſ. ibid. *W. Lowth.*

b Τὸ φίλτρον τὸ ὑμέτερον] Hic apud Athanaſium legitur ἡμέτερον, & mox ἡμετέρας ὁμονοίας.

VARIORUM ANNOTATIONES.

καὶ

καὶ τῇ συνόδῳ, ἅτε ἐχρῆν ἐπιστεῖλαι τὸν θεοσεβείᾳ κοσμούμενον. ἔστι δὲ ταῦτα.

etiam ad Synodum ea quæ par erat scribi ab homine eximia pietate decorato. Epistola autem sic se habet. SÆC. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου πρὸς τὴν σύνοδον.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς, τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Τύρῳ.

CAPUT XXIX.

Imp. Constantini epistola ad Synodum Tyri.

Constantinus Augustus, sanctæ synodo congregatæ in urbe Tyro.

ΗΝ μὲν ἴσως ἀκόλουθον καὶ ἐν τῷ καιρῷ δίκαιά μάλιστα πρέπον, ἀσφαλὲς εἶναι τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ πάσης λοιδορίας τὰς τοῦ Χριστοῦ νεῦν ἀπηλλάχθαι θεράποντας. ἐπειδὴ δέ τινες οὐκ ὀλίγοις φιλονεικίαις οἷμαι πρὸς ἐλαυνόμενοι, ἵν' οὕτως εἴπωμι βιοτεύοντες ἑαυτῶν ἀναξίως, τὰ πάντα συγχέειν ἐπιχειροῦσιν, ὅθεν πάσης συμφορᾶς ἐπέκεινα κεχωρηκέναι μοι δοκεῖ· τούτου χάριν θεοῦ φίλους ὑμᾶς, τὸ δεύτερον λόγου, προτρέπομαι, χωρὶς τινος ὑποστάσεως εἰς ταὐτὸ συνδραμεῖν, καὶ πληρώσαντας τὴν σύνοδον ἐπαμῦναι τοῖς χρῄζουσιν ἐπικουρίας· τοὺς ἀδελφοὺς ἰατρεῦσαι κινδυνεύοντας· εἰς ὁμόνοιαν ἐπαναγαγεῖν τὰ διεστῶτα τῶν μελῶν· διορθώσασθαι τὰ πλημμελήματα ὡς καιρὸς ἐπιτρέπει· ἵνα ταῖς τοσαύταις ἐπαρχίαις τὴν πρέπουσαν ἀποδῶτε συμφωνίαν, ἣν θεοῦ τῆς ἀτοπίας, ἐλαχίστων ἀνθρώπων ἀπώλεσεν ὑπεροψία. ὅπερ δὲ τοῦτο καὶ τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων θεῷ ἐστιν ἄρεστον, καὶ ἡμῖν πάσης εὐχῆς ὑπέρτερον, καὶ ὑμῖν αὐτοῖς, ἐάν γε τὴν εἰρήνην ἀναλάβησθε, ἐν πρώτοις τε καὶ ἔνδοξον εὐδοξίας, ἅπαντας ἀνθρώπους συνομολογεῖν ἡγοῦμαι. μὴ τοίνυν μέλλετε λοιπὸν, ἀλλ' ὑπερτείνατες ἐντεῦθεν ἤδη τὰς τῶν θυμίας, τοῖς προκειμένοις ὅρον ὑπάθειναι σπουδάσατε τὰς τῶν ὀφθαλμῶν, μὴ πάσης εἰλικρινείας δηλαδὴ καὶ πίστεως συνελθόντες, ἣν ἕκαστος μονονουχὶ Φωνὴ ἀφιεὶς ὁ ζωτὴς ἐκεῖνος ᾧ λατρεύομεν, ἀπαιτεῖ μάλιστα. παρ' ἡμῶν δὲ οὐδὲν τῶν εἰς τὰ ἐμὲν εὐλάβειαν ἡκόντων ἐνθένδε. πάντα μοι πέπρακται, ὅσα γράφοντες ἐδηλώσατε. ἐπέστειλα τοῖς οὓς ἐβουλήθητε τῶν ἐπισκόπων, ἵνα παραγενόμενοι, κοινωνήσωσιν ὑμῖν τῶν φροντισμάτων. ἀπέστειλα Διονύσιον τὸν ὑπατικῶν, ὃς καὶ τοὺς ὀφείλοντας εἰς τὴν σύνοδον ἀφικέσθαι μεθ' ὑμῶν ὑπομνήσει, καὶ τὰ παραλειπόμενα, ἐξαιρέτως δὲ τῆς εὐταξίας καλὸς σκοπὸς παρέσται. ἐὰν γάρ τις, ὡς ἔγωγε οὐκ οἶμαι, τὴν ἡμετέραν κέλευσιν καὶ νῦν παρακρούσασθαι πειρώμενος, μὴ βουληθῇ παραγενέσθαι, ἐντεῦθεν παρ' ἡμῶν ἀποστελεῖται, ὃς ἐκ βασιλικοῦ προστάγματος αὐτὸν ἐκβαλὼν, ὡς ὁ προσῆκεν ὅροις αὐτοκράτορος ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐξενεχθεῖσι μὴ ἀντιπίπτειν, διδάξει. λοιπὸν ἔστω τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ἔργον, ὁμογνώμονι χείρι, μήτε πρὸς ἀπέχθειαν, μήτε πρὸς χάριν, ἀκολούθως δὲ τῷ ἐκκλησιαστικῷ καὶ ἀποστολικῷ κανόνι, τοῖς πλημμεληθεῖσιν, εἴτ' οὖν τι σφάλμα συμβεβηκόσι, τὴν ἁρμόττουσαν θεραπείαν ἐπινοῆσαι, ἵνα καὶ πάσης βλασφημίας ἐλευθερώσητε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὰς ἐμὰς ἐπικουφίσητε φροντίδας, καὶ τὴν τῆς εἰρήνης χάριν τοῖς νῦν σπαζομένοις ἀποδόντες, μείζονα εὔκλειαν ὑμῖν αὐτοῖς παρεξενίσητε. ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφυλάττοι ἀδελφοὶ

CONGRUUM plane & felicitati temporum nostrorum consentaneum erat, ut Ecclesia catholica expers seditionis esset, & Christi famuli ab omni nunc probro vacui essent ac liberi. Sed quoniam nonnulli improbæ contentionis stimulis agitati, ne dicam vitam professione sua indignam agentes, cuncta turbare conantur, quod malum quavis calamitate gravius mihi videtur: idcirco vos sponte, ut aiunt, currentes adhortor, ut absque ulla dilatione in unum coeuntes, synodum constituatis; & ope vestra indigentibus subveniatis, fratribus periclitantibus medicinam adhibeatis, dissidentia inter se membra ad concordiam revocetis; delicta deniq;, dum tempus adhuc patitur, corrigatis: quo scilicet tot ac tantis provinciis per vos restituatur concordia, quam proh scelus! paucorum hominum arrogantia evertit. Id porro summo omnium Domino ac Deo acceptum esse, mihique præ omnibus votis optabile, vobis postremo ipsis, si quidem concordiam restitueritis, honorificum in primis & glorioſum, inter omnes constare arbitror. Nolite ergo cunctari; sed alacritatem animi vestri magis ac magis intendentes, date operam ut præsentes dissensiones convenienti sententia terminetis: cum omni, ut par est, sinceritate & fide, quam servator ille quem colimus, in omni negotio tantum non inclamans, à nobis præcipue flagitat, in unum convenientes. Ceterum quantum ad religionem nostram pertinet, nihil quod mearum partium sit, vobis deerit. Cuncta siquidem quæ literis vestris significastis, à me impleta sunt. Scripsi ad quos voluistis Episcopos, ut venientes communi vobiscum cura ac sollicitudine fungerentur. Missi etiam Dionysium ex Consulari, qui & Episcopos illos qui vobiscum adesse debent commoneat; & omnium quæ gerentur, maxime vero modestiæ inspector sit. Si quis vero, quod minime arbitramur, præceptum nostrum etiamnum violare præsumens, adesse renuerit, mittetur quamprimum à nobis aliquis, qui Imperiali auctoritate hominem in exsilium pellens, docebit Imperatoris sanctionibus pro veritate editis minime esse repugnandum. Quod superest, vestræ sanctitatis erit providere, ut nec odio nec gratia, sed juxta Ecclesiasticas & Apostolicas regulas, delictis & iis quæ per errorem contigerunt, conveniens remedium exquiratis: quo & Ecclesiam omni probro liberetis, & meas curas levetis, & pacis amœnitate turbatis nunc Ecclesiis restituta, vobis ipsis maximam gloriam comparetis. Divinitas vos servet fratres carissimi

Euseb. Vit. Const. l. 4. cap. 42.

SÆC. IV.

simi. Cum igitur hoc modo Episcopi Tyrum convenissent, eo accesserunt tum alii quidam qui ob perversam doctrinam accusabantur; ex quorum numero fuit Asclepas Episcopus Gazæ: tum admirandus Athanasius. Sed primum quidem accusationis ipsius tragœdiam, deinde vero res in famosissimo illo consessu gestas libet exponere.

δελφοὶ ἀγαπητοί. Οὕτω δὴ τ ἐπισκόπων εἰς τ Τύρον συναλιοθέντων, ἀφίκοντο μ καὶ ἄλλοι τινὲς δογμάτων ἀλαθορρόων ἐγκαλούμενοι, ὧν εἷς λι καὶ Ἀσκληπᾶς ὁ Γαζαῖος· ἀφίκετο δὲ χ ὁ θαυμάσιος Ἀθανάσιος. βούλομαι δὲ πρῶτον τ τῆς κατηγορίας διηγήσασθαι τραγῳδίαν, εἶθ ὕπως συγγράψασθαι τὰ κτ τὸ πολυθρύλητον δικαστήριον.

CAPUT XXX.

De Synodo apud Tyrum celebrata.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Περὶ τ ἐν Τύρῳ γενομένης συνόδου.

Socr. lib. 1. c. 27. 29. Soz. lib. 2. cap. 25.

ARSENIUS quidam erat Melitianæ factionis Episcopus. Hunc Melitiani cum occultassent, ut diutissime in latebris manere vellet orarunt. Dextra deinde mortui cujusdam abscissa, eam sale conditam & in arca lignea repositam, ubique circumtulerunt, Arsenio præcisam esse dicentes, & Athanasium vocantes homicidam. Sed ille qui omnia intuetur providentiæ oculus, Arsenium diu latere haudquaquam passus est. Nam primum quidem in Ægypto ac Thebaide compertus est vivere. Deinde vero Tyrum quoque eum adduxit Divina providentia, ubi decantata illa manus coram judicibus proferebatur. Hunc ergo cum deprehendissent contubernales Athanasii, adduxerunt, & in diversorio aliquandiu delitescere coegerunt. Ipse vero magnus Athanasius prima luce ad Concilium venit. Ac primo quidem introducta est quædam impuræ vitæ muliercula. Hæc impudenter vociferari cœpit, se quidem virginitatem Deo vovisse dicens, Athanasium vero quem hospitio exceperat, vim sibi intulisse, & invitam violasse. Quæ cum dixisset, ingressus est is qui accusabatur, & una cum illo presbyter quidam egregius, Timotheus nomine. Cumque judices Athanasium objecto crimini respondere jussissent, ipse quidem conticuit, perinde ac si non esset Athanasius. Timotheus vero mulierem alloquens: Egone, inquit, tecum aliquando confabulatus sum, mulier, aut in ædes tuas unquam ingressus? Tum illa multo impudentius clamare cœpit, contendens adversus Timotheum & manum exerens, eumque digito demonstrans; Tu, inquit, mihi virginitatem eripuisti; tu me castitate spoliasti: & alia ejusmodi addens, quæ dici solent à mulieribus propter intemperantiam omni prorsus verecundia destitutis. Hunc in modum pudore confusis iis qui fabulam composuerant, erubescentibus quoque Judicibus qui conscii erant, dimissa est mulier. Tunc magnus Athanasius mulierem

ΑΡσένιός τις τῶν Μελιτίου κοινωνικῶν ἐπίσκοπος λιῦ. τοῦτον οἱ τῆς ἐκείνου συμμορίας καλαχρύψαντες, λαθεῖν ἐπὶ πλεῖστον ἠξίωσαν. εἶτα χεῖρα δεξιὰν ἀπό τινος σώματος ἐκτεμόντες νεκροῦ, καὶ ταύτην ἐν λάρνακι ξυλίνῃ τεταριχευμένην ἐνθέντες, πάντοσε περιέφερον, καταγγέλλοντες τὸν Ἀρσένιον, καὶ μιαιφόνον ἀποκαλοῦντες τὸν Ἀθανάσιον. ἀλλ' ὁ πάντα ἐφορῶν ὀφθαλμὸς, οὐκ εἴασεν ἐπὶ πλεῖστον λαθεῖν τὸν Ἀρσένιον. ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Θηβαΐδι, δῆλος γέγονεν ὅτι ζῇ· ἔπειτα δὲ αὐτὸν εἰς τλι Τύρον ἤγαγεν, ἔνθα ἡ τραγῳδουμένη χεὶρ ἐπὶ τῶν κειτῶν προεφέρετο. τοῦτον οἱ Ἀθανασίου ζηρεύσαντες σύνοικοι, ἤγαγόν τε καὶ ἐν τῇ καταγωγῇ λαθεῖν τέως ἠνάγκασαν. αὐτὸς δ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἕως τ ἕως κατέλαβεν τὸ συνέδριον. χ πρῶτον μὲν [a] γύναιον εἰσήγαγον ἀκολασίᾳ συνεζηκός. ἡ δὲ ἀναίδην ἐβόα, παρθενίαν μὲν ἐπιζημίθαι λέγουσα· τὸν δὲ Ἀθανάσιον ἐπιξενωθέντα βιάσασθαι, καὶ ἄκουσαν ἀλαφθεῖραι. τούτων ὑπ' ἐκείνης εἰρημένων, εἰσῆλθε μὲν ὁ κατηγορούμενος. συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ πρεσβύτερος ἀξιέπαινος, Τιμόθεος τοῦτῳ ὄνομα ἦν. τῶν δὲ δικαστῶν ἀπολογήσασθαι τοῖς τλι γραφὴν προστεταχότων τὸν Ἀθανάσιον, ὁ μὲν ἐσίγησεν, ὡς δῆθεν οὐκ ὢν Ἀθανάσιος. ὁ δὲ Τιμόθεος ἔφη πρὸς τλι γυναῖκα· ἐγώ σοι ὦ γύναι συνέτυχον πώποτε, εἰς δ τὴν σλι εἰσελήλυθα οἰκίαν; ἡ δ ἀναιδέστερον ἐβόα, τῷ Τιμοθέῳ ἀγομαχούσῃ καὶ τλι χεῖρα ἐξάγουσα, καὶ τῷ δακτύλῳ δεικνῦσα καὶ λέγουσα· σύ μου τλι παρθενίαν ἀφείλω· σύ με τῆς Σωφροσύνης ἐγύμνωσας, καὶ τ' ἄλλα ὅσα λέγειν εἰώθασιν αἱ δι' ἀκολασίας ὑπερβολλι οὐκ ἔχουσαι τλι αἰδῶ. ὕπου δὴ τῶν δεῖμα συντεθεικότων καταισχυνθέντων, ἐρυθριασάντων δ καὶ τῶν δικαστῶν, ὅσοι συνίστορες ἦσαν, ἐξήγετο ἡ γυνή. τότε δὴ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἔλεγε,

VALESII ANNOTATIONES.

1 Οὕτω δὴ τ ἐπισκόπων] In codice Leonis Allatii hic locus auctior est aliquot vocibus hoc modo. ὕπου δὴ τῶν ἐπισκόπων περὶ τὰς ἐξήκοντα συναχθέντων, &c. Verum hæ voces non sunt Theodoriti, sed Theodori Lectoris, qui eas supplevit ex Historia Socratis ac Sozomeni; quod & alibi facere consuevit in Historia sua Tripertita.

VARIORUM.

a Γύναιον εἰσήγαγον] Vide locum ex Rufini libro I. cap. 17. à Valesio adductum in notis ad Sozomeni lib. II. cap. 17. Hanc mulierculæ Historiam multis nominibus suspectam esse, ac fingentis magis artificium, quam rem vere gestam olere, nemo inficias eat, qui adverterit eam non ab Athanasio, qui res Tyri gestas accurate bis terve recenset, imo nec à Synodis Alexandrina, Romana sub Julio, & Sardicensi memorari, in quarum Synodicis Epistolis pluribus enumerantur aliæ Eusebianorum in Athanasium adornatæ criminationes. *Patres Benedictini in Vita Athanas. ad ann.* 335. *n.* 9.

μὴ

μὴ χρῆναι ἀφεθῆναι τὸ γυάλιον, ἀλλ' ἐξετάσαι καὶ μαθεῖν τὸν ταῦτα συντεθεικότα. οἱ δὲ ἐβόων, ἕτερα εἶναι κατηγορήματα χαλεπώτερα, ἁδαμῶς τέχνῃ τινὶ καὶ δριότητι ἀφανισθῆναι δυνάμενα. ὄψις γὰρ, οὐκ ἀκοὴ, δικάσαι τοῖς δεικνυμένοις. ταῦτα εἰπόντες, τὴν πολυθρύλητον ἐκείνην ὑπέδειξαν λάρνακα, καὶ τινὰ τεταιχευμένην ἐγύμνωσαν χεῖρα. τῶν δὲ θεασαμένων, ἕκαστος ἀνεβόησεν· οἱ μὲν ἀληθὲς εἶναι τὸ μῦσος ὑπειληφότες· οἱ δὲ, τὸ μὲν ψεῦδος εἰδότες, κεκρύφθαι τὸν Ἀρσένιον ἔτι νομίζοντες. μόλις δὲ βαρείας γενομένης σιγῆς, ἤρετο τοὺς δικάζοντας ὁ κατηγορούμενος, εἴ τις ἐν αὐτοῖς εἴη τὸν Ἀρσένιον ἐπιστάμενος. πολλῶν δὲ εἰρηκότων ἀκριβῶς εἰδέναι τὸν ἄνδρα, ἐκέλευσε τοῦτον ἀχθῆναι. καὶ πάλιν ἤρετο, εἰ οὗτος ἐκεῖνος εἴη Ἀρσένιος, ὁ παρ' ἐμοῦ μὲν ἀνῃρημένος, τοῖς δὲ τούτων ἐπιζητουμένοις, μὴ σφαγεὶς ἢ ὑβρισμένος καὶ τῆς δεξιᾶς ἐστερημένος. συνομολογησάντων δὲ αὐτῶν τοῦτον εἶναι, τὸ ἐφεστρίδος αὐτὸν γυμνώσας ὁ Ἀθανάσιος, ὑπέδειξεν ἄμφω τὼ χεῖρε, καὶ τὴν δεξιὰν καὶ τὴν θυρεόν. ἄλλην δὲ ἔφη ζητείτω μηδείς. δύο γὰρ ἀνθρώπων ἕκαστος τῶν τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων ἐδέξατο χεῖρας. ἀλλὰ καὶ τούτων οὕτω δειχθέντων, καταδύεσθαι δέον τοὺς κατηγορουμένους, καὶ τοὺς δικαζόντων τοὺς συνειδότας, καὶ εὔχεσθαι χάναι σφίσι τὴν γῆν, θορύβου καὶ σάσεως ἐνέπλησαν τὸ συνέδριον, γόητα καλοῦντες τὸν Ἀθανάσιον, καὶ τισὶ μαγγανείαις ἐξαπατᾶν αὐτὸν λέγοντες τῶν ἀνθρώπων τὰς ὄψεις. καὶ ἀφανῆ ἐπεχείρουν καὶ κατασφάττειν, οἱ τῆς μιαιφονίας τοῦ βαρέος κατηγοροῦντες. ἀλλ' οἱ τοῦ βασιλέως καὶ τὴν εὐταξίας πρόνοιαν πιστευθέντες, τὸν φόνον ἐκώλυσαν. ἐξαρπάσαντες γὰρ τὸν νικηφόρον, καὶ σκάφει ἐπιβῆναι παρασκευάσαντες, τὴν σωτηρίαν προὐξένησαν. καὶ ὅτως μὲν τὸν βασιλέα κατέλαβον, πᾶσαν τὴν τολμηθεῖσαν ἐδίδαξε τραγῳδίαν. ἐκεῖνοι δὲ εἰς τὸν Μαρεώτην τὴν ὁμογνωμόνων τινὰς ἐπισκόπους ἀπέστειλαν· Θεογόνιον φημὶ τὸν Νικαίας, καὶ Θεόδωρον τὸν Περίνθιον, καὶ Μάριν τὸν Χαλκηδόνιον, καὶ τὸν Κίλικα Νάρκισσον, καὶ τοὺς τούτων ὁμόφρονας. ὁ δὲ Μαρεώτης, χώρα τίς ἐστιν Ἀλεξανδρείας, τῆς λίμνης Μαρίας ἐπώνυμος. ἐν ταύτῃ τὸ ψεῦδος ὑφήναντες, καί τινα ὑπομνήματα διαπλάσαντες, καὶ τὰς γυμνωθείσας συκοφαντίας ὡς ἀληθεῖς συνθέντες κατηγορίας, ἀπέστειλαν βασιλεῖ.

dimittendam non esse dixit, sed inquirendum quis ista concinnavisset. Illi vero clamarunt, alia supereſſe crimina longe graviora, quæ nulla arte ac solertia dissolvi possent. Oculis enim, non auribus, judicanda esse quæ proferrentur. His dictis famosam illam arcam in medium protulerunt, & manum sale conditam monstrarunt. Tum vero spectantium singuli clamorem sustulerunt: alii id scelus verum esse existimantes: alii id quidem falsum esse minime dubitantes; Arsenium vero adhuc occultum esse credentes. Tandem vero ægre impetrato modico silentio, reus judices percontatur, num quis ex ipsis Arsenium nosset. Cumque multi respondissent se hominem probe nosse, eum adduci jussit. Ac rursus interrogavit, num is ipse esset Arsenius quem ipse quidem peremisset, illi autem requirerent: & qui post cædem contumelia affectus & dextra manu truncatus esset. Illis confitentibus hunc Arsenium esse, Athanasius reducto ejus pallio, utramque illius manum ostendit, dextram ac sinistram. Aliam vero, inquit, nemo præterea requirat. Duas enim duntaxat manus à condito e omnium Deo singuli homines acceperunt. Quibus in hunc modum demonstratis, cum accusatores & judices qui fraudis conscii erant, occultare se debuissent, & optare ut tellus ipsis dehisceret, tumultu ac seditione Concilium compleverunt: præstigiatorem vocantes Athanasium, qui artibus quibusdam ac machinamentis oculos hominum deciperet. Eumque discerpere ac jugulare conabantur, quem paulo ante cædis reum egerant. Verum ii qui ad conservandam in Concilio modestiam ac disciplinam ab Imperatore præpositi fuerant, cædem prohibuerunt. Nam cum egregium illum victorem ex eorum manibus ereptum, navigio imposuissent, hoc modo saluti ejus consuluerunt. Atque is quidem ad Imperatorem profectus, totam illam tragœdiam sicut acta fuerat edocuit. Illi vero Episcopos quosdam ejusdem cum ipsis sectæ atque sententiæ in Mareoten miserunt; Theognium scilicet Nicææ, Theodorum Perinthi, Marim Chalcedonensem, Narcissum Cilicem, cum aliis eadem sentientibus. Est autem Mareotes Alexandriæ regio, à Mario lacu cognomentum sortita. Illic contexto mendacio, & falsis actis compositis, cum calumnias jam ante convictas tanquam veras accusationes concinnassent, eas ad Imperatorem miserunt.

SÆC. IV.

Arsenius in Concilium productus.

ΚΕΦΑ.

Sæc. IV.

CAPUT XXXI.

De Ecclesiæ dedicatione Hierosolymis facta: deque exilio sancti Athanasii.

Euseb. Vit. Const. l. 4. c. 43, &c.

IPSI vero Æliam profecti sunt. Etenim Imperator universum Concilium relicta Tyro, Æliam proficisci jusserat: aliosque complures undequaque eo convenire præceperat, ut Basilicas ab ipso constructas dedicarent. Quosdam etiam sibi carissimos rectores eo misit, pietate ac fide conspicuos: mandans ut cuncta abunde omnibus præberentur, non Episcopis solum & illis qui eos comitabantur, sed cunctis etiam egentibus qui eo undique confluebant. Porro sacrum altare regalibus velis & aureis donariis gemmarum fulgore distinctis cernebatur ornatum. Hunc in modum splendidissima festivitate celebrata, Episcopi quidem ad suas quisque civitates reversi sunt. Imperator vero de conventus illius splendore ac magnificentia certior factus, maximam animo cepit voluptatem, & bonorum omnium auctori gratias egit, quod ejus quoque voti compotem ipsum reddidisset. Et quoniam Athanasius ipsum adierat de iniquitate judicii graviter conquerens, Episcopos de quibus querebatur, ad Comitatum venire jussit. Qui cum adessent, apertissime se convincendos esse prævidentes, priores quidem calumnias missas fecere: Imperatori vero suggesserunt, comminatum esse Athanasium, prohibiturum se exportationem annonæ. His sermonibus inductus Imperator, in urbem quandam Galliarum cui nomen est Treviris, Athanasium relegavit. Agebatur tunc tricesimus Imperii ejus annus.

Athanasius exulat. Socr. l. 1. cap. 35.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Περὶ τ ἐγκαινίων τ ὸν Ἱεροσολύμοις γενομένων, κ τ ἐξορείας τ ἁγίου Ἀθανασίου.

Αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν Αἰλίαν παρεγένοντο. τὴν γὰρ συνόδον ἅπασαν ἀπὸ τῆς Τύρου καταλαβεῖν τὴν Αἰλίαν ὁ βασιλεὺς παρηγγύησε. συνελθεῖν δ κ τοὺς ἄλλους ἅπανταχοῦ ἐκέλευσε, 'κ τοὺς 1
ὑπ' αὐτοῦ δομηθέντας καθιερῶσαι νεώς. 'συναπέ- 2
λυσε δὲ κ τ βύστερον δεχόντων πινὰς, βύσεβείᾳ κ
πίστει λαμπρυνομένους, φιλοτίμως ἅπασι πάντα
χορηγηθῆναι κελεύσας, ἃ μόνον δεχιρεῦσι καὶ τοῖς
τούτοις συνεπομένοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς δεομένοις ἅ-
πασιν οἱ πανταχόθεν συνέτρεχον. διεκοσμεῖτο δ κ
τὸ θεῖον θυσιαστήριον βασιλικοῖς τε ἀναθήμασι, κ κειμηλίοις λιθοκολλήτοις χρυσοῦς. οὕτω δὴ τ
ἑορτῆς λαμπροτάτης γενομένης, οἱ μὲν εἰς τὰς
οἰκείας ἐπανῆλθον πατρίδας. ὁ δὲ βασιλεὺς τ τῆς
παρηγύρεως μεμαθηκὼς φαιδρότητα κ πολυτέλει-
αν, θυμηδείας τε ἐνεπλήσθη, κ τῶν ἀγαθῶν τὸν
πρύτανιν ὕμνησεν, ὅτι κ ταύτην αὐτῷ τὴν αἴτη-
σιν ἔδωκεν. ἐπειδὴ δ προσῆλθεν Ἀθανάσιος τ ἄδι-
κον ὀδυρόμενος κείσιν, ἀφικέσθαι τοὺς αἰτιαθέντας
τ ἐπισκόπων ἐκέλευσεν. οἱ δὲ παραγενόμενοι, καὶ
τὸ τ ἐλέγχειν προφανὲς ὑπειδόμενοι, τὰς μὲν προ-
τέρας συκοφαντίας κατέλιπον· ἔφασαν δὲ τῷ βα-
σιλεῖ, ἠπειληκέναι τὸν Ἀθανάσιον τὴν σιτοπομπίαν κωλύσειν. τούτοις πιστεύσας τοῖς λόγοις ὁ βασι-
λεὺς, εἴς τινα πόλιν τ κελτικῶν Γαλλιῶν αὐτὸν
ἐξωρίσατο· Τρέβεις δὲ ὄνομα ταύτῃ. 'τριακοστὸν 3
δὲ τοῦτο ἦν αὐτῷ τῆς βασιλείας ἔτος.

CAPUT XXXII.

De testamento beatissimi Imp. Constantini.

Euseb. Vit. Const. l. 4. c. 61, 62. Socr. lib. 1. cap. 39.

ANNO deinde uno ac mensibus paucis elapsis, Imperator Nicomediæ degens morbo corripitur. Cumque incertum esse exitum vitæ animadverteret, divini lavacri gratiam suscepit. Quod quidem ad id usque temporis distulerat, cum in Jordane illud suscipere desideraret; ac tres quidem Imperii hæredes reliquit, Constantinum scilicet, Constantium, & Constantem natu minimum. Magnum autem Athanasium Alexandriam redire jussit, idque præsente Eusebio, & ne hoc fieret magnopere dissuadente.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ'.

Περὶ τ τ μακαρίου Κωνσταντίνου βασιλέως διαθήκης.

ΕΝ ταυτῷ δὲ ἄλλου καὶ μηνῶν διεληλυθότων ὀλίγων ἐν Νικομηδείᾳ τ Βιθυνίας ἄρχων, ἠρρώ-
γησε. τὸ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης βιότητος ἄδηλον ὑπο-
σχόμενος, τοῦ θείου βαπτίσματος τὸ δῶρον ἐδέξατο.
ἀνεβάλλετο δὲ μέχρι τοῦδε τοῦ χρόνου, ἐν Ἰορδάνῃ
τῷ ποταμῷ τότε τυχεῖν ἱμειρόμενος. ἔτος μ τρεῖς
παῖδας κληρονόμους τῆς βασιλείας κατέλιπε. Κων-
σταντῖνον καὶ Κωνστάντιον καὶ Κώνσταντα τὸν νεώτα-
τον. εἰς ἣν τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπανελθεῖν τὸν μέγαν
προσέταξεν Ἀθανάσιον, κ ταῦτα Εὐσεβίου παρόντος
κ ταναντία πείθειν ὑποχειρουμένου.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ δομηθέντας νεώς] Unam duntaxat Basilicam Hierosolymis ædificaverat Constantinus: ad cujus dedicationem evocavit Episcopos qui erant tum congregati in urbe Tyro, ut testatur Eusebius in lib. 4. de vita Constantini. Improprie igitur locutus est Theodoritus, qui Ecclesias in plurali numero dicit à Constantino extructas. Nisi forte Anastasim & Martyrium seu Basilicam sanctæ Crucis pro duabus Ecclesiis accepit. Sic certe videtur eas distinguere in Commentariis in Ezechielem cap. 48. ἔστι νῦν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ὑπὸ τῷ σταυρῷ ἐκκλησία καὶ ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ἀνάληψις, καὶ ἡ ἐν τῇ Σιὼν ἐκκλησία, καὶ ἡ ἱερὰ Βηθλεέμ, &c. Et paulo post, ποῖον ἄρα τὸ εὐκτήριον πλέον τ τῷ σταυρῷ ἢ τῆς ἀναστάσεως. Vide, si placet, epistolam nostram de Anastasi, quam edidi ad calcem Annotationum Eusebianarum.

2 Συναπέλυσε δὲ] In editione Basilienſi legitur συναπέστειλε δὲ, &c. quod magis placet.

3 Τριακοστὸν δὲ τοῦτο] Vide quæ notavi ad librum 4. Eusebii de vita Constantini pag. 248.

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΓ'.

Απολογία ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως.

ΘΑυμαζέτω δὲ μηδεὶς, εἰ τηλικούτους ἄνδρας ἐξαπατηθεὶς ἐξωφράκισεν. ἐπιερεῦσι γὰρ 1 κρύπτεσι μὲν τὴν πονηρίαν, τῷ δὲ ἄλλῳ ἔχουσι σεμφάνειαν, ἐξαπατῶσιν ἐπίστευσεν. ἴσασι δὲ οἱ τὰ θεῖα πεπαιδευμένοι, ὡς καὶ ὁ θεῖος ἐξηπατήθη Δαβὶδ ὁ προφήτης. ἐξηπάτησε δὲ αὐτὸν οὐκ ἀρχιερεύς, ἀλλ' οἰκέτης οἰκότριψ καὶ μασγίας τὸ Σιβᾶ λέγω τὸ καὶ τοῦ Μεμφιβοσθὲ τὰ ψευδῆ τὸν βασιλέα διδάξαντα, καὶ τὸ ἐκείνου χωρίον σφετερισάμενον. καὶ ταῦτα λέγω, οὐ τῷ προφήτῃ κατηγορῶν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆσδε τῆς βασιλέως τὴν ἀπολογίαν προφέρων, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐπιδεικνὺς τὴν ἀσθένειαν, καὶ διδάσκων ὡς οὐ χρὴ μόνοις τοῖς κατηγοροῦσι πιστεύειν καίτοι ἄγαν ὦσιν ἀξιόχρεοι, ἀλλὰ θατέραν ταῖν ἀκοαῖν τῷ κατηγορουμένῳ φυλάττειν. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς εἰς τὸ ἀμείνω βασιλείαν μετέστη.

CAPUT XXXIII.

Ejuſdem Imperatoris defenſio.

NEMINI porro mirum videatur, quod fraude circumventus, tantos viros in exilium egerit. Epiſcopis enim decipientibus credidit, qui malitiam quidem ſuam tegebant, ſed alioqui clari atque illuſtres erant. Sciunt autem ſacrarum literarum periti; divinum prophetam Davidem perinde deceptum fuiſſe. Decepit autem illum non Pontifex, ſed ſervus vernaculus ac furciſer: Siba ſcilicet, qui adverſus Miphiboſeth mentitus eſt regi, & agrum illius ita obtinuit. Atque hæc dico, non ut prophetam incuſem, ſed ut Imperatoris noſtri defenſionem proponam, & humanæ naturæ imbecillitatem oſtendam: doceamque credendum non eſſe accuſatoribus ſolis, quamvis fide digni videantur, ſed aurium alteram reis eſſe reſervandam. Ac Imperator quidem à terreno regno ad alterum longe præſtantius migravit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔ'.

Περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ αὐτῆς ἁγίου Κωνσταντίνου βασιλέως.

CAPUT XXXIV.

De morte ſanctiſſimi Imperatoris Conſtantini.

ΟΙ δὲ ὕπαρχοι καὶ οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ λοιποὶ ἅπαντες, ἐν λάρνακι τοῦτον καταθέντες χρυσῇ, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν μετεκόμισαν, τῆς στρατιᾶς ἁπάσης ἡγουμένης καὶ ἑπομένης, καὶ πικρῶς ὀλοφυρομένης τῷ φέρητιν. πατρὸς γὰρ ἠπίου πεῖραν εἰλήφεσαν ἅπαντες. ὁπόσης δὲ τιμῆς τὸ σῶμα ἐκεῖνο τετύχηκε, καὶ ὁπόσον ἐν τοῖς βασιλείοις διέμεινε χρόνον, τῶν ἀρχόντων τὴν τοῦ παιδὸς ἀφιξομένου ἐπάνοδον, περιττὸν ἡγοῦμαι γράφειν, ἄλλων ταῦτα συγγεγραφότων· οἷς 2 ῥᾴδιον ἐντυχεῖν, καὶ μαθεῖν, ὅπως τὰ ὅλων ὁ πρύτανις γεραίρει τοὺς εὐνους θεραπόντας. εἰ δέ τις ἐκείνοις ἀπιστεῖ, τὰ νῦν φερὶ τὴν ἐκείνου θήκην καὶ τὴν ἀνδριάντα γινόμενα βλέπων, πιστευσάτω τοῖς γεγραμμένοις, καὶ τῷ φήσαντι δεσπότῃ, τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω, καὶ οἱ ἐξουθενοῦντές με ἐξουθενωθήσονται.

PRÆFECTI vero & rei militaris duces ac reliqui omnes, corpus ejus in arca aurea conditũ Conſtantinopolim tranſtulerunt, univerſo exercitu partim præeunte, partim ſubſequente, & orbitatem ſuam graviter lamentante. Illum quippe patrem mitiſſimum experti omnes fuerant. Porro quantus honor delatus ſit cadaveri, & quam diu in palatio manſerit, dum proceres adventum filii expectarent, ſuperfluum arbitror ſcribere, cum hæc alii ſcriptis ſuis prodiderint. Quos quidem legere quivis facile poteſt, atque inde cognoſcere, qua ratione omnium arbiter ac moderator Deus fideles ſibi famulos remunerari ſolet. Quod ſi quis iſtis non vult credere, is ea intuens quæ nunc ad ejus loculum & ſtatuam geruntur, credat iis quæ ſcripta ſunt, & Domino qui dixit: Glorificantes me glorificabo, & qui me ſpernunt ipſi ſpernentur.

Euſeb Vit. Conſt. l. 4. c. 65. &c.

Πρώτου λόγου τέλος.

Finis Libri primi.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Κρύπτεσι μὲν τῷ ἀληθείαν] Magis placet ſcriptura quam reperi in Manuſcriptis codicibus [Regio, &] Savilii & Allatii, & in editione Baſilienſi. κρύπτεσι μὲν τὴν πονηρίαν.

2 Τὰ νῦν φερὶ τὴν θήκην καὶ τὴν ἀνδριάντα γινόμενα] Hunc locum non intellexerunt Interpretes. Nam Joachimus quidem Camerarius ita vertit, *Quibus ſi qui fidem non habent, contemplati monumentum, ſtatuamque illius, credant non ſolum ſcriptis ſed etiam Domino qui dixit, &c.* Camerarii verſionem ſecutus eſt in editione ſua Jacobus Sirmundus. Chriſtophorſonus vero hunc locum ita interpretatur, *Quibus ſi quiſquam minime fidem habeat, cum magnifica illa opera, quæ circa ejus ſepulchrum & ſtatuam hodie cernuntur, oculis aſpexerit: credat ſaltem ſacris literis, & Domino dicenti, Glorificantes me glorifico, &c.* Atqui non hoc dicit Theodoritus, ſed eos qui nolunt credere Euſebio, & aliis qui de honoribus Conſtantino poſt obitum delatis ſcripſere, admonet ut ea quæ ad ſepulchrum & ad ſtatuam illius fiunt, contemplari velint. Quænam vero ſint illa quæ ad ſepulchrum & ad ſtatuam Conſtantini fiebant, docet nos Philoſtorgius in lib. 2. Hiſtoriæ, cap. 18. ἔστος ὁ θεομάχος, καὶ τὴν Κωνσταντίνου εἰκόνα τὴν ἐπὶ τοῦ πορφυροῦ κίονος ἱσταμένου θυσίαις τισὶν ἱλάσκεσθαι, καὶ λυχνοκαΐαις καὶ θυμιάμασι τιμᾶν, καὶ εὐχὰς προσάγειν ὡς θεῷ, καὶ ἀποτροπαίους ἱκετηρίας τῶν δεινῶν ἐπιτελεῖν τοὺς Χριστιανούς κατηγορεῖ. *Hic etiam Dei hoſtis Chriſtianos accuſat, quaſi Conſtantini imaginem in porphyretica columna ſtantem ſacrificiis propitiarent, lucernis atque odoribus colerent, precesque velut Deo allegarent, & ad depellenda mala ei ſupplicarent.* Adde his ea quæ ſcribit Auctor Chronici Alexandrini pag. 665. & 667. ſunt enim optimæ notæ. Porro hæc pompa celebrabatur quotannis die undecimo menſis Maii, qui natalis erat urbis Conſtantinopolitanæ, ut ibidem ſcribit Auctor ejus Chronici, & Heſychius in originibus CPP.

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ Ἱστορίας λόγος Β΄.

α΄ Περὶ τῆς ἐπανόδου τῦ ἁγίυ Ἀθανασίυ.
β΄ Ἐπιστολὴ τῦ βασιλέως Κωνσταντίνυ ὑποῦ Κωνσταντίνυ πρὸς Ἀλεξανδρέας.
γ΄ Ὅπως Κωνστάντιος ὁ βασιλεὺς ἐκ τῆς ὀρθοδόξυ πίστεως μετέβαλε.
δ΄ Περὶ τῆς τῦ μακαρίυ Ἀθανασίυ δευτέρας ἐξορίας, καὶ τῆς Γρηγορίυ καταστάσεώς τε καὶ τελευτῆς.
ε΄ Περὶ Παύλυ τῦ γενομένυ ἐπισκόπυ Κωνσταντινυπόλεως.
ϛ΄ Περὶ Μακεδονίυ καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῦ συστάσης αἱρέσεως.
ζ΄ Περὶ τῆς ἐν Σαρδικῇ γενομένης συνόδου.
η΄ Συνοδικὸν ὑπὸ τῶν αὐτόθι συνελεγλυθότων ἐπισκόπων πρὸς τοὺς κατ' Ἀρειανὸν οἰκουμένιυ ἐπισκόπους γραφέν.
θ΄ Τὰ κατ' Εὐφράτᾶν καὶ Βικέντιον τοὺς ἐπισκόπους, καὶ τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ κατ' αὐτῶν γενομένην συσκευήν.
ι΄ Περὶ τῆς Στεφάνυ καθαιρέσεως.
ια΄ Ἐπιστολὴ Κωνσταντίνυ πρὸς Ἀθανάσιον.
ιβ΄ Περὶ τῆς δευτέρας ἐπανόδου τῦ ἁγίυ Ἀθανασίυ.
ιγ΄ Περὶ τῆς τρίτης ἐξορίας αὐτοῦ καὶ φυγῆς.
ιδ΄ Περὶ Γεωργίυ καὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τολμηθέντων κακῶν.
ιε΄ Περὶ τῆς ἐν Μεδιολάνῳ γενομένης συνόδου.
ις΄ Διάλογος Λιβερίυ ἐπισκόπυ Ῥώμης καὶ Κωνσταντίυ βασιλέως.
ιζ΄ Περὶ τῆς ἐξορίας καὶ ἐπανόδου τοῦ ἁγίυ Λιβερίυ.
ιη΄ Περὶ τῆς ἐν Ἀριμίνῳ γενομένης συνόδου.
ιθ΄ Ἐπιστολὴ συνοδικὴ ὑπὸ τῶν αὐτόθι συνελεγλυθότων ἐπισκόπων πρὸς τὸν βασιλέα γραφεῖσα Κωνστάντιον.
κ΄ Ἀλλὴ ἐπιστολὴ πρὸς Κωνστάντιον.
κα΄ Περὶ τῆς ἐν Νίκῃ τῆς Θρᾴκης γενομένης συνόδου, καὶ ἔκθεσις πίστεως παρ' ἐκείνων γραφεῖσα.
κβ΄ Συνοδικὸς τόμος ὑπὸ Δαμάσου ἐπισκόπου Ῥώμης καὶ τῶν δυτικῶν ἐπισκόπων πρὸς Ἰλλυριοὺς ἐπισκόπους γραφεῖσα περὶ τῆς κατ' Ἀρίμινον συνόδου.
κγ΄ Ἀθανασίυ ἐπισκόπυ Ἀλεξανδρείας περὶ τῆς αὐτῆς συνόδου.
κδ΄ Περὶ τῆς Λέοντος τῦ τῆς Ἀντιοχέων ἐπισκόπου κακοτεχνίας, καὶ τῆς Φλαβιανοῦ καὶ Διοδώρυ παῤῥησίας.
κε΄ Περὶ τῆς Εὐδοξίυ τῦ Γερμανικέως καινοτομίας καὶ Βασιλείου τῦ Ἀγκύρας, καὶ Εὐσταθίου τῦ Σεβαστίας κτ' τούτυ γενομένης σπουδῆς.
κϛ΄ Περὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ πάλιν γενομένης συνόδου.
κζ΄ Περὶ τῆς ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας γενομένης συνόδου, καὶ ἐν Κωνσταντινυπόλει τοῖς ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις συμβεβηκότων.
κη΄ Συνοδικὴ ἐπιστολὴ κτ' Ἀετίυ γεγραφεῖσα.
κθ΄ Ποία πρόφασις τοὺς Εὐνομιανοὺς τῶν Ἀρειανῶν ἀπεχώρισεν.
λ΄ Περὶ τῆς πολιορκίας Νισίβεως πόλεως, καὶ τῆς Ἰακώβυ τοῦ ἐπισκόπυ ἐνστολικῆς πολιτείας.
λα΄ Περὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ γενομένης συνόδου, καὶ τῶν κτ' τὸν ἅγιον Μελέτιον αὐτόθι συμβάντων.
λβ΄ Περὶ Εὐσεβίυ ἐπισκόπου Σαμοσάτων.

IN SECUNDO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ Libro hæc continentur.

CAP. I. De reditu S. Athanasii.
II. Imp. Constantini junioris epistola ad Alexandrinos.
III. Quomodo Imp. Constantinus à recta fide abductus fuerit.
IV. De secundo exilio B. Athanasii: & de ordinatione & obitu Gregorii.
V. De Paulo Episc. Constantinopolitano.
VI. De Macedonio & de hæresi ab eo conflata.
VII. De Synodo Serdicensi.
VIII. Epist. Synodica ab Episcopis Serdicæ congregatis ad totius orbis Episcopos scripta.
IX. De Euphrata ac Vincentio Episcopis, & de insidiis quæ illis structæ sunt Antiochiæ.
X. De Stephani depositione.
XI. Epistola Constantii ad Athanasium.
XII. De secundo reditu B. Athanasii.
XIII. De tertio exilio Athanasii & de ejus fuga.
XIV. De Georgio, & de malis quæ Alexandriæ perpetrata sunt.
XV. De Synodo Mediolanensi.
XVI. Colloquium Liberii Romani, & Imp. Constantii.
XVII. De exilio & reditu B. Liberii.
XVIII. De Concilio Ariminensi.
XIX. Epist. synodica ab Episcopis Arimini congregatis ad Imp. Constantium scripta.
XX. Alia Episcoporum epistola ad eundem Constantium.
XXI. De Synodo apud Nicen Thraciæ congregata, & de fidei Formula ibi conscripta.
XXII. Epist. Synodica Damasi Episc. Rom. & aliorum occidentalium ad Episcopos Illyrici scripta, de Concilio Ariminensi.
XXIII. Athanasii Alexandriæ Episc. epist. de eadem Synodo.
XXIV. De Leontii Antiochensis Episc. fraudulentia, & de fiducia Flaviani ac Diodori.
XXV. De Eudoxii Germaniciensis Episc. novitate; & de Basilii Ancyrani atque Eustathii Sebasteni adversus illum contentione.
XXVI. De Concilio Nicææ ac postea Seleuciæ in Isauria congregato.
XXVII. De iis quæ Constantinopoli orthodoxis Episc. acciderunt.
XXVIII. Epist. Synodica contra Aetium scripta.
XXIX. Qua occasione Eunomiani ab Arianis dirempti fuerint.
XXX. De obsidione Nisibis: & de Apostolica conversatione Jacobi Episcopi.
XXXI. De Synodo Antiochiæ celebrata, & de his quæ S. Meletio illic contigerunt.
XXXII. De Eusebio Episcopo Samosatensi.

SÆC. IV.

ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΛΟΓΟΣ Β΄.

THEODORITI EPISCOPI CYRI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER II.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α΄.

Περὶ τ ἐπανόδου τ ἁγίου Αθανασίου.

1 Ὁ μὲν δὴ θεῖος Ἀθανάσιος ἔτη δύο καὶ μῆνας τέσσαρας ἐν τῇ Τριβέρει διατρίψας, εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπανῆλθεν. ἔγραψε δὲ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς, ὁ τοῦ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου παίδων πρεσβύτατος· αὐτὸς γὰρ τῆς πρὸς δυόμωνυμον ἥλιον ἐβασίλευε Γαλατίας· τῇ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ τάδε γράμματα.

CAPUT I.

De reditu sancti Athanasii.

1 PORRO divinus Athanasius, cum per biennium ac menses quatuor Treviris moratus esset, Alexandriam reversus est. Constantinus autem Imperator, Constantini filiorum natu maximus, qui tunc in Galliis imperium regebat, ad Ecclesiam Alexandrinorum hujusmodi literas scripsit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β΄.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου υἱοῦ Κωνσταντίνου πρὸς Ἀλεξανδρεῖς.

Κωνσταντῖνος Καῖσαρ τῷ λαῷ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πόλεως τοῦ Ἀλεξανδρέων. οὐδὲν τιμιώτερον τῆς ὑμετέρας ἱερᾶς διανοίας ἀποπεφευγέναι γνῶσιν οἶμαι, διὰ τοῦτο Ἀθανάσιον τὸν τοῦ θεοσεβείᾳ νόμῳ ὑποφήτην πρὸς καιρὸν εἰς τὰς 2 Γαλλίας ἀπεσταλθαι συνέβη, ἵν' ἐπειδὴ ἡ ἀγελαιότης τῶν αἱμοβόρων αὐτοῦ καὶ πολεμίων ἐχθρῶν εἰς κίνδυνον τὴν ἱερᾶς αὐτοῦ κεφαλῆς ἐπέμενε, μὴ ἄρα διὰ τῆς τοῦ φαύλου διαφορᾶς ἀνήκεστα γένοιτο· πρὸς τὸ διαπαίξαι τοίνυν ταύτῃ, ἀφαιρεθεὶς τοὺς φαύλους τῶν ἐπικειμένων αὐτῷ ἀνδρῶν, ὑπ' ἐμοὶ διάγειν κεκέλευσται, ὅπως ὡς ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ἐν ᾗ διέτριβε,

CAPUT II.

Imperatoris Constantini Junioris epistola ad Alexandrinos.

CONSTANTINUS Cæsar, populo Ecclesiæ Catholicæ civitatis Alexandrinorum. Nec sanctissimæ mentis vestræ notitiam illud arbitror præterire, Athanasium venerandæ legis interpretem, ad tempus idcirco missum esse in Gallias, ne quoniam cruentorum ejus hostium feritas sacratissimo illius capiti extremum periculum minabatur, ipse per nefariam improborum hominum perversitatem mala insanabilia sustineret. Quamobrem ut hanc feritatem evitaret, ereptus est faucibus eorum qui ipsius capiti imminebant: jussusque sub mea ditione degere, ita ut in ea urbe quam incolere præceptum ei fuerat,

Socr. l. II. cap. 3. Soz. l. III. cap. 2.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἔτη δύο καὶ μῆνας τέσσαρας] Non possum assentiri Theodorito, qui Athanasium biennii & quatuor præterea mensium spatio Treviris in exilio commoratum esse scribit. Missus est enim in exilium sub exitum anni 335. Constantio & Albino Coss. Nam Synodus Hierosolymitana quæ ad dedicationem Basilicæ Constantini convenit, congregata est mense Septembri, ut observavi in Annotationibus ad librum 4 Eusebii de vita Constantini. Post quam Synodum cum Episcopi à Constantino inde evocati ut gestorum rationem redderent, Athanasium apud ipsum accusavissent, deceptus ab iis Imperator Athanasium in Gallias relegavit. Idem postea ab exilio revocatus est anno Christi 337. 15. Kalendas Julias, ut demonstravi in lib. 1. Observationum Ecclesiasticarum ad Socratem & Sozomenum cap. 1. Ex quo efficitur, Athanasium non toto biennio exulasse. *

2 Ἀπεσταλθαι συνέβη] Recte in codice Saviliano [& Regio J. Pini] scribitur ἀπεστάλθαι. Sed vox quæ sequitur delenda est; quippe quæ nec apud Athanasium, nec apud Socratem legatur. Quare merito eam Sirmundus expunxit. [Desideratur etiam in codice Regio.]

VARIORUM.

* Pluribus contendit Pagius contra Valesium, Theodoritum non errasse de tempore Exilii S. Athanasii, ejusque restitutionem ab anno 338, quo eam collocavit Baronius, non esse removendam. Consentiunt Cl. Patres Benedictini, quos vide ad Socr. lib. II. cap. 3.

πᾶσι

1 πᾶσι τοῖς ἀναξιοις ἐμπλεονάζειν, εἰ μὴ τὰ μάλιστα αὐτῷ ἡ ἀοίδιμος ἀρετὴ ταῖς θείαις προθυμίαις βοηθείαις, καὶ τὰ τῆς στρατηγίδος τύχης ἄχθη ἐξισθενεῖ. τοιγαροῦν εἰ μὴ μάλιστα τὴν τῶν φιλεσεβεστάτην ὑμῶν θεοσέβειαν ὁ δεσπότης ἡμῶν ὁ τῆς μακαρίας μνήμης Κωνσταντῖνος ὁ θεοσεβέστατος ὁ ἐμὸς πατὴρ τὸν αὐτὸν ἐπισκοπεῖν τῷ ἰδίῳ τόπῳ προὐθυμεῖτο, ὅμως ἐπειδὴ ἀνθρωπίνῳ κλήρῳ συνεπληρώθη, πρὸ τοῦ τὸν βίον πληρῶσαι ἀνεπαύσατο, ἀκόλουθον ἡγησάμην τῇ προαιρέσει τῆς θείας μνήμης βασιλέως ἀποδεξάμενος πληρῶσαι. ὅσις ἐπειδὴ τῆς ὑμετέρας τύχης προσόψεως, ὅσην παρ' ἐμοῦ αἰδῶ τετύχηκε γνώσεσθε. ἐμοὶ γὰρ θαυμαστὸν, εἴτι δ' ἂν ὑπὲρ αὐτοῦ πεποίηκα· καὶ γὰρ τῷ ἐμῷ ψυχῇ, ἅτε τὸν ὑμέτερον πόθον ἐχούσῃ, καὶ τοῦ τηλικούτου ἀνδρὸς τὸ σχῆμα, εἰς τοῦτο ἔκινε καὶ προέτρεπεν. ἡ θεία προμηθία ὑμᾶς ἀσφαλάξοι ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. Μετὰ τοῦτον ὁ θεῖος Ἀθανάσιος ἀφίκετο τὰ γράμματα. πάντες δὴ αὐτὸν ἀσμένως ἀπέλαβον, καὶ 2 ἄστοι καὶ χωρητικοὶ, καὶ ὀλίγοι καὶ πολλοί. μόνους δὴ νία τὰ Ἀρείου μανίας τοὺς θιασώτας ἐπανελθόν. διὸ δὴ πάλιν τὰς οἰκείας ἐκίνησαν μηχανὰς Εὐσέβιός τε καὶ Θεόγνιος, καὶ ὅσοι τὰ τούτων ὑπῆρχον συμμορίας· καὶ πάλιν τοὺς τοῦ βασιλέως νέου γε ὄντος διώρυσσον ἀκοάς. ἐρῶ δὴ καὶ ὅπως ὅστις ἐκ τοῦ τῆς ἀποστολικῆς δόγμάτων ὀρθότητος παρεξέπεσε.

omnibus neceſſariis abundaret: tametſi ejus eximia virtus Divino freta præſidio, aſperioris etiam fortunæ ærumnas parvipendat. Proinde etſi dominus ac parens noſter, divæ memoriæ Conſtantinus Auguſtus, eundem Epiſcopum in priſtinum locum reſtituere propoſuerat, ac veſtræ ſacratiſſimæ pietati reddere: quoniam tamen humana ſorte præventus, priuſquam votum ſuum impleſſet, ex hac luce migravit, conſentaneum eſſe exiſtimavi, ut divæ memoriæ Principis propoſitum ego, utpote hæres, exſecutioni mandarem. Quanta porro reverentia illi à nobis exhibita fuerit, ex eo ipſo, ſimul atque in conſpectum veſtrum venerit, cognoſcetis. Nec mirum eſt, ejus gratia aliquid à me factum fuiſſe. Ad hoc enim & imago quædam amoris veſtri, & tanti viri ſpecies, animum meum movit atque incitavit. Divina providentia vos ſervet, fratres cariſſimi. Cum his Literis reverſus eſt Divinus Athanaſius: quem omnes urbani & ruſtici, primores ac plebeii, cupide excepere. Solos Arianæ dementiæ ſectatores reditus illius cruciabat. Itaque conſuetas iterum machinas adverſus eum commoverunt Euſebius ac Theognius, & quicunque eorum partibus adhærebant: rurſuſque Imperatoris adhuc juvenis aures obtundunt. Qua autem ratione Imperator iſte à recto tramite Apoſtolicæ doctrinæ defleXerit, dicam hoc loco.

SÆC. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὅπως Κωνσάντιος ὁ βασιλεὺς τῆς ὀρθῆς πίστεως παρεξέπεσε.

Κωνσαντία, Λικιννίου μὲν ἐγεγόνει γαμετὴ Κωνσαντίνου δὲ ἦν ἀδελφή. ταύτῃ a τις πρεσβύτερος τῶν ἀρειανιζόντων εἰσεδέξατο λώβην, συνήθης ἐγένετο. καὶ τὴν μὲν νόσον οὐ πάνυ ἐδείκνυ. συνεχῶς δὲ αὐτῇ παρομιλῶν, ἔλεγε συκοφαντίαν ὑπομεμενηκέναι τὸν Ἄρειον. ταύτην ὁ πανεύφημος Κωνσάντιος μὲν τῷ τοῦ δυσσεβοῦς ἀνδρὸς τελευτὴν, παντοδαπῆς κηδεμονίας ἠξίου, καὶ τῆς χηρείας ἀναιρῶν πεῖραν οὐκ εἴα λαβεῖν. καὶ παρ' αὐτῷ δὲ τῇ τελευτῶν παρῆν αὐτῇ, τὴν ἁρμόδιον θεραπείαν προσφέρων. τότε δὴ τοῦτον κληθῆναι κελεύσασα τὸν πρεσβύτερον, τὴν τοῦ βασιλέως ἀξιοῦσθαι προμηθείας ἐπέτρεπεν. ὁ δὲ Κωνσάντιος καὶ πρόθυμα τοῦτο ποιήσειν ὑπέσχετο, καὶ μὴν ταῦτα πεπλήρωκε τὴν ὑπόσχεσιν. μετέδωκε γὰρ αὐτῇ παῤῥησίας ὅπερ μάλιστα πλείστης. ἀλλ' ὅμως καὶ πολλῆς ἀξιώματος θεραπείας, οὐκ

CAPUT III.

Quomodo Imperator Conſtantius à recta fide abductus fuerit.

CONSTANTIA ſoror Conſtantini Magni fuit, vidua autem Licinii. Huic familiaris fuit presbyter quidam, Ariani dogmatis labe contaminatus. Is morbum quidem ſuum minime prodebat: aſſidue tamen cum ea colloquens, Arium calumniam paſſum eſſe affirmabat. Eam admirandus Conſtantinus poſt impii viri mortem, omni cura ac ſollicitudine fovebat, nec ulla viduitatis incommoda ſentire patiebatur. Morienti quoque ei adfuit, omne genus officii, prout decebat, ei exhibens. Quo tempore cum presbyterum illum acciri juſſiſſet, Imperatorem rogavit ut curam illius gerere vellet. Conſtantinus vero, & tum ſe id facturum promiſit, & non multo poſt pollicitationem ſuam implevit. Maximam enim libertatem ei apud ſe conceſſit. At presbyter, quamvis ſummo cultu atque honore afficeretur, morbum tamen ſu-

Socr. lib. I. cap. 25. Soz. l. II. cap. 27.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐπιπλεονάζειν] Rectius in editione Baſilienſi [& in Cod. Regio] legitur ἐμπολεονάζειν.

2 Ἄστοι δὲ χωρητικοὶ] Alexandrini Ruſticanos homines χωρικοὺς vulgo appellabant, ut obſervavi in Annotationibus ad Euſebium pag. 303. not. 1. ac fortaſſe ita ſcribendum eſt hoc loco. Nam vox χωρητικοὶ non placet. Ruſtici enim dicuntur à Græcis χωρῖται, ex quo formari poteſt χωρητικὸς, ut ex ναυτὴς fit ναυτικὸς, quod nautam ſignificat. Tſteophanes in Chronico pag. 139. loquens de electione Dioſcori junioris Epiſcopi Alexandr. ἀνεχώρησαν, inquit, τὸ πλῆθος τῶν χωρικῶν. Ubi Anaſtaſius Bibliothecarius recte interpretatur multitudinem ruſticorum.

VARIORUM.

a Τις πρεσβύτερος] Quiſnam fuerit Presbyter ille, nemo unquam quod ſciam (*inquit Baronius*) ſcriptis prodidit. Conjectura tamen ſi res agitur, videtur hic ille fuiſſe Acacius Luſcus Presbyter, qui in ſede Cæſarienſi Palæſtinæ metropoli ſucceſſit, cum defunctus eſt Euſebius Pamphili. Ut autem id exiſtimemus, illud magnopere perſuadet, quod dicant hunc imperaſſe Conſtantio Imperatori. *Baron. ad ann.* 337. *n.* IX.

ἀθάρ-

SÆC. IV.

ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΛΟΓΟΣ Β'.

THEODORITI EPISCOPI CYRI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER II.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ τ ἐπανόδου τ ἁγίου Αθανασίου.

1 Ὁ μὲν δὴ θεῖος Ἀθανάσιος ἔτη δύο καὶ μῆνας τέσσαρας ἐν τῇ Τριβέρει διατείψας, εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπανῆλθεν. ἔγραψε δὲ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς, ὁ τοῦ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου παίδων πρεσβύτατος· αὐτὸς γὰρ τῆς πρὸς δυσμῶν ἡλίου ἐβασίλευε Γαλατίας· τῇ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ τάδε γράμματα.

CAPUT I.

De reditu sancti Athanasii.

PORRO divinus Athanasius, cum per biennium ac menses quatuor Treviris moratus esset, Alexandriam reversus est. Constantinus autem Imperator, Constantini filiorum natu maximus, qui tunc in Galliis imperium regebat, ad Ecclesiam Alexandrinorum hujusmodi literas scripsit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου υἱοῦ Κωνσταντίνου πρὸς τὴν Ἀλεξανδρέων.

Κωνσταντῖνος Καῖσαρ τῷ λαῷ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πόλεως τοῦ Ἀλεξανδρέων. οὐδὲν τιμὴν τῆς ὑμετέρας ἱερᾶς ἐννοίας ὑποπεφευγέναι γνῶσιν οἶμαι, διὰ τοῦτο Ἀθανάσιον τὸν τοῦ θεοσεβεστάτου νόμου ὑποφήτην πρὸς καιρὸν εἰς τὰς 2 Γαλλίας ἀπεσταλθαι συνέβη, ἵν' ἐπειδὴ ἡ ἀγελότης τῶν αἱμοβόρων αὐτοῦ καὶ πολεμίων ἐχθρῶν εἰς κίνδυνον τ ἱερᾶς αὐτοῦ κεφαλῆς ἐτέμνε, μὴ ἄρα διὰ τῆς τ Φαύλων διαφορᾶς ἀνήκεστα γένοιτο. πρὸς τὸ διαπαῖξαι τοίνυν ταύτῃ, ἀφαιρεθεὶς τ Φαρύσγων τ ἐπικειμένων αὐτῷ ἀνδρῶν, ὑπ' ἐμοὶ διάγειν κεκέλευται, ὅπως ὡς ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ἐν ᾗ διέτριβε,

CAPUT II.

Imperatoris Constantini Junioris epistola ad Alexandrinos.

CONSTANTINUS Cæsar, populo Ecclesiæ Catholicæ civitatis Alexandrinorum. Nec sanctissimæ mentis vestræ notitiam illud arbitror præterire, Athanasium venerandæ legis interpretem, ad tempus idcirco missum esse in Gallias, ne quoniam cruentorum ejus hostium feritas sacratissimo illius capiti extremum periculum minabatur, ipse per nefariam improborum hominum perversitatem mala insanabilia sustineret. Quamobrem ut hanc feritatem evitaret, ereptus est faucibus eorum qui ipsius capiti imminebant: jussusque sub mea ditione degere, ita ut in ea urbe quam incolere præceptum ei fuerat,

Socr. l. II. cap. 3. Soz. l. III. cap. 2.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἔτη δύο καὶ μῆνας τέσσαρας] Non possum assentiri Theodorito, qui Athanasium biennii & quatuor præterea mensium spatio Treviris in exilio commoratum esse scribit. Missus est enim in exilium sub exitum anni 335. Constantio & Albino Coss. Nam Synodus Hierosolymitana quæ ad dedicationem Basilicæ Constantini convenit, congregata est mense Septembri, ut observavi in Annotationibus ad librum 4 Eusebii de vita Constantini. Post quam Synodum cum Episcopi à Constantino inde evocati ut gestorum rationem redderent, Athanasium apud ipsum accusavissent, deceptus ab iis Imperator Athanasium in Gallias relegavit. Idem postea ab exilio revocatus est anno Christi 337. 15. Kalendas Julias, ut demonstravi in lib. 1. Observationum Ecclesiasticarum ad Socratem & Sozomenum cap. 1. Ex quo efficitur, Athanasium non toto biennio exulasse. *

2 Ἀπεσταλχέναι συνέβη] Recte in codice Saviliano [& Regio J. Pini] scribitur ἀπεσάλθαι. Sed vox quæ sequitur delenda est; quippe quæ nec apud Athanasium, nec apud Socratem legatur. Quare merito eam Sirmundus expunxit. [Desideratur etiam in codice Regio.]

VARIORUM.

* Pluribus contendit Pagius contra Valesium, Theodoritum non errasse de tempore Exilii S. Athanasii, ejusque restitutionem ab anno 338, quo eam collocavit Baronius, non esse removendam. Consentiunt Cl. Patres Benedictini, quos vide ad Socr. lib. II. cap. 3.

1 πᾶσι τοῖς ἀναγκαίοις ἐμπλεονάζειν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα αὐτῷ ἡ θεοσέβεια θαρρεῖν ταῖς θείαις παραινοῖη βοηθείαις, καὶ τὰ τῆς τραχυτέρας τύχης ἀγνοεῖν ἐξυθενεῖ. τοιγαροῦν εἰ καὶ μάλιστα τὴν τοῦ προφθάσαντος ὑμῶν θεοσέβειαν ὁ δεσπότης ἡμῶν ὁ τῆς μακαρίας μνήμης Κωνσταντῖνος ὁ θεοσεβέστατος ὁ ἐμὸς πατὴρ τὸν αὐτὸν ἐπίσκοπον τῷ ἰδίῳ τόπῳ ἀποδοῦναι προήρητο, ὅμως ἐπειδὴ ἀνθρωπίνῳ κλήρῳ παρεληφθεὶς, πρὶν τοῦ ἔργου πληρῶσαι ἀπεπαύσατο, ἀκόλουθον ἡγησάμην, τῷ προαιρέσει τοῦ ἐκείνου θείας μνήμης βασιλέως ἀγαδεξάμενος πληρῶσαι. ὅσις ἐπειδὰν τῆς ὑμετέρας τύχῃ προσόψεως, ὅσην παρ' ἐμοῦ αἰδοῦς τετύχηκε γνώσεσθε. οὐ γὰρ θαυμαστὸν, εἰ τι δ' ἂν ὑπὲρ αὐτοῦ πεποίηκα· καὶ γὰρ τῷ ἐμῷ ψυχῷ, ἅτε τοῦ ὑμετέρου πόθου εἰκὼν, καὶ τοσαύτης ἀνδρὸς τὸ σχῆμα, εἰς τοῦτο ἐκίνησε καὶ προέτρεψεν. ἡ θεία προνοία ὑμᾶς ἀγαφυλάξοι ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. Μετὰ ταῦτα ὁ θεῖος Ἀθανάσιος ἀφίκετο τὰ γεγραμμένα. πάντες δ' αὐτὸν ἀσμένως ἀπέλαβον, οἵ τ' ἀφοὶ καὶ χωρητικοὶ, καὶ ὀλίγοι καὶ πολλοί. μόνους δ' ἦνία τοὺς Ἀρείου μανίας τοὺς διασπάσας ἐπανελθόν. διὸ δὴ πάλιν τὰς οἰκείας ἐκίνησαν μηχανὰς Εὐσέβιός τε καὶ Θεόγνιος, καὶ ὅσοι τούτων ὑπῆρχον συμμορίας· καὶ πάλιν τοῖς τοῦ βασιλέως νέῳ γε ὄντος διώρυττον ἀκοάς. ἐφ' ᾧ καὶ ὅπως ἂν ἐκ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ὀλιγωρήσειε παρεξάπη-

omnibus neceſſariis abundaret: tametſi ejus eximia virtus Divino freta præſidio, aſperioris etiam fortunæ ærumnas parvipendat. Proinde etſi dominus ac parens noſter, divæ memoriæ Conſtantinus Auguſtus, eundem Epiſcopum in priſtinum locum reſtituere propoſuerat, ac veſtræ ſacratiſſimæ pietati reddere: quoniam tamen humana ſorte præventus, priuſquam votum ſuum impleſſet, ex hac luce migravit, conſentaneum eſſe exiſtimavi, ut divæ memoriæ Principis propoſitum ego, utpote hæres, exſecutioni mandarem. Quanta porro reverentia illi à nobis exhibita fuerit, ex eo ipſo, ſimul atque in conſpectum veſtrum venerit, cognoſcetis. Nec mirum eſt, ejus gratia aliquid à me factum fuiſſe. Ad hoc enim & imago quædam amoris veſtri, & tanti viri ſpecies, animum meum movit atque incitavit. Divina providentia vos ſervet, fratres cariſſimi. Cum his Literis reverſus eſt Divinus Athanaſius: quem omnes urbani & ruſtici, primores ac plebeii, cupide excepere. Solos Arianæ dementiæ ſectatores reditus illius cruciabat. Itaque conſuetas iterum machinas adverſus eum commoverunt Euſebius ac Theognius, & quicunque eorum partibus adhærebant: rurſuſque Imperatoris adhuc juvenis aures obtundunt. Qua autem ratione Imperator iſte à recto tramite Apoſtolicæ doctrinæ defleſexerit, dicam hoc loco.

SÆC. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὅπως Κωνστάντιος ὁ βασιλεὺς τῆς ὀρθῆς πίστεως παρετράπη.

CAPUT III.

Quomodo Imperator Conſtantius à recta fide abductus fuerit.

Κωνσταντία, Λικιννίου μὲν ἐγεγόνει γαμετὴ· Κωνσταντίνου δὲ ἦν ἀδελφή. ταύτῃ [a] τις πρεσβύτερος τῶν ἀρειανιζόντων εἰσδεξάμενος λώβην, συνήθης ἐγένετο. καὶ τὴν μὲν νόσον οὐ πεφανῶς ἐδείκνυ. συνεχῶς δὲ αὐτῇ παρδιαλεγόμενος, ἔλεγε συκοφαντίαν ὑπομεμενηκέναι τὸν Ἄρειον. ταύτην ὁ πανεύφημος Κωνσταντῖνος μὲν τῶν δυσεβοῦς ἀνδρὸς τελευτὴν, παντοδαπῆς κηδεμονίας ἠξίου, καὶ τῆς χρείας ἀναρῶν πεῖραν οὐκ εἴα λαβεῖν. καὶ παρ' αὐτῶν δὲ τελευτῶν παρῶν αὐτῇ, τὴν ἁρμόσασαν θεραπείαν παρέφερεν. τότε δὴ τοῦτον κληθῆναι κελεύσασα τὸν πρεσβύτερον, καὶ τοῦ βασιλέως ἀξιοῦσθαι παρρησίας ἱκέτευσεν. ὁ δὲ Κωνσταντῖνος καὶ πάνυ καλῶς τοῦτο ποιήσειν ὑπέσχετο, καὶ μὴν ταῦτα πεπλήρωκε τὴν ὑπόσχεσιν. μετέδωκε γὰρ αὐτῷ παρρησίας ὅπερ μάλιστα πλείστης. ἀλλ' ὅμως καὶ πολλῆς ἀξιώματος θεραπείας, οὐκ

CONSTANTIA ſoror Conſtantini Magni fuit, vidua autem Licinii. Huic familiaris fuit presbyter quidam, Ariani dogmatis labe contaminatus. Is morbum quidem ſuum minime prodebat: aſſidue tamen cum ea colloquens, Arium calumniam paſſum eſſe affirmabat. Eam admirandus Conſtantinus poſt impii viri mortem, omni cura ac ſollicitudine fovebat, nec ulla viduitatis incommoda ſentire patiebatur. Morienti quoque ei adfuit, omne genus officii, prout decebat, ei exhibens. Quo tempore cum presbyterum illum acciri juſſiſſet, Imperatorem rogavit ut curam illius gerere vellet. Conſtantinus vero, & tum ſe id facturum promiſit, & non multo poſt pollicitationem ſuam implevit. Maximam enim libertatem ei apud ſe conceſſit. At presbyter, quamvis ſummo cultu atque honore afficeretur, morbum tamen ſu-

Socr. lib. I. cap. 25. Soz. l. II. cap. 27.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐμπλεονάζειν] Rectius in editione Baſilienſi [& in Cod. Regio] legitur ἐμπλεονάζειν.

2 Ἀφοὶ & χωρητικοὶ] Alexandrini Ruſticanos homines χωρικοὺς vulgo appellabant, ut obſervavi in Annotationibus ad Euſebium pag. 303. not. 1. ac fortaſſe ita ſcribendum eſt hoc loco. Nam vox χωρητικοὶ non placet. Ruſtici enim dicuntur à Græcis χωρῖται, ex quo formari poteſt χωρητικὸς, ut ex ναυτὴς fit ναυτικὸς, quod nautam ſignificat. Tſteophanes in Chronico pag. 139. loquens de electione Dioſcori junioris Epiſcopi Alexandr. ἀνεχώρησαν, inquit, τὸ πλῆθος τῶν χωρικῶν. Ubi Anaſtaſius Bibliothecarius recte interpretatur multitudinem ruſticorum.

VARIORUM.

a Τις πρεσβύτερος] Quiſnam fuerit Presbyter ille, nemo unquam quod ſciam (*inquit Baronius*) ſcriptis prodidit. Conjectura tamen ſi res agitur, videtur hic ille fuiſſe Acacius Luſcus Presbyter, qui in ſede Cæſarienſi Palæſtinæ metropoli ſucceſſit, cum defunctus eſt Euſebius Pamphili. Ut autem id exiſtimemus, illud magnopere perſuadet, quod dicant hunc imperaſſe Conſtantio Imperatori. *Baron. ad ann.* 337. *n.* IX.

ἐθάρ-

SÆC. IV.

um detegere nunquam eſt auſus, cum Imperatoris animum in religione firmum & ſtabilem videret. Poſtea vero, cum Conſtantinus ad immortale regnum jamjam migraturus, caducum hoc imperium inter filios divideret: nullus porro eorum morienti patri aderat, teſtamenti tabulas huic uni presbytero commiſit, mandavitque ut Conſtantio traderentur. Hic enim cum propius abeſſet quam ceteri, ante reliquos fratres venturus eſſe ſperabatur. Hinc cum in notitiam veniſſet Conſtantii: teſtamentum enim ei tradidit, ſicut in mandatis acceperat: familiaris eidem factus eſt, & crebro ipſum adire juſſus. Porro cum Conſtantii animum mobilem eſſe deprehendiſſet, & arundinibus quæ vento hac illac impelluntur haud abſimilem; adverſus Evangelicæ fidei doctrinam bellum ſuſcipere in animum induxit. Itaque tempeſtatem qua Eccleſiæ jactabantur deplorans, auctores hujus mali dicebat eſſe eos, qui vocem conſubſtantialis, quæ in ſcripturis non legitur, doctrinæ fidei inſeruiſſent: idque tum inter ſacerdotes, tum inter laicos diſcordiam excitare. Deinde Athanaſium & eos qui de fide idem cum illo ſentiebant incuſans, inſidias adverſus eos comparabat. Hunc adjutorem nacti Euſebius ac Theognius & Theodorus Perinthius: fuit autem hic Theodorus vir ſingularis doctrinæ, qui inter cetera expoſitionem ſacrorum Evangeliorum conſcripſit, & vulgo Heracleotes vocatur: cum Imperatorem, utpote vicini, crebrius viſerent, Athanaſii reditum ab exilio plurima mala importaſſe dixerunt: nec Ægyptum ſolum, ſed Palæſtinam præterea ac Phœnicem, & finitimas provincias ea tempeſtate involvi.

Conſtantii levitas.

Theodorus Heracleotes.

ἐθάῤῥησεν ἀποκαλύψαι τὴν νόσον, βεβαίαν ὁρῶν τὴν τὰ θεῖα τῷ βασιλέως γνώμῃ. ἐπειδὴ δὲ Κωνσταντῖνος εἰς τὸν ἀνώλεθρον μεθιστάμενος βασιλείαν, τοῖς παισὶν οὐ διαθήκας τὸν ἐπίκηρον ταύτην βασιλείαν διένειμεν· οὐδεὶς δὲ τούτων τελευτῶντι παρῆν, τούτῳ μόνῳ τῷ πρεσβυτέρῳ τὰς διαθήκας ἐπίστευσε, Κωνσταντίῳ ταύτας δοθῆναι κελεύσας. ἦτος γὰρ τῶν ἄλλων πλησιέστερος ὢν, ᾠήθη τῶν ἄλλων ἀφίξεσθαι προσδόκιμος ὢν. ἐντεῦθεν ἦτος τῷ Κωνσταντίῳ γενόμενος γνώριμος, ἀπέδωκε γὰρ τὰς διαθήκας ὡς προσετάχθη, συνήθης ἐγένετο, καὶ θαμὰ φοιτᾶν παρ' αὐτὸν ἐκελεύετο. καιρὸν δὲ εὑρίσκων τοῦ Κωνσταντίου τὴν γνώμην, καὶ καλάμοις ὑπ' ἀνέμων διαντίων τῇδε κἀκεῖσε κλινομένοις προσοικεῖαν, ἐθάῤῥησε τὸν περὶ τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων διαδέξασθαι πόλεμον. καὶ τῶν ἐκκλησιῶν ἔνθεν καὶ ζάλην ὀλοφυρόμενος, αἰτίους ἔλεγε τοὺς τὴν ἄγραφον τοῦ ὁμοουσίου φωνὴν ἐπιθεικότας τῇ διδασκαλίᾳ τῆς πίστεως· καὶ τοῦτο καὶ τοῖς ἱερωμένοις καὶ τοῖς πολλοῖς ἐργάζεσθαι τὴν ἀφίξασιν. ἐντεῦθεν Ἀθανασίου καὶ τῶν τὰ ἴσα φρονούντων κλήρους, τὰς κατὰ τούτων ἐπιβουλὰς ἐτεκταίνετο. τούτῳ συνεργῷ Εὐσέβιός τε καὶ Θεόγνιος, καὶ [a] Θεόδωρος ὁ Περίνθιος· ἐλλόγιμος δὲ [a] ἀφερόντως ὁ Θεόδωρος οὗτος, καὶ δὴ καὶ τῶν [3] θείων εὐαγγελίων τὴν ἑρμηνείαν συγγέγραφεν· Ἡρακλεώτην δὲ αὐτὸν ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί· ὅτοι συνεχῶς, ἅτε δὴ γειτνιῶντες, τὸν βασιλέα ὁρῶντες, τοῦ ἀπὸ τῆς ἐξορίας ἐπάνοδον Ἀθανασίου, παμπόλλων ἔλεγον αἰτίαν γεγενῆσθαι κακῶν· καὶ οὐ μόνον τὴν Αἴγυπτον μεγαλαλγάνειν τῷ κλύδωνος, ἀλλὰ καὶ τὴν Παλαιστίνην καὶ τὴν Φοινίκην, καὶ τὰ ἄλλα ὅμορα ἔθνη.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ ἅμα φοιτᾶν] Non dubito quin Theodoritus ſcripſerit καὶ θαμὰ φοιτᾶν παρ' αὐτὸν ἐκελεύετο. Sic enim in lib. 1. cap. 21. ubi agit de Euſebio Nicomedienſi: καὶ θαμὰ παρὰ βασιλέως φοιτῶν, ſic enim legitur in editione Baſilienſi. Quanquam commodius ibi ſcriberetur παρὰ βασιλέα. Nos igitur hoc loco editionem Sirmundi ſecuti ſumus. [quam diſerte confirmat Regius codex J. Pini.]

2 Καιρὸν δὲ εὑρίσκων] Rectius in codice Leonis Allatii ſcribitur εὑρίπιον. Nam εὔριπος adjective ſumi non ſolet.

3 Θείων εὐαγγελίων τὴν ἑρμηνείαν] Matthæi ſcilicet & Joannis, ut teſtatur Hieronymus in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis ita ſcribens. *Theodorus, Heraclia Thraciarum Epiſcopus, elegantis apertique ſermonis & magis Hiſtoricæ intelligentiæ, edidit ſub Conſtantio Principe Commentarios in Matthæum & in Joannem, & in Apoſtolum, & in Pſalterium.* Paulo ante pro ἐλλόγιμος, in editione Baſilienſi τῶν ἐλλογίμων legitur, quod magis probo.

VARIORUM.

a Θεόδωρος ὁ Περίνθιος] Theodorus, patria Thrax, Heraclea, quæ Thraciarum ad Pontum urbs eſt, Perinthus olim vocata ut videtur, ortus; inde *Heracleotes* dictus, tandem ad civitatis patriæ Epiſcopatum promotus. Meminit ejus adhuc Presbyteri Athanaſius, Orat. 1. contra Arianos, p. 116. primus vero ut Epiſcopi Heracleenſis Theodoritus, lib. 1. cap. 28. accenſens illum iis, qui circa ann. 334 Conſtantino perſuaſerunt, ut Concilium Cæſareæ in Palæſtina ad cauſam Athanaſii dijudicandam convocaret. Sequenti anno unus erat è quinque Delegatis qui nomine Synodi Tyriæ in Mareotem Ægypti regionem miſſi ſunt, ut veritatem eorum quæ Athanaſio objecta fuerant, inveſtigarent, & in Acta referrent. Anno 342. ipſe cum Narciſſo Cilice, Mari Chalcedonenſi, & Marco Arethuſio Expoſitionem fidei ſuperiori anno in Synodo Antiochena factam, ad Conſtantem Auguſtum in Galliam detulit: Id enim ipſe Imperator datis ad fratrem literis poſtularat ut ad ſe Epiſcopi mitterentur, qui de Athanaſii & Pauli depoſitione rationem redderent. In Sardicenſi demum Synodo ſæpius citatus, nec comparens, Epiſcopatu exuitur. Magni quippe nominis apud ſuos, & inter primipilos Sectæ Arianæ habebatur. Obiiſſe videtur circa ann. 358. Hypatianum Succeſſorem nactus. *Guil. Cave Hiſt. Eccl. Vol. I. pag.* 153.

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ τῆ μακρείᾳ Ἀθανασίᾳ δευτέρας ἐξορίας, καὶ τῆ Γρηγορείᾳ καταςάσεως τε καὶ τελευτῆς.

Τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις λόγοις τὸ κουφολάτιλον αὐτῆ πολιορκήσαντες γνώμην, ἔπεισαν αὐτὸν ἐξελάσαι τῆς ἐκκλησίας τὸν Ἀθανάσιον. ὁ δὲ προμαθὼν τὴν ἐπιβελὴν, ὑπεχώρησε, καὶ τελευταῖος ἐσπέρας κατέληφε. [a] καὶ γὰρ τῷ Ῥώμης ἐπισκόπῳ, Ἰούλιος δὲ τηνικαῦτα τὴν ἐκκλησίαν ἐκείνην ἐποίμαινεν, οἱ περὶ Εὐσέβιον τὰς κατὰ Ἀθανασίου συντεθείσας συκοφαντίας ἐξέπεμψαν. ὁ δὲ [a] τῷ τῆς ἐκκλησίας ἐπόμενος νόμῳ, καὶ αὐτοὺς καλεῖν τὸν Ῥώμιλον ἐκέλευσε, καὶ τὸν θεῖον Ἀθανάσιον εἰς τὴν δίκην ἐκάλεσε. καὶ ὅτος μὲν ἐξώρμησεν εὐθὺς τὴν κλῆσιν δεξάμενος. [2] οἱ δὲ τὸ δρᾶμα συντεθεικότες εἰς μὲν τὸν Ῥώμιλον οὐκ ἀπῆλθον, εὐφώρατον εἰδότες τὸ ψεῦδος. ἔρημα δὲ τὰ πρόβατα τῆ νομέως θεασάμενοι, λύκον αὐτοῖς ἀντὶ ποιμένος ἐπέςησαν· Γρηγόριος δὲ τούτῳ ὄνομα ἦν. [3] ἓξ ἔτη δὲ θηρῶν ἀγρίων ὠμότερον τῇ ποίμνῃ χρησάμενος, δίκας ἔπεσε τῆς πονηρίας, ὑπ' αὐτῶν πικρῶς διαφθαρεὶς τῶν προβάτων. Ἀθανάσιος δὲ πρὸς Κώνςαντα ἀφικόμενος· Κωνςαντῖνος γὰρ ὁ πρεσβύτατος πολεμῶν ἐτεθνήκει τῆς Ἀρειανικῆς Φάλαγγος τὰς ἐπιβουλὰς ἀπωδύρετο, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς Ἀποςολικῆς πίςεως ὠλοφύρατο πόλεμον· καὶ τῷ τε πατρὸς ἀνέμνησε, καὶ τῆς συνόδου τῆς μεγίςης, [4] ἣν ἐκεῖνος συνέλεξε· καὶ ὡς τὰ παρ' ἐκείνων γραφέντα, τῷ συνεδρίῳ κοινωνῶν, ἐκράτυνε νόμῳ. τοιαῦτα πολυπαθήσας, εἰς τὸ πατρῷον ζῆλον τὸν βασιλέα διήγειρε. παραυτίκα γὰρ τούτων ἀκούσας, ἐπέςειλε τῷ ἀδελφῷ, σπουδαίων τῆς πατρῴας θεοσεβείας ἄσυλον φυλάξαι τὸν κλῆρον. καὶ γὰρ ἐκεῖνος θεοσεβείᾳ τὸ βασιλείαν κεφάλυνας, καὶ τοὺς Ῥωμαίων τυράννους καθέλυσε, καὶ τοὺς ἐν κύκλῳ βαρβάρους ὑπέταξε. τούτοις πειθεὶς τοῖς γράμμασιν ὁ Κωνςάντιος, [b] ἐπέταξεν εἰς τὸ Σαρδικὸν, Ἰλλυρικὴ δὲ αὕτη πόλις, τῶν Δακῶν

CAPUT IV.

De secundo exilio Beati Athanasii: & de ordinatione atque obitu Gregorii.

His & similibus aliis sermonibus cum levissimum Imperatoris animum expugnassent, persuaserunt ei ut Athanasium Ecclesia expelleret. Verum Athanasius cognitis ante insidiis secessit, & in Occidentis partes se contulit. Namque Eusebiani Julio Episcopo, qui tunc temporis Romanam Ecclesiam administrabat, compositas adversus Athanasium calumnias perscripserant. Is vero Ecclesiasticam legem secutus, & ipsos Romam venire jussit, & Athanasium ad dicendam causam evocavit. Et Athanasius quidem citationi obtemperans, statim iter arripuit. Ii vero qui fabulam composuerant, Romam venire noluerunt, eo quod mendacium facile deprehensum iri cernerent. Ceterum cum oves pastore suo destitutas viderent, lupum illis verius quam pastorem præfecerunt, Gregorium nomine. *Gregorius Ep. CP.* Qui cum per sex annos instar feræ belluæ gregem omni crudelitate vastasset, pœnas tandem improbitatis suæ dedit, ab ipsis ovibus misere discerptus. Athanasius vero ad Constantem profectus: Constantinus enim qui inter fratres natu maximus fuit, in acie perierat: Arianæ factionis insidias coram eo deploravit, & Apostolicam fidem bello appeti conquestus est. Simul patrem suum ei in memoriam revocavit, & magnam Synodum quam ille convocaverat: & quemadmodum ea quæ ab Episcopis conscripta fuerant, ille, utpote eorum particeps, lege lata confirmavisset. Hæc cum lamentis prosecutus, Imperatorem ad patris sui æmulationem excitavit. His enim auditis, statim ille ad fratrem literas dedit, quibus eum hortabatur, ut paternæ pietatis hæreditatem integram atque inviolatam custodiret. Etenim ille cum imperium pietate sua constabilisset, & Romanorum tyrannos devicerat, & omnes in circuitu Barbaros sub ditionem suam redegerat. His literis adductus Constantius, Orientis atque Occidentis Episcopos jussit Serdicam convenire; est autem Serdica urbs Il- *Serdica*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῷ τῆς ἐκκλησίας ἐπόμενον νόμῳ] Obscurum est, quam legem hic intelligat Theodoritus. An legem qua jubetur ut nonnisi utraque parte audita promatur sententia. De qua lege loquitur Athanasius in Apol. 2. adversus Arianos pag. 799. an legem qua licebat Episcopo Romano reum & accusatores Romam evocare. Sed prior expositio magis placet.

2 Οἱ δὲ τὸ δρᾶμα εἰδότες ὡς ἐ] Tres postremæ voces desunt in codice Saviliano & in editione Basiliensi. Quocirca eas expunximus, præsertim cum verbum εἰδότες paulo post occurrat in hac periodo.

3 Ἓξ ἔτη δὲ θηρῶν] Recte hoc loco Theodoritus annos enumerat, quibus Gregorius, pulso Athanasio, Alexandrinam sedem tenuit. Ordinatus enim est Gregorius in Concilio Antiocheno quod in encæniis celebratum est, Marcellino & Probino Coss. anno Christi 341. Mortuus autem est aliquot mensibus post Serdicense Concilium, ut testatur Athanasius in epistola ad Solitarios, id est anno Christi 347. Itaque Theodoritus recte hoc loco emendat errorem Socratis atque Sozomeni, qui Gregorium paulo post ordinationem amotum esse tradunt. Sed quod addit Theodoritus illum ab Alexandrinis discerptum fuisse, vereor ne in hoc falsus sit, & Gregorium cum Georgio confuderit. Nam Gregorium sua morte obiisse testatur Athanasius in Epist. ad Solitarios, iis verbis, *ἅτε μετὰ μῆνας τινὰς τοῦ ἅπαν πελευτήσαντος Γρηγορίου, μεταπέμπεται ὁ βασιλεύς.*

4 Ἣν ἐκεῖνος συνέλεξε] In editione Basiliensi scriptum inveni *συνήλιστε*, quod non displicet.

VARIORUM.

a Καὶ γὰρ τῷ Ῥώμης ἐπισκόπῳ] Οἱ περὶ Εὐσέβιον πρὸς Ἰούλιον ἔγραψαν, καὶ νομίζοντες ἡμᾶς ἐκφοβεῖν, ἠξίωσαν σύνοδον καλέσαι, καὶ αὐτὸν Ἰούλιον, εἰ βούλοιτο, κριτὴν γενέσθαι ἡμῶν τοῖνυν ἀνελθόντων εἰς τὴν Ῥώμην, ἔγραψε εἰκότως Ἰούλιος καὶ ἐπὶ τοὺς περὶ Εὐσέβιον, ἀπεστείλας καὶ δύο πρεσβυτέρους ἑαυτοῦ, Ἐλπίδιον καὶ Φιλόξενον. *Eusebiani ad Julium scripsere; ac sperantes se nobis terrorem incussuros, rogabant ut Synodus cogeretur, & ipse Julius, si vellet, judex foret. Cum igitur Romam advenissemus, Julius, ut consentaneum erat, literas scripsit ad Eusebianos, misitque duos è presbyteris suis, Elpidium & Philoxenum.* Athanas. Apolg. contra Arianos, pag. 104. Edit. Bened.

b Εἰς τὴν Σαρδικὴν, Ἰλλυρικὴ, δὲ αὕτη πόλις] Illyrici nomen posterioribus seculis Imperii Romani ad plures circum-

ἔθνους

Sæc. IV.

lyrici, metropolis provinciæ Daciæ. Nam & alia multa Eccleſiæ mala ſuberant, quæ Synodicam curam ac medelam depoſcerent.

CAPUT V.

De Paulo Epiſcopo Conſtantinopolitano.

Socr. l. II. c. 15, 16, 26. Soz. l. IV. c. 2.

QUIPPE & Paulum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, rectæ fidei acerrimum defenſorem, Ariani tanquam ſeditionis auctorem accuſaverant; aliis quoque criminibus adjectis, quæ adverſus veræ pietatis præcones ſolent confingere. Verum populus eum Serdicam abduci tum quidem paſſus non eſt, cum adverſariorum inſidias metueret. Paulo poſt vero Ariani, cum leviſſimum Imperatoris animum in ſententiam ſuam traxiſſent, Paulum urbe Regia expulerunt, & Cucuſum relegarunt. Id exiguum oppidum eſt, olim quidem provinciæ Cappadociæ; nunc vero Armeniæ ſecundæ attributum. Sed rerum omnium perturbatores nequaquam id ſibi ſufficere exiſtimarunt, quod Paulus in ſolitudine moraretur. Miſſis enim cruentæ voluntatis ſuæ miniſtris, violenta morte eum ſuſtulerunt. Atque id nos docuit Divinus Athanaſius, qui in defenſione quam ſcripſit de fuga ſua, iſta quoque inſeruit. Nam cum Paulum Conſtantinopoleos Epiſcopum perſecuti eſſent, repertum apud Cucuſum in Cappadocia palam ſtrangulari fecerunt, carnificem ad hoc facinus nacti Philippum Præfectum prætorio. Hic enim & ſectæ ipſorum patronus, & miniſter erat improborum conſiliorum. Tales tamque cruentas cædes edidit Ariana blaſphemia. Nam cum ipſorum adverſus Unigenitum rabie ac furore, apte conveniunt facinora adverſus famulos illius perpetrata.

ἔθνους μητρόπολις, ϗ τοὺς τ ἐφ' ἁς ϗ τὰς τ ἑσπέρας συνδραμεῖν ἐπισκόπους. πολλὰ γὰρ ϗ ἕτερα τῆς ἐκκλησίας παθήματα, τῆς συνοδικῆς θεραπείας ἐδεῖτο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ Παύλου τ γενομένου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως.

ΚΑὶ γ Παῦλον Κωνσταντινουπόλεως δὲ ἐπίσκοπος ἦν ὄντος, τ ὀρθῶν φρονημάτων δογμάτων· οἱ τῆς Ἀρειανικῆς μετειληχότες νόσου ἐγράψαντο, ὡς ςάσεως ἀρχηγόν· ϗ ἄλλα τινὰ προσθέντες, ἃ συκοφαντεῖν εἰώθασι τ θρησκείας τοὺς κήρυκας. Ἀλλὰ τοῦτον τὸν τρόπον οὐκ εἴασεν ὁ λεὼς 1
εἰς τὴν Σαρδικὴν ἀπαχθῆναι, τὰς τ σφαντίων ὀρρωδήσας ἐπιβουλάς. μικρὸν δὲ ὕστερον τ κυφοτάτην τ βασιλέως ὑποπτεύσαντες γνώμην, τ μὲ βασιλευούσης ἐξωθράκισαν πόλεως· μετῴκισαν δὲ εἰς Κουκουσόν· πόλις δὲ αὕτη μικρὰ, πάλαι μὲ εἰς τὸ Καππαδοκῶν ἔθνος τελοῦσα, νῦν δέ γε τῇ Ἀρμενίᾳ τῇ δευτέρᾳ συναριθμουμένη. ἀλλ' οὐκ ἀπέχρησε τοῖς πάντα κυκῶσιν ἡ ἐν ἐρημίᾳ τοῦ θαυμασίου Παύλου διατριβή. πέμψαντες γὰρ τῆς μιαιφόνου γνώμης τοὺς ὑπουργοὺς, βιαίῳ θανάτῳ παρέδοσαν. καὶ τοῦτο ἡμᾶς 2 ὁ θεῖος ἐδίδαξεν Ἀθανάσιος, 2
ἐν τῇ περὶ τῆς οἰκείας φυγῆς ἀπολογίᾳ ϗ ταῦτα προσθεικώς. τ γὰρ τῆς Κωνσταντινουπόλεως Παῦλον τ ἐπίσκοπον διώξαντες ϗ θρόντες, προφανῶς ἀποπνιγῆναι πεποιήκασιν ἐν τῇ λεγομένῃ Κουκουσῷ τῆς Καππαδοκίας, δήμιον ἐσχηκότες εἰς τοῦτο Φίλιππον τὸν γενόμενον ἔπαρχον. ἦν γ ϗ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν προστάτης, ϗ τ πονηρῶν βουλευμάτων ὑπηρέτης. τοιαύτας μιαιφονίας ἡ Ἀρείου βλάσφημος βλασφημία. τῇ γὰρ χ̄ῡ γ μονογενοῦς λύσσῃ συμβαίνει τὰ χ̄ῡ τ ἐκείνου θεραπόντων τολμήματα.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀλλὰ τοῦτον τὸν τρόπον οὐκ εἴασεν] Corrigit hoc loco Theodoritus errorem Socratis ac Sozomeni, qui Paulum ante Serdicenſe Concilium una cum Athanaſio ad Conſtantem profugiſſe ſcribunt, & in Serdicenſi demum Synodo reſtitutum eſſe. Contra vero Theodoritus affirmat, Paulum tunc cum Serdicenſis Synodus celebrata eſt, Epiſcopatum Conſtantinopolitanum nullo prohibente obtinuiſſe, nec interfuiſſe Serdicenſi Concilio, ſed à civibus ſuis prohibitum eſſe ne illuc ſe conferret. Certe ex epiſtola Synodica Orientalium apud Serdicam Epiſcoporum, aperte colligitur Paulum non interfuiſſe Serdicenſi Concilio.

VARIORUM.

quaque Provincias quam antea pertinuit, quod *magnum Illyricum* appellat Auſonius Epigram. I. quodque tunc Provincias 19 complectebatur. *Ant. Pagi ad ann.* 475. *n.* 7. *citante W. Lowth.*

a Ὁ θεῖος ἐδίδαξεν Ἀθανάσιος] Idem Athanaſius varias Arianorum in Paulum Cpolitanum perſecutiones ſummatim perſtringit in Hiſtoria Arianorum ad Monachos, pag. 348. his verbis: Τὸ μὲν πρῶτον εἰς τὸν Πόντον ἐξωρίσθη παρὰ Κωνσταντίνου ——— *Primo quidem Paulus à Conſtantino in Pontum relegatus eſt: Secundo autem à Conſtantio ferreis catenis vinctus, Singaris Meſopotamiæ exulavit: illinc poſtea Emeſam tranſlatus: quarto Cucuſum Cappadociæ, ad deſerta Tauri, & iſthic, ut renunciarunt qui cum eo erant, ab ipſis ſtrangulatus obiit. — Etenim Philagrius — Epiſcopo Serapioni renunciavit, Paulum ab illis in anguſto & tenebroſo quodam loco incluſum fuiſſe, ut fame illic interiret: deinde poſt ſex dies, cum eo ingreſſi, illum adhuc ſpirantem inveniſſent, demum irruentes hominem ſtrangulaſſe. Illius autem carnificem fuiſſe aiebant Philippum olim Prefectum.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Περὶ Μακεδονίου καὶ τῆς ἐπ' αὐτῷ συγχύσεως αἱρέσεως.

Ἀλλὰ τοῦτον οὔπω τοῦ θανάτου, μᾶλλον δὲ τῆς τοῦ οὐρανοῦ προπέμψαντες βασιλείας, Μακεδόνιον ἀντὶ τούτου προὐβάλλοντο, ὁμογνώμονα τοῦτον ὑπειληφότες, ἐπειδὴ προπλησίως αὐτοῖς ἐβλασφήμει τὸ παναγιον Πνεῦμα. ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον καὶ τοῦτον ἐξήλασαν, κτίσμα λέγειν οὐκ ἀναχόμενον, ὃν Υἱὸν προσαγορεύει ἡ θεία γραφή. οὗ δὴ χάριν οὗτος ἐκείνων ἀποκεκριθεὶς, ἰδίας αἱρέσεως πρόκτης γεγένηται· ὁμοούσιον μὲν οὐδὲ οὗτος τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν εἶναι λέγων, ὅμοιον δὲ εἶναι κατὰ πάντα τῷ γεγεννηκότι διδάσκων· [a] κτίσμα δὲ τὸ πνεῦμα προφανῶς ὀνομάζων. ταῦτα μὲν οὖν οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον οὕτω γέγονεν ὡς εἰρήκαμεν.

CAPUT VI.

De Macedonio, & de hæresi ab eo conflata.

HUNC in modum Ariani cum Paulum morte affeciſſent, vel potius ad cæleſte regnum tranſmiſiſſent, Macedonium in ejus locum ſubſtituerunt, ſuæ illum ſectæ atque ſententiæ eſſe arbitrati, eo quod de Spiritu ſancto perinde ac ipſi impie loqueretur. Sed non multo poſt eum quoque ejecerunt, cum creaturam dicere abnueret eum quem ſacra ſcriptura Filium appellat. Quam ob cauſam ab illis ſejunctus, propriæ ſectæ auctor ac patronus extitit: quippe qui conſubſtantialem quidem Patri Filium eſſe ipſe quoque negaret: ſimilem vero per omnia genitori ſuo diceret: Spiritum autem ſanctum diſertis verbis creaturam appellaret. Et hæc quidem haud multo poſt ad hunc modum quem diximus contigerunt.

Socr. l. II. c. 16, 45. Soz. l. III. c. 7, 9. l. IV. c. 27.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

Περὶ τῆς ἐν Σαρδικῇ γενομένης συνόδου.

Εἰς δὴ τὴν Σαρδικὴν πεντήκοντα μὲν καὶ ἑξακόσιοι συνῆλθον ἀρχιερεῖς, ὡς διδάσκει τὰ παλαιὰ διηγήματα. ἀφίκετο δὴ καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος, καὶ Ἀσκληπᾶς ὁ Γαζαῖος, ὃν καὶ πρόσθεν ἐμνήσθην, καὶ Μάρκελλος Ἀγκύρας τῆς Γαλατῶν μητροπόλεως, ὃς καὶ ἐπὶ τῆς συνόδου τῆς μεγάλης ἐπίσκοπος ἦν. ἀφίκοντο δὴ καὶ οἱ τούτων κατήγοροι, καὶ οἱ τῆς αἱρετικῆς προστατεύοντες φάλαγγος, οἱ πάλαι τοῦ περὶ Ἀθανάσιον γενόμενοι δικασταί. ἀλλὰ τῆς συνόδου μεμαθηκότες τὸ ἀκλινὲς καὶ τοῦ ἐν τοῖς θείοις προστάγμασιν ὑγιὲς, οὐδὲ κληθέντες εἰσῆλθον εἰς τὸ συνέδριον· ἀλλ' ἀπέδρασαν σὺν τοῖς ἀδίκοις δικασταῖς καὶ οἱ κατήγοροι. καὶ τοῦτο ἄμεινον διδάσκει τῆς συνόδου τὰ γράμματα, ἃ ζαφοῦς ἕνεκα διδασκαλίας ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ.

[1] Πεντήκοντα καὶ ἑξακόσιοι] De numero Epiſcoporum qui Serdicenſi Synodo interfuerunt, vide quæ notavi ad lib. 2. Hiſt. Socratis Scholaſtici.

CAPUT VII.

De Synodo Serdicenſi.

SERDICAM vero ducenti & quinquaginta convenerunt Epiſcopi, ſicut antiqua monumenta teſtantur. Eodem acceſſit magnus Athanaſius, & Aſclepas Gazæus cujus ſupra mentionem feci; & Marcellus Epiſcopus Ancyræ quæ caput eſt Galatiæ; qui magnæ ſynodi Nicænæ temporibus jamtum erat Epiſcopus. Advenerunt etiam horum accuſatores, & Arianæ factionis principes, qui in Athanaſii cauſa jampridem judices fuerant. Verum cum ſynodi conſtantiam & incorruptam divinorum dogmatum ſanitatem comperiſſent, ne vocati quidem ad Concilium venerunt: ſed una cum iniquis judicibus ipſi quoque accuſatores fugam arripuerunt. Quod quidem multo melius docent literæ ipſius Concilii, quas certioris documenti cauſa huic operi intexam.

Socr. l. II. cap. 20 Soz. l. III. c. 11. &c.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Συνοδικὸν ἐπιστολὴ τῶν αὐτόθι συνελθόντων ἐπισκόπων πρὸς τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐπισκόπους γραφέν.

CAPUT VIII.

Epiſtola ſynodica ab Epiſcopis Serdicæ congregatis ad totius orbis Epiſcopos ſcripta.

ΗΑγία σύνοδος ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν ἐν Σαρδικῇ συναχθεῖσα, ἀπό τε Ῥώμης καὶ Σπανίας καὶ Γαλλίας, Ἰταλίας, Καμπανίας, Καλαβρίας,

SANCTA ſynodus Dei gratia Serdicæ congregata ex urbe Roma, Hiſpania, Gallia, Italia, Campania, Calabria, A-

VALESII ANNOTATIONES.

VARIORUM.

[a] Κτίσμα δὲ τὸ Πνεῦμα προφανῶς ὀνομάζων] Impiam hanc Hæreſin anathemate percuſſit Synodus Cpolitana IV. Oecumenica vero II. Theodoſii M. literis congregata anno Chr. 381. quæ Symbolum edidit, in quo Spiritus Sancti Deitas clarius exprimitur quam in Symbolo Nicæno. Cum enim Patres Nicæni ſimpliciter profiterentur ſe credere εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, Conſtantinopolitani contra Macedonium & Semiarianos addiderunt, εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ Κύριον καὶ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ προσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. De hac Synodo Vide *Socr. lib. V. cap.* 8. *Soz. lib. VII. cap.* 7. *Theodorit. lib. V. cap.* 8. Sæpius autem ante damnata fuit hæc hæreſis, ſpeciatim in Synodo Alexandrina ſub Euſebio Vercellenſi & Athanaſio, ἔνθα καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα θεολογήσαντες, τῇ ὁμοουσίῳ Τριάδι συναπελαμβάνοντο, inquit Socrates lib. III. cap. 7. Conſule & Epiſtolam Synodicam Damaſi Romani & Epiſcoporum Gallicanorum apud Theodorit. infra, cap. 22. hujus lib.

Sæc. IV.

frica, Sardinia, Pannonia, Mœsia, Dacia, Dardania, altera Dacia, Macedonia, Theſſalia, Achaia, utraque Epiro, Thracia, Rhodopa: Aſia, Caria, Bithynia, Helleſponto, Phrygia, Piſidia, Cappadocia, Ponto, altera Phrygia, Cilicia, Pamphylia, Lydia, inſulis Cycladibus, Ægypto, Thebaide, Libya, Galatia, Palæſtina, Arabia, omnibus ubique Epiſcopis & comminiſtris Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, dilectis fratribus in Domino ſalutem. Multa quidem frequenter auſi ſunt Ariomanitæ, adverſus ſervos Dei qui rectam fidem cuſtodiunt. Nam cum adulterinam doctrinam ſuppoſuiſſent, Orthodoxos perſequi inſtituerunt. Tantopere denique adverſus fidem inſurrexerunt, ut id latere non potuerit aures Deo cariſſimorum Imperatorum. Itaque opitulante Dei gratia, ipſi quoque Deo cariſſimi Principes, nos ex diverſis provinciis & civitatibus congregarunt, & ſanctam hanc ſynodum in urbe Serdicenſi celebrari permiſerunt: quo tum omnis diſcordia tolleretur, tum omni fidei pravitate expulſa, ſola in Chriſtum pietas apud omnes ubique ſervetur. Venerunt enim Epiſcopi ab Orientis partibus, ipſi quoque à piiſſimis Principibus impulſi, maxime ob ea quæ identidem jactabant de dilectis fratribus & comminiſtris noſtris, Athanaſio ſcilicet Epiſcopo Alexandriæ, Marcello Epiſcopo Ancyræ Galatiæ, & Aſclepa Gazæ. Nam & ad vos forſitan pervenerunt calumniæ: veſtras quoque aures ipſi forſitan commovere tentarunt, ut iis quidem quæ adverſus innocentes ab ipſis dicuntur crederetis; ipſi vero improbæ ſuæ hæreſeos ſuſpicionem vitarent. Sed non diu hæc illis facere liberum fuit. Eſt enim præſes ac defenſor Eccleſiarum Dominus, qui pro illis & pro nobis omnibus mortem ſubiit, & aditum nobis in cœlum per ſe ipſum tribuit. Olim quidem Euſebius & Maris & Theodorus & Theognius, Urſacius &

Ἀφρικῆς, Σαρδανίας, Παννονίας, Μυσίας, Δακίας, Δαρδανίας, ἄλλης Δακίας, Μακεδονίας, Θεσσαλίας, Ἀχαΐας, Ἠπείρων, Θρᾴκης, Ῥοδόπης, Ἀσίας, Καρίας, Βιθυνίας, Ἑλλησπόντου, Φρυγίας, Πισιδίας, Καππαδοκίας, Πόντου, Φρυγίας ἄλλης, Κιλικίας, Παμφυλίας, Λυδίας, νήσων Κυκλάδων, Αἰγύπτου, Θηβαΐδος, Λιβύης, Γαλατίας, Παλαιστίνης, Ἀραβίας, τοῖς πανταχοῦ ἐπισκόποις καὶ συλλειτουργοῖς τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν Κυρίῳ χαίρειν. πολλὰ μὲν καὶ πολλάκις οἱ Ἀρειομανῖται ἐτόλμησαν κατὰ τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ τὴν πίστιν φυλαττόντων τὴν ὀρθήν. νόθον 1 γὰρ ὑποβάλλοντες διδασκαλίαν, τοὺς ὀρθοδόξους ἐλαύνειν ἐπειράθησαν. τοσοῦτον δὲ λοιπὸν κατηπατήσαν τῆς πίστεως, ὡς μηδὲ τὴν ἀκοὴν τῶν θεοφιλεστάτων βασιλέων λαθεῖν. τοιγαροῦν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ συνεργούσης, καὶ αὐτοὶ οἱ θεοφιλέστατοι βασιλεῖς συνήγαγον ἡμᾶς ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων, καὶ τὴν ἁγίαν ταύτην σύνοδον ἐπὶ τῇ Σαρδικησίων 2 πόλει γενέσθαι δεδώκασιν, ἵνα πᾶσα μὲν διχόνοια ἀφαιρεθῇ, πάσης δὲ κακοπιστίας ἐξελαθείσης, ἡ εἰς τὸν Χριστὸν θεοσέβεια μόνη παρὰ πᾶσι φυλάττηται. ἦλθον γὰρ ἐπίσκοποι ἀπὸ τῆς ἑῴας, παρατραπέντες καὶ αὐτοὶ παρὰ τῶν θεοσεβεστάτων βασιλέων, μάλιστα δι' ὅπερ ἐθρύλουν πολλάκις περὶ τῶν ἀγαπητῶν ἀδελφῶν καὶ συλλειτουργῶν ἡμῶν, Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ Μαρκέλλου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ἀγκυρογαλατίας, καὶ Ἀσκληπᾶ τοῦ Γάζης. ἴσως γὰρ καὶ εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς ἔφθασαν αἱ βλασφημίαι, 3 ὡς καὶ τοὺς ὑμετέρους ἀκοὰς ἐπεχείρησαν παρασαλεῦσαι, ἵνα τὰ μὴ δέοντα ἃ λέγουσι πιστεύητε, τῷ δὲ τῆς μοχθηρᾶς αὐτῶν αἱρέσεως ὑπόνοιαν ἐπικρύψωσιν. ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολὺ ταῦτα ποιεῖν συνεχωρήθησαν. ἔστι γὰρ προϊστάμενος τῆς ἐκκλησίας ὁ Κύριος, ὁ ὑπὲρ τούτων καὶ ὑπὲρ πάντων ἡμῶν θάνατον ὑπομείνας, 4 καὶ δι' αὐτὰς τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον πᾶσιν ἡμῖν δεδωκώς. πάλαι μὲν οὖν ἔγραψαν 5 οἱ περὶ Εὐσέβιον 2 καὶ Μάριν καὶ Θεόδωρον καὶ Θεόγνιον, καὶ

4

5

a

Valesii Annotationes.

1 Νόθον γὰρ ὑποβαλλόντες] Apud Athanaſium in Apologetico ſecundo contra Arianos, ubi hæc Synodica Serdicenſis Concilii refertur, ſcriptum eſt νόθον γὰρ ὑποβάλλοντες διδασκαλίαν, &c. In Baſilienſi quoque editione legitur ὑποβάλλοντες.

2 Σάρδεων πόλιν] Secuti ſumus hoc loco ſcripturam editionis Baſilienſis, quæ pro Σάρδεων, habet Σαρδικησίων. In Athanaſio Σάρδων legitur. Græci enim hanc urbem confundere ſolent, modo cum Sardinia inſula, modo cum Sardibus Aſiæ. Infra tamen Baſilienſis editio habet εἰς τὴν Σαρδέων πόλιν, &c. accentu mutato.

3 Ὡς καὶ τοὺς ὑμετέρας ἀκοὰς] Apud Athanaſium hic locus ita legitur καὶ ἴσως καὶ τοὺς ὑμετέρους, &c. Quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Epiphanius vero Scholaſticus hunc locum ſic legit, ὡς καὶ τὰς ὑμετέρας ἀκοὰς, &c. Sic enim vertit, *forſan etiam ad vos ipſos detractiones hujuſmodi pervenerunt, quomodo etiam noſtras aures ventilare conati ſunt.* Sed & codex Leonis Allatii ſcriptum habet ὡς καὶ τὰς ὑμετέρας. Mihi quidem hæc ſcriptura valde placet. Vetus tamen interpres apud Hilarium in fragmentis libri de Synodis, particulam ὡς expungit, retenta in reliquis vulgata lectione.

4 Καὶ δι' αὐτὰς τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον] Apud Athanaſium in ſecundo Apologetico ſcribitur καὶ δι' ἑαυτοῦ τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον πᾶσιν ἡμῖν δεδωκώς. Id eſt, *qui aditum nobis omnibus in cœlum adſcenſione ſua reſeravit.* Noſtri tamen codices nihil mutant: Et Hilarius atque Epiphanius Scholaſticus vulgatam lectionem tuentur. Sic enim vertit Hilarius, *Eſt enim gubernator Eccleſiarum Dominus, qui pro Eccleſiis & pro omnibus nobis mortem ſuſtinuit, & propter eas Eccleſias, adſcenſum in cœlos omnibus nobis tribuit.* Epiphanius vero ita interpretatus eſt. *Et per eas adſcenſum ad cœlos nobis omnibus condonavit.*

5 Οἱ περὶ Εὐσέβιον καὶ Μάριν καὶ Θεόδωρον] Apud Athanaſium in ſecundo Apologetico contra Arianos hic locus longe aliter legitur. Unius enim Euſebii fit mentio, qui literas contra Athanaſium miſit ad Julium Epiſcopum urbis Romæ. Reliquorum autem Epiſcoporum nomina non

Variorum.

a Καὶ Μάριν &c.] Hos Arianos Præſules conſulto ab Athanaſio omiſſos fuiſſe putamus, qui alias nonnunquam nomina Provinciarum prætermittit, quod parvi ad rem quæ agitur ſint momenti. Menophantus vero & Stephanus apud Theodoritum irrepſiſſe videntur, Amanuenſis imperitia, qui hos Epiſcopos quod infra nominentur, huc quoque putavit inſerendos. *Clariſſ. Monachi Benedictini not. in Athanaſ. Vol. I. pag.* 162.

Οὐρσάκιον

Οὐρσάκιον καὶ Οὐάλεντα, καὶ Μηνόφαντον, καὶ Στέφανον, Ἰουλίῳ τῷ συλλειτουργῷ ἡμῶν, τῷ Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ καὶ τῶν ἀφεθεισῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν, λέγομεν δὲ Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, καὶ Μαρκέλλου τοῦ ἐπισκόπου Ἀγκυρογαλατίας, καὶ Ἀσκληπᾶ τοῦ Γάζης. Ἔγραψαν δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἄλλων μερῶν ἐπίσκοποι, μαρτυροῦντες μὲν ἐπὶ τῇ καθαρότητι τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἀθανασίου· τὰ δὲ παρὰ τοῦ περὶ Εὐσέβιον γενόμενα, οὐδὲν ἕτερον ἢ ψεῦδη καὶ συκοφαντίας εἶναι μεγάλας· εἰ καὶ τὰ μάλιστα ὀφείλοντας αὐτοὺς τούτοις παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἰουλίου μὴ ἀπαντῆσαι, καὶ ἐκ τῶν γραφέντων παρὰ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκόπου Ἰουλίου, φανερὰ τούτων ἡ συκοφαντία πέφηνεν· ἦλθον γὰρ ἄν, εἴπερ ἐθάρρουν οἷς ἔπραξαν καὶ οἷς πεποιήκασι τοῦ συλλειτουργῶν ἡμῶν. ὅμως καὶ ἐξ ὧν πεποιήκασιν ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, φανερωτέραν τοῦ ἑαυτῶν συσκευὴν ἀπέδειξαν. ἀπαντήσαντες γὰρ εἰς τὴν Σαρδέων πόλιν, ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν Ἀθανάσιον καὶ Μάρκελλον καὶ Ἀσκληπᾶν καὶ τοὺς ἄλλους, ἐφοβήθησαν εἰς κρίσιν ἐλθεῖν. καὶ οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δεύτερον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις κληθέντες, οὐχ ὑπήκουσαν ταῖς κλήσεσι· καίτοι πάντων τοῦ συνελθόντων ἐπισκόπων, μάλιστα τοῦ θεοφιλεστάτου Ὁσίου, τοῦ καὶ διὰ τὸν χρόνον καὶ διὰ τὴν ὁμολογίαν, καὶ διὰ τὸ τοσοῦτον κάμαλον ὑπομεμενηκέναι, πάσης τιμῆς τε καὶ αἰδοῦς τυγχάνοντος ἀξίου, ἀναμενόντων καὶ προσδεπομένων αὐτοὺς εἰσελθεῖν εἰς τὴν κρίσιν, ἵνα ἅπερ ἔπραττον τοῦ συλλειτουργοῦ ἐθρύλλησαν καὶ ἔγραψαν κατ' αὐτοῦ, ταῦτα παρόντων ἐλέγξαι δυνηθῶσιν. ἀλλ' οὐκ ἦλθον κληθέντες, καθὼς προείπομεν· δεικνύντες καὶ ἐκ τούτων τὴν συκοφαντίαν αὐτῶν, καὶ μονονουχὶ τὴν ἐπιβουλὴν καὶ τὴν συσκευὴν ἣν πεποιήκασι, βοῶντες διὰ τῆς παραιτήσεως. οἱ γὰρ θαρροῦντες οἷς λέγουσι, τούτοις καὶ εἰς πρόσωπον συνῆναι δύνανται. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἀπήντησαν, νομίζομεν λοιπὸν μηδένα ἀγνοεῖν, κἂν ἐκεῖνοι πάλιν κακουργεῖν ἐθελήσωσιν, ὅτι μηδὲν ἔχοντες κατὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν ἐλέγξαι, τούτοις μὲν διαβάλλουσιν ὄντας, παρόντας δὲ διαφεύγουσιν. ἔφυγον γὰρ ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, οὐ μόνον κατὰ τοῦ [a] συκοφαντίαν, ἀλλὰ ὅτι καὶ

Valens, Menophantus & Stephanus, literas scripserunt ad Julium collegam nostrum Ecclesiæ Romanæ Episcopum, adversus supradictos collegas nostros, Athanasium scilicet Episcopum Alexandriæ, Marcellum Episcopum Ancyræ Galatiæ, & Asclepam Gazæ. Scripserunt vero aliarum quoque regionum Episcopi, Athanasii quidem collegæ nostri innocentiam testimonio suo confirmantes: ea vero quæ ab Eusebio gesta essent, calumniarum ac mendacii plena esse asseverantes. Et quamvis ex eo quod à dilectissimo Julio collega nostro vocati non adfuerunt, & ex iis quæ ab eodem Episcopo Julio scripta sunt, manifeste patuit ipsorum calumnia: veniissent enim proculdubio, si quam in iis quæ scripserant & quæ gesserant adversus collegas nostros, fiduciam habuissent: ex iis tamen quæ in hoc sancto & magno Concilio gessere, fraudem suam multo manifestius detexerunt. Nam cum in urbem Serdicam adveniissent, conspicati fratres nostros Athanasium, Marcellum, Asclepam & reliquos, in judicium venire sunt veriti. Et vocati non semel atque iterum, sed sæpius, citationibus minime obtemperarunt; quamvis universi qui convenerant Episcopi, ac præcipue felicis senectæ Hosius, qui tum ob ætatis prærogativam, tum ob confessionem fidei, tum ob tot ac tantos exantlatos labores, omni honore ac reverentia dignus est, ipsos expectarent, hortarenturque ut ad judicium venirent, ut ea quæ adversus absentes collegas nostros scripserant & divulgaverant, ipsis præsentibus possent convincere. Verum vocati, uti jam dixi, non adfuerunt: calumniam suam his quoque factis prodentes, & insidias ac fraudes quibus usi fuerant, hac tergiversatione tantum non proclamantes. Nam qui dictis suis confidunt, ii coram adversariis suis stare in judicio non verentur. Cum igitur vocati non adfuerint, nemini deinceps obscurum esse arbitramur, eos etiamsi denuo fraudulenter agere velint, tamen cum nihil habeant quod adversus comministros nostros probare possint, obtrectare quidem absentibus, præsentes autem devitare. Fugerunt enim, fratres dilectissimi, non solum propter calumniam quam adversus istos confinxerant, verum

SÆC. IV.

VALESII ANNOTATIONES.

habentur. Quam lectionem confirmat Hilarius in fragmentis: ubi Menophanti & Stephani Episcoporum nomina omittuntur, optime meo quidem judicio. Etenim hæc epistola quam Eusebius Nicomedienſis ad Julium scripsit, missa est aliquot annis ante Antiochense Concilium quod in encæniis celebratum est, ut ostendimus in lib. 1. Observationum Ecclesiasticarum. Atqui eo tempore Stephanus nondum Antiochensem Episcopatum regebat; sed Flaccillus qui Antiochensi Synodo interfuit, ut docet epistola Julii Papæ ad Episcopos qui Antiochiæ congregati fuerant. Male ergo Theodoritus, sive quis alius Menophanti ac Stephani nomina hic apposuit. Plures quidem fuisse fateor qui una cum Eusebio literas scripserunt ad Julium Papam adversus Athanasium. Id enim manifeste testatur Julius ipse in epistola ad Orientales, quam refert Athanasius pag. 745. Verum ex eorum numero non fuisse Stephanum, pro certo habeo.

1 Ἔγραψαν δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἄλλων μερῶν] Intelligunt patres Serdicenses epistolam Synodicam Episcoporum Ægypti, scriptam ad Julium & ad omnes Episcopos Ecclesiæ Catholicæ, quam primo loco refert Athanasius in secundo Apologetico contra Arianos; & cujus mentionem facit Julius in epistola ad Orientales apud Athanasium pag. 745.

2 Εἰ καὶ τὰ μάλιστα] Apud Athanasium scribitur καὶ εἰ καὶ τὰ μάλιστα, &c. Mallem tamen scribere εἰ καὶ δὴ τὰ μάλιστα, &c. ut legit Camerarius.

3 Τούτοις καὶ εἰς πρόσωπον συνῆναι] Hilarius vertit, *Qui enim habent fiduciam probare ea quæ absentes dicunt, hoc præsentes parati sunt convincere.* Atque ita fere reliqui Interpretes, uno excepto Camerario, qui vocem τούτοις non in neutro accepit, sed de reis ipsis intellexit. Sic enim vertit, *Qui enim se quæ dixere de aliis, probaturos esse confidunt, ne in faciem quidem illos accusare metuunt.*

VARIORUM.

a Κατὰ τοῦτον] Legendum κατὰ τούτων, quemadmodum monuerunt Patres Benedictini.

SÆC. IV.

Arianorum in orthodoxos sævitia.

etiam eo quod adveniſſe cernerent qui ipſis diverſa crimina objiciebant. Ferrum enim & vincula proferebantur. Aderant homines ab exilio reverſi; & ab iis qui in exilio adhuc detinebantur, miſſi quidam comminiſtri noſtri. Aderant cognati atque amici eorum qui per ipſos fuerant interempti. Et quod graviſſimum eſt, aderant Epiſcopi, quorum unus ferrum & catenas proferebat, quas ipſorum opera geſtarat. Alii vero mortem per calumnias ipſorum illatam teſtabantur. Etenim eo uſque furoris progreſſi ſunt, ut etiam Epiſcopum interficere tentaverint. Adeoque illum interfeciſſent, niſi ex ipſorum manibus effugiſſet. Obiit certe collega noſter beatæ memoriæ Theodulus, cum eorum calumniam fugeret. Per illorum enim calumniam juſſus fuerat occidi. Alii gladiorum plagas oſtendebant: alii fame ſe ab illis vexatos querebantur. Atque hæc teſtabantur, non homines è vulgo, ſed integræ Eccleſiæ. Quarum nomine qui occurrerant & qui legatione fungebantur, milites cum gladiis, turbas populi cum fuſtibus, Judicum minas, falſarum literarum ſuppoſitiones, certiſſimis documentis probabant. Recitatæ ſunt enim literæ Theognii ejuſque conſortium, adverſus collegas noſtros Athanaſium, Marcellum & Aſclepam ſcriptæ, ut Imperatorum animos in illos concitarent. Et hoc ita eſſe demonſtrarunt ii qui tunc diaconi fuerant Theognii. His addebant virginum denudationes, Eccleſiarum incendia, comminiſtros noſtros in cuſtodiam datos: atque hæc omnia nullam aliam ob cauſam, quam ob infauſtam hæreſim Ariomanitarum. Nam qui communionem eorum recuſabant, iſta perpeti cogebantur. Hæc illi cum cernerent, in extremas anguſtias redacti erant. Nam cum facinorum ſuorum ipſos puderet, tamen quia hæc amplius occultari non poterant, ad urbem Serdicam adventarunt, ut adventu ſuo opinionem omnibus afferrent ſe nihil deliquiſſe. At cum eos vidiſſent quibus calumnias ſtruxerant, & quos variis calamitatibus oppreſſerant; cum accuſatores & probationes criminum præ oculis haberent, ad Concilium vocati venire

Theodulus.

τοὺς ἐπὶ ἀμφόροις ἐγκλήμασιν ἐγκαλουμένους αὐτοῖς ἐθεώρουν ἀπαλλήσαντας. διεμὰ γὰρ ἦν ἡ [a] σίδηρα περιφερόμενα. ἡ ἀπ' ἐξορίας ἐπανελθόντες ἄνθρωποι, ἡ πρὸς τῶν ἐκεῖ κατεχομένων οἱ ἐξορίαις ἐλθόντες, ἦσαν συλλειτουργοί. συγγενεῖς τε ἡ φίλοι τῶν δι' αὐτοὺς ἀποθανόντων παρεγένοντο. ἡ τὸ μέγιστον, ἐπίσκοποι παρῆσαν, [b] ὧν ὁ μὲν τὰ σίδηρα ἡ τὰς κατήνας περιέφερεν, ἃς δι' αὐτοὺς ἐφόρεσεν· οἱ δὲ τῶν ἐκ τῆς ἀμφολῆς αὐτῶν θάνατον ἐμαρτύραντο. εἰς τοσοῦτον γὰρ ἔφθασαν ἀπονοίας, ὡς καὶ ἐπίσκοπον ἐπιχειρεῖν ἀνελεῖν. καὶ ἀνεῖλον ἄν, εἰ μὴ ἐξέφυγε τὰς χεῖρας αὐτῶν. [c] ἀνέστη γοῦν ὁ συλλειτουργὸς ἡμῶν ὁ μακαρίτης Θεόδουλος, φεύγων αὐτῶν τὴν ἀμφολίν. κεκέλευστο γὰρ ὑπ' ἀμφολῆς αὐτῶν ἀποθανεῖν. ἄλλοι μὲν ξιφῶν πληγὰς ἐπεδείκνυντο· ἄλλοι δὲ λιμὸν ὑπομεμενηκέναι παρ' αὐτῶν ἀπωδύροντο. ἡ ταῦτα οὐχ οἱ τυχόντες ἐμαρτύρουν ἄνθρωποι, ἀλλ' ἐκκλησίαι ὅλαι ἦσαν, ὑπὲρ ὧν οἱ πρεσβεύοντες ἐδίδασκον, γραπτὰς ξιφήρεις, ὄχλους μετὰ ῥοπάλων, δικαστῶν ἀπειλὰς, πλαστῶν γραμμάτων ὑποβολάς. ἀνεγνώσθη γοῦν γράμματα [d] τοῦ περὶ Θεόγνιον τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν, Ἀθανασίῳ καὶ Μαρκέλλῳ ἡ Ἀσκληπᾷ, ἵνα ἡ βασιλέας κατ' αὐτῶν κινήσωσι. καὶ ταῦτα ἤλεγξαν οἱ γενόμενοι τότε ἀμφότεροι Θεογνίου· πρὸς τούτοις παρθένων γυμνώσεις, ἐμπρησμοὺς ἐκκλησιῶν, φυλακὰς τῶν συλλειτουργῶν· καὶ ταῦτα πάντα δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἀμφὶ τῷ δυσώνυμον αἵρεσιν τῶν Ἀρειομανιτῶν. οἱ γὰρ μεταπυθόμενοι τῷ περὶ τούτοις κοινωνίαν, ἀνάγκην εἶχον πειραθῆναι τούτων. ταῦτα τοίνυν συνορῶντες, εἰς γνῶσιν εἶχον τὰ τῆς προαιρέσεως. [2] αἰσχυνόμενοι γὰρ ἃ δεδράκασι, ἀμφὶ τὸ μὴ δύνασθαι ἔτι ταῦτα κρύπτειν, ἀπήντησαν εἰς τὴν Σαρδέων πόλιν, ἵνα ἀμφὶ τῆς ἀφίξεως ὑπόνοιαν ὡς μὴ πλημμελήσαντες δόξωσιν ἀποφέρειν. ἰδόντες οὖν τοὺς παρ' αὐτῶν συκοφαντηθέντας, καὶ τοὺς παρ' αὐτῶν παθόντας, τούς τε κατηγόρους, ἡ τὰς ἐλέγχους πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, εἰσελθεῖν εἰς ἠδύ-

a

b

c

d

2

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀνέστη γοῦν συλλειτουργὸς] Peſſime hunc locum verterunt Interpretes, Epiphanius ſcilicet, Camerarius & Chriſtophorſonus: qui putarunt Theodulum Epiſcopum comparuiſſe in Serdicenſi Concilio. Atqui Theodulus hoc loco diſerte μακαρίτης appellatur, id eſt, beatæ memoriæ. Quod nonniſi de mortuis dici ſolet, ut cuncti ſciunt. Recte igitur Hilarius hunc locum ita vertit. *Deceſſit enim Coepiſcopus noſter beatiſſimus Theodulus, fugiens ipſorum infeſtationem.* De hoc Theodulo Trajanopolis in Thracia Epiſcopo vide Athanaſium in epiſtola ad Solitarios pag. 821. & in Apologetico quem de fuga ſua conſcripſit. Ex quibus tamen locis colligi videtur, Theodulum hunc adhuc ſuperſtitem fuiſſe poſt Concilium Serdicenſe. Quod ſi ita eſt, tum loco ἀνέστη vertendum erit, receſſit, vel ſedem ſuam reliquit. Porro in vulgatis editionibus Athanaſii hoc verbum deſideratur.

2 Αἰσχυνόμενοι γὰρ] Apud Athanaſium hic locus ita legitur, ἠχύνοντο μὲν γὰρ ὁμολογεῖν ἃ δεδράκασι. ἀμφὶ δὲ τὸ μὴ δύνασθαι λοιπὸν, &c. Vulgatam tamen ſcripturam tuetur Hilarius & Epiphanius Scholaſticus. Quanquam Hilarius verbum ὁμολογεῖν quod apud Athanaſium legitur, in ſua quoque verſione agnoſcit. Sic enim habet. *Hæc igitur conſiderantes, in anguſto ſe teneri pervidebant: erubeſcentes quidem confiteri ea quæ commiſerant, eo quod de cætero non poſſent ea diutius occultare.*

VARIORUM.

a Σίδηρα περιφερόμενα] Melius legeretur περιφερόμενα, uti mox legitur σίδηρα καὶ κατήνας περιέφερεν. *W. Lowth.* Totus hic locus apud Athanaſium ſic legitur & diſtinguitur. σίδηρα περιφερόμενα, ἀπ' ἐξορισίας ἐπανελθόντες ἄνθρωποι, καὶ παρὰ τῶν ἔτι κατεχομένων εἰς ἐξορισίαν, ἐλθόντες ἦσαν συλλειτουργοὶ συγγενεῖς. longe meliùs quam apud Theodoritum noſtrum, Clariſſ. Editorum judicio.

b Ὧν ὁ μὲν τὰ σίδηρα] Hunc (*inquiunt Patres Benedictini*) conjectamus eſſe Lucium Hadrianopolitanum, ὃν πολλάκις παρ' αὐτῶν καὶ ἀλύσεις φορίσαντα, *qui Arianis autoribus ſæpenumero catenis onuſtus fuit,* ut ſcribit Athanaſius in Apologia de fuga.

c Ἀνέστη γοῦν ὁ συλλειτουργὸς] Apud Athanaſium ἀπέθανεν hic legunt eruditiſſ. Editores, Monachi Benedictini. Quod ſi (*inquiunt*) lectio Theodoriti genuina eſſet, vertendum foret *extorris factus eſt comminiſter.* Hallucinantur autem qui ex aliis Athanaſii locis comprobari putant Theodulum poſt Sardicenſem Synodum obiiſſe. *Vide eoſdem Cl. Monachos notis ad Athanaſ. Vol. I. pag.* 354.

d Τῶν περὶ Θεόγνιον] Addit Athanaſius πλαστομένων. Sic & Hilarius, *lecta ſunt literæ factæ à Theognio falſæ.* Idem Hilarius, adverſus Athanaſium & Marcellum confictas dicit, omiſſo Aſclepa. *Mon. Bened.*

ναντο

καὶτο κληθέντες· καίτοι τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν Ἀθανασίου καὶ Μαρκέλλου καὶ Ἀσκληπᾶ, πολλῇ τῇ παῤῥησίᾳ χρωμένων, καὶ ἀποδυρομένων, καὶ ὀπτειμένων καὶ προσκαλουμένων αὐτοὺς, καὶ ἐπαγγελλομένων μὴ μόνον ἐλέγξειν τὴν ξυκοφαντίαν, ἀλλὰ καὶ δείκνυσθαι ὅσα κατ' αὐτῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν ἐπλημμέλησαν. οἱ δὲ τοσούτῳ φόβῳ συνειδότος κατεχέθησαν, ὡς φυγεῖν αὐτοὺς, καὶ διὰ τῆς φυγῆς τὴν ξυκοφαντίαν αὐτῶν ἐλέγξαι, καὶ ἅπερ ἐπλημμέλησαν διὰ τῶν ἁμαρτημάτων ὁμολογῆσαι. εἰ καὶ τὰ μάλιστα τοίνυν οὐ μόνον ἐκ τῶν προτέρων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τούτων, ἡ κακοτροπία καὶ ἡ ξυκοφαντία αὐτῶν δείκνυται, ὅμως ἵνα μηδὲ ἐκ τῆς φυγῆς πρόφασίν τινα ἑτέρας κακουργίας ποιήσασθαι δυνηθῶσιν, ἐσκεψάμεθα κατὰ τὸ τῆς ἀληθείας λόγον τὰ παρ' ἐκείνων ἁμαρτηθέντα ἐξελάσαι. καὶ τοῦτο προθέμενοι, εὑρήκαμεν αὐτοὺς ἐκ τῶν πραχθέντων ξυκοφάντας, καὶ μηδὲν ἕτερον ἢ ἐπιβουλὴν κατὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν πεποιηκότας. ὃν γὰρ ἔλεγον παρὰ Ἀθανασίου πεφονεῦσθαι Ἀρσένιον, οὗτος ζῇ, καὶ σὺν τοῖς ζῶσιν ἐξελάζεται. ἀπὸ δὲ τούτου, καὶ τὰ περὶ τῶν ἄλλων ἐρρωμένα παρ' αὐτῶν φαίνεται πλάσματα. ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ πολλοῦ ἐθρύλλουν ὡς κλασθέντος παρὰ Μακαρίου τοῦ πρεσβυτέρου Ἀθανασίου, ἐμαρτύρησαν μὲ αὐτοῖς οἱ παραγενόμενοι ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Μαρεώτου καὶ τῶν ἄλλων τόπων, ὅπ μηδὲν τούτων πέπραχται. καὶ οἱ ἐπίσκοποι ἔγραψαν οἱ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου πρὸς Ἰούλιον τὸν συλλειτουργὸν ἡμῶν, ἱκανῶς διεβεβαιοῦντο μηδὲ ὑπόνοιαν ὅλως τοιαύτην γεγενῆσθαι. ² ἄλλως τε λέγουσιν ὑπομνήματα ἔχειν καθ' αὐτῶν, ἃ κατὰ μονομέρειαν συνέβη γεγενῆσθαι. καὶ ὅμως καὶ σὺν τοῖς ὑπομνήμασι τούτοις ἐθνικοὶ καὶ κατηχούμενοι ἠρωτῶντο. ἐξ ὧν εἷς καθηχούμενος ἐρωτώμενος, ἔφασκεν ἔνδον εἶναι ὅτε Μακάριος ἐπέστη τῷ τόπῳ. καὶ ἕτερος ἐρωτώμενος ἔλεγε, τὸν θρυλλούμενον παρ' αὐτῶν Ἰχύραν, νοσοῦντα κατακεῖσθαι σὺν κελλίῳ. ὡς ἀπὸ τούτου φαίνεται, μηδ' ὅλως γεγενῆσθαί τι τῶν μυστηρίων, διὰ τὸ τοὺς κατηχουμένους ἔνδον εἶναι, καὶ τὸν Ἰχύραν μὴ παρεῖναι, ἀλλὰ νοσοῦντα κατακεῖσθαι. καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ παμπόνηρος Ἰχύρας, ψευσάμενος ἐπὶ τῷ εἰρηκέναι κεκαυκέναι τὸν ³ Ἀθανάσιον πινὰ τῶν θείων βιβλίων ³ καὶ διαψεύσασθαι, ὡμολόγησε κατ' ἐκεῖνο καιροῦ νοσεῖν ὅτε Μακάριος παρῆν, καὶ κατακεῖσθαι· ὡς καὶ ἐκ τούτου ξυκοφάντην αὐτὸν δείκνυσθαι. ἀμέλει τῆς ξυκοφαντίας αὐτῆς μισθὸν τῷ Ἰχύρᾳ δεδώκασιν ἐπισκόπου ὄνομα, τῷ μηδὲ πρεσβυτέρῳ τυγχάνοντι. ἀπαντήσαντες γὰρ δύο πρεσβύτεροι, οἱ σὺν Μελιτίῳ ποτὲ γενόμενοι, ὕστερον δὲ μετὰ τοῦ Μακαρίου Ἀλεξάνδρου τοῦ γενομένου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας προσδεχθέντες, οἱ καὶ

noluerunt: quamvis collegæ noſtri Athanaſius, Marcellus & Aſclepas, magna cum fiducia quererentur & inſtarent, eoſque provocarent, ſponderentque ſe non ſolum refutaturos eorum calumniam, verumetiam oſtenſuros quot & quantis malis ipſorum Eccleſias affeciſſent. Illi vero tanto conſcientiæ ſuæ terrore perculſi ſunt, ut fugam arripuerint, & calumniam ſuam fugiendo prodiderint, & ea quæ admiſerant ſcelera, fuga ſua confeſſi ſint. Porro etſi malitia eorum & calumnia non ſolum ex præteritis, verum etiam ex his perſpicue oſtenditur; tamen ne ex fuga ſua alterius fraudis anſam arripere poſſint, tragica eorum facinora juxta veritatis regulam examinare decrevimus. Quod cum nobis propoſitum eſſet, ex factis ſuis calumniatores illos eſſe deprehendimus, nihilque aliud quam inſidias adverſus collegas noſtros, ipſos eſſe machinatos. Nam Arſenius, quem illi ab Athanaſio occiſum eſſe dicunt, ſupereſt adduc & inter homines degit. Ex hoc vero, reliqua omnia quæ de aliis vulgarunt, perinde falſa eſſe apparet. Sed quoniam de poculo à Macario Athanaſii presbytero confracto, rumores ubique diſſeminarunt: ii qui ab urbe Alexandria & ex Mareote aliiſque locis huc venerunt, teſtati ſunt nihil hujuſmodi factum fuiſſe. Epiſcopi quoque Ægypti, ſcriptis literis ad Julium collegam noſtrum, conſtanter aſſeverarunt, ne ſuſpicionem quidem ullam ejus rei exſtitiſſe. Porro monumenta actorum quæ adverſus illum habere ſe dicunt, altera tantum parte præſente confecta eſſe conſtat. Et tamen in iis actis Pagani & catechumeni interrogantur. Unuſque ex illis catechumenis interrogatus reſpondit, ſe intus fuiſſe tunc cum Macarius eo advenit. Alius vero interrogatus dixit, Iſchyram illum tantopere ab ipſis decantatum, tunc ægrum in cella decubuiſſe. Ex quo apparet, nihil ſolemnium myſteriorum eo tempore fuiſſe celebratum, cum catechumeni intus eſſent, & Iſchyras non adeſſet, ſed æger decumberet. Nam & ipſe ſceleratiſſimus Iſchyras, qui mentitus erat dicendo, Athanaſium ſacros quoſdam libros combuſſiſſe, ejuſque rei convictum eſſe, confeſſus eſt ægrotaſſe ſe & in lecto jacuiſſe tunc cum Macarius adfuit: adeo ut ex hoc quoque appareat, illum revera calumniatorem eſſe. Et tamen huic ipſi Iſchyræ, calumniæ iſtius mercedem dederunt nomen Epiſcopi, qui tamen ne presbyter quidem erat. Duo enim presbyteri, qui olim quidem cum Melitio fuerant, poſtea vero à beato Alexandro Epiſcopo Alexandriæ ſuſcepti ſunt, & nunc cum

Sæc. IV.

Arſenius.

De poculo confracto.

Iſchyras.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ ἀποδυρομένων] Poſt hæc verba duæ voces deerant in vulgatis editionibus, quas ſupplevi ex MSS. codicibus Savilii & Allatii, & ex Athanaſio in Apologetico 2. contra Arianos.

2 Ἄλλως τε λέγουσιν] Hic locus aliter legitur apud Athanaſium, hoc modo, ἄλλως τε δὲ λέγουσιν ὑπομνήματα ἔχειν κατ' αὐτῶν, κατὰ μονομέρειαν συνέσησε γεγενῆσθαι. Quomodo edidit Jacobus Sirmundus. Nec dubium eſt quin hæc ſcriptura vulgatæ lectioni anteponenda ſit. Certe Hilarius legit *συνίσησε*, ut ex verſione ejus apparet.

ἔπεμψεν αὐτῷ τὰ αὐτά. Λιβέριος εἶπεν· ἀπόδος
αὐτὰ τῷ βασιλεῖ. χρείαν γὰρ αὐτοῦ ἔχει εἰς τὴν
τῶν στρατιωτῶν ἐξοδίασιν. ἐὰν δὲ μὴ χρείαν ἔχῃ ὁ βασι-
λεύς, δότω αὐτὰ τῷ Αὐξεντίῳ καὶ Ἐπικλήτῳ· χρείαν
γὰρ ἔχουσιν τούτων. ὡς δὲ παρ' αὐτοῦ οὐκ ἔλαβεν,
Εὐσέβιος ὁ Εὐνοῦχος προσφέρει αὐτῷ ἕτερος. Λι-
βέριος δὲ εἶπεν αὐτῷ· τὰς ἐκκλησίας τῆς οἰκουμένης
ἠρήμωσας, καὶ ὡς καταδίκῳ ἐλεημοσύνην μοι προσ-
4 φέρεις. ἄπελθε, πρῶτον [4]γενοῦ Χριστιανός. καὶ μετὰ
τρεῖς ἡμέρας μηδὲν δεξάμενος, ἐξορίσθη.

orbis terrarum provideant, ne virum qui nihil deliquit, notatum esse comprobetur. Imperator dixit. Unum est quod quæritur. Te namque, ubi Ecclesiarum communionem fueris amplexus, Romam remittere volo. Assentire igitur paci, & subscribe, atque ita Romam revertere. Liberius dixit. Fratribus qui Romæ sunt jam vale dixi. Potiores enim sunt Ecclesiasticæ leges quam domicilium Romæ. Imperator dixit. Ergo trium dierum spatium habes ad deliberandum, utrum subscribens Romam redire velis, aut ad cogitandum quem in locum cupias deportari. Liberius dixit. Trium dierum aut mensium intervallum, non mutat sententiam. Itaque mitte me quo voles. Biduo post Imperator cum Liberium acciviſſet, atque is de sententia non decederet, eum Bercœam Thraciæ relegari præcepit. Cumque egressus esset Liberius, Imperator quingentos ei solidos misit ad sumptus faciendos. Liberius vero dixit ei qui attulerat: Abi. Redde hoc Imperatori. Opus enim his habet, ut præbeat militibus suis. Similiter Augusta totidem ei solidos misit. Liberius dixit: Redde hos Imperatori. Hisce enim opus habet ad stipendium militum. Quod si Imperator his opus non habet, det eos Auxentio & Epicteto. His enim opus habent. Cum igitur ab his noluisset accipere, Eusebius Eunuchus alios ei attulit. Cui Liberius dixit: Ecclesias orbis terrarum vacuas ac desertas fecisti: & mihi tanquam noxio eleemosynam adfers. Abi, & prius Christianus fias. Et post triduum relegatus est, cum nihil accepisset. *Soz. l. IV. c. 11.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ τῆς ἐξορίας καὶ ἐπανόδου τοῦ ἁγίου Λιβερίου.

CAPUT XVII.

De exilio & reditu beati Liberii.

Ὁ μὲν δὴ νικηφόρος τῆς ἀληθείας ἀγωνιστὴς, τῷ
Θρᾴκην ὡς προστάχθη κατέλαβε. δύο δὲ
διελήλυθότων ἐτῶν, ὁ μὲν Κωνστάντιος εἰς τὴν Ῥώ-
μην ἀφίκετο. αἱ δὲ [5]τῶν τέλει καὶ ἀξιωματικῶν ὁ-
μόζυγοι, τοὺς ἄνδρας ἐλιπάρουν ἱκετεῦσαι τὸν Κων-
στάντιον, ἀποδοῦναι τὴν νομέα τῇ ποίμνῃ. φάσκουσαι
εἰ μὴ πείσοιεν, αὐτοὺς μὲν καταλείψειν, πρὸς ἣν τὸ
μέγαν ἐκεῖνον ἀγαθεσμεῖσθαι ποιμένα. οἱ δὲ ἔφα-
σαν δεδιέναι τὸν βασιλέως θυμόν. ἄνδρας γὰρ
ὄντας, οὐδὲ μιᾶς ἴσως ἀξιώσει συγγνώμης. ὑμῖν δὲ

GLORIOSUS igitur veritatis athleta in Thraciam, uti præceptum fuerat, perrexit. Elapso autem biennio Constantius Romam profectus est. Senatorum vero & honoratorum conjuges à viris suis petierunt, ut Principem adirent, rogarentque ut pastorem gregi suo redderet: addentes nisi hoc ab ipsis impetrarent, discessuras se ab illis, & ad magnum illum pastorem migraturas. At illi, iram Principis reformidare se dixerunt. Nobis enim, aiebant, utpote viris, nullam fortasse veniam in- *Socr. l. II. c. 37. Soz. l. IV. cap. 15.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Χαραχθῆναι δοκιμασθῇ] In codice Leonis Allatii scribitur παραχθῆναι. Quod magis placet.

2 Ἡ ἐννοῆσαι] Melius in codice Leonis Allatii scribitur ἐννόησαι, qui est Aoristus secundus Imperativi. In eodem codice legitur καὶ εἰ βούλει ὑπογράψας φέρε.

3 Πενταχοσίους ὁλοκοτίνους] In editione Basilienſi legitur ὁλοκοτίνους. In codice Leonis Allatii πενταχόσια ὁλοκότινα. quod nomen Græcumne sit, an barbarum, plane ignoro. Neque enim alibi legere memini. Assentior tamen Epiphanio qui solidos vertit. ὅλος enim quod præcedit in hujus nominis compositione, solidum significat. Jacobus Sirmundus pro ὁλοκοτίνους edidit χρυσίνους, quod nescio undenam hauserit. [Postea tamen inspecto altero ex codicibus Regiis deprehendi in eo ita scriptum esse. Proinde Sirmundus, hujus libri autoritate nixus χρυσίνους hoc loco emendavit.] Vocem ὁλοκότινα reperi tandem apud Theophanem in gestis Leonis Isauri, pag. 345. διετάξαμεν τοῖς οἰκητῶσι· καὶ ἀπαιτοῦσιν εἰς κανόνα κατὰ ὁλοκοτίνιν τὸ μιλιαρήσιον. Anastasius vertit, *Per singulos aureos nummum argenteum unum.*

4 Γενοῦ Χριστιανὸς] Eusebius præpositus cubiculi erat Arianus, ut cuncti sciunt. Catholici vero Arianos non habebant pro Christianis, ut docet Athanasius in Epistola ad Solitarios pag. 829. & 831. & 836. idem docet Hieronymus in dialogo adversus Luciferianos in principio dialogi.

5 Τῶν ἐν τέλει καὶ ἀξιώμασιν] Melius in codice Allatii ac Savilii & in editione Basilienſi legitur ἀξιωματικῶν. Sunt autem ἀξιωματικοὶ honorati, ut notavi ad lib. 14. Ammiani Marcellini. [In codice Regio J. Pini legitur ἀξιωμάτων.]

ἀντιδό-

SÆC. IV.

dulgebit. Vobis autem rogantibus proculdubio parcet: duorumque alterum eveniet, ut aut precibus vestris annuat; aut si abnuerit, saltem illæsas dimittat. Hoc consilium amplexæ præstantissimæ feminæ, cum solemni cultu atque ornatu Imperatorem adierunt, ut cum ex veste eas nobiles esse conjecisset, cum reverentia ac lenitate ipsas exciperet. Sic igitur ornatæ cum ad Imperatorem venissent, suppliciter ab eo petierunt, ut tantæ urbis pastore suo orbatæ & luporum insidiis expositæ misereretur. Ille vero matronis respondit, urbem alio pastore non egere: habere enim antistitem idoneum qui ipsius curam gerat. Quippe post magnum Liberium ordinatus fuerat quidam ex ejus diaconis, Felix nomine. Qui formulam fidei à Nicænis patribus expositæ, integram quidem atque inviolatam servabat: cum iis tamen qui eam labefactabant, libere communicabat. Atque ob hanc causam nemo ex civibus Romanis in Ecclesiam ingressus est, dum ille intus esset. Idque tum mulieres illæ Imperatori suggesserunt. Flexus itaque Imperator, egregium illum omnique laude dignissimum ab exilio redire jussit: Ambos vero in commune Ecclesiam administrare. Hæc Imperatoris epistola cum in Circo recitata esset, populus exclamavit, æquam esse Imperatoris sententiam. Spectatores enim divisos esse in factiones duas, ex coloribus suis cognominatas. Alterum igitur Episcopum huic factioni, alterum illi præesse oportere. Hac ratione cum Imperatoris epistolam explosissent, omnes una voce acclamarunt: Unus Deus, unus Christus, unus Episcopus. Ipsa enim eorum verba hic apponere, æquum existimavi. Post has Christianissimæ plebis acclamationes pietate ac justitia plenas, reversus est admirandus ille Liberius. Felix vero recedens, ad aliam urbem se contulit. Hæc cum iis quæ Mediolani Episcopis contigerunt, copulanda esse duxi, ut narrationis aptum ac decorum ordinem servarem. Nunc ad ipsum rerum gestarum ordinem revertamur.

Felix Liberio subrogatus.

Unus in urbe Episcopus.

ἀντιβολούσαις, φειδοῦς δήπουθεν μεταδώσει· ἢ δυοῖν θάτερον, ἢ τῶν ἱκετηρίαν δέξεται, ἢ μὴ πειθόμενος, ἀπαθεῖς ἀποπέμψει. ταύτην δεξάμεναι τὴν εἰσήγησιν αἱ ἀξιέπαινοι γυναῖκες, μετὰ τῆς συνήθους πολυτελείας προσῆλθον τῷ βασιλεῖ· ὅπως δὲ φανεῖς ἐκ τῆς ἐσθῆτος ὑποληψόμενος, αἰδοῦς αὐτὰς καὶ φειδοῦς ἀξιώσῃ. οὕτω δὲ προσελθούσας, ἱκέτευον οἰκτεῖραι πόλιν τοσαύτην ποιμένος ἐστερημένην, καὶ ταῖς τῶν λύκων ἐπιβουλαῖς θύλακτον γενομένην. ὁ δὲ ἔφη, μὴ δεῖσθαι νομέως ἑτέρου τὴν πόλιν. ποιμένα δὲ ἔχειν προσῆκον δυνάμενον· καὶ γὰρ ἐχειροτόνητο μετὰ τὸν μέγαν Λιβέριον, τῶν διακόνων τις τῶν ἐκείνου· Φήλιξ τὸ ὄνομα τούτῳ. ὃς τοῖς μὲν ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ Νικαίας πίστιν ἄσυλον διεφύλαττε· τοῖς δέ γε διαφθείρουσι ταύτην, ἀδεῶς ἐκοινώνει. οὐδεὶς μέντοι τῶν οἰκούντων τὴν Ῥώμην εἰς θυκτήριον εἰσελήλυθεν οἶκον, ἔνδον ὄντος ἐκείνου. τοῦτο δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ἔφασαν ἐκεῖναι τῷ βασιλεῖ. οὗ δὴ χάριν ὑπαμφθεὶς, προσέταξε μὲν ἅπαντα ἄριστον ἐκεῖνον ἐπανελθεῖν· κοινῇ δὲ ἀμφοτέρους τὴν ἐκκλησίαν ἰθύνειν. τούτων δὲ τῷ ἱππο-δρόμῳ τῶν γραμμάτων ἀναγνωσθέντων, ἐξεβόησε τὸ πλῆθος, δικαίαν εἶναι λέγον τοῦ βασιλέως τὴν ψῆφον· δικῇ γὰρ διηρεῖσθαι τοὺς θεατὰς, ἀπὸ τῶν χροιῶν τὰς ἐπωνυμίας ἐχόντας· καὶ χρῆναι, τὸν μὲν τούτων, τὸν δὲ ἐκείνων ἡγεῖσθαι. οὕτω κομισθέντες τοῦ βασιλέως τὰ γράμματα, κοινὴν ἀφῆκαν φωνήν· εἷς Θεὸς, εἷς Χριστὸς, [a] εἷς ἐπίσκοπος. αὐτὰς γὰρ θεῖναι τὰς φωνὰς ὑπέλαβον δίκαιον. μετὰ ταύτας τοῦ Φιλοχείρου δήμου τὰς εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ κοσμουμένας βοὰς, ἐπῄνεσε μὲν Λιβέριος ὁ θεοπέσιος· ὁ δὲ Φήλιξ ὑποχωρήσας, ἑτέραν ᾤκησε πόλιν. ταῦτα τοῖς ἐν Μεδιολάνῳ τοῖς ἐπισκόποις συμβεβηκόσι σιωπῶμεν, τὴν τοῦ διηγήματος ἁρμονίαν φυλάττειν. ἐπὶ δὲ τὸν τῶν γενομένων πάλιν ἐπάνειμι τάξιν.

VARIORUM ANNOTATIONES.

a Εἷς ἐπίσκοπος] Lex erat semper & ubique recepta, *Unum esse debere in Urbe Episcopum.* Hinc Confessores, qui Novatiani partibus relictis, ad Ecclesiam Catholicam & Cornelium legitimum Episcopum reversi sunt, aperte hanc legem agnoscunt: *Nec enim,* inquiunt, *ignoramus unum Deum esse, unum Christum esse Dominum, quem confessi sumus, unum Spiritum sanctum, unum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere.* Cornelii ad Cyprianum Epistola, quæ est inter Cypianicas 49. Edit. Oxon. Confer Euseb. Hist. lib. VI. c. 43. Certe Cyprianus semper unitatem à Petro petit, *unitatem* autem intelligit *Sacerdotalem,* hoc est, Episcopalem, unius scilicet Episcopi in una Ecclesia præsidentiam. Unde Pacianus, diligens Cypriani lector, unum hunc Episcopatum *Sacerdotium singulare* vocavit, & Novatiano tanquam principale crimen objecit, *quod sedente jam Romæ Episcopo, adversus fas Sacerdotii singularis, alter Episcopi sibi nomen assumserit.* Vid. Pearson. de annis prior. Rom. Episc. cap. 3. pag. 160. Neque ullum dari potest exemplum duorum Episcoporum eandem Ecclesiam simul regentium, nisi ubi Episcopus, senio aut morbo prorsus debilitatus, coadjutorem sibi Episcopum sponte adlegerit. De Felice autem Diacono in Liberii sedem subrogato, Socrates scribit, quod illico reduce Liberio, à plebe Romana civitate pulsus fuit: Sozomenus vero eum paulo post morte sublatum fuisse tradit. Et quidem uterque verax esse potest. Sed quid de eo factum est, parum refert ut anxie quæramus. Superstite enim Liberio, nec in legitima Synodo depositio, Felix revera Episcopus Romæ censeri non potuit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περὶ τῆς ἐν Ἀριμίνῳ γενομένης συνόδου.

Τῶν γὰρ τῆς πίστεως προμάχων ἐξελαθέντων, νομίσαντες οἱ τοῦ βασιλέως γνώμῃ μεταπεθέντες εἰς ἃ ἐβούλοντο, ῥᾳδίως μάλα καταλύσειν τὴν ἀντίπαλον αὐτοῖς πίστιν, καὶ τὴν Ἀρείῳ βεβαιώσειν διδασκαλίαν, ἔπεισαν τὸν Κωνστάντιον [a] εἰς τὴν Ἀρίμινον τοὺς τῆς ἑῴας καὶ τοὺς τῆς ἑσπέρας συναγαγεῖν ἐπισκόπους, καὶ προτάξαι τὴν οὐσίαν καὶ τὸ ὁμοούσιον προελεῖν ἐκ τῆς πίστεως, τὰ κατὰ τῆς Ἀρείου κακοτεχνίας ἐξευρεθέντα πρὸ τῶν πατέρων μηχανήματα. ταῦτα γὰρ ἔλεγον τῶν ἐκκλησιῶν πεποιηκέναι διαίρεσιν. ἐπειδὴ δὲ συνῆλθον, φενακίσαι μὲν ἐπειράθησαν οἱ τῆς Ἀρείου λώβης μετειληχότες τῶν συναθροισθέντων τὸ πλῆθος, ἀ διαφερόντως τοὺς ἑσπερίους, ἁπλοῖς ἤθεσι κεχρημένους. ἔφασκον γὰρ μὴ χρῆναι δυοῖν ἕνεκα λέξεων, καὶ τούτων ἀγράφων, διασπαθῆναι τῆς ἐκκλησίας τὸ σῶμα· ἀλλ' εἰπεῖν μὲν ὅμοιον τῷ γεγεννηκότι τὸν Υἱὸν κατὰ πάντα· τὸ δὲ τῆς οὐσίας παραλιπεῖν ὡς ἄγραφον ὄνομα. ἀλλὰ γὰρ τῆς ἐξαπάτης αἰσθόμενοι, τοὺς μὲν ταῦτα λέγοντας ἀπεκήρυξαν· αὐτοὶ γὰρ τῷ βασιλεῖ τὴν οἰκείαν γνώμην διὰ γραμμάτων ἐδήλωσαν. παῖδες γὰρ ἔφασκον εἶναι καὶ κληρονόμοι τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων πατέρων. εἰ δέ τι τῶν παρ' ἐκείνων γραφέντων ἀφελεῖν ἢ προσθεῖναί τι τοῖς ἄριστα κειμένοις τολμήσαιμεν, νόθους ἑαυτοὺς ἀποφανοῦμεν, κατήγοροι τῶν γεγεννηκότων γενόμενοι. ζαφέστερον δὲ αὐτῶν τὴν ἀκριβῆ κανόνα τῆς πίστεως τὰ παρ' αὐτῶν γραφέντα πρὸς Κωνστάντιον ἐπιδείξει.

CAPUT XVIII.

De Concilio Ariminensi.

EXPULSIS fidei propugnatoribus, ii qui Imperatoris animum pro arbitrio suo impellebant, cum sibi persuasissent, se adversantem ipsis fidem nullo deinceps negotio subversuros, & Arii doctrinam firmaturos esse, suggesserunt Constantio, ut Orientis atque Occidentis Episcopos Arimini congregaret; juberetque ut substantiæ & consubstantialis vocabula, quæ velut machinæ quædam ad evertendas Arii fraudes à patribus excogitatæ fuerant, ex fidei formula tollerentur. Aiebant enim hæc nomina discidium Ecclesiarum peperisse. Cum igitur convenissent Episcopi; hi qui Ariana labe infecti erant, reliquam Episcoporum multitudinem decipere conati sunt, ac præcipue Occidentales, utpote qui simpliciore ingenio præditi essent. Dicebant enim, ob duas voces quæ in sacris voluminibus non extarent, corpus Ecclesiæ distrahi non debere: sed similem quidem per omnia Filium dicendum esse: substantiæ vero vocabulum reticendum, quippe quod in scripturis minime inveniretur. Verum Episcopi cum fraudem intellexissent, eos quidem qui ista dixerant, à communione removerunt: ipsi vero sententiam suam Imperatori per litteras significarunt. Se namque filios esse aiebant & successores Patrum qui Nicæam olim convenissent. Quod si quid ex iis quæ ab illis scripta sunt auferre, aut iis quæ optime constituta sunt aliquid addere voluerimus, spurios nos esse demonstrabimus, accusatores facti parentum nostrorum. Verum accuratam illorum fidei regulam apertius indicabit epistola ipsa quam ad Constantium scripserunt.

Socr. l. II. c. 37. Soz. l. IV. c. 17, 18, 19.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Ἐπιστολὴ συνοδικὴ παρὰ τῶν αὐτόθι συνελθόντων ἐπισκόπων πρὸς τὸν βασιλέα γραφεῖσα Κωνστάντιον.

1 Ἐκ τε τοῦ Θεοῦ κελεύσεως, καὶ τοῦ σοῦ εὐσεβείας προστάγματος, τὰ πάλαι δοξασθέντα γενέσθαι πιστεύομεν. εἰς γὰρ Ἀρίμινον ἐκ πασῶν τῶν πρὸς δύσιν πόλεων εἰς τὸ αὐτὸ πάντες οἱ ἐπίσκοποι συνήλθομεν, ἵνα καὶ ἡ πίστις τῆς καθολικῆς ἐκκλησί-

CAPUT XIX.

Epistola Synodica ab Episcopis Arimini congregatis ad Imp. Constantium scripta.

JUBENTE Deo & præcepto pietatis vestræ credimus esse dispositum, ut ad Ariminensium locum ex diversis provinciis, Occidentalium Episcopi veniremus: ut & fides clarescceret omnibus Ecclesiæ Catholi-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐκ τε τοῦ] Extat hæc Epistola Synodica apud Socratem in lib. 2. historiæ cap. 37. ubi vide si placet quæ notavi.

VARIORUM.

a Εἰς τὴν Ἀρίμινον] Huc convenerunt *ex omni orbe Romano* (ut Valentiniani jun. lex nos docet) præcipue ex occidente Episcopi plusquam 400. anno 359. Et primo quidem fidem Nicænam Decreto suo confirmarunt, Ariana Dogmata diserte damnarunt, Ursacium, Valentem, & alios quosdam deposuerunt. Ad postremum vero Ursacii & Valentis dolis circumventi, partim custodiæ suæ in urbe tanquam carcere pertæsi, partim Tauri Præfecti precibus, fraudibus, minis, & conquisitis undique vexationibus victi, in generalem quandam fidei formulam, ab Arianis conscriptam, omisso penitus *substantiæ* vocabulo, volentes nolentes consenserunt. Vide Athanas. de Synodis Arimini & Seleuciæ. Hilar. in Fragmentis, col. 459. Sulp. Sever. lib. II. pag. 156. &c. *Guil. Cave Hist. Eccles. Vol. II. pag.* 118. Vide & Cl. Benedictin. in Vit. Athanas. anno 359. S. Hieronymus adversus Luciferianos de hoc Concilio hæc habet: *Sonabant verba pietatem, & inter tanta illa præconia* (seu, ut vetus editio juxta quosdam codd. MSS. habet, *mella præconii*) *nemo venenum insertum putabat. De Usiæ vero nomine abjiciendo verisimilis ratio præbebatur. Quia in Scripturis, aiebant, non invenitur, & multos simpliciores novitate sua scandalizat. Placuit auferri. Non erat cura Episcopis de vocabulo, quum sensus esset in tuto. Denique ipso in tempore, quum fraudem fuisse in expositione rumor populi ventilaret, Valens Mursensis Episcopus, qui eam conscripserat præsente Tauro Prætorii Præfecto, qui ex jussu regis Synodo aderat, professus est se Arianum non esse, & penitus ab eorum blasphemiis abhorrere.*

SÆC. IV.

cæ, & hæretici noscerentur. Dum enim omnes qui recte sapimus contractaremus, placuit quidem ut fidem ab antiquitate perseverantem, quam per prophetas, Evangelia & Apostolos, per ipsum Deum & Dominum nostrum Jesum Christum, salvatorem Imperii tui, & largitorem salutis tuæ accepimus, & quam semper obtinuimus, teneamus. Nefas enim duximus, recte & juste sancitorum aliquid mutilare, & eorum qui in Nicæno tractatu consederant. Qui tractatus manifestatus est & insinuatus mentibus populorum, & contra hæresim Arianam tunc oppositus invenitur, ut non solum ipsa, sed etiam reliquæ hæreses inde sint expugnatæ. A quo si aliquid demptum fuerit, venenis hæreticorum aditus panditur. Ideo Ursacius & Valens in suspicionem ejusdem hæreseos Arianæ venerunt aliquando, & suspensi erant à communione. Et rogaverunt veniam, sicut eorum continent scripta. Quam meruerunt tunc temporis à Concilio Mediolanensi, adsistentibus etiam legatis Romanæ Ecclesiæ. Constantino præsente in hoc, cum magno examine fuisset conscriptum, quod tenens baptizatus ad quietem Dei commigravit, nefas putamus inde aliquid mutilare, & tot sanctos & confessores & successores Martyrum, ipsius tractatus conscriptores, in aliquo removere, cum & ipsi præteritorum Catholicæ Ecclesiæ scriptorum cuncta servaverint. Mansitque usque in hæc tempora, quibus pietas tua à Deo Patre per Deum & Dominum nostrum Jesum Christum potestatem regendi orbis accepit. Verum miseri homines & infelici sensu præditi, iterum ausu temerario se præcones impiæ doctrinæ renunciarunt: & nunc etiam conantur convellere quod fuerat positum ratione. Etenim cum pietatis tuæ litteræ jusserint tractari de fide, offerebatur nobis à supradictis turbatoribus Ecclesiarum, adsociato Germinio, Auxentio, & Caio, novum nescio quid considerandum, quod multa perversæ doctrinæ continebat. At vero cum videretur displicere quod offerebant publice in concilio, putaverunt aliter esse conscribendum. Et quidem hæc brevi tempore sæpe mutasse manifestum est. Sed ne Ecclesiæ frequentius perturbentur,

Ursacius & Valens.

Germinius, Auxentius, Caius.

ας γνωριθῇ, ϗ οἱ ταναντία φρονοῦντες ἔκδηλοι γένωνται. ὡς γὰρ ἐπὶ πλεῖστον διασκοποῦντες θεώρησαμεν, ἄριστον ἐφάνη τὴν πίστιν τὴν ἔκπαλαι διαμένουσαν, ἣν ϗ οἱ προφῆται, ϗ τὰ θεῖα εὐαγγέλια ϗ οἱ ἀπόστολοι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐκήρυξαν, τοῦ ϗ τὴν σῆς βασιλείας φρουρὸν ϗ τὴν σῆς ῥώσεως προσάτην, ἵνα ταύτην καθέχοντες φυλάξωμεν, ϗ φυλάττοντες μέχρι τέλους διαληρήσωμεν. Ἄτοπον γὰρ ἐφάνη ϗ ἀθέμιτον, τὴν ὀρθὴν ϗ δικαίως ὡρισμένων τι μεταλλάξαι, ϗ τὴν ἐν Νικαίᾳ κοινὴν μετὰ τοῦ ἐνδοξοτάτου Κωνσταντίνου τοῦ σοῦ πατρὸς ϗ βασιλέως ἐσκεμμένων. ὧν ἡ διδασκαλία ϗ τὸ φρόνημα δῆλόν τε ϗ ἐκηρύχθη εἰς πάσας ἀνθρώπων ἀκοάς τε ϗ διανοίας· ἥπερ ἀντίπαλος μόνη ϗ ὀλεθρία τῆς Ἀρείου αἱρέσεως ὑπῆρξε· δι' ἧς ϗ μόνον αὐτὴ, ἀλλὰ ϗ αἱ λοιπαὶ αἱρέσεις καθῃρέθησαν· ἐν ᾗ ὅλως ϗ τὸ προσθεῖναί τι χαλεπὸν ϗ σφαλερὸν, ϗ τὸ ἀφελέσθαι ἐπικίνδυνον ὑπάρχει· ὡς εἴπερ θάτερον γένοιτο, ἔσαι τοῖς ἐχθροῖς ἄδεια τοῦ ποιεῖν ἃ θέλουσι. ὅθεν Οὐρσάκιός τε ϗ Οὐάλης, ἐπειδὴ μέτοχοί τε ϗ σύμφωνοι τοῦ Ἀρειανικοῦ δόγματος ἦσαν καθεζῶντες, τῆς μετέσης κοινωνίας χωρισθέντες ἀπεφάνθησαν. ἧς ἵνα μεταχωσιν, ἐφ' οἷς ἑαυτοῖς συνεγνώκεσαν πλημμελήσαντες, μετανοίας τε ϗ συγγνώμης ἀξίων τυχεῖν. ϗ τὰ ἀντίγραφα τὰ ὑπ' ἐκείνων γεγενημένα μαρτυρεῖ, δι' ὧν ἀπάντων φόβῳ γεγένηται, ϗ τὴν ἐκκλημάτων συγγνώμην. ἦν ᾗ ὁ καιρὸς καθ' ὃν ταῦτα ἐπράττετο, ὅτε ἐν Μεδιολάνῳ τὸ συνέδριον τῆς συνόδου συνεκροτεῖτο, συμπαρόντων δὴ ϗ τῶν πρεσβυτέρων τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας. ἐγνωκότες δὲ ἅμα ϗ τὴν μετὰ τὴν τελευτὴν ἄξιον μνήμης Κωνσταντῖνον μετὰ πάσης ἀκριβείας ϗ ἐξετάσεως τὴν συγγραφεῖσαν πίστιν ἐκτεθεικότα. ἐπειδὴ δὲ ὡς ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο βασιλεὺς, ϗ πρὸς τὴν ὀφειλομένην εἰρήνην ἀνεχώρησεν, ἄτοπον ἐνομίσαμεν εἶναι μεθ' ἑκεῖνον τι καινοτομεῖν, ϗ τοσούτους ἁγίους ὁμολογητὰς ϗ μάρτυρας, τούς ϗ τῷδε τῷ δόγματος συγγραφεῖς τε ϗ ἐφευρετὰς παριδεῖν, οἵ τινες κατὰ τὸ παλαιὸν τῆς ἐκκλησίας ἔθος, ἅπαντα φρονοῦντες διαμεμενήκασιν. ὧν ὁ Θεὸς τὴν πίστιν ϗ εἰς τοὺς σοὺς χρόνους τῆς βασιλείας μετέδωκε, ϗ διὰ τοῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ σοὶ ϗ τὸ βασιλεύειν ὅπως ὑπῆρξεν, ὡς ϗ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης κρατεῖν. πάλιν γὰρ οἱ ἐλεεινοὶ ϗ οἰκτροὶ τῶν φρονήματι, ἀθεμίτῳ τολμήματι τῆς δυσεβοῦς φρονήσεως κήρυκας ἑαυτοὺς ἀνήγγειλαν, ϗ ὅπερ κατορθοῦσιν ἀναζέπειν πᾶν ἀληθείας σύλλαμα. ὡς γὰρ κατὰ τὸ σὸν πρόσταγμα συνέδριον τῆς συνόδου συνεκροτεῖτο, κἀκεῖνοι τῆς ἰδίας ἀπάτης ἐγύμνων τὴν σκέψιν. ἐπειρῶντο γὰρ παυργίᾳ τινὶ ϗ ταραχῇ προσφέροντες τὰ καινοτομεῖν, τῆς τοιαύτης ἑταιρίας συναλισκομένους θεώντες Γερμάνιόν τινα ϗ Αὐξέντιον ϗ Γαΐον, τοὺς τὴν αἵρεσιν ϗ δικοστασίαν ἐμποιοῦντας. ὧν ἡ [a] διδασκαλία διαμένουσα, πᾶν πλῆθος βλασφημιῶν ὑπερβέβηκεν· ὡς ᾗ συνεῖδον ἂν ἡ αὐτῆς προαιρέσεως ὄντας, ὅτε ὁμολογωμονοῦντας ἐφ' οἷς κακῶς ἐφρόνουν, εἰς τὸ συμβούλιον ἡμῶν μεθῆκαν ἑαυτούς, ὡς δοκεῖν τι γράφειν. ἦν ᾗ ὁ καιρὸς βραχὺς, ὁ ϗ τὰς γνώμας αὐτῶν ἐξελέγχων. ἵν' ἓν μὴ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας περιπίπτῃ, ϗ ταραχὴ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἄτοπον ἐνομίσαμεν] Verbum ἐνομίσαμεν deest in codice [Regio &] Leonis Allatii & in editione Basiliensi: Nec habetur apud Athanasium & Socratem, ut illic notavi.

VARIORUM.

a Διαδιδασκαλία διαμένουσα] Sozomenus scribit διδασκαλία μὴ μόνον. Athanasius διδασκαλία μία μόνη ἔσται.

καὶ

ὁ θόρυβος καλινδέμενος ἅπαντα συγχέῃ, βέβαιον ἐφάνη τὰ πάλαι [a]ὡρισμένα ἔννομα ὁ ἀμελαχίνητα διαφυλάττειν, τοὺς δὲ προφημένους τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἀποκεχωρίσθαι. δι' ἣν αἰτίαν τοὺς ἀναδιδάξοντας πρέσβεις πρὸς τὴν σὴν ὁσιότητα ἀπεστάλκαμεν, τὴν γνώμην δὲ συνεδείκνυμεν διὰ τῆς ὑποτολῆς μηνύσοντας. τοῖς δὲ πρέσβεσι πρό γε πάντων τοῦτο παρεκελευσάμεθα, τὸ μὲν ἀλήθειαν πιστώσασθαι ἐκ τῶν πάλαι ἀρχαίων καὶ δικαίων ὁρμωμένους. οἱ καὶ τὴν σὴν ὁσιότητα ἀναδιδάξουσιν, ὅτι οὐχ ὥσπερ ἔφησαν Οὐρσάκιός τε καὶ Οὐάλης, ἔσται εἰρήνη, εἴπερ τι τῶν δικαίων ἀνατραπείη. πῶς γὰρ εἰρήνην οἷόν τε ἄγειν τοὺς τὴν εἰρήνην καταλύοντας; μᾶλλον γὰρ ἔρις καὶ ταραχὴ ἐκ τούτων σὺν ταῖς λοιπαῖς πόλεσι καὶ τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ γενήσεται. διὸ δὴ ἱκετεύομεν τὴν σὴν ὑπείκειαν, ἵνα προσηνέσιν ἀκοαῖς καὶ γαληνῷ βλέμματι τοὺς ἡμετέρους πρέσβεις ἀθρήσας, μήτε πρὸς ὕβριν τῶν τετελευτηκότων καινόν τι μεταλλάττειν ἐπιβέψας· ἀλλ' ἐάσας ἐμμένειν ἡμᾶς τοῖς παρὰ τῶν προγόνων ὁρισθεῖσί τε καὶ νενομοθετημένοις, οὓς ἅπαντα μετ' ἀγχινοίας τε καὶ Φρονήσεως καὶ Πνεύματος ἁγίου πεποιηκέναι φήσαιμεν ἄν. τὰ γὰρ νῦν παρ' ἐκείνων καινοτομούμενα, τοῖς μὲν πιστεύουσιν ἀπιστίαν ἐμποιεῖ, τοῖς δὲ ἀπιστοῦσιν ὠμότητα. ἱκετεύομεν δὲ ἵνα κελεύσῃς τοὺς ἐν ἀλλοδαπαῖς διατρίβοντας, οὓς καὶ τὸ τῆς ἡλικίας ἔπίπονον καὶ τὸ τῆς πενίας ἐνδεὲς τρύχει, τοῖς εἰς τὰ οἰκεῖα ἀναχωρῆσαι ῥᾳδίαν ποιήσασθαι, ἵνα μὴ ἔρημοι τῶν ἐπισκόπων ἀφῃρημένων αἱ ἐκκλησίαι διαμένωσιν. ἔτι δὲ καὶ πρὸς ἅπασι τοῦτο δεόμεθα, ἵνα μηδὲν μήτε ἐλλείπῃ τι τῶν προϋπαρχόντων, μήτε πλεονάζῃ· ἀλλὰ πάντα ἄῤῥηκτα διαμένῃ ἐκ τῆς σῆς παντὸς εὐσεβείας, καὶ εἰς τὸν νῦν καὶ εἰς τὸν ἔξης χρόνον διαφυλαττόμενα· μήτε λοιπὸν ἡμᾶς μοχθεῖν, καὶ τῶν ἰδίων παροικιῶν ἀλλοτρίως ἐπιβέψας γενέσθαι· ἀλλ' ἵνα οἱ ἐπίσκοποι σὺν τῷ ἰδίῳ λαῷ μετ' εἰρήνης εὐχαῖς τε καὶ λατρείαις σχολὴν ἄγοιεν, ἱκετεύοντες ὑπὲρ τῆς σῆς βασιλείας τε καὶ σωτηρίας καὶ εἰρήνης· ἣν ἡ θεότης εἰς τὸ διηνεκές σοι χαρίσεται. οἱ δὲ ἡμέτεροι πρέσβεις τὰς ὑποσταφὰς καὶ τὰς τῶν ἐπισκόπων προσηγορίας κομίζουσιν, οἵ τινες καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν θείων γραφῶν τὴν σὴν ὁσιότητα ἀναδιδάξουσιν. Τούτων γεγραφότων, καὶ τῶν πρέσβεων ἀποταλέντων, οἱ βασιλεῖ παραδυναστεύοντες καὶ τὴν αἱρέσεως προταλεύοντες, τὴν μὲν ἐπιστολὴν λαβόντες ἀπέδοσαν τῷ βασιλεῖ· τοὺς δὲ πρέσβεις οὐκ εἰσήγαγον, περὶ τὰς κοινὰς εἰλεῖσθαι φρονίδας τὴν κρατοῦσαν φήσαντες· ταῦτα δὲ ἔδρων, ἡγούμενοι τοὺς ἐπισκόπους δυσχεραίνοντας τὸν χρόνου τὸ μῆκος, καὶ τὰς ἐγκεχειρισμένας πόλεις ποθοῦντας καταλαβεῖν, ἀναστήσεσθαι διορύξαι καὶ καταλῦσαι τὴν τοῦ αἱρέσεως ἐξευρεθέντα περίβολον. ἀλλ' οὐδὲν ὤνησε τὸ μηχάνημα. πάλιν γὰρ οἱ γενναῖοι τῆς πίστεως πρόμαχοι ἑτέραν ὑποτολὴν ἐξέπεμψαν τῷ βασιλεῖ, καὶ τοὺς πρέσβεις δεχθῆναι καὶ σφᾶς ἀπολυθῆναι παρακαλοῦντες. ὑποτίθημι δὲ καὶ ταύτῃ τῇ συγγραφῇ.

placuit instituta vetera rata atque inviolabilia servari: supradictos vero à communione nostra removeri. Ad instruendam igitur tuam clementiam Legatos nostros direximus, Concilii sententiam per literas nostras nunciaturos. Quibus hoc ipsum solum mandavimus, ut non aliter legationem perferrent, quam statuta vetera permanere firmissima; ut sapientia tua cognosceret, non hoc quod promiserant supradicti Valens & Ursacius, Germinius & Caius, si sublatum fuisset quidpiam, pacem posse compleri. Quo enim modo pax servari possit ab iis qui pacem subvertunt? Magis enim turbatio cunctis regionibus, & præcipue Romanæ Ecclesiæ immissa est. Ob quam rem tuam rogamus clementiam, ut placidis auribus & serenò vultu universos Legatos nostros & aspicias & audias: neve permittat clementia tua, jura vetera convelli, sed manere ea quæ à majoribus nostris accepimus; quos & fuisse prudentes, & sine Spiritu sancto Dei non egisse confidimus. Quia ista novitate non solum fideles populi perturbati sunt, verum etiam infideles ad credulitatem vetantur accedere. Oramus etiam ut præcipias tot Episcopos qui Arimino detinentur, inter quos plurimi sunt, qui ætatate & paupertate defecti sunt, ad suam provinciam remeare, ne destituti suis Episcopis laborent populi Ecclesiarum. Hoc etiam frequentius postulamus, ut nihil innovetur, nihil minuatur; sed maneant incorrupta quæ patris sanctæ pietatis tuæ temporibus, & tuis religiosis sæculis permanserunt. Nec jam nos fatigari, aut convelli à sedibus nostris, tua sancta prudentia permittat: sed quieti cum populis suis Episcopi, vacent semper postulationibus, quas habent pro salute tua & pro regno tuo, & pro pace quam tibi Divinitas pro meritis tuis profundam ac perpetuam largiatur. Legati autem nostri, & subscriptiones, & nomina Episcoporum vel Legatorum perferent; sicut iidem alia scriptura instruent tuam sanctam religiosamque prudentiam. His literis scriptis, & Legatis ad Imperatorem missis, palatii proceres qui hæresi patrocinabantur, ipsam quidem epistolam Imperatori tradiderunt: sed Legatos minime introduxerunt, Principem publicis negotiis districtum esse asseverantes. Hæc autem idcirco faciebant, quod crederent Episcopos longioris moræ tædio cruciatos, & civitates sibi commissas revisere cupientes, vallum quod adversus hæresim oppositum fuerat, subruere ac dissipare coactum iri. Verum ista fraus nihil profuit. Nam generosi illi fidei propugnatores, alteram rursus epistolam ad Imperatorem miserunt, poscentes, ut & Legati susciperentur, & Concilium dimitteretur. Quam quidem Epistolam hic quoque apponam.

Legati ad Imp. non admissi.

SÆC. IV.

VARIORUM ANNOTATIONES.

[a] Ὡρισμένα] Sozomenus legit διωρισμένα. Porro hujusmodi Decretum vide sis apud Hilarium Fragm. vii. col. 1341. Mox in latino desunt quædam.

Sæc. IV.

CAPUT XX.

Alia Episcoporum epistola ad Constantium.

Victori Constantio Imperatori Episcopi apud Ariminum congregati.

ACCEPIMUS literas clementiæ tuæ, Domine Imperator glorioſiſſime, quibus ſignificas, ob publicorum negotiorum neceſſitatem, tibi non licuiſſe hactenus Legatos noſtros ad conſpectum tuum admittere: jubeſque ut eorum reditum eo uſque expectemus, quoad pietas tua per illos cognoverit ea, quæ ſunt à nobis convenienter majorum noſtrorum traditioni decreta. Nos vero nunc quoque profitemur his literis, & affirmamus, nullatenus nos à propoſito noſtro diſcedere. Id enim etiam Legatis noſtris mandavimus. Petimus autem ut placido ac ſereno vultu, tum præſentia mediocritatis noſtræ ſcripta jubeas perlegi, tum ea quæ per Legatos noſtros mandavimus, benigne ſuſcipias. Ceterum quam grave ſit & minime conſentaneum, ut feliciſſimis temporibus tuis tot Eccleſiæ Epiſcopis deſtitutæ eſſe videantur, clementia tua nobiſcum intelligit. Iterum ergo oramus, glorioſiſſime Imperator, ut ante hyemis aſperitatem, ſi id benignitati tuæ placuerit, ad Eccleſias noſtras remeare nos jubeas: quatenus omnipotenti Deo, & Domino ac Servatori noſtro Jeſu Chriſto, Filio ejus unigenito, ſolemnes pro Imperio tuo preces una cum populis celebrare poſſimus, ſicut & antea ſemper fecimus, & nunc cum maxime optamus.

CAPUT XXI.

De ſynodo apud Nicen Thraciæ congregata, & de fidei formula ibi conſcripta.

POST allatam hanc epiſtolam, Ariani cum Imperatoris animum ad iracundiam incitaſſent, pleroſque ex Epiſcopis invitos ad oppidum Thraciæ duxerunt, cui nomen eſt Nice. Cumque ex his alios dolo decepiſſent ob ſimplicitatem, alios metu oppreſſiſſent, perſuaſerunt illis ut fraudem quam ipſi dudum adverſus pietatem excogitarant, abſolverent: & ſubſtantiæ quidem ac conſubſtantialis vocabula ex fidei formula removerent; eorum autem loco, ſimile ſubſtituerent. Porro fidem tunc ab illis promulgatam, hoc loco adſcribam, non quod recte ſe habeat, ſed quod Arii factionē manifeſte co-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Αλλη ἐπιϛολὴ πρὸς Κωνϛάντιον.

Νικητῆ Κανϛαντίῳ βασιλεῖ, οἱ ἐν Ἀριμίνῳ ἐπίσκοποι.

ΤΑ γράμματα τῆς σῆς θυμενείας ἐδεξάμεθα δέσποτα ἐνδοξότατε αὐτοκράτορ, ἃ πνα περιέχει ὅτι διὰ τὴν δημοσίαν ἀνάϛκην, τίως τὰς ἡμετέρας πρέσβεις θεωρῆσαι οὐκ ἠδυνήθης. καὶ ἡμᾶς δὲ κελεύϛεις τὴν τούτων ἐπάνοδον ἐκδέχεσθαι, ὅπως τὸ ἡμέτερον σχοπὸν καὶ τὰ δόγματα τῶν προγόνων ἡ σὴ θυϲέβεια ἐπιγνῷ. ἀλλὰ μὲν ἐκεῖνο ὃ ἀπηγγέλμεθα, ὑδενὶ τρόπῳ ἑαυτὰς ἀπὸ τῆς ἰδίας προθέϲεως ἀναχωρήϲαντας, καὶ νῦν δὲ τούτοις τοῖς γράμμαϲι τὴν σὴν θυμένειαν ἀναδιδάϲκομεν, καὶ προϲκαλούμεθα θυμενεῖ προϲώπῳ τὰ γράμματα τῆς ἡμελέρας ταπεινότητος, ἐν οἷς νῦν τῇ θυϲεβείᾳ σου ἐπικειμένοις, καὶκεῖνά ἅ πνα διὰ τῶν ἡμελέρων πρέσβεων τῇ σῇ θυλαβείᾳ ἀνήνεγκεν ἃ ἐνετειλάμεθα, ἡδέως προσδέξῃ. ὡς ἂν εἴη ϲυϲτὸν καὶ ἀνακόλυθον, ἵνα ὧν τοῖς μακαριωτάτοις σου καιροῖς τοσαύτας ἐκκλησίας ἄνευ ἐπισκόπων δοκῶϲιν εἶναι, ἡ σὴ θυμένεια ὁμοίως ἡμῖν γινώϲκῃ. διὸ δὴ πάλιν ἐνδοξότατε αὐτοκράτορ δεόμεθα, ἵνα περὶ τῆς δεινότητος τοῦ χειμῶνος, εἰ ἀρέσκῃ τῇ σῇ Φιλανθρωπίᾳ, εἰς τὰς ἐκκλησίας τὰς ἡμελέρας ἐπανελθεῖν κελεύϲῃς· ὅπως δυνηθῶμεν τῷ παντοκράτορι Θεῷ, καὶ τῷ Χριϲτῷ τῷ Υἱῷ αὐτοῦ, τῷ δεϲπότῃ καὶ Ϲωτῆρι ἡμῶν, ὑπὲρ τῆς καταϲτάϲεως τοῦ κράτους σου ἅμα μὲ τῶν λαῶν, καθὼς ἐποιήϲαμεν καὶ ποιοῦμεν, μεγίϲας ἱκεϲίας προϲενεγκεῖν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Περὶ τῆς ἐν Νίκῃ τῆς Θρᾴκης γενομένης συνόδου, καὶ ἔκθεϲις πίϲτεως παρ' ἐκείνων γραφεῖϲα.

ΜΕτὰ τὴν δὲ τὴν ἐπιϲτολὴν τὸν βαϲιλέως θυμὸν προσθήξαντες, ἄγουϲιν ἄκοντας τοὺς ἐπισκόπων τοὺς πλείϲτους εἴς πνα πόλιν τῆς Θρᾴκης· Νίκη δὲ ὄνομα ταύτῃ· καὶ πείθουϲι, τοὺς μὲν διακολήϲαντες δι' ἁπλότητα, τοὺς δὲ δεδιξάμενοι, τὰ πάλαι κατὰ τῆς θυϲτεβείας αὐτοῖς ἐξθυρεθεῖϲαν ἐξεργάϲαϲθαι μηχανήν. καὶ τὴν μὲν οὐϲίαν καὶ τὸ ὁμοούϲιον ἐξορύξαι τῆς πίϲτεως· ἐκθεῖναι δὲ ἀντὶ τούτων τὸ ὅμοιον. ἐντίθημι δὲ καὶ ταύτην τῇ ἱϲτορίᾳ, οὐχ ὡς δεῖ ἔχουϲαν, ἀλλ' ὡς τὴν Ἀρείου ϲυμμορίαν

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀλλὰ μὲν ἐκεῖνο ὃ ἀπηγγέλμεθα] Totus hic locus longe aliter legitur apud Socratem in lib. 2. hiſtoriæ cap. 37. Sed & univerſæ epiſtolæ interpretatio multum diſcrepat ab hac verſione Theodoriti. Socratis verſionem in excerptis ſeu collectaneis ſuis poſuit Theodorus lector, eo quod elegantior eſſet ac planior altera illa Theodoriti verſione. Cæterum Socratis Interpretatio habetur etiam apud Athanaſium ad calcem libri de ſynodis Arimini & Seleuciæ. Pro verbo ἀπηγγέλμεθα codex [Regius &] Savilii habent ἀπηγγέλμεθα.

VARIORUM.

a Νίκῃ] Concilium Nicenſe habitum anno 359. 6 Id. Octobr. quando Concilii Ariminenſis ad Conſtantium legati apud Nicen Thraciæ urbem in itinere ſuo aliquantiſper ſubſtiterunt. Quibus in partes ſuas ſubdole pertractis, Urſacius & Valens Arianorum Primipili primo ſententiam Synodi Arelatenſis in ſe latam reciderunt; dein Formulam Ariminenſem Græce verſam ſub ſplendido *Nicænæ Fidei* titulo promulgarunt, quo ſimplicioribus fucum aſtutius facerent. Exſtant Latine hujuſce Synodi acta, ſed ex parte tantum, apud Hilar. in Fragm. col. 452. ubi XIV. Legatorum nomina recenſentur. Vid. Socr. lib. II. cap. 37. Soz. lib. IV. c. 19. *Guil. Cave Hiſt. Eccl. Vol. II. p.* 118.

αν διελέγχουσαν. οὐδὲ γὰρ ταύτης οἱ νῦν δυσσεβοῦντες ἀντέχονται, ἀλλ' ἀντὶ τῆς ὁμοίου κηρύττουσι τὸ ἀνόμοιον.

arguat. Neque enim noſtri temporis Ariani eam amplectuntur, ſed pro ſimili, diſſimile prædicant. SÆC. IV.

Πίστις ἐκτεθεῖσα ἐν Νίκῃ τῆς Θρᾴκης, οὐκ εὖ ἔχουσα.

Fides apud Nicen Thraciæ expoſita, quæ non recta eſt.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα καὶ μόνον ἀληθινὸν Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ἐξ οὗ τὰ πάντα. καὶ εἰς τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν πρὸ πάντων αἰώνων καὶ πρὸ πάσης ἀρχῆς γεννηθέντα ἐκ τοῦ Θεοῦ· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα· γεννηθέντα δὲ μονογενῆ μόνον ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, ὅμοιον τῷ γεγεννηκότι αὐτὸν Πατρὶ κατὰ τὰς γραφάς· οὗ τὴν γέννησιν οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν Πατήρ. τοῦτον οἴδαμεν μονογενῆ Θεοῦ Υἱὸν, πέμποντος τοῦ Πατρὸς παραγενηθέντα ἐκ τῶν οὐρανῶν καθὼς γέγραπται, εἰς καθαίρεσιν ἁμαρτίας καὶ θανάτου, καὶ γεννηθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καθὼς γέγραπται, κατὰ σάρκα· καὶ συναναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν, καὶ πάσης τὴν οἰκονομίας πληρωθείσης κατὰ τὴν βούλησιν τοῦ Πατρὸς, σταυρῷ προσπαλωθέντα, ἀποθανόντα καὶ ταφέντα, καὶ εἰς τὰ καταχθόνια κατελθόντα. ὃν αὐτὸς ὁ ἅδης ἐτρόμασε. καὶ ἀνελθόντα ἀπὸ τῶν νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· συναναστραφέντα μετὰ τῶν μαθητῶν [a] παραπλήσια ἡμερῶν πληρουμένων· καὶ ἀναληφθέντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς· ἐρχόμενόν τε τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως μετὰ δόξης πατρικῆς, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. καὶ εἰς Πνεῦμα ἅγιον, ὃν καὶ αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Θεὸς καὶ Κύριος ἐπηγγείλατο ἀποστεῖλαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, τὸν παράκλητον καθὼς γέγραπται, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας. ὅπερ καὶ αὐτὸς ἀπέστειλεν ἀνελθὼν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθίσας ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖθεν ἐρχόμενος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. τὸ δὲ ὄνομα τῆς οὐσίας, ὅπερ ἁπλούστερον ἐνετέθη ὑπὸ τῶν πατέρων, ἀγνούμενον δὲ τοῖς λαοῖς σκάνδαλον ἔφερε, διὰ τὸ ἐν ταῖς γραφαῖς τοῦτο μὴ ἐκφέρεσθαι, ἤρεσε περιαιρεθῆναι, καὶ παντελῶς μηδεμίαν μνήμην οὐσίας τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι, διὰ τὸ μάλιστα τὰς θείας γραφὰς μηδαμοῦ περὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ οὐσίας μεμνῆσθαι. μήτε μὴν δεῖν ἐπὶ προσώπου Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, μίαν ὑπόστασιν ὀνομάζεσθαι· ὅμοιον δὲ λέγομεν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, καθὼς καὶ αἱ θεῖαι γραφαὶ λέγουσι καὶ διδάσκουσι· πάσας δὲ τὰς αἱρέσεις τὰς ἤδη πρότερον καθαιρεθείσας, ἢ καὶ εἴ τινες νεωστὶ ἀνεφύησαν ὑπεναντίαι ταύτης τῆς γραφῆς τῆς ἐκτιθείσης, ἀνάθεμα ἔστωσαν. ταῦτα μὲν οὖν, οἱ μὲν δείσαντες, οἱ δὲ φενακισθέντες ὑπέγραψαν. οἱ δὲ συνθέσει μὴ βιληθέντες, εἰς τὰς τῆς οἰκουμένης ἐσχατιὰς ἐξεπέμφθησαν.

Credimus in unum ſolum ac verum Deum Patrem omnipotentem, ex quo omnia. Et in unum Filium Dei unigenitum, qui ante omnia ſæcula & ante omne principium genitus eſt ex Deo: per quem omnia facta ſunt, viſibilia & inviſibilia. Qui genitus eſt unigenitus ſolus ex ſolo Patre, Deus ex Deo, Similis Patri qui ipſum genuit ſecundum Scripturas: cujus generationem nemo novit, niſi Pater qui ipſum genuit. Hunc unigenitum Filium Dei, à Patre miſſum è cœlo deſcendiſſe novimus, ſicut ſcriptum eſt, ad culpam mortemque abolendam: & ex Spiritu ſancto natum de Maria virgine, ſicuti ſcriptum eſt, ſecundum carnem. Et cum diſcipulis verſatum eſſe: & univerſa diſpenſatione juxta Patris voluntatem impleta, crucifixum, mortuum & ſepultum, ad inferos deſcendiſſe: quem inferi ipſi tremuerunt. Eundem tertia die reſurrexiſſe, & cum diſcipulis verſatum fuiſſe per quadraginta dies. Deinde aſſumptum in cœlos, ſedere ad dexteram Patris: & in ultimo reſurrectionis die venturum cum gloria Patris, ut reddat unicuique mercedem operum ſuorum. Et in Spiritum ſanctum: quem unigenitus ipſe Filius Dei Jeſus Chriſtus Deus ac Dominus noſter, miſſurum ſe promiſit generi humano; conſolatorem ſicut ſcriptum eſt, Spiritum veritatis. Quem etiam miſit poſt aſcenſum ſuum in cœlos ſedens ad dextram Patris: unde venturus eſt ut judicet vivos ac mortuos. Nomen vero ſubſtantiæ, quod à patribus ſimplicius poſitum, à populo vero minime intellectum, offenſioni eſt plurimis, propterea quod in Scripturis non continetur, placuit omnino removeri, nec ullam deinceps ſubſtantiæ fieri mentionem, quoniam Scripturæ ſacræ nuſquam meminerunt ſubſtantiæ Patris & Filii: neque item in perſona Patris & Filii & Spiritus ſancti unam hypoſtaſim nominari oportere. Similem vero Patri Filium dicimus, quemadmodum divinæ Scripturæ dicunt ac docent. Omnes vero hæreſes, ſeu quæ jam prius damnatæ, ſeu quæ poſtea exortæ ſunt huic fidei expoſitioni contrariæ, anathema ſint. His igitur alii metu compulſi, alii fraude inducti, ſubſcripſerunt. Quotquot vero conſentire his recuſarunt, in ultimos orbis fines relegati ſunt.

VARIORUM ANNOTATIONES.

a Τεσσαρᾴκοντα ἡμερῶν πληρουμένων· καὶ ἀναληφθέντα] Melius legeretur καὶ περ. ἡμερ. πληρ. ἀναληφθέντα. Cui lectioni conſentit Formula Fidei Arimini promulgata, & iiſdem fere verbis cum hac Nicena concepta. Vid. Socr. lib. II. cap. 41. *W. Lowth.*

ΚΕΦΑ-

CAPUT XXII.

Epistola Synodica Damasi Episcopi Romani & aliorum Occidentalium, ad Episcopos Illyrici scripta, de Concilio Ariminensi.

PORRO hanc fidei formulam ab universis veritatis propugnatoribus, maxime vero ab Occidentalibus reprehendi, testatur eorundem epistola ad Episcopos Illyrici conscripta. Inter eos vero qui hanc epistolam scripserunt, principem locum obtinet Damasus, qui tunc temporis post Liberium Romanæ Ecclesiæ præsidebat; vir omni genere virtutis ornatus. Scripserunt autem una cum illo eas literas nonaginta Episcopi Romæ congregati, ex Italia & Gallia. Quorum etiam nomina hoc loco apposuissem, nisi superfluum id esse existimarem. Epistola autem sic habet. Episcopi Romæ in sacrosancta synodo congregati, Damasus, Valerianus & reliqui, dilectis fratribus & Episcopis in Illyrico constitutis, in Domino salutem. Confidimus quidem sanctitatem vestram Apostolorum institutione fundatam, eam tenere fidem, eam plebibus intimare, quæ à majorum institutis nulla ratione dissentiat. Neque enim aliter sentire Dei convenit sacerdotes, quorum pars est ceteros erudire. Sed Gallorum atque Venetensium fratrum relatione comperimus, nonnullos non hæresis studio, neque enim hoc tantum mali cadere in Dei antistites potest, sed inscitia vel ex simplicitate quadam, scævis interpretationibus æstuantes, non satis dispicere, quæ magis patrum nostrorum sit tenenda sententia, cum diversa consilia eorum auribus ingerantur. Denique Auxentium Mediolanensem hac præcipue causa damnatum esse perscribunt. Par est igitur, universos magistros legis per orbem Romanum, paria de lege sentire, nec diversis magisteriis fidem Dominicam violare. Nam cum dudum hæreticorum virus, ut nunc iterum cœpit obrepere, ac præcipue Arianorum blasphemia pullulare cœpisset, majores nostri trecenti decem & octo Episcopi, at-

Damasi &c. Epistola.

Auxentius.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Συνοδικὸς τόμος τῶν ἁγίων Δαμάσου ἐπισκόπου Ῥώμης καὶ τῶν δυτικῶν ἐπισκόπων πρὸς Ἰλλυριους ἐπισκόπους γραφεὶς περὶ τῆς καθ' Ἀρίμινον συνόδου.

ΟΤι μέντοι τῆσδε τῆς ἐκθέσεως ἅπαντες καληγορῦσιν οἱ τῆς ἀληθείας ἀγωνισταὶ, καὶ διαφερόντως οἱ τῆς ἑσπέρας οἰκοῦντες, μαρτυρεῖ τὰ πρὸς Ἰλλυριούς παρ' ἐκείνων γραφέντα. ἐξῆρχε δὲ τῶν γεγραφότων Δάμασος, ὁ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας μὲν Λιβερίου τὴν προεδρείαν λαχὼν, παμπόλλοις δὲ ἀρετῆς κοσμούμενος εἴδεσιν. ἐνενήκοντα δὲ κοινωνοὺς ἔσχε τῶν γραμμάτων, ἐξ Ἰταλίας καὶ Γαλατίας τῆς νῦν Γαλλίας ὀνομαζομένης, εἰς τὴν Ῥώμην συνεληλυθότας. ἐνέθηκα δ' ἂν καὶ τὰ τούτων ὀνόματα, εἰ μὴ παρέλκον ὑπέλαβον. ἔγραψαν δὲ τάδε. Οἱ ἐπίσκοποι οἱ ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων εἰς τὸ ἱερὸν συνελθόντες συνέδριον, Δάμασος καὶ Οὐαλεριανὸς, καὶ οἱ λοιποὶ, τοῖς ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς καὶ Ἰλλυρικῷ καθεζομένοις ἐπισκόποις, ἐν Θεῷ χαίρειν. Πιστεύομεν [2] τὴν ἁγίαν πίστιν ὑμῶν ἐπὶ τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἀποστόλων θεμελιωθεῖσαν, [3] ταύτην καλέχειν, καὶ ταύτην τῷ λαῷ ὑφηγεῖσθαι; ἥτις ἀπὸ τῶν ὁριθέντων ὑπὸ τῶν πατέρων ὑδενὶ λόγῳ διαφωνεῖ, [a] Θεοῦ ἱερεῖς, ὑφ' ὧν δίκαιόν ὅστις τοὺς λοιποὺς παιδεύεσθαι. ἀλλὰ δι' ἀναφορᾶς τῶν ἐν Γαλλίᾳ καὶ Βενετίᾳ ἀδελφῶν ἔγνωμεν, τινὰς εἰς αἱρεσιν σπουδάζειν· ὅπερ κακὸν ἐμόνον οὐδαφυλάττειν ὀφείλουσιν οἱ ἐπίσκοποι, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἀπειρίᾳ τινῶν ἢ ἁπλότητι τῶν σκαιῶς κεχρημένων ἑρμηνείαις γέγονεν, ἀνθίστασθαι ἀπὸ τοῦ νῦν διαφόροις διδασκαλίαις, διανοουμένους μὴ πάλιν ὀλιθαίνειν, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν πατέρων ἡμῶν καλέχειν τὴν γνώμην, ὁσάκις ἂν διάφοροι βυλαὶ ταῖς ἀκοαῖς αὐτῶν ἐπισφέρωνται. τοιγαροῦν Αὐξέντιον τὸν Μεδιολάνου ἐξαιρέτως ἐν τούτῳ τῷ πράγματι [4] καθαιρέσει ὑποκεῖσθαι· δίκαιον δὲ ἐστὶ πάντας τοὺς ἐν τῷ Ῥωμαίων κόσμῳ διδασκάλους τοῦ νόμου, τὰ περὶ τοῦ νόμου φρονεῖν, καὶ μὴ διαφόροις διδασκαλίαις τὴν πίστιν μιαίνειν. καὶ γὰρ ἡνίκα πρῶτον ἡ κακία τῶν αἱρετικῶν ἀκμάζειν ἤρξατο, ὡς καὶ νῦν μάλιστα ὑφέρπει τῶν Ἀρειανῶν ἡ βλασφημία, οἱ πατέρες ἡμῶν τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπίσκοποι,

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀδελφοῖς τοῖς ἐν Ἰλλυρικῷ καθεζομένοις] Hæc epistola Damasi Papæ, nuper edita est in collectione Romana Lucæ Holstenii pag. 165. sed titulus epistolæ aliter ibi concipitur quam apud Theodoritum, hoc scilicet modo: *Damasus, Valerianus, Vitalianus & cæteri qui ad audiendam causam Auxentii, exponendamque fidem, in urbe Roma convenerunt, Episcopis Catholicis per Orientem constitutis in Domino salutem.* Ego in annotationibus ad lib. 6. Sozom. cap. 23. jam monui, errorem esse in collectione Romana, ubi hæc epistola Damasi scripta esse dicitur ad Episcopos per Orientem constitutos *. Consulet igitur Lector Annotationes nostras, ne hic repetere cogamur ea quæ illic observavimus.

2 Τὴν ἁγίαν πίστιν ὑμῶν] In MS. codice Henrici Savilii & in editione Basiliensi legitur ἡμῶν, quomodo etiam scribitur apud Sozomenum in lib. 6. cap. 23. Nec aliter legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet.

3 Ταύτην ὑμᾶς κατέχειν] In codice [Regio &] Leonis Allatii & apud Sozomenum deest vocabulum ὑμᾶς. Quod tamen necessarium videtur, si in priore membro legerimus τὴν ἁγίαν πίστιν ἡμῶν. Certe Epiphanius Scholasticus qui priore loco πίστιν ὑμῶν legerat, ὑμᾶς hic legit.

4 Καθαιρεῖσθαι τοσούτους] Codex [Regius &] Savilii, & Basiliensis editio habent τοσούτους. Intelligit autem Damasus Auxentium jam antea ob hæresim Arianam sæpius damnatum fuisse.

VARIORUM.

* Sed fieri potuit ut Epistola ista non solam ad Illyricianos Episcopos missa fuerit, verum etiam exemplar ejusdem ad Orientis Episcopos directum. Vid. Pagi ad ann. 369. n. 5. *W. Lowth.*

a Θεοῦ ἱερεῖς] Supplenda verba quæ desunt, ex Sozomeni lib. VI. cap. 23. ubi legitur Οὐδὲ γὰρ ἄλλως ἀρμόζει ἀγνοεῖσθαι τοὺς τοῦ Θεοῦ ἱερεῖς. *W. Lowth.*

1 Καὶ οἱ ἐκ τ῀ Ῥωμαίων ἀγιωτάτης ἐπίλεκτοι εἰς Νί-
a καιαν γενομένῃ σ῀ σκέμμαλος, a τοῦτο τὸ τεῖχος ὑπ-
εναντίον τ῀ ὅπλων σ῀ διαβόλῳ ὥρισαν, καὶ ταύτῃ τῇ
ἀντιδότῳ τὰ θανάσιμα φάρμακα ἀπέωσαντο. ὥστε
τ῀ Πατέρα καὶ τ῀ Υἱὸν μιᾶς οὐσίας, μιᾶς θεότητος, μι-
ᾶς ἀρετῆς, μιᾶς δυνάμεως, καὶ ἑνὸς χαρακτῆρος πιστεύ-
ειν χρὴ, καὶ τ῀ αὐτῆς ὑποστάσεως καὶ οὐσίας καὶ τὸ
Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸν δὲ ἄλλως φρονοῦντα, ἀλλότ-
ριον εἶναι ἡμετέρας κοινωνίας κρίναντες· ὅντως ζωηρι-
ώδη ὅρον καὶ τ῀ προσκυνητὴν σκέψιν, διαφθεῖραι μετὰ
ταῦτα ἄλλαις σκέψεσι τινὲς καὶ μάταιοι ἠθέλησαν.
ἀλλὰ σὺν αὐτῇ τῇ ἀρχῇ ἀπ' αὐτῶν τύπων οἵ τινες
ἐν Ἀριμίνῳ ἀνανεωσαι ἢ ψηλαφῆσαι ἠναγκάζοντο
μέχρι τούτου διορθώθη, ὡς ὁμολογεῖν αὐτοὺς ἑτέρᾳ δι-
αλέξει ὑφηρπάσθαι, ἢ ὅτι οὐκ ἐνενόησαν τῇ τ῀ παλέ-
ρων γνώμῃ τῇ ἐν Νικαίᾳ ἀρεσάσῃ σύνοδον εἶναι. οὐδὲ
γὰρ πρόκριμά τι ἠδυνήθη γενέσθαι ὑπὸ σ῀ ἀριθμοῦ τ῀ ἐν
Ἀριμίνῳ συναχθέντων, ὁπότε συνέσχηκε, μήτε τ῀ Ῥω-
μαίων ἐπισκόπου, σ῀ πρὸ πάντων ἔδει τ῀ γνώμην ἐκδέ-
χεσθαι, μήτε Οὐϊκεντίου ὃς ἐπὶ τοσούτοις ἔτεσι τ῀ ἐπισκο-
πὴν ἀσπίλως ἐφύλαξεν, μήτε τ῀ ἄλλων τοῖς τοιούτοις
συγκαταθεμένων. ὁπότε καὶ μάλιστα καθὰ προφήκαμεν,
αὐτοὶ σ῀τοι οἵ τινες κατ' συσκευὴν ὑποκλίνεσθαι ἔδοξαν, οἱ
αὐτοὶ καλλίονι γνώμῃ χρησάμενοι, ἀπαρέσκειν αὐ-
τοῖς ταῦτα ἐμαρτύραντο. συνοράᾳ ἂν ἡ ὑμετέρα καθα-
ρότης, ταύτην μόνην τ῀ πίστιν ἥτις σὺν Νικαίᾳ κατ' τ῀
αὐθεντίαν τ῀ ἀποστόλων ἐθεμελιώθη, διηνεκεῖ βεβαιότητι
καθεκτέαν εἶναι· καὶ μεθ' ἡμῶν τοὺς ἀνατολικοὺς οἵ τινες
ἑαυτοὺς τ῀ καθολικῆς ἐπιγινώσκουσι, τούς τε δυτικοὺς
καυχᾶσθαι. πιστεύομεν γὰρ εἰς μακρὰν τοὺς ἄλλα
νοσοῦντας αὐτῇ τῇ ἐπιχειρήσει ἀπὸ τ῀ ἡμετέρας κοι-
νωνίας χωρισθήσεσθαι, καὶ περιαιρεθήσεσθαι ἀπ' αὐτῶν
τὸ σ῀ ἐπισκόπου ὄνομα, ὥστε τοὺς λαοὺς τ῀ πλάνης αὐ-
τῶν ἐλευθερωθέντας ἀναπνεῦσαι. εὐδενὶ γὰρ τρόπῳ διορ-
θωθῆναι δυνήσονται τ῀ πλάνην τ῀ ὄχλων, ὁπότε αὐτοὶ
ὑπὸ τ῀ πλάνης καλέχονται. συμφωνείτω τοίνυν μετὰ
πάντων τ῀ σ῀ Θεοῦ ἱερέων καὶ τ῀ ὑμετέρας τιμιότητος ἡ
γνώμη, ἐν ᾗ ὑμᾶς παγίους καὶ βεβαίους εἶναι πιστεύο-
μεν. ὅτῳ καὶ ἡμεῖς μεθ' ὑμῶν ὀρθῶς πιστεύειν ὀφείλο-
μεν. τοῖς ἀμοιβαίοις τ῀ ὑμετέρας ἀγάπης βούλεσθε
ἡμᾶς. ἔρρωσθε ἀδελφοὶ τιμιώτατοι.

que ex parte ſanctiſſimi Epiſcopi urbis Romæ directi, apud Nicæam confecto Concilio, hunc murum adverſus arma diabolica ſtatuerunt, atque hoc antidoto mortalia pocula propulſarunt, ut Patrem, Filium, Spiritumque ſanctum, unius Deitatis, unius virtutis, unius figuræ, unius credere oporteret ſubſtantiæ; contra ſentientem alienum à noſtro conſortio judicantes. Quam definitionem ſalutarem, poſtea aliis tractatibus quidam pervertere & violare tentaverunt. Sed & in ipſo exordio, ab iiſdem ipſis qui hoc apud Ariminum retractare cogebantur, emendatum hactenus eſt, ut ſubreptum ſibi alia diſputatione faterentur, idcirco quod non intellexiſſent patrum ſententiæ apud Nicæam formatæ eſſe contrarium. Neque enim præjudicium aliquod naſci potuit ex numero eorum, qui apud Ariminum convenerunt: cum conſtet neque Romanum Epiſcopum, cujus ante omnes fuit expetenda ſententia, neque Vincentium, qui tot annos ſacerdotium inlibate ſervavit, neque alios, hujuſmodi ſtatutis conſenſum aliquem commodaſſe. Cum præſertim, ut diximus, iidem ipſi qui per impreſſionem ſuccubuiſſe videbantur, idem conſilio meliore diſplicere ſibi fuerint proteſtati. Vnde advertit ſinceritas veſtra, hanc ſolam fidem quæ apud Nicæam Apoſtolorum auctoritate fundata eſt, perpetua firmitate eſſe retinendam: hac nobiſcum Orientales, qui ſe Catholicos recognoſcunt, Occidentaleſque gloriari. Non longe autem fieri poſſe credimus, ut qui ſecus ſentiunt, licet hoc ipſo conatu à noſtra communione alieni ſint, Epiſcoporum nomine exui poſſint, plebeſque eorum erroribus liberatæ reſpirent. Quemadmodum enim poterunt corrigere errata populorum, ſi ipſos error obſederit? Concinat ergo cum omnibus Dei ſacerdotibus & veſtræ ſententia caritatis: in qua vos fixos atque firmatos ut bene credimus, ita etiam nos vobiſcum recte ſentire, debetis reciprocis ſanctitatis veſtræ literis approbare. Valete fratres cariſſimi.

SÆC. IV. *Symboli Nicæni Elogium.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ οἱ ἐκ τ῀ Ῥωμαίων ἀγιωτάτης ἐπίσκοποι] Tota hæc pericope deeſt in codice Saviliano, [Regio,] & in editione Baſilienſi; nec habetur apud Sozomenum nec apud Epiphanium Scholaſticum. In Romana tamen collectione leguntur hæc verba. *Majores noſtri CCCXVIII. Epiſcopi, atque ex parte* ſic lego, *Sanctiſſimi Epiſcopi urbis Romæ directi, apud Nicæam confecto Concilio, hunc murum adverſus arma diabolica ſtruxerunt.* Non igitur ſine cauſa hæc verba retinenda eſſe cenſui. Tantum pro voce *ἐπίσκοποι*, ex Sozomeno, Epiphanio, ac Theodoro Lectore, emendavi *ἐπίλεκτοι*. In quo ſtudioſos lectores mihi adſenſuros eſſe confido. Non enim Epiſcopi à ſede Romana ad Concilium Nicænum miſſi ſunt, ſed Presbyteri Vito & Vincentius. [Sed & in codice Regio J. Pini *ἐπίλεκτοι* legitur, non *ἐπίσκοποι*.]

VARIORUM.

a Τοῦτο τὸ τεῖχος] Paria fere de Synodo Nicæna habemus apud Athanaſium Epiſt. ad Afros, n. 11. Αὕτη γὰρ ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος, ἀληθῶς εὐλογεφάτη κατὰ πάσης αἱρέσεώς ἐστιν. αὕτη καὶ τοὺς βλασφημοῦντας εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ λέγοντας αὐτὸ κτίσμα, ἀνατρέπει, &c. *Hæc enim Nicæna Synodus, vere ſcutum eſt inſcriptus contra univerſas hæreſes. Hæc ipſa eos qui in Spiritum ſanctum blaſphemant, ipſumque dicunt eſſe creaturam, confutat. Cum enim Patres de fide in Filium pertractaſſent, ſtatim addiderunt, Credimus & in Spiritum Sanctum; ut perfectam & plenam de ſancta Trinitate fidem confeſſi, Chriſtiana fidei teſſeram & Catholicæ Eccleſiæ doctrinam in hoc ipſo exhiberent.*

Sæc. IV.

CAPUT XXIII.

Athanasii Alexandriæ Episcopi epistola de eadem Synodo.

MAGNUS quoque Athanasius in epistola ad Afros, de Ariminensi Concilio ita scribit. Hæc cum ita se habere monstrentur, quis eos probaturus est qui Ariminensem aut aliam quampiam synodum præter Nicænam allegant? aut quis eos non oderit, qui patrum quidem statuta rejiciunt; recentiora vero quæ apud Ariminum per vim & contentionem confecta sunt, illis anteponunt? Quis vero est qui cum hominibus istis coire velit, qui ne sua quidem ipsi approbant? Nam qui in decem & amplius synodis suis, ut jam diximus, alia atque alia scripserunt, aperte testantur, se singulas earum damnare. Idem porro iis accidit, quod olim proditoribus Judæis. Nam quemadmodum illi, cum unicum fontem aquæ viventis reliquissent, cisternas sibi foderunt quæ aquam continere non poterant, sicuti scriptum est apud Hieremiam prophetam: sic isti cum universalem synodum oppugnent, multas sibi synodos effoderunt: quæ omnes ipsis inanes, & tanquam fabulæ nulla vi prædictæ exstiterunt. Non feramus igitur illos, qui Ariminensem synodum aut aliam quampiam commemorant præter Nicænam. Qui enim Ariminensem commemorant, ignorare videntur ea quæ illic gesta sunt. Alioqui de illa silerent. Scitis enim, dilectissimi, idque ab iis didicistis qui ex provincia vestra ad Ariminensem synodum profecti sunt, Ursacium & Valentem, Eudoxium item & Auxentium, quibuscum erat etiam Demophilus, cum quædam alia præter illa quæ Nicææ constituta fuerant, perscribere voluissent, depositos fuisse: Quando rogati ut Arianam hæresim anathemate damnarent, id recusarunt, ejusque patroni ac vindices esse maluerunt. Episcopi vero, qui sinceri erant famuli Dei, & qui recte credebant, numero ferme ducenti, sola se Nicæna fide contentos esse scripserunt, nec præter illam quidquam amplius minusve quærere aut sentire. Hæc ipsi quoque Constantio significarunt, qui & synodum illam fieri præceperat. Verum hi qui apud Ariminum depositi fuerant, ad Constantium profecti, perfecerunt ut contumeliæ irrogarentur, minæque intentarentur iis qui

Decem Synodi Arianorum.

Hierem. 2. 13.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Αθανασίε ἐπισκόπε Ἀλεξανδρείας περὶ τῆς αὐτῆς συνόδου ἐπιστολή.

Καὶ [a] Ἀθανάσιος δὲ ὁ μέγας ἐν τῇ πρὸς τοὺς Ἄφρας ἐπιστολῇ τοιαῦτα περὶ τῆ ἐν Ἀριμίνῳ συνόδε διέξεισι· τούτων ἢ ὕτως δεικνυμένων, τίς ἀποδέξεῖ τὸν τῆ Ἀρίμινον ἢ ἄλλην σύνοδον παρὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ ὀνομάζοντας· ἢ τίς ὐκ ἂν μισήσε τὸς ἀθετοῦντας μὲ τὰ τῆ παλέρων, τὰ δὲ νεώτερα ἐν τῇ Ἀριμίνῳ χῦ Φιλονεικίαν καὶ βίαν συντεθέντα προκείνοντας; τίς ἢ τούτοις συνελθεῖν ἐθελήσε, ἀνθρώποις μηδὲ τὰ ἑαυτῶν ἀποδεχομένοις; οἱ γὰ ἐν ταῖς ἑαυτῶν δέκα πε καὶ πλέον, καθὰ προείπομεν, συνόδοις ἄλλοτε ἄλλο γράφοντες, δῆλοι εἰσὶν ἑκάστης αὐτοὶ γινόμενοι καλήτορες. πάσχεσι δὲ τοῦτο, οἷον καὶ οἱ τότε τῆ Ἰεδαίων προδοῦ πεπόνθασιν. ὡς γὰ ἐκεῖνοι καταλείψαντες τὴ μόνην πηγὴν τῦ ζῶντος ὕδατος, ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους οἵ γε δυνήσονῦ ὕδωρ συνέχειν· γέγραπται δὲ τοῦτο διὰ τῆ προφήτη Ἱερεμίᾳ· ὕτως καὶ οἱ μαχόμενοι κατὰ τὴ οἰκεμενικὴν σύνοδον, ὤρυξαν ἑαυτοῖς συνόδες πολλὰς καὶ πᾶσαι κεναὶ παρ' αὐτοῖς, καὶ ὡς δράματα μὴ ἔχοντα ἰσχὺν ἐφάνησαν. μὴ τοίνυν ἀνεχώμεθα τῆ τῆ Ἀρίμινον ἢ ἄλλην ὀνομαζόντων σύνοδον παρὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ γενομένην. καὶ γὰ καὶ αὐτοὶ οἱ τῆ Ἀεμίνου ὀνομάζοντες, ἐοίκασι μὴ εἰδέναι τὰ ἐν αὐτῇ πραχθέντα. ἢ γὰ ἂν ἐσιώπησαν. οἴδατε γὰ ἀγαπητοὶ, μαθόντες καὶ ὑμεῖς διὰ τῶν ἐλθόντων ἐξ ὑμῶν εἰς τὴ Ἀείμινον, ὡς Οὐρσάκιος καὶ Οὐάλης, Εὐδόξιός τε καὶ Αὐξέντιος, ἐκεῖ δὲ ἦν σὺν αὐτοῖς καὶ Δημόφιλος, καθηρέθησαν θελήσαντες ἕτερα παρὰ τὰ ἐν Νικαίᾳ γράφειν· ὅτε ἀπαιτηθέντες ἀναθεματίσαι τὴ Ἀρειανὴν αἵρεσιν, παρῃτήσαντο, καὶ μᾶλλον αὐτῆς ἠθέλησαν εἶναι πρόξενοι. οἱ δέ γε ἐπίσκοποι, οἱ ἀληθῶς γνήσιοι δοῦλοι τῦ Κυρίε, καὶ ὀρθῶς πιστεύοντες, ἦσαν δὲ ἐγγύς πε διακόσιοι, ἔγραψαν ἀρκεῖσθαι τῇ ἐν Νικαίᾳ μόνῃ, καὶ μηδὲν πλέον ἢ ἔλαττον παρ' ἐκείνην ζητεῖν καὶ φρονεῖν. ταῦτα καὶ Κωνσταντίῳ δεδηλώκασι, τῷ καὶ τὴ σύνοδον γενεσθαι κελεύσαντι. ἀλλ' οἱ ἐν τῇ Ἀεμίνῳ καθαιρεθέντες, ἀπελθόντες πρὸς Κωνστάντιον, πεποιήκασι μὴ ὑβριδῆναι αὐτές· ἀπλᾶς δὲ γενέσθαι μὴ ἀνακάμψαν εἰς τὰς ἰδίας παρ-

a

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ ὡς δράματα μὴ ἔχοντα ἰσχὺν] Jacobus Sirmundus δράγματα emendavit ex Epistola Athanasii ad Afros. Sed videndum ne Athanasius potius emendandus sit ex Theodorito. Neque enim intelligo quomodo Arianorum synodi comparari possint manipulis vim non habentibus: quasi manipuli vim habere possint. Itaque magis probo scripturam codicum nostrorum. Recte enim Arianorum formulæ comparantur fabulis seu figmentis. Apud Athanasium legitur in singulari ὡς δράγμα ἰσχὺν οὐκ ἔχον. Sic etiam in codice Leonis Allatii scribitur ὡς δράμα μὴ ἔχον ἰσχύν.

VARIORUM.

a Ἀθανάσιος] Scripserunt Athanasii aliique Ægypti Episcopi ad Africanos, monentes eos ne viris obtemperent, qui cum studio flagrarent Nicænæ abrogandæ fidei, omnem movebant lapidem ut ea vim obtinerent quæ illi Arimini edita mentiebantur, tametsi revera Nice in Thracia scripta propositaque fuerant. Postea Synodum Nicænam multis nominibus collaudant. *Cl. Benedictini Monito in Epistolam ad Afros.*

a Ὡς δράματα μὴ ἔχοντα ἰσχὺν] Recte emendavit Sirmundus δράγματα, ex ipso Athanasio. Phrasis nimirum desumpta est ex Hoseæ cap. VIII. versu 7. ubi in LXX. legitur δράγμα οὐκ ἔχον ἰσχὺν τοῦ ποιῆσαι ἄλευρον, *manipulus non habens vires ad faciendam farinam.* W. Lowth.

οἰκίας

σιείας τὰς καθ' αὐτῶν ἀποφηναμένους, βίαν τε παθεῖν ὑπ' τῇ Θράκῃ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ χειμῶνος, ὥστε τὰς παρ' αὐτῶν καινοτομηθείσας ἀνέχεσθαι. εἴπερ οὖν τινὲς τὴν Ἀρίμινον ὀνομάζουσι, δεικνύτωσαν πρῶτον τὴν καθαίρεσιν τῶν προειρημένων, ἃ ἅπερ ἔγραψαν οἱ ἐπίσκοποι, λέγοντες μηδὲν πλέον ζητεῖν τῶν ἐν Νικαίᾳ καὶ τῶν πατέρων ὁμολογηθέντων, μηδὲ ὀνομάζειν ἄλλην σύνοδον παρ' ἐκείνην. ἀλλὰ ταῦτα μὲν κρύπτουσι· τὰ δὲ ἐν τῇ Θράκῃ κατὰ βίαν πραχθέντα προβάλλονται. ἐξ ὧν δείκνυνται, μὲν Ἀρειανῆς αἱρέσεως ὄντες, ἀλλότριοι δὲ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως. καὶ αὐτὴν δὲ τὴν μεγάλην σύνοδον καὶ τὰς παρ' ἐκείνων, ἐάν τις ἀντεξετάζειν ἐπιθυμῇ ἑτέραις ἑτέραις ἐθέλοι, εὕροι ἂν τῶν μὲν τὴν θεοσέβειαν, τούτων δὲ τὴν ἀλογίαν. οἱ γὰρ ἐν Νικαίᾳ συνελθόντες, οὐ καθαιρεθέντες συνῆλθον, ἀλλὰ καὶ ὡμολόγησαν τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱόν. οὗτοι δὲ καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον καθαιρεθέντες, καὶ τρίτον ὑπ' αὐτῆς τῆς Ἀριμίνου γράφειν ἐτόλμησαν, μὴ χρῆναι λέγειν οὐσίαν ἢ ὑπόστασιν ἔχειν τὸν Θεόν. κατὰ μὲν δὴ τὴν ἑσπέραν, παρὰ τῶν Ἀρείου θιασωτῶν τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατ' τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων κατεσκευάσθη σοφίσματά τε καὶ μηχανήματα.

ipsos damnaverant, quod ad proprias Ecclesias non essent reversuri: utque vim paterentur hiberno tempore in Thracia, quo rebus per ipsos innovatis consensum accommodarent. Itaque si qui forte Ariminense synodum commemorent, proferant primum quidem depositionem eorum quos dixi: deinde ea quæ scripserunt Episcopi, asseverantes præter illa quæ Nicææ à patribus exposita fuerant, nihil se amplius quærere, nec præter hanc, aliam synodum agnoscere. Verum hæc quidem dissimulant: ea vero quæ per vim gesta sunt in Thracia, prætendunt. Ex quibus manifeste ostenditur, eos Arianæ quidem hæresis sectatores; à recta autem fide alienos esse. Quod si quis magnam illam synodum cum synodis istorum conferre ex adverso voluerit, illorum quidem pietatem, istorum vero dementiam animadvertet. Nam qui Nicææ congregati sunt, nequaquam depositi convenerunt, sed confessi sunt Filium ejusdem cum Patre esse substantiæ. Isti vero semel atque iterum ac tertio apud Ariminum depositi, conscribere ausi sunt, dicendum non esse quod Deus substantiam habeat aut hypostasim. Et in Occidentis quidem partibus, tot ac tales fuere fraudes ac machinæ, quas sectatores Arii adversus rectam fidem commenti sunt.

Soz. l. IV. cap. 19. & cap. 19. hujus lib.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Περὶ τῆς Λέοντος τοῦ τῆς Ἀντιοχέων ἐπισκόπου κακοτεχνίας, καὶ τῆς Φλαβιανοῦ καὶ Διοδώρου παῤῥησίας.

CAPUT XXIV.

De Leontii Antiocheni Episcopi fraudulentia, & de fiducia Flaviani ac Diodori.

ΕΝ Ἀντιοχείᾳ δὲ μετὰ Στέφανον, ὃς Φλάκιλλον ἀφαδξάμενος τῶν Ἐκκλησιαστικῶν ἐξηλάθη συλλόγων, Λέοντιος τὴν προεδρίαν ἐδέξατο, παρὰ τοὺς ἐν Νικαίᾳ γραφέντας ὅρους ταύτῃ λαβών. ἐκτομίας γὰρ ἦν, αὐτουργὸς γενόμενος τῆς τόλμης. λέγει δὲ καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τόλμης ὁ μακάριος Ἀθανάσιος. ὁ μὲν γὰρ Λέοντιος ἀφαλλόμενος μετὰ γυναικός τινος νεωτέρας, λεγομένης Εὐστολίας, κεκωλυμένος συνοικεῖν αὐτῇ, δι' αὐτὴν ἑαυτὸν ἀπέκοψεν, ἵν' ἐπ' ἀδείας ἔχῃ ἀφαρπάζειν μεθ' αὐτῆς. καὶ τὴν μὲν ὑποψίαν οὐκ ἀπενίψατο· ἀφ' τοῦτο δὲ μᾶλλον καὶ πρεσβύτερος ὢν καθῃρέθη. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς ἄλλης αὐτοῦ γέγραφε βιοτῆς. ἐγὼ δὲ τὸ κακόηθες αὐτοῦ καὶ πανοῦργον ἐν κεφαλαίῳ

ANTIOCHIÆ vero, post Stephanum Flaccilli successorem qui Ecclesia ejectus fuerat, Leontius Episcopatum obtinuit, contra Nicænos canones eum honorem sortitus. Erat enim eunuchus, suaque manu seipsum abscinderat. Causam autem hujus facinoris refert beatus Athanasius. Nam cum Leontius, inquit, male audiret ob consuetudinem cum puella quadam, nomine Eustolia, & cum ea simul degere prohibitus esset, illius causa seipsum exsecuit, ut deinceps libere cum illa versari posset. Et suspicionem quidem nequaquam abolevit: immo vero hac de causa, cum presbyter esset, gradu motus est. Et Athanasius quidem de reliqua Leontii vita hæc scripsit. Ego vero fraudulentiam ejus ac versutiam

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ τὰς παρ' ἐκείνων] In edit. Rob. Stephani pag. 105. & in Basil. legitur καὶ τὰ παρ' ἐκείνων. Primi Genevenses Typographi τὰς emendarunt ex Athanasii Ep. ad Afros. Altera tamen scriptura tolerari potest. Præcessit enim τὰ δὲ ἐν τῇ Θράκῃ πραχθέντα &c. Paulo post, ubi legebatur καὶ ὁμολογήσουσιν, emendavi ὡμολόγησαν, ut legitur [in codice Regio J. Pini,] in editione Basiliensi, & apud Athanasium.

2 Αὐτουργὸς γενόμενος τῆς τόλμης] Magis placet scriptura quam in variis lectionibus ad calcem editionis suæ exhibuit Robertus Stephanus ex altero codice regio [Joan. scilicet Pini] τῆς τομῆς. Intelligit autem Theodoritus Canonem primum Concilii Nicæni, qui est de his qui se abscinderunt.

3 Κεκωλυμένος] In edit. Basil. excusum est κεκωλυμένως adverbialiter, quod magis placet.

VARIORUM.

a Ὁ μὲν γὰρ Λέοντιος] Occurrunt hæc in Apologia Athanasii de fuga sua, sub finem. Consimilia, sed paulo graviora narrantur de Leontio apud eundem Athanas. in Hist. Arianorum ad Monachos, num. 18. Λέοντιος ὁ ἀπόκοπος, ὃν οὐδὲ ὡς λαϊκὸν κοινωνεῖν ἐχρῆν, διότι ἑαυτὸν ἀπέκοψεν ὑπὲρ τοῦ μετ' ἐξουσίας λοιπὸν κοιμᾶσθαι μετὰ Εὐστολίου τινὸς, γυναικὸς μὲν δ' αὐτὸν, λογομένης δὲ παρθένου. *Leontius castratus, qui ne Laici quidem nomine ad Communionem admittendus erat, quod sese ipse castrasset, ut sibi deinceps copia foret dormiendi cum quadam Eustolio, quæ cum mulier ejus opera esset, virgo tamen vocabatur.*

Sæc. IV.

Leontii versutia.

Duplex Antiochiæ doxologia.

breviter oſtendam. Cum eſſet particeps Arianæ blaſphemiæ, morbum illum occultare ſummo ſtudio nitebatur. Cernens itaque tam clerum, quam populum, duas in partes diviſum, & alios quidem conjunctivam particulam in glorificatione Filii uſurpantes; alios vero præpoſitionem, per, tribuentes Filio; in, autem Spiritui ſancto applicantes, ipſe glorificationem ſubmiſſa voce proferebat: ita ut hæc ſolum verba, in ſæcula ſæculorum, exaudirent ii qui propius adſtabant. Ac niſi ſummam hominis improbitatem alia quoque oſtenderent, diceret fortaſſe quiſpiam id illum excogitaſſe, ut populi concordiæ conſuleret. Sed cum adverſus veritatis propugnatores multa gravia molitus ſit, impietatis autem conſortes ac participes omni ſtudio ac ſollicitudine foverit, apparet eum labem intus latentem occultaſſe, partim ob metum populi, partim ob graves Conſtantii minas adverſus eos qui Filium Patri diſſimilem aſſerere auſi eſſent. Porro ejus ſententiam facta ipſa apertiſſime declararunt. Quotquot enim Apoſtolicam doctrinam ſequebantur, nullam iis curam nec ordinationem impertiebatur. Arianæ autem veſaniæ participes, ſummam ſub eo licentiam nacti ſunt, & ad Eccleſiaſticos ordines promovebantur. Certe hoc tempore Aetius quoque magiſter Eunomii, qui Arii blaſphemiam novis commentis amplificavit, in Diaconorum numerum relatus eſt. Verum Flavianus & Diodorus, qui monaſticum vivendi genus amplexi erant, & pro Apoſtolica doctrina palam propugnabant, Leontii adverſus pietatem inſidias coram redarguerunt: quod hominem malis ſtudiis atque artibus innutritum, & per impietatem inclareſcere molientem, publico Eccleſiæ malo ad diaconatus gradum extuliſſet. Minati ſunt præterea, ſe ab Eccleſiaſtica communione receſſuros, & ad Occidentis partes profecturos eſſe, & conſilia ejus patefacturos. His territus Leontius, Aetium quidem miniſterio deinceps fungi vetuit: in reliquis vero eum fovere

Aetius Leontii diaconus.

Flavianus & Diodorus

δηλώσω. τῆς γὰς δὴ Ἀρείυ βλασφημίας μελέχων, κρύπλειν ἐπειρᾶτο τὸ νόσον. ϗ διχῆ διηρημένυς τὺς ἱερωμένυς ϗ τ λοιπὸν ὅμιλον θεωρῶν, ϗ [2]τὸς μὲ à τ, καὶ, συνδέσμον ἐπὶ τῆς τῦ Υἱῦ δοξολογίας πθέντας· τὺς δὲ τῷ μὲν δι' ᾧ, πρόθεσιν ἐπὶ τοῦ 1 Υἱοῦ, τῷ δὲ, ἐν, ἐπὶ τῷ Πνεύμαλος προσαρμόζονλας, σιγῇ τ δοξολογίαν προσέφερε. μόνον δὲ τὸ εἰς τὺς αἰῶνας τ αἰώνων ἦχυον οἱ πελάζοντες. ϗ εἰ μὴ τἀ ἄλλα μὴ πολλὴν ἐδήλυ τῷ τῆς ψυχῆς πονηρίαν, εἶπεν ἄν τις αὐτὸν ταῦτα μηχανᾶσθ τ τῷ λαῷ προμηθούμενον ὁμονοίας. ἐπειδὴ δὲ πολλὰ ϗ δεινὰ [2]κ' τῶν τῆς ἀληθείας ἐτεχνάσατο συνη- 2 γόρων, καὶ τὺς τῆς ἀσεβείας μετέχονλας πάσης ἠξίυ κηδεμονίας, δῆλος ἦν κρύπλων τῷ λώβην, διά τε τῦ πλήθυς τὸ δέος, ϗ ἀφ' τὰς Κωνσανλίυ κ' τῶν ἀνόμοιον τὸν Υἱὸν λέγειν τολμώντων χαλεπὰς ἀπειλάς. δεδήλωκε ᾗ τ ἐκείνυ γνώμην τἀ πεπραγμένα. ὅσοι μὲν γὰς τοῖς ἀποσολικοῖς εἵποντο δόγμασιν, οὐδὲ μιᾶς παρ' ἐκείνυ κηδεμονίας ἢ χφροτονίας ἀπήλαυσαν. οἱ δὲ τῆς Ἀρείυ μανίας μετειληχότες, ϗ παῤῥησίας μετελάγχανον ὅπι μάλιςα πλείσης, καὶ τοῖς ἱερατικοῖς ἐγκατελέγοντο τάγμασι. κα' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ϗ Ἀέπιος ὁ Εὐνομίυ διδάσκαλος, ὃς τῷ Ἀρείυ βλασφημίαν ταῖς ὑπνοίαις ἐπηύξησε, τῷ τ ἀγκόνων ἐγκαλελέγη χορῷ. ἀλλὰ Φλαβιανὸς ϗ Διόδωρος, τ μ ἀσκητικὴν ἀσπαζόμενοι πολιτείαν, φανῶς ᾗ τ ἀποσολικῶν ὑπερμαχῦντες δογμάτων, ἄντικρυς τοῦ Λεοντίυ διήλεγξαν τὰς κ' τῆς ὑσεβείας ὑπυλὰς, ἄνδρα φήσαντες πονηροῖς μὲν ὑπετηδεύμασιν ἀνατεθράφθαι, ἐξ ᾗ τῆς δυσσεβείας θεοφάνδαν κλήσασθ μηχανώμενον, ἐπὶ λύμῃ δ ἐκκλησίας ϗ δ ἀγκονίας ὀνόματος ἠξιῶσθ. ὑπείλησν δὲ ϗ τῆς ἐκκλησιασικῆς ἀποσήσεσθ κοινωνίας, ϗ τ ἑσπέραν καλαλήψεσθ, ϗ δῆλα πιήσειν τἀ πυθόμενα. ταῦτα δείσας ὁ Λεόντιος, τῆς μ λιτργίας ἔπαυσε τ' Ἀέπιον· τῆς δὲ ἄλλης αὐ-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὴν μὲν δι' οὗ πρόθεσιν] Joachimus Camerarius in margine verſionis ſuæ lectorem admonuit, ſcribendum eſſe ἀφ' non δι' ᾧ. quem ſecutus Jacobus Sirmundus in editione ſua ἀφ' excudit. Verum uterque falli mihi videtur. Putarunt enim glorificationem ſeu δοξολογίαν, nihil aliud eſſe quam verſum illum qui ad calcem Pſalmorum vulgo cani ſolet: *Gloria Patri & Filio* &c. In qua etiam opinione fuiſſe videtur Epiphanius Scholaſticus: cum tamen δοξολογία generaliter dicatur omnis glorificatio, quæ tam in fine Pſalmorum, quam ad calcem Orationum & Homiliarum addi ſolebat à Chriſtianis, quemadmodum diſcimus ex Baſilio Magno in libro 2. de Spiritu Sancto. Porro in fine Orationum & Sermonum ad populum, Antiqui Patres fere dicebant δι' ᾧ, *Per quem omnipotenti honor & gloria* &c. ut videre eſt, tum apud Baſilium in dicto loco, tum in Opuſculis Euſebii Pamphili à Jacobo Sirmundo olim editis. Vide Philoſtorgium in lib. 3. cap. 13.

2 Κατὰ τῶν τῆς ἐκκλησίας] Amplector ſcripturam codicis Allatiani, in quo legitur κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἐπιχείρησαν συνηγόρων. Atque ita legit Epiphanius Scholaſticus, ut ex Interpretatione ejus apparet. Sic etiam edidit Jacobus Sirmundus. [ex codice Regio J. Pini.]

VARIORUM.

a Τὸς τὸν καὶ, σύνδεσμον ἐπὶ τῆς τοῦ υἱοῦ δοξολογίας] Duplicem doxologiæ formam ſe uſurpaſſe prodit S. Baſilius in libro de Spiritu Sancto, cap. I. ſub finem: προσευχομένυ μου πρόλυ μιᾶς τοῦ λαοῦ, καὶ ἀμφοῖν τὴν δοξολογίαν ἀποπληροῦντι τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, νῦν μὲν μιᾶ τοῦ υἱοῦ σὺν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, νῦν δὲ ἀφ' τοῦ υἱοῦ ἐν ἁγίῳ πνεύματι, ἐπισκηψάν τινες τῶν παρόντων, ξενιζούσας ἡμᾶς φωναῖς κεχρῆσθαι λέγοντες, καὶ ἅμα πρὸς ἀλλήλας ὑπεναντίως ἐχούσας. *Nuper orante me apud populum, & utroque modo Glorificationem abſolvente Deo & Patri, interdum* cum Filio & Spiritu Sancto, *interdum* per Filium in Spiritu Sancto, *quidam ex his qui tum aderant, nos accuſarunt dicentes, nos non modo peregrinis at novis uſos vocibus, verum etiam inter ſe pugnantibus.* Utramque autem formulam libro iſto fuſe defendit Baſilius. Defendit & Socrates Euſebium Pamphili, eo quod in glorificationibus ſuis dicere ſolitus eſt ἀφ' Χριστοῦ *per Chriſtum*; idque exemplo antiquiorum Scriptorum, & ipſius Pauli Apoſtoli. Socr. lib. II. cap. 21. Quia tamen Ariani doxologia illa *per Chriſtum* eo conſilio uſi ſunt, ut Deitati ejus detraherent, adeo ut orthodoxi etiam Epiſcopi (Euſebius & Baſilius) hoc nomine apud cœtus ſuos Arianiſmi ſuſpicione laborarent, ideo paulatim in deſuetudinem hæc formula abiit; illa autem altera, tanquam ſinceræ fidei teſſera, in Homiliis & Liturgiis retenta eſt. Quæ quidem Apoſtolicæ inſtitutionis fuiſſe apparet, diuque ante excogitatam Arii hæreſin obtinuiſſe, ex clauſula Epiſtolæ Eccleſiæ Smyrnenſis de Martyrio S. Polycarpi; quam vide ſis apud Euſeb. pag. 171. in Notis. Quin & ipſe Polycarpus, Paſſionis ſuæ tempore, ſic Deum glorificatus eſt: δοξάζω σε, σὺν τῷ αἰωνίῳ καὶ ἐπουρανίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, ἀγαπητῷ σου παιδί, μεθ' οὗ σοι καὶ πνεύματι ἁγίῳ ἡ δόξα, καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας, in dicta Smyrnenſium Epiſtola ex editione J. B. Cotelerii; licet Euſebii Hiſtoria doxologiam hanc Polycarpi aliter exhibeat, p. 169.

τὸν

τὸν θεραπείας ἠξίω. ὁ δὲ ἀξιάγαστος ξυνωρὶς [a]Φλαβιανὸς καὶ Διόδωρος, ἱερατικῆς μὲν λειτουργίας μηδέπω τετυχηκότες, τοῖς δὲ λαοῖς συντεταγμένοι, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν εἰς τὸ ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ζῆλον διηγερτον ἅπαντας. οὗτοι πρῶτοι διχῆ διελόντες τοὺς τῶν ψαλλόντων χορούς, [1]ἐξ ἀλαδοχῆς ᾄδειν τὴν Δαυϊτικὴν ἐδίδαξαν μελῳδίαν. καὶ τοῦτο δὴ Ἀντιοχείᾳ πρῶτον ἀρξάμενον, πάντοσε διέδραμε, καὶ καθέλαβε τῆς οἰκουμένης τὰ τέρματα. οὗτοι [2]τοὺς θείων τοὺς ἐραστὰς εἰς τοὺς τῶν μαρτύρων σηκοὺς συναγείροντες, πάννυχοι διετέλουν σὺν ἐκείνοις τὸν Θεὸν ὑμνοῦντες. ταῦτα ὁρῶν ὁ Λεόντιος, κωλύειν μὲν οὐκ ᾠήθη δεῖν· ἠδεσαν γὰρ τὸ πλῆθος οὐ μάλα φιλοῦντες τοὺς ἀρίστους ἐκείνους διακείμενον ἄνδρας· ἐπιεικείᾳ δὲ τοὺς λόγους χρωμένους, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ταύτην γίνεσθαι παρ' αὐτῶν τὴν λειτουργίαν ἠξίου. οἱ δὲ καὶ λίαν ἀκειδῶς τὴν ἐκείνου πονηρίαν εἰδότες, τὸ κελευόμενον ἔδρων, [3]καὶ τοὺς συνεραστὰς εἰς τὰς ἐκκλησίας συνήθροιζον μάλα προθύμως, ὑμνεῖν τὸν ἅγιον δεσπότην παρεγγυῶντες. † μέντοι Λεόντιον, οὐδὲν ἔπεισε κολάσαι τὴν πονηρίαν· ἀλλὰ τὸ τῆς ὑποκρίσεως προσωπεῖον, καὶ Στεφάνου καὶ Φλακίλλου τὴν βδελυρίαν ἀπέκρυψε. τοὺς μὲν τῶν δογμάτων διαφορᾷ εἰσδεξαμένους, εἰ καὶ τὸν ἀκόλαστον διεπράσαντο βίον, τοῖς τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐγκαλέλεγε τάγμασι· τοὺς δὲ τοῖς πανοδαποῖς εἴδεσι τῆς ἀρετῆς κοσμουμένους, καὶ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ἀντεχομένους, ἀγεράρους καθέλιπε. τοῦτο δὴ χάειν, ὁ μὲν κλῆρος πλείους εἶχε τοὺς τῆς αἱρετικῆς λύμης μετειληχότας. τοῦ δὲ λαοῦ τὸ πλεῖον, τὴν ὀρθὴν ὑπερεμάχει δογμάτων. οὐδὲ γὰρ οἱ τὰς διδασκαλίας προφέροντες, γυμνὴν ἐθάρρυνον τὴν βλασφημίαν. ὅσα μὲν οὖν Φλάκιλλος καὶ Στέφανος καὶ Λεόντιος δυσσεβῆ καὶ παράνομα ἐν Ἀντιοχείᾳ δράσασι, συγγραφῆς μοι οἰκείας δεῖται διὰ τὸ πλῆθος· τῆς γε μὴν Δαϊδικῆς θρηνῳδίας, διὰ τὸ μέγεθος. καὶ περὶ τούτων γε λέγειν χρὴ, ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου ἠχήσαν, καὶ οἱ μισοῦντές σε ἦραν κεφαλήν. ἐπὶ τὸν λαόν σου κατεπανουργεύσαντο γνώμην, καὶ ἐβουλεύσαντο κατὰ τῶν ἁγίων σου. εἶπον, δεῦτε καὶ ἐξολεθρεύσωμεν αὐτοὺς ἐξ ἔθνους, καὶ οὐ μὴ μνησθῇ τὸ ὄνομα Ἰσραὴλ ἔτι. ἡμεῖς δὲ τὰ λοιπὰ τῆς ἱστορίας συγγράψωμεν.

ac tueri non desiit. Par autem illud admirabile, Flavianus scilicet ac Diodorus, licet honorem Sacerdotii nondum adepti essent, sed adhuc inter laicos versarentur, tamen diu noctuque cunctos ad studium ac defensionem pietatis animabant. Hi primi psallentium choros duas in partes diviserunt, & Davidicos hymnos alternis canere docuerunt. Quod quidem tunc primum Antiochiæ fieri cœptum, inde ad reliquos pervasit, & ad ultimos usque terrarum fines perlatum est. Iidem Divinarum rerum studiosis ad Martyrum basilicas congregatis, una cum illis pernoctare consueverant, Deum hymnis celebrantes. Quæ cum videret Leontius, eos quidem prohibere haudquaquam sibi tutum putavit. Sciebat enim quanto amore optimos illos viros populus complecteretur. Sed blandis in speciem sermonibus hortari eos cœpit, ut in Ecclesiis id ministerium obirent. Illi vero, licet ejus improbitatem optime nossent, fecerunt tamen quod jubebat: & † amoris sui socios alacri animo intra Ecclesias congregarunt, hortantes eos ut bonum Dominum hymnis celebrarent. Nulla res tamen Leontium adducere potuit, ut malitiam suam corrigeret. Sed sub modestiæ ac mansuetudinis larva, Stephani & Flaccilli nequitiam occultavit. Eos enim qui perversam fidei doctrinam amplexi fuerant, licet alioqui vitæ essent turpissimæ, in presbyterorum tamen ac diaconorum ordinem promovebat. Eos vero qui omni genere virtutis ornati essent, & qui Apostolicæ doctrinæ mordicus adhærerent, inhonoratos relinquebat. Quam ob causam, clerus quidem plerosque habuit hæretica labe contaminatos. Populi vero maxima pars rectam fidei doctrinam tuebatur. Neque enim ii quibus docendi cura erat injuncta, blasphemiam suam palam efferre audebant. Verum quæcunque à Flaccillo, Stephano ac Leontio impie & inique gesta sunt Antiochiæ, peculiari commentario opus habent ob multitudinem: & Davidico carmine plangenda sunt ob magnitudinem. Nam de his quoque dici par est: Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput. Super populum tuum dolos intenderunt, & consilium inierunt adversus sanctos tuos. Dixerunt, Venite & deleamus eos de gente, & non memoretur ultra nomen Israel. Nos vero reliquam historiam prosequamur.

Sæc. IV.

Socr. l. VI. cap. 8. Antiochenses alternis canere docent.

Psal. 82.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐξ ἀλαδοχῆς ᾄδειν] De hoc more Antiphonatim psallendi, vide quæ notavi ad Socratem pag. 78.

2 Τοὺς τῶν θείων ἐραστὰς] Monachos videtur intelligere. Horum enim multitudinem Antiochiæ collegit Flavianus, ut scribit Philostorgius in lib. 3. cap. 13.

3 Καὶ τοὺς συνεραστὰς] Emendavimus συνεραστὰς ex Manuscriptis codicibus Savilii & Allatii. Sirmundus tamen [ex codice Regio J. Pini] ἐραστὰς edidit, cui favere videtur Epiphanii versio. Sed nostra emendatio longe præstat. Non enim amatores Flaviani & Diodori hic intelliguntur, sed ii qui una cum illis, rerum divinarum amore flagrabant. Qui cum antea ad Basilicas Martyrum pernoctare soliti essent extra urbem, & illic Psalmos canere, postea hortatu Leontii, in Ecclesiis intra urbem id egerunt.

VARIORUM.

a Φλαβιανὸς] Is fuit postea Episcopus Antiochenus. De eo Socr. lib. V. cap. 9. 10. 15. Soz. lib. VII. cap. 11. lib. VIII. cap. 3. Et Theodorit. infra, lib. IV. cap. 25. lib. V. cap. 9.

† *Et amoris sui socios* &c.] Malim vertere *& coamatores suos*, qua voce utitur Augustinus in concione secunda de Psalmo 23. & in Psalmum 72. sub finem.

Sæc. IV.

CAPUT XXV.

De Eudoxii Germanicienſis Epiſcopi novitate: & de Baſilii Ancyrani atque Euſtathii Sebaſteni adverſus illum contentione.

GERMANICIA urbs eſt Euphratenſis, ut vocant, provinciæ, ſita in confinio trium provinciarum, Ciliciæ, Syriæ & Cappadociæ. Hujus urbis antiſtes Eudoxius, comperta Leontii morte, confeſtim Antiochiam profectus eſt: raptoque per vim Epiſcopatu, inſtar apri ſilveſtris vineam Domini devaſtavit. Neque enim Leontii exemplo improbitatem ſuam tegebat, ſed adverſus Apoſtolicam doctrinam propalam furens, eos qui contradicere auderent, omni calamitatum genere vexabat. Per idem tempus, Ancyræ quæ metropolis eſt Galatiæ, Eccleſiam gubernabat Baſilius, ſucceſſor Marcelli. Euſtathius vero Epiſcopatum gerebat Sebaſtiæ quæ caput erat Armeniæ. Hi cum Eudoxii iniquitatem & rabiem comperiſſent, quænam ille auſus fuiſſet, Conſtantio per literas ſignificarunt. Is in Occidentis partibus etiam tum morabatur; & poſt cædem tyrannorum, vulneribus quæ illi reipublicæ inflixerant ſanandis operam dabat. Porro ambo familiares erant Imperatori, & ob eximiam vitæ ſanctimoniam ſumma apud eum auctoritate ac fiducia pollebant.

Eudoxius.

Baſilius Ancyranus.

Euſtathius Sebaſtenus.

CAPUT XXVI.

De Concilio Nicæa, ac poſtea Seleuciæ in Iſauria congregato.

His cognitis, Imperator Conſtantius ad Antiochenſes ſcripſit, ſe nequaquam Eudoxio Eccleſiæ illius Epiſcopatum conceſſiſſe. Id enim Eudoxius ipſe jactaverat. Eumque urbe expelli, & facinorum ſuorum pœnas dare juſſit apud Nicæam Bithyniæ; quo in loco Concilium fieri præceperat. Nam & ipſe Eudoxius, iis quibus palatii adminiſtratio commiſſa erat, perſuaſerat ut celebrando Concilio Nicæa potiſſimum aſſignaretur. Verum hujus univerſi moderator, qui res futuras perinde novit ac jam præteritas, inſperato quodam terræ motu conventum illum prohibuit. Maxima enim pars urbis motu illo ſubverſa eſt: Et incolarum plerique oppreſſi interiere. Quo facto, Epiſcopi qui illuc convenerant, timore perculſi ad ſuas quiſque Eccleſias reverterunt. Atque hoc Divinæ ſapientiæ opus fuiſſe mihi videtur. Nam quoniam in ea urbe, olim quidem Apoſtolicæ fidei doctrina à Patribus conſcripta fuerat, tunc vero Epiſcopi ibi congregati contrariam priori illi fidem ſcripturi erant, atque hæc nominis ſimilitudo anſam fraudis præbitura erat Arianis, qui ſimpliciores quoſq; circumventuri erant,

Socr. II. cap. 39. Soz. IV. cap. 22.

Nicæa terra motu ſubverſa.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Περὶ τῆς Εὐδοξίου τοῦ Γερμανικέως καινοτομίας, καὶ Βασιλείου τοῦ Ἀγκύρας, καὶ Εὐσταθίου τοῦ Σεβαστίας καὶ τούτου γεγενημένης σπουδῆς.

ΓΕρμανίκεια πόλις ἐστὶν ἐν μεθορίῳ τῆς Κιλίκων καὶ Σύρων Καππαδοκῶν κειμένη· εἰς ἣν ἡ Εὐφρατησίαν καλουμένην ἐπαρχίαν τελεῖ. τῆσδε τῆς ἐκκλησίας προεστηκὼς Εὐδόξιος, εἶτα Λεόντιον τεθνηκέναι μαθὼν, καλέλαβε μὲν τὴν Ἀντιόχειαν. ἥρπασε δὴ καὶ προεδρείαν, συὸς ἀγρίου δίκην λυμαινόμενος τὴν ἀμπελῶνα τοῦ θεοῦ. οὐδὲ γὰρ Λεοντίου παραπλησίως τὴν κακοήθειαν συνεκάλυπτεν· ἀλλ' ἀντικρυς καὶ τῶν ἀποστολικῶν ἐλύττα δογμάτων, καὶ τοὺς ἀντιλέγειν τολμῶντας παντοδαπαῖς περιέβαλε συμφοραῖς. κατὰ τοῦτον δὴ τὸν χρόνον, Ἀγκύρας μὲν τῆς Γαλατῶν μητροπόλεως Βασίλειος κατεῖχε τὰ τῆς ἐκκλησίας πηδάλια, Μάρκελλον διαδεξάμενος. Εὐσταθίος δὲ Σεβαστείας ἡγεῖτο, ἡ τῆς Ἀρμενίας ἐπρώτευεν. οἵτινες τὴν Εὐδοξίου περανομίαν καὶ λύτταν μεμαθηκότες, Κωνσταντίῳ τῷ βασιλεῖ τὰ τολμηθέντα διὰ γραμμάτων ἐδήλωσαν. ἐπὶ δὲ τοῖς οὐ τῷ τρόπῳ δυόμενον ἥλιον διέτειβε τιμήμασι, καὶ τῷδε τὴν τυραννων γεγενημένην βλάβην ἰώμενος μετὰ τὴν ἐκείνων ἀναίρεσιν. σωθεὶς δὲ ἅπασαν ἔτι τῷ βασιλεῖ, καὶ πλείστης ὅσης διὰ τὴν ἀξιέπαινον βιοτὴν ἀπόλαυον παῤῥησίας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΣ'.

Περὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ καὶ πάλιν ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας γεγενημένης συνόδου.

ΤΑῦτα μαθὼν ὁ Κωνστάντιος, Ἀντιοχεῦσι μὲν ἐπέστειλεν, ὡς οὐκ αὐτὸς Εὐδοξίῳ τὴν τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης ἐπέτρεψεν προεδρείαν. τοῦτο γὰρ ἐκεῖνος ἐθρύλησεν. Εὐδόξιον δὲ τῆς μὲν πόλεως ἐξελαθῆναι, δοῦναι δὲ δίκας ὧν ἔδρασεν, εἰς Νικαίαν τῆς Βιθυνίας προστάξαι, ἐκεῖ συνδραμεῖν τὴν σύνοδον παρεγγυήσας. τὴν δὲ Νίκαιαν αὐτὸς Εὐδόξιος ἀφορίσας τῷ συνεδρίῳ, τοὺς τὰ βασίλεια πεπιστευμένους οἰκονομεῖν ἔπεισεν. ἀλλ' ὁ τῶν ὅλων πρύτανις, τὰ ἐσόμενα ὡς ἤδη γεγενημένα ἐπισάμενος, σεισμῷ μὲν παραδόξῳ κεκώλυκε τὸ συνέδριον. τὰ γὰρ πλεῖστα τῆς πόλεως, ὁ σεισμὸς ἐκεῖνος καθήνεγκεν, καὶ τῶν οἰκητόρων τοὺς πλείστους διέφθειρε. τοῦτο μεμαθηκότες οἱ συνελθόντες, καὶ κομιδῇ δείσαντες, εἰς τὰς οἰκείας ἐκκλησίας ἀνέστρεψαν. τῆς δὲ τοῦ Θεοῦ Σοφίας ἡγοῦμαι τοῦτο μηχάνημα. ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἡ τῆς ἀποστολικῆς πίστεως ἐγράφη διδασκαλία, εἰκὸς ἦν γράφειν ἐν αὐτῇ ἔμελλον οἱ ὕστερον ἀθροιζόμενοι, ἀφορμὴ δὲ τοῖς Ἀρείοις διασωθεῖσα ἐξαπάτης ἡ τῆς ἐπωνυμίας ταυτότης ἐγίνετο, καὶ βλάπτειν ἔμελλον τοὺς ἁπλοῖς ἤθεσι κεχρημένους,

VARIORUM ANNOTATIONES.

a Εὐδόξιος] De Eudoxio Socr. l. II. cap. 19, 37. initio. 40 in fin. & c. 42. lib. IV. cap. 1, 14. Sozom. lib. III. cap. 5. lib. IV. c. 12. de Baſilio Ancyrano Socr. lib. II. c. 29, 30 ſub fin. & cap. 42. lib. III. c. 25. Soz. lib. IV. c. 24. de Euſtathio Sebaſteno Socr. lib. II. c. 39, 40. Soz. l. III. c. 14. lib. IV. cap. 24.

ἀπὸ

ἀπὸ Νικαίας τὴν ταύτην προσαγορεύοντες, καὶ ὡς τῆς παλαιᾶς ἐκείνην προφέροντες, διέλυσεν ὁ τῆς ἐκκλησίας προνοούμενος τὸ συνέδριον. χρόνου δὲ διελθόντος, ὑπὸ τῆς Εὐδοξίου κατηγόρων ὑπομνησθεὶς a ὁ Κωνστάντιος, a εἰς Σελεύκειαν τῆς σύνοδον γενέσθαι προσέταξε· πόλις δὲ αὕτη τῆς Ἰσαυρείας, πρὸς τῇ θαλάττῃ κειμένη, καὶ τῶν ὁμοφύλων πόλεων ἡγουμένη· εἰς ταύτην ἀθροισθῆναι τοὺς τῆς ἑῴας ἐπισκόπους, καὶ μὴ δὴ καὶ τοὺς τῆς Ποντικῆς, καὶ τοὺς τῆς Ἀσιανῆς παρηγγύησε. κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν, Καισαρείας μὲν τῆς b Παλαιστίνης μητροπόλεως b Ἀκάκιος ἡγεῖτο, διαδεξάμενος τὸν Εὐσέβιον. τοῦτον δὲ τὸν Ἀκάκιον ἡ ἐν Σαρδικῇ συναθροισθεῖσα σύνοδος ἀπεκήρυξεν. ἀλλὰ τῶν ἐξενεχθεῖσαν οὐκ ἐδέξατο ψῆφον, τοσοῦτον πλῆθος ἱερέων καταφρονήσας. τῆς δὲ γε Ἱεροσολύμων μητροπόλεως Μακάριον ἐκεῖνον ὃν πολλάκις ἐμνήσθην, Μάξιμος τὴν προσηκουσαν παρέλαβεν· ἀνὴρ οὗτος τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσι διαπρέψας. τόν τε γὰρ δεξιὸν ὀφθαλμὸν ἀφῄρητο, καὶ τὸ ἀσκύλης ἐστέρητο τὸ δεξιᾶς. τούτου δὲ εἰς τὸν ἀγήρω μεταστάντος βίον, Κύριλλος τῆς ἐπισκοπικῆς χάριτος ἠξιώθη, τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων προθύμως ὑπερμαχῶν. ἦσαν πρὸς ἀλλήλους 1 περὶ πρωτείων φιλονεικοῦντες, μεγίστων κακῶν 2 τοῖς κοινοῖς ἐγένοντο πρόξενοι. ὁ μὲν γὰρ Ἀκάκιος μικρᾶς πινὰς θύρων ἀφορμὰς, καθεῖλε τὸν Κύριλλον καὶ τῶν Ἱεροσολύμων ἐξήλασεν. ὁ δὲ Κύριλλος τὴν μὲν Ἀντιόχειαν παρελήλυθε, ποιμένος αὐτὴν ἐστερημένην θύρων· εἰς δὲ Ταρσὸν ἀφικόμενος, τῷ θαυμασίῳ συνῆν Σιλβανῷ. οὗτος γὰρ καὶ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐκείνης ἡγεῖτο τῆς ἐκκλησίας. τοῦτο μαθὼν ὁ Ἀκάκιος, ἐπέστειλε τῷ Σιλβανῷ, καὶ τὴν καθαίρεσιν τοῦ Κυρίλλου μεμήνυκεν. ὁ δὲ, καὶ τὸν Κύριλλον αἰδούμενος, καὶ τὸ πλῆθος ὑφορώμενος· ἤδιστα γὰρ τῆς τοῦ Κυρίλλου διδασκαλίας ἀπήλαυε· τῆς ἐκκλησιαστικῆς οὐκ ἐκώλυσε λειτουργίας. ἐπειδὴ δὲ συνῆλθον εἰς τὴν Σελεύκειαν, ἐκοινώνει μὲν τοῖς ἀμφὶ τὸν Βασίλειον καὶ Εὐστάθιον καὶ Σιλβανὸν καὶ τοῖς λοιποῖς 3 3 ὁ Κύριλλος τῷ συνεδρίῳ. ὁ δέ γε Ἀκάκιος, ἀφίκετο μὲν καὶ αὐτὸς πρὸς τοὺς συνεληλυθότας ἐπισκόπους· πεντήκοντα δ' ἦσαν καὶ ἑκατόν· ἔφασκε δὲ μὴ πρότερον αὐτοῖς κοινωνήσειν τῶν βουλευμάτων, πρὶν ἔξω γενέσθαι

istam quoque synodum Nicænam appellantes, ac pro vetere illa in medium proferentes; Deus qui Ecclesiarum perpetuo curam gerit, conventum hunc diremit. Interjecto brevi tempore, Constantius ab accusatoribus Eudoxii submonitus, Seleuciæ Concilium fieri præcepit. Est autem Seleucia urbs Isauriæ ad mare sita, inter omnes ejus provinciæ urbes primum obtinens locum. Eo igitur universos Orientis Episcopos, Asianæ item ac Ponticæ Diœcesis, convenire jussit. Porro ea tempestate, Cæsareæ quidem Palæstinæ post Eusebium Acacius præsidebat. Qui cum à synodo Serdicæ congregata depositus fuisset, sententiæ contra se latæ minime acquievit, tot Episcoporum multitudinem despiciens. Hierosolymorum vero sacerdotium, post Macarium illum cujus jam antea mentionem fecimus, Maximus susceipit. Vir qui pro pietatis defensione in persecutionem certaminibus inclaruerat. Nam & oculo dextro orbatus, & dextro poplite debilitatus fuerat. Quo deinde ad immortalem vitam translato, Cyrillus Apostolicæ doctrinæ acerrimus propugnator, Episcopalem gratiam promeruit. Hi cum de primatu inter se contenderent, reipublicæ Christianæ gravissimorum malorum causam præbuere. Nam Acacius quidem, levi quadam occasione arrepta Cyrillum deposuerat, & Hierosolymis expulerat. Cyrillus vero, Antiochiam quidem prætergressus est, cum eam pastore orbatam videret. Tarsum autem profectus, cum admirando Silvano vixit. Hic enim eo tempore Ecclesiam illam administrabat. Quod cum Acacius resciviſſet, literas scripsit ad Silvanum, eique depositionem Cyrilli nunciavit. At ille, & Cyrillum reveritus, & populum reformidans, utpote qui Cyrilli concionibus admodum delectaretur, eum ab Ecclesiastico ministerio haudquaquam prohibuit. Porro cum Seleuciam convenissent, Cyrillus cum Basilio, Eustathio, Silvano ac reliquis sacerdotibus simul consedit. Acacius vero, & ipse quidem accessit ad Episcopos illic congregatos, qui erant numero centum & quinquaginta. Sed se cum illis consilium

Seleucia.

Maximus Hieroſol.

Cyrillus Hieroſ.

Acacius Cæsarienſis.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Περὶ πρωτείων] Huic contentioni occasionem præbuerat Canon septimus Concilii Nicæni, qui Episcopo Hierosolymorum eum honoris gradum, quem ab ultimis temporibus habuerat, jusserat conservari, salva tamen Cæsarienſi Episcopo Metropolitani dignitate. Quo tamen Canone omnis potestas ac jurisdictio servata erat Episcopo Cæsarienſi: Hierosolymorum autem Episcopo nihil præter honorem ac reverentiam tributum fuerat.

2 Τοῖς κοινωνοῖς] Recte Jacobus Sirmundus emendavit τοῖς κοινοῖς, quemadmodum scribitur in codice Leonis Allatii, & in altero codice Regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus.

3 Ὁ Κύριλλος τῷ συνεδρίου] In Manuscripto codice Henrici Savilii hæc adduntur καὶ τῶν βουλευμάτων. Quæ licet in reliquis codicibus non legantur, proba tamen mihi videntur, nec rejicienda.

VARIORUM.

a Εἰς Σελεύκειαν τὴν σύνοδον] Concilium Seleucienſe, eodem quo Ariminense tempore, anno 359. V. Cal. *Octob.* coactum: cui 160 circiter Episcopi ex variis Orientis Provinciis congregati interfuerunt. In duas partes dirempta est Synodus: unam duce Acacio Cæsarienſi, cui 33 alii adhæserunt, qui abrogata formula Nicæna, aliam substituere voluerunt: alteram sub Georgio Laodiceno, aliisque, qui omisso solum τῷ ὁμοουσίῳ Fidem Nicænam conservandam esse contendebant. Hi numero longe superiores, rejectis Acacianorum libello & formula, Fidem Antiochiæ anno 341 scriptam protulerunt. & subscriptione sua ratam habuerunt, partisque Acacianæ principes deposuerunt. Confer Sulp. Sev. lib. II. p. 158. imprimis, vero Hilarium, qui huic Synodo præsens adfuit, lib. contr. Constant. Vit. defunct. col. 292. Locum ex vetustissimo codice Colbertino longe emendatiorem exhibet Baluzius nov. Collect. col. 67. *Guil. Cave, Hist. Eccl. Vol. II. p.* 119.

b Ἀκάκιος] De Acacio Socr. II. cap. 4, 39, 40. Soz. l. III. cap. 2. lib. IV. c. 23. de Maximo Socr. lib. II. cap. 8. Soz. lib. II. cap. 20. lib. III. c. 6. de Cyrillo Socr. lib. II. cap. 38, 40 sub fin. Soz. lib. IV. c. 25.

τοῦ

SÆC. IV. initurum negavit, nisi Cyrillus è Concilio submoveretur, quippe qui Episcopatu exutus fuisset. Ac nonnulli quidem eorum qui pacis studiosi erant, Cyrillum rogabant ut è Concilio discederet; post doctrinæ fidei discussionem, ejus causam examinaturos se esse pollicentes. Sed cum Cyrillus non obtemperaret, Acacius relictis illis abscessit. Et cum Eudoxio congressus, metu quo tenebatur eum liberavit, animumque ei addidit, spondens se patronum ipsi atque adjutorem fore. Et in Concilium quidem ingredi eum vetuit: sed una cum illo Constantinopolim profectus est.

τῆ συλλόσυ τ Κυείλλου. ἅτε δὴ τ ἀρχιερωσύνης γεγυμνωμένου. καί τινες μὲ τ τ εἰρήνης φρονθυμένων, ὑποχωρῆσαι τ Κυείλλου ἱκέτευον, ὑπισχνύμενοι μὲν τ τ δογμάτων ἀφέξεσιν, ἢ τ καὶ αὐτὸν ἐπιθέσιν ἐξελάζειν. ἐπειδὴ δὲ οὐκ εἶξε, καταλιπὼν μὲ αὐτὸς ὁ Ἀκάκιος ἐξελήλυθεν. Εὐδοξίῳ δὲ συγγενόμενος, τὸ μὲ ἐγκείμενον ἐξήλασε δέος· θάρσος δὲ ἐνέθηκε, συνήγορος αὐτῷ καὶ συναγωνιστὴς ὑποχόμενος ἔσεσθαι. καὶ εἰς μὲν τὸ συνέδριον εἰσελθεῖν αὐτὸν διεκώλυσε· τὸν δὲ Κωνσταντινούπολιν συν ἐκείνῳ καλέλαβε.

CAPUT XXVII.

De iis quæ Constantinopoli Orthodoxis Episcopis acciderunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Περὶ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει τοῖς ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις συμβεβηκότων.

Socr. l. II. cap. 41. Soz. l. IV. cap. 24.

CONSTANTIUS enim ab Occidentis partibus reversus, ibi tunc morabatur. Apud quem Acacius cum Episcopos Seleuciæ congregatos multis de causis accusasset, improborum hominum cœtum appellans, ad exitium ac perniciem Ecclesiarum collectum; Imperatorem ad iracundiam incitavit. Sed præcipue Imperatoris animum commoverunt ea quæ Acacius adversus Cyrillum commentus est. Sacram enim vestem, quam Constantinus omni laude celebrandus, ad exornandam Hierosolymorum Ecclesiam Macario ejus loci Episcopo donaverat, ut ea indutus, Divini baptismi ministerium perageret: ea vestis aureis filis contexta erat: Cyrillum vendidisse dixit, eamque mercatum quendam ex iis qui in theatro saltare solent, induisse quidem, sed inter saltandum collapsum, obtritumque interiisse. Hoc assessore, inquit, & consiliario judicare & de aliis sententiam ferre aggrediuntur. Hac occasione arrepta, proceres palatii persuadent Imperatori, ut non totam synodum: metuebant enim consensum multitudinis: sed decem duntaxat præcipuos convocaret. Horum ex numero fuit Eustathius Armenius & Basilius Galata, Silvanus item Tarsensis & Eleusius Cyzicenus. Qui cum venissent, Imperatorem hortati sunt, ut de Eudoxii blasphemia & iniquis actibus quæstio haberetur. Verum Imperator à contrariæ partis sectatoribus admonitus, causam fidei prius disceptandam esse dixit, tum de illo quæstionem habendam. Cumque Basilius pristina familiaritate fretus, Imperatorem libere coarguisset, tanquam Apostolicæ doctrinæ insidias struentem, commotus est Constantius: & Basilium silere jussit, utpote qui turbas ac tempestates in

Acacius Cyrillum criminatur.

Κωνστάντιος γὰρ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπανελθὼν, ἐν ταύτῃ διέτριβε. πολλὰ δὲ τ συνελθόντων ἐπὶ τῷ βασιλέως κατηγορήσας, καὶ σύστημα πονηρῶν ἀνθρώπων ἐπικαλέσας, ἐπ' ὀλέθρῳ καὶ λύμῃ τῶν ἐκκλησιῶν συγκροτούμενον, τὸν βασιλέως ἀνῆψε θυμόν. ἦν γὰρ ἤκιστα ἢ αὐτὸν χαλεπῆναι πεποίηκεν, ἀλλ' ἢ τῷ Κυείλλῳ συντέθεικε. τ γὰρ ἱερὰν στολὴν ἣν ὁ πανεύφημος Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς τ Ἱεροσολύμων ἐκκλησίαν κεκαίρων, δεδώκει τῷ Μακαρίῳ τῷ τ πόλεως ἐκείνης ἀρχιερεῖ, ἵνα ταύτην ἐνδεδαλλόμενος, τὴν τ θείου βαπίσματος ἐπιτελῇ λειτουργίαν· ἐκ χρυσῶν δὲ αὔτη κατεσκεύαστο νημάτων πεπραγένεναι τ Κυείλλον ἔφη, καὶ ταύτην τινὰ τ ἐπὶ τ θυμέλης λυκιζομένων πεπόμενον, ἐνδεδαλέσθαι, ὀρχούμενον δὲ πεσεῖν καὶ συντριβῆναι, καὶ θανάτῳ παραδοθῆναι. τοῦτον ἔφη κοινωνὸν ἔχοντες, κρίνειν καὶ τοῖς ἄλλοις δικάζειν ἐπιχειροῦσι. ταύτην λαβόντες τ ἀφορμὴν τ βασιλείων οἱ προσαλεύοντες, πείθουσι τ βασιλέα μὴ πᾶσαν ἀθροῖσαι τ σύνοδον· ἐδεδίεσαν γὰρ τῷ πλήθους τ συμφωνίαν· ἀλλὰ δέκα τοὺς ἡγουμένους. ἐν τούτοις Εὐστάθιος ἦν ὁ Ἀρμένιος, καὶ Βασίλειος ὁ Γαλάτης, καὶ Σιλβανὸς ὁ Ταρσοῦ, καὶ Ἐλεύσιος ὁ Κυζίκου. οὗτοι παραγενόμενοι, παρεκάλουν τ βασιλέα, τ Εὐδοξίου βλασφημίαν τε καὶ παρανομίαν ἐξελεγχθῆναι. ὁ δὲ παρὰ τ τἀναντία φρονηκότων διδασκόμενος, ἔλεγε χρῆναι πρότερον τὰ κατ' πίστιν διακριθῆναι, εἶθ' ὕστερον τὰ καθ' ἐκείνου ἐξετασθῆναι. τῶν δὲ Βασιλείου τῇ προτέρᾳ συνηθείᾳ θαῤῥήσαντος, καὶ σὺν παῤῥησίᾳ τ βασιλέα διελέγξαντος ὡς τοῖς ἀποστολικοῖς ὑπεναντίον δόγμασιν, ἐχαλέπηνε μὲν ὁ Κωνστάντιος· σιγῆσαι δὲ προσέταξε τὸν Βασίλειον, ὡς ζάλης αἴτιον

VALESII ANNOTATIONES.

1 Κωνστάντιος γὰρ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας] Ab his verbis inchoavi caput 27, Basilienſem & Roberti Stephani editionem ſequutus. In his enim editionibus caput 27. incipit ab his verbis, nota numerali inſignitum, quæ in Baſilienſi quidem editione prænotatur capitulo: in editione vero Stephani adſcripta eſt ad latus. Ipſum autem titulum capitis qui ſecundo libro præfixus eſt in Indice Capitulorum, emendavi ex conjectura. Priorem enim partem quæ erat de ſynodo Seleucena, conjeci in titulum capitis 26. in quo agitur de ſynodo Nicæna. Quod quidem recte & cum judicio à nobis factum eſſe, nemo, ut opinor, negabit. Id enim res ipſa poſtulabat.

2 Τὴν τοῦ θείου βαπίσματος λειτουργίαν] Hunc locum de baptiſmi Sacramento intellexerunt interpretes. Ego vero de feſto Epiphaniorum die malim intelligere, quo Chriſtus in Jordane eſt baptizatus. Hunc enim diem præcipuo honore colebant Hieroſolymitani, eo quod apud ipſos Chriſtus tinctus fuiſſet. Eoque die infantes baptizari apud illos ſolebant, ut legere memini in Typico Monaſterii Sancti Sabæ, ubi etiam officium illius diei refertur. λειτουργία igitur hoc loco, vel Miſſam illius diei ſignificat, vel totum Officium. Sic λειτουργίαν uſurpat Theodoritus ſupra in cap. 24. hujus libri [& infra in l. III. cap. 4. & lib. IV. cap. 14.] Porro ex hoc loco apparet, quam vetuſta ſit conſuetudo ſacrarum veſtium in Eccleſia.

ταῖς

ταῖς ἐκκλησίαις γινόμενον. παυσαμένου δὲ τοῦ Βασιλείου τῆς διαλέξεως, ἐπειδὴ τὰ τῆς πίστεως διακριβῶναι βούλει βασιλεῦ, ὁ Εὐσάθιος ἔφη, ὅρα τὰς κατὰ τοῦ μονογενοῦς βλασφημίας ὑπὸ Εὐδοξίου τετολμημένας. καὶ ἅμα λέγων ἐπέδωκεν ἔκθεσιν, ἣ μετὰ ἄλλων πολλῶν δυσσεβέσι καὶ ταῦτα περιέκειτο. τὰ ἀνομοίως φερόμενα, ἀνόμοια κατ' οὐσίαν ἐστίν. εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. ἀνόμοιον δὲ τὸ ἐξ οὗ τῷ δι' οὗ. ἀνόμοιος ἄρα ὁ Υἱὸς τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. ταύτην ἀναγνωσθῆναι κελεύσας τὴν ἔκθεσιν ὁ Κωνστάντιος, καὶ σφόδρα χαλεπήνας τῇ ἐσκεμμένῃ ἀσέβειαν, ἤρετο τὸν Εὐδόξιον εἰ αὐτὸς ταῦτα συγγέγραφεν. ὁ δὲ ἠρνήθη παραυτίκα, καὶ ταῦτα γεγραφέναι τὸν Ἀέτιον ἔφη. a Ἀέτιος δὲ οὗτος ἦν, ὃν πάλαι μὲν Λεόντιος τὰς Φλαβιανοῦ καὶ Διοδώρου καθηγεμονίας δεδεξάμενος, τῆς διακονίας ἐγύμνωσε· Γεώργιος δὲ ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπίβουλος, συνεργὸν εἶχε καὶ τῶν δυσσεβῶν ῥημάτων καὶ τῶν ἀνοσιουργῶν ἐγχειρημάτων. τότε μέντοι μετ' Εὐνομίου τοῦ Εὐδοξίῳ συνῆν. Λεοντίου γὰρ δὴ τετελευτηκότος, καὶ Εὐδοξίου τὴν Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ἡρπακότος τὴν προεδρίαν, ἐπανῆκεν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου τὸν Εὐνόμιον ἄγων· καὶ τὸν Εὐδόξιον θυρῶν ὁμόφρονα, καὶ πρὸς τῇ δυσσεβείᾳ καὶ b Συβαριτικῇ κεχρημένον χλιδῇ, πάντων προυτίμησε τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ διαγωγήν. καὶ σὺν Εὐνομίῳ ταῖς ἐκείνου προσπλωθείσι βάσι, τὸν τῶν κολάκων ἐζηλώκει βίον· καὶ νῦν μὲν πρὸς τοῦτον, νῦν δὲ παρ' ἐκεῖνον διεῖλκε Φοιτῶν τε καὶ γαστριζόμενος. τότε μέντοι ὁ βασιλεὺς τοῦτο μαθὼν, εἰσαχθῆναί τε προσέταξε τὸν Ἀέτιον· καὶ εἰσελθόντος, τὴν ἔκθεσιν ἐκείνην ἐπέδειξε, πυνθανόμενος εἰ αὐτὸς ἐκείνου τυγχάνει τοὺς λόγους. ὁ δὲ, καὶ τὰ γεγενημένα πάμπαν ἀγνοῶν, καὶ τὸν τῆς πεύσεως ἐκβαίνοντα τρόπον, εὐφημίαν δὲ ἐκ τῆς ὁμολογίας καρπώσασθαι προσδοκήσας, ἔφη τοὺς λόγους ἐκείνους αὐτὸς εἶναι γεννήτωρ. ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν τῆς δυσσεβείας ὑπερβολὴν καταδὼν, εὐθὺς αὐτὸν ἐξωφράκισεν, εἴς τι χωρίον τῆς Φρυγίας ἀπαχθῆναι κελεύσας. καὶ ἐκεῖνος μὲν τῷ ἐκ τῆς βλασφημίας καρπωσάμενος ἀτιμίαν, ἐξεβλήθη τῶν βασιλείων. Εὐσάθιος δὲ καὶ τὸν Εὐδόξιον ἔφη ταῦτα φρονεῖν· συνοίκου γὰρ αὐτῷ καὶ σύσσιτον τὸν Ἀέτιον εἶναι, καὶ τῇ τούτου γνώμῃ διακονοῦντα ἐκεῖνον, τῷ βλασφημίαν συγγεγραφέναι. καὶ τεκμήριον ἔλεγεν εἶναι σαφὲς τοῦ συνειδέναι τοῖς γεγραμμένοις, τὸ μηδένα ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸν εἰρηκέναι, Ἀετίου εἶναι τὴν ἔκθεσιν. ἀλλ' οὐ χρὴ τοπάζοντας τοὺς δικάζοντας κρίνειν, ὁ βασιλεὺς ἔφη,

Ecclesiis excitaret. Tunc Basilio differendi finem faciente, Eustathius Imperatori dixit. Quandoquidem causam fidei dijudicari cupis, Imperator, vide quas contra unigenitum blasphemias effudit Eudoxius. Simul hæc dicens, porrexit expositionem fidei, in qua præter alia multa hæc quoque impia verba continebantur. Ea quæ dissimiliter proferuntur, dissimilia sunt secundum substantiam. Unus Deus Pater ex quo omnia, & unus Dominus Jesus Christus per quem omnia. Atqui inter se dissimilia sunt, ex quo, &, per quem. Filius ergo dissimilis est Deo Patri. Hanc expositionem cum recitari jussisset Constantius, & ob impietatem in ea comprehensam graviter indignaretur, Eudoxium interrogavit num hæc ab illo scripta essent? Negavit confestim Eudoxius, & Aetium ista scripsisse asseveravit. Hic autem erat Aetius, quem olim Leontius, Flaviani & Diodori veritus accusationes, diaconatu exuerat: Georgius vero Alexandrinæ insidiator Ecclesiæ, & impiorum verborum & sceleſtorum facinorum adjutorem habuerat. Sed tunc temporis apud Eudoxium degebat una cum Eunomio. Nam post mortem Leontii cum Eudoxius Episcopatum Antiochensis Ecclesiæ invasisset, Aetius ex Ægypto reversus est, Eunomium secum adducens. Cumque Eudoxium idem cum ipso sentientem deprehendisset, & simul cum impietate Sybariticas quoque delicias consectantem, Antiochenæ urbis domicilium reliquis antepositi. Et una cum Eunomio stibadiis affixus Eudoxii, parasitorum vitam æmulatus est: modo ad hunc, modo ad illum venire solitus, ventremque epulis distendere. Tunc igitur Imperator ea re cognita, Aetium induci jussit. Et cum venisset, expositionem illam ei ostendit, quæsivitque num hujus scriptionis ipse auctor esset. At ille cum & rerum gestarum prorsus ignarus esset, & interrogationis causam nesciret, sperans ex confessione laudem se consecuturum, ejus scripti auctorem se professus est. Imperator vero, impietatis magnitudinem considerans, eum exilio damnavit, & in quendam Phrygiæ locum jussit deportari. Et Aetius quidem, cum ex blasphemia sua nullum alium fructum percepisset quam infamiam, palatio exturbatus est. Eustathius vero Eudoxium quoque idem sentire dixit. Aetium enim convivam ejus & contubernalem esse; ejusque voluntati inservientem ista conscripsisse. Idque certissimum esse argumentum dicebat, Eudoxium ejus scriptionis conscium esse, quod nemo præter illum eam expositionem Aetii esse dixisset. Verum Imperator: Ex conjecturis, inquit, judices sententiam ferre non debent, sed res

Sæc. IV.

Eudoxii & Aetii blasphema Fidei expositio.

Georgius.

Eunomius.

Aetius exilio damnatus.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Γεώργιος δὲ ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων] Idem de Aëtio testatur Gregorius Nyssenus in lib. 1. contra Eunomium, ubi Aëtii vitam describit. ἐπὶ τούτοις τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου βασιλικῆς δυναστείας τὸν Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας μετατιθέντος, Γεωργίου δὲ τοῦ παρεισαθέντος τὸν ἐκεῖνον λαὸν ἀγριαίνοντος, πάλιν Ἀλεξανδρεὺς ὁ Ἀέτιος &c.

VARIORUM.

a Ἀέτιος] De Aetio Socr. lib. II. cap. 35. lib. IV. c. 13. Soz. l. VI. c. 26.

b Συβαριτικῇ χλιδῇ] Sybariticis, & Sybaricis; id est, delicatis, splendidis, sumptuosis. Sybaritæ enim (Sybaris urbis Magnæ Græciæ in Lucania incolæ) luxuriosi erant, & deliciis adeo indulgebant, ut vel ipsos equos ad tibiam saltare docerent. Vide plura apud *Suidam*.

τὰ

SÆC. IV.

gestas diligenter inquirere. Tunc Eustathius: Nobis igitur universis, inquit, persuadeat Eudoxius se non ita sentire, Anathema dicendo scriptioni Aetii. Cumque Imperator eam postulationem libenter amplexus esset, idque ita fieri præcepisset, Eudoxius tergiversari cœpit, oblatamque ipsi conditionem variis artibus eludere conatus est. Sed cum Imperator indignaretur, minatusque esset se illum cum Aetio in exilium missurum, utpote impiæ sententiæ ac doctrinæ consortem, Eudoxius suam ipsius doctrinam negavit, quam tamen & tunc temporis, & postea, defendere nunquam destitit. Cæterum ipse quoque vicissim objecit Eustathio, eos etiam consubstantialis vocabulum, quod in Scripturis non extaret, perinde damnare oportere. Sed respondit Silvanus: Æquum etiam est ut illi voces istas, de non extantibus, & creaturam, & alterius substantiæ, quæ in Scripturis non extant, nec usquam in propheticis aut Apostolicis libris leguntur, condemnent, easque à sacris conventibus procul abjiciant. His assensus est Imperator, & Eudoxianis præcepit ut anathema istis dicerent. At illi, initio quidem contradicere cœperunt. Postea vero animadversa Imperatoris indignatione, ægre licet atque inviti, voces ipsis à Silvano propositas condemnarunt. Exinde vero acrius institerunt, flagitantes ut consubstantialis quoque vocabulum damnaretur. Sed Silvanus argute ratiocinatus & vere, ad illos & ad ipsum Imperatorem ita dixit. Si Deus Verbum non est ex nihilo, nec creatura, nec alterius substantiæ, consubstantialis igitur est Deo qui ipsum genuit, utpote Deus ex Deo & lumen ex lumine; eandemque cum genitore suo naturam habet. Et ille quidem fortissime simul ac verissime ista dicebat: nulli tamen eorum qui aderant persuasit. Immo ab Acacii & Eudoxii factione ingens clamor excitatus est: & Imperator ira succensus, minatus est se illos Ecclesiis ejecturum. Tum vero Eleusius & Silvanus cum aliis dixerunt Imperatori, penes illum jus esse statuendi de supplicio; penes ipsos vero de pietate atque impietate. Se tamen doctrinam majorum nunquam prodituros. Constantius vero cum eorum sapientiam ac fortitudinem, & in tuenda Apostolorum doctrina fiduciam mirari debuisset, illos quidem Ecclesiis suis expulit; alios vero in eorum locum substitui præcepit. Quo tempore, Eudoxius quidem Constantinopolitanæ Ecclesiæ sedem tyrannice invasit: Eleusio vero Cyzicena urbe ejecto, Eunomium ejus loco Episcopum constituerunt. Quibus in hunc modum peractis, Imperator Aetium scripto damnari jussit. Itaque impietatis Aetii fautores consortem suum condemnarunt. Literas etiam scripserunt ad Georgium Episcopum Alexandriæ, contra Aetium gesta ei significantes. Quam quidem epistolam hoc loco apponam, ut illorum improbitas manifesti-

Eudoxii simulata hæreseos suæ abnegatio.

Silvanus Consubstantialis vocabulum defendit.

Socr. IV. cap. 6.

τὰ δὲ πεπραγμένα σὺν ἀκριβείᾳ ζητεῖν. ἐκοῦν ἔφη ὁ Εὐσταθίος, πεισάτω πάντας ἡμᾶς μὴ ταυτὰ φρονεῖν ὁ Εὐδόξιος, ἀναθεματίζων τῷ Ἀετίῳ τὸ σύγγραμμα. τοῦ δὲ βασιλέως ἀσπαστῶς δεξαμένου τὴν αἴτησιν, καὶ τοῦτο γενέσθαι προθυμουμένου, ἀνεδύετο μὲν ὁ Εὐδόξιος, καὶ πολλαῖς ἐχρῆτο μηχαναῖς, ἐκκλίναι τὴν πρόκλησιν. ἐπειδὴ δὲ ἐξαλέπηνε ὁ βασιλεὺς, καὶ σὺν Ἀετίῳ πέμψειν ἠπείλησεν ὡς τοῦ δυσσεβοῦς φρονήματος κοινωνόν, τὴν οἰκείαν ἠρνήθη διδασκαλίαν, ἣν καὶ τότε καὶ μετὰ ταῦτα προσεβούλου ἀμεταπέλεκτον. ἀντεπήγαγε μύθοις καὶ αὐτὸς τοῖς περὶ τὸν Εὐσάθιον, χρῆναι καὶ αὐτοὺς ἀναθεματίσαι λέγων ἄγραφον ὂν τοῦ ὁμουσίου τὸ πρόσρημα. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, ὁ Σιλβανὸς ἔφη, καὶ τὸ κτίσμα, καὶ τὸ ἑτερούσιον, ἄγραφα τυγχάνοντα, καὶ ὅτε προφητικοῖς ὅτε ἀποστολικοῖς λογίοις προσκείμενα, δίκαιον αὐτοὺς ἀποκηρῦξαι καὶ θείων ἐξελάσαι συλλόγων. τούτοις καὶ βασιλεὺς ἐπεψήφισε, καὶ ἀναθεματίζειν ἐκείνους ἐκέλευσεν. οἱ δὲ, τὰ μὲν πρῶτα εἰς ἀνοπλογίαν καθίσαντο. ὕστερον δὲ τοῦ βασιλέως τὸν θυμὸν θεασάμενοι, δυσχεραίνοντες μέν, ἀπεκήρυξαν δὲ ὅμως ἅπερ ὁ Σιλβανὸς αὐτοῖς προὔτεινεν. ἐπέκειντο δὲ λοιπὸν σφοδρότερον, τοῦ ὁμουσίου τὸν ἀναθεματισμὸν εἰσπραττόμενοι. ἀλλὰ συλλογιστικῶς τε καὶ ἀληθῶς ὁ Σιλβανὸς πρός τε αὐτοὺς καὶ τὸν βασιλέα ἔφη· εἰ ἐξ οὐκ ὄντων οὐκ ἔστι, ὅτε κτίσμα, ὅτε ἐξ ἑτέρας οὐσίας ὁ Θεὸς λόγος, ὁμοούσιος ἄρα ἐστὶ τῷ γεγεννηκότι Θεῷ, ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ καὶ Φῶς ἐκ Φωτὸς, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχει τῷ γεννήτορι Φύσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ δυναλῶς καὶ ἀληθῶς εἰρήκει· ἐπείθετο δὲ τῶν παρόντων οὐθείς· ἀλλὰ βοή τε πολλὴ τοῖς περὶ Ἀκάκιον καὶ Εὐδόξιον ἐγίνετο, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐξαλέπαινε, καὶ τῶν ἐκκλησιῶν ἐξελάσειν ἠπείλησεν. Ἐλθούσιος δὲ καὶ Σιλβανὸς σὺν τοῖς ἄλλοις, καὶ αὐτὸν ἔφασαν ἐξουσίαν ἔχειν τῆς τιμωρίας, καὶ σφᾶς αὐτοὺς τῆς εὐσεβείας ἢ δυσσεβείας· καὶ μὴν προήσεσθαι τὴν πατρῴαν διδασκαλίαν. ὁ δὲ Κωνσάντιος, θαυμάζειν δέον καὶ τὴν σοφίαν καὶ τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων παῤῥησίαν, τοὺς μὲν ἐξήλασε τῶν ἐκκλησιῶν, ἑτέρους δὲ ἀντ' αὐτῶν καθεστῆναι προσέταξε. τότε τῆς μὲν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας Εὐδόξιος τυραννικῶς ἁρπάζει τὸν θρόνον· τῆς δὲ Κυζίκου τὸν Ἐλθούσιον ἐξελάσαντες, ἀντ' ἐκείνου καθέσησαν τὸν Εὐνόμιον. καὶ τούτων δὲ οὕτως γεγενημένων, ἀποκηρυχθῆναι τὸν Ἀέτιον ἐγγράφως προσέταξε βασιλεὺς· καὶ τῆς δυσσεβείας οἱ κοινωνοὶ πεισθέντες ἀπεκήρυξαν τὸν ὁμόφρονα. ἔγραψαν δὲ καὶ πρὸς Γεώργιον τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων ἡγούμενον, τὰ κατ' αὐτὸν μηνύοντες. ἐγὼ δὲ καὶ τήνδε τὴν ἐπιστολὴν τεθήσω τῇ συγγραφῇ, τὴν ἐκείνων μοχθηρίαν ἐπι-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας Εὐδόξιος] Id factum est Constantio Aug. x. & Juliano Cæsare III. Coss. anno Christi 360. die 27. mensis Januarii, præsentibus Episcopis 72, Mari, Acacio, Georgio, Serra, Uranio, Theodosio, Eusebio, & cæteris quorum nomina recensentur in Chronico Alexandrino. Sed in eo Chronico perperam excusum est μαριακησίου, confusis in unum duobus vocabulis. Hi sunt Episcopi qui synodo Constantinopolitanæ interfuerunt, de qua hic loquitur Theodoritus, & sub quorum præsentia dedicata est magna Ecclesia Constantinopoli, præsente Constantio, mense Februario, quemadmodum legitur in eodem Chronico. Neque enim assentior Baro-

διαχυὺς.

φεκτύς. καὶ γὰς καὶ τοῖς συμφρονοῦσι καὶ τοῖς ἀντιλέγουσι ὡσαύτως ἐχέχρητο.

or fiat. Eos enim qui cum ipsis idem sentiebant, & eos qui doctrinæ ipsorum adversabantur, eodem modo tractarunt. SÆC. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Συνοδικὴ ἐπιστολὴ κατ' Ἀετίου γεγραφεῖσα.

Ἀντίγραφον τῶν γραφέντων ὑπὸ πάσης τῆς συνόδου Γεωργίῳ κατ' Ἀετίου διακόνου αὐτῆς, ἕνεκεν τῆς ἀθεμίτου αὐτοῦ βλασφημίας.

Ἡ ἁγία σύνοδος Κωνσταντινουπόλει συνελθοῦσα, Κυρίῳ τιμιωτάτῳ καὶ ὁμοσκόπῳ τῆς Ἀλεξανδρείας Γεωργίῳ χαίρειν.

CAPUT XXVIII.

Epistola Synodica contra Aetium scripta.

Exemplum Epistolæ ab universo Concilio scriptæ ad Georgium contra Aetium ejus diaconum, ob nefariam ejus blasphemiam.

Sancta Synodus Constantinopoli congregata domino carissimo, Alexandriæ Episcopo Georgio salutem.

Τῆς ἐπ' Ἀετίῳ γενομένης καταγνώσεως ὑπὸ τῆς συνόδου κατὰ τὰς ἀθεμίτους αὐτοῦ καὶ σκανδάλων γεμούσας λογοσεφίας, τὸ μὲν ἀκόλουθον τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς κανόσιν ἐπ' αὐτῷ παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἐπεφέρθη. καθηρέθη γὰρ τῆς Διακονίας, καὶ ἠλλοτριώθη τῆς ἐκκλησίας· καὶ παραινέσεις παρ' ἡμῶν παρηκολούθησαν, μήτε εἰς ἀνάγνωσιν ἔρχεσθαι τὰς ἀθεμίτους αὐτοῦ ὑποθήκας, ῥιπτάζεσθαι δὲ αὐτὰς ἀπὸ τοῦ ἄχρηστον καὶ ἀνωφελές. προσετίθεμεν δὲ τούτοις, καὶ ἀναθεματίζεσθαι αὐτὸν ἐπιμείναντα τῇ αὐτῇ προθέσει μετὰ τῶν συναινούντων αὐτῷ. τὸ μὲν οὖν ἀκόλουθον ἦν, καινῇ πάντας τοὺς συνελθόντας ἐν τῇ συνόδῳ ἐπισκόπους, ἀποστυγεῖν τὸν τῶν σκανδάλων καὶ ταραχῶν καὶ χισμάτων αἴτιον καὶ θρύλλου δὴ κατὰ τὸν οἰκουμένην, καὶ χάριτος πρὸς ἀλλήλας τῶν ἐκκλησιῶν· ὁμοροεῖν ἢ πρὸς τὴν ἐξενεχθεῖσαν κατ' αὐτοῦ ψῆφον. ἀλλὰ παρ' ἡμῶν ἐλεήσας καὶ ἀγνοίαν πᾶσαν, Σέρρας, καὶ Στέφανος, καὶ Ἡλιόδωρος, καὶ Θεόφιλος, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς, οἳ συνεψηφίσαντο ταῖς ἡμετέραις γνώμαις, οὐδὲ συνυπογράψαι ταῖς περὶ αὐτοῦ ψήφοις ἐξενεχθείσαις ἐβουλήθησαν· καίτοι τοῦ Σέρρα καὶ ἄλλην ἀλαζονείαν μανιώδη καταγροῦντος οἳ προειρημένου Ἀετίου. ἔφασκε γὰρ αὐτὸν θρασυτέραν τόλμην προπηδῶντα λέγειν, ὅσα ὁ Θεὸς ἀπέκρυψεν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων μέχρι νῦν, ταῦτα ἀποκεκαλύφθαι αὐτῷ διαβεβαιοῦσθαι, καὶ μὴ τοὺς μανιώδεις καὶ ἀλαζονικοὺς τούτους λόγους ὑπὸ τοῦ Σέρρα μεμαρτυρημένους περὶ Ἀετίου, καὶ ἐδυσωποῦντο, οὐδὲ παρεκαλοῦντο συμψηφίσασθαι πᾶσιν ἡμῖν περὶ αὐτοῦ οἱ προειρημένοι κεῖνοι. ὅμως δὲ ἡμεῖς μακροθυμοῦντες ἐπὶ πλείονα χρόνον συμπεριεψηφίσθημεν αὐτοῖς, τὰ μὲν ἀγανακτοῦντες, τὰ δὲ παρακαλοῦντες, τὰ δὲ ἐπιπλήττοντες, τὰ δὲ καὶ δυσωπούμενοι συνήκειν αὐτοὺς καὶ

In condemnatione Aetii quæ facta est à Synodo ob ejus nefaria & plena scandalis scripta, fecerunt quidem Episcopi id quod consentaneum erat Ecclesiasticis regulis. Diaconatu enim exutus, & ab Ecclesia remotus est. Adjectæ sunt à nobis commonitiones, ut nefariæ ejus epistolæ non legantur, sed projiciantur potius, eo quod inutiles sunt & infructuosæ. Quibus quoque illud additum volumus, ut ipse, si in eodem proposito permanserit, anathematizetur una cum sectatoribus suis. Et consentaneum quidem erat, ut Episcopi qui ad hoc Concilium convenerunt, simul omnes execrarentur eum qui scandalorum, tumultuum ac dissidiorum, & murmuris toto orbe, & seditionis inter Ecclesias auctor fuisset: utque in sententia quæ contra eum lata fuerat concordarent. Verum præter votum nostrum & præter omnem expectationem, Serra, Stephanus, Heliodorus, Theophilus, & reliqui qui cum illis sunt, nec nostris suffragiis consenserunt, nec sententiæ in eum latæ simul cum cæteris subscribere voluerunt, licet Serra aliam quoque ejusdem Aetii insanam jactantiam accusaret. Aiebat enim illum eo temeritatis atque audaciæ prorupisse, ut assereret, revelata sibi fuisse ea quæ Deus ab Apostolis ipsis usque in hodiernum diem occultavisset. Et post hujusmodi Aetii sermones vesaniæ atque arrogantiæ plenos, de quibus Serra testimonium perhibuerat, nunquam tamen supradicti ullis precibus flecti, aut ulla ratione adduci potuerunt, ut omnium nostrum de Aetio judicium suo suffragio comprobarent. Nos tamen singulari patientia utentes, diu illis pepercimus; nunc indignantes, nunc hortantes, interdum objurgantes, aliquando etiam rogantes ut in unum convenirent, & cum universa synodo

Aetii insana jactantia.

VALESII ANNOTATIONES.

nio, qui Synodum C. P. confert in annum Christi 359. Quanquam fateri cogitur, eam in annum sequentem esse propagatam.

1 Σεῤῥᾶς καὶ Στέφανος] Rectius in MS. codice Savilii & Allatii & in edit. Basil. legitur Σιῤῥᾶς. Hic Serras primum Presbyter fuit Libyæ, tempore Concilii Nicæni, ut docet Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos. Postea vero à Secundo Ptolemaïdis Episcopo factus est Episcopus Libyæ una cum Stephano, ut docet Athanasius in libro de synodis Arimini & Seleuciæ, & Philostorgius in lib. 3. Fuit autem Episcopus Parætonii in Libya, ut testatur Epiphanius in hæresi Semiarianorum, ubi inter Episcopos partis Acacii qui Seleuceno Concilio subscripserunt, recensetur Σέρρας ἐπίσκοπος τῆς Παραιτονίας τῆς Λιβύης. De Stephano & Heliodoro ac Theophilo vide Philost. Porro Σίῤῥας scribi debet accentu acuto in priore syllaba, ut legitur in edit. Basil. [In codice Regio J. Pini Σίφας scribitur accentu acuto.]

2 Ἀπὸ τῶν ἀποστόλων μέχρι νῦν] Tres priores voces desunt in codice Leonis Allatii. Epiphanius tamen Scholasticus ea verba legisse videtur in suo codice. Sic enim vertit hunc locum: *Dicebat enim eum asperiora præsumere, atque dixisse, quoniam ea quæ Deus hactenus celasset Apostolos, revelata sibimet affirmaret.* Quæ quidem interpretatio rectior mihi videtur quam illa Christophorsoni ac Sirmundi: *Deum sibi ea revelasse quæ ab Apostolicis usque temporibus occultarat.*

3 Μετὰ τοὺς μανιώδεις] In edit. Basil. legitur μετὰ τοὺς μανικοὺς, levi discrimine.

4 Συμπεριεψηφίσθημεν αὐτοῖς] Hanc vocem corruptam esse suspicor. Neque enim hoc verbum eo sensu usurpatum usquam legi. Ac fortasse scribendum est συμπερι-

Sæc. IV.

concordem ſententiam promerent. Diuque ſuſtinuimus, an forte audire, an intelligere ac flecti vellent. Sed cum longo tempore inſtantibus nobis ipſi minime flecterentur, nec prolatam in ſupradictum virum ſententiam ſequi vellent; Eccleſiæ regulam amicitiæ illorum præferendam eſſe ducentes, eos à communione alienos eſſe decrevimus: conceſſo eis ſex menſium ſpatio ad emendationem ac pœnitentiam, & ob amorem unitatis conſenſioniſque cum ſynodo. Ac ſi quidem intra tempus ipſis indultum correcti, concordiam cum fratribus ſuis elegerint, & iis quæ de Aetio decreta ſunt conſenſum præbuerint, ab Eccleſiis ſuſcipiantur, & in ſynodis priſtinam auctoritatem caritatemque erga nos recuperent. Si vero perſtiterint abſque ullo pœnitentiæ ſenſu temeraria facinora admittentes, & hominum amicitias Eccleſiæ regulis & mutuæ nobiſcum concordiæ prætulerint, tunc alienos ab Epiſcopali dignitate eos eſſe cenſemus. His porro depoſitis, alii in eorum locum neceſſario erunt ſubſtituendi, ut legitima Eccleſia competentem ordinem recipiens, ſecum ipſa conſentiat: cunctis ubique Epiſcopis caritatis vinculum ſervantibus, eadem dicendo, & in unam eandemque ſententiam ac voluntatem conſpirantibus. Ut igitur ſcias quæ à ſynodo decreta ſunt, hæc ad tuam pietatem perſcripſimus: orantes ut iſta cuſtodiens, Eccleſias tibi ſubjectas per gratiam Chriſti pacate ac legitime gubernes.

σύμφωνα ἀποφήνασθαι τῇ συνόδῳ πάσῃ. τοσοῦτον δὲ ἐὰν ἄρα ἀνύσωσιν, ἐὰν ἄρα συνῶσι καὶ σύνδοσιν. ὡς δὲ ἐπὶ πολλῷ τῷ χρόνῳ προσμακροθυμήσαντες ἡμεῖς, καὶ ἐδυσωπούμεν αὐτοὺς ἀκολουθεῖν ταῖς περὶ τοῦ προειρημένου ἀνδρὸς ἀποφάσεσι, τὸν κανόνα τῆς ἐκκλησίας τιμιώτερον ἡγούμενοι τῆς φιλίας τῶν ἀνδρῶν, ὠρίσαμεν κατ' αὐτῶν ἀκοινωνησίαν· χρόνον εἰς τοῦτο διδόντες αὐτοῖς μῆνας ἕξ, τοῦ εἰς ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν, καὶ τοῦ εἰς ἐπιθυμίαν ἑνώσεως καὶ συμφωνίας τὸ πρὸς τὴν σύνοδον· ἐὰν εἴσω τὸ δοθέντος αὐτοῖς προθεσμίας ἐπιστρέψαντες, ἕλωνται μὲν πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν ὁμόνοιαν, καὶ συνθῶνται τοῖς περὶ αὐτοῦ ὁρισθεῖσι, δεκτοὺς αὐτοὺς εἶναι τῆς ἐκκλησίας ἐδοκιμάσαμεν, καὶ ἐν ταῖς συνόδοις, καὶ τὴν οἰκείαν παῤῥησίαν καὶ ἀγάπην πρὸς ἡμᾶς ἀπολαμβάνειν. εἰ δὲ ἐπιμένοιεν ἀμελαμέλητα τολμῶντες, καὶ φιλίαν ἀνθρώπων τῶν κανόνων τῆς ἐκκλησίας καὶ τοὺς πρὸς ἡμᾶς συμφωνίας προτιμήσαντες, τότε ἀλλοζύγους αὐτοὺς ἡγούμεθα τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξίας. καθαίρεσιν δὲ αὐτῶν ὑπομενόντων, ἀναγκαῖον εἰς τοὺς τόπους αὐτῶν ἑτέρους καθίζεσθαι ἐπισκόπους, ἵνα ἡ ἔνθεσμος ἐκκλησία τὴν προσήκουσαν τάξιν λαβοῦσα συμφωνῇ πρὸς ἑαυτὴν, τῶν πανταχόθεν ἐπισκόπων τὸν σύνδεσμον τῆς ἀγάπης φυλαττόντων, διὰ τοῦ λέγειν τὰ αὐτὰ, καὶ πεπισμένους τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ. ἵνα δὲ γινώσκῃς τὰ τῇ συνόδῳ δόξαντα, ταῦτα πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν ἐπεστείλαμεν· ἅπερ εὐχόμεθά σε διαφυλάττοντα, χάριτι Χριστοῦ εἰρηνικῶς καὶ εὐθέσμως κυβερνᾶν τὰς ὑπὸ σὲ ἐκκλησίας.

CAPUT XXIX.

Qua occaſione Eunomiani ab Arianis dirempti fuerint.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Ποία πρόφασις τοὺς Εὐνομιανοὺς τῶν Ἀρειανῶν ἀπεχώρισεν.

PORRO hunc Aetium Eunomius in libris ſuis extollit, & hominem Dei appellat, & quamplurimis exornat laudibus. Atque is quidem cum illis ipſis à quibus damnatus eſt eo tempore familiariter verſabatur, & Epiſcopalem ordinationem ab iiſdem ſuſcepit. Eudoxius vero & Acacius cum reliquis ejuſdem factionis, qui expoſitioni fidei apud Nicen in Thracia factæ, cujus ſupra meminimus, conſenſerant, Baſilii & Eleuſii loco alios in eorum Eccleſiis ordinarunt. Ac de aliis quidem ſuperfluum eſſe arbitror commemorare. Ea vero ſola quæ ad Eunomium pertinent exponam. Cum ſuperſtite adhuc Eleuſio Eunomius Epiſcopatum Cyzicenum invaſiſſet, Eudoxius qui & Cyzicenæ plebis ſanam fidem probe noverat, & Imperatorem indignari ſciebat adverſus eos qui unigenitum Dei Filium creatum eſſe dicerent, mo-

Eudoxius cum Eunomio ad fidem depravandam conſpirat.

Τοῦτον Εὐνόμιος ἐν τοῖς λόγοις ἐξαίρει, καὶ Θεοῦ ἄνθρωπον ὀνομάζει, καὶ παμπόλλαις εὐφημίαις γεραίρει. ἀλλὰ τότε καὶ τοῖς ἀποκηρύττουσι συνῆν, καὶ παρ' αὐτῶν τὴν ἐπισκοπικὴν χειροτονίαν ἐδέξατο. οἱ δὲ περὶ Εὐδόξιον καὶ Ἀκάκιον τοῖς ἐκτεθεῖσιν ἐν Νίκῃ τῆς Θράκης συνθέμενοι, ὧν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν συγγεγράφεισιν ἐμνήσθημεν, ἀντὶ τῶν περὶ Βασίλειον καὶ Ἐλεύσιον, ἑτέρους ἐν ταῖς ἐκείνων ἐκκλησίαις ἐχειροτόνησαν. καὶ τῶν μὲν ἄλλων περιττὸν ἡγοῦμαι μνημονεῦσαι· μόνα δὲ τὰ καθ' Εὐνόμιον διηγήσομαι· ἐπειδὴ γὰρ ζῶντος Ἐλευσίου τοῦ Κύζικον ἔλαβεν ὁ Εὐνόμιος, καὶ τῆς πλήθους τοῦ ὑγιαίνειν ὁρῶν ὁ Εὐδόξιος, καὶ τὸν βασιλέα θεώμενος χαλεπαίνοντα τοῖς λέγουσι κτίσμα λεγόντων τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, τῷ

VALESII ANNOTATIONES.

πνίγηθι. Verbum enim συμπεριφέρεσθαι, eo ſenſu frequenter occurrit in veterum ſcriptis. Atque ita legiſſe videtur Epiphan. qui ſic vertit: *Veruntamen nos multa longanimitate detenti, multo tempore ſuſtinuimus eos* &c.

1 Διὰ φιλανθρωπίαν ἀνθρώπων] Rectius in codice [Regio &] Savilii legitur διὰ φιλίαν. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Atque ita etiam ſcriptum habebat alter codex regius, cujus varias lectiones edidit ad calcem Robertus Stephanus.

Ἧττον φροντίσωμεν] Pro his verbis integram pericopem addidimus ex codice Leonis Allatii & ex altero codice Regio cujus variantes lectiones in calce editionis ſuæ Stephanus excudit. Totus igitur locus ita legi debet: καὶ φιλίαν ἀνθρώπων, τῶν κανόνων τῆς ἐκκλησίας καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς φιλίας προτιμήσαντες, τότε &c. Ita certe legit Epiphan. Scholaſt. ut ex verſione ejus apparet. Sic enim vertit: *Si vero ſine pœnitentia permanerent, amicitiaſque hominum regulis Eccleſiæ & concordiæ noſtræ præponerent, tunc eos* &c.

Εὐνομίῳ

Εὐνομίῳ παρῆνεσε καλακρύψαι τὸ φρόνημα, ἡ μὴ δηλῶσαι τοῦτο τοῖς ἀπρωμένοις καλημείοις φθέγξασθαι. καιρὸς γὰρ ἔφη τετυχηκότες, κηρύξομεν ἃ νῦν καλακρύπτομεν, καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας διδάξομεν· καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἢ πείσομεν, ἢ καταναγκάσομεν, ἢ κολάσομεν. ταύταις πειθόμενος ταῖς ὑποθήκαις ὁ Εὐνόμιος, συνεσκιασμένῳ προὔφερε τὴν ἀσέβειαν. ἀλλ' οἱ τοῖς θείοις ἐντραφέντες λογίοις, τὴν λεγομένων ὁρῶντες τὸ ὕπουλον, ἐδυσχέραινον μέν· ἀντιλέγειν δὲ προφανῶς, θρασύτητος ἔργον οὐκ ἀσχημοσύνης ἐνόμιζον. τῆς οὖν αἱρετικῆς κακοδοξίας φιλόθεμοι προσωπεῖα, οἷκοι προσελθόντες ἱκέτευον, προφανῶς σφίσιν ἐκθέσθαι τὸ δόγματος τὴν ἀλήθειαν, καὶ μὴ περιϊδεῖν τοῦδε κἀκεῖσε ταῖς ἀμφόροις περιφερομένους διδασκαλίαις. ὁ δὲ, θαρσήσας ἐξέφηνεν ὃ κατέκρυπτε φρόνημα. ἀλλὰ γὰρ ἄδικον ἔλεγον ἐκεῖνοι καὶ λίαν ἀνόσιον, μὴ ἅπαντας τοὺς ὑπ' αὐτὸν πλουτοῦντας τῆς ἀληθείας μεταλαχεῖν. ὁ δ' αὐτίκα τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις ὑπαχθεὶς λόγοις, ἐν τοῖς τῆς ἐκκλησίας συλλόγοις τὴν βλασφημίαν ἐγύμνωσεν. ἐκεῖνοι δὲ τῷ ζήλῳ τὰς ψυχὰς ἀναθήξαντες, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἔδραμον. καὶ πρῶτον μέν, παρ' Εὐδοξίῳ ἐγράψαντο τὸν Εὐνόμιον. ἐκείνου δὲ μὴ προσδεξαμένου, τῷ βασιλεῖ προσελθόντες, τὴν παρ' ἐκείνου γιγνομένην ἀποδύροντο λώβην. τὸ Ἀρείου γὰρ ἔλεγον βλασφημίας δυσσεβέστερα εἶναι τὰ παρὰ τούτου λεγόμενα. θυμωθεὶς ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεύς, ἀγαγεῖν τὸν Εὐνόμιον τῷ Εὐδοξίῳ προσέταξε, καὶ διελεγχόμενον τὴν ἱεροσυλίας γυμνῶσαι. ἐπειδὴ δὲ πολλάκις ἀπὸ τῶν κατηγόρων ὀχλούμενος ὁ Εὐδόξιος ἀναδυόμενος διετέλει, προσῆλθόν πάλιν τῷ βασιλεῖ, ἀλοφυρόμενοί καὶ βοῶντες, μηδὲν ὧν προσετάχθη τὸν Εὐδόξιον δεδρακέναι, ἀλλὰ πόλιν τοσαύτην περιορᾶν ταῖς Εὐνομίου βλασφημίαις ἐκδεδομένην. τότε Κωνστάντιος αὐτὸν ἐξελάσειν ἠπείλησε τὸν Εὐδόξιον, εἰ μὴ τὸν Εὐνόμιον ἀγαγὼν δικάσοι, καὶ ἐξελεγχόμενον ἐφ' οἷς ἠπάθη κολάσοι. ταύτην δείσας τὴν ἀπειλὴν ὁ Εὐδόξιος, φυγεῖν ἐκ τῆς Κυζίκου τῷ Εὐνομίῳ διὰ γραμμάτων ἐδήλωσε, καὶ ἑαυτῷ μέμφεσθαι μὴ πειθόμενος ταῖς ὑποθήκαις. ὁ δὲ Εὐνόμιος, δείσας μὲν ὑπεχώρησε· τὴν δὲ ἀτιμίαν οὐκ ἐνεγκών, προδοσίαν μὲν κατηγόρει τοῦ Εὐδοξίου· ἠδικῆσθαι δὲ καὶ ἑαυτὸν καὶ τὸν Ἀέτιον ἔλεγεν. ἐντεῦθεν λοιπὸν ἰδίαν φραξίαν συνεστήσατο. ὅσοι γὰρ δὴ συνίστορες ἦσαν τῶν ἐν τοῖς δόγμασιν αὐτῶν συμφωνίας, Εὐδοξίου μὲν ἀπέστησαν, προδοσίαν κατεγνωκότες· Εὐνομίῳ δὲ συνετάχθησαν, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἐξ ἐκείνου μέχρι καὶ τήμερον ἔχουσιν. ἐντεῦθεν αἱρέσεως ἀρχηγὸς γενόμενος ὁ Εὐνόμιος, ταῖς τῆς ἀσεβείας προσθήκαις τὸν Ἀρείου βλασφημίαν ἐπηύξησεν. ὅπερ δὲ πάθει φιλοτιμίας δουλῶν ἴδιον συνεστήσατο σύλλογον, αὐτὰ τὰ πεπραγμένα βοᾷ. ἡνίκα μὲν γὰρ Ἀέτιος ἀποκηρυχθεὶς ἐξηλάθη, ὁ συνεξῆλθεν ἐκείνῳ, καίτοι διδάσκαλον αὐτὸν καὶ Θεοῦ ἄνθρωπον ὀνομάζων, ἀλλὰ

nuit Eunomium ut ſententiam ſuam occultaret, nec eam illis aperiret qui accuſandi cauſas rimabantur. Opportunum enim, aiebat, tempus nacti, ea quæ nunc occultamus prædicabimus. Et ignaros quidem docebimus: contradicentes vero aut verbis flectemus, aut vi cogemus, aut pœna afficiemus. His monitis obſecutus Eunomius, obſcuritate verborum involutam impietatem ſuam prædicare inſtituit. Sed qui Divinis literis apprime erant imbuti, cum in illis ſermonibus latentem fraudem animadverterent, ægre quidem ferebant: palam vero contradicere, audaciæ potius quam prudentiæ eſſe exiſtimabant. Hæreticorum igitur ſpecie domum ad eum veniunt, rogantque ut dogmatis ſui veritatem aperte ipſis exponeret, nec pateretur ipſos diſcrepantibus doctrinis huc & illuc circumferri. Tum ille aſſumpta fiducia, opinionem quam celabat aperuit. At illi iniquum & prorſus impium facinus eſſe dixerunt, ſi non & reliqui omnes quibus præerat, ejus veritatis fierent participes. His ac ſimilibus verbis inductus Eunomius, in concionibus Eccleſiaſticis blaſphemiam ſuam evulgavit. Tunc vero illi, zelo fidei ſuccenſi Conſtantinopolim pergunt. Ac primum quidem Eunomium apud Eudoxium accuſarunt. Deinde cum ille accuſationem non admitteret, Imperatorem adierunt, labem ab Eunomio invectam deplorantes. Ea enim quæ ab iſto dicerentur, Arii blaſphemiam atque impietatem longe ſuperare aiebant. Hanc ob cauſam indignatus Imperator, Eudoxio præcepit ut Eunomium ad ſe accerſeret, & convictum ſacerdotio privaret. Sed cum Eudoxius, licet ſæpius ab accuſatoribus interpellatus, moras nectere perſeveraret, rurſus illi Imperatorem convenerunt, querentes ac vociferantes nihil eorum quæ imperata fuiſſent Eudoxium præſtitiſſe; ſed tantam civitatem, quæ Eunomii blaſphemiis expoſita eſſet, ab illo negligi. Tunc Conſtantius Eudoxio ipſi exilium minatus eſt, niſi Eunomium ad cauſam dicendam evocaret, & de objectis criminibus convictum pœna afficeret. Quibus minis perterritus Eudoxius, Eunomio per literas ſignificavit, ut Cyzico excederet, ſibique ipſi imputaret quod monitis non paruiſſet. Eunomius igitur metu perculſus, ſubduxit ſe quidem. Sed ignominiam iniquo animo ferens, Eudoxium proditionis accuſavit; ſeque & Aetium injuria affectum eſſe dixit. Atque ex eo tempore propriam ſectam conſtituit. Quotquot enim conſenſionis illorum in fidei doctrina conſcii erant, ab Eudoxio quidem receſſerunt, proditionem ejus damnantes: Eunomio vero ſeſe adjunxerunt, & ex ejus nomine Eunomiani etiamnum appellantur. Abhinc Eunomius propriæ hæreſis auctor factus, Arii blaſphemiam nova impietatis acceſſione cumulavit. Cæterum ambitione & inanis gloriæ ſtudio impulſum propriam ſectam illum condidiſſe, res ipſa indicat. Nam cum Aetius damnatus atque ejectus eſt, ipſe cum illo abire noluit, tametſi magiſtrum & hominem Dei eum appellaret: ſed

Eunomii ab Eudoxio ſegregatio.

a μεμφόμενος

Sæc. IV. manſit conjunctus cum Eudoxio. Poſtquam vero impietatis pœna ipſe affectus eſt, ſynodi ſententiæ non acquievit: ſed Epiſcopos ac presbyteros ordinavit, ipſe Epiſcopali dignitate exutus. Et hæc quidem geſta ſunt Conſtantinopoli.

a μεμένηκεν Εὐδοξίῳ συμπεφρασμένος. ὑπὲρ δὲ ὧν αὐτὸς δίκας εἰσεπράχθη τῆς ἀσεβείας, οὐκ ἤνεγκε τῆς συνόδου τὴν ψῆφον· ἀλλ' ἐπισκόπους ἐχειροτόνει καὶ πρεσβυτέρους, ὁ τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξίας γεγυμνωμένος. ταῦτα μὲν οὖν ἐν Κωνσταντινουπόλει γεγένηται.

CAPUT XXX.

De obſidione Niſibis: & de Apoſtolica converſatione Jacobi Epiſcopi.

INTEREA vero cum Perſarum rex Sapor Romanis bellum intuliſſet, Conſtantius collecto exercitu Antiochiam perrexit. Hoſtes vero profligavit, non exercitus Romanorum, ſed piorum hominum apud Romanos degentium Deus. Quonam autem modo victoria contigerit, hic exponam. Niſibis, quam nonnulli Antiochiam Mygdoniæ appellant, urbs eſt in confinio Imperii Perſarum ac Romanorum ſita. Hujus Epiſcopus & ſervator & dux erat Jacobus, cujus antea memini: qui Apoſtolicæ gratiæ radiis coruſcabat. Cujus ſtupenda & celeberrima miracula, cum jam antea in Philotheo hiſtoria expoſuerim, ſuperfluum nunc arbitror & minime neceſſarium, eadem denuo commemorare. Unum duntaxat quod ad præſens inſtitutum pertinet narrabo. Urbem cui ille præerat, Romanis tunc ſubditam, Perſarum exercitus obſidebat. Cumque ſeptuaginta jam dies in obſidione conſumpſiſſet, multaſque teſtudines muris admoviſſet, & alias circumquaque machinas conſtruxiſſet, vallum denique ac foſſas duxiſſet, urbem tamen capere non poterat. Tandem Perſæ aquis fluvii qui mediam urbem interfluit: is vulgo Mygdonius vocatur: longe ſupra urbem retentis, & ripis utrinque exaggeratis & in maximam altitudinem ſublatis, ut fluxum aquæ cohiberent; poſtquam immenſam aquarum copiam viderunt, adeo ut ſupra aggerem exundaret, repente eam in muros velut arietem immiſerunt. Cujus impetus violentiam cum murus ſuſtinere non potuiſſet, inclinatus corruit. Idem quoque contigit alteri murorum parti qua Mygdonius fluvius erupit. Nam & illa impetum aquæ non ferens, ſubverſa eſt. Quibus viſis Sapor jam ſperabat ſe citra pugnam urbe eſſe potiturum, ac die quidem illo quievit, ut limus ficcaretur, utque fluvius vado tranſiri poſſet. Poſtera autem die omnibus copiis urbem aggreſſus, cum per ſubverſas murorum partes intraturum ſe in urbem ſperaret, murum u-

Jacobus Niſibenus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Περὶ τῆς πολιορκίας Νισίβεως πόλεως, καὶ τῆς Ἰακώβου τοῦ ἐπισκόπου ἀποστολικῆς πολιτείας.

ΣΑβώρης δὲ τῶν Περσῶν βασιλέως κατὰ Ῥωμαίων στρατεύσαντος, ἀφίκετο εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ὁ Κωνστάντιος, ἀγείρας τὴν στρατιάν. ἐξήλασε δὲ τοὺς πολεμίους οὐχ ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατὸς, ἀλλ' ὁ τοῖς Ῥωμαίοις εὐσεβοῦσι θεός. τὸν δὲ τῆς νίκης τρόπον ἐγὼ διηγήσομαι. Νίσιβις, ἣν Ἀντιόχειαν Μυγδονίας τινὲς ὀνομάζουσιν, ἐν μεθορίῳ κεῖται τῶν Περσῶν καὶ Ῥωμαίων ἡγεμονίας. ταύτης ἐπίσκοπος ἦν καὶ πολιοῦχος καὶ στρατηγὸς Ἰάκωβος, ᾧ καὶ πρόθεν ἐμνήσθην. τὸ δὴ ἀποστολικῆς χάριτος τὰς ἀκτῖνας ἧπτεν. τούτου τὰς ἀξιαγάστους καὶ πολυυμνήτους θαυματουργίας ἐν τῇ Φιλοθέῳ ἱστορίᾳ συγγεγράφαμεν, οἶμαι καὶ παρέλκον αὖθις ταύτας ἀπαριθμήσασθαι· μίαν δὲ μόνην ἐρῶ, ἣ προκειμένου ἕνεκα διηγήματος. τὴν ὑπὸ τούτου κυβερνωμένην πόλιν Ῥωμαίοις ὑποκειμένην ὁ Περσικὸς ἐπολιόρκει στρατός. ἑβδομήκοντα δὲ παρεδράμοσαν ἡμέραι, καὶ πολλὰς μὲν ἐλεπόλεις τοῖς τείχεσι προσηνέγκατο, πολλὰ δὲ ἕτερα μηχανήματα παρεσκεύασε, καὶ χαρακώματα καὶ τάφρους ὀρύξας, ἑλεῖν τὴν πόλιν οὐκ ἴσχυεν. ὕστερον δὲ τοῦ ποταμοῦ τὸ ῥεῖθρον ὃς μέσην διατέμνει τὴν πόλιν, Μυγδόνιος δὲ ὄνομα τούτῳ, πόρρωθεν ἐπισχὼν, καὶ τὰς ὄχθας ἑκατέρωθεν προσχώσας, καὶ ὑψηλὰς ἐργασάμενος ἵνα τὸ ῥεῦμα συνέχωσιν, ὡς εἶδε πάμπολυ γενόμενον, καὶ λοιπὸν ὑπερεκβλύζον τὸ χῶμα, ἐξαπίνης ἀφῆκε κατ' αὐτοῦ τείχεις ὡς μηχανήν. τὸ δὲ οὐκ ἤνεγκε σφοδροτάτην οὖσαν τὴν προσβολὴν, ἀλλ' ἐκλίθη τε καὶ κατέπεσε. ταυτὸ δὲ πάθος καὶ τὸ ἕτερον τοῦ περιβόλου μέρος ὑπέμεινε, δι' οὗ τὴν ἔξοδον ὁ Μυγδόνιος εἶχε, κατηνέχθη γὰρ τῷ ῥύμῃ οὐκ ἀνεκτόν. ταῦτα Σαβώρης ἰδὼν, ἤλπισεν ἀκονιτὶ λοιπὸν τοῦ ἄστεος κρατήσειν. καὶ τὴν μὲν ἡμέραν ἐκείνην ἠσύχασεν, ὥστε καὶ τὸ τέλμα διαβαθῆναι, καὶ τὸν ποταμὸν γενέσθαι βατόν. πανστρατιὰ δὲ προσβαλὼν τῇ ὑστεραίᾳ, καὶ προσδοκῶν διὰ τῶν καταπεπτωκότων τοῦ τείχους εἰσιέναι μερῶν, ὁρᾷ τὸ τεῖχος ἑκατέρωθεν

VALESII ANNOTATIONES.

1 Περιτὸν οἶμαι καὶ πάρεργον] Hujus loci emendatio debetur codici Leonis Allatii, in quo legitur καὶ παρέλκον, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus [ex codice Regio J. Pini.]

2 Ὑπερεκβλύζον τὸ χῶμα] In MS. codice Savilii, & in edit. Baſil. legitur ὑπερεκβλύζον, rectius procul dubio. Nam βλύζειν Græce ſignificat βρύειν & πηδᾶν, ut teſtatur Heſychius. Paulo poſt ex iiſdem codicibus [& ex Regio exemplari] emendavi σφοδροτάτην οὖσαν τὴν προσβολήν, cum antea in genitivo legeretur σφοδροτάτης &c. Sed & codex Allatii emendationem noſtram confirmat.

VARIORUM.

a Μεμένηκεν Εὐδοξίῳ συμπεφρασμένος] Inde Eunomiani & Eudoxiani ejuſdem ſectæ hæretici cenſebantur, ut patet ex primo canone Concilii Conſtantinopolitani ſub Theodoſio. De Eunomio plura apud Socr. lib. II. c. 35. lib. IV. c. 7, 13. Soz. l. IV. c. 25. l. VI. c. 26. lib. VII. cap. 17. & ſupra cap. 27. hujus libri.

ὠκοδομημένον,

ᾠκοδομημένον, καὶ μάταιον αὐτοῦ τὸν πόνον γεγενημένον. ὁ γὰρ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, ἅμα προσευχῆς καὶ τῆς στρατιώτας δυνάμεως ἐμπλήσας καὶ τοὺς ἄλλους οἰκήτορας, τόν τε ἔξωθεν ᾠκοδόμησε, καὶ τὰ μηχανήματα ὑπερῆρε, τοὺς προσιόντας ἐξήλασε· καὶ ταῦτα ἕδρα οὐ τῷ τείχει πελάζων, ἀλλ' ἔνδον ὢν τῷ θείῳ νεῷ τὸν Θεὸν ἀντιβολῶν. τὸν δὲ Σαβώρην οὐ μόνον ἡ οἰκοδομίας τὸ τάχος κατέπληξεν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρα ὄψις ἐξεδειμάτωσεν. εἶδε γὰρ ἐφεστῶτα τῷ πετρόβλῳ τινὰ τὸ βασιλικὸν περικείμενον σχῆμα, καὶ ἥ τε ἀλουργίδος τῆς τε διαδήματος ἡ αἴγλην ἐκπεμπομένην. τοπάσας δὲ εἶναι τὸν Ῥωμαίων τὸν βασιλέα, θάνατον ἠπείλησε τοῖς μὴ παρεῖναι τοῦτον ἀπηγγελκόσιν. ἰσχυριζομένων δὲ ἐκείνων ἀληθῆ εἶναι τὰ παρ' αὐτῶν εἰρημένα, καὶ τὸν Κωνσάντιον ἐν Ἀντιοχείᾳ διάγειν εἰρηκότων, ἐπέγνω τῆς ὄψεως τὰ μηνύματα, καὶ τὸν Θεὸν ἔφη τῶν Ῥωμαίων ὑπερμαχεῖν. καὶ δυσχεράνας ὁ δείλαιος, βέλος ἀφῆκεν εἰς τὸν ἀέρα· εἰδὼς μὲν ὡς ἃ βαλεῖ τὰ ἀσώματον, τὸ δὲ μανίας τὴν ῥύμην οὐκ ἐνεγκών. τότε Ἐφραὶμ ὁ θαυμάσιος, συγγεγραφὼς δὲ ὕστερος ἅπασι Σύροις ἐγένετο· τὸν θεῖον Ἰάκωβον ἀντιβόλησεν ἐπιβῆναι τοῦ τείχους, καὶ τοὺς βαρβάρους ἰδεῖν, καὶ τὰς ἀρὰς κατ' αὐτῶν ἀφιέναι τὰ βέλη. εἷξας δὴ ἂν ὁ θεοπέσιος ἄνθρωπος, ἀνέβη μὴ εἴς τινα πύργον. τὸ δὲ μυιῶν πλῆθος ἰδὼν, ἄλλην μὴ ἔχει ἀφῆκεν ἀρά· σκνίπας δ' αὐτοῖς ἐξήτησεν ἐπιπεμφθῆναι καὶ κώνωπας, ὥστε καὶ διὰ τῶν μικρῶν ζωΰφίων τοῦ σθένους ἐπαρκούντος ὑπερφυᾶ τὴν δύναμιν. εἴπετο δὲ τῇ βοῇ τῶν σκνιπῶν καὶ τῶν κωνώπων τὰ νέφη. καὶ τῶν μὲν ἐλεφάντων τὰς προνομίας αὐλοειδεῖς πεφυκυίας ἐπλήρωσε· τῶν δὲ ἵππων καὶ τῶν ἄλλων κτηνῶν, τάπερ ὦτα καὶ τὰς ῥῖνας. οἱ δὲ φέρειν οὐ δυνάμενοι τοῦ ζωΰφίων τὴν προσβολὴν, τούς τε ῥυτῆρας ἀπέρρηξαν καὶ τοὺς ἐποχουμένους κατήνεγκαν· καὶ τὴν τε τάξιν συνέχεον, τό τε πρατόπεδον καταλιπόντες, ἔφυγον κατακράτος.

trinque inſtauratum videt, & laborem à ſe fruſtra ſuſceptum fuiſſe. Nam Divinus ille vir, cum precationis ſuæ virtute militum ac reliquorum civium animos roboraſſet, & murum ædificavit, & impoſitis ei machinis irruentes hoſtes repulit. Atque hæc perfecit, non ad murum propius accedendo, ſed intra Eccleſiam, univerſorum Deum ac Dominum deprecando. Porro Saporem non ſola ſubſtructionis celeritas obſtupefecit, ſed aliud quoque viſum exterruit. Vidit enim ſtantem in muro quendam imperiali cultu ornatum, & purpuræ ac diadematis fulgorem eminus radiantem conſpexit. Cumque Imperatorem Romanorum eum eſſe conjiceret, mortem minatus eſt iis qui procul abeſſe illum nuntiaverant. Illis contra affirmantibus vera eſſe quæ dixiſſent, & Conſtantium Antiochiæ morari aſſerentibus, intellexit quid viſum illud ſignificaret, Deumque pro Romanis pugnare dixit. Et indignatus, miſer ſagittam in cœlum conjecit; gnarus quidem feriri non poſſe eum qui corporis expers eſſet, ſed furoris violentia abreptus. Tunc vero admirandus Ephrem, qui apud Syros præſtantiſſimus fuit ſcriptor, Divinum Jacobum rogavit, ut in murum conſcendens, barbaros adſpiceret, & imprecationis tela in eos immitteret. Cui obſecutus admirabilis ille vir, in quandam turrim conſcendit. Viſaque innumerabili hominum multitudine, nullum aliud malum iis imprecatus eſt: ſed oravit tantum, ut ciniſes & culices in eos immitterentur, ut ex minutis animalculis, ejus qui ipſis auxiliabatur potentiam cognoſcerent. Orationem Jacobi nubes ciniſum & culicum protinus excepere. Et Elephantorum quidem proboſcides inſtar tuborum cavas: equorum vero & reliquorum jumentorum aures ſimul ac nares compleverunt. Qui cum hujuſmodi animalculorum impetum ſuſtinere non poſſent, abruptis loris ſeſſores ſuos excutere cœperunt, & ordines conturbarunt: relictoque exercitu, totis viribus conciti in fugam ſe dederunt. Ita

SÆC. IV.

Niſibin contra Perſas precibus ſuis defendit.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὴν ῥώμην οὐκ ἐνεγκὼν] Rectius in MSS. codicibus Savilii & Allatii legitur ῥῦμην. & paulo poſt pro ἀκμητὶ, in iiſdem codicibus ſcriptum eſt ἀκοντὶ. In Baſilienſi autem editione legitur ἀπονητὶ.

2 Τὸν θεῖον Ἰάκωβον] Multipliciter hic fallitur Theodoritus. Primum enim duas obſidiones urbis Niſibenæ inter ſe confudit. Deinde tempus obſidionis illius quam hic deſcribit, perperam aſſignat poſt ſynodum Ariminenſem ac Seleucenam, id eſt poſt annum Chriſti 359. Atque hunc duplicem errorem Theodoriti jampridem notavit Dionyſius Petavius in annotationibus ad Orationem primam Juliani Imp. Tertius error eſt Theodoriti à Petavio minime animadverſus. Secundam enim obſidionem Niſibis, Jacobi Niſibeni Epiſcopi precibus ſolutam eſſe dicit: cum tamen eo tempore quo ſecunda obſidio Niſibis facta eſt ſub Conſtantio; id eſt anno Chriſti 350. non Jacobus, ſed Vologeſus eſſet Niſibenæ urbis Epiſcopus, ut docet Auctor Chronici Alexandrini. De tribus autem obſidionibus urbis Niſibenæ ſub Conſtantio, vide quæ notavi ab lib. xx. Ammiani Marcellini cap. 7. †

VARIORUM.

† Ter omnino eſt à Perſis obſeſſa Niſibis, ſed majore ſui detrimento, dum obſedit, hoſtis affectus eſt, ut ait Rufus Feſtus. Prima quidem Niſibis obſidio contigit anno Domini 337. Feliciano & Titiano Coſſ. ipſo anno quo Conſtantinus Magnus exceſſit, ut ait Auctor Chronici Alexandrini; quem ſequi malo quam Hieronymum, qui in Chronico ſuo hanc obſidionem ponit anno Dom. 338. Etenim Libanius in βασιλικῷ Perſas ait poſt obitum Conſtantini ripam Tigris ſuperare auſos non eſſe. Secunda autem obſidio Niſibis accidit anno Dom. 350. Sergio & Nigriniano Coſſ. ut legitur in Chronico Alexandrino, & apud Cedrenum, recte. Etenim Julianus in oratione prima & ſecunda, in quibus eam obſidionem elegantiſſime deſcribit, Perſas ait tempus obſervantes, quo Conſtantius adverſus tyrannos in occidentem erat profectus, maximis cum copiis in Meſopotamiam irrupiſſe, & Niſibin quatuor prope menſium ſpatio obſediſſe. Idem confirmat Themiſtius in fine Orat. 14. Denique Zonaras, qui in geſtis Conſtantini filiorum commemorandis ſolito diligentior fuit. Ex quo & ex Volageſi Niſibeni Epiſcopi qui Jacobo ſucceſſerat, Epiſtola, tota hujus obſidionis hiſtoria penteda eſt. Ejus Epiſtolæ partem refert Auctor Chronici Alexandrini. Ex his apparet falli Hieronymum, qui in anno Dom. 348. ſcribit: *Rurſus Sapor tribus menſibus obſidet Niſibin.* Nam hæc trimeſtris obſidio biennio poſt contigit, ut dixi. Volageſus centum dies duraſſe ſcribit. (*De hac ſecunda obſidione agit hic Theodoritus, & Philoſtorgius lib. III. cap.* 23.) Tertia demum obſidio fuit anno Dom. 359. Euſebio & Hypatio Coſſ. cujus meminit Ammianus in libro 18. & Zoſimus lib. 3. *Valeſius in dictum Ammiani locum, pag.* 246.

ὕστερος

Sæc. IV.

rex infelicissimus, cum Dei piis hominibus prospicientis vim ac virtutem hac modica & clementi castigatione didicisset, recessit inde, ignominiam ex obsidione referens, non victoriam.

ὅπως ὁ τεισάθλιος βασιλεὺς, τῇ μικρᾷ καὶ φιλανθρώπῳ παιδείᾳ τὸ θεσπισθὲν τοῖς θεομισουμένοις θεοῖς μεμαθηκὼς τλαίχιω, ἀνέζευξεν ἐκεῖθεν, αἰσχύνην ἢ νίκλιν ἐκ τῆς πολιορκίας ἀρεψάμενος.

CAPUT XXXI.

De Synodo Antiochiæ celebrata, & de his quæ sancto Meletio illic contigerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Περὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ γεγενημένης συνόδου, καὶ τῶν περὶ τὸν ἅγιον Μελέτιον αὐτόθι συμβάντων.

Eo tempore Constantius Antiochiæ morabatur. Qui reparatis induciis finitoque Persico bello, Episcopos iterum congregavit, cunctosque, tam consubstantialis, quam diversæ substantiæ vocabula rejicere coëgit. Erat tunc Antiochena sedes pastore destituta, cum Eudoxius qui post Leontium Antiochenam sedem occupaverat, inde expulsus fuisset, ac post multas synodos Constantinopolitanam Ecclesiam illegitime obtineret. Episcopi igitur qui tum eo convenerant; erant autem plurimi ex diversis provinciis congregati; prius quidem pastorem gregi præficiendum esse dixerunt, deinde una cum illo de doctrina fidei consultandum. Per idem tempus Divinus Meletius cujusdam urbis in Armenia Episcopus, cum gregis sui contumaciam ferre non posset, alio migraverat, ibique in otio degebat. Hunc Ariani consentire sibi & dogmatum suorum participem esse arbitrati, petierunt à Constantio, ut Antiochensis Ecclesiæ administrationem ei committeret. Cunctas enim leges audacter violabant, dum impietatem suam confirmare niterentur: & legum transgressio, fundamentum illis erat blasphemiæ. Hujusmodi certe multa multis in locis innovarunt. Apostolicorum vero dogmatum defensores, quibus magni Meletii & sanitas doctrinæ & vitæ sanctitas, & virtutum copia probe cognita erat, consensum præbuerunt; summoque studio curarunt, ut decretum ea de re perscriberetur, & cunctorum subscriptionibus firmaretur. Atque id decretum, tum hi, tum illi, tanquam commune pactum, Eusebio Samosatensi Episcopo servandum tradiderunt, generoso veritatis propugnatori. Cumque magnus Meletius acceptis Imperialibus literis advenisset, universi Episcopi obviam ei processerunt: sed & reliqui Ecclesiæ ordines & universa populi multitudo obviam occurrerunt. Aderant etiam Judæi ac Gentiles, celeberrimum illum Meletium videre cupientes. Imperator vero, & illum & alios qui dicendi facultate præstabant, hortatus est, ut verba illa: Dominus creavit me initium viarum suarum ad opera sua: populo exponerent. Et singulorum dicta à notariis excipi jussit, ita futurum credens ut accuratior expositio à singulis afferretur. Ac primus quidem Georgius Laodicenus Episcopus, hæreticum virus evomuit: Post hunc Acacius Episcopus Cæsarienſis, mediam quandam protulit expositionem: quæ ab illorum quidem blas-

Socr. l. II. cap. 44. Meletius.

Georgius & Acacius illud Prov. 8. 22. prave explicant.

Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον ὁ Κωνσάντιος ἐν Ἀντιοχείᾳ διέτριβε. τῆς δὲ ἀνακωχῆς γενομένης καὶ τῷ Περσικῷ πολέμῳ παυσαμένῳ, πάλιν ἐπισκόπους συνήθροισεν, ἀρνηθῆναι πάντας τὸ ὁμοούσιον ἀναγκάζων καὶ τὸ ἑτεροούσιον. Εὐδοξίου δὲ μὴ Λεόντιον ἐκεῖνον τὸν θρόνον ἁρπάσαντος, εἶτα ἐξελαθέντος, καὶ μὴ πολλὰς συνόδους τὴν Κωνσταντινούπολιν παρανόμως κατεχηκότος, ἡ Ἀντιοχέων ἐκκλησία ποιμένος ἐστέρητο. τότε δὴ οὖν οἱ συνελθόντες ἐπίσκοποι· πολλοὶ δὲ ἦσαν πάντοθεν συνειλεγμένοι· χρῆναι ἔλεγον προβληθῆναι πρότερον τῇ ποίμνῃ νομέα, εἶθ' οὕτω κοινῇ σὺν ἐκείνῳ περὶ τῶν δογμάτων βουλεύσασθαι. καθ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν Μελέτιος ὁ θεοσεβέστατος πόλιν τινὰ τῆς Ἀρμενίας ἐθνῶν, εἶτα τῶν δεχομένων τὸ δυσσεβὲς δυσχερείας, ἡσυχίαν ἦγεν, ἑτέρωθι διαιτώμενος. τοῦτον ὑποτοπήσαντες οἱ τὰ Ἀρείου συμπεφρονηκέναι καὶ κοινωνὸν τῶν δογμάτων, ἐξῃτήσαντο τὸν Κωνσάντιον, τούτῳ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας παραδοῦναι τὰς ἡνίας. πάντα γὰρ νόμον παρέβαινον ἀδεῶς, κρατύνειν πειρώμενοι τὴν ἀσέβειαν· καὶ τῶν θεσμῶν ἡ παράβασις, ὑποβάθρα τῆς βλασφημίας ἐγίνετο. πολλὰ δὲ τοιαῦτα πολλαχοῦ γῆς ἐτέχνωσαν. οἱ δὲ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ἀντεχόμενοι, τῷ μεγάλῳ Μελετίῳ καὶ τῷ ἐν τοῖς δόγμασιν ὑγιεῖ εἰδότες, καὶ μύθοι καὶ τῷ τοῦ βίου λαμπρότητι, καὶ τῆς ἀρετῆς τὸ πλῆθος σαφῶς ἐπιστάμενοι, συνεψηφίσαντο· καὶ τὸ ψήφισμα γραφῆναι, καὶ παρὰ πάντων ὑπογραφῆναι μετὰ πλείστης ὅσα μάλιστα σπουδῆς παρεσκεύασαν. τοῦτο δέ γε ἢ ἔτοι κἀκεῖνοι οἷόν τινα σωθήκην κοινὴν, Εὐσεβίῳ τῷ Σαμοσατέων ἐπισκόπῳ φυλάττειν ἔδοσαν, ἀνδρὶ γενναίῳ τὰ ἀληθείας ἀγωνιστῇ. ἐπεὶ δὲ βασιλικοῖς δεξάμενος κλήσιν ἦκεν ὁ μέγας Μελέτιος, ὑπήντησαν μὲν ἅπαντες οἱ τῆς ἱερωσύνης μετειληχότες· ὑπήντησαν δὲ καὶ οἱ ἄλλοι τῆς ἐκκλησίας χοροὶ, καὶ ἅπαν τὸ τῆς πόλεως πλῆθος. παρῆσαν δὲ καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες, τὸν πολυθρύλητον ἰδεῖν Μελέτιον ἱμειρόμενοι. ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ αὐτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις οἷς λέγειν ἐδύνατο, τὸ Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, παρῃγόρευσεν ἀναπτύξαι τῷ πλήθει· τοὺς δὲ γράφοντας εἰς τάχος πεπαιδευμένους, γράψαι προσέταξε τὰ παρ' ἑκάστου λεγόμενα, ἀκριβεστέραν ἔσεσθαι ταύτην τοῦ διδασκαλίαν ὑπολαβών. καὶ πρῶτος μὲν ὁ Λαοδικείας Γεώργιος τοῦ αἱρετικοῦ ἐξήμεσε δυσοσμίαν. μετὰ δὲ τοῦτον Ἀκάκιος ὁ Καισαρείας, μέσην τινὰ διδασκαλίαν προσήνεγκεν, πλεῖον μὲν ἢ ὅσον τῆς

τὴν ἐκείνων βλασφημίας ἀφεστηκυῖαν, ὑγιᾶ δὲ καὶ ἀκραιφνῆ τὴν ἀκέραιον τὴν ἀποστολικὸν χαρακτῆρα φυλάττουσαν. 1 Τέτος ὁ μέγας ἀνέστη Μελέτιος, ὃς τῇ τῆς Θεολογίας κανόνος ὑπέδειξε τοῖς θηθύτητα. οἷον γάρ τινι σταθμῷ τῇ ἀληθείᾳ χρησάμενος, καὶ τὸ πλεῖον, καὶ τὸ ἔλλειπον διέφυγεν. θορύβου δὲ πλείστης παρὰ τοῦ πλήθους προσφερομένης, καὶ σύντομον αὐτοῖς προσενεγκεῖν ἀντιβολούντων διδασκαλίαν, τρεῖς ὑποδείξας δακτύλους, εἶτα τοὺς δύο συναγαγὼν καὶ τὸν ἕνα καταλιπὼν, τοῖς ἀξιέπαινον ἐκείνοις ἀφῆκε φωνήν· τρία τὰ νοούμενα· ὡς ἑνὶ δὲ προσλεγόμεθα. κατὰ ταύτης τὴν διδασκαλίας οἱ τὸν Ἀρείου νόσον ἐν τῇ ψυχῇ περιφέροντες, τὰς γλώττας ἐκίνησαν καὶ συκοφαντίαν ἐξύφηναν, τὰ Σαβελλίου φρονεῖν τὸν θεῖον εἰρηκότες Μελέτιον. καὶ ἕπεισάν γε τὸν Εὔριπον ἐκεῖνον καὶ τῇδε κἀκεῖσε ῥᾳδίως φερόμενον, καὶ παρεσκεύασαν εἰς τὴν οἰκείαν ἐξοπλίσαι πατρίδα. καὶ τῷ Εὐζωΐῳ ἀντ' ἐκείνου προὐβάλλοντο, προφανῶς τοῖς Ἀρείου δόγμασιν συνήγορον. σὺν Ἀρείῳ γὰρ καὶ τοῦτον ἀκμὴν ἀκονίας ἠξιωμένον, ὁ μέγας Ἀλέξανδρος ἀπεκήρυξεν. θοῦς δὴ γοῦν, τὸ ὑγιαῖνον πλῆθος τῆς τοῦ νόσου εἰσδεδεγμένης ἀποκεκλεῖσθαι, εἰς τὴν ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν 2 τὴν ἐν τῇ καλουμένῃ παλαιᾷ διακειμένην ἠθροίζοντο. 3 τριάκοντα μὲν γὰρ ἔτη μὴ γε τὰς καθ' Εὐσταθίου θρασυφήμους γενομένας ἐπιβουλὰς, διέλεσαν τὴν Ἀρειανικῆς ἀνεχόμενοι βουλευτείας, καὶ χρηστήν τινα μεταβολὴν προσδεχόμενοι. ἐπειδὴ δὲ εἶδον τὴν ἀσέβειαν παρ' αὐτοῖς αὐξανομένην, καὶ τοὺς μὲν τῆς ἀποστολικῶν ἀντεχομένους δογμάτων, καὶ προφανῶς πολεμουμένους, καὶ κρύβδην ἐπιβουλευομένους, καὶ τὸν μὲν θεῖον ἐξελαθέντα Μελέτιον, Εὐζώϊον δὲ τὸν τῆς αἱρέσεως προστάτην ἀντ' ἐκείνου τῆς προεδρίαν δεξάμενον, τῆς τοῦ τῶν Λὼτ ἀνεμνήσθησαν εἰρημένων· σώζων σῶζε

phemia distabat plurimum, puram tamen ac sinceram Apostolicæ doctrinæ notam haudquaquam retinebat. Tertius demum surrexit magnus Meletius, & quænam esset recta Theologiæ regula demonstravit. Ad veritatem enim tanquam ad amussim cuncta dirigens, ne quid plus, neve minus justo diceret, cavit. Cumque ingens plausus & acclamatio multitudinis secuta esset, cunctique illum orarent ut compendiariam ipsis doctrinam traderet, ostensis tribus digitis, ac deinde duobus compressis, unoque ut erat relicto, memorabilem illam protulit sententiam, Tria sunt quæ intelliguntur: sed tanquam unum alloquimur. Verum ii quorum animos Ariana labes infecerat, adversus hanc doctrinam linguas suas exacuerunt, & calumniam texuerunt Divino Meletio, quasi is Sabellii dogma sequeretur. Et Euripo illo qui huc atque illuc temere ferebatur, in sententiam suam pertracto, effecerunt ut ille in patriam suam relegaretur. Statimque Euzoium in ejus locum substituerunt, qui opinionibus Arii palam patrocinabatur. Hunc enim adhuc diaconatus officio fungentem, magnus Alexander una cum Ario damnaverat. Mox igitur sanior pars populi, ab iis qui Ariana labe contacti erant sese abrumpens, in Apostolica Ecclesia quæ in veteri ut vocant urbe sita est, congregari cœpit. Etenim post insidias eximio illi Eustathio structas, triginta deinceps annos impietatem Arianorum pertulerant, res in meliorem statum mutatum iri sperantes. Sed cum impietatem magis magisque apud se crescere viderent, & eos quidem qui Apostolicam doctrinam servabant, tum aperte oppugnari, tum occultis insidiis peti; ac divinum quidem Meletium exturbari; Euzoium vero patronum sectæ Arianorum in ejus locum substituí, recordati tunc sunt eorum quæ dicta sunt olim beato Lot: Servans serva

Meletii sana doctrina

Soz. l. IV. cap. 28.

Euzoius Meletio subrogatus

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τέτος Μελέτιος] Primus sermo quem Meletius habuit ad populum Antiochenum, refertur ab Epiphanio in hæresi Semiarianorum cap. XXIX. Ubi multa subjungit de Meletio, & quodnam fuerit hominum ejus ætatis de illo judicium.

2 Τὴν ἐν τῇ καλουμένῃ Παλαιᾷ] Supplendum πόλει. Antiochia enim ex multis urbibus constabat, ut ex Libanii Antiochico jam supra notavi. Harum una vocabatur Παλαιὰ, quæ scilicet primum constructa fuerat. In ea regione urbis Antiochiæ sita erat Ecclesia quam Theodoritus Apostolicam vocat, id est ab Apostolis fundatam, in qua Petrus Apostolus primum resederat. Unde Ecclesia illa etiam Παλαιὰ dicta est, tum quod ipsa esset vetustissima ac veluti Mater cæterarum: tum quod sita esset in regione urbis ita cognominata. Certe auctor Chronici Alexandrini Ecclesiam illam Παλαιὰν vocat, ubi agit de reditu Meletii regnante Juliano. Athanasius quoque in Epistola synodica ad Antiochenos, Ecclesiam illam sic appellat.

3 Τριάκοντα μὲν γὰρ ἔτη] Eustathius Episcopatu Antiocheno exutus est anno Christi 330. ut observavi in annotationibus Eusebianis pag. 614. Post ejus depositionem, scribit Theodoritus Catholicos Arianis permistos mansisse, nec se ab eorum communione separasse per annos 30, donec pulso Meletio Euzoius Arianus Antiochenam sedem occupavit. Id factum est anno Christi 361. Nam Meletius anno Christi 360. ad Antiochenam sedem translatus fuerat, si Baronio credimus. Verius enim mihi videtur hæc Meletii translatio conferri posse in annum Christi 361. Quippe Meletius pulso Eustathio, Episcopus Sebastiæ factus est in synodo Constantinopolitana anno Christi 360, ut supra notavi ex Chronico Alexandrino. Nec verisimile est eodem anno translatum illum fuisse ad sedem Antiochenam, aut eodem anno *duas magnas synodos fuisse celebratas, Constantinopoli scilicet & Antiochiæ. Certe Socrates in lib. 2. diserte scribit, Antiochenam synodum cujus hic meminit Theodoritus, celebratam fuisse Tauro & Florentio Coss. id est anno Christi 361. Porro Theodoritus, tam translationem, quam depositionem Meletii junctim in hoc capite retulit, eo quod modicum temporis spatium inter utramque intercessisset. Causam autem depositionis, seu prætextum potius, refert Hieronymus in Chronico, & Epiphanius in hæresi Semiarianorum, quod scilicet Clericos ab Eudoxio depositos in communionem suscepisset.

VARIORUM.

* Valesius arbitratur Synodum Antiochenam in causa *Meletii* habitam, de qua hic Theod. eandem esse cum illa de qua Socr. lib. II. cap. 45. quam ait anno sequenti Antiochiæ celebratam. Sed tam Valesius quam Baronius, aliique, duas Synodos Antiochenas diversis annis congregatas perperam confundunt. Prior Synodus anno 360 coacta, in eaque *Meletius* è sede Sebastena ad Antiochensem translatus. Hanc Theodoritus & Libellus Synodicus diserte memorant: de Translatione vero *Meletii* in ea facta agunt Socr. lib. II. cap. 44. Soz. lib. IV. cap. 28. Philostorgius lib. V. cap. 1. & Hieronymus in Chronico juxta editionem Scaligeri ad annum Abrahami 2376. qui cum mense Septembri anni Chr. 360 desinit. Ex quo constat *Meletium* anno 360, non vero 361, ut male Valesius autumat, ad Antiochenam sedem translatum. Præterea Socrates citatus dicit id factum, *Concilio apud Constantinopolim congregato*, id est, dum Concilium Constantinopolitanum anno præcedenti incœptum, nondum absolutum esset. Quare uno eodemque anno duæ magnæ Synodi coactæ. *Ant. Pagi ad ann.* 360. *n.* V.

SÆC. IV. animam tuam. Memoria quoque repetierunt Evangelicas leges, quæ diserte præcipiunt: Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue illum & projice abs te. Eandemque legem de manu ac pede Dominus tulit, hæc addens: Melius enim est tibi, ut pereat unum ex membris tuis, quam ut totum corpus mittatur in gehennam. Et Antiochensis quidem Ecclesiæ divisio contigit in hunc modum.

Matth. 5. 29.

τὴν σεαυτῆ ψυχήν. ὡς δὲ δὴ τούτοις ἡ τῶν εὐαγγελικῶν νόμων, οἱ σαφῶς ἀπαγορεύουσιν, εἰ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτὸν καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ. ταῦτα δὲ καὶ περὶ χειρὸς καὶ ποδὸς ὁ δεσπότης νομοθέτησε, καὶ προστέθεικε· συμφέρει γάρ σοι ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν. ἡ μὲν οὖν τῆς ἐκκλησίας διαίρεσις τοῦτον τὸν τρόπον ἐγένετο.

CAPUT XXXII.

De Eusebio Episcopo Samosatensi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ'.

Περὶ Εὐσεβίου ἐπισκόπου Σαμοσάτων.

Supra, cap. 31.

PORRO admirandus Eusebius, cui, ut supra retuli, commendatum fuerat commune decretum, cum pacta conventa violari cerneret, in urbem sibi commissam reversus est. Ariani vero metuentes ne propriis subscriptionibus convincerentur, suaserunt Constantio ut mitteret quendam, qui decretum illud repeteret ab Eusebio. Quibus obsecutus Imperator, unum ex iis misit, qui permutatis equis publicis itinera conficere, & quam celerrime responsa perferre solent. Is cum ad Eusebium venisset, & Imperatoris ei mandata exposuisset, tunc admirandus Eusebius, Non possum, inquit, commune depositum restituere, nisi congregatis prius universis Episcopis qui mihi illud commendarunt. Et nuntius quidem hæc ad Imperatorem retulit. Hic vero ira succensus, denuo scripsit, decretum reddi jubens. Adjecitque mandasse se, ut dextra illi manus abscinderetur, nisi decretum reddidisset. Verum hæc terroris tantum incutiendi causa scripserat. Perlatori enim epistolæ mandavit, ne id quod ipse minatus fuerat exequeretur. At divinus ille vir, perlectis Imperatoris literis, cum supplicium quod ipsi intentabatur didicisset, una cum dextra sinistram quoque manum protendit, ambas abscindi jubens. Nam decretum, inquit, non reddam, quo Arianorum improbitas apertissime convincitur. Hanc ejus fortitudinem cum Constantius cognovisset, & tunc laudavit plurimum, & postea mirari non desiit. Nam & inimici excellentem adversariorum virtutem admirantur, rerum gestarum magnitudine compulsi. Per idem tempus Constantius cum accepisset Julianum, quem in Europa Cæsarem constituerat, res novas moliri, & contra auctorem suum copias cogere, è Syria digressus, in Cilicia extremum diem obiit. Neque enim eum adjutorem habuit, quem pater ipsi reliquerat; quippe qui paternæ pietatis hæreditatem integram atque illibatam non servasset. Quam ob causam moriens acerbe lamentatus est, quod fidem immutavisset.

Socr. l. II. cap. 47. Soz. V. 1.

Εὐσέβιος δὲ ὁ θαυμάσιος ᾧ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθην, ὁ τὸ ψήφισμα τὸ κοινὸν πιστευθεὶς, τὴν συνθηκῶν τὴν παράβασιν θεασάμενος, εἰς τὴν ἐγκεχφεισμένην ᾤχετο πόλιν. οἱ δὲ τὸν ἔγγραφον ἔλεγχον[1] ὑφορώμενοι, τὸν Κωνσάντιον ἔπεισαν ἀποστεῖλαί τινα τὸ ψήφισμα κομιούμενον. καὶ δὴ πεισθεὶς ὁ βασιλεὺς, ἀπέστειλε τινὰ τοὺς κατὰ τὴν πορείαν διαλλαττομένους ἵππους ἐλαύνειν εἰωθότα καὶ τὰς ἀποκείσεις ὡς τάχιστα φέροντα. ἐπειδὴ δὲ ἀφίκετο καὶ τὰ παρὰ βασιλέως ἀπήγγειλεν· ἐγὼ ἀνέχομαι, ἔφη Εὐσέβιος ὁ θαυμάσιος, τὴν κοινὴν ἀποδοῦναι παρακαταθήκην, πρὶν ἂν ἅπαντες οἱ δεδωκότες μοὶ ταυτὸν γένωνται. ταῦτα ὁ μὲν ἀπήγγειλε τῷ πεμψαντι. ὁ δὲ, τῷ θυμῷ ζέσας, ἐπέστειλεν αὐτῷ πάλιν ἀποδοῦναι παραγυῶν· καὶ προσέθεικεν ὡς προσέταξεν ἐκτμηθῆναι αὐτοῦ τὴν χεῖρα τὴν δεξιὰν, εἰ μὴ δοίη τὸ ψήφισμα. ταῦτα μέντοι δεδιττόμενος ἔγραψε. τῷ γὰρ κομίζοντι τὴν ἐπιστολὴν ἀπηγόρευσεν, ἅτε ἠπείληται δράσαι. ἐπειδὴ δὲ τὴν ἐπιστολὴν ἀνέπτυξας ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, εἶδεν ἐν τοῖς γράμμασιν ἃ ὁ βασιλεὺς ἠπείληται κόλασιν, μετὰ τῆς δεξιᾶς καὶ τὴν εὐώνυμον προὔθηκεν, ἄμφω τὼ χεῖρε τμηθῆναι παραγυῶν. τὸ γὰρ ψήφισμα ἔφη οὐ δώσω, τῆς Ἀρειανικῆς μοχθηρίας ἔλεγχον ὄντα σαφῆ· ταύτην αὐτοῦ τὴν ἀνδρείαν μαθὼν ὁ Κωνσάντιος, καὶ τότε ἠγάσθη, καὶ διετέλει θαυμάζων. θαυμάζουσι γὰρ καὶ δυσμενεῖς τὰ τῶν ἀντιπάλων πλεονεκτήματα, κἂν τῷ μεγέθους τῶν πραττομένων ἀναγκαζόμενοι. κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ὁ Κωνσάντιος πυθόμενος ὅτι Ἰουλιανὸς ὁ τῆς Εὐρώπης ἀπέφηνε Καίσαρα, μειζόνων πραγμάτων ἐφίεται, καὶ κατ' ὀλίγον τετιμηκότος φρατρίαν συναγείρει, ἀπὸ μὲν τῆς Συρίας ἀπῆρεν, ἐν δὲ τῇ Κιλικίᾳ τὸν βίον καθέλυσεν. οὐ γὰρ εἶχεν ἐπίκουρον ὃν ὁ πατὴρ αὐτῷ καταλήλοιπε, τῆς πατρῴας θεοσεβείας ἄσυλον φυλάξας τὸν κλῆρον. ὃν δὴ ἕνεκα πικρῶς ὠλοφύρετο τῆς πίστεως τὴν μετάθεσιν.

Explicit Liber secundus.

Τοῦ δευτέρου λόγου τέλος.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὸν ἔγγραφον ἔλεγχον] In Manuscripto codice Savilli scriptum est ἔγγραπτον. Codex vero Leonis Allatii habet ἐνάγραπτον.

ΤΑΔΕ

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ

Ἱστορίας λόγος Γ'.

α' Περὶ τῆς Ἰουλιανοῦ βασιλείας.
β' Ὡς παιδόθεν ἐν θυσεβείᾳ τραφεὶς, ἐξώκλεν εἰς ἀσέβειαν.
γ' Ὅπως τὰ πρῶτα τὴν ἀσέβειαν κρύπλων, αὐτὴν ὕστερον ἐγύμνωσε.
δ' Περὶ τῆς ἐπανόδου τῶν ἐπισκόπων.
ε' Περὶ τῆς Παυλίνου χειροτονίας.
ς' Ὅτι ὑ φιλανθρωπίᾳ χρώμενος, ἀλλὰ φθόνῳ βαλλόμενος, φανερῶς τὸν θυσεβῆ οὐκ ἀνῄρει.
ζ' Ὁσὼσα καὶ ποία κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐτόλμησαν Ἕλληνες, παρ' αὐτοῦ λαβόντες ἐξουσίαν.
η' Τίνα κτ' Χριστιανῶν ἐνομοθέτησεν.
θ' Περὶ τῆς ἐξορίας τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου καὶ φυγῆς.
ι Τὰ κτ' τὸν Ἀπόλλωνα τὸν ἐν Δάφνῃ καὶ τὸν ἅγιον Βαβύλαν.
ια' Περὶ Θεοδώρου τοῦ ὁμολογητοῦ.
ιβ' Περὶ τῆς δημεύσεως τῶν ἱερῶν κειμηλίων καὶ τῆς τῶν σιτηρεσίων ἀφαιρέσεως.
ιγ' Τὰ κτ' Ἰουλιανὸν τὸν θεῖον τοῦ βασιλέως καὶ τοὺς ἄλλους ἀσεβεῖς.
ιδ' Περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἱερέως.
ιε' Περὶ Ἰσβεντίνου καὶ Μαξίμου τῶν Ῥωμαίων.
ις' Περὶ Βαλεντινιανοῦ τοῦ ὕστερον βασιλεύσαντος.
ιζ' Περὶ τῶν ἄλλων ὁμολογητῶν.
ιη' Περὶ Ἀρτεμίου τοῦ δουκός.
ιθ' Περὶ Ποπλίας τῆς Μελιτηνῆς καὶ τῆς κτ' Θεὸν παῤῥησίας.
κ' Τὰ κατὰ Ἰουδαίους καὶ τὴν τῆς οἰκοδομίας ἐπιχείρησιν, καὶ τὰς ἐπενεχθείσας αὐτοῖς θεηλάτους πληγάς.
κα' Περὶ τῆς κτ' Περσῶν στρατείας.
κβ' Περὶ τῆς τοῦ πολιτευομένου τοῦ Βερροιαίου παῤῥησίας.
κγ' Περὶ τῆς τοῦ παιδαγωγοῦ ἀναῤῥήσεως.
κδ' Περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Ἰουλιανοῦ τοῦ μονάζοντος προφητείας.
κε' Περὶ τῆς ἐν Περσίδι γενομένης σφαγῆς Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως.
κς' Περὶ τῆς ἐν Κάῤῥαις μετὰ τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ φωραθείσης γοητείας.
κζ' Περὶ τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις Ἀντιοχείας εὑρεθεισῶν κεφαλῶν.
κη' Περὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ πανδήμου γενομένης χορείας.

IN LIBRO TERTIO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ hæc continentur.

CAP. I. De Imperio Juliani.

II. Quomodo Julianus ab ineunte ætate in religione Chriſtiana educatus, ad impietatem deſcivit.

III. Quomodo Julianus cum impietatem prius diſſimulaſſet, poſtea patefecit.

IV. De reditu Epiſcoporum.

V. De ordinatione Paulini.

VI. Quomodo Julianus Chriſtianos aperte occidere noluit, non clementia erga illos, ſed invidia motus.

VII. Quot & quanta pagani adverſus Chriſtianos auſi ſint, à Juliano licentiam nacti.

VIII. Quas adverſus Chriſtianos leges tulerit Julianus.

IX. De relegatione & fuga magni Athanaſii.

X. De Apolline Daphnæo & de ſancto Babyla.

XI. De Theodoro Confeſſore.

XII. De ſacris vaſis fiſco vindicatis: & de annona adempta.

XIII. De vindicta Dei in Julianum Imperatoris avunculum, & in alios impios.

XIV. De filio Sacerdotis.

XV. De Juventino & Maximo Romanis.

XVI. De Valentiniano qui poſtea imperavit.

XVII. De aliis Confeſſoribus.

XVIII. De Artemio duce.

XIX. De Publia Diaconiſſa & de religioſa ejuſdem libertate.

XX. De Judæis Templum inſtaurare aggreſſis, & de plagis quæ eis divinitus inflictæ ſunt.

XXI. De expeditione Juliani adverſus Perſas.

XXII. De libertate ac fiducia decurionis Beroœenſis.

XXIII. De prædictione Pædagogi.

XXIV. De prædictione ſancti Juliani Monachi.

XXV. De Juliani Imp. cæde in Perſide.

XXVI. De magicis maleficiis poſt ejus obitum repertis apud Carras.

XXVII. De capitibus humanis quæ Antiochiæ in Palatio inventa ſunt.

XXVIII. De publica lætitia ac feſtivitate Antiochenorum ob Juliani cædem.

ΘΕΟ.

ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΛΟΓΟΣ Γ'.

THEODORITI EPISCOPI CYRI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER III.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ τῆς Ἰουλιανοῦ βασιλείας.

Κωνσάντιος μὲν δὴ γένων καὶ ὀδυρόμενος ὑπεξῆλθε τὸν βίον, ὅτι τῆς παλῴας πίστεως παρετράπη. Ἰουλιανὸς δὲ ἀπὸ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν διαβαίνων, ἐπύθετο τοῦ Κωνσαντίου τὴν τελευτὴν, καὶ θαῤῥήσας ὡς οὐδένα ἀντίπαλον ἔχων, τὴν βασιλείαν παρέλαβεν.

CAPUT I.

De Imperio Juliani.

ET Conſtantius quidem, dolens ac gemens quod à paterna fide deflexiſſet, ex hac luce migravit. Julianus vero, cum ex Europa in Aſiam transgreſſurus eſſet, de Conſtantii morte certior eſt factus; ſumptaque fiducia, utpote qui nullum jam haberet adverſarium, Imperium occupavit. *Socr. l. III, cap. 1.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ὡς παιδόθεν ἐν θεοσεβείᾳ τραφεὶς ἐξώκειλεν εἰς ἀσέβειαν.

CAPUT II.

Quomodo Julianus in religione Chriſtiana ab ineunte ætate educatus, ad impietatem deſcivit.

Οὗτος νέαν μὲν ἄγων τὴν ἡλικίαν σὺν Γάλλῳ τῷ ἀδελφῷ, καὶ ἄνηβος ὢν ἔτι, τὴν τῆς θεοσεβοῦς διδασκαλίας εἶλκε φιλίαν. Καὶ μὴν καὶ μετὰ τὴν ἐφηβείαν γενόμενος καὶ ἔφηβος, τῆς αὐτῆς μετελάγχανε. δείσας δ' ἦν τὸν Κωνσάντιον· τοὺς γὰρ γένει προσήκοντας ἀνῄρει δεισιδαίμων τὰς τυραννίδας· καὶ τοῦ τῶν ἀναγνωστῶν ἠξιώθη χοροῦ, καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συλλόγοις ὑπανεγίνωσκε τῷ λαῷ· καὶ σηκὸν μαρτύρων ἐδομήσατο μέν, οὐ προσεδέξαντο δὲ οἱ μάρτυρες, τὴν εἰς ἀσέβειαν αὐτοῦ μετατροπὴν προθεώμενοι. τῶν γὰρ δὴ θεμελίων τὸ τῆς ἐκείνου γνώμης μιμησαμένων ἀβέβαιον, πρὶν ἱερωθῆναι κατέπεσε. τὰ μὲν δὴ τῆς πρώτης ἡλικίας αὐτοῦ καὶ τῆς δευτέρας ἐν τύποις ἴσμεν.

Hic in tenera ætate, adhuc impubes, una cum Gallo fratre lac ſuxerat piæ doctrinæ. Sed & poſtea, cum pubertatis annos attigiſſet jamque inter ephebos eſſet, eandem doctrinam retinuit. * Veritus tamen Conſtantium, qui tyrannidis metu propinquos ſuos interficiebat, in lectorum numerum adſcriptus eſt, & ſacros libros in Eccleſiaſticis conventibus populo recitavit. Baſilicam quoque in honorem Martyrum extruxit: ſed Martyres eum ad impietatem quandoque defecturum prævidentes, id ab eo munus accipere recuſarunt. Nam cum fundamenta inſtabilitatem mentis illius imitata eſſent, baſilica priuſquam dedicaretur, collapſa eſt. Et prima quidem illius ætas & ſecuta deinde adoleſcentia, hujuſmodi fuit. *Soz. l. V. c. 2.*

VARIORUM ANNOTATIONES.

* *Veritus tamen Conſtantium*] Planior mihi videtur Chriſtophorſoni interpretatio, *nam veritus Conſtantium.* Malim tamen reddere *imo veritus*, &c.

Sæc. IV.

CAPUT III.

Quomodo Julianus cum impietatem prius dissimulasset, postea patefecit.

μόριον. Φασὶ δὲ αὐτῷ τ γυναῖκα πίστει λαμπρυνομένην, ταῦτα φάναι πρὸς τ ὁμόζυγον· ὑμνεῖν ὦ ἄνερ τ Σωτῆρα Χριστὸν προσήκει, ὅτι σοι διὰ τῆς παιδείας, τ οἰκείαν ὑπέδειξε δύναμιν. οὐδὲ γὰρ ἂν ἔγνως τίς ὁ σοὶ πολεμήσας, εἰ τῇ συνήθει μακροθυμίᾳ χρησάμενος, ταύτας σοι τὰς θεηλάτους πληγὰς οὐκ ἐπήγαγεν. ἐκ τῶνδε τ λόγων καὶ τ ἐπικειμένων παθῶν, συνεὶς τ νόσου τ αἰτίαν ὁ δείλαιος, ἀποδῦναι τὴν ἐκκλησίαν τ βασιλέα ἱκέτευσε τοῖς ταύτης ἐστερημένοις. ἀλλ' ὅτε ἐκεῖνον ἔπεισε, καὶ αὐτὸς τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέξατο. ὁ δὲ Φήλιξ ἐξαπίνης θεήλατον καὶ αὐτὸς δεξάμενος μάστιγα, αἷμα πανημέριόν τε καὶ παννύχιον ἐκ τοῦ στόματος ἔφερε, τ ἀγγείων τοῦ σώματος πανταχόθεν εἰς τοῦτο συῤῥεόντων τὸ μόριον. ὅτω δὲ παντὸς διαπανηθέντος τοῦ αἵματος, ἀπέσβη καὶ αὐτὸς, καὶ τῷ αἰωνίῳ παρεπέμφθη θανάτῳ. οὗτοι μὲν οὖν τῆς δυσσεβείας ταύτας ἔπτισαν δίκας.

Ejus autem conjux, fide ac religione insignis femina, maritum his verbis allocuta esse dicitur: Christum Servatorem laudare debes, mi vir, qui hujusmodi castigatione suam tibi potentiam declaraverit. Nescires enim quis sit contra quem pugnabas, si lolita usus patientia, has tibi plagas divinitus infligere noluisset. Ex his verbis & ex dolorum quibus premebatur magnitudine, cum causam morbi sui miser intellexisset, Imperatorem rogavit, ut Ecclesiam iis quibus adempta fuerat restitueret. Sed neque Imperatori persuasit, & ipse protinus ex hac luce sublatus est. Felix vero, ipse quoque divino flagello repente percussus, sanguinem diu noctuque per os emisit, omnibus undique venis in eam corporis partem confluentibus. Sic universo sanguine effuso, ipse quoque extinctus est & morti æternæ traditus. Atque hi quidem impietatis suæ ejusmodi pœnas dederunt.

SÆC. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἱερέως.

CAPUT XIV.

De filio Sacerdotis.

ΝΕος δέ τις υἱὸς ἱερέως ἐν δυσσεβείᾳ τραφεὶς, καθ' ἐκεῖνον τ καιρὸν εἰς τὸν τῶν θυσεβούντων μετέστη χορόν. γυνὴ γάρ τις ἐπίσημος ἐν βιλαβείᾳ, καὶ τοῦ τῆς Ἀγαχοΐας ἠξιωμένη χαρίσματος, συνήθης ἦν τῆς τούτου μητρός. αὕτη τοῦτον μὲν τῆς μητρὸς ἀφικνεῖτο μετὰ, ἔτι γὰρ μειρακύλλιον ἦν, ἠσπάζετό τε καὶ προὔτρεπεν εἰς θυσέβειαν. καὶ τ μητρὸς ἤδη τελευτησάσης ἀφικνεῖτο πρὸς ταύτην ὁ νέος, καὶ τ συνήθως διδασκαλίας ἀπήλαυε. παγίως δὲ τὰς συμβουλὰς εἰσδεξάμενος, ἤρετο τ διδάσκαλον, τίς ἂν γένοιτο πόρος δι' οὗ δυνατὸν καὶ τ τοῦ πατρὸς δεισι-
1 δαιμονίαν φυγεῖν, καὶ ἣν παρ' αὐτῆς κηρυττομένης ἀληθείας μεταλαχεῖν. ἡ δὲ λέγει χρῆναι τ πατέρα φυγεῖν, καὶ προτιμῆσαι τ αὐτοῦ τε κἀκείνου δημιουργὸν, καὶ πόλιν ἑτέραν καταλαβεῖν ἐν ᾗ λαθεῖν δυνατὸν καὶ διαδρᾶναι τοῦ δυσσεβοῦς βασιλέως τὰς χεῖρας. ὑπισχνεῖτο δὲ τούτῳ προνοήσειν αὐτή. ἀτὰρ, ἔφη ὁ νέος, ἥξω λοιπὸν, καὶ τ ἐμαυτοῦ σοι παραδώσω ψυχήν. ὀλίγον δὲ διελθουσῶν ἡμερῶν, Ἰουλιανὸς μὲν εἰς τὸν Δάφνην δημοθοινίαν ὑποτελέσων ἀνῆλθε· συνανῆλθε δὲ καὶ ὁ τούτου πατὴρ, ἱερούς τε ὢν καὶ εἰωθὼς σωέπεσθαι τῷ βασιλεῖ. τῷ δὲ παῖδι συνῆν καὶ οὗτος, καὶ ὁ τούτου γε ἀδελφός· νεωκόρω γὰρ ἦσαν, τὰ βασιλέως ἐδέσματα περιῤῥαίνοντες. ἐπὰ δὲ ἡμέρας ἐν τῇ Δάφνῃ πανηγυρίζειν εἰώθασιν. τῇ οὖν ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ παρελθὼν οὗτος τῇ βασιλέως σιβάδι, καὶ τὰ ὄψα κατὰ τὸ ἔθος διαῤῥάνας καὶ τοῦ μύσους ἐμπλήσας, δρόμῳ χρησάμενος, τ Ἀντιόχου κατέλαβε. καὶ πρὸς τ θαυμασίαν ἐκείνην ἀφικόμενος ἄνθρωπον, ἐγὼ μὲν ἥκω σοι, ἔφη, μὴ ψευσάμενος τοῦ ὑποσχεσιν. σὺ δὲ σωτηρίας ἑκατέρας ἐπιμελήθητι, καὶ τοῦ ἐπαγγελίαν ἐκπλήρωσον. παραυτίκα

Per idem tempus adolescens quidam filius flaminis, in falsa religione educatus, Christianorum corpori sese adjunxit. Mulier quædam insigni pietate, & diaconatus dignitate prædita, matri hujus familiaris erat. Hæc illum una cum matre venientem, erat enim adhuc adolescentulus, benivole amplectebatur, & ad pietatem cohortabatur. Mortua interim matre, adolescens nihilosecius invisebat mulierem, & consueta ejus institutione fruebatur. Cumque ejus consilia firmiter amplexus esset, rogavit magistram, quo tandem modo paternam superstitionem effugere, & veritatis quam illa prædicabat, compos fieri posset. Cui illa, patrem fugiendum esse respondit, eique præponendum creatorem tam ipsius, quam patris: migrandum præterea in aliam urbem, in qua latere possit, & impii Principis manus evadere. Ipsa vero id sibi curæ fore pollicebatur. Tum adolescens: Veniam igitur ad te deinceps, inquit, & animam meam tibi committam. Paucis post diebus Julianus publicum epulum celebraturus, Daphnen venit. Una cum illo venit etiam adolescentis pater, quippe qui & flamen esset, & Imperatorem assectari solitus. Erat autem cum patre tum iste de quo loquimur adolescens, tum ejus frater. Ambo quippe erant æditui, Imperatoris cibos aqua lustrali aspergere soliti. Septem diebus apud Daphnen festum agi mos est. Primo igitur die, cum iste juxta Imperatoris adstans stibadium, cibos solemniter adsperssisset & scelere compleviset, confestim Antiochiam perrexit. Et ad eximiam profectus mulierem: Ego quidem, in-

Valesii Annotationes.

1 Τῆς παρ' αὐτῆς κηρυττομένης] Codex [Regius &] Savilii scriptum habent παρ' αὐτῶν, vulgata tamen scriptura rectior videtur.

δὴ οὖν

Sæc. IV.

quit, adsum, nec fidem datam fefelli. Tu vero saluti & animæ & corporis mei consule, & præsta quod promisisti. Tum illa protinus consurgens, adolescentem deducit ad virum Dei Meletium. Ille juvenem aliquandiu manere jussit in superiore domus cœnáculo. At pater filium suum quærens, Daphnen circumire cœpit. Reversusque in urbem, vicos omnes & compita perambulabat, oculos quoquoversus conjiciens ejus investigandi causa. Postquam vero ad eum locum venit in quo domicilium erat divini Meletii, sublatis oculis videt illum per cancellos prospicientem. Statimque ingressus, corripuit eum atque abduxit: & domum reductum, primum quidem multis verberibus cecidit. Deinde candentibus veruculis manus ejus ac pedes & dorsum inussit. Postremo cum eum in cubiculo inclusisset, claustris exterius additis Daphnen rediit. Hæc ego illum jam senem narrantem audivi. Qui hæc etiam adjiciebat, se divino numine afflatum, & cœlesti repletum gratia, patris simulacra omnia contrivisse, & infirmitatem eorum derisisse. Postea vero cum facinus suum ipse consideraret, patris reditum expavisse; & orasse Christum Dominum, ut opem sibi ferre vellet, & contritis claustris fores aperiret. Tua enim causa, aiebat, hæc pertuli, hæc feci. Hæc cum dicerem, inquit, subito ceciderunt claustra, & fores apertæ sunt. Tum ego rursus ad magistram cucurri. Illa vero, cum me muliebri veste induisset & in basterna collocasset, rursus ad divinum Meletium me adduxit. Ille Hierosolymorum me tradidit Episcopo, qui tunc Cyrillus vocabatur. Atque ita noctu in Palæstinam profecti sumus. Ceterum post obitum Imperatoris Juliani, iste patrem quoque suum ad veram religionem perduxit. Nam & hoc inter alia nobis narravit. Hoc modo isti ad Dei cognitionem adducti, salutem consecuti sunt.

Cubiculi claustra divinitus aperta.

δὴ ἐν ἐκείνῃ ἀγαγοῦσα, πρὸς τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον Μελέτιον τὸν νέον ἀπήγαγεν. ὁ δὲ τέως αὐτὸν ἄνω ἀγάγειν ἐν τῷ καταγωγίῳ προσέταξεν. ὁ δὲ πατὴρ τὸ παῖδα ἐπιζητῶν, τήν τε Δάφνην περιῄει· καὶ εἰς τὸ ἄστυ ἀφικόμενος, περιῄει τὰς ἀγυιὰς καὶ τοὺς γειτονοῦντας, πάντοσε περιάγων τὼ ὀφθαλμώ, καὶ τοῦτον ἀνιχνεύσαι ποθῶν. ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐκεῖνο τὸ χωρίον ἐγένετο ἔνθα τὸ καταγώγιον ὁ θεῖος εἶχε Μελέτιος, ἀναβλέψας εἶδεν ἐκεῖνον ἀπὸ τοῦ φραγκτοῦ διακύπτοντα· καὶ δραμὼν, εἵλκυσέ τε καὶ κατήγαγε· καὶ εἰς τὴν οἰκίαν ἀπαγαγὼν, πρῶτον μὲν αὐτῷ μάστιξι παμπόλλοις ἐπήγαγεν· εἶτα ὀβελίσκους πυρακλώσας, καὶ ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶ καὶ τοῖς νώτοις ἐπέθηκεν· ἔπειτα καθείρξας ἐν τῷ θαλάμῳ καὶ κλεῖθρα ἔξωθεν ἐπιθεὶς, εἰς τὴν Δάφνην ἀνῆλθε. ταῦτα ἐγὼ τοῦ ἀνδρὸς πρεσβύτου ἤδη γεγονότος, διηγουμένου ἀκήκοα. προσέθηκε δὲ καὶ ταῦτα, ὡς ἔνθους γενόμενος καὶ θείας χάριτος ἐμπλησθείς, συντρῖψαι μὲν ἅπαντα τὰ τοῦ πατρὸς εἴδωλα· ἐκωμῴδει δὲ αὐτῶν τὴν ἀσθένειαν. ὕστερον δὲ εἰς νοῦν λαβὼν ὅσα ἔδρασεν, ἔδεισέ τε τὴν τοῦ πατρὸς παρουσίαν, καὶ τὸν δεσπότην Χριστὸν ἐνεβόλησε νεῦσαι, καὶ συντρῖψαι τὰ κλεῖθρα καὶ τὰς θύρας ἀναπετάσαι. σοῦ γὰρ δὴ ἕνεκα, ἔφη, ταῦτα πέπονθά τε καὶ δέδρακα. ταῦτά μοι, ἔφη, λέγοντος, ἐξέπεσε μὲν τὰ κλεῖθρα, ἀνεῴχθησαν δὲ αἱ θύραι· ἐγὼ δὲ πάλιν πρὸς τὴν διδάσκαλον ἔδραμον. ἡ δὲ ἀχημά μοι γυναικὸς περιθεῖσα, καὶ σὺν αὐτῇ γε εἰς τὴν καμάραν καθίσασα, τῷ θείῳ με πάλιν Μελετίῳ προσήγαγεν. ὁ δὲ τῷ τῶν Ἱεροσολύμων με παρέδωκεν ἐπισκόπῳ, Κύριλλος ἦν τηνικαῦτα ὄνομα. καὶ ὕπτω νύκτωρ εἰς τὸ Παλαιστινὸν ὡρμήσαμεν. μετὰ δὲ τὴν Ἰουλιανοῦ τελευτὴν, καὶ τὸν πατέρα οὗτος πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐποδήγησε. καὶ τοῦτο γὰρ ἡμᾶς μετὰ τῶν ἄλλων ἐδίδαξε. τοῦτον μὲν δὴ τὸν τρόπον οὗτοι πρὸς θεογνωσίαν ποδηγηθέντες, τὴν σωτηρίας μετέλαχον.

CAPUT XV.

De Juventino & Maximo Romanis.

JULIANUS vero liberius, seu potius majore cum impudentia, pietatem oppugnabat: speciem quidem clementiæ præferens, sed revera laqueos tendens & retia, quæ deceptos homines in impietatis exitium traherent. Nam primum quidem fontes, tum qui in urbe, tum qui in suburbano Daphnensi erant, abominandis sacrificiis inquinavit; ut quicunque aquam gustassent, communione sceleris inficerentur. Deinde cuncta quæ in foro venalia erant, similiter contaminavit. Panes enim & carnes; olera item ac poma, cuncta denique cibaria lustrali aqua adspergebantur.

Fontes, panes &c. Sacrificiis inquinati.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ Ἰουβεντίνου καὶ Μαξίμου τῶν Ῥωμαίων.

Ἰουλιανὸς δὲ παῤῥησιαίτερον, μᾶλλον δὲ ἀναιδέστερον, κατὰ τῆς θεοσεβείας ὡπλίζετο, τὸ μὲν τῆς ὀφελείας περικείμενος πρόσωπεῖον, πάσας δὲ καλασκευάζων καὶ θήρατρα, πρὸς τὸ τὴν ἀσεβείας ὄλεθρον τοὺς ἐξαπαλωμένους ἀγρεύοντα. πρῶτον μὲν γὰρ τὰς ἐν τῷ ἄστει καὶ τὰς ἐν Δάφνῃ πηγὰς ταῖς μυσαραῖς θυσίαις ἐμόλυνεν, ἵν' ἕκαστος ἀπολαύων τοῦ νάματος μεταλαχάνῃ τοῦ μύσους. ἔπειτα δὲ καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν πρακείμενα, τοῦ μιάσματος ἐνεπίμπλα. περιερραίνοντο γοῦν καὶ ἄρτοι καὶ κρέα, καὶ ὀπῶραι καὶ λάχανα, καὶ ὅσα ἄλλα ἐδώδιμα. ταῦτα

VALESII ANNOTATIONES.

1 Εἰς τὴν καμάραν καθίσασα] Epiphanius Scholasticus & Christophorsonus Cameram interpretati sunt. Camerarius & Sirmundus Conclave. Ego vero Basternam potius intelligi crediderim, quæ lectica erat Matronarum. Erant autem Basternæ tectæ in modum Camerarum. Unde Hieronymus caveas Basternarum vocat. Ait igitur Theodoritus, Matronam illam collocasse secum in vehiculo juvenem illum, & ad Melitium Episcopum deduxisse. Quod si καμάραν cubiculum interpreteris, non video cur Matrona illa juvenem muliebri habitu indutum secum in cubiculo sedere jusserit.

2 Παῤῥησιαίτερον] [In codice Regio J. Pini &] In edit. Basil. legitur παῤῥησιάστερον, levi discrimine.

ὁρῶντες

ὁρῶντες οἱ τῆς τῶ σεσωκότος προσηγορίας τετυχηκότες, ἔστενον μὲν καὶ ὠλοφύροντο βδελυττόμενοι τὰ γινόμενα· μετελάμβανον δὲ ὅμως ἀποστολικῷ πειθόμενοι νόμῳ. πᾶν γάρ, φησι, τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν. δύο δέ τινες ἐν τάξει προπρέποντες ἀσπιδηφόροι γὰρ ἦσαν καὶ βασιλέως ' πεζέταιροι· ἔν τινι συμποσίῳ θερμότερον τῶν γινομένων τὸ μῦσος ἐθρήνησαν, καὶ τοῖς θαυμασίοις τῶν ἐν Βαβυλῶνι προπρεψάντων μειρακίων ἐκέχρηντο ῥήμασι. παρέδωκας γὰρ ἡμᾶς, ἔλεγον, βασιλεῖ ἀθεμίτῳ ἀποστάτῃ θεοῦ πάντα τὰ ἔθνη τὰ ὄντα ἐπὶ τῆς γῆς. 2 ταῦτά τις τῶν ὁμοζαπέζων ἐκείνων μεμήνυκεν. ὁ δὲ παραυτίκα γε ἀγαγὼν τοὺς ἀείσους ἄνδρας ἐκείνους, ἐπυνθάνετο τίνα εἴη τὰ εἰρημένα. οἱ δὲ παῤῥησίας ἀφορμὴν ὑπειληφότες τοῦ βασιλέως ἐρώτησιν, τὸν ἀξιέπαινον παραθήξαντες ζῆλον, εἶπον τοιάδε. ἐν θεοσεβείᾳ τραφέντες ὦ βασιλεῦ καὶ νόμοις ἀξιεπαίνοις δεδιηλευκότες, Κωνσταντίνου γοῦν καὶ τῶν ἐκείνου παίδων ἦσαν οἱ νόμοι, ὀλοφυρόμεθα νῦν μύσους ἅπαντα πεπληρωμένα θεώμενοι, καὶ ταῖς ἀναγέσι θυσίαις τὰ βρώμαλα καὶ τὰ ποτὰ μολυνόμενα. ταῦτα καὶ οἴκοι πεθρηνήκαμεν, καὶ σοῦ παρόντος ἀποδυρόμεθα. τοῦτο γοῦν δὴ μόνον τοῦ σοῦ διαφεραίνομεν βασιλείας. τούτων ἀκούσας τοῦ λόγων ὁ πραότατος καὶ φιλοσοφώτατος τοῦ τὸ ἐκείνῳ προσομοίων ἅτινα ὀνομαζόμενος, τὸ μὲν τῆς ὑποκρίσεως ἀπεδύσατο πρόσωπον· τὸ δὲ τῆς δυσσεβείας ἐγύμνωσε θέατρον. καὶ πικρὰς αὐτοῖς καὶ χαλεπὰς αἰκίας ἐπιθεῖναι κελεύσας, ἐχάρισε μὲν τὴν παρούσης ζωῆς· μᾶλλον δὲ ἠλευθέρωσεν ἐκείνους τοῦ δυσήνιου καιροῦ, καὶ τοὺς νικηφόρους στεφάνους πρὸς ἔνησεν. αἰτίαν δὲ τῆς πικρίας συνήρμοσεν, οὐ τὴν θυσέβειαν ὑφ' ἧς ἀνῃρέθησαν, ἀλλὰ τὴν παροινίαν. ὡς βασιλέα γὰρ ὑβρικότας, ἔφησε πικρήσασθαι. ταῦτα δὲ θρυλεῖσθαι προσέταξε, φθονῶν τοῖς τῆς ἀληθείας ἀθληταῖς τῆς τῶν μαρτύρων προσηγορίας τε καὶ τιμῆς. τούτων ὁ μὲν Ἰουβεντῖνος, ὁ δὲ Μαξιμῖνος προσηγορεύετο. τούτους ἡ Ἀντιόχου πόλις ὡς ἀγωνιστὰς θυσιβείας τιμήσασα, πολυτελεῖ παραδέδωκε θήκῃ· καὶ μέχρι δὲ τήμερον [a] ἐτησίῳ δημοθοινίᾳ γεραίρονται.

Quæ cum viderent Christiani, gemebant ipsi quidem ac lamentabantur, talia abominantes. Edebant tamen, obtemperantes legi Apostolicæ ita dicenti: Omne quod in macello venundatur comedite, nihil interrogantes propter conscientiam. Forte duo quidam honoratioris militiæ gradu præditi: erant enim scutarii & stipatores Imperatoris: quodam in convivio abominanda hæc scelera aliquanto vehementius deploraverant, & puerorum qui olim Babylone inclaruerunt verba admiratione digna usurpaverant. Tradidisti enim, aiebant, nos regi iniquo apostatæ super omnes gentes orbis terrarum. Hæc quidam ex convivis Imperatori indicavit. Ille cum optimos viros statim ad se adduci jussisset, interrogavit quid ab ipsis dictum esset. Illi ex interrogatione Principis occasione liberiùs loquendi arrepta, egregio quodam zelo incitati hæc dixerunt. Nos in vera pietate educati, ô Imperator, & præstantissimis legibus obtemperantes, quas scilicet Constantinus ejusque filii tulerunt, lugemus nunc, abominatione cuncta abs te repleri cernentes, & scelestis sacrificiis cibos potumque contaminari. Hæc nos & domi deflevimus, & nunc apud te lamentamur. Hoc enim unum in tuo Imperio molesti ferimus. His auditis mitissimus ille & sapientissimus: sic enim à sui similibus appellabatur: clementiæ larva depositâ, impietatis vultum detexit. Et gravibus illos atque acerbis tormentis excruciatos, hac vita privavit: imo, ut verius dicam, infelicitate illius temporis liberavit, & victoriæ coronas eis conciliavit. Causam vero supplicii prætexuit, non pietatem pro qua interfecti sunt, sed linguæ petulantiam. Ideo enim punitos esse dixit, quod Imperatorem contumelia affecissent. Atque hæc ita divulgari præcepit, cum nomen atque honorem martyrii veritatis athletis invideret. Horum alter Juventinus, alter vero Maximinus vocabatur. Quos Antiochensium civitas tanquam veritatis propugnatores honore prosequens, in splendido monumento deposuit, & ad hunc usque diem annua festivitate veneratur.

Cor. 10.

Dan. 3.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πεζαίπεροι] Rectius in MS. codice [Regio &] Savilii & in editione Basiliensi legitur πεζέταιροι. Tractum id nomen est ab Alexandri magni militia, qui honoratiores equites ἑταίρους vocari instituit, pedites vero πεζεταίρους, ut docet Anaximenes apud Harpocrationem. Quanquam in Harpocrationis Lexico corrupte scribitur πεζαιπέρους. Porro de his militibus, Juventino & Maximo, extat Homilia Joann. Chrysost. Vide etiam quæ notavi ad librum 22. Amm. Marcellini pag. 229.

2 Τῶν ὁμοζαπέζων ἐκείνων] Mallem scribere ἐκείνῳ. Quam lectionem in versione mea sum secutus. Atque ita legisse videtur Epiphanius Scholasticus. [Conjecturam meam confirmat codex Regius J. Pini, in quo ita plane scriptum inveni, ut conjeceram.]

VARIORUM.

a Ἐτησίῳ δημοθοινίᾳ γεραίρονται] Jam tempore S. Joan. Chrysostomi Solennis erat Antiochiæ horum martyrum Festivitas, in qua Homiliam habuit ad populum Antiochenum 40 Tomi I. ubi fusius exponit ea quæ hic Theodoritus brevius narrat. Ex hac etiam Homilia discimus hujus Festivitatis tempus. Sic enim incipit: *Heri beatus Babylas cum tribus pueris nos congregabat; hodie vero par sanctorum militum. Heri quadriga martyrum, hodie biga &c.* Festum autem S. Babylæ Græci celebrant die 4. Septembris; Latini vero die 24 Januarii. *Theod. Ruinart Act. Mart. p.* 669.

ΚΕΦΑ-

SÆC. IV.

CAPUT XVI.

De Valentiniano qui poſtea imperavit.

Soz. l. VI. cap. 6.

ALII præterea honoribus ac dignitate conſpicui, cum ſimili uſi eſſent libertate, ſimiles quoque coronas adepti ſunt. Nam & Valentinianus, is qui paulo poſtea imperavit, tunc Tribunus Lanciarios ad palatii cuſtodiam conſtitutos regens, zelum quem pro pietate habebat, neutiquam diſſimulavit. Forte amens ille in templum genii publici exultans intrabat. Utrinque ad januas adſtabant æditui, qui luſtralis aquæ adſperſione ingreſſuros purgarent ut quidem ipſi exiſtimabant. Tunc Valentinianus qui ante Imperatorem incedebat, guttam aquæ chlamydi ſuæ adſperſam conſpicatus, ædituum pugno percuſſit, inquinatum ſe dicens, non autem purgatum: atque ob hanc cauſam utrumque regnum meruit adipiſci. Quo conſpecto, ſceleratiſſimus Imperator eum in caſtellum quoddam ſitum in ſolitudine relegavit, præcipiens ut illic degeret. Verum hic quidem elapſo anno & menſibus paucis, pro confeſſionis ſuæ mercede Imperium accepit. Nam juſtiſſimus Judex, non in futura tantum vita remuneratur pietatis ſtudioſos: Sed interdum præmia bonorum operum repræſentat, collatis jam hic muneribus ſpem futurorum confirmans. Porro tyrannus aliud præterea adverſus pietatem excogitavit. Nam cum ex veteri more aurum militaribus numeris divideret, ipſe quidem in regali ſolio reſidebat. Sed præter morem, aram cum ſoculo & tus ſuper menſa juxta aram apponi curavit. Juſſitque ut ſinguli priuſquam aurum acciperent, tus aræ imponerent, aurum deinde ex ipſius manu ſumerent. Atque hanc fraudem plerique haud animadverterunt. Sed qui eam præſenſerant, morbo ſimulato diros illos laqueos effugerunt. Quidam tamen præ nimia auri cupiditate ſalutem ſuam neglexerunt. Nonnulli pavore atque ignavia pietatem prodiderunt.

Valentinianus ob aquam luſtralem indignatur.

Soz. l. V. cap. 17. Milites thus adolere coacti.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ιϛ'.

Περὶ Βαλεντινιανῦ τῦ ὕϛερον βασιλεύσαντος.

ΚΑὶ ἄλλοι δὲ 'τ ὸν τέλ‹ ϗ ἀξιώμα π ῶ ν πλησίῳ χρησάμθοι παῤῥησίᾳ, τῶν ἴσων ϛεφάνων ἀπήλαυσαν. Καὶ γ ὰ Οὐαλεντινιανὸς ἐκεῖνος ὁ μικρὸν ὕϛερον βασιλθύσας, χιλίαρχος δὲ ἦν τηνικαῦτα τ ῆ ϖερὶ τὰ βασίλεια πτασμθων λοχαγῶν ἡγούμθος, ὃν εἶχεν ὑφ' ἑ θυσεβείας ϗκ ἀπέκρυψε ζῆλον. ὁ μ ὲ γὰ ῥ ἐμβρόντητος ἐκεῖνος εἰς τὸ τῆς τύχης τέμθος εἰσῄ χορθύων. ἑκατέρωθεν ὴ τ ῶ θυρῶν εἱϛήκεισαν νεωκόροι πεῤῥαντηρίοις τοὺς εἰσιόντας προκαθαίροντες ὡς ϗ όμιζον. ἐπειδὴ δὲ τ ῷ βασιλέως ἡγούμθος τῇ χλανίδι ῥανίδα πελάσασαν εἶδεν Οὐαλεντινιανὸς ὁ βασιλείας ἑκατέρας τύτ ῳ χάριν τετυχηκὼς, πῦξ ἔπαισε τ ὸν νεωκόρον, μεμολῦσθαι φήσας, ϗ κεκαθάρθαι. ϑεασάμθος δὲ τὸ γεγονὸς ὁ ἐξάγιϛος, εἰς Φρύριον αὐτὸν παρ‹ ὰ τ ὴν ἔρημον κείμθον ἐξέπεμψεν, αὐτόθι διάγειν προϛεταχώς. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ϗ ιαυτ ῷ ϗ μησὶν διεληλυθότων ὀλίγων, μαθὼν τ ὴν ὁμολογίας τ ὴν βασιλείαν ἐδέξατο. ϗ γὰ ῥ μόνον ϗ ὶ ἐκείνῳ τ ῷ βίῳ τὺς τ ῆ ϑείων ὀλιγωρθντας ὁ δίκαιος γεραίρει κριτής· ἀλλ' ἔϛιν ὅτε ϗ παραυτίκα τ ῆ ἀγαθῶν πόνων ὀρέγειν τὰς ἀντιδόσεις, ταῖς ἅρπ χορηγθμέναις δωρεαῖς τὰς ἐλπιζομένας πιϛούμενος. ὁ δὲ τύραννος ϗ ἕτερον ϗ τ' ἑ θυσεβείας ἐξεῦρε μηχάνημα. [2] τοῖς γὰ ῥ ϛρατιωτικοῖς καλαλόγοις ϗ τ' τὸ παλαιὸν ἔθος διανέμων ϑυσίον, ἐκαθέζετο μὲν αὐτὸς ἐπὶ ϑρόνου βασιλικοῦ. προὔθηκε δὲ παρὰ τὸ ἔθος βωμὸν ἀνθρακίων πλήρη, ϗ λιβανωτὸν ἐπί τινος τραπέζης [3] παρεπέθηκε. προσέταξε δὲ τ ῷ τὸ χρυσίον κομιζομένων ἕκαϛον πρότερον ὑπο βαλεῖν τ ῷ βωμ ῷ τὸν λιβανωτόν· εἶτα τὸ χρυσίον παρὰ τῆς αὐτ ῷ κομίσασθαι δεξιᾶς. τήνδε ϑ ' πάγην οἱ πλεῖϛοι μὲν ϗ γνόησαν παντελῶς· οἱ δὲ προμεμαθηκότες, σκηψάμενοι νόσον, ϑ ' χαλεπὴν ἐκείνην διέφυγον φήραν. ἄλλοι δὲ τ ῶν χρημάτων ὀρεγόμθοι, τῆς σφε‹ ῥας κατωλιγώρησαν ϛωτηρίας· ἕτεροι δὲ δειλίᾳ προὔδωκαν τὴν θυσέβειαν.

2

3

CAPUT XVII.

De aliis Confeſſoribus.

POST funeſtam hanc pecuniæ diviſionem, quidam ex iis qui aurum acceperant, in convivio quodam ſimul diſcumbebant. Horum unus ſumpto in manus poculo, non prius bibit quam ſalutari ſigno poculum ſignaſſet. Cumque unus ex convi-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ τ ῶν ἄλλων ὁμολογητῶν.

ΜΕτ‹ ὰ μθύτοι τὴν ὀλεθρίαν ἐκείνην τ ῶν χρημάτων διανομὴν, ἔν τινι συϛιτίᾳ τινὲς τ ῶ τὸ χρυσίον εἰληφότων ϗ ' ταυτὸν εἰϛιῶντο. τύτων εἷς φιάλην δεξάμθος, ϗ ϖρότερον ἔπιε, πρὶν τὴν ϛωτήριον ὑπο θεῖναι σφραγίδα. τινὸς δὲ τ ῶν συϛίτων ἐπι-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῶν ἐν πέλει κ ϗ ὴ ἀξιώμαϖι] Codex [Regius &] Savilii ſcriptum habent κ ϗ ὴ ἀξιωμάτων: Baſilienſis autem editio ἀξιωτάτων. Mihi ſcribendum videtur ϵ ἀξιωμαϖικῶν. Eundem errorem ſupra notavi in lib. 2.

2 Τοῖς γὰρ ϛραϖιωτικοῖς καταλόγοις] Hanc Juliani fraudem adverſus milites Chriſtianos perſtringit Gregorius Nazianzenus in priore invectiva adverſus Julianum pag. 84. editionis Pariſienſis. Ubi etiam narrationem illam ſubjungit de quibuſdam militibus Romanis, qui cum aurum accepiſſent à Principe, & tus imprudentes adoleviſſent: agnito poſtea ſcelere ſuo, aurum ad Principis pedes projecerunt. Quam rem refert Theodoritus in capite ſequenti.

3 Παρεπέθηκε] Magis placet ſcriptura quam in editione Baſilienſi reperi, παρέθηκε, [& in codice Regio J. Pini.]

μεμ‹ αμένε

μεμψαμένω ϗ φήσαντος ἐναντίον εἶναι τοῦτο τῷ πρὸ βραχέος γεγενημένῳ, ἤρετο ἐκεῖνος τί τ' ὑπ' αὐτοῦ πεπραγμένων κέκληκεν ἐναντίον. ὁ δ' τῷ βαπτίσματι ϗ τῆς λιβανωτοῦ ϗ τ' ἀρνήσεως τῆς γεγενημένης ὑπέμνησε. ταῦτα γὰρ τ' Χριστιανικῆς ὁμολογίας ἀντίπαλα φησίν. Τούτων ἀκούσαντες τ' ἑστιωμένων οἱ πλείους, ἀνωλόλυξάν τε ϗ ὠλοφύραντο· ϗ πλάσας τ' κεφαλῶν ἀποτίλαντες τείχας, ἐξανέστησαν τ' συμποσίου· ϗ διὰ τ' ἀγορᾶς θέοντες, Χριστιανοί τε εἶναι ἐβόων ϗ βασιλικοῖς ἀπατηλαῖς τεχνάσμασι, ϗ παλινῳδίαν ἄδειν, ϗ τ' ἐξ ἀγνοίας συμβᾶσαν ἥτταν ἀναπαλαίειν. μετὰ τούτων θέοντες τ' βουλὴν καθέλαβον τὰ βασίλεια, τοῦ τ' τυράννου σοφισμάτων καταβοῶντες, ϗ πυρὶ καθαρθῆναι παρακαλοῦντες, ἵνα πυρὶ μιανθέντες διὰ πυρὸς ἑτέρου τοῦ κάθαρσιν δέξωνται. ταῦτα καὶ ὅσα τούτοις πρόσφορα παρ' ἐκείνων λεγόμενα, ἐξέμηνε τ' τ' ἀλιτηρίου θυμόν. ϗ πρῶτον μὲν τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἀποκοπῆναι προσέταξεν. ἀπαγομένων δὲ αὐτῶν ἔξω τ' ἄστεος, ἠκολούθει τὸ τ' πόλεως πλῆθος, ἀγάμενον αὐτοὺς τ' θυψυχίας, ϗ τ' ὑπὲρ τ' θυσεβείας παῤῥησίαν θαυμάζοντες. ἐπειδὴ δ' τὸ χωρίον ἐκεῖνο κατέλαβον ἔνθα τοὺς κακούργους κολάζειν εἰώθεσαν, ἐλιπάρησε τ' δήμιον ὁ τοῦ ἄλλων πρεσβύτερος, τ' πάντων αὐτῶν νεώτατος πρῶτον τοῦ κεφαλοῦ ἐκτεμεῖν, ἵνα μὴ τ' ἄλλων θεασάμενος τ' σφαγὴν, τὴν δειλίαν εἰσδέξηται. ἐπειδὴ δὲ ὁ μὲν ἐπέθηκε τῷ δαπέδῳ τὰ γόνατα, ὁ δὲ τὸ ξίφος ἐγύμνωσεν, ἦκε τὶς μηνύων τ' ἄφεσιν, ϗ βοῇ κωλύων πόῤῥωθεν τ' ἀναίρεσιν. τότε ὁ νεώτατος ὁ τ' τ' σφαγῆς δυχερείας ἀπαλλαγὴν, οὐκ ἦν ἄρα, ἔφη, 1 Ῥωμανὸς ἄξιος μάρτυς κληθῆναι Χριστοῦ. τοῦτο γὰρ 2 ἦν αὐτῷ ὄνομα. ἀλλὰ τοῦ μὲ σφαγιοῦ ὁ κακότεχνος ἐκεῖνος ἐκώλυε, φθόνῳ βαλλόμενος, ϗ τ' θυχλείας βασκαίνων τοῖς ἀθληταῖς· οὐκ εἴασε δὲ ὅμως αὐτοὺς τὰς πόλεις οἰκεῖν, ἀλλ' εἰς τὰς ἐσχατιὰς τ' Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐξέπεμψε.

vis eum objurgasset, dixissetque id contrarium esse ei quod paulo ante ab ipso factum fuisset, quæsivit ille quid ab ipso gestum esset quod is contrarium appellaret. Ille aram, tus & abnegationem fidei commemoravit. Hæc enim Christianæ religioni contraria esse. Quibus auditis, complures ex convivis ejulare ac lamentari cœperunt: Avulsisque ex capite capillis, statim è convivio surrexerunt: & per forum discurrentes, Christianos se esse & Imperatoris fraude circumventos clamarunt: nunc palinodiam canere, & pugnam in qua per imprudentiam victi fuissent redintegrare. Hæc vociferando in palatium contendunt, Imperatoris fraudem accusantes; seque in ignem conjici postulantes, ut per ignem polluti, alio igne purgarentur. Hæc & alia ejusmodi dicentes, scelerati illius animum efferarunt. Qui primo quidem capita eis præcidi jussit. Cum autem extra urbem ad supplicium ducerentur, sequebatur eos populi multitudo, eorum animi fortitudinem & pro pietatis defensione fiduciam admirans. Cumque ad locum perveniissent, in quo noxii supplicio affici solebant, is qui ætate reliquos anteibat, rogavit carnificem ut minimum natu ante omnes obtruncaret, ne forte is aliorum cædem adspiciens, timidior redderetur. Cum vero hic quidem genua humi defixisset, carnifex autem gladium jam strinxisset, supervenit quidam indulgentiam Principis nuntians, & sublato clamore è longinquo vetans ne occiderentur. Tunc adolescens liberatum se mortis supplicio ægre ferens: Martyris, inquit, nomine dignus non fuit Romanus. Sic enim ipse vocabatur. Verum enimvero cædem quidem ab illis depulit malignus Princeps, livore succensus, & martyrii gloriam strenuis athletis invidens. Eos tamen in urbibus degere non permisit, sed in ultimos Imperii Romani fines relegavit.

Milites mori quam sacrificiis polluti malunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περὶ Ἀρτεμίου τοῦ δουκός.

a Καὶ Ἀρτέμιον δέ· στρατηγὸς δὲ ὄντος τ' ὃν Αἰγύπτῳ στρατιωτῶν ἐγκρότει· ἐπειδὴ πλεῖστα τ' εἰδώλων συνέτριψε τ' δεχὴν ἐκείνῳ ὂν τοῖς Κωνσταντίου χρόνοις λαχὼν, ὃ μόνον τ' ὄντων ἐγύμνωσεν, ἀλλὰ ϗ τ' κεφαλῆς τὸ λοιπὸν ἐστέρησε σῶμα. ταῦτα ϗ τὰ τοιαῦτα δέδρακεν ὁ πραότατος ϗ ὀργῆς ἐξηρτέσατος θεοῦ τ' δυσεβῶν ὀνομαζόμενος. ἐγὼ δὲ ϗ γυναικῶν ἀείσης ἀξιέπαινον δίηγημα θεοῦ

CAPUT XVIII.

De Artemio Duce.

a ARTEMIUM quoque, qui Dux militum fuerat per Ægyptum, eo quod temporibus Constantii cum magistratum illum gereret, plurima Deorum simulacra confregerat, non solum bonis exuit, verum etiam capite truncavit. Hæc & hujusmodi alia commissa sunt ab illo, quem Gentiles mansuetissimum & ab iracundia alieniissimum prædicant. Ego vero etiam præstantissimæ mulieris laudandum facinus

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἔφη, Ῥωμανὸς] Hic videtur esse Romanus Tribunus Scutariorum, qui cum Vincentio item Tribuno in exilium missus esse dicitur à Marcellino in lib. 2. p. 222.

2 Κακομήχανος] In Manuscripto codice Savilii & in editione Basiliensi legitur κακότεχνος.

VARIORUM.

a Ἀρτέμιον] De eo hæc Amm. Marcellinus: *Tunc & Artemius ex duce Ægypti, Alexandrinis urgentibus atrocium criminum mole, supplicio capitali multatus est.* lib. 22. c. 11. ad quem locum sic Valesius: *Ejusdem Artemii meminit auctor Chronici Alex. & Nicephorus Callistus. Atque hic esse videtur, quem Julianus in Epist. X. ad Alexandrinos βασιλέα τῆς Αἰγύπτου & τύραννον appellat, qui Georgio Ariano templa ac donaria Alexandriæ spolianti ministerium ac satellitium militare præstitit.* Ipsius Festivitatem Græci & Latini fecolunt die 20 Octobris, inquit *Theod. Ruinart* Act. Martyr. p. 646.

Sæc. IV.

hoc loco attexam. Nam & mulieres Divino prædítæ zelo, ejus rabiem contempſerunt.

τῇ συγγραφῇ. κατεφρόνησαν γὼ τῆς τότε λύττης αἱ γυναῖκες, τῷ θείῳ ζήλῳ καθωπλισμέναι.

CAPUT XIX.

De Publia diaconiſſa, & de religioſa ejuſdem libertate.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Περὶ Πουπλίας τῆς Διακόνου, καὶ τῆς κατὰ Θεὸν παῤῥησίας.

FUIT his temporibus Publia quædam, ob virtutis præſtantiam & ob eximios actus notiſſima ac celeberrima. Hæc cum aliquandiu matrimonii jugo fuiſſet adſtricta, fructum plane admirabilem obtulit Deo. Joannes enim, is qui presbyterorum Antiochiæ diutiſſime princeps fuit, & qui ad regendam Apoſtolicam Sedem ſæpe quidem communibus ſuffragiis electus eſt, ſemper tamen eum honorem declinavit, ex ejus utero tanquam ex egregio prognatus eſt ſolo. Hæc igitur cum cœtum virginum quæ perpetuam virginitatem profeſſæ erant ſecum haberet, creatorem ac ſervatorem Deum aſſidue laudabat. Cum autem Imperator prætergrederetur, contentiori voce omnes in commune pſallebant, ſceleſtum illum contemptu ac ludibrio dignum eſſe exiſtimantes. Canebant porro eos præcipue Pſalmos, in quibus ſimulacrorum infirmitas deridetur, & una cum Davide dicebant: Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Expoſita deinde eorum ſtupiditate, addebant: Similes fiant illis qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Quæ cum Julianus audiiſſet, ingenti dolore perculſus, ſilere eas deinceps juſſit dum ipſe præteriret. Sed Publia, Imperatoris juſſa parvipendens, chorum virginum majore fiducia implevit: & præterеunte illo rurſus canere juſſit; Exſurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus. Quo facto graviter commotus, magiſtram chori ad ſe adduci præcepit. Viſaque anu venerabili, nec canos corporis miſeratus, nec virtutem honore proſecutus eſt: ſed uni è ſatellitibus ſuis imperavit, ut utramque ei malam cæderet, & manibus genas ejus cruentaret. Illa vero contumeliam hanc ſummi honoris loco ducens, in cubiculum regreſſa eſt: & tyrannum ſpiritalibus, ut ſolebat, canticis perſtringere poſthac non deſtitit: eodem plane modo quo canticorum illorum ſcriptor ac magiſter David, malum ſpiritum quo Saul agitabatur, reprimere conſueverat.

Pſal. 113.

Pſal. 67.

Πουπλία τις ἦν καθ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὀνομαστάτη, καὶ πολυθρύλητος ἐκ τῆς τῶν ἀρετῆς κατορθωμάτων γεγενημένη. αὕτη καὶ τοῦ γάμου τὸν ζυγὸν πρὸς ὀλίγον δεξαμένη καιρὸν, καρπὸν ἀξιάγαστον τῷ Θεῷ προσενήνοχεν. Ἰωάννης γὼ ὁ τῆς ἐν 1
Ἀντιοχείᾳ πρεσβυτέρων ἐπὶ πλεῖστον ἡγησάμενος χρόνον, καὶ πολλάκις μὲν τῆς Ἀποστολικῆς προεδρείας τὰς ψήφους δεξάμενος, ἀεὶ δὲ τήνδε τὴν ἡγεμονίαν φυγὼν, ἐξ ἐκείνης τῆς θαυμασίας ἀρούρας ἐβλάστησεν. αὕτη χορὸν ἔχουσα παρθένων τὴν ἀληθῆ βίου παρθενίαν ἐπηγγελμένων, ἀεὶ μὲν ὕμνῳ τὸν πεποιηκότα καὶ σεσωκότα Θεόν. τοῦ δὲ βασιλέως παριόντος, γεγονότερον κοινῇ ἔψαλλον, οὐκαταφρόνητον ἡγούμενοι καὶ καταγέλαστον τὸ ἀλάστορα. ἥδον δὲ μάλιστα ἐκεῖνα τὰ ἄσματα, ἃ τῶν εἰδώλων κωμῳδεῖ τὴν ἀσθένειαν· καὶ μετὰ τοῦ Δαβὶδ ἔλεγον· τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. καὶ μετὰ τῆς ἀναισθησίας διήγησιν ἔλεγον· ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. τούτων ἀκούσας ἐκεῖνος καὶ λίαν ἀνιαθεὶς, σιγᾶν αὐταῖς προσέταξε κτλ. τὴν δὲ παρόδου καιρόν. ἡ δὲ μικρὸν τῶν ἐκείνου νόμων φροντίσασα, πλείονος τὸν χορὸν προθυμίας ἐνέπλησε, καὶ πάλιν ἐκείνου διϊόντος ψάλλειν ἐκέλευσεν· ἀναστήτω ὁ Θεὸς, καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ. ὁ δὲ χαλεπήνας, τοῦ χοροῦ τὴν διδάσκαλον ἀχθῆναι προσέταξε. καὶ γῆρας ἰδὼν αἰδοῦς ἀξιώτατον, οὔτε τοῦ σώματος τὴν πολιὰν ᾤκτειρεν, οὔτε τὴν τῆς ψυχῆς τετίμηκεν ἀρετήν. ἀλλὰ τινὶ τῶν δορυφόρων ἐκέλευσεν, ἐπὶ 2
κόρρης αὐτὴν ἑκατέρας παῖσαι, καὶ ταῖς χερσὶ φοινίξαι τὰς παρειάς. ἡ δὲ ὡς ἄκραν τιμὴν δεξαμένη τὴν ἀτιμίαν, ἀνελήλυθε μὲν εἰς τὸ δωμάτιον. σωφρόνως δὲ αὐτὸν ταῖς πνευματικαῖς ἔβαλλε μελῳδίαις, καθάπερ ὁ τῶν μελῳδίας ἐκείνης συγγραφεὺς καὶ διδάσκαλος τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο κατέπαυε πνεῦμα τὸ τῷ Σαοὺλ ἐνοχλοῦν.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἰωάννης γὰρ ὁ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ] Auctor Menologii Joannem Chryſoſtomum hic à Theodorito deſignari credidit. Sic enim ſcribit. *Die 9. menſis Octobris Sancta Publia, Imperante Juliano, in urbe Antiochia, probitate morum celeberrima, viri ſui conſuetudine paucos annos uſa, peperit fructum Deo dignum, admirabilem illum Joannem cognomento Chryſoſtomum.* Verum Baronius ad annum Chriſti 362. cap. 133. reprehendit Auctorem Menologii, & alium quam Joannem Chryſoſtomum hic intelligi exiſtimat. Nam mater Chryſoſtomi Anthuſa dicebatur, non Publia: nec anus erat eo tempore, ut recte probat ibidem Baronius. Deinde quod ait Theodoritus, Joannem hunc Publiæ filium, diutiſſime Archipresbyterum fuiſſe Antiochiæ, id non convenit Joanni Chryſoſtomo. Neque enim hic admodum diu Presbyter fuit Antiochenſis Eccleſiæ. Porro Henricus Savilius ad latus ſui codicis hoc loco iſta adnotarat, *Hunc Chryſoſtomum fuiſſe quidam falſo opinantur.* Joannem igitur hic intelligo eum qui poſtea Epiſcopus Apamiæ à Meletio ordinatus eſt, ut refert Theodoritus in lib. 5. cap. 4.

2 Τινὶ τῶν δορυφόρων] Jacobus Sirmundus edidit τισὶ neſcio quos codices ſecutus, noſtri enim nihil mutant. [Auctor hujus emendationis Sirmundo fuit Regius codex J. Pini, qui ſcriptum habet τισὶ, ut edidit Sirmundus.]

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Τὰ κτ' Ἰουδαίους ἐπὶ τ῀ τῆς οἰκοδομίας ἐπιχείρησιν, καὶ τὰς ἐπενεχθείσας αὐτοῖς θεηλάτους πληγάς.

ΚΑὶ γὰρ οὗτος τοὺς ἀλάστορας εἰσοικισάμενος δαίμονας, Κορυβαντιῶν διετέλει καὶ κτ' τῆς θύσεως λυττῶν. Ἀφ' ὧν γὰρ δὴ τοῦτο καὶ τοὺς Ἰουδαίους καθώπλισε κτ' τ῀ εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων. καὶ πρῶτον μὲν αὐτοὺς συναλίσας, ἤρετο τί δή ποτε τ῀ νόμῳ θύειν κελεύοντος, ταῖς θυσίαις ἐπέχρωσι. ἐπειδὴ δὲ ἔφασαν ἐνὶ τόπῳ τ῀ σφελέσθαι προγεγράφθαι λατρείαν, παρευλίκα ποιήσασθαι ὁ θεομισὴς ἐκεῖνος ἀνεγείρας τ῀ καταλυθέντα ναὸν, τ῀ δεσποτικῷ ὑπολαμβάνων ὁ μάταιος προῤῥήσιν διελέγχειν. ἔδειξε δὲ μᾶλλον τ῀ ταύτης ἀληθειαν. τούτων γὰρ ἐκεῖνοι τ῀ λόγων ἀσπασίως ἀκούσαντες, ἅπασι τὰ προσταγθέντα μηνύσαι τοῖς κτ' τ῀ οἰκουμένῳ ὁμοφύλοις ἐδήλωσαν. οἱ δὲ πάντοθεν συνέθεον, καὶ χρήματα καὶ προθυμίαν εἰς τ῀ οἰκοδομίαν εἰσφέροντες. ἐχορήγησε δὲ ὅπερ πλεῖστα καὶ ὁ τοῦτο προστεταχὼς, ἡ φιλοτιμίᾳ χρώμενος, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενος. [1] συναπέστειλε δὲ καὶ ἄρχοντα, τ῀ δυσσεβῶν προσταγμάτων ἄξιον ὑπουργόν. [2] Φασὶ δὲ αὐτοὺς καὶ σκαπάνας ἐξ ὕλης ἀργύρου καὶ ἅμας καὶ κοφίνους κατασκευάσαι. ἐπεὶ δὲ ὀρύττειν ἤρξαντο καὶ τὸν χοῦν ἐκφορεῖν, παντελέσιον μὲν τοῦτο ἔδρων μυριάδες πολλαί· νύκτωρ δὲ ὁ χοῦς αὐτομάτως ἀπὸ τῆς φάραγγος μετετίθετο. κατέλυσαν δὲ καὶ αὐτοὶ τῆς οἰκοδομίας τὰ λείψανα, νεόδμητα πάντα κατασκευάσειν ἐλπίσαντες. ἐπειδὴ δὲ καὶ γύψου καὶ πιτάνου πολλὰς μεδίμνων συνήθροισαν μυριάδας, ἐξ ἀπίνης ἄνεμοι βίαιοι πνεύσαντες καὶ τρόβιλοι καὶ καταιγίδες καὶ λαίλαπες, πάσας ἀθρόως ἐσκέδασαν. ἔτι δὲ μεμηνότων ἐκείνων, καὶ τ῀ μακροθυμίᾳ τ῀ θείᾳ μὴ σωφρονιζομένων, πρῶτον μὲ [3] σεισμὸς ἐγένετο μέγιστος, καὶ [3] τοὺς παντελῶς ἀμυήτους τ῀ θείων ἱκανῶς κατέπληξεν. ἐπειδὴ δὲ [a] οὐκ ἔδεισαν, [2] πῦρ ἐκ τ῀ ὀρυσσομένων θεμελίων ἀναδραμὸν, πλείστους τ῀ ὀρυττόντων ἐνέπρησε, τοὺς δὲ ἄλλους ἐσκέδασε. καὶ νύκτωρ ἡ παμπόλλων ἔν τινι πελαζούσῃ καθευδόντων στοᾷ, κατηνέχθη μὲν ἀθρόως σὺν τ῀ ὀρόφῳ τὸ οἰκοδόμημα· τοὺς δὲ καθεύδοντας συνέχωσεν ἅπαντας.

CAPUT XX.

De Judæis templum instaurare aggressis, & de plagis quæ divinitus eis inflictæ sunt.

NAM & ipse inhabitantes intra se habens pessimos dæmonas, Corybantum more furere, & contra pietatem insanire non desinebat. Hujus rei causa etiam Judæos armavit adversus Christianos. Ac primo quidem cum eos in unum congregasset, percontatus est quid causæ esset, cur, cum lex sacrificare jubeat, ipsi à sacrificiis abstinerent. Cumque illi dixissent, cultum suum unius loci ambitu circumscriptum esse, statim ille Deo invisus præcepit, ut templum quod destructum fuerat instaurarent: sperans miser, prædictionem Domini se falsi convicturum esse. Ejus tamen veritatem hoc facto magis declaravit. Nam cum Judæi hos imperatoris sermones cupide excepissent, tribulibus suis per universum orbem dispersis ea quæ imperata fuerant significarunt. Qui mox undique accurrentes, & pecunias & operam suam alacri animo ad hoc opus contulerunt. Plurima etiam suppeditavit is ipse qui jusserat, non liberalitate & magnificentia, sed veritatis oppugnandæ studio impulsus. Misit præterea Præsidem, dignum sane impiorum mandatorum ministrum. Aiunt porro eos, & ligones & rutra & corbes ex argento fabricasse. Ubi vero fodere & humum egerere cœpissent, innumerabilis hominum multitudo toto die operi incumbebat. Sed noctu rudera ex valle in quam conjecta fuerant, sua sponte transferebantur. Sed & reliquias veteris ædificii destruxerunt, nova omnia se constructuros sperantes. Denique cum gypsi & calcis multa modiorum millia congessissent, exorti repente venti vehementes ac turbines cum tempestatibus ac procellis, universam materiam hac illac dissiparunt. Cumque adhuc in pristino furore persisterent, nec Divina patientia ad meliorem frugem revocarentur: Primum quidem ingens exortus est terræmotus, & eos qui divinæ religionis sacris nullatenus initiati erant, non mediocri timore perculit. Sed cum illi non terrerentur, ignis ex fundamentis quæ fodiebantur erumpens, plurimos fodientium consumpsit, reliquos fugere coegit. Noctu etiam cum in quadam vicina porticu complures dormirent, collapsum simul cum tecto ædificium universos dormientes op-

Socr. l. III. cap. 20. Soz. l. V. cap. 22.

SÆC. IV.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Συναπέστειλε ἄρχοντα] Alypium intelligit, teste Ammiano Marcellino in lib. 23. initio.

2 Καὶ ἅμας καὶ κοφίνους] Basilienſis editio ſcriptum habet καὶ ἅμαξας καὶ κοφίνους. Quod magis probo.

3 Τοὺς παντελῶς ἀμυήτους] Gentiles intelligo. Hi enim penitus divinorum Sacramentorum expertes sunt. Ait igitur Theodoritus, ejusmodi fuisse hunc terræ motum, ut etiam eos terreret qui verum Deum non agnoscebant: nedum Judæos qui non sunt penitus ἀμύητοι.

VARIORUM.

a Πῦρ ἐκ τῶν ὀρυσσομένων θεμελίων ἀναδραμὸν] Hujus miraculi testis est minime suspectus Ammian. Marcellinus, lib. 23. locum habes in not. Var. ad Socr. l. III. cap. 20. Testimonium istud silentio plane prætermisit *Basnagius* Historiæ Judaicæ l. VI. cap. 14. Sect. 19. ubi multum operæ insumit in elevanda hujus Historiæ fide, & Historiæ Ecclesiasticæ Scriptoribus, quasi pugnantia loquerentur, inter se committendis. Sed *profecto*, ut observat Is. Vossius, *nullos Religio Christiana infensiores habet hostes quam ipsos Christianos*: aut saltem qui nomine tenus Christiani videri volunt: quales sunt Tan. Faber, Jac. Tollius, aliique istius commatis Critici. *W. Lowth.* De hac Historia Chrysostomus orat. 2. adversus Judæos, & contra Gentiles, necnon Hom. 4. in Matt. & Hom. 41. in Act. Apost. Greg. Naz. orat. 2. in Julian. Rufinus lib. 1. c. 38, 39. Orosius lib. 7. c. 30. Niceph. lib. 10. c. 33.

SÆC. IV.

preſſit. Eadem vero & proxime inſequenti nocte, ſalutaris crucis lucidum in cœlo ſignum apparuit. Ipſæ quoque Judæorum veſtes crucibus replebantur, non iis tamen lucidis, ſed atro colore ſuffuſis. Quæ cum vidiſſent hoſtes Dei, & inflictas à Deo plagas extimeſcerent, diffugerunt & ad ſuas quiſque ſedes reverſi ſunt: Deum eſſe confitentes eum quem majores ipſorum olim cruci ſuffixerant. Et hæc quidem ad Juliani aures pervenere. Omnium enim ſermonibus celebrabantur. Verum ille perinde ac Pharao, animum ſuum obduravit.

καθ' ἑτέραν αὐτὴν νύκτα καὶ αὖ πάλιν τῇ ὑστεραίᾳ, ὤφθη ἐν τῷ οὐρανῷ τοῦ σωτηρίου σταυροῦ τὸ σχῆμα φωτοειδές· καὶ αὐτὰ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἐσθήματα σταυρῶν ἐπεπλήρωτο, οὐκ ἔτι μὴν φωτοειδῶν, ἀλλ' ἐκ μελαίνης κατεσκιασμένων χροιᾶς. ταῦτα οἱ ἀνοσίως θεασάμενοι, καὶ τὰς θεηλάτους μάστιγας ὀρρωδήσαντες, ἀπέδρασάν τε καὶ τὰ οἰκεῖα κατέλαβον, θεὸν ὁμολογοῦντες ἑαυτῶν ὑπὸ τῶν προγόνων τῷ ξύλῳ προσηλωθέντα. ταῦτα ἤκουσε μὲν Ἰουλιανός, παρὰ πάντων γὰρ ἤδετο. τῷ δὲ Φαραὼ παραπλησίως τὴν καρδίαν ἐσκλήρυνεν.

CAPUT XXI.

De expeditione Juliani adverſus Perſas.

PORRO cum Perſæ audita Conſtantii morte audaciores facti, in Romanorum fines irruptionem feciſſent, bellumque eis indixiſſent, Julianus exercitum cogere decrevit, licet propugnatore ejus deſtitueretur Deo. Miſſis igitur legatis Delphos & in Delum ac Dodonam, & ad alia oracula, interrogavit vates, utrum expeditionem ſuſcipi oporteret. Illi vero & expeditionem ſuſcipere eum juſſerunt, & victoriam polliciti ſunt. Unum autem ex illis oraculis huic operi intexam, ut eorum mendacium revincatur. Id eſt hujuſmodi. Univerſi nunc Dii parati ſumus victoriæ tropæa ferre juxta Ferum amnem. Horum ego dux ero, violentus ac bellipotens Mars. Et ii quidem qui facundum Deum & Muſarum præſulem Apollinem Pythium nominant, horum verſuum ineptias rideant ſi placet. Ego vero deprehenſo ejus mendacio, doleo vicem illius qui deceptus eſt. Porro Ferum amnem vocavit Tigrim, propterea quod is feræ cognominis eſt. Ortus autem ex Armeniæ montibus, & per Aſſyriam fluens, in Perſicum evolvitur ſinum. His oraculis circumventus miſer, & victoriam ſibi ſpondebat, & confecto Perſico bello perſecutionem Galilæorum meditabatur. Quippe Chriſtianos, Galilæos vocare conſueverat: Hoc vocabulo ignominiam illis ſe allaturum exiſtimans. Sed animadvertere debuerat homo philoſophiæ ſtudiis eruditus, mutatione nominis haudquaquam lædi exiſtimationem. Nam neque Socrates, etiamſi appellatus eſſet Critias: neque Pythagoras, licet Phalaris dictus eſſet, ulla labe adſperſi fuiſſent ob nominum commutationem. Sed neque Nireus, quamvis Therſites vocatus eſſet, ideo formæ quam à natura acceperat, jacturam ullam feciſſet. Sed nihil horum animo reputans is qui iſta didicerat, impoſito nobis neutiquam conveniente vocabulo, læſurum ſe nos credidit. Et oraculorum mendaciis fidem habens, minabatur ſe ſimulacrum impudicæ deæ in Chriſtianorum Eccleſiis collocaturum.

Tigris fl.

Chriſtiani à Juliano Galilæi dicti.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Περὶ τῆς κατὰ Περσῶν στρατείας.

ΕΠειδὴ δὲ Πέρσαι τὸν Κωνσταντίου πυθόμενοι τελευτὴν ἐθάρρησαν, καὶ εἰς τοὺς Ῥωμαίων ὅρους ἀφίκοντο πόλεμον προαγορεύσαντες, ἔδοξεν αὐτῷ συναγείρειν τὴν στρατιὰν, ἢ ταύτης οὐκ ἔχοντι πρόμαχον. [a]πέμψας δὲ εἰς Δελφοὺς καὶ Δῆλον καὶ Δωδώνην, καὶ τὰ ἄλλα χρηστήρια, εἰ χρὴ στρατεύειν ἐπηρώτα τοὺς μάντεις. οἱ δὲ καὶ στρατεύειν ἐκέλευον, καὶ ὑπισχνοῦντο τὴν νίκην. ἕνα δὲ τῶν χρησμῶν εἰς ἔλεγχον τῆς ψεύδους ἐθήσω τῇ συγγραφῇ. ἔστι δὲ οὗτος. νῦν πάντες ὡρμήθημεν θεοὶ νίκης τρόπαια κομίσασθαι, παρὰ θηρὶ ποταμῷ· ἡγεμονεύσω θοῦρος πολεμόκλονος ἄρης. τὸ μὲν οὖν τῶν ἐπῶν καταγέλαστον κωμῳδεῖτωσαν οἱ λόγιον θεὸν καὶ τῶν μουσῶν ἀρχηγέτην τὸν Πύθιον ὀνομάζοντες. ἐγὼ δὲ αὐτῷ τὸ ψεῦδος θύρων, τὸν ἐξαπατηθέντα ὀδύρομαι. θῆρα δὲ ποταμὸν τὸν Τίγριν ὠνόμασεν, ἐπειδήπερ ἐστὶν αὐτῷ θηρίον ὁμώνυμον. οὗτος δὲ ἐκ τῶν Ἀρμενίων ἀναβλυζάνων ὀρῶν, καὶ διὰ τῆς Ἀσσυρίας ῥέων, εἰς τὸν Περσικὸν εἰσβάλλει κόλπον. ὑπὸ τούτων ὁ δείλαιος βουκοληθεὶς τῶν χρησμῶν, καὶ τῇ νίκῃ ὠνειροπόλει, καὶ μετὰ τὸν Περσικὸν μάχλον τοὺς Γαλιλαίους ἐφαντάζετο πόλεμον. τοὺς δὲ χριστιανοὺς Γαλιλαίους ὠνόμαζεν, ἀτιμίαν αὐτοῖς ἐκ τῆς προσηγορίας προσάψειν ἡγούμενος. ἔδει δὲ αὐτὸν σκοπῆσαι λόγοις ἐντεθραμμένον, ὡς ἥκιστα δόξῃ λυμαίνεται προσηγορίας ἀλλαγή. οὐδὲ γὰρ εἰ Σωκράτης ὠνομάσθη κριτίας, καὶ Φάλαρις ὁ Πυθαγόρας προσηγορεύθη, λώβης ἂν μετέσχον τινὸς ἐκ τῆς τῶν ὀνομάτων μεταβολῆς. οὐδέ γε εἰ ὁ Νηρεὺς Θερσίτης ἐπεκλήθη, ἀπώλεσεν ἂν ὃ παρὰ τῆς φύσεως ἐδέξατο κάλλος. ἀλλὰ τούτων οὐδὲν ὁ ταῦτα πεπαιδευμένος εἰς νοῦν λαβών, ἐκ τῆς ὑδαμόθεν ἡμῖν ἁρμοζούσης προσηγορίας τιμωρεῖν ἡμᾶς ὑπέλαβε. καὶ τῇ τῶν χρησμῶν ψευδολογίᾳ πιστεύσας, ἐπείλει ταῖς ἐκκλησίαις εἰδρύσαι τῆς δαίμονος τῆς ἀκολάστου τὸ εἴδωλον.

VARIORUM ANNOTATIONES.

a Πέμψας εἰς Δελφοὺς] *Duplicem exercitum movit, alterum militum, alterum damonum, à quibus ducebatur, & in quibus ipſi major fiducia ſita erat*, inquit Greg. Naz. orat. 2. in Julian.

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Περὶ τ τοῦ πολιτευομένου ἐν Βεροιαίᾳ παῤῥησίας.

Μετὰ τούτων δὲ ἀπάρας τ ἀπειλῆ, ὑφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἐν Βεροίᾳ κατηγωνίσθη. ἦτος μὲν ὁ
1 ἀνὴρ ἢ ἄλλως μὲν φιλοφανὴς ἐτύγχανεν ὤν. τῶν γὰρ αὐτόθι πολιτευομένων ἠγεῖτο. φιλοφανέστερον δὲ
2 αὐτὸν ὁ ζῆλος ἀπέδειξε. τ γὰρ υἱὸν θεασάμενος εἰς τ τότε κρατοῦσαν ἀσέβειαν ἐξοκείλαντα, ἐξήλασε τ οἰκίας ἢ προφανῶς ἀπεκήρυξεν. ὁ δὲ, ἐν τῷ πελάζοντι τῇ πόλει σταθμῷ τῷ βασιλεῖ προσελθὼν, τήν τε οἰκείαν γνώμην ἢ τ ἦτος παῤῥησίᾳ ἐδήλωσεν ἀποκήρυξιν. ὁ δὲ ἡσυχίαν ἄγειν τῷ νέῳ προσέταξε, καταλλάξειν ὑποσχόμενος τ πατέρα. ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο
3 εἰς τ Βέροιαν, τοὺς ἐν τέλει ἢ ἀξιώμασι συνεκάλεσεν εἰς ἑστίασιν. ἐν τούτοις ἦν ἢ ὁ τούτου πατήρ. τοῦτον δὲ μετὰ τοῦ παιδὸς εἰς τ αὐτῆ σκάδα καλακλιθῆναι προσέταξε. τοῦ δὲ ἀείσου μεσοῦντος ἔφη πρὸς τὸν πατέρα· ἢ δίκαιον εἶναί μοι δοκεῖ βιάζεσθαι γνώμην ἑτέρως ἐκκλινομένην, ἢ μετάγειν μὴ βουλόμενον εἰς ἕτερα. μὴ δὴ ἂν βιάσῃ τὸν παῖδα τοῖς σοῖς δόγμασιν ἀκολουθεῖν ἢ βούλομαι. οὐδὲ γὰρ ἐγώ σε, ἔφη, βιάζομαι τοῖς ἐμοῖς ἕπεσθαι, καίτοι μάλα ῥᾳδίως ἀναγκάσαι δυνάμενος. ὁ δὲ τῇ περὶ τὰ θεῖα πίστει τ λογισμὸν παραθήξας, σὺ τοῦτο, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, τοῦ ἀλάστορος λέγεις τοῦ θεομισοῦς, ἢ τὸ ψεῦδος τῆς ἀληθείας προελομένου; ὁ δὲ πάλιν τὸ τῆς πραότητος ἐνθεὶς πρόσωπον, παῦσαι, ἔφη, ἄνθρωπε λοιδορούμενος. καὶ πρὸς τὸν νέον ἀποκλίνας τὸ πρόσωπον, ἐγώ σε, ἔφη, φρονῶ, ἐπειδὴ σοῦ τὸν πατέρα δρᾶσαι τοῦτο οὐκ ἔπεισα. τοῦδε μέντοι ἕνεκα διηγήμαλος ἢ μάτην ἐμνήσθην, ἀλλὰ δεῖξαι βουλόμενος, οὐ μόνον τῇ θαυμασίᾳ ἀνδρὸς τιὴ ἀξιάγαστον παῤῥησίαν, ἀλλ' ὅτι ἢ πλεῖστοι τῆς ἐκείνου καταφρόνησαν δυναστείας.

CAPUT XXII.

De libertate ac fiducia Decurionis Beræensis.

Cum talibus minis profectus, ab uno viro devictus est Berœæ. Hic virtum ob alia illustris erat & conspicuus: Primum enim locum inter curiales obtinebat: Tum zelus fidei eum multo illustriorem reddidit. Nam cum filium suum ad impietatem Gentilium quæ tunc temporis prævalebat, defeciſſe cerneret, eum domo sua expulit, palamque abdicavit. Ille in vicina urbi statione Imperatorem adiens, & cultum suum, & patris abdicationem ei exposuit. Qui mox adolescentem bono animo esse jubet, patrem ei se reconciliaturum pollicitus. Cumque Berœam venisset, Decuriones & Honoratos ad convivium vocavit. Inter hos erat etiam adolescentis pater: quem una cum filio in eodem secum stibadio jussit accumbere. Et sub medium jam prandium ad patrem conversus: Æquum mihi non videtur, inquit, vim facere sententiæ quæ in diversum feratur, & quæ alio revocari nolit. Proinde noli filium tuum cogere, qui cultum tuum sequi recusat. Nam nec ego te cogo ut cultum meum sequaris, quamvis facile possim te ad hoc compellere. Tum ille Divina fide animatus: De isto, inquit, scelerato Deoque invisо loqueris, Imperator, qui mendacium prætulit veritati. Ad hæc Imperator personam induens mansuetudinis: Desine, inquit, conviciari vir bone. Conversoque ad juvenem vultu: Ego, inquit, tui curam geram, quando patri tuo persuadere non potui ut id faceret. Hoc ego factum non sine causa commemoravi; sed ut ostenderem non solum admirabilis hujus viri egregiam libertatem, sed alios quoque plurimos vim ac tyrannidem illius contempsisse.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ τῆς τοῦ παιδαγωγοῦ παῤῥήσεως.

Καὶ γὰρ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀνὴρ τὶς πάλαι ἄριστος,
a [a] παιδαγωγεῖν μειρακία πεπιστευμένος, συνήθης μὲν ἦν ὡς πλειόνων λόγων ἢ κατ' παιδαγωγὸν μεταχών, τῷ τηνικαῦτα τῶν διδασκάλων ἡγεμόνι· Λιβάνιος δ' ἦν, ὁ ἐν Σοφισταῖς πολυθρύλητος.

CAPUT XXIII.

De prædictione pædagogi.

Nam & Antiochiæ vir quidam optimus, adolescentium quorundam pædagogus, cum esset eruditior quam vulgus pædagogorum solet, familiaris erat celeberrimi illius sophistæ Libanii, qui tunc temporis inter professores principem locum obtinebat. Hic

Valesii Annotationes.

1 Τῶν γὰρ αὐτόθι πολιτευομένων] Curiales seu Decuriones à Græcis dicuntur πολιτευόμενοι seu πολιτευταὶ, ut jampridem notavi in Commentariis ad Ammianum Marcellinum. Mirum est tamen interpretes in hujus vocis interpretatione omnes lapsos esse, præter Epiphanium Scholasticum qui hunc locum ita vertit, *Is enim nobilis erat, & ejus civitatis curiæ præsidebat.*

2 Ὁ ζῆλος ἀπέδειξε] In codice [Regio &] Savilii, & in editione Basilienſi legitur ἀπέφηνε.

3 Τοὺς ἐν τέλει ἢ ἀξιώμασι] Recte Epiphanius Scholasticus hunc locum interpretatus est hoc modo. *Cumque venisset in Berœam, nobiles & honoratos convocavit ad prandium.* Reliquos interpretes nihil moror, qui hæc nullatenus intellexerunt. Unum tamen est quod in Epiphanii versione non probo. Nobiles enim vertit τοὺς ἐν τέλει, cum Decuriones potius vertere debuisset. Certe Decuriones & Honorati sæpe junguntur in vetustis inscriptionibus, ut notavi ad Ammianum Marcellinum. Cæterum hoc loco codex [Regius &] Savilii & Basilienſis editio scriptum habent τοὺς ἐν τέλει καὶ ἀξιώματος, ut & supra in capite 16.

Variorum.

a Παιδαγωγεῖν μειρακία πεπιστευμένον] Non quasi tunc temporis Antiochiæ publice profiteretur: Nam Juliani edicto vetiti erant Christiani præceptores à literarum Gymnasiis: sed quod ille ante paucos menses his vacare (dum sibi liceret) solebat.

δυσεβὴς

Sæc. IV. cum esset impius, & victoriam propediem expectaret, minasque Juliani animo revolveret, religionem nostram deridens, quæsivit ex pædagogo, quidnam ageret fabri filius. Ille Divina repletus gratia, id quod brevi futurum erat prædixit. Loculum enim, inquit, fabricatur hujus universi conditor, quem tu fabri filium per ludibrium appellas. Nec multis post diebus, nuntius de morte illius allatus est, & ipse in loculo jacens advectus: ac minarum quidem inanis apparuit jactantia; Deus autem glorificatus est.

Libanii blasphemia.

δυσεβὴς ἦ ὅτος ὢν ϗ τὴν νίκην προσμένων, ϗ τὰς Ἰουλιανῷ φανταζόμενος ἀπειλὰς, ἤρετο τ παιδαγωγὸν κωμῳδῶν τὰ ἡμέτερα, τί ποιεῖ, λέγων, τῷ τέκτονος ὁ υἱός. ὁ δὲ τῆς θείας πληθεὶς χάριτος, προεῖρηκε τὸ μετ' ὀλίγον ἐσόμενον. γλωσσόκομον γ' ἔφη, σοφιζᾳ, ὁ τοῦ παντὸς κατασκευάζει δημιουργὸς, ὃν σὺ κωμῳδῶν, τέκτονος υἱὸν προσηγόρευσας. ὀλίγων ἦ διελθουσῶν ἡμερῶν ὁ τῷ ἀλάστορι ἐκείνῳ θάνατος ἐμηνύθη· καὶ ὁ γλωσσοκόμῳ κείμενος ἐκομίσθη· καὶ τῶν ἀπειλῶν ὁ κόμπος μάταιος ἀπεφάνθη, ϗ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη.

CAPUT XXIV.

De *prædictione sancti Juliani Monachi*

Sed & is qui Angelorum corporis expertium vitam in corpore imitatus est Julianus, qui Syrorum lingua Sabba appellabatur, cujus vitam & conversationem in historia Philotheo conscripsimus, cum minas impii illius accepissel, Deum omnium moderatorem intentius orare cœpit. Eo autem die quo ille letalem plagam accepit, oranti cædes illius revelata est, quamvis monasterium ejus viginti & amplius mansionum intervallo distaret à castris Romanorum. Aiunt enim, cum lamentaretur & clementi Deo enixius supplicaret, repente illum fluentes lacrymas compressisse, & gaudio atque hilaritate repletum esse, vultuque sereno apparuisse; eaque re lætitiam animi sui declarasse. Quam mutationem cum quidam ex ejus familiaribus conspexissent, rogarunt ut causam hilaritatis ipsis aperiret. Ille silvestrem aprum, vastatorem vineæ Domini, pœnas tandem exsolvisse dixit damnorum quæ intulisset vineæ, & mortuum jacere, nec amplius insidiaturum esse. His auditis, cuncti præ gaudio exultarunt, & gratulatorium hymnum Deo cecinerunt. Postea vero ex iis qui mortem ejus nuntiarunt, compertum est, eadem die ac hora quam beatus senex cognoverat atque prædixerat, sceleratum illum extinctum fuisse.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Περὶ τ ϗ ἁγίου Ἰουλιανῦ ϗ μονάζοντος προφητείας.

Καὶ ὁ τ ἀσωμάτων δὲ τὸν βίον ἐν σώματι μιμησάμενος, Ἰουλιανὸν λέγω, τ Σάββαν ἐπίκλην τῇ Σύρων Φωνῇ προσαγορευόμενον, ϗ τ πολιτείαν ἐν τῇ Φιλοθέῳ συνεγράψαμεν ἱστορίᾳ, σπουδαιότερον τῷ Θεῷ τ ὅλων τ ἱκετείαν προσέφερε, τὰς ϗ δυσεβοῦς ἐκείνου μεμαθηκὼς ἀπειλάς. κατ' ἐκείνην ἦ τ ἡμέραν καθ' ἣν ἐκεῖνος ἐδέξατο τ σφαγὴν, ϗτος ταύτην προσευχόμενος ἔγνω, καίτοι πλειόνων ἢ εἴκοσι σταθμῶν ἐκ ϗ Φρουτιγείου μέχρι ϗ στρατοπέδου ἀριθμουμένων. φασὶ δὲ αὐτὸν πολιιώμενον καὶ τ φιλάνθρωπον ἀντιβολοῦντα δεσπότην, ὑπισχεῖν μὲ ἐξαπίνης τ τ δακρύων φορὰν· μαχυθῆναι δὲ ϗ θυμηδίας πληθῆναι, καὶ γανωθῆναι τὸ πρόσωπον, ϗ τοῦτο μηνύσαι τ τ ψυχῆς ἡδονήν. ταύτην οἱ συνηθέστεροι τ μεταβολὴν αὐτοῦ θεασάμενοι, μηνύσαι σφίσιν ἱκέτευσαν τ θύρασύνης τ ἀφορμήν. ὁ δὲ τ σὺν ἔφη τ ἄγριον τ ϗ ἀμπελῶνος ϗ θείου πολέμιον, δίκας εἰσπεπρᾶχθαι τ εἰς τοῦτον ἀδικημάτων, ϗ κεῖσθαι νεκρὸν, τῆς ἐπιβουλῆς πεπαυμένον. ταῦτα μεμαθηκότες ἐχόρευον ἅπαντες, ϗ τ Θεῷ τ χαριστήριον προσέφερον ὕμνον. ἔγνωσαν δὲ ϗ παρὰ τ τ ἐκείνου τελευτὴν μεμηνυκότων, αὐτὴν εἶναι ϗ τ ἡμέραν ϗ τὴν ὥραν, καθ' ἣν ἀνῃρῆσθαι τ ἀλιτήριον ὁ θεῖος ἐκεῖνος πρεσβύτης ἔγνω τε ϗ προεῖρηκε.

CAPUT XXV.

CUM hæc Imperator dixisset, rogare cœpit synodus ut ipsemet Episcopum eligeret, utpote prudentia simul ac pietate excellens. At ille, Majus est, inquit, viribus meis istud negotium. Vos vero qui Divina gratia repleti estis, & qui divinum illud numen hausistis, melius electuri estis. Egressi igitur ex palatio Episcopi, inter se deliberarunt. Cives autem illius urbis tumultuabantur, dum alii hunc, alii illum ordinari contenderent. Nam qui Auxentii morbo contacti fuerant, communionis suæ homines eligebant. Contra vero pars sanior, Antistitem qui eandem cum ipsis doctrinam fidei teneret, habere cupiebat. Hac seditione cognita, Ambrosius cui provinciæ illius administratio commissa erat, veritus ne quid gravius tentaretur, ad Ecclesiam perrexit. Tum illi à contentione cessantes, omnes una voce clamare cœperunt, Ambrosium sibi pastorem constitui poscentes, qui nondum baptismi sacramenta susceperat. Quod cum Imperator didicisset, eum continuo & baptizari & ordinari præcepit. Norat quippe, mentem quidem illius quovis perpendiculo rectiorem esse: sententias vero qualibet norma exactio-

Socr. l. IV. c. 30.

Valentinianus Episcopum eligere recusat.

Ambrosius in Episc. Mediolan. eligitur.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἡμετέρας ὑποκλίνωμεν κεφαλὰς] Solebant olim Christiani occurrentibus Episcopis caput submittere, ut ab iis benedictionem acciperent. Cujus moris multa supersunt vestigia in veterum libris. Primo enim Hilarius in libro contra Constantium ita scribit. *Osculo Sacerdotes excipis quo & Christus est proditus: caput benedictioni summittis, ut fidem calces. Convivio dignaris, ex quo Judas ad proditionem egressus est. Censum capitum remittis, quem Christus, ne scandalo esset, exsolvit.* Philostorgius in Historia Ecclesiastica scribit, Leontium Tripoleos Episcopum, cum reliqui omnes Episcopi Eusebiam Augustam, uxorem Imperatoris Constantii adirent, eamque ex more adorarent, nunquam adduci potuisse ut eam inviseret, nisi ea conditione ut Augusta venienti ipsi assurgeret, & caput summitteret, postulans ut benediceretur. Verba Philostorgii refert Suidas in Leontio. Simile est quod scribit Marcus Diaconus in vita Porphyrii Gazensis Episcopi, Eudoxiam Augustam ipsis in Palatium venientibus non semel occurrisse, & priorem ipsos salutasse, atque ut sederent jussisse, & inclinato capite postulasse ut benedicerent. Idem quoque de eadem Augusta testatur Sozomenus lib. 8. cap. 13. ubi de Ammonio loquitur & fratribus Monachis qui Longi dicebantur. Palladius in Dialogo de vita Joannis Chrysostomi, ubi de eo loquitur in exilium proficiscente, ait illum Olympiadi & Pentadiæ ac Salvinæ dixisse, ut quicumque sine ambitu eligeretur Episcopus, ei capita submitterent perinde ac ipsi. Nefas hic arbitror præterire insignem locum Joannis Chrysostomi ex Homilia 3. ad populum Antiochenum, ubi de Flaviano Episcopo qui ad comitatum principis profectus erat, ita loquitur. ἄρχων ἐστὶ καὶ αὐτὸς, καὶ ἄρχων ἐκείνου σεμνότερος. ἐπὶ γὰρ αὐτοῦ τοῦ βασιλικοῦ κεφαλὴν οἱ ἱερεῖς νόμοι ταῖς τούτου φέροντες χερσὶν ὑπέπιπτον. De eodem more loquitur Auctor vitæ sancti Fulgentii, *Altercantibus omnibus quis primo salutaret agnoscendus, quis benedicenti caput supponeret.* Denique incertus Auctor quæstionum veteris & novi Testamenti, quæstione 109. *Nostri autem Sacerdotes super multos quotidie nomen Domini & verba benedictionis imponunt. Sed in paucis effectus est. Est iterum quando meliores se benedicunt. Quamvis enim quis sanctus sit, curvat tamen caput ad benedictionem sumendam.* Postremo Honorius & Valentinianus Aug. de accusatione Episcopi, Presbyteri vel Diaconi ita rescribunt ad Verum Præfectum Prætorio. *Audemus quidem sermonem facere solito plus timore capti, de sanctis & venerabilibus Sacerdotibus, & secundis, Sacerdotibus vel etiam Levitis; & eos cum omni timore nominare, quibus omnis terra caput inclinat.*

SÆC. IV.

res. Quinetiam ſuffragium illud plane Divinum eſſe cenſebat, conjecturam capiens ex conſenſu contrariæ factionis. Cum igitur ille & ſacroſancti lavacri Divinum donum, & Pontificalem gratiam percepiſſet, Domino ac Servatori noſtro hujuſmodi laudes ceciniſſe dicitur præſtantiſſimus Imperator: geſtis enim omnibus intererat. Gratias tibi ago Deus omnipotens & Servator noſter, quod huic viro cui ego corpora commiſeram, tu animas regendas commiſeris, & electionem meam juſtam fuiſſe declaraveris. Paucis poſt diebus elapſis, cum divinus Ambroſius multa cum libertate Imperatorem alloquens, nonnulla reprehendiſſet quæ à Magiſtratibus haud recte facta eſſe videbantur, reſpondit Imperator: Hanc tuam libertatem jam pridem cognitam habebam. Sed licet eam probe noſſem, non ſolum non contradixi, immo aſſenſum præbui ordinationi tuæ. Proinde delictis animarum noſtrarum medicinam adhibe, quemadmodum Divina lex præcipit. Et hæc quidem ab Imperatore, tum dicta, tum facta ſunt Mediolani. Cum vero didiciſſet nonnullos in Aſia ac Phrygia de Divinis dogmatibus altercari, concilium in Illyrico fieri præcepit: & ea quæ ab Epiſcopis decreta ac ſancita fuerant, ad illos qui contendebant miſit. Decreverunt autem hi qui in Illyrico convenerant Epiſcopi, ut fides quæ Nicææ fuerat expoſita, ab omnibus ſervaretur. Scripſit etiam ipſe literas ad eoſdem, adjuncto in literis fratris ſui nomine, hortans eos ut decretis acquieſcerent. Ego vero legem quoque ipſam recitabo, quæ pietatem illius aperte prædicat, & quam tunc temporis Valens de Divinis dogmatibus rectam habebat ſententiam declarat.

Magiſtratum libere reprehendens Imperatori non diſplicet.

Synodus Illyriciana.

CAPUT VIII.

Epiſtola Imp. Valentiniani & Valentis ad Aſianam Diœceſim ſcripta de Conſubſtantiali.

IMPERATORES Maximi, ſemper Auguſti, victores, Auguſti Valentinianus Valens & Gratianus, Epiſcopis Diœceſeos Aſianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ, in Domino ſalutem. Cum in Il-

ὃς ἡ θείαν εἶναι τὴν ψῆφον, ἐκ τῶν τἀναντία φρονούντων τεκμαιρόμενος συμφωνίας. ἐπειδὴ ἡ τῆς θείας τοῦ παναγίου βαπτίσματος ἀπήλαυσε δωρεᾶς, καὶ τὴν ἀρχιερατικὴν ἐδέξατο χάριν, τοῦτον ὁ πάντα ἄριστος βασιλεὺς προσηνεγκέναι λέγεται τῷ Σωτῆρι καὶ δεσπότῃ τὸν ὕμνον. καὶ γὰρ τοῖς γεγενημένοις παρῆν. χάρις σοι δέσποτα παντοκράτορ καὶ Σῶτερ ἡμέτερε, ὅτι τῷδε τῷ ἀνδρὶ ἐγὼ μὲν σώματα διεχείρισα, σὺ δὲ ψυχάς· καὶ τὰς ἐμὰς ψήφους δικαίας ἀπέφηνας. ἐπειδὴ ἡ ὀλίγων διελθόντων ἡμερῶν, ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος σὺν παῤῥησίᾳ πλείστῃ τῷ βασιλεῖ διαλεγόμενος, ἐπεμέμψατο ποιῶν ὡς οὐκ οὖ παρὰ τῶν δεχόντων γεγενημένοις· ταύτην σου, ἔφη ὁ βασιλεύς, καὶ πάλαι ᾔδειν τὴν παῤῥησίαν· καὶ σαφῶς ὑπεστάλμενος οὐ μόνον οὐκ ἀντεῖπον, ἀλλὰ καὶ σύμψηφος τῆς χειροτονίας γεγένημαι. ἰάτρευε οὖν ὡς ὁ θεῖος ὑπαγορεύει νόμος, τὰ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν πλημμελήματα. ταῦτα μὲν οὖν ἐν Μεδιολάνῳ καὶ εἶπεν καὶ δέδρακε. μαθὼν δέ τινας ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ ἐν τῇ Φρυγίᾳ περὶ τῶν θείων ἀμφισβητοῦντας δογμάτων, ἐν μὲν τῷ Ἰλλυρικῷ συνόδου γενέσθαι προσέταξε· τὰ δὲ παρ' ἐκείνων καὶ ψηφισθέντα καὶ κυρωθέντα τοῖς ἀμφισβητοῦσιν ἐξέπεμψε. ἐψηφίσαντο δὲ οἱ συνελθόντες τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν κρατεῖν. ἐπέστειλε δὲ καὶ αὐτὸς, κοινωνὸν τῶν γραμμάτων τὸν ἀδελφὸν ποιησάμενος, ἐμμένειν τοῖς δεδογμένοις παρεγνῶν. ἀναγνώσομαι δὲ καὶ τὸν νόμον, ἅπερ αὐτοῦ κηρύττοντα τὴν εὐσέβειαν, ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν τηνικαῦτα οὖσαν Οὐάλεντος περὶ τὰ θεῖα δόγματα ὑγείαν δηλοῦντα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ἐπιστολὴ τῶν βασιλέων Οὐαλεντινιανοῦ, καὶ Οὐάλεντος, περὶ τῆς ὁμοουσίου γραφεῖσα πρὸς τὴν Ἀσιανὴν διοίκησιν.

351 Ὑποκράτορες μέγιστοι εὐσεβασταὶ νικηταὶ αὐγουστοι, Οὐαλεντινιανὸς καὶ Οὐάλης, καὶ Γρατιανὸς, ἐπισκόποις διοικήσεως Ἀσιανῆς, Φρυγίας, Καροφρυγίας Πακατιανῆς, ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Συ-

1

2

VALESII ANNOTATIONES.

1 *Αὐτοκράτορες μέγιστοι*] Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis hanc epiſtolam non à Valentiniano Imperatore, ut ſcribit Theodoritus, ſed à Valente potius ſcriptam eſſe exiſtimat, anno Chriſti 365. quo Valentinianus & Valens Conſules fuere. Sed pace ejus dixerim, dupliciter fallitur, tum in anno quo ſcripta eſt hæc epiſt. tum in eo quod Valenti eam adſignat. Nam cum in titulo qui epiſtolæ præfixus eſt, una cum Valentiniano & Valente Gratianus quoque Auguſtus nuncupetur, procul dubio ante annum Chriſti 367. hæc epiſtola ſcribi non potuit. Eo enim anno Gratianus Auguſtus nuncupatus eſt, ut conſtat ex Ammiano Marcellino, & ex Faſtis Idatii, Lupicino & Jovino Coſſ. Argumenta vero quibus Baronius nititur ut Valenti eam epiſtolam aſſignet, refutatione non merentur. Primum enim ait, Valentis nomen in titulo hujus epiſtolæ præponi: quod eſt falſiſſium, ut ex Theodorito noſtro, & ex verſione Epiphanii Scholaſtici apparet. Deinde quod ait res Aſianæ Diœceſeos nihil ad Valentinianum attinuiſſe, neque id verum eſt. Etenim ex Ammiano Marcellino didicimus, Valentinianum ſeniorem, licet Valenti fratri Orientis Imperium tribuiſſet, cuncta tamen pro arbitrio ſuo eſſe moderatum; & Valentem inſtar Apparitoris, ut Ammiani noſtri verbis utar, ei morigerum ſemper fuiſſe. Denique quod addit Baronius, Valentinianum tunc fuiſſe in Galliis, non autem in Illyrico, fateor id quidem. Neque enim Valentinianus relictis Galliis in Illyricum profectus eſt niſi anno Chriſti 374. Gratiano & Equitio Coſſ. ut docet idem Marcellinus. Sed nihil obſtat, quominus in Galliis poſitus, legatos Illyricianæ Synodi ad ſe miſſos audierit. Porro hujus epiſtolæ Valentiniani ad Epiſcopos Aſiæ meminit etiam Theophanes in chronico, eamque Edictum appellat. [Miſſam quoque eam epiſtolam eſſe dicit, non ad Aſianos duntaxat, verum etiam ad omnes orientales; nec anno Chriſti 365, ut vult Baronius, ſed diu poſtea ſcriptam eſſe cenſet.]

2 *Καροφρυγίας Πακατιανῆς*] Ita legitur in omnibus noſtris exemplaribus, & apud Epiphanium Scholaſticum. Sirmundus tamen poſt vocem *Καροφρυγίας* addidit diſtinctionem: quaſi tres eſſent Phrygiæ; Phrygia ſcilicet proprie dicta, Carophrygia, & Phrygia Pacatiana. Sed cum in veterum libris duæ tantum Phrygiæ nominentur, Phrygia ſcilicet Pacatiana, & Phrygia Salutaris, malim hoc loco ſcribere *Καρίας, Φρυγίας Πακατιανῆς*. Deſunt autem hic nomina reliquarum provinciarum Diœceſeos Aſianæ. Quæ ſi quis ſcire deſiderat, habentur in Notitia Imperii Rom. hoc ordine recenſita, Pamphylia, Lydia, Piſidia, Lycaonia, Phrygia Pacatiana, Phrygia Salutaris, Lycia, Caria.

κάδου τηλικαύτης συγκροτηθείσης ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ, καὶ ζητήσεως πολλῆς γινομένης περὶ τοῦ σωτηρίου λόγου, ἀπέδειξαν οἱ τελεμαχαριώτατοι ἐπίσκοποι τὴν Τριάδα ὁμοούσιον Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα· ἣν οὐδὲ ὅλως ἐκκλίνοντες, λειτουργίας τὰς κατὰ δίκαιον ἀποβαλόντας αὐτοῖς, θρησκεύουσιν τὴν θρησκείαν τοῦ μεγάλου βασιλέως. κηρύττειν δὲ ταύτην προσέταξε τὸ ἡμέτερον κράτος. ὅπως μόνοι, ἵνα μὴ λέγωσί τινες, ὅτι ἀνήκαμεν θρησκείᾳ βασιλέως καὶ δεσπότου τῇ γῇ ταύτῃ, μὴ ἀνεχόμενοι καὶ ἐντελαμβάνειν ἡμῖν τὰ περὶ τῆς σωτηρίας. ὡς γὰρ φησι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ὅπερ ἐπίκρισιν ταύτην ἔχει, ἀποδίδοτε τὰ τοῦ Καίσαρος τῷ Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. τί λέγετε ὑμεῖς οἱ ἐπίσκοποι καὶ προκόπτοντες τῷ σωτηρίῳ λόγῳ; εἰ ὅπως ἔχει τὰ τῆς ἀποδείξεως ὑμῶν, οὕτω μόνοι ἀσπάζοντες ἀλλήλους, παύσασθε ἀποχρᾶσθαι ἀξιώματι βασιλέως· καὶ μὴ διώκετε τοὺς ἀκριβῶς τῷ Θεῷ λειτουργοῦντας, ὧν ταῖς εὐχαῖς καὶ πόλεμοι κατέπαυον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀγγέλων ἀποσκοπῶν ἐπιβάσεις ἀποτρέπουσιν. καὶ πάντας δαίμονας φθορίμους ἀποτρέπειν ἀφὶ δεήσεως σπουδάζοντες, καὶ τὰ δημόσια κατὰ νόμους εἰσκομίζειν ἴσασι, καὶ οὐκ ἀνταλέγουσι τῇ τοῦ κρατοῦντος ἐξουσίᾳ· ἀλλ' εἰλικρινῶς καὶ τὰ τοῦ μεγάλου βασιλέως καὶ Θεοῦ ἐντολὴν φυλάττουσι, καὶ τοῖς ἡμετέροις νόμοις ὑπολάσσονται. ὑμεῖς δὲ ἀπειθεῖς ἐδείχθητε εἶναι. ἡμεῖς μὲν ἐχρησάμεθα τῷ ἄλφα ἕως τοῦ ὦ· ὑμεῖς δὲ ἑαυτοὺς ἀπεδώκατε. ἡμεῖς μόνοι καθαροὺς ἑαυτοὺς ἀφ' ὑμῶν εἶναι θέλοντες, ὡς καὶ Πιλάτος ἐπὶ τῆς ἐξετάσεως τοῦ ἐν ἡμῖν πολιτευομένου Χριστοῦ, μὴ θέλοντος αὐτὸν ἀνελεῖν, καὶ ὑπὲρ τοῦ παθεῖν αὐτὸν παρακληθέντα ἐπιγραφεὶς ἐπὶ τὰ τῆς ἀνατολῆς

lyrico tot Episcoporum synodus congregata esset; post accuratam inquisitionem de salutari verbo, declararunt beatissimi Pontifices consubstantialem Trinitatem Patris ac Filii ac Spiritus sancti. Quam ipsi quidem publicas functiones quæ ipsis jure competunt nullatenus declinantes, cultu summi Imperatoris observant. Nostra vero majestas eandem ubique prædicari præcepit. Sic tamen ut ne quis dicat, secutum se esse religionem Imperatoris qui hunc orbem gubernat, spreto illo qui mandata nobis de salute nostra reliquit. Etenim in Evangelio Dei nostri hæc habetur sententia: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Quidnam dicitis vos Episcopi, & salutaris verbi præsides? Si revera ita se habet vestra fidei expositio, sic igitur mutuo vos amore prosequentes, Imperatoris dignitate abuti desinite. Nec persequimini eos qui Deo accurate ministrant: quorum precibus & bella sedantur in terris, & angelorum refugarum incursus repelluntur. Qui cum noxios omnes dæmonas per orationem abigere studeant, & publicas præstationes juxta leges inferre norunt, & Imperatoriæ potestati neutiquam contradicunt: sed sincere, tum summi regis ac Dei mandatum custodiunt, tum nostris legibus obsequuntur. Vos vero contumaces apparuistis ac rebelles. Et nos quidem usi sumus à primo usque ad postremum. Vos autem vosmetipsos vendidistis. Nos igitur cum puri à vobis esse velimus, sicut olim Pilatus in examinatione Christi qui inter homines versabatur, cum nollet eum interficere, & rogaretur ut supplicio eum afficeret,

Matt. 22.

Orthodoxorum Clericorum preces quid valeant.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πατέρα καὶ Υἱοῦ] Rectius in codice Saviliano & in editione Basiliensi legitur Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα. [In Regio codice J. Pini scriptum inveni Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι.]

2 Οὐδὲ ὅλως ἐκκλίνοντες] Pessime hunc locum vertit Christophorsonus, cui prava hujus loci distinctio fraudi fuit. Nam post verbum ἐκκλίνοντες apposita est subdistinctio tum in Basiliensi, tum in Roberti Stephani editione. Verum Henricus Savilius & Jacobus Sirmundus eam distinctionem merito expunxerunt. Per λειτουργίας autem non Ecclesiasticum munus, sed functiones publicas intelligere debemus, à quibus, licet Constantini rescripto immunes declarati essent Clerici, tamen Episcopi Illyrici liberi esse nolebant, ut hic testatur Valentinianus: Evangelicum illud sequentes: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Idem infra testatur Valentinianus his verbis, καὶ τὰ δημόσια κατὰ νόμους εἰσκομίζειν ἴσασι.

[3 Ἐκκλίνοντες] Ἐκκλίναντες Cod. Reg.]

[4 Ἐποβαλόντας] Ἐποβαλλόντας Cod. Reg.]

5 Ὅτι ἀνήκαμεν] Codex Savilii scriptum habet ὅτι ἀνῆκε. Basiliensis autem editio excusum habet ὅτι ἦκε θρησκεία sine subscripto, optime meo quidem judicio, id est, *sed ne quis dicat: Venit religio principis.*

6 Τὰ τῆς ἀποδείξεως ὑμῶν] Decreta interpretatur Christophorsonus, Sirmundus Placita. Ego professionem fidei malim exponere. Sic enim loquitur Imperator initio hujus epistolæ: ἀπέδειξαν οἱ τελεμαχαριώτατοι.

7 Παύσασθε ἀποχρᾶσθαι] Vetat hic Valentinianus ne Episcopos Orthodoxos qui Nicænam fidem sequebantur, persequantur ii qui alterius erant opinionis ac sectæ: neve ex eo quod Imperator Valens ipsis favebat, occasione arrepta, impugnent alios qui non idem cum ipsis sentiebant. Inter quos ait quosdam reperiri viros bonos ac pios & religiosos. Quippe Valentinianus senior liberam unicuique religionis suæ retinendæ potestatem reliquit, quemadmodum testatur Ammianus Marcellinus in lib. 30.

8 Ἡμεῖς μὲν ἐχρησάμεθα τῷ ἄλφα.] Hic locus valde obscurus est. Et Epiphanius quidem Scholasticus ita eum vertit: *Et nos quidem subjicimur ei, qui primus est & novissimus: vos autem vobismet arrogatis.* Quæ interpretatio meo quidem judicio ferri non potest. Camerarius vero sic interpretatur: *Nos quidem ordine à primo ad ultimum processimus tractatione nostra: ipsi vero vosmetipsos abalienastis.* At Christophorsonus ita vertit: *Nos patientia semper à principio usque ad finem usi sumus: vos contra animi vestri impotentia obsecuti estis.* Cujus interpretationem secutus est ex parte Jacobus Sirmundus: Nam in posterioris membri versione Epiphanium Scholasticum sequi maluit. Mihi videtur verbum χρῆσθαι hoc loco idem significare quod communicare & commercium habere. Cujusmodi est illud in Evangelio: *Non coütuntur Judæi Samaritanis.*

9 Μὴ θέλοντος αὐτὸν ἀνελεῖν] Jacobus Sirmundus in editione sua excudi jussit μὴ θέλοντες, & paulo post παρακληθείς. Satis audacter, cum manuscripti codices nihil mutent. [In Regio tamen codice J. Pini scriptum inveni μὴ θέλοντες] Quod vero addit Valentinianus, Pilatum ad Orientem solem conversum manus suas laviss̃e, in Evangeliis nostris, quod sciam, non legitur. Itaque suspicor id sumptum esse ex Evangelio secundum Hebræos. Ideo autem Valentinianus hoc videtur adjecisse, quod Orientales Episcopos alloquebatur qui erant in Asiana Diœcesi.

VARIORUM.

a Παρακληθέντα] Legendum παρακληθέντος, vel cum Sirmondo παρακληθείς. *W. Lowth.*

Sæc. IV.

converſus ad Orientis partes aquam petiit, & abluit manus ſuas dicens: Innocens ſum *Matt.* 27. à ſanguine juſti hujus. Sic etiam majeſtas noſtra ſemper mandavit, non perſequendos eſſe, nec opprimendos, nec invidia atterendos eos qui operantur in agro Chriſti, nec procuratores ſummi regis abigendos eſſe, ne hodie quidem ſub Imperio noſtro creſcere videamini, & una cum exhortatore conculcare teſtamentum ejus, ſicut contigit in ſanguine Zachariæ. Verum ſocii & comites illius à cœleſti rege noſtro Jeſu Chriſto ſub adventum ipſius deſtructi ſunt, ad judicium mortis traditi una cum adjutore ipſorum exitiali dæmone. Hoc præceptum dedimus coram Megetio, Ciceronе, Damaſo, Dailampone & Vetraſio audientibus. Sed & ipſa geſta ad vos miſimus, ut cognoſcere poſſitis ea quæ acta ſunt in præſtantiſſima ſynodo. His autem literis adjunximus etiam fidem ſynodi, cujus hæc eſt ſumma. Confitemur juxta magnam & Orthodoxam ſynodum Filium Patri conſubſtantialem eſſe. Nec conſubſtantialem ſic intelligimus, ut quidam olim exponebant qui non ſincere neque ex animo ſubſcripſerunt: utque nunc nonnulli, qui Patres illos appellant, vim hujus vocis abolentes, eorumque veſtigiis inſiſtentes qui conſubſtantialis vocabulo ſimile ſignificari ſcripſerunt, quatenus Filius nulli reliquarum creaturarum quæ per ipſum factæ ſunt, ſimilis eſt, ſed ſolius Patris ſimilitudinem gerit. Nam qui ita exponunt, Filium Dei creaturam eſſe eximiam ac præcellentem, impie docent. Nos vero perinde ſentimus ac ſynodi, tum quæ Romæ, tum quæ in Galliis nuper factæ ſunt, unam eandemque ſubſtantiam Patris ac Filii & Spiritus ſancti in tribus eſſe perſonis, hoc eſt in tribus perfectis ſubſiſtentiis. Confitemur etiam, juxta expoſitionem fidei Nicænæ, Filium Dei conſubſtantialem, incarnatum eſſe ex ſancta virgine Maria, & inter homines habitaſſe, & univerſam pro noſtra ſalute diſpenſationem impleſſe, in nativitate, in

Conſubſtantialis ſignificatio.

μέρη, ϗ αἰτήσας ὕδωρ ἐπὶ χεῖρων, ἐνίψατο αὐτοῦ τὰς χεῖρας λέγων ἀθῶός εἰμι ἀπὸ τ αἵματος τ δικαίου τούτου· ὕτως ϗ τὸ ἡμέτερον κράτος διὰ παντὸς ἐτετήρητο, μὴ διώκειν, μήτε ἐπικλύζειν, μήτε ζηλᾶν τὺς ἐργαζομένους τὸ χωρίον τ Χριστοῦ, μήτε τὺς διακονητὰς ἀπελαύνειν τ μεγάλου βασιλέως, ἵνα μὴ σήμερον ᾖ, ἐπὶ τ ἡμετέρου κράτους αὔξειν δόξητε, ϗ μεταξὺ τ παρακεκλημένων παθεῖν τὰ † διαθήκης αὐτοῦ, ὡς ἐπὶ Ζαχαρίου τ αἵματος. ἀλλ' οἱ μετ' αὐτοῦ μεταξὺ † ἀφίξεως ὑπὸ τ ἄνωθεν βασιλέως ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐρράγησαν, παραδοθέντες εἰς κρίσιν θανάτου, μετ τ συνδραμόντος αὐτοῖς Φθορημαίου δαίμονος. τοῦτο προστάξαμεν ἐπ' Ἀμεγετίου ϗ Κικερωνίου, ϗ Δαμάσου, ϗ Δαϊλάμπωνος, ϗ Βρετησίου, ἀκροατῶν γενομένων. ἄφρ ϗ αὐτὰ τὰ πραχθέντα ἐξαπεστείλαμεν πρὸς ὑμᾶς, ἵνα γνῶναι ἔχητε τὰ πραχθέντα ἐν τῇ ὁσιωτάτῃ συνόδῳ. τούτοις συνεζεύξαμεν τοῖς γράμμασι ϗ † συνόδου τὰ δόγματα ὡς κεφαλαίῳ ταῦτα † δηλοῦντα. Ὁμολογοῦμεν ἀκολούθως τῇ μεγάλῃ ϗ ὀρθοδόξῳ συνόδῳ ὁμοούσιον εἶναι τῷ Πατρὶ † Υἱόν· καὶ οὐχ ὕτω νοοῦμεν, τὸ ὁμοούσιον ὡς ϗ πάλαι τινὲς ἐξηγήσαντο, μὴ ἀληθινῶς ὑπογράψαντες, ϗ νῦν ἕτεροι † πατέρας ἐκείνους καλοῦντες, † δύναμιν † λέξεως ἀθετήσαντες, ϗ ἐπόμενοι τοῖς γράψασι, τὸ ὅμοιον δηλοῦσθαι ἀφ' τ ὁμοουσίου, καθ' ὃ ὁδηνὶ † λοιπῶν κτισμάτων δι' αὐτοῦ γενομένων ἐμφερὴς ὁ Υἱὸς, ἀλλ' ἢ μόνῳ τῷ Πατρὶ ἀφομοίωται. οἱ γὰρ ταῦτα ἐξηγούμενοι, κτίσμα ἐξαίρετον ἀσεβῶς † Υἱὸν τ Θεοῦ δογματίζουσιν. ἡμεῖς δὲ φρονοῦμεν ὡς ϗ αἱ συνόδοι νῦν ἥτε κατ' Ῥώμην [a] ϗ ἡ κατ' Γαλλίαν, μίαν εἶναι ϗ † αὐτὴν οὐσίαν τοῦ Πατρὸς ϗ τ Υἱοῦ ϗ τ ἁγίου Πνεύματος, ἐν τρισὶ προσώποις, τοῦτ' ἔστιν, ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσιν. ὁμολογοῦμεν δὲ κατ' † ἔκθεσιν † ἐν Νικαίᾳ, ϗ σεσαρκῶσθαι † Υἱὸν τ Θεοῦ † ὁμοούσιον, ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, ϗ ἐν ἀνθρώποις ἐσκηνωκέναι, ϗ πεπληρωκέναι πᾶσαν † ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομί-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Μεταξὺ τοῦ παρακεκλημένου] Totus hic locus denſis tenebris obvolutus eſt. Joachimus quidem Camerarius ita vertit: *Ac cum illo confirmato ad cruciatus pati teſtamentum ipſius, quaſi in ſanguine Zachariæ.* Chriſtophorſonus vero ita interpretatus eſt: *Ne regnantibus nunc nobis nihil hinc emolumenti conſecuti, poſtea una cum ſceleris exhortatore in ea quæ teſtamenti ipſius ſunt damna incurratis, id quod in Zachariæ ſanguine eveniebat.* Eodem fere modo vertit Jacobus Sirmundus. Ego vero quod ad hæc verba attinet μεταξὺ τοῦ παρακεκλημένου, aſſentior Chriſtophorſono & Sirmundo qui ſceleris hortatorem interpretati ſunt. Idem enim eſt quod paulo poſt dicit Valentinianus μετὰ τοῦ συνδραμόντος αὐτοῖς δαίμονος. Sed pro verbo παθεῖν, ſcribendum affirmo πατεῖν, quod eſt conculcare. Alludit enim Valentinianus ad Hiſtoriam Zachariæ, qui paulo ante adventum Chriſti occiſus eſt juxta altare, ut legitur in Evangelio. Quo tempore conculcatum eſt Sanctuarium Domini à militibus, qui introgreſſi in Sanctuarium, Zachariam occiderunt juxta altare. Porro veſtigia ſanguinis Zachariæ adhuc ſua ætate manſiſſe tradit Auctor Itinerarii Hieroſolymitani, his verbis. *In ade ipſa ubi templum fuit quod Salomon adificavit, in marmore ante Aram ſanguinem Zachariæ ibi dicas hodie fuſum. Etiam parent veſtigia clavorum militum qui eum occiderunt, in tota area, ut putes in cera fixum eſſe.*

2 Ἐπ' Ἀμεγετίου] In editione Baſilienſi aliter ſcribuntur hæc nomina, in hunc modum, ἐπ' Ἀμιγητίου καὶ Κικερωνίου. [In Regio autem codice ita ſcribuntur, ἐπὶ Σμιγητίου, ϗ Κικερωνίς, καὶ Λαμάσου.] Apud Epiphanium autem Scholaſticum ita leguntur, *Hæc præcepimus in Megetio, & in Ciceronio, & Damaſco, & Lampone, & Brintiſio.* Et Baronius quidem exiſtimat hos fuiſſe Presbyteros Eccleſiæ Romanæ. Ego vero libentius crediderim hos fuiſſe legatos Synodi Illyricianæ, qui ad Valentinianum Imperatorem miſſi erant, ut geſta Synodi ei ſignificarent. Id enim moris fuit jam inde à temporibus Conſtantini.

[3 Δηλοῦσιν] Δηλοῦσας Codex Regius Pini.]

4 Πατέρας ἐκείνους καλοῦντες] Intelligit Epiſcopos Antiocheni Concilii quod in encæniis celebratum eſt. Hos enim Patres vocare conſueverant Semiariani, ut docet Socrates in lib. 2. ſub finem, ubi de Seleucienſi Synodo loquitur.

VARIORUM.

a Καὶ ἡ κατὰ Γαλλίαν] Intelligit Concilium Illyricianum, cujus epiſtola de Fide ſequenti capite deſcripta eſt. Gallia tum temporis latiori ſenſu ſumebatur pro omnibus provinciis ad Septentrionem Italiæ poſitis. Ita Pannonia nomine Galliæ indigitatur apud Socr. lib. II. cap. 32. & Soz. lib. VI. cap. 36. *H. Valeſ.*

αν, ϗ

τω, ὁ γενεὸς ἡ παθὼς ἡ ἀναστάσ, ἡ τῆ εἰς ἔφε-
1 ρες ἀναβάσ· ἡ πάλιν ἥξειν ἀποδιδόντα ἡμῖν τὴν
ἑκάστου βιοτὴν ὃν τῆ ἡμέρᾳ τ κρίσεως, σαρκὶ
ὁράσθαι, ἡ τ ἑαυτῆ θεϊαν δύναμιν ἐπιδείκνυσθαι,
θεὸν ὄντα σαρκοφόρον, ἡ ἐκ ἀνθρωπον θεοφόρον. ἡ
2 τοὺς ἐναντία φρονοῦντας ἀναθεματίζομεν. ὁμοίως
ἀναθεματίζομεν ἡ τοὺς μὴ γνησίως ἀναθεματίζοντας
3 τ εἰπόντα, ὅτι πρὶ γεννηθῆναι ἐκ ἦν ὁ Υἱὸς, ἀλλὰ
4 γράφασι τ ὅτι ἡ πρὶ ἐνεργείᾳ γεννηθῆναι, δυνάμ
ἦν ἐν τῶ Πατρί. τῦτο γὰρ ἡ ἐπὶ πάντων τ κτισμά-
5 των ἐστὶ, τ μὴ ἀεὶ ὄντων μετὰ τῦ Θεῦ, κατὰ ὁ Υἱὸς
ἀεὶ μετὰ Πατρός ἐστι, ἀϊδίω γεννήσ γεγεννημένος.
ταῦτα μὲ ὁ βασιλεὺς ἐν κεφαλαίῳ δεδήλωκεν.
ἐγὼ δὲ ἡ αὐτὰ τῆς συνόδ τὰ γράμματα ὑποτάξω
τῆ συγγραφῆ.

passione, in resurrectione & ascensione in cœlum: eundemque rursus venturum, ut reddat unicuique prout vixerit, in die judicii, conspicuum universæ carni: & Divinam potentiam suam ostensurum, cum Deus sit qui carnem assumpsit, non homo qui assumpserit Deitatem. Eos vero qui contraria sentiunt, anathemate damnamus. Similiter anathema dicimus etiam illis, qui non sincere anathematizant eum qui dixit, Filium non fuisse priusquam genitus esset, sed antequam actu gigneretur, virtute ac potentia in Patre extitisse. Hoc enim omnibus accidit creaturis, quæ non semper sunt cum Deo, sicut Filius semper est cum Patre, æterna generatione genitus. Et Imperator quidem hæc summatim exposuit. Ego vero synodi ipsius epistolam hic apponam.

Anathematismus.

SÆC. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Συνοδικὸν ὃ ὃν τῶ Ἰλλυεικῶ συναχθείσης συνόδου περὶ τῆς πίστεως.

CAPUT IX.

Epistola Synodica Concilii Illyriciani de fide.

6 Οἱ ἐπίσκοποι ἡ Ἰλλυεικοῦ ταῖς ἐκκλησίαις ἡ
Θεῦ, ἡ ἐπισκόποις διοικήσεως Ἀσιανῆς, Φρυ-

EPISCOPI Illyrici, Ecclesiis Dei & Episcopis Diœceseos Asianæ, Phry-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀποδιδόντα ἡμῖν κατὰ τὴν ἑκάστου βιοτὴν &c.] Longe aliam scripturam reperi in codice Regio 1. Pini, quam initio cum neglexissem, postea optimam esse deprehendi. Sic autem habet, ἀποδιδόντα τὴν ὁμοίωσιν ἡμῖν τὴν θείαν παρ' ἑαυτοῦ, θεὸν ὄντα σαρκοφόρον, καὶ ἄνθρωπον θεοφόρον. Eandemque scripturam in suo codice legerat Epiphanius Scholasticus, ut ex ejus versione colligitur. Sic enim vertit: *Et iterum venturum ut reddat nobis similitudinem divinam à semetipso, Deum existentem carnigerum, & hominem Deiferum.* Vides Epiphanium legisse καὶ ἄνθρωπον θεοφόρον absque particula negativa: quæ quidem addita esse mihi videtur ab iis qui Nestorianam hæresim his verbis fabesse credebant.]

[2 Ἐναντία] Ἐναντίως habet codex Regius. mox ὁμοίως ἀναθεματίζομεν desunt in eodem codice.]

3 Ἀλλὰ γεγέννηται] Magis placet scriptura codicis Saviliani, in quo legitur γεγέννηκε. Atque ita edidit etiam Jacobus Sirmundus. Vulgatam tamen lectionem confirmat Epiphanius Scholasticus.

[4 Ὅτι ἡ πρὶν] Deest ἡ in codice Regio.]

5 Καθὸ ὁ Υἱὸς] Mallem scribere, καθὼς ὁ Υἱὸς, &c.

6 Οἱ ἐπίσκοποι τῆς Ἰλλυρικοῦ] Hanc Synodum Illyricianam Baronius in Annalibus confert in annum Christi 365. Verum epistola Valentiniani Imperatoris quam superiori capite retulit Theodoritus, ejus sententiam aperte refutat. In hujus enim epistolæ titulo, Gratianus una cum Valentiniano & Valente Augustus nominatur. Porro Gratianus à patre Augustus nuncupatus est anno Christi 367. quare non ante hunc annum Synodus ista Illyriciana potuit congregari. Baronium vero, ut ita sentiret, impulit epistola Synodica Concilii Illyriciani hic à Theodorito relata, in qua mentio fit Eustathii Episcopi. Hunc Eustathium Baronius existimat esse Sebastenum Episcopum, qui à Lampsacena Synodo una cum duobus aliis Episcopis Legatus ad Liberium missus fuerat anno 365. Verum hanc Baronii sententiam refellit Socrates in lib. 4. c. 12. ubi hanc legationem Eustathii assignat anno Christi 368. Consulat igitur Lector quæ illic adnotavi. [Etsi vero in annotationibus ad Socratem, Illyricianam hanc Synodum in annum Christi 368 conferre visus sim, nunc tamen re attentius examinata, Illyricianam Synodum in annum Christi 371 rejiciendam esse potius censeo. Atque ut ita sentiam, monet me, quod Illyriciana Synodus collecta est post epistolam Synodi Romanæ & Damasi Papæ scriptam ad Episcopos Illyrici, quam refert Sozomenus in lib. VI. cap. 23. & Theodoritus in lib. II. historiæ Ecclesiasticæ cap. 22. Nam in fine ejus Epistolæ Episcopi Synodi Romanæ Illyricianos benevole invitant, ut fidem ab ipsis expositam amplecti velint, seque ei consentire missis ad ipsos literis significent. Porro Epistola Synodi Romanæ scripta est anno Christi 370, ut observavi in annotationibus ad librum VI. Sozomeni. Baronius quidem eam anno Christi 369. scriptam esse contendit, post relationem Episcoporum Italiæ & Galliæ missam ad Damasum contra Auxentium Mediolanensem Episcopum, qui, cunctis per occidentem in unitatem fidei Nicænæ conspirantibus, solus Arianam perfidiam prædicabat. Ego vero eam in sequentem annum, qui fuit Christi 370, conferendam puto. Relatio quidem Episcoporum Italiæ & Galliæ contra Auxentium missa est ad Damasum anno Christi 369, ut ex libello ipsius Auxentii recte observavit Baronius. Sed post Relationem acceptam Synodus Romana non illico congregata est. Prius enim necesse habuit Damasus Relationem ad se missam examinare, & apud se statuere num Romæ congreganda esset Synodus ad audiendam causam Auxentii: Deinde opus fuit aliquanto temporis spatio ad indicendum Concilium, & ad Episcopos ex diversis Italiæ & Galliæ partibus evocandos. Dandum præterea fuit singulis Episcopis aliquod temporis spatium, ut se ad iter accingerent, & ut præstituto die omnes Romæ adessent. His rationibus adductus Synodum Romanam in annotationibus ad librum VI. Sozomeni anno Christi 370 assignandam putavi. Porro cum Illyriciana Synodus Romanam subsecuta sit, in annum Christi 371 necessario conferenda est. Neque enim fieri potest, ut duæ magnæ Synodi, cujusmodi fuerunt Romana & Illyriciana, uno eodemque anno fuerint congregatæ. Romana quidem Synodus fuit nonaginta trium Episcoporum, ut legitur in titulo epistolæ Synodicæ. Illyricianam vero ipsam quoque numerosissimam fuisse testatur Imp. Valentinianus in Epistola ad Episcopos diœceseos Asianæ, his verbis quæ habentur initio Epistolæ: *συνόδου πλείστης συγκροτηθείσης ἐν τῶ Ἰλλυρικῶ &c.* Quare cum Romana Synodus collecta fuerit anno Christi 370, Illyriciana, quæ illam subsecuta est anno Dom. 371 celebrata sit necesse est. Opus enim fuit non modico temporis spatio ad hoc, ut Legati à Synodo Romana mitterentur in Illyricum, ut Synodicam epistolam deferrent Episcopis ac Metropolitanis totius Illyrici. Post hæc Episcopi Illyrici cum epistolam Synodi Romanæ accepissent, legatos suos miserunt ad Valentinianum Augustum, postulantes ut in unum coeundi, & fidem catholicam exponendi liberam ipsis facultatem concederet, quemadmodum scribit Theophanes in Chronico. Evocandi deinde fuerunt Episcopi ex omnibus Provinciis Illyrici, ut certo die ad Synodum convenirent in urbem Sirmium, ni fallor, aut Thessalonicam quæ caput fuit totius Illyrici. Proinde Synodus ista Illyriciana non nisi anno post Romanam Synodum potuit congregari: atque id subindicare videtur Imp. Valentinianus in fine Epistolæ suæ ad Asianos, ubi agens de professione fidei Concilii Illyriciani, ita dicit, pag. 160. *Nos vero perinde sentimus ac Synodi tum quæ Romæ, tum quæ in Galliis nuper factæ sunt* &c. *nuper* enim idem valet ac si diceret *anno superiore.*]

γίας,

Sæc. IV.

giæ, Carophrygiæ, Pacatianæ, in Domino ſalutem. Cum in unum conveniſſemus, & prolixa quæſtio habita eſſet de ſalutari verbo, comprobavimus conſubſtantialem eſſe Trinitatem Patris ac Filii ac Spiritus ſancti. Æquum autem fuit ut literas ad vos ſcriberemus, non ſophiſticis argumentationibus Trinitatis cultum explanantes, ſed in humilitate hanc gratiam promeriti. Eas igitur ad vos miſimus per cariſſimum fratrem & comminiſtrum noſtrum Elpidium presbyterum. Non enim in libris humana ſcriptis manu, ſed in voluminibus Servatoris noſtri Jeſu Chriſti ſcriptum eſt: Ego quidem ſum Pauli, ego vero Apollo, ego Cephæ, ego autem Chriſti. Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Et hæc quidem ſufficiebant humilitati noſtræ, ut nullas omnino literas ad vos ſcriberemus, ob tantum horrorem quem illic univerſæ provinciæ veſtræ prædicatis, Spiritum ſanctum à Patre & Filio ſeparantes. Neceſſe igitur habuimus, Dominum & comminiſtrum noſtrum Elpidium ab urbe totius Imperii regina, ad vos mittere cum

1 Cor. 1.

Elpidius.

χίας, Καροφρυγίας, Παχατιανῆς, ὁ Κυρίῳ χαίρειν. Συνελθόντων ἡμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ ζητήσεως πολλῆς γενομένης περὶ τοῦ σωτηρίου λόγου, ἀπεδείξαμεν ὁμοούσιον εἶναι τὴν τελάδα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. καὶ ἦν δίκαιον γράμματα ἀποχαράξαι τοῖς ὑμᾶς, καὶ σοφίσμασι τὰ τῆς θρησκείας τῆς Τελάδος γράφοντας, ἀλλ' ὁ ταπεινοφροσύνη καλλιωθέντας. τοῦτο ἡμῶν τὸ γράμμα ἀπεστάλκαμεν διὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῦ Ἐλπιδίου τοῦ πρεσβυτέρου. οὐ γὰρ ἐν τοῖς τῶν ἡμετέρων χείρων γράμμασιν, ἀλλ' ἐν ταῖς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βίβλοις γέγραπται, ἐγὼ μὲν εἰμὶ Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλῶ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ, ἐγὼ δὲ Χριστοῦ. μὴ Παῦλος ἐσταυρώθη ὑπὲρ ἡμῶν, ἢ εἰς τὸ ὄνομα Παύλου ἐβαπτίσθητε; καὶ ταῦτα μὲν ἤρκει τῇ ἡμετέρᾳ ταπεινώσει, μήτε τὸ καθόλου γράμματα ἀποχαράξαι τοῖς ὑμᾶς, διὰ τὸ τηλικοῦτον φόβον ὃν αὐτόθι κηρύττεται, πάσῃ τῇ ὑφ' ὑμᾶς ἐπαρχίᾳ, ἀποχωρίζοντες τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἀπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ. ἀνάγκην οὖν ἔσχομεν πέμψαι πρὸς ὑμᾶς τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ συλλειτουργὸν Ἐλπίδιον ἀπὸ τῆς βασιλευούσης Ῥωμαίων ἀρχῆς, τοῦτο

1 2 3 4 5

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐλπιδίου τοῦ πρεσβυτέρου] Baronius quidem exiſtimat hunc eſſe Elpidium Romanæ Eccleſiæ Presbyterum, qui una cum Philoxeno miſſus olim fuerat à Julio Papa ad Orientales Epiſcopos. Dubitare tamen jure quis poſſit, utrum hic Elpidius Romanæ Eccleſiæ Presbyter fuerit. Etenim Epiſcopi Illyrici diſerte ſcribunt, hunc Elpidium à ſe miſſum eſſe ad Aſianos. Quod ſi Elpidius Eccleſiæ Romanæ fuiſſet Presbyter, & quidem Legatus à Liberio Papa, ut vult Baronius, Epiſcopi Illyrici nunquam dicerent ſe illum ad Aſianos miſiſſe. Adde quod Elpidium fratrem ſuum & comminiſtrum appellant. Quibus titulis Epiſcopus potius designari videtur quam Presbyter. Proinde exiſtimo Elpidium hunc fuiſſe Epiſcopum Illyrici, quem Epiſcopi Illyriciani legatum miſerunt ad Epiſcopos Diœceſeos Aſianæ, inſpecturum utrum vera eſſent quæ Euſtathius Sebaſtenus ipſis renuntiaverat; Aſianos ſcilicet Spiritum ſanctum Patri ac Filio conſubſtantialem non credere. Hæc eſt conjectura noſtra de Elpidio. Certe in Manuſcripto codice Henrici Savilii, pro πρεσβυτέρου ſcriptum eſt πρεσβύτου. [Sic autem cognominari ſolebant Epiſcopi, ut docet Auguſtinus in Sermone primo de communi vita clericorum ſuorum: *beatæ memoriæ ſenex Valerius dedit mihi hortum illum, ubi nunc eſt monaſterium.*] Denique in fine epiſtolæ aiunt hunc Elpidium ex ſuo corpore miſſum eſſe ad Aſianos ἕνα ἐκ πάντων, id eſt, unum ex omnibus electum fuiſſe qui hanc legationem obiret. Quibus verbis aperte declaratur, Elpidium fuiſſe ex numero Epiſcoporum Illyrici. Quod niſi me conjectura fallit, hic eſt Elpidius Epiſcopus, ad quem Baſilius magnus ſcripſit epiſtolam 322. In ea enim epiſtola rogat Elpidium Baſilius, ut ſi neceſſarium judicaverit, tempus ac locum Concilii indicat, ſcribatque literas ad Epiſcopos ut ad certam diem conveniant. Quod optime convenit huic Elpidio noſtro, qui ab Epiſcopis Illyrici miſſus fuerat in Aſiam ad rectam fidem ſtabiliendam.

2 Ἐγὼ δὲ Χριστοῦ] Tria hæc verba deſunt in Manuſcripto codice [Regio &] Savilii & in editione Baſilienſi, nec ea agnoſcit Epiphanius Scholaſticus.

3 Ὃν αὐτόθι κηρύττεται] Verbum κηρύσσειν hoc loco accipitur pro prædicatione ſive doctrina. Hoc enim ſenſu paſſim uſurpatur in reliqua epiſtola. Vocabulum igitur φόβον quod huic verbo jungitur, pro blaſphemia ſeu impietate accipere debemus, quam prædicabant Epiſcopi Diœceſeos Aſianæ, Spiritum ſanctum à Dei Patris ac Filii ſubſtantia ſeparantes. Porro hic mirari ſubit, quomodo Euſtathius Sebaſtenus in Synodo Illyriciana accuſaverit Epiſcopos Aſiæ, quod de Spiritu ſancto male ſentirent. Ipſe enim Legatus erat Macedonianorum, qui Spiritus ſancti deitatem negabant. Verum Macedoniani eo quidem tempore impietatem ſuam & blaſphemiam in Spiritum ſanctum adhuc tegebant, nec in apertum profere-bant. Cæterum pro vocabulo φόβον, libentius hic legerem ψόγον, id eſt probrum. [In Regio codice Piniano ſcriptum inveni ὄγκον. Epiphanius Scholaſticus legiſſe videtur φόβον, vertit enim, *propter timorem tantum* &c. niſi dicamus in Epiphanio ſcribendum eſſe *tumorem*, quod eſt ὄγκον.]

[4 Poſt Ἐλπίδιον habet virgulam codex Regius; qui & mox pro τοῦτο legit τουτί.]

5 Ἀπὸ τῆς βασιλευούσης Ῥωμαίων ἀρχῆς] Jacobus Sirmundus hunc locum aliter diſtinxit. Expuncta enim virgula quæ poſt hæc verba appoſita eſt in noſtris exemplaribus, ita expoſuit hunc locum. *Sed neceſſitas nobis impoſita eſt, ut ad vos mitteremus Dominum & comminiſtrum noſtrum Elpidium, à Regio Romanorum principatu literas habentem.* In quo Sirmundus videtur ſecutus verſionem Ephiphanii Scholaſtici. Sic enim ille. *Quamobrem neceſſarium habuimus ad vos deſtinare Dominum noſtrum & comminiſtrum Elpidium, à Regio Principatu Romanorum has literas deferentem.* Verum hæc verſio ferri non poteſt. Nam ἡ βασιλεύουσα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς procul dubio eſt urbs Roma. Rectius itaque Camerarius & Chriſtophorſonus hunc locum de urbe Roma expoſuerunt. Sed ambiguum eſt utrum Elpidius dicatur miſſus ab urbe Roma, an potius Elpidius ab urbe Roma, id eſt urbis Romæ Presbyter intelligendus ſit. Sic enim loqui ſolebant tam Græci quam Latini, præſertim cum de Epiſcopis loquuntur. [Sed cum paulo antea demonſtratum ſit à nobis, Elpidium hunc Epiſcopum fuiſſe Illyrici, non autem Presbyterum urbis Romæ, hæc expoſitio ferri non poteſt. Proinde ſequenda eſt diſtinctio Epiphanii & Sirmundi; ſed rejicienda utriuſque interpretatio, & locus ita vertendus: *neceſſe igitur habuimus dominum & comminiſtrum noſtrum Elpidium ad vos mittere, ab vrbe totius Imperii regina has literas habentem.* Certe in codice Regio J. Pini hic locus ita diſtinguitur. Intelligunt autem Illyriciani ſacerdotes Epiſtolam Synodi Romanæ & Damaſi Papæ, quam una cum literis ſuis tradiderant Elpidio Epiſcopo, ut ejus authoritate fultus legationem obiret in Aſia, & rectam de Trinitate doctrinam illic ſtabiliret. Neque enim abſque authoritate Romani Pontificis obiri poterat hæc legatio. Quod ſi quis Epiſtolam Synodi Romanæ videre deſiderat, habetur in libro 2do cap. 22. Porro hæc Epiſtola Damaſi occaſionem dedit Illyricianæ Synodo. Invitati enim fuerant à Damaſo ſacerdotes Illyrici, ut ſe cum Synodo Romana conſentire literis ſuis indicarent, quemadmodum legitur in fine ſupradictæ epiſtolæ. Epiſcopi igitur Illyrici in unum convenientes, fidem Synodi Romanæ ſuo conſenſu approbarunt, & Elpidium Romam miſerunt ad Damaſum Papam, ut conſenſum ſuorum ei ſignificaret, & legatione ab eo ſuſcepta in Aſiam profectus fidem Romanæ & Il-

τὸ

τὸ γράμμα ἔχοντα, καταμαθόντα εἴγε ἄρα ὕπως ἔχει τὸ κήρυγμα ὑμῶν. οἱ γὰρ μὴ ὁμοούσιον τ̄ τειάδα κηρύττοντες, ἀνάθεμα ἔστωσαν· καὶ εἴ τις τούτοις φωραθείη κοινωνῶν, ἀνάθεμα ἔστω. τοῖς δὲ κηρύττουσιν ὁμοούσιον τ̄ Τειάδα, ἡ βασιλεία τ̄ οὐρανῶν ἡτοίμασται. παρακαλοῦμεν οὖν ὑμᾶς ἀδελφοί, μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν, μηδὲ ἑτεροδοξεῖν· ἀλλ' ὁμοούσιον ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς κηρύττοντες τ̄ Τειάδα, δυνηθῆτε κληρονομῆσαι τ̄ τοῦ Θεοῦ βασιλείαν. περὶ τούτου γράφοντες, καὶ ὑπόμνησιν ἔχοντες ἐχαράξαμεν τοῦτο ἡμῶν τὸ γράμμα, καὶ περὶ τ̄ καθιζομένων ἐπισκόπων, ἢ καταστάντων συλλειτουργῶν, ἐὰν μὲ εἶεν ἐκ τ̄ ἐν τέλει χρησαμένων ἐπισκόπων ὑγιεῖς· εἰ δὲ μὴ, ἐξ αὐτοῦ τοῦ πρεσβυτερίου. ὁμοίως τε καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἱερατικοῦ πλάσματος, ἵνα ὦσιν ἀνεπίληπτοι πανταχόθεν, καὶ μὴ ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου καὶ στρατιωτικῆς ἀρχῆς. εἰς τοῦτο δὴ αὐτὸ οὐκ ἠβουλήθημεν διὰ πολλῶν ἀποχαράξαι, διὰ τὸ ἀποστεῖλαι ἕνα ἐκ πάντων τ̄ Κύριον ἡμῶν καὶ συλλειτουργὸν Ἐλπίδιον, ἐπισπεύδως καταμαθόντα τὸ κήρυγμα ὑμῶν, εἴγε ὕπως ἔχει ὥσπερ ἀκηκόαμεν παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν τοῦ συλλειτουργοῦ Εὐσταθίου. λοιπὸν εἰ καὶ ποτὲ ἐν πλάνῃ γεγενημένοι ἦτε, ἀποθέμενοι τ̄ παλαιὸν ἄνθρωπον, ἐνδύσασθε τὸν καινόν. καὶ γὰρ καὶ ὁ αὐτὸς ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς Ἐλπίδιος διδάξει ὑμᾶς κηρῦξαι τὴν ἀληθῆ πίστιν· ὅτι ἡ ἁγία Τριὰς, ἡ ὁμοούσιος τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὶ, σὺν Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι ἡγίασται, δεδόξασται, πεφανέρωται, Παλὴς ἐν Υἱῷ, Υἱὸς ἐν Πατρὶ, σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Φανερωθέντος γὰρ τούτου, Φανερῶς δυνησόμεθα τ̄ ἁγίαν Τειάδα ὁμολογεῖν ὁμοούσιον, καὶ τὴν πάλαι ἐκτεθεῖσαν πίστιν τ̄ ἐν Νικαίᾳ, ἣν καὶ οἱ πατέρες ἐβεβαίωσαν. κηρυττομένης οὖν τῆς πίστεως ταύτης, δυνησόμεθα τὸν ἀλιτηρίου δαίμονος ἐκφυγεῖν τὰ θήρατρα· ἀφανισθέντος γὰρ τούτου,

his literis, cogniturum utrum ita se habeat prædicatio vestra. Quicunque enim non sentiunt consubstantialem esse Trinitatem, anathema sint. Et si quis cum illis communicare deprehensus fuerit, anathema esto. Illis vero qui consubstantialem prædicant Trinitatem, paratum est regnum cœlorum. Hortamur itaque vos, fratres, ne aliter doceatis, neve aliter sentiatis: sed ut Trinitatem consubstantialem semper & ubique prædicantes, hæredes regni Dei fieri possitis. Hac de re scribentes, & suggestionem habentes, hanc nostram epistolam scripsimus item de Episcopis qui constituuntur, aut qui constituendi sunt comministri; si quidem sint idonei, ex episcopis jam vita functis orti: sin minus, ex presbyterorum ordine eligantur. Similiter etiam presbyteri & diaconi, ut ex clero assumantur, non autem ex curia aut militari officio, ut sint undecunque irreprehensibiles. Idcirco autem pluribus ad vos scribere noluimus, quia missus est unus ex omnibus dominus noster & comministe Elpidius, accurate exploraturus prædicationem vestram, utrum ita se habeat uti accepimus à domino & comministro nostro Eustathio. Ceterum si forte aliquando in errore fuistis, nunc veterem hominem exuentes, novum induite. Nam & idem dominus & comministe Elpidius docebit vos veram fidem prædicare, quod sancta Trinitas consubstantialis Deo Patri una cum Filio & Spiritu sancto sanctificata, glorificata ac manifestata est: Pater in Filio, Filius in Patre, cum Sancto spiritu in sæcula. Hoc enim manifestato, manifeste confiteri poterimus consubstantialem Trinitatem, juxta fidem quæ Nicææ dudum exposita est, quam patres confirmarunt. Hujus ergo fidei prædicatione, pernicioſi dæmonis laqueos vitare poterimus. Hoc autem extincto, lice-

Episcopi &c. unde sumendi.

Trinitas consubstantialis.

VALESII ANNOTATIONES.

lyricianæ Synodi illic prædicaret. Hic est sensus hujus loci; quem confirmat Imp. Valentinianus in edicto superius allato. Ibi enim affirmat fidem Synodi Illyricianæ consonam esse fidei Concilii Romani & Gallicani. Per Concilium Romanum intellige Concilium nonaginta Episcoporum Romæ sub Damaso celebratum, de quo jam dixi.]

1 Μηδὲ ἑτεροδοξεῖν] Jacobus Sirmundus nescio quos secutus codices edidit ἑτεροκενοδοξεῖν, pessime. [Sic tamen scriptum est in Regio cod. J. Pini.]

2 Καὶ ὑπόμνησιν ἔχοντες] Hunc locum optime interpretatus est Christophorsonus hoc modo: *Dum hac de re scriberemus ad vos, commonefacti sumus, ut in his nostris literis scriberemus etiam de Episcoporum institutione.* Quam interpretationem ex parte secutus est Jacobus Sirmundus. Porro Episcopi Illyrici, ut de ordinationibus Episcoporum scriberent, admoniti fuerant ab Eustathio Episcopo Sebasteno; eo quod apud Asianos, ut verisimile est, vitiose fierent ordinationes. Certe hoc malum diu postea in Asia viguisse temporibus Joannis Chrysostomi, docent Socrates, Sozomenus ac Palladius.

3 Ἢ καταστάντων] Hanc vocem Camerarius de præterito interpretatur tempore, cum tamen de futuro intelligi debeat. Sic supra in hac epistola καταμαθόντα positum est pro καταμαθήσοντα. Recte ergo Jacobus Sirmundus vertit, *De comministris Episcopis creatis vel creandis*;

4 Τῶν ἐν τέλει χρησαμένων ἐπισκόπων ὑγιεῖς] Christophorsonus quidem hunc locum ita vertit: *Ut si quoquo modo fieri queat, è magistratibus qui Episcopatu functi probata spectataque fide fuerunt, cooptentur.* Quæ interpretatio nullo modo ferri potest. Quid enim sibi volunt ista, ut è Magistratibus qui Episcopatum gesserint, ordinentur Episcopi? Vidit hoc Jacobus Sirmundus. Itaque ut huic vitio mederetur, vocem ἐπισκόπων expunxit, & ὑγιεῖ reposuit pro ὑγιεῖς, audacter quidem, sed infeliciter. Quis enim unquam ita locutus est Græce, aut quem sensum habet hæc ejus interpretatio, *Si quidem fuerint ex sano & probo magistratu functis.* Ego vero hunc esse sensum existimo horum verborum, ut si qui Episcoporum jam vita functorum filii reperiantur orthodoxi, ii reliquis omnibus præferantur. Itaque delenda est præpositio ἐν, utpote superflua [conjecturam nostram confirmat codex Regius J. Pini, in quo præpositio ἐν non habetur.] Sed dicet aliquis, quodnam exemplum habeamus hujus rei? Habemus exemplum & quidem illustre in Domno, qui Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus factus est, cum esset filius Demetriani ejusdem urbis Episcopi, ut legitur apud Eusebium in lib. 7. Historiæ Ecclesiasticæ.

5 Σὺν Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι] In editione Basilienſi legitur tantum σὺν ἁγίῳ Πνεύματι: quæ scriptura magis placet.

VARIORUM.

a Ἐκ τῶν ἐν τέλει χρησαμένων ἐπισκόπων] Varie tentatus hic locus. Præter conjecturas hic Sirmondi & Valesii, Petrus de Marca in Diatriba de Epistola Synodi Illyricianæ, vocem ἐπισκόπων expungit, & sententiam reddit, *ut ex iis qui functi sunt magistratu, si sani sint, constituantur Episcopi: sin minus, ex ipso Presbyterio.* Presbyteros vero & Diaconos, ut sequitur, ex toto Clericorum corpore cooptandos volunt. *W. Lowth.*

δυνησό-

Sæc. IV.

bit pacificis literis nos invicem salutare, & in pace ac quiete degere. Porro scripsimus vobis, ut cognoscere possitis Ariomanitas qui depositi sunt, qui non confitentur Filium esse ex Patris substantia, nec Spiritum sanctum. Quorum nomina subjecimus. Sunt autem Polychronius, Telemachus, Faustus, Asclepiades, Amantius, Cleopater. Et hæc quidem in hunc modum, ad gloriam Patris ac Filii ac Spiritus sancti, in sæcula sæculorum, amen. Valere vos optamus per multa annorum curricula, in Deo Patre & Filio Servatore nostro ac Spiritu sancto.

δυνησόμεθα εἰρηνικοῖς γράμμασιν ἑαυτὺς ἀσπάζεσθαι, καὶ εἰρήνην διάγοντες. ἐγράψαμεν οὖν ὑμῖν, ἵνα εἰδέναι ἔχητε τὺς καθαιρεθέντας Ἀρειομανίτας, τὺς μὴ ὁμολογοῦντας ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, μήτε τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ὧν τὰ ὀνόματα ὑπετάξαμεν. Πολυχρόνιος, Τηλέμαχος, Φαῦστος, Ἀσκληπιάδης, Ἀμάντιος, Κλεόπατρος. καὶ ταῦτα μὲν ὕπως εἰς δόξαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὐχόμεθα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ Σωτῆρι ἡμῶν Χριστῷ, σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, πολλαῖς ἐτῶν περιόδοις.

CAPUT X.

De hæresi Audianorum.

ET Imperator quidem omni laude dignissimus, Apostolicæ doctrinæ ejusmodi curam gerebat. Per idem vero tempus Audæus quidam, natione Syrus & lingua, novorum dogmatum inventor extitit: qui cum pravæ doctrinæ fœtum jam dudum parere cœpisset, tunc primum in notitiam omnium venit. Nam primum quidem stulte interpretatus hæc verba: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: Deum humana forma præditum esse existimavit, & corporis membris circumdatum esse credidit, divinæ Scripturæ mentem haudquaquam perspiciens. Etenim Scriptura sæpenumero humanorum membrorum vocabula divinis operationibus imponit: Propterea quod ii qui subtiliora percipere nequeunt, per hæc facilius Dei providentiam intelligunt. Huic impietati alia quoque similia adjunxit. Ex Manetis enim deliriis errorem suum mutuatus, Deum hujus universi, nec ignis nec tenebrarum conditorem esse dixit. Verum hæc & alia id genus sectatores illius occultant. Aiunt autem, ideo se ab Ecclesiasticis conventibus segregatos agere, quod quidam ex nostris detestandas usuras exigant, quidam cum mulieribus non legitimo matrimonio sibi sociatis turpiter vivant: ii vero qui ab istis vitiis alieni sunt, libere cum illis communicent. Has ob causas seorsum se ab aliis degere perhibent, dogmatum suorum blasphemiam dissimulantes. Est autem hic prætextus plenus superbiæ, & ex Pharisæorum doctrina manans. Nam & illi supremum animarum & corporum medicum accusabant, dicentes sanctis Apostolis: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magister vester? Et de hujusmodi hominibus Deus per prophetam ita loquitur: Qui dicunt, Mundus sum; ne me tangas. Hic est fumus furoris mei. Sed non est hujus temporis nec loci, istorum dementiam refutare.

Soer. pag. 319. not. a.

Genes. 1. Anthropomorphita.

Puritani.

Matth. 9.

Isai. 65.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Περὶ τῆς τοῦ Αὐδιανῶν αἱρέσεως.

Ὁ μὲν δὴ πανόφθαλμος βασιλεὺς, τοσαύτην τοῦ ἀποστολικῶν δογμάτων ἐποιεῖτο φροντίδα. Αὐδαῖός δέ τις Σύρος καὶ τὸ γένος καὶ τῇ φωνῇ, καινῶν εὑρετὴς δογμάτων, καθ' ὃν ἐγένετο καιρόν· πάλαι μὲν τοῦ πονηρῶν ὠδίνων ἐξάμηνος, τότε δὲ δῆλος γενόμενος. πρῶτον μὲν γὰρ [3] ἀνοήτως νενοηκὼς τὸ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καθ' ὁμοίωσιν, ἀνθρωπείαν ἔχειν μορφὴν τὸ θεῖον ὑπέλαβε, καὶ τὰ τοῦ σώματος σχεδὸν ἅπαντα μέλη, τῆς θείας γραφῆς οὐ κατιδὼν τὴν διάνοιαν. πολλάκις γοῦν ταῖς θείαις ἐνεργείαις, τὰ τοῦ ἀνθρωπίνων μελῶν ὀνόματα περιτίθησιν, ἐπειδὴ ῥᾷον οἱ τὰ λεπτοτέρων ἐπαΐειν οὐ δυνάμενοι, διὰ τούτων τοῦ Θεοῦ τὴν σωμήθειαν μανθάνουσι. προστέθεικε δὲ τῇδε τῇ δυσσεβείᾳ καὶ ἕτερα παραπλήσια. ἐκ γὰρ τῆς τοῦ Μάνεντος πλάνης ἐφαρμοσάμενος, οὔτε τοῦ πυρὸς, οὔτε τοῦ σκότους ἔφη εἶναι δημιουργὸν τὸν τῶν ὅλων Θεόν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ ὅσα τοιαῦτα καταχρύπτουσιν οἱ τῆς ἐκείνου συμμορίας. φάσκουσι δὲ τοῦ ἐκκλησιαστικῶν ἀπεχωρίσθαι συλλόγων, [4] ἐπειδή τινες μὲν τὸν ἐπάρατον εἰσπεπράχασι τόκον, τινὲς δὲ γυναιξὶν οὐ νόμῳ γάμου συνοικοῦντες, παρανόμως βιοῦσιν. οἱ δὲ τούτων ἀπηλλαγμένοι τούτοις ἀδεῶς κοινωνοῦσι. διὰ ταῦτα φασὶν ἐκεῖνοι καθ' ἑαυτὺς βιοτεύειν, τὴν τοῦ δογμάτων ἀποκρύπτοντες βλασφημίαν. ἔστι μὴν καὶ ἡ σκῆψις ἀλαζονείας μεστὴ, καὶ τῆς Φαρισαϊκῆς διδασκαλίας ἀπόγονος. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι κατηγόρουν τοῦ τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων ἰατροῦ, τοῖς ἱεροῖς λέγοντες ἀποστόλοις· ἵνα τί μετὰ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει ὁ διδάσκαλος ὑμῶν; καὶ διὰ τοῦ προφήτου δέ φησιν ὁ Θεὸς περὶ τῶν τοιούτων, οἱ λέγοντες καθαρός εἰμι, μή μου ἅπτου· οὗτος καπνὸς τοῦ θυμοῦ μου. ἀλλὰ τούτων διελέγχειν ἄνοιαν, καὶ τοῦ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πολυχρόνιος, Τηλέμαχος] Hi & qui sequuntur Episcopi Illyrici, Arianæ perfidiæ assertores erant: Atque idcirco depositi à Synodo Illyriciana. Hæc porro Synodus habita est sub Pontificatu Damasi. Ac nisi fallor, post epistolam Synodicam ab eodem Damaso scriptam ad Episcopos Illyrici, quam supra retulit Theodoritus in lib. 2. & Sozomenus in lib. 7.

2 Εὐχόμεθα τῷ πατρὶ] Epiphanius Scholasticus vertit, *Valere vos optamus Patri & Filio cum sancto Spiritu.* Quomodo etiam vertit Jacobus Sirmundus. Camerarius vero & Christophorsonus vertere maluerunt *in Patre ac Filio, &c.* Verti tamen posset locus hoc modo, *Oramus Patrem ac Filium cum sancto Spiritu, ut quam diutissime valeatis.*

3 Ἀνοήτως νενόηκε] Hunc locum restitui ex editione Basiliensi & ex Manuscripto codice [Regio &] Henrici Savilii, redactis in unam duabus periodis, quæ perperam divulsæ erant. Emendationem nostram confirmat Theodoritus in lib. 4. hæreticarum Fabul. cap. x.

4 Ἐπειδή δέ τινες] Particulam δὲ expunxi, secutus auctoritatem codicis [Regii &] Henrici Savilii, & Basilienſem editionem.

παρόν

παρόντος καιρῦ· ᾧ δὴ εἵνεκα, ἐπὶ τὰ λοιπὰ βαδιοῦμαι τ διηγήσεως.

Quocirca ad eorum quæ reſtant, narrationem pergamus. SÆC. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Περὶ τ τ Μεσσαλιανῶν αἱρέσεως.

CAPUT XI.

De Meſſalianorum hæreſi.

2 1 Κατὰ τοῦτον τ χρόνον, καὶ ἡ τῶν [2]Μεσσαλιανῶν ἐβλάστησεν αἵρεσις. Εὐχίτας δὲ τούτους προσαγορεύουσιν οἱ εἰς τ Ἑλλάδα φωνὴν τὄνομα μεταβαλόντες. ἔχουσι δὲ καὶ ἑτέραν θεοσηγείαν ἐκ τοῦ πράγματος γενομένην. Ἐνθουσιαστὰς γὰρ καλοῦνται, δαίμονός τινος ἐνεργείας εἰσδεχόμενοι, καὶ Πνεύματος ἁγίου παρουσίαν ταύτην ὑπολαμβάνοντες. οἱ δὲ τελείαν τ νόσον εἰσδεδεγμένοι, ἀποφρέονται μὴ 2 τ τ χειρῶν ἐργασίαν [2]ὡς πονηράν. ὕπνῳ δὲ σφᾶς αὐτοὺς ἐκδιδόντες, τὰς τ ὀνείρων φαντασίας θεοφητείας ἀποκαλοῦσι. ταύτης ἐγένοντο τ αἱρέσεως 3 ἀρχηγοὶ, Δαδοῆς τε καὶ Σάββας [3]καὶ Ἀδέλφιος, καὶ Ἑρμᾶς, καὶ Συμεώνης, καὶ ἄλλοι σὺν τούτοις· οἳ τ μὲ ἐκκλησιαστικῆς ἐκ ἀπέχησαν κοινωνίας, οὐδὲν ὄντε ὠνίναντο ὄντε λωβῶντο φάσκοντες τὴν θείαν τροφὴν, περὶ ἧς ὁ δεσπότης ἔφη Χριστὸς, ὁ τρώγων μου τ σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ζήσεται εἰς τ αἰῶνα. κρύπτειν δὲ τὴν νόσον πειρώμενοι, καὶ μὴ ἐλέγχους ἀναιδῶς 4 ἐξαρνοῦνται, καὶ [4]ἀποκηρύττουσι τοὺς ταῦτα φρονοῦν- 5 6 τας ἄσπερ [5]ἐν τῇ ψυχῇ θεμένους. [6]Λητοΐος μὲν οὖν, ὁ τῶν Μελιτινῶν ἐκκλησίαν ἰθύνας, ἀνὴρ ζήλῳ θείῳ κοσμούμενος, πολλὰ τῆς νόσου ταύτης σπάσαντα θεασάμενος μοναστήρια, μᾶλλον δὲ σπήλαια ληστρικὰ, ἐνέπρησε ταῦτα, καὶ τοὺς λύκους ἐκ τῆς ποίμνης ἐξήλασεν. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ πανεύφημος 7 [7]Ἀμφιλόχιος, τ Λυκαόνων μητρόπολιν νέμειν πε- 30

EODEM tempore Meſſalianorum quoque hæreſis exorta eſt. Euchitas autem eos vocant, qui nomen illorum in Græcam linguam tranſtulerunt. Aliam etiam habent appellationem ex re ipſa iis inditam. Enthuſiaſtæ enim vocantur, eo quod dæmonis cujuſdam impulſu agantur, eam Spiritus ſancti præſentiam eſſe exiſtimantes. Porro qui hujus erroris labe penitus corrupti ſunt, opus manuum averſantur ut vitium; Somnoque ſe totos dedentes, ſomniorum viſa prophetias appellant. Hujus ſectæ principes fuerunt Dadoes & Sabbas & Adelphius, cum Herma & Symeone, & aliis pluribus. Qui ſe ab Eccleſiaſtica quidem communione neutiquam ſeparârunt, nec prodeſſe quidquam, nec nocere dicentes eſcam Divinam: de qua tamen Dominus noſter Chriſtus ita loquitur: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, vivet in æternum. Dum autem morbum ſuum occultare ſtudent, etiam poſteaquam convicti ſunt, impudenter negant, eoſque condemnant qui eadem ſentiunt, quæ ipſi in pectore habent recondita. Letoius igitur Eccleſiæ Melitinenſis Epiſcopus, vir Divino zelo præditus, cum multa monaſteria, vel potius ſpeluncas latronum, erroris iſtius labem hauſiſſe cerneret, ea incendit, & lupos ab ovili procul abegit. Simili modo Amphilochius ille celeberrimus, qui metropolim Lycaoniæ paſtorali cura regendam ſuſceperat, & uni-

Enthuſiaſtæ.

Joan. 6.

Letoius.

Amphilochius.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Εὐχίτας] In Manuſcripto codice [Regio &] Savilii, & in editione Baſilienſi ſcribitur εὐχήτας. De his plura vide apud Epiphanium in libro de hæreſibus, & apud noſtrum Theodoritum in libris hæreticarum Fabularum.

2 Ὡς πονηρὰν] In codice Savilii & in editione Baſ. legitur πονηρίαν. Quod magis probo.

3 Καὶ ἀδέλφιος] De hoc Adelphio monacho loquitur Nilus in libro περὶ ἀκτημοσύνης, id eſt, de voluntaria paupertate. Cujus locum, quia Auctor ille nondum editus eſt, hic apponam. ἀλλ' ὅρα μὴ τῇ τῶν ἁγίων διωκεῖ περὶ τὸ θεῖον ἀχολίᾳ, τοὺς ἀπὸ Ἀδελφίου τοῦ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν, καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ ὀλίγον τὴν βασιλευομένην Κωνσταντίνου πόλιν διαλώσαντος, ἀργίας ἀνοίγωμεν θύραν, προκάλυμμα τὸ περὶ τὴν ἐργασίαν ὀκνηρίας, τὸ διαπαντὸς δοκεῖν προσκαρτερεῖν τῇ προσευχῇ πεποιημένοις, καὶ νέοις πᾶσι καὶ ἀνδράσι σφριγῶσιν ἔτι κατὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ σώματος, καὶ τοῦτον πολλοῖς ὀφείλουσι καταλύσει πόνοις, νομοθετήσασι τὸ μὴ ἐργάζεσθαι· τῇ ἀνέσει καὶ τὰ πάθη αὐτοῖς ἐπαίρασι, καὶ τῷ λογισμῷ παρέχουσιν ἄδειαν, τῶν τύτων ὕλαις ἐνσκαιρεῖν, ἕως ἂν ἡ δοκοῦσα προσευχὴ, οὐκ οὖσα δὲ τοῦτο ὅπερ λέγεται, πάντη ἀπόληται. Id eſt, *Sed vide ne aſſidua ſanctorum hominum in rebus divinis occupatione, diſcipulis Adelphii Meſopotameni, & Alexandri illius qui Conſtantinopolim brevi temporis ſpatio perturbavit, deſidiæ januam aperiamus. Qui ſuam ad opus faciendum pigritiam eo velamento tegebant, quaſi perpetuo orationi incumberent. Et adoleſcentibus ac viris robore corporis adhuc vigentibus, & qui vigorem illum multo labore conterere opus habebant, præcipiebant ne opus facerent: deſidiæ perturbationes animi in eis excitantes: & cogitationi liberam concedentes facultatem, ut in perturbationum illarum materia oblectaretur, quoadusque imaginaria illorum precatio, ſed quæ revera precatio non eſt, penitus interiret.*

4 Ἀποκηρύττουσι τοὺς] Hunc locum emendavi ex duobus MSS. codicibus, Saviliano ſcilicet ac regio, in quibus ſcribitur ἀποκηρύττουσι. Quam lectionem confirmat ipſe Theodoritus in lib. 4. hæreticarum fabularum, cap. 11. de Meſſalianis ita ſcribens, ἀναθεματίζουσιν εὐπετῶς τοὺς τούτων τι λέγοντας.

5 Ἐν τῇ ψυχῇ θεμένους] Codex [Regius &] Savilii & Baſilienſis editio ſcriptum habent ἐν ταῖς ψυχαῖς.

6 Λητοΐος] In MS. codice Savilii & in editione Baſilienſi λητώιος ſcribitur, rectius ni fallor. Extant ad illum aliquot epiſtolæ Baſilii magni.

7 Ἀμφιλόχιος] Hic Synodum viginti quinque Epiſcoporum adverſus Meſſalianos collegit in urbe Sida, de qua Photius in Biblioth. cap. 52. multa habet ſcitu digna.

VARIORUM.

2 Μεσσαλιανῶν] Meſſalianorum, ſive Maſſalianorum multiplex erat ſecta, & Hæreticorum pene omnium colluvies. Unde dicti ſunt Euchitæ, Enthuſiaſtæ, Encratitæ, Marcionitæ, Phundaïtæ, Bogomili. Hujus ſectæ primus auctor fuit Petrus quidam, *Lycopetrus* dictus, eo quod lapidibus ob blaſphema dogmata obruendus, ſectatoribus ſuis promiſit ſe poſt triduum reſurrecturum; cum tertio poſt obitum die Dæmon ſpecie lupi ex acervo lapidum evolare viſus ſit. Unde & aſſeclæ ipſius *Lycopetriani* cognominati ſunt: ut refert Euthymius Zigabenus in libro cui titulus ἔλεγχος & θεϊάμου, ubi quædam de hac hæreſi occurrunt, quæ fruſtra alibi quærentur. Nominis *Maſſalianorum* rationem eandem cum Theodorito reddit Epiphanius: Μασσαλιανοὶ δὲ ὅτι καλοῦνται, ἑρμηνευόμενοι εὐχόμενοι· *Maſſalianos* illos vocant, quæ vox *orantes* ſignificat. Hæreſ. 80.

SÆC. IV.

Flavianus, qua arte Adelphium convicerit.

versam provinciam gubernabat, cum hanc pestem pervasisse illuc didicisset, rursus eam depulit, & gregem sibi commissum ea labe liberavit. Præclarissimus vero Flavianus, postquam Antiochenæ urbis Episcopus factus est, audiens illos Edessæ degere, & doctrinæ suæ venenum in vicinos spargere; missa Monachorum multitudine, Antiochiam eos adduxit, morbumque suum inficiantes hoc modo redarguit. Accusatores eorum calumniari dixit, & testes mentiri. Cumque Adelphium qui tum admodum senex erat, blande accersivisset, & juxta se proxime sedere jussisset: Nos, inquit, ô senex, qui longiorem duximus vitam, hominum naturam diligentius cognitam habemus, & adversariorũ dæmonuũ artes intelligimus: usuque & experimento largitionem gratiæ didicimus. Isti vero cum sint juvenes, & nihil istorum accurate noverint, idonei non sunt qui spirituales sermones audiant. Expone igitur mihi, qua ratione dicatis adversarium quidem spiritum recedere; supervenire autem gratiam Spiritus sancti. His sermonibus allectus senex ille, virus omne quod latebat, effudit. Et ex divino quidem Baptismo nullam utilitatem obvenire dixit iis, qui illum consequi meruissent: solam vero sedulam orationem expellere dæmonem inhabitantem. Omnes enim qui eduntur in lucem, ut naturam, sic etiam dæmonum servitutem, ex primo parente trahere dicebat. His vero per sedulam orationem effugatis succedit demum Spiritus sanctus, qui præsentiæ suæ significationem det sensibilem atque visibilem: & corpus quidem perturbationum motu liberet; animam vero ab insita ad deteriora propensione retrahat: ita ut in posterum nec jejunio opus sit quod corpus maceret, nec doctrina quæ refrænet, & recte atque ordinate doceat incedere. Porro qui hunc assecutus est, is non solum protervis corporis motibus liberatur; verum etiam res futuras manifeste prævidet, & Divinam Trinitatem oculis suis contemplatur. Hac ratione Divinus Flavianus, cum fœtidi fontis venas perfodisset, & impietatis aquas elicuisset, infelicem senem his verbis allocutus est. Inveterate dierum malorum! os tuum te coarguit, non ego: & labia tua testimonium dicunt contra teipsum. Detecta igitur hæresi, expulsi sunt ex Syria: & in Pamphyliam digressi, eam quoque provinciam hac peste repleverunt.

πιφευμένος, ᾗ ἅπαν ἰθύνων τὸ ἔθνος, ἐπισκήψασαν αὐτόσε τ λύμην ταύτην μαθὼν, ἐξανέσησε πάλιν, ᾗ τὰ ὑπ' αὐτῆ νεμόμενα τ λῴδης ἐκείνης ἠλευθέρωσε ποίμνια. Φλαβιανὸς δὲ ὁ πολυθρύλητος, ὅτε τ Ἀντιοχέων ἀρχιερεὺς ἐγεγόνει, ἐν Ἐδέσῃ τούτους διά- 1
γων μαθὼν, τ οἰκεῖον τοῖς πελάζουσιν ἐγχειπομένους ἰὸν, συμμοείαν μοναχῶν ἀποστείλας, ἤγαγέ τε εἰς Ἀντόχειαν, ᾗ τὴν νόσον ἐξαργυμένους, τόνδε τὸν τρόπον διήλεγξε. τοὺς μὲν γὰρ κατηγόρους ἔφη συκοφαντεῖν, ᾗ τοὺς μάρτυρας ψεύδεσθαι· τ δὲ Ἀδέλφιον ἄγαν ὄντα πρεσβύτην, ἠπίως καλέσας, καὶ πλησίον καθεσθῆναι κελεύσας, ἡμεῖς, ἔφη, ὦ πρεσβῦτα, τ πλείω βεβιωκότες βίον, ἀκριβέστερον ᾗ τ ἀνθρωπείαν ἐμάθομεν Φύσιν, ᾗ τὰ τ ἀντιπάλων δαιμόνων ἔγνωμεν μηχανήματα· πεῖρα δὲ ᾗ τ ἐκ χάριτος ἐδιδάχθημεν χορηγίαν. οὗτοι δὲ νέοι ὄντες, καὶ τούτων οὐδὲν ἀκριβῶς ὀπιζάμενοι, πνευματικωτέρων ἐπακοῦσαι λόγων ὑ Φέρουσι. τοιγάρτοι εἰπέ μοι, ὅπως φατὲ ᾗ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑποχωρεῖν, ᾗ τῆ παναγίᾳ πνεύματος τ χάριν ἐπιφοιτᾷν. τούτοις ὁ πρεσβύτης ἐκεῖνος τοῖς λόγοις καταθελχθείς, ἐξήμεσεν ἅπαντα τ κεκρυμμένον ἰόν. ᾗ ἔφη μηδεμίαν μὲν ἐκ τῆ θείᾳ βαπτίσματος ὠφέλειαν τοῖς ἀξιωμένοις γίνεσθαι· μόνην δὲ τ σπουδαίαν εὐχὴν τ δαίμονα τ ἔνοικον ἐξελαύνειν. ἔλεγεν γὰρ ἕκαστον τ πιπτομένων ἔλεγεν ἐκ τῆ προπάτορος, ὥσπερ τ Φύσιν, οὕτω δὴ ᾗ τ τ δαιμόνων δουλείαν. τούτων δὲ ὑποὺ σπουδαίας ἐλαυνομένων εὐχῆς, ἐπιφοιτᾷ λοιπὸν τὸ πανάγιον πνεῦμα, αἰσθητῶς ᾗ ὁρατῶς τ οἰκείαν παρουσίαν σημαῖνον, τό, τε σῶμα τ τ παθῶν κινήσεως ἐλευθερῶν, ᾗ τ ψυχὴν τῆς ἐπὶ τὰ χείρω ροπῆς παντελῶς ἀπαλλάττον, ὡς μηκέτι δεῖσθαι λοιπὸν μήτε νηστείας πιεζούσης τὸ σῶμα, μήτε διδασκαλίας χαλινούσης ᾗ βαίνειν εὐτάκτως παιδευούσης. ᾗ μόνον δὲ ὁ τούτου τετυχηκὼς, τῆ τῆ σώματος ἀπαλλάττει σκιρτημάτων· ἀλλὰ ᾗ σαφῶς τὰ μέλλοντα προορᾷ, ᾗ τ Τριάδα τ θείαν τοῖς ὀφθαλμοῖς θεωρεῖ. οὕτως ὁ θεῖος Φλαβιανὸς τ δυσῳδη διορύξας πηγὴν, καὶ γυμνώσας σβεσθυάσας τὰ δυσεβῆ νάματα, πρὸς τ δύσπνουν ἔφη πρεσβύτην· πεπαλαιωμένε ἡμερῶν κακῶν, ἤλεγξέ σε τὸ σὸν 2
σῶμα ᾗ οὐκ ἐγώ· τὰ δὲ χείλη σου κατεμαρτύρησάν σου. δήλης δῆτα τ νόσου γεγενημένης, τῆς μὴ Συείας ἐξηλάθησαν· εἰς δὲ τὴν Παμφυλίαν ἐχώρησαν, ᾗ ταύτην τ λώβης ἐνέπλησαν.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐν Ἐδέσῃ] Basilienſis editio ſcriptum habet Ἐδέσσῃ. Porro hæc facta ſunt regnante Theodoſio. Tunc enim Flavianus ad Epiſcopatum Antiochenſis Eccleſiæ promotus eſt: ſub cujus adminiſtratione erat Edeſſa & omnes Orientis Provinciæ. Proinde Theodoritus occaſione Meſſalianorum arrepta, ordinem temporum antevertit.

2 Ἤλεγξέ σε τὸ σὸν σῶμα] In altero codice Regio, cujus variantes lectiones ad calcem editionis ſuæ Stephanus excudit, ſcribitur ἐλέγξαι, & paulo poſt ſimiliter καταμαρτυρήσαι. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Τίνα τρόπον ὁ Βάλης ἐξέκλινεν εἰς τ αἵρεσιν.

Ἐγὼ ἡ τῆς ἱστορίας τὰ λοιπὰ διηγήσομαι, ἀρξάμενος τ ἀρχῆς ἀπὸ τ χαλαγίδος, ἣ τὰς πολλὰς καὶ τ τῆς ἐκκλησιῶν τεταραγμένας ἐκίνησε, τ ἀρχὴν ὑποδείξω. Ὁ γὰρ Βάλης τ βασιλείαν παραλαβὼν, τοῖς ἀποστολικοῖς τὰ
a πρῶτα δόγμασιν ἐκοσμεῖτο. a τ ἡ Γότθων τ Ἴστρον
1 διαβάντων καὶ τ Θρᾴκην λῃζομένων, στρατίαν συναθροίσας, στρατεῦσαι καθ' αὐτῶν ἐβουλεύσατο. ἔδοξεν οὖν αὐτῷ μὴ γυμνὸν τ θείας παρατάξασθαι χάριτος, ἀλλὰ τῇ τ παναγίᾳ βαπτίσματος πανοπλίᾳ φραξάμενον. καὶ τοῦτο μέν, οὐκ ἔδοξε καὶ μάλα σοφῶς. τὸ δὲ μετὰ τοῦτο, πολλὴν τ ψυχῆς μαλακίαν, καὶ τ ἀληθείας προδοσίαν δηλοῖ. τὸ γὰρ ὅμοιον πέπονθεν ὁ ταλαίπωρος πάθος Ἀδὰμ τῷ προπάτορι. τῆς γοῦν τῆς ὁμοζύγου λόγοις καταθελχθείς, ἐξ-
2 ηνδραποδίσθη, καὶ γέγονεν ἀδουάλωτος, ἀλλὰ ἀπατηλῶν γυναικείων ῥημάτων ὑπήκοος. τῆς γάρτοι Ἀρειανικῆς ἐξαπάτης ἐκείνη πρότερον θήραμα γενομένη, σωσεθήρθη καὶ τοῦτον, καὶ σὺν αὐτῇ πεσεῖν εἰς τὸ τῆς βλασφημίας ἀνέπεισε βάραθρον. ἡγεῖτο δὲ ξεναγῶν καὶ μυσταγωγῶν ὁ Εὐδόξιος. αὐτὸς γὰρ ἔτι τῆς Κωνσταντινουπόλεως κατεῖχε τοὺς οἴακας, οὐκ εὐθύνων ἀλλὰ βαπτίζων τὸ σκάφος.

CAPUT XII.

Quomodo Valens in hæresim delapsus sit.

Ego vero reliqua nunc historiæ prosequar, & initium exponam tempestatis illius, quæ tot ac tantas procellas in Ecclesiis excitavit. Valens cum primum Imperii administrationem suscepit, Apostolicæ fidei doctrinam sequebatur. Postea vero cum Gothi trajecto Danubio, Thraciam popularentur, collecto exercitu, bellum iis inferre decrevit. Optimum ergo factu visum est illi, ut non Divina gratia nudus, sed sacrosancti baptismatis armatura munitus, ad certamen procederet. Atque hoc quidem rectum & valde prudens ejus consilium fuit. Quod autem postea gessit, magnam ejus imbecillitatem animi & veritatis proditionem ostendit. Idem enim passus est miser quod olim parens generis humani. Nam & ipse conjugis illectus sermonibus, in servitutem incidit, non quidem in bello captus ab hostibus, sed fallacibus mulieris verbis obnoxius. Nam cum illa Arianæ hæresis laqueis prius fuisset irretita, maritum etiam irretiit, utque in eandem impietatis voraginem secum rueret effecit. Hujus autem facti dux & mystagogus fuit Eudoxius. Is enim eo tempore Ecclesiæ Constantinopolitanæ adhuc clavum tenebat, non regens navem, sed potius submergens.

Valens ab uxore in hæresim illectus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Ὅπως τὸς ἀρετῇ διαλάμποντας τῶν ἐπισκόπων ἐξώρισε.

Τότε δὴ παρ' αὐτὸν τ μυήσεως τ καιρὸν, ὅρκοις δεσμεῖ τὸν τρισάθλιον, ὥστε καὶ τῇ τοῦ δόγματος δυσσεβείᾳ συγκαμεῖναι, καὶ τοὺς τἀναντία φρονοῦντας πάντοθεν ἐξελάσαι. οὕτω τοίνυν ἀποστολικὴν ἐκεῖνος διδασκαλίαν καταλιπὼν, τῆς ἐναντίας μερίδος ἐγένετο· καὶ βραχέος διελθόντος χρόνου, τὰ λειπόμενα τ ὠμοσμένων ἐπλήρωσεν. ἐξήλασε μὲν γὰρ ἐκ τῆς Ἀντιόχου τ μέγαν Μελέτιον· ἐκ δὲ Σαμοσάτων, τὸν θεῖον Εὐσέβιον· Λαοδίκειαν δὲ, Πελαγίῳ τῷ θαυμασίῳ ποιμένι ἐστήρισεν. ὃς ἐδέξατο μὲν νέος ὢν τὸν τοῦ γάμου ζυγόν. ἐν αὐτῇ δὲ τῇ παστάδι, τῇ πρώτῃ τ γάμων ἡμέρᾳ, τ ἁγνείαν ἔπεισε τ κοινωνίας προτιμῆσαι τ νύμφην, καὶ φιλοσοργίαν ἀδελφικὴν ἀντὶ γαμικῆς σωφρείας ἔχειν, αὐτὴν ἐξεπαίδευσεν. οὕτω μὲν δὴ τ σωφροσύνην κατώρθωσεν.

CAPUT XIII.

Quomodo Episcopos eximia virtute præditos relegaverit.

Is igitur cum Valentem baptismi sacramento initiaret, jurejurando miserum ad hoc obstrinxit, ut in impietate dogmatis perseveraret, & contraria sentientes omnibus locis expelleret. Ita Valens relicta Apostolica doctrina, adversariorum partibus sese adjunxit. Dehinc interjecto brevi tempore, reliqua quæ sub jurisjurandi fide promiserat, adimplevit. Nam ex urbe quidem Antiochena magnum Meletium: Samosatis vero Divinum Eusebium ejecit. Laodicensem autem Ecclesiam egregio pastore orbavit Pelagio. Is dum esset adolescens, matrimonii jugum subierat: sed primo nuptiarum die, in ipso thalamo persuasit sponsæ suæ, ut castitatem virili congressui anteponeret: eamque instituit, ut pro maritali consortio fraternum amorem amplecteretur. Hoc modo ad temperantiæ culmen pervenit.

Valens ab Eudoxio Ariano baptizatus.

Meletius.
Eusebius.
Pelagius in matrimonio castus.

Valesii Annotationes.

1 Στρατιάν τε συναθροῦσαι καὶ] Rectius in codice Savilii & in editione Basilensi hic locus scribitur hoc modo στρατιὰν συναθροίσας στρατεῦσαι, &c. De hac expeditione Valentis adversus Gothos consule Ammianum Marcellinum.

2 Οὐ δουάλωτος μόνον] Vocem μόνον & conjunctionem quæ sequitur, expunxi, secutus authoritatem codicis Saviliani & Basilensis editionis. In quibus totus hic locus ita scribitur: καὶ γέγονεν οὐ δουάλωτος· ἀλλ' ἀπάτῃ τ γυναικείων ῥημάτων ὑπήκοος. [Atque ita scriptum habet codex Regius, nisi quod ἀπατηλῶν in eo legitur.]

Variorum.

a Τῶν δὲ Γότθων] Gothicum bellum vere anni 367 inchoatum. Vide Amm. Marcell. lib. 27. cap. 5. qui cum hæc referat post Procopii interitum, qui post vernum tempus anni 366 contigit, non dubium quin ad annum 367. pertineant & initium belli Gothici, & Valentis Baptismus, & persecutionis in orthodoxos motus. *Ant. Pagi ad ann.* 366. *n. III, IV.*

Sæc. IV.

Cujus etiam germanas virtutes in se habuit, quæ junctim cum illa choros ducerent. Hanc ob causam communi omnium suffragio sacerdotium consecutus est. Et tamen conversationis splendorem eximium haudquaquam reveritus est hostis veritatis. Sed hunc quidem in Arabiam relegavit: magnum autem Meletium in Armeniam; Eusebium vero in Thraciam deportari jussit, virum Apostolicis sudoribus exercitatum. Hic namque cum multas Ecclesias pastoribus viduatas esse comperisset, militarem habitum sumens, & tiara capiti imposita, Syriam, Phœnicen ac Palæstinam peragravit, presbyteros ordinans ac diaconos, aliosque Ecclesiæ Ordines supplens. Ac si quando Episcopos eandem cum ipso doctrinam fidei profitentes reperisset, eos Antistites Ecclesiis indigentibus præficiebat.

ἦν γὰρ ἐκ τῶν ταύτης ἀδελφῶν ἀρετῶν σὺν ἑαυτῷ, σὺν αὐτῇ χορεύουσαν· ὃ δὴ εἵνεκα ψήφῳ κοινῇ τὴν προεδρείαν ἐδέξατο. ἀλλ' ὅμως οὐδὲ αἱ τῆς πολιτείας ἀκτῖνες κατήδεσαν τὸν τῆς ἀληθείας πολέμιον. ἀλλὰ τοῦτον μὲν εἰς τὴν Ἀραβίαν ἐξέπεμψεν· εἰς δὲ τὴν Ἀρμενίαν τὸν θεῖον Μελέτιον, εἰς δέ γε τὴν Θρᾴκην Εὐσέβιον τοῖς ἀποστολικοῖς ἱδρῶσι θεραπεύοντα. οὗτος γὰρ πολλὰς τῶν ἐκκλησιῶν ἐρήμους εἶναι ποιμένων μαθὼν, στρατιωτικὸν ἀμπεχόμενος σχῆμα, καὶ πάρα καλύπτων τὴν κεφαλὴν, τὴν Συρίαν περιῄει, καὶ τὴν Φοινίκην καὶ Παλαιστίνην, πρεσβυτέρους χειροτονῶν καὶ διακόνους, καὶ τὰ ἄλλα τάγματα τῆς ἐκκλησίας ἀναπληρῶν· εἰ δέ ποτε καὶ ἐπισκόπων ὁμογνωμόνων ἐπέτυχε, καὶ προέδρους ταῖς δεομέναις ἐκκλησίαις προὐβάλλετο.

CAPUT XIV.

De Eusebio Episcopo Samosatensi.

Supra l. II. cap. 32.

Quantam porro magnitudinem animi ac prudentiam ostenderit, tunc cum Imperatoris literas accepit quibus proficisci in Thraciam jubebatur, necessarium esse existimo ut discant ii qui ignorant. Venerat forte sub vesperam minister Imperialis præcepti. Eusebius vero eum monuit ut sileret, causamque adventus sui celaret. Nam si plebs, inquit, divino zelo prædita istud resciverit, te quidem submerget: a me vero mortis tuæ exigetur pœna. Hæc cum dixisset, & vespertinum missarum officium ex more celebrasset, sub ipsa somni primordia uno famulo confisus, solus egressus est senex pedibus incedens. Sequebatur eum famulus, cervical duntaxat & codicem ferens. Cumque ad ripam fluminis pervenisset (Eufrates enim ipsa urbis alluit mœnia) navigium conscendit, & remigibus præcepit, ut Zeugma versus contenderent. Orta luce ipse quidem Zeugma ingressus est. Samosatensium autem civitas lamentis ac luctu interim plena erat. Nam cum famulus ille necessariis Eusebii ea quæ jussa fuerant indicasset, & quos ille secum proficisci, quosnam codices sibi afferri vellet; omnes pastoris sui absentiam lamentari cœperunt: & fluminis alveus

Eusebius à grege suo abstractus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ Εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου Σαμοσάτων.

Ὁπόσην δὲ ἀνδρείαν καὶ σοφίαν ἐπεδείξατο, βασιλικὸν δεξάμενος νόμον, ὃς ἐκέλευσεν αὐτὸν εἰς Θρᾴκην καταλαβεῖν, ἀναγκαῖον οἶμαι τοὺς ἀγνοοῦντας μαθεῖν. Ἀφίκετο μὲν γὰρ ὁ τοῦτον κομίζων τὸν νόμον περὶ δείλην ὀψίαν. ὁ δὲ αὐτῷ καὶ σιγῆσαι παρηγγύησε, καὶ κρύψαι τὴν αἰτίαν. εἰ γὰρ μάθοι, ἔφη, τὸ πλῆθος ζήλῳ θείῳ συντεθραμμένον, σὲ μὲν καταπονήσουσιν· ἐγὼ δὲ τὰς ὑπὲρ τῆς σῆς τελευτῆς εἰσπραχθήσομαι δίκας. ταῦτα εἰπὼν, καὶ τὴν [a] ἑσπερινὴν λειτουργίαν συνήθως ἐπιτελέσας, περὶ αὐτὰς τὰς ὕπνου τὰς εἰσβολὰς, ἑνὶ θαῤῥήσας τῶν οἰκετῶν, μόνος ἐξελήλυθεν ὁ πρεσβύτης βαδίζων. εἵπετο δὲ ὁ θεράπων, προσκεφάλαιον μόνον καὶ βιβλίον κομίζων. καταλαβὼν δὲ τὸν ποταμὸν τὴν ὄχθην, παρ' αὐτοὺς γοῦν ὃν ἄφνω τοὺς περιβόλους ὁ Εὐφράτης ἔχει τὸν πόρον, ἐπέβη τε πορθμείου, καὶ τοῖς ἐρέταις ἐλαύνειν ἐπὶ τὸ [a] Ζεῦγμα παρηγγύησε. ἡμέρας δὲ γενομένης, ὁ μὲν τὸ Ζεῦγμα κατέλαβεν· τὰ δὲ Σαμόσατα ὀδυρμῶν ἦν καὶ θρήνων μεστά. τοῦ γὰρ οἰκέτου ἐκείνου τοῖς γνωρίμοις τὰ προσταγμένα μηνύσαντος, καὶ τίνας μὲν αὐτῷ συνεκδημῆσαι προσήκει, ποίας δὲ βίβλους κομίσαι, ὠλοφύροντο μὲν ἅπαντες τοῦ ποιμένος τὴν στέρησιν· πλήρης δὲ ὁ τοῦ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Στρατιωτικὸν ἀμπεχόμενος] Duo notanda sunt in hac narratione, vel potius tria. Primum quod Episcopus sumit habitum militarem, id est chlamydem & balteum. Deinde quod tiaram capiti imponit. Ex quo apparet, Episcopos eo tempore tiaram non gestasse. Nam si eam gestare soliti essent Episcopi, non id ut novum atque inusitatum notaret in Eusebio Theodoritus. Tiaram igitur sumpsit Eusebius, more Syrorum ac Persarum, qui caput tiara tegebant adversus solis ardorem. Tertium quod hic notandum occurrit, est ordinatio non solum Presbyterorum ac Diaconorum, verumetiam Episcoporum. Quæ omnia cum sint contraria legibus Ecclesiasticis, extra ordinem gesta sunt ab Eusebio Samosatensi, divino spiritu ad hæc eum impellente, ut Arianorum furori obsisteret. Hujusmodi plurima, & tunc, & alias gesta sunt à præstantissimis Episcopis. Qui ubi Christianam Religionem periclitari videbant, parvi pendere solebant regulas & canones Ecclesiæ, dummodo Ecclesiam ipsam salvam atque integram conservarent. Itaque in hujusmodi discriminibus valebat hæc regula: Salus Ecclesiæ suprema lex esto.

2 Ἑσπερινὴν λειτουργίαν] Epiphanius & reliqui interpretes de vespertino officio hunc locum intellexerunt. Ego vero de Missarum vespertinarum sacrificio malim intelligere. Etenim λειτουργία non nisi de Missarum solemnibus usurpari solet. Vespertinæ autem Missæ fiebant in quadragesima. Qui mos diutissime permansit in Ecclesia, ut docet Amalarius in lib. de Eccl. officiis capite 7.

3 Παρ' αὐτοὺς γοῦν] In codice Savilii & in editione Basilensi rectius scribitur παρ' αὐτῷ γὰρ τῷ ἄστει τὸν περιβόλων. [In Regio autem codice scriptum inveni παρ' αὐτὸ γὰρ ἄστει τοὺς περιβόλους &c.]

VARIORUM.

a Ζεῦγμα] Urbs fuit Syriæ in Comagene Tractu, ad Euphratem fluvium, ubi pons erat, cujus adhuc vestigia durant, teste Gyllio, in confinio Mesopotamiæ; nunc oppidulum, Pons Membigii dictum; estque inter Germaniciam & Edessam, 72 mill. pass. à Samosatis in meridiem. *Baudrand.*

ποταμοῦ

πολεμοῦ πόρος τῶν πλεόντων ἐγένετο. ἐπειδὴ δὲ ἀφίκοντο καὶ τὸν ποθούμενον εἶδον ποιμένα, ὀδυρόμενοι μὴ ϗ γένοντες, ϗ πηγὰς δακρύων προχέοντες, πείθειν ἐπειρῶντο μένειν, ϗ μὴ προέσθαι τοῖς λύκοις τὰ θρέμματα. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἔπεισαν, ἤκουσαν γὰρ αὐτῶν τὸ ἀποστολικὸν ἀναγινώσκοντος νόμον, ὃς διαρρήδην σαφῶς ἀρχαῖς ϗ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι, οἱ μὲν αὐτῷ χρυσίον προσήνεγκαν, οἱ δὲ ἄργυρον, οἱ δὲ ἐσθῆτα, ἕτεροι δὲ οἰκέτας, ὡς εἰς ξένην καὶ πόρρω κειμένην ἀπαίροντος γῆν. ὁ δὲ σμικρά τινα παρὰ τῶν γνωριμωτέρων λαβὼν, ϗ διδασκαλίαις ἅπασι καὶ προσευχαῖς καθοπλίσας, καὶ τῶν ἀποστολικῶν ὑπερμαχεῖν δογμάτων παρεγγυήσας, ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἀπῆρεν. οἱ δὲ τὸ σφέτερον ἄχθος καταλαβόντες, καὶ ἀλλήλους προθήξαντες, προσέμενον τῶν λύκων τὰς προσβολάς.

completus est navigantium turba. Cumque Zeugma pervenissent, & desideratum pastorem cernerent, ejulantes, mœrentesque, & in lacrymas effusi, persuadere ei conabantur ut remaneret, nec gregem suum lupis exponeret. Sed cum flecti non posset, legemque Apostolicam iis recitaret, quæ diserte præcipit obediendum esse magistratibus ac potestatibus; alii aurum & argentum; alii vestem; alii famulos obtulerunt, ut in exteram ac procul dissitam regionem abeunti. At ille, paucis quibusdam rebus ab iis qui magis ipsi familiares erant, acceptis: cum universos prædicationibus suis atque orationibus communisset, hortatusque esset ut pro Apostolica doctrina fortiter propugnarent, ad Istrum perrexit: Illi vero ad urbem suam reversi, & se mutuis exhortationibus incitantes, luporum incursus expectabant. Rom. 13. Sæc. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ τῆς θεοσεβείας τῶν Σαμοσατέων ζήλου.

Διηγήσομαι δὲ καὶ τὸ τούτων πίστεως τὸ θερμόν τε ϗ ἀκραιφνὲς, ἀδικεῖν νομίζων εἰ μὴ μνήσομαι τῆς συμφορᾶς ἀειμνήστου γένοιτο. ἐπειδὴ γὰρ οἱ τῆς Ἀρείου συμμορίας, τὸν πάντα ἀείσωου ποιμένος τὴν ποίμνην γυμνώσαντες, ἕτερον ἀντ' ἐκείνου προὐβάλλοντο πρόεδρον, οὐδεὶς τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων, οὐ πενία συζῶν, οὐ πλούτῳ κομῶν· οὐκ οἰκέτης, οὐ χειροτέχνης· οὐ γηπόνος, οὐ φυτοκόμος· οὐκ ἀνὴρ, οὐ γυνή· οὐ νέος, οὐ πρεσβύτης, εἰς ἐκκλησιαστικὸν συνήθως ἀφίκετο σύλλογον. μόνος δὲ διῆγεν ἐκεῖνος, οὐδενὸς αὐτὸν ἢτε ὁρῶντος ἢτε λόγου μεταδιδόντος. καίτοι φασὶν αὐτὸν, ὑπείκεια συνεζηκέναι πολλῇ. ἐρῶ δὲ καὶ τούτου τεκμήριον. ἐπειδὴ γὰρ λούσασθαι βουληθέντος, οἱ οἰκέται τοῦ βαλανείου τὰς θύρας ἔκλεισαν, τοὺς εἰσελθεῖν βουλομένους κωλύοντες, πλῆθος περὶ τὰς θύρας θεασάμενος, ἀναπετάσαι ταύτας ἐκέλευσε, καὶ ἀδεῶς τοῦ λουτροῦ κοινωνεῖν προσέταξε. ταυτὸ δὴ τοῦτο καὶ ἔνδον ἐν τοῖς θόλοις πεποίηκε. λουομένῳ γὰρ αὐτῷ παρεστηκότας ἰδὼν, συμμεταχεῖν τῶν θερμῶν ὑδάτων ἐκέλευσεν. οἱ δὲ σιγῶντες εἰστήκεισαν. ὁ δὲ τιμὴν τινὰ ὑποληφθεὶς, θᾶττον ἀναστὰς ἐξελήλυθεν. οἱ δὲ, ὡς τὴν αἱρέσεως ἄγος ϗ τὸ ὕδωρ μετειληφέναι νομίσαντες, ἐκεῖνο μὲν τοῖς ὑπονόμοις παρέπεμψαν, ἕτερον δὲ αὐτοῖς κεραδῆναι προσέταξαν. τοῦτο μαθὼν ἐκεῖνος ᾤχετο τὴν πόλιν καταλιπὼν, πόλιν οἰκεῖν ἀπεχθανομένῳ καὶ κοινῇ δυσμένειαν ἔχουσαν, ἀβέλτερον εἶναι νομίσας ϗ λίαν ἀνόητον. Τοῦ δὲ Εὐνομίου τὰ Σαμόσατα καταλιπόντος, ὅτῳ γὰρ ὠνομάζετο, Λύκιον αὐτοῖς ἀντ' ἐκείνου προὐβάλλοντο, προφανῆ λύκον ϗ τῶν προβάτων ἐπίουλον. ἀλλ' ὅμως καὶ ποιμένος ἔρημα ὄντα τὰ προβάτα, τὰ ποιμένων

CAPUT XV.

De religioso Samosatensium zelo.

Ego vero illorum quoque fidei ardorem ac sinceritatem hoc loco commemorabo: injuriam me facturum existimans, nisi eorum virtutes ad perpetuam posterorum memoriam scriptione mea consecrarem. Nam cum Ariani post ademptum gregi eximium pastorem, ejus loco alium substituissent, nemo ex incolis civitatis, non pauper, non dives: non servus, non opifex: non agricola, non hortulanus: non vir, non femina: non adolescens, non senex, conventus Ecclesiasticos ex more frequentavit. Solus ipse degebat, cum nemo eum videre, nemo alloqui vellet. Aiunt tamen illum non mediocri mansuetudine præditum fuisse: cujus rei certissimum argumentum est id quod dicam. Cum lavare aliquando vellet, servi balnearii fores occluserunt, eos qui ingredi vellent, aditu prohibentes. Ipse vero plebem pro foribus stantem conspicatus, eas jussit aperiri, & cunctos promiscue secum lavare. Idem etiam intus in tholis balneorum præstitit: Nam cum lavanti sibi quosdam adstantes vidisset, eos ut aquis calidis secum una uterentur, rogavit. Cumque illi taciti consisterent, ille honoris ipsius causa stare eos suspicatus, surgens è balneo ocyus abscessit. Tum vero illi aquam hæreseos piaculo contaminatam esse rati, eam in subterraneos specus emiserunt; aliam vero sibi affundi jusserunt. Hoc ille comperto, è civitate discessit, stultum esse ducens, planeque inconsultum, in ea urbe degere quæ ipsum aversaretur & publico prosequeretur odio. Digresso Samosatis Eunomio, sic enim ista vocabatur, Ariani ejus loco Lucium constituerunt; lupum plane & gregis insidiatorem. Sed grex, licet pastore orbatus, pastoris tamen officium implevit. *Eunomius.* *Lucius.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ πόρρω κειμένῳ] In editione Basilienſi & in MSS. codice Savilii legitur καὶ ἐκὰς κειμένην, quod verius puto. Nam Theodoritus poeticis vocabulis uti ſolet. [In Regio codice Piniano legitur καὶ ἀπωκισμένην.]

2 Τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων] Codex [Regius &] Savilii vocem interſerunt hoc modo, τὴν πόλιν ἐκείνην οἰκούντων.

3 Ἐν τοῖς θόλοις] Sic loquitur Ammianus Marcellinus in lib. 28. *Tales ubi comitantibus ſingulos quinquaginta miniſtris tholos introierint balnearum*, &c. & ante illum Athenæus in lib. 11. βαλανείων θόλους dixerat.

εἰργάζοντο.

Sæc. IV. Apoſtolicam enim doctrinam integram atque inviolatam perpetuo ſervavit. Qualiter vero cives univerſi iſtum quoque averſati ſint, altera hæc docebit narratio. Quodam die adoleſcentes pilam inter ſe jactabant in foro, eo ſe ludo oblectantes. Forte contigit, ut prætereunte illac Lucio, elapſa pila inter pedes aſini illius pertranſiret. Tum vero exclamarunt adoleſcentes, pilam contaminatam eſſe arbitrati. Quod cum ille intellexiſſet, uni ex famulis qui ſequebantur, præcepit ut ſubſiſteret, & quid acturi eſſent obſervaret. At pueri accenſo rogo, pilaque per flammam trajecta, eam ita expiari crediderunt. Equidem non ignoro, puerile id facinus fuiſſe, & vetuſtæ conſuetudinis quaſdam reliquias. Sed tamen ex eo abunde conjici poteſt, quam gravi odio civitas illa proſecuta ſit ſectam Arianorum. Ceterum Lucius manſuetudinem Eunomii haudquaquam imitatus eſt. Sed perſuaſit Præſidibus, ut complures alios ſacerdotalis Ordinis viros in exilium mitterent. Eos vero qui divina dogmata acrius quam ceteri defendebant, in ultimas oras Imperii Romani relegavit: Evolcium quidem diaconum, in Oaſim, deſertum oppidulum. Antiochum vero & magni Euſebii propinquitate; erat enim fratris ejus filius; & multis egregiis facinoribus clarum, atque inſuper ſacerdotii honore decoratum, in quendam Armeniæ angulum. Qualiter vero iſte pro divino dogmate decertarit, ſequentia demonſtrabunt. Nam cum divinus Euſebius poſt multa certamina, totidemque numero victorias, martyrio vitam conſummaſſet, convenit ex more ſynodus provinciæ. acceſſit etiam Jovianus qui tunc erat Epiſcopus Pergæ. Hic exiguo admodum tempore communionem Arianorum admiſerat. Cum igitur univerſi Antiochum ſucceſſorem patrui elegiſſent, & ad altare eum adducerent, & genua flectere cogerent, converſus ille, poſtquam Jovianum vidit manum capiti ſuo imponentem, dextram ejus repulit, eumque ex numero conſecrantium removeri juſſit, negans ſe dextram illam ferre poſſe, quæ ſacramenta per blaſphemiam confecta ſuſcepiſſet. Verum hæc quidem non diu poſtea contigerunt. Tunc vero in interiorem Armeniam abductus eſt. Divinus autem Euſebius ad Iſtrum degebat, Gothis Thraciam populantibus, urbeſque oppugnantibus, quemadmodum ex ſcriptis ejus cognoſci poteſt.

Evolcius. *Antiochus.* *Theodorit. lib. V. c. 4.* *Jovianus.*

ἐργάζοντο. διετέλεσαν γὰρ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν φυλάττοντες ἄσυλον. ὅπως δὲ καὶ τοῦτον ἅπαντες ἐμυσάττοντο, ἕτερον διδάξει δίηγημα. μειράκια γάρ δή τινα τὴν ἀγορὰν σφαῖραν ἀλλήλοις ἀντέπεμπον, τερπόμενα τῇ παιδιᾷ. τότε δὲ παριόντος, συνέβη τὴν σφαῖραν ἐκπεσοῦσαν, ἀφ' τῶν τοῦ ὄνου 1 ποδῶν ἁφθῆναι. οἱ δὲ ἀνωλόλυξαν, ἀναπεπλῆσθαι μύσους τὴν σφαῖραν ὑπειληφότες. ὁ δὲ συνεὶς ἐκέλευσεν ἑνὶ τῶν ἑπομένων θερμανῆναι, καὶ γνῶναι τὸ δρώμενον. οἱ δὲ παῖδες πῦρ ἀνάψαντες, καὶ τὴν 2 σφαῖραν διὰ τοῦ πυρὸς ἀκοντίσαντες, οὕτω καθαρεῖν ὑπέλαβον. καὶ οἶδα μὲν ὡς μειρακιῶδες τοῦτο καὶ τῆς παλαιᾶς λείψανον συνηθείας· ἱκανὸν δὲ ὅμως τεκμηριῶσαι τὸ μῖσος ὁπόσον εἶχεν ἡ πόλις ἐκείνη πρὸς τὴν Ἀρείου συμμορίαν. ὁ μὲντοι Λύκιος οὐκ ἐζήλωσε τὴν Εὐνομίου πραότητα. ἀλλὰ πολλοὺς μὲν καὶ ἄλλους τῶν ἱερωμένων ἐξοστρακίσας τοὺς ἄρχοντας ἔπεισε· τοὺς δέγε διαφερόντως τῶν θείων ὑπερμαχοῦντας δογμάτων, εἰς αὐτὰ ἐξέπεμψε τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας τὰ τέρματα. Εὐόλκιον μὲν διακονίας ἠξιωμένον, εἰς Ὄασιν εἰς τὸ ἔρημον πολίχνιον· Ἀντίοχον δὲ, καὶ τῆς Εὐσεβίου τοῦ με- 3 γάλου συγγενείας κοσμούμενον, ἀδελφιδοῦς γὰρ αὐτοῦ ἐτύγχανεν ὤν, καὶ πολλοῖς οἰκείοις κατορθώμασι λαμπρυνόμενον, καὶ μὲν δὴ καὶ ἱερωσύνης ἠξιωμένον, εἴς τινα τῶν Ἀρμενίας ἐχαπάν. ὅπως δὲ ὅστος τῶν θείων ὑπερήθλησε δογμάτων, τὰ μὲν ταῦτα δηλώσει. ἐπειδὴ γὰρ ὁ θεῖος Εὐσέβιος μετὰ τοὺς πολλοὺς ἀγῶνας, καὶ τὰς ἰσαρίθμους νίκας, καὶ τὸ τοῦ μαρτύρων ἐδέξατο τέλος, σωληθεὶς μὲν σωήθως δὲ ἔθους ἡ σύνοδος, ἀφίκετο δὲ καὶ Ἰωβιανὸς ὁ Πέργης τηνικαῦτα 4 ἐπίσκοπος ὤν. ὀλίγον δέ τινα χρόνον ὅστος τῶν τῶν Ἀρειανιζόντων ἠνέσχετο κοινωνίας. πάντων δὴ οὖν τοῦ Ἀντίοχον ψηφισαμένων δὲ θεῖον ἀφάδοχον, καὶ παρὰ τὴν ἱερὰν τράπεζαν ἀγαγόντων τε καὶ κλίναι βιασαμένων τὰ γόνατα, ἐπειδὴ γραφεὶς εἶδε τὸν Ἰωβιανὸν τὴν δεξιὰν ἐπιθέντα τῇ κεφαλῇ, ἀπεσείσατό τε τὴν χεῖρα, καὶ τοὺς χειροτονήντων ἀποχωρεῖν προσέταξε, λέγων μὴ ἀνέχεσθαι δεξιᾶς δεξαμένης διὰ βλασφη- 5 μίας τελεσθέντα μυστήρια. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐ πολλοῦ χρόνου ἐγένετο. τότε δὲ εἰς τὴν Ἀρμενίαν τὴν ἐνδοτέραν ἀπήχθη. ὁ δὲ θεῖος Εὐσέβιος περὶ τὸν Ἴστρον διῆγε, τοὺς Γότθων τὴν Θρᾴκην λῃζομένων, καὶ τὰς πόλεις πολιορκούντων, ὡς τὰ παρ' ἐκείνου γραφέντα δηλοῖ.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Διὰ τοῦ ὄνου ποδῶν ἁφθῆναι] Rectius in MS. codice Savilii & in editione Baſilienſi legitur ἐκκυλισθῆναι. Non enim proprium eſt pilæ ἁφθαίνειν ſed κυλίεσθαι.

2 Πῦρ ἀνάψαντες] Poſſet ſcribi πυρὰν ἄψαντες & fortaſſe rectius. Sequitur enim καὶ τὴν σφαῖραν διὰ τοῦ πυρὸς ἀκοντίσαντες. Eſſet autem inelegans, eandem vocem in eadem linea bis repetere. Scio quidem Jacobum Sirmundum edidiſſe διὰ τῆς φλογὸς ἀκοντίσαντες. Sed noſtri codices reclamant. [excepto codice Regio J. Pini.]

3 Τῆς Εὐσεβίου συγγενείας] Mallem ſcribere τῇ συγγενείᾳ κοσμούμενον, ut legiſſe videtur Epiphanius Scholaſticus. [atque ita in Regio codice Piniano ſcriptum inveni.]

4 Ἰωβιανὸς] Jacobus Sirmundus edidit Ἰωβῖνος ex altero codice Regio, cujus variantes lectiones ad calcem editionis ſuæ Robertus Stephanus adjecit. Noſtri tamen codices & Epiphanius Scholaſticus vulgatam ſcripturam tuentur. [Mox pro Πέργης emendavi Πέρρης ex eodem codice Regio. Perrhe urbs eſt provinciæ Euphratenſis haud procul Samoſata, cujus mentio fit in Itinerario Antonini & apud Guilielmum Tyrium. Quare non mirum eſt ejus Epiſcopum interfuiſſe ordinationi Samoſatenſis Epiſcopi. erat enim comprovincialis. Hic eſt Jovinus Epiſcopus Perrhes qui in Concilio Conſtantinopolitano recenſetur inter Epiſcopos provinciæ Auguſteuphratenſis, qui Synodo ſubſcripſerunt.]

5 Δεξιᾶς δεξαμένης μυστήρια] Jovianus Epiſcopus Pergæ, cum Arianis aliquandiu communicaverat. Communionis autem inter Epiſcopos hoc erat Symbolum, ut alter ab altero acciperet Euchariſtiam. Hujus rei exemplum occurrit apud Evagrium in libro primo cap. 13. Averſatur ergo Antiochus dextram Joviani, quæ ab Arianis Sacerdotibus ſacramenta ſuſceperat.

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ις'.

Περὶ τῦ ἁγίυ Βάρσου τῦ ἐπισκόπυ Ἐδέσσης, καὶ τ̃ σὺν αὐτῳ̃ ἐξορισθέντων κληρικῶν.

Βαρσην δὲ, ὃ καὶ νῦν πολὺ τὸ κλέος, οὐκ ἐν Ἐδέσσῃ μόνον ἦν ἴθυνε, καὶ ταῖς ταύτης πλησιοχώροις πόλεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν Φοινίκῃ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Θηβαΐδι· ταῦτα γὰρ πάντα διελήλυθε τὰ ἔθνη ἅμα τὴν τ̃ χρετῆς ἀφιεράμενος λαμπηδόνα· πρῶτον μὲν ὁ Οὐάλης [2]Ἀραδον οἰκεῖν τῲ νήσῳ προσέταξεν. ἐπειδὴ δὲ ἔγνω μυρία πάντοθεν πρὸς αὐτὸν συῤῥέοντα πλήθη, καὶ ὣ ἀποστολικῆς χάριτος ἀνάπλεως ὢν, λόγῳ τὰς νόσυς ἐξήλαυνεν, εἰς Ὀξύρυγχον αὐτὸν κ̃ τὴν Αἰγυπτίαν ἐξέπεμψε πόλιν. ὡς δὲ κἀκεῖ τὸ κλέος συνήγειρεν ἅπαντας, εἰς Φρέαρον ἔχατον τῆς ἐκεῖ γειτονευύσι Βαρβάροις, 1 Φιλῲ δὲ τούτῳ ὄνομα, ὁ τ̃ οὐρανῶν ἄξιος ἀπήχθη πρεσβύτης. ἐν δὲ τῇ Ἀραδίῳ φασὶ, τὴν ἐκείνυ μέχρι κ̀ τήμερον μεμενηκέναι κλίνην, πλείστης ἠξιωμένην τιμῆς. πολλοὶ γὰρ τ̃ ἀῤῥωστούντων ἐπ' ἐκείνης καταικλινόμενοι, τὴν ὑγείαν διὰ τ̃ πίστεως δρέποντα.

CAPUT XVI.

De sancto Barse Episcopo Edessæno, & de clericis qui una cum illo relegati sunt.

BARSEM vero, cujus nunc quoque celebris est fama, non Edessæ solum quam rexit & in finitimis urbibus, verum etiam in Phœnice & in Ægypto ac Thebaide: has enim omnes provincias virtutis suæ radiis illustravit: Valens primo quidem Aradum insulam jussit incolere. Deinde vero cum innumerabilem hominum multitudinem undiquè ad illum confluere didicisset: Apostolica enim gratia plenus, morbos verbo depellebat: eum in oppidum Ægypti Oxurynchum deportavit. Sed cum hujus viri fama eo quoque cunctos pertraheret, in ultimum quoddam castrum accolentibus barbaris vicinum, cui nomen Philo, cœlo dignus senex abductus est. Porro in insula Arado lectum ejus usque in hodiernum diem mansisse ferunt, magno in honore habitum. Multi enim ægrotantes, simulatque in eo collocati fuerint, fidei merito pristinam valetudinem recuperant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ τῦ ἐν Ἐδέσσῃ γενομένυ διωγμῦ.

Πάλιν τοίνυν ὁ Οὐάλης, τὴν ποίμνιον τῦ ποιμένος γυμνώσας, λύκον ἀντὶ ποιμένος ἐπέστησεν. ἐπειδὴ δὲ ἅπαντες, τὴν πόλιν καταλιπόντες, μετὰ τῦ ἄστεος συνηθροίζοντο, ἀφίκετο καὶ αὐτὸς εἰς τὴν Ἔδεσσαν. τῳ̃ δὲ ὑπάρχῳ προσέταξε, Μόδεστος τυνικαῦτα ἦν, τύς τε ὑπ' αὐτὸν στρατιώτας ἀθροῖσαι, οἳ τὰς εἰσφορὰς πράττειν εἰώθασι, καὶ τῆς ὁπλιτικῆς δυνάμεως τοὺς παρόντας ἐξαλαβεῖν· καὶ τὸ συναθροιζόμενον σκεδάσαι πλῆθος, καὶ ῥάβδοις παίοντας καὶ ῥοπάλοις, καὶ τοῖς ἄλλοις πολεμικοῖς ὀργάνοις εἰ δέησοι χρωμένυς. ἐκεῖσε τὴν ἕω τοίνυν ὁ ὕπαρχος, τὸ κελευόμενον ἔδρα. διϊὼν δὲ τὴν ἀγορὰν, εἶδε γύναιον βρέφος Φέρον ἐν ταῖς χερσὶ, καὶ μάλα γε ἐσπευδόμενον. καὶ ὣ καὶ τὴν τ̃ ἡγεμένων διέκοψε τάξιν, πάντων ἐκείνων καταφρονήσασα. ψυχὴ γὰρ ἔνθεος θείῳ ζήλῳ πυρπολυμένη, οὐδὲ ἀνθρώπειον εἰσδέχεται δέος, ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα δείματα, γέλωτα νομίζει 2 καὶ παίγνιον. τότε δὴ ταύτην ὁ ὕπαρχος θεασάμενος, καὶ σωθεὶς τὸ γινόμενον, ἤγαγέ τε καὶ ἤρετο, ποῖ βαδίζοι; ἡ δὲ, μεμάθηκα, ἔφη, τὰς κ̃ τ̃ θείων

CAPUT XVII.

De persecutione quæ facta est Edessæ.

ITERUM igitur Valens, cum gregem pastore suo viduasset, lupum ei vice pastoris imposuit. Sed cum universi cives relicta urbe extra mœnia Collectas agerent, ipse quidem Edessam venit. Præfecto autem Prætorii, qui tunc erat Modestus, mandavit ut collectis in unum apparitoribus suis qui tributa solent exigere, assumptisque ex armata militia iis qui aderant, conventum multitudinis disjiceret, virgisque ac fustibus eam cæderet; aliisque militaribus armis ad eam rem, si opus foret, uteretur. Præfectus itaque primo diluculo imperata facere aggressus est. Cumque forum pertransiret, videt mulierculam puerum in ulnis gestantem, & concito cursu properantem. Nam & præeuntium officialium agmen perruperat, omnibus illis parvi habitis. Animus enim divino zelo succensus, nullo humano tangitur metu: sed hujusmodi terrores pro ludibrio ac joco ducit. Tunc igitur Præfectus eam conspicatus, remque ipsam intelligens, mulierem ad se adduci jubet, rogatque quonam proficisceretur. Cui illa: Cognovi, inquit, insidias quæ

Socr. l. IV. cap. 18. Soz. l. VI. cap. 18.

Modestus prætorii præfectus.

Mulier Edessena cum parvulo ad martyrium properat.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Φιλῲ δὲ τούτῳ ὄνομα] Sic legitur in nostris codicibus & apud Nicephorum in lib. 11. cap. 22. Magis tamen placet scriptura quam ex altero codice Regio Robertus Stephanus in variis lectionibus exhibuit, εἰς Φρέριον ἔχατον τῆς ἐκεῖ γειτονεῦον βαρβάροις, Φηνῷ δὲ τούτῳ ὄνομα, &c. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Ita certe legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim ille. *Quoddam castrum extremum, barbaris vicinum, cui nomen est Pheno, Senex dignus cœlesti urbe deductus est.* Est autem Phæno seu Pheno viculus Palæstinæ, in quo erant æris metalla ad quæ noxii damnabantur, ut ex Eusebio, Athanasio & Hieronymo notavit pridem Ortelius.

2 Καὶ παίγνιον] Codex Savilii scriptum habet γέλωτα νομίζει καὶ παίγνιον. In [codice Regio, & in] editione Basiliensi legitur καὶ παιδίαν.

VARIORUM.

2 Ἀραδον] Aradus, insula Phœniciæ, prope Orthosiam urbem ponte junsta continenti, à litore olim 20. stadiis recedens, circuitus 7. cum urbe ejusdem nominis. *Baudrand.*

θεαπόντων

Sæc. IV.

ſtructæ ſunt adverſus famulos Dei: atque idcirco ad conſortes fidei cupio pervenire, ut una cum illis perferam cædes quæ à vobis intentantur. Tum præfectus: Infantem vero, inquit, cur geſtas? Illa: Ut mecum, inquit, exoptatæ mortis particeps fiat. Hæc Præfectus cum ex muliere audiiſſet, ab una illa cunctorum alacritatem conſiderans, rem Imperatori nuntiavit, cædemque fruſtra futuram monuit. Ignominiam enim, inquit, duntaxat eo facto relaturi ſumus: illorum vero alacritatem minime extinguemus. Hæc cum dixiſſet, multitudinem quidem à cruciatibus quos expectabant, liberam præſtitit. Verum anteſignanos eorum, presbyteros ſcilicet ac diaconos, juſſus eſt corripere, & duorum alterum, vel perſuadere illis ut cum lupo communicarent; vel ex civitate eos ejicere, & in ultimas oras deportare. Cunctis igitur ſimul congregatis, blanda oratione perſuadere conatus eſt, ut Imperatoris præceptis obtemperarent. Extremæ enim amentiæ eſſe dixit, Principi qui tot tantiſque imperaret, paucos numero homines refragari.

θεραπόντων τυρβωθείσας ὀπίσω λάς, ᾧ θέλω τὸν ὁμοπίστους καταλαβεῖν ἱμειρομένη, ἵνα σὺν ἐκείνοις δέξωμαι τὰς ὑφ' ὑμῶν ὀπιφερομένας σφαγάς. τὸ δὲ βρέφος, ἔφη ὁ ὕπαρχος, τί δή ποτε φέρεις. ἢ ᾗ ἔφη, ἵνα καὶ τοῦτό μοι τῆς ἀξιεράτου τελευτῆς κοινωνήσῃ. ταῦτα ὁ ὕπαρχος ᾠδὴ τῷ ἀνθρώπῳ μαθών, καὶ διὰ ταύτης τὴν ἀπάντων ἐγνωκὼς προθυμίαν, ἀπήγγειλέ τε τῷ βασιλεῖ, καὶ τὰ ἐσόμενον μάτην ἐδήλωσε φόνον. δύσκλειαν γὰρ, ἔφη, μόνον ἐκ τῶν δρωμένου δρεψόμεθα· ἐκείνων δὲ τὴν προθυμίαν οὐ σβέσομεν. ἀλλὰ ταῦτα εἰπὼν, τὸ μὲν πλῆθος πεῖραν τῶν προσδοκηθέντων οὐκ εἴασεν λυπηρῶν λαβεῖν. τοὺς δὲ τούτων ἡγουμένους, πρεσβυτέρους φημὶ καὶ διακόνους, ἀγαγεῖν τε προσετάχθη, καὶ δυοῖν θάτερον, ἢ πεῖσαι κοινωνῆσαι τῷ λύκῳ, ἢ γε ἄστεος ἐξελάσαις καὶ εἰς πινας ἐσχατιὰς ἀποπέμψαι. ἐπειδὴ δὲ συνήθροισεν ἅπαντας, ἠπίοις χρώμενος λόγοις πείθειν ἐπειρᾶτο ταῖς βασιλέως νομοθεσίαις ἀκολουθεῖν. παραπληξίας γὰρ ἔλεγεν εἶναι μεγὸν, τῷ βασιλεῖ τηλικούτων καὶ τοσούτων ἡγουμένῳ, ὀλιγαρίθμητους ἀντιτείνειν ἀνθρώπους.

CAPUT XVIII.

De Eulogio & Protogene presbyteris Edeſſenis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ Εὐλογίου καὶ Πρωτογένους Ἐδεσσηνῶν πρεσβυτέρων.

Eulogius cum Præfecto diſputat.

CUMQUE univerſi ſilerent, Præfectus ad ducem eorum converſus: is erat Eulogius, vir in primis laudandus: ſic ait: Cur tu non reſpondes ad ea quæ dixi? Ille: Non putabam, inquit, reſpondendum mihi eſſe, cum non eſſem interrogatus. Tum Præfectus: Atqui ego, inquit, longa oratione uſus ſum, ut vos ad ea quæ vobis profutura ſunt cohortarer. Cui Eulogius ea cunctis dicta eſſe reſpondit, ſeque abſurdum exiſtimaſſe, ut excluſis aliis ſolus ipſe reſponderet. Quod ſi me unum interrogaveris, ſententiam meam tibi exponam. Tunc Præfectus: Communica ergo, inquit, cum Imperatore. Ad hæc Eulogius facete admodum & urbane: Numquid ille, inquit, una cum Imperio ſacerdotium etiam adeptus eſt? Præfectus cavillationem intelligens, graviter commotus eſt: jactiſque in ſenem convitiis, hæc etiam addidit. Non hoc dixi, ſtupide: ſed vos hortatus ſum, ut cum iis communicaretis, quibuſcum Imperator communicat. Sed cum reſpondiſſet ſenex paſtorem ſe habere, & illius nutu imperioque omnes ipſos regi, Præfectus octoginta ſimul correptos in Thraciam relegavit. Qui dum abducerentur, maximo cultu & honore affecti ſunt. Urbes enim & vici eis occurrebant, athletas victoria potitos laudibus ornantes. Verum invidia adverſarios eo impulit, ut Imperatori ſuggererent, hanc quam putabant ignominiam, viris illis ſummum decus atque ornamentum attuliſſe. His compertis, Valens binos illos ſeponi juſ-

Ἐπειδὴ δὲ σιγῶντες εἱστήκεισαν ἅπαντες, πρὸς τὸν τούτων ἡγούμενον, Εὐλόγιος δὲ ἦν, ἀνὴρ ἀξιέπαινος, εἶπεν ὁ ὕπαρχος· τί δή ποτε οὐκ ἀποκρίνῃ πρὸς τὰ παρ' ἡμῶν εἰρημένα; ὁ δὲ, οὐκ ᾠήθην, ἔφη, χρῆναι μηδὲν ἐρωτηθεὶς ἀποκρίνασθαι. καὶ μὴν ὁ ὕπαρχος ἔφη, πολλοὺς διεξελήλυθα λόγους, παραινῶν ὑμῖν τὰ συμφοίσοντα. ὁ δὲ Εὐλόγιος ἔφη πρὸς ἅπαντας ἐκεῖνα εἰρῆσθαι, καὶ ἄτοπον ὑπειληφέναι, τὸν ἄλλων παρωσάμενον ἀποκρίνασθαι. εἰ δὲ ἐμὲ μόνον ἔροις, τὴν γνώμην δηλώσω τῇ ἐμαυτοῦ. τοιγάρτοι, ἔφη ὁ ὕπαρχος, κοινώνησον τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ εἰρωνικῶς καὶ μάλα χαριέντως προσφέρει· μὴ γὰρ ἔφη καὶ μετὰ τῆς βασιλείας καὶ τῆς ἱερωσύνης μετέλαχεν; ὁ δὲ ὕπαρχος τῆς εἰρωνείας αὐθόρμητος ἐχαλέπηνε, καὶ λοιδορίαις κατὰ τοῦ πρεσβυτέρου χρησάμενος, καὶ ταῦτα προσέθεικεν. ἃ τοῦτο εἶπον ἐμβρόντητε, ἀλλ' οἷς κοινωνεῖ βασιλεὺς, κοινωνῆσαι ὑμῖν παρήνεσα. ἐπειδὴ δὲ εἶπεν ὁ πρεσβύτης καὶ ποιμένα ἔχειν καὶ τοῖς ἐκείνου νεύμασιν ἕπεσθαι, ὀγδοήκοντα καὶ ταυτὸν συλλαβὼν, εἰς τὴν Θρᾴκην ἐξέπεμψεν. ἀπαγόμενοι δὲ θεραπείας ἀπήλαυον ὅπ μάλιστα πλείστης. καὶ πόλεις γὰρ ὑπήντων καὶ κῶμαι, γεραίρουσαι τοὺς νικηφόρους ἀγωνιστάς. ἀλλ' ὁ φθόνος τοὺς ἀντιπάλους ὥπλισας, φάναι τῷ βασιλεῖ παρεσκεύασεν, ὡς πολὺν παμπόλλην τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις ἡ νομισθεῖσα προὐξένησεν ἀτιμία. ταῦτα μαθὼν ὁ Οὐάλης ἀνὰ δύο διαιρεθῆναι προσέταξε· καὶ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἔροις] Codex Regius & Baſilienſis editio habent ἔροιο.]
2 Πρεσβυτέρου] Codex Regius habet πρεσβύτου.]
3 Τούτων κοινωνῆσαι ὑμῖν παρήνεσα] Prima vox expunguenda eſt, utpote ſuperflua. Certe in editione Baſilienſi non habetur [nec in codice Regio J. Pini. In eodem cod. ſcriptum eſt ὑμᾶς παρήνεσα.

τοὺς

τὺς μὲ εἰς τ Θράκην, τὺς δὲ εἰς τὰς τ Ἀραβίας ἐχαπὰς, ἄλλυς δὲ εἰς τὰς τ Θηβαΐδος ἀφεστα-ξῆναι πολίχνας. Φασὶ δὲ, ᾗ οὓς ἡ Φύσις συνέζευξε, ἀζεῦξαι τοὺς ὠμολάτυς, ᾗ ἀδελφὺς ὄντας, ἀπ' ἀλλήλων χωρίσαι. Εὐλόγιον δὲ, τ τ ἄλλων ἡγού-μενον, ᾗ Πρωτογένην τ μεῖ' ἐκεῖνον, εἰς Ἀντινὼ τὴν Θηβαίων ἐξέπεμψεν. ἐγὼ δὲ οὐδὲ τὴν τύτων ἀρετὴν παραδώσω τῇ λήθῃ. ἐπειδὴ γὰρ ὁμογνώμονα τ τ πόλεως θύρσντες ἐπίσκοπον, τῶν ἐκκλησιασ-τικῶν ἐκοινώνουν συλλόγων, μάλα δὲ ὀλίγυς εἶδον ἀθροιζομένυς, ᾗ πυθόμενοι ἔγνωσαν Ἕλληνας εἶναι τὺς τὴν πόλιν οἰκουῦντας, ἤλγησαν μὴ ὡς εἰκὸς, ᾗ τὴν ἀπιστίαν ἐθρήνησαν. ὑ μὴν ἀποχρῆναι ἐνόμι-σαν τὸ θρηνεῖν, ἀλλ' εἰς δύναμιν τῆς τούτων ἰα-τρείας ἐπεμελήθησαν. ὁ μὴ γὰρ θεῖος Εὐλόγιος, ἐν οἰκίσκῳ κατειργμένος, παννύμερον ᾗ παννύχιον τὸν τῶν ὅλων ἐντυγχάνει Θεόν. Πρωτογένης δὲ ὁ ἀξιάγα-
1 στος, τὰ Εὐνομίυ γράμματα πεπαιδευμένος, καὶ γεγράφειν εἰς τάχος ἠσκημένος, τόπον θύρων ἐπιτή-δειον, ᾗ τῦτον διδασκαλεῖον ᾗ παιδευτήριον ἀπο-φήνας, μειρακίων κατέστη διδάσκαλος, ᾗ κτ' ταυ-τὸν γεγράφειν τε εἰς τάχος ἐδίδασκε, ᾗ τὰ θεῖα ἐξε-παίδευσε λόγια. Δαυϊτικάς τε γ' αὐτοῖς ὑπηγό-ρευσε μελῳδίας, ᾗ τ ἀποστολικῆς διδασκαλίας ἐκ-μανθάνειν τὰ πρόσφορα παρεσκεύαζεν. ἑνὸς ἢ τῶν μειρακίων νόσῳ περιπεσόντος, ἀφίκετό τε εἰς τ οἰ-κίαν, ᾗ τ δεξιᾶς ᾧ νοσοῦντος ἁψάμενος, προσευχῇ τ νόσον ἐξήλασεν. τῦτο μεμαθηκότες οἱ τ ἄλλων παιδίων πατέρες, ἤγόν τε αὐτὸν εἰς τὰς οἰκίας, ᾗ τοῖς ἀῤῥωστοῦσιν ὀπτηρεῖν ἐντιβόλυν. ὁ ἢ, ὑ πρότε-ρον ἔφη τ Θεὸν ἱκετεῦσαι, ἵνα ἀπελάσῃ τὸ νόσον, πρὶν ἀξιωθῆναι τ ἄῤῥωστον τ ᾧ βαπτίσματος δωρε-ᾶς. οἱ δὲ προθύμως ὑπήκυον· καλήπτε γ' αὐτὺς τ ὑγείας ὁ πόθος. ᾗ κτ' ταὐτὸν ψυχῆς τε ᾗ σώ-ματος τὴν ὑγείαν ἐδρέποντο. εἰ δέ ποτέ τινα τ ἐῤ-ρωμένων ἔπεισε τ θείας μεταλαχεῖν χάριτος, ἀπῆ-γε τῦτον πρὸς τ Εὐλόγιον, ᾗ πατάσσων τ θύραν
2 ἀνοῖξαι παρεκάλει, ᾗ τ δεσποτικὴν ἐπιθεῖναι τῷ πιστευθέντι σφραγίδα. ἐκεῖνυ ἢ δυσχεραίνοντος ὡς δια-κοπτομένης τῆς πρὸς θεὸν εὐχῆς, ὕτος ἔλεγεν ἀναγκαι-οτέραν εἶναι τ πλανωμένων τ σωτηρίαν. ἐθαύμα-ζον ἢ ἅπαντες τ Πρωτογένην, θεώμενοι τοιαῦτα μὲ θαυματυργοῦντα, τοσύτοις δὲ ᾧ τ θεογνωσίας μεταδιδόντα φωτὸς, ᾗ τῷ Εὐλογίῳ τ πρωτείων παραχωροῦντα, ᾗ τὺς ἀγρυπνομένυς ἐκείνῳ προσά-γοντα. ἐτόπαζον δὴ οὐ εἰκότως, πολλῷ πλείονα εἶναι τ ἐκείνυ ᾗ σωτέραν ἀρετήν. ἐπειδὴ ἢ τοῦ

sit: & alios quidem per Thraciam; alios in finibus Arabiæ, alios per Thebaidis oppida dispergi. Aiunt autem eos quos natura conjunxerat, crudelissimorum hominum opera à se invicem disjunctos fuisse, & fratres à fratribus separatos. Porro Eulogium qui ceteris præerat, & Protogenem secundi post illum loci, Præfectus in urbem Antinoum relegavit. Ego vero eorum virtutem non patiar oblivioni tradi: Nam cum reperto illic Episcopo communionis suæ, Ecclesiasticis conventibus interessent, & paucitate coeuntium animadversa, causam scisciti, incolas urbis gentiles esse didicissent, dolore affecti sunt, uti par erat, & infidelitatem civium deplorarunt. Nec tamen dolorem ac luctum sibi sufficere existimarunt, sed omni ope incubuerunt ut illorum morbum sanarent. Ac divinus quidem Eulogius in cellula inclusus, diu noctuque universorum Deo supplicabat. Admirandus autem Protogenes in sacris literis eruditus & notarum peritus, cum locum opportunum nactus, scholam ibi ac ludum litterarium instituisset, puerorum magister factus est, simulque illos & per notarum compendia scribere docuit, & in divinis eloquiis erudivit. Nam & Davidis cantica eis dictabat, & ex Apostolicis libris ea loca quæ utilissima ipsis essent, ediscere eos jubebat. Cumque unus ex adolescentibus morbo correptus esset, ipse ad domum adolescentis perrexit, & apprehensa ægrotantis dextra, morbum oratione depulit. Quo comperto, reliquorum adolescentum patres eum singuli in domos suas deduxerunt, orantes ut ægrotantibus opem ferret. At ille, negabat se Deo supplicaturum ut morbum expelleret, priusquam infirmus baptismi donum suscepisset. Illi vero libenti animo parebant, utpote qui recuperandæ salutis desiderio flagrarent. Et uno eodemque tempore, animi simul & corporis salutem percipiebant. Quod si quando sano cuipiam persuasisset, ut Divinam gratiam susciperet, eum protinus ad Eulogium deducebat, & ostium pulsans rogabat ut aperiret, & capto Dominicum signum imponeret. Cumque ille ægre ferret, eo quod oratio ipsius interrumperetur, aiebat Protogenes magis necessariam esse errantium salutem. Omnes porro admirabantur Protogenem, cum eum tanta patrantem miracula, & divinæ cognitionis lumen tot hominibus impertientem viderent; Eulogio tamen primas cedentem, & eos quos venatus fuerat, ad illum deducentem. Ex quo non sine causa conjectabant, longe majorem ac præstantiorem esse illius virtutem. Jam vero cum sedata tem-

SÆC. IV.

Protogenes.

Precibus & unctum sanat.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὰ Εὐνομίου γράμματα πεπαιδευμένος] Ita legitur in omnibus nostris exemplaribus. Nec aliter in suo codice scriptum repererat Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit: *Protogenes autem Eunomii literis eruditus.* Sirmundus tamen ex Regio codice, cujus variantes lectiones Stephanus nobis exhibuit, locum emendavit hoc modo: τὰ ἐκ νόμου γράμματα πεπαιδευμένος, & sic vertit: *Legitimis literis eruditus.* Quod quid sibi velit nescio. Mallem certe ita interpretari: Legalibus literis eruditus. Certe Nicephorus in lib. 11. cap. 23. Cum hunc Theodoriti locum describeret, pro iis verbis quæ retuli, hæc substituit, ὁ δὲ Πρωτογένης, τὰ ἱερὰ γράμματα ἐκπεπαιδευμένος. Sed & quæ sequuntur in Theodorito, hanc emendationem confirmant. Ait enim Protogenem, cum sacris literis apprime instructus esset, ac præterea notarum peritus, ludum literarium aperuisse, ut pueris artem scribendi traderet: & hac occasione eos sacras literas edocuisse.

2 Δεσποτικὴν ἐπιθεῖναι σφραγῖδα] Id est, *baptismum conferret.* Veteres enim baptismum vocabant σφραγῖδα, ut notavi ad Historiam Eusebii. Cæterum Protogenes ideo hunc honorem tribuebat Eulogio, quod Eulogius senior esset Presbyter, & primus Presbyterorum Ecclesiæ Edessenæ, ut indicat Theodoritus. Eulogium enim vocat ἡγούμενον πάντων, hoc est Archipresbyterum.

Sæc. IV.

peſtate, & ſerena tranquillitate reddita, in patriam redire juſſi eſſent, cuncti eos cum gemitu & lacrymis deduxerunt: præcipue vero Epiſcopus illius loci, qui ſe eorum opera in agro Domini excolendo deſtitutum videbat. Cumque in patriam revertiſſent, divinus quidem Eulogius, Barſe ad vitam doloris expertem tranſlato, Eccleſiam illius regendam ſuſcepit. Admirandus autem Protogenes, excolere juſſus eſt Carras, urbem agreſtem atque horridam, & Græcanicæ ſuperſtitionis ſpinis refertam, & quæ plurimum laboris requirebat. Verum hæc poſtmodum geſta ſunt, pace Eccleſiis reſtituta.

κλύδωνος παυσαμένης, καὶ καθαρᾶς γενομένης γαλήνης, ἐπανελθεῖν προσετάχθησαν, προὔπεμψαν αὐτοὺς ἅπαντες ὀλοφυρόμενοι καὶ δακρύοντες, ὐχ ἧκιστα δὲ ὁ τῆς ἐκκλησίας ἡγούμενος, τῶν ἐκείνων γεωργίας ἐστερημένος. ἐπειδὴ δὲ τὴν ὀφειλομένην κατέλαβον, ὁ μὲν θεῖος Εὐλόγιος, Βάρσῃ τῷ μεγάλῳ μεταστάντος εἰς τὸν ἄλυπον βίον, τὸν ὑπ' ἐκείνῳ κυβερνωμένης ἐκκλησίας ἐπετράπη τοὺς οἴακας. ὁ δὲ ἀξιάσκητος Πρωτογένης, γεωργεῖν προσετάχθη τὰς Κάρρας, πόλιν κεχερσωμένην καὶ ἀκανθῶν Ἑλληνικῶν πεπληρωμένην, καὶ πολλῆς δεομένην φιλοπονίας. ταῦτα μὲν οὖν μετὰ τὴν τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνην ἐγένοντο.

CAPUT XIX.

De ſancto Baſilio Cæſarienſi Epiſcopo, & de iis quæ adverſus illum geſſit Valens ac Modeſtus Præfectus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου τῆς Καισαρείας ἐπισκόπου, καὶ τῶν κατ' αὐτὸν γενομένων ὑπὸ Οὐάλεντος καὶ Μοδέστου ὑπάρχου.

Socr. l. IV. cap. 26. Soz. l. VI. cap. 16.

VALENS vero cum omnes propemodum Eccleſias paſtoribus ſuis ſpoliaſſet, Cæſaream profectus eſt quam incolunt Cappadoces. Regebat eam tunc temporis Baſilius magnus, lumen orbis terrarum. Præmiſerat autem Valens Præfectum prætorio, mandans ut vel Baſilium ad communionem Eudoxii amplectendam adduceret, vel id facere recuſantem urbe expelleret. Nam cum tanti viri fama jam pridem ad aures ejus perveniſſet, primum illum aggredi noluit, ne ille forti animo impetum excipiens ac repellens, exemplum aliis præberet fortitudinis. Verum hic æſtus, aranearum telæ ſimilis apparuit. Veteres enim hiſtoriæ reliquis Epiſcopis ſatis utilitatis ac præſidii attulerunt; ac veluti turres quædam inconcuſſum fidei murum ſervarunt. Præfectus igitur Cæſaream ingreſſus, evocato ad ſe Baſilio honorem exhibuit, blandiſque eum verbis compellavit, monens ut tempori cederet, nec tot Eccleſias proderet ob exiguam dogmatum ſubtilitatem. Pollicebatur autem ei amicitiam Principis, multaque exinde beneficia per illum in alios conferenda. Sed divinus ille vir, ejuſmodi ſermones adoleſcentibus magis congruere reſpondit. Hi enim & quicunque horum ſimiles ſunt, hujuſmodi rebus inhiare ſolent. Qui vero divinis eloquiis innutriti ſunt, ii ne unam quidem ſyllabam ſacrorum dogmatum prodere ſuſtinent: ſed pro illis parati ſunt, ſi res poſcat, nullum non mortis genus ſubire. Porro amicitiam Principis, cum pietate quidem conjunctam magni facio: abſque illa vero exitialem judico. Cumque indignatus Præfectus amentem illum eſſe diceret: Opto, inquit divinus Baſilius, hanc mihi dementiam perpetuo ineſſe. Juſſus deinde abſcedere, & quid agendum eſſet apud ſe deliberare, ac poſtridie ſententiam ſuam exponere: verbis autem adjunctæ erant etiam minæ: di-

Ὁ δὲ Οὐάλης, πᾶσαν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐκκλησίαν τῷ ποιμένος γυμνώσας, εἰς τὴν Καισάρειαν ὥρμησεν, ἧς οἰκήτορες Καππαδόκαι. ἡγεῖτο δὲ ταύτης τηνικαῦτα Βασίλειος ὁ μέγας, ὁ τῆ οἰκουμένης φωστήρ. προὔπεμψε δὴ τὸν ὕπαρχον, ἐντειλάμενος ἢ πεῖσαι τὸν Βασίλειον, τὴν πρὸς Εὐδόξιον ἀσπάσασθαι κοινωνίαν, ἢ μὴ πειθόμενον ἐξελάσαι. τοῦ γὰρ ἀνδρὸς τὸ κλέος προπεπυσμένος, πρῶτος προσκαλεῖν οὐκ ἠθέλησεν, ἵνα μὴ γενναίως τὴν προσβολὴν δεξάμενος, καὶ ταύτην ἀποκρουσάμενος, ἀνδρείας τοῖς ἄλλοις ἀρχέτυπος γένηται. ἀλλὰ ἀράχνης ἱστῷ τὸ μηχάνημα προσπλησίον ὤφθη. ἤρκεσε γὰρ τοῖς ἄλλοις ἀρχιερεῦσιν, εἰς ὠφέλειαν τὰ παλαιὰ διηγήματα, καὶ οἷόν τινες πύργοι τὴν τῆς πίστεως ἀβλαβῆ ἀκλινῆ διετήρησαν. ὁ μέντοι ὕπαρχος, εἰς τὴν Καισάρειαν ἀφικόμενος, καὶ Βασίλειον εἰς μέγαν μεταπεμψάμενος, τιμῆς τε ἠξίωσε, καὶ λόγοις πρὸς αὐτὸν ἠπίοις ἐχρήσατο, εἶξαί τε τῷ καιρῷ παραινῶν, καὶ μὴ πρὸς τοσαύτας ἐκκλησίας δι' ὀλίγην δογμάτων ἀκρίβειαν. ὑπισχνεῖτο δὲ καὶ τὴν βασιλέως φιλίαν, καὶ τὰς ἐκ ταύτης δι' αὐτοῦ πολλοῖς ἐσομένας εὐεργεσίας. [2]ὁ δὲ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, μειρακίοις ἔφη τούτους ἁρμόττειν τοὺς λόγους. ἐκεῖνοί τε γὰρ καὶ οἱ ἐκείνοις ὅμοιοι, περὶ τὰ τοιαῦτα κεχήνασιν. οἱ δὲ τοῖς θείοις λόγοις ἐντεθραμμένοι, προέσθαι μὲν τῶν θείων δογμάτων οὐδὲ μίαν ἀνέχονται συλλαβήν· ὑπὲρ δὲ τούτων καὶ πάσας εἰ δέοι τοῦ θανάτου τὰς ἰδέας ἀσπάζονται. τὴν δὲ βασιλέως φιλίαν, μέγα μὲν ἡγοῦμαι μέρος εὐσεβείας· ἄνευ δὲ ταύτης, ὀλεθρίαν ἀποκαλῶ. τοῦ δὲ ὑπάρχου χαλεπήναντος καὶ ἀνονταίνειν φήσαντος, ὁ θεῖος ἔφη Βασίλειος, ταύτην ἔχειν εἰς ἀεὶ τὴν ἄνοιαν εὔχομαι. ἐπειδὴ δὲ ἐξελθεῖν προσετάχθη, καὶ τὸ πρακτέον βουλεύσασθαι, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ δηλῶσαι τὴν γνώμην· σιωπῇ δὲ τοῖς λόγοις καὶ ἀπειλή· Φάναι λέγεται ὁ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Βασίλειος ὁ μέγας] Duæ poſtremæ voces abſunt [à codice Regio &] ab editione Baſilienſi, recte ut opinor. Sufficit enim elogium quod proxime ſequitur.

2 Ὁ δὲ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ] addit codex Regius ὁ τῆς οἰκουμένης παμφαίστατος ἥλιος.]

παγεύφημος

παῤῥήσιος ἐκεῖνος ἀνήρ· ἐγὼ μὲν ὁ αὐτός σοι καὶ αὔριον ἥξω· σὺ δὲ μὴ μεταβάλῃς τὴν γνώμην, ἀλλὰ χρῆσαι ταῖς ἀπειλαῖς. μετὰ δὲ τούτους τοὺς λόγους ὁ ὕπαρχος ὑπαντήσας τῷ βασιλεῖ, ἀπήγγειλέ τε τὰ εἰρημένα, καὶ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐδίδαξεν ἀρετὴν, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἀνδρεῖον καὶ θαῤῥαλέον ἐμήνυσε. καὶ τότε μὲν σιγήσας ὁ βασιλεὺς εἰσελήλυθεν. ἐπειδὴ δὲ κατὰ τὴν οἰκίαν αὐτῷ θεηλάτους εἶδε καταπεμφθείσας πληγάς· ὅ τε γὰρ υἱὸς ἀῤῥωστήσας παρ' αὐτὰς ἦν τὰς πύλας τοῦ θανάτου, καὶ ἡ γαμετὴ ἄλλοις ἄλλοθεν ἐπωλιόρκει παθήμασι· τὴν αἰτίαν ἐπέγνω τῆς συμφορᾶς. θεῖον τοίνυν ἄνθρωπον ὃν κολάσειν ἠπείλησε, ἐλθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν ἠντιβόλησεν. οἱ δὲ στρατηλάται τοῖς βασιλικοῖς διηκόνουν προστάγμασι. τότε μὲν ὁ μέγας Βασίλειος καταλαβὼν τὰ βασίλεια, καὶ τὸν τοῦ βασι-
1 λέως υἱὸν παρ' αὐτῷ ὄντα τὴν τελευτὴν θεασάμε-
νος, πρὸς τὴν ζωὴν τοῦτον ἐπιστρέψειν ὑπέσχετο, εἰ δὲ παναγίᾳ βαπτίσματος ἀξιωθείη. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐξελήλυθεν. ὁ δὲ τὸν ὅρκων καὶ τὸν ἀνόητον μεμνημένος Ἡρώδην, τοῖς συμπαροῦσιν αὐτῷ ἐκ τῆς συμμορίας Ἀρείᾳ βαπτίσαι τὸ παιδίον προσέταξεν. ὁ δὲ παραυτίκα τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέξατο. μεταμεληθεὶς δὲ Οὐάλης, καὶ τὴν ἐπιβλαβῆ τοῦ ὅρκου ἀλήθειαν λογισάμενος, εἴς τε τὸν θεῖον νεὼν εἰσελήλυθε, καὶ τὸν τοῦ μεγάλου Βασιλείου διδα-
2 σκαλίας ἀπήλαυσε, καὶ τῷ θυσιαστηρίῳ τὰ εἰωθότα προσενήνοχε δῶρα. καὶ εἴσω δὲ αὐτὸν τῶν θείων καταπετασμάτων ἔνθα καθῆσο γενέσθαι κελεύσας, πολλοὺς πρὸς αὐτὸν περὶ τῶν θείων δογμάτων ἐποιήσατο λόγους, καὶ δὴ λέγοντος ἤκουε. παρῆν δέ τις
3 Δημοσθένης καλούμενος τῶν βασιλικῶν προμηθούμενος ὄψων, ὃς τῷ διδασκάλῳ τῆς οἰκουμένης ἐπιμεμψάμενος ἐθαρσύνθη. ὁ δὲ θεῖος Βασίλειος μαθὼν, ἐθεασάμεθα, ἔφη, καὶ Δημοσθένην ἀγράμματον. ἐπειδὴ δὲ πλέον ἐκεῖνος δυσχεράνας ἠπείλησε, σὸν ὄντιν, ἔφη ὁ μέγας Βασίλειος, τὰ τῶν ζωμῶν χαρυκίας φροντίζειν. δογμάτων γὰρ θείων ἐπαΐειν οὐ δύνασαι, βεβυσμένας ἔχων τὰς ἀκοάς. ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τοῦτον ἔφη. ὁ δὲ βασιλεὺς οὕτως ἠγάσθη τὸν ἄνδρα, ὡς καὶ χωρία κάλλιστα ὧν εἶχεν αὐτόθι, τοῖς ὑπ' αὐτοῦ φροντιζομένοις δωρήσασθαι
4 πένησιν, οἱ τὸ σῶμα ἅπαν λελωβημένοι, πλείονος ὅπ μάλιστα θεραπείας προσδέονται. τὸν μὲν
5 οὖν πρώτην τοῦ Οὐάλεντος προσβολὴν οὕτως διεξιέναι φασὶν εἰκότως ἐκεῖνος ἀνήρ· ἐγὼ μὲν ὁ αὐτός σοι καὶ αὔριον ἥξω· σὺ δὲ μὴ μεταβάλῃς τὴν γνώμην, ἀλλὰ χρῆσαι ταῖς ἀπειλαῖς. μετὰ δὲ τούτους τοὺς λόγους ὁ ὕπαρχος ὑπαντήσας τῷ βασιλεῖ, ἀπήγγειλέ τε τὰ εἰρημένα, καὶ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐδίδαξεν ἀρετὴν, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἀνδρεῖον καὶ θαῤῥαλέον ἐμήνυσε. καὶ τότε μὲν σιγήσας ὁ βασιλεὺς εἰσελήλυθεν. ἐπειδὴ δὲ κατὰ τὴν οἰκίαν αὐτῷ θεηλάτους εἶδε καταπεμφθείσας πληγάς· ὅ τε γὰρ υἱὸς ἀῤῥωστήσας παρ' αὐτὰς ἦν τὰς πύλας τοῦ θανάτου, καὶ ἡ γαμετὴ ἄλλοις ἄλλοθεν ἐπωλιόρκει παθήμασι· τὴν αἰτίαν ἐπέγνω τῆς συμφορᾶς. θεῖον τοίνυν ἄνθρωπον ὃν κολάσειν ἠπείλησε, ἐλθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν ἠντιβόλησεν. οἱ δὲ στρατηλάται τοῖς βασιλικοῖς διηκόνουν προστάγμασι. τότε μὲν ὁ μέγας Βασίλειος καταλαβὼν τὰ βασίλεια, καὶ τὸν τοῦ βασι-
1 λέως υἱὸν παρ' αὐτῷ ὄντα τὴν τελευτὴν θεασάμε-
νος, πρὸς τὴν ζωὴν τοῦτον ἐπιστρέψειν ὑπέσχετο, εἰ δὲ παναγίᾳ βαπτίσματος ἀξιωθείη. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐξελήλυθεν. ὁ δὲ τὸν ὅρκων καὶ τὸν ἀνόητον μεμνημένος Ἡρώδην, τοῖς συμπαροῦσιν αὐτῷ ἐκ τῆς συμμορίας Ἀρείᾳ βαπτίσαι τὸ παιδίον προσέταξεν. ὁ δὲ παραυτίκα τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέξατο. μεταμεληθεὶς δὲ Οὐάλης, καὶ τὴν ἐπιβλαβῆ τοῦ ὅρκου ἀλήθειαν λογισάμενος, εἴς τε τὸν θεῖον νεὼν εἰσελήλυθε, καὶ τὸν τοῦ μεγάλου Βασιλείου διδα-
2 σκαλίας ἀπήλαυσε, καὶ τῷ θυσιαστηρίῳ τὰ εἰωθότα προσενήνοχε δῶρα. καὶ εἴσω δὲ αὐτὸν τῶν θείων καταπετασμάτων ἔνθα καθῆσο γενέσθαι κελεύσας, πολλοὺς πρὸς αὐτὸν περὶ τῶν θείων δογμάτων ἐποιήσατο λόγους, καὶ δὴ λέγοντος ἤκουε. παρῆν δέ τις
3 Δημοσθένης καλούμενος τῶν βασιλικῶν προμηθούμενος ὄψων, ὃς τῷ διδασκάλῳ τῆς οἰκουμένης ἐπιμεμψάμενος ἐθαρσύνθη. ὁ δὲ θεῖος Βασίλειος μαθὼν, ἐθεασάμεθα, ἔφη, καὶ Δημοσθένην ἀγράμματον. ἐπειδὴ δὲ πλέον ἐκεῖνος δυσχεράνας ἠπείλησε, σὸν ὄντιν, ἔφη ὁ μέγας Βασίλειος, τὰ τῶν ζωμῶν χαρυκίας φροντίζειν. δογμάτων γὰρ θείων ἐπαΐειν οὐ δύνασαι, βεβυσμένας ἔχων τὰς ἀκοάς. ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τοῦτον ἔφη. ὁ δὲ βασιλεὺς οὕτως ἠγάσθη τὸν ἄνδρα, ὡς καὶ χωρία κάλλιστα ὧν εἶχεν αὐτόθι, τοῖς ὑπ' αὐτοῦ φροντιζομένοις δωρήσασθαι
4 πένησιν, οἱ τὸ σῶμα ἅπαν λελωβημένοι, πλείονος ὅπ μάλιστα θεραπείας προσδέονται. τὸν μὲν
5 οὖν πρώτην τοῦ Οὐάλεντος προσβολὴν οὕτως διεξιέναι φασὶν

xisse fertur eximius ille vir: Ego quidem cras ad te veniam idem. Tu vero noli mutare sententiam, sed minas exsequere. Post hos sermones Præfectus Imperatori obviam progressus, ea quæ dicta erant retulit, & Basilii virtutem, animique fortitudinem ac fiduciam ei nuntiavit. Ac tum quidem Imperator nullo responso dato, in urbem ingressus est. Ubi vero domum suam plagis divinitus inflictis vexari vidit: nam & filius ægrotans, in ipso mortis vestibulo erat constitutus, & uxor ipsius variis doloribus torquebatur: tunc causam calamitatum intellexit. Divinum igitur virum quem supplicio se affecturum minatus fuerat, supplex rogavit ut ad palatium veniret. Missi sunt ad eam rem Magistri rei militaris, qui Principis jussa Basilio nuntiarent. Tunc igitur magnus Basilius profectus in Regiam, cum Imperatoris filium morti jam proximum vidisset, se eum ad vitam revocaturum esse spopondit, si puer sacrum baptismum ab Orthodoxis sacerdotibus consequeretur. Hisque dictis è palatio egressus est. Imperator vero, exemplo amentis Herodis recordatus juramenti sui, Arianæ factionis Episcopis qui tum aderant, præcepit ut puerum baptizarent. Quo facto, puer protinus animam exhalavit. At Valens pœnitentia ductus, & noxiam fuisse considerans jurisjurandi veritatem, in Ecclesiam ingressus est, & Basilium docentem audivit, & solemnia dona obtulit ad Altare. Cumque Basilius intra sacra vela ubi ipse residebat, accedere eum jussisset, multa ad illum verba fecit de recta fidei doctrina: eumque Valens libenter auscultavit. Aderat tum quidam nomine Demosthenes, Castrensis sacri palatii, qui cum Magistrum orbis terrarum objurgaret, barbarismum admisit. Tum subridens divinus Basilius: Vidimus, inquit, etiam Demosthenem literarum expertem. Et cum ille vehementius indignatus minaretur, subjecit magnus Basilius: Tuum munus est, jusculorum condimenta curare. Divina enim dogmata exaudire non potes, cum aures habeas obstructas. Et Basilius quidem ista dixit Demostheni. Valens vero tantopere eum miratus est, ut pulcherrima quæ illic habebat prædia pauperibus donaverit, quorum ille curam gerebat, qui toto corpore mutilati multo majore curatione indigebant. Hunc in modum Basilius primum Valentis

Valentis filius moritur.

Demosthenes.

SÆC. IV.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πρὸς τὴν ζωὴν τοῦτον ἐπιστρέψειν] In MS. codice Henrici Savilii & in editione Basilienſi legitur ἀναστρέψαι, rectius ni fallor. [In Regio codice ſcriptum inveni ἀναστρέψειν.]

2 Καὶ τῷ θυσιαστηρίῳ] Valens Epiphaniorum die in Eccleſiam Cæſarienſem ingreſſus eſt, & conſueta dona obtulit ad altare, & intra velum admiſſus, Baſilium auſcultavit, ut narrat Gregorius Naz. in orat. funebri de laudibus Baſilii. Verum Gregorius hæc omnia contigiſſe teſtatur, prius quam Valentis filius in morbum incidiſſet. Cui quidem, utpote oculato teſti, fidem habere malim quam Theodorito.

3 Δημοσθένης τῶν βασιλικῶν προμηθούμενος ὄψων] Hujus Demoſthenis mentionem facit Gregorius Nyſſenus in libro primo contra Eunomium, ubi hanc Baſilii cum Valente ac Modeſto ejus Præfecto congreſſionem deſcribit. Verba ejus hæc ſunt. ὥσπερ πέρυσι περὶ τοῦ μαγείρου Ναβουζάρδαν ἐπὶ τῶν Ἱεροσολύμων ποτὲ ὁ Ἀσσύριος τὴν τοῦ ναοῦ καθαίρεσιν τῶν Ἰσραηλιτῶν κατεργάσατο, οὕτω καὶ Δημοσθένει τινὶ τῷ ἐπὶ τῶν ὄψων τεταγμένῳ καὶ τῶν μαγείρων ἄρχοντι, ὡς ἐπαμωτέρῳ τῶν ἄλλων τὴν τοιαύτην ὑπηρεσίαν παρεσκεύασε, κρατήσειν ἅπαντος τοῦ παντὸς ἐγχειρήματος. Caſtrenſem ſacri Palatii intelligit. Sic enim vocabatur hæc dignitas. Eundem Demoſthenem tacite deſignat Gregorius Naz. in orat. funebri jam citata, Nabuzardan eum appellans perinde ac Gregorius Nyſſenus. Vide Baſilium magnum in epiſtola 308.

4 Τὸ σῶμα ἅπαν λελωβημένοι] Epiphanius Scholaſticus hæc verba de leproſis expoſuit, recte ut opinor.

5 Πρώτην τοῦ Οὐάλεντος προσβολὴν] Ter omnino à Valente impugnatus eſt Baſilius. Prima incurſio fuit, dum Baſilius adhuc eſſet Presbyter Cæſarienſis Eccleſiæ, ut refert Gregorius Naz. in orat. funebri de Laudibus Baſilii. Secunda ac tertia incurſio Valentis in Baſilium aliquandiu

Sæc. IV.

impetum devitavit. Poſtea vero cum illuc reverſus eſſet Valens, priorum oblitus: quippe mens ejus à ſeductoribus obſeſſa tenebatur: Baſilium denuo hortatus eſt ut adverſariorum partibus ſeſe adjungeret. Cumque perſuadere ei non potuiſſet, præceptum de exilio ſcribi juſſit. Quod manus propriæ ſubſcriptione firmare conatus, nullius litteræ apicem potuit exarare. Calamus enim contritus eſt. Cumque ſecundo ac tertio calamo idem contigiſſet, & nihilominus Valens impium illud præceptum confirmare niteretur, dextra ſubito concuti ac tremere cœpit. Cumque animus terrore ac metu perculſus eſſet, utraque manu chartam dilaceravit. Quo facto moderator omnium Deus oſtendit, & ut alii iſta paterentur permiſiſſe ſe, & Baſilium ſuperiorem inſidiis præſtitiſſe: ut per ea quidem quæ Baſilio acciderunt, potentiam ſuam declararet: per ea vero quæ in aliis fieri permiſit, optimorum virorum fortitudinem publico præconio exornaret. Et hic quidem Valens cum impetum feciſſet, ſpe ſua fruſtratus abſceſſit.

ἔφυγεν ὁ μέγας Βασίλειος. ἐπειδὴ δὲ πάλιν ἦκεν 1
αὐτὸς, καὶ τῶν προτέρων ἐπιλελησμένος· ἔτω γὰρ τῶν ἐξαπατώντων ἐπολιορκεῖτο τὴν γνώμην, ἡ τῶν ἐναντίων αὐτὸν αὖθις γενέσθαι μέρος παρήνεσεν· εἶτα μὴ πείσας, ἢ θεὶ τῆς ἐξορίας γραφῆναι νόμον ἐκέλευσε. τοῦτον δὲ τῇ χειρὶ πειρασθεὶς βεβαιῶσαι, οὐδὲ μίαν στοιχεῖου κεραίαν ἐξέτεινεν. ὁ γὰρ κάλαμος συνετρίβη. ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ δεύτερος, καὶ ὁ τρίτος κάλαμος παθεῖν ὑπέμεινε, καὶ βεβαιῶσαι τὸν δυσσεβῆ νόμον ἐκεῖνον ἐφιλονείκει, ἐσείσθη μὲν ἡ δεξιὰ καὶ τρόμον ἐδέξατο. δείματος δὲ πλήρης ἡ ψυχὴ γενομένη, ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν τὸ χάρτην διέρρηξε. καὶ πέπεικε τὸ ὅλων ὁ πρύτανις ὡς καὶ τοὺς ἄλλους αὐτὸς ἐνδέδωκεν ἐκεῖνα παθεῖν, καὶ τοῦτον τὸν ἐπιβουλῶν ἀπέφηνε κρείττονα. Δηλοῖ μὲν τὸ θεῖον τοῦτον γεγενημένον, τὴν δύναμιν τὴν οἰκείαν δεικνύς· Δηλοῖ δὲ τὸ ἑτέρας οἰκονομίας τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν τὴν ἀνδρείαν κηρύττων. ἐνταῦθα μὲν οὖν ὁ Οὐάλης προσβαλὼν τῆς ἐλπίδος ἐψεύσθη.

CAPUT XX.

De obitu ſancti Athanaſii, & de ordinatione Petri.

Socr. l. IV. cap. 20.

ALEXANDRIÆ vero, cum egregius pugil Athanaſius poſt plurima certamina, & pares numero coronas, finem laborum ſortitus & ad vitam dolorum expertem tranſlatus fuiſſet, Petrus vir præſtantiſſimus ſacerdotium ſuſcepit. Quem primus quidem Pontifex ille beatiſſimus ſuffragio ſuo deſignarat Epiſcopum: cuncti vero electionem comprobaverant, tam ſacerdotalis Ordinis viri, quam Magiſtratus & honorati. Sed & univerſus populus lætitiam ſuam fauſtis acclamationibus declaravit. Hic namque Athanaſii ſudorum particeps fuerat: eumque & præſentem domi, & abſentem foris erat comitatus, & una cum illo varia ſubierat pericula. Quam ob cauſam & vicini Epiſcopi Alexandriam confluxerunt, & qui in monaſteriis degebant, relictis palæſtris ſuis aderant, ut in Athanaſii locum Petrus ſuccederet poſtulantes.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου τελευτῆς, καὶ τῆς Πέτρου χειροτονίας.

ΕΝ Ἀλεξανδρείᾳ δὲ Ἀθανασίου τοῦ νικηφόρου μὲν τοὺς πολλοὺς ἀγῶνας καὶ τοὺς ἰσαρίθμους στεφάνους, λύσιν τῶν πόνων εἰληφότος, καὶ εἰς τὸν 2
πόνων ἐλευθέραν βιοτὴν μεταβάντος, Πέτρος ἀνὴρ ἄριστος τὴν θεοσέβειαν ἐδέξατο· πρώτης μὲν τῆς μακαρίας ἐκείνης ψηφισαμένης αὐτὸν κεφαλῆς· πάντων δὲ συμψήφων γενομένων, καὶ τῶν ἱερωμένων, καὶ τῶν τὰ τέλει καὶ ἀξιώμασι. καὶ ὁ λαὸς 3
δὲ ἅπας ταῖς εὐφημίαις ἐδήλουν τὴν ἡδονήν. τὸν γὰρ Ἀθανασίου συμμετέχειν ἱδρώτων, καὶ συνημονοῦντί τε καὶ ἀποδημοῦντι σωτῆρι, καὶ τοὺς παντοδαπὺς σὺν ἐκείνῳ κινδύνους ὑπέμενε. Δηλοῖ τοῦτο, καὶ τῶν ἀρχιερέων συνέδραμον οἱ πελάζοντες, καὶ τὰς ἀσκητικὰς καταλιπόντες παλαίστρας οἱ σὺν ἐκείναις Δηλοῦντες, τὸν Ἀθανασίου θρόνον κληρονομῆσαι τὸν Πέτρον ἠξίουν.

VALESII ANNOTATIONES.

poſt contigit, cum Valens veniſſet Cæſaream, & Baſilius ejuſdem loci Epiſcopatum adminiſtraret. Primum quidem Valens Demoſthenem & alios ex Palatio ſuo, Modeſtum denique Præfectum Prætorii adverſus eum immiſit. Qui cum nihil profeciſſent, Valens conſtantiam Baſilii miratus, ab ejus oppugnatione pauliſper deſtitit, & in Eccleſiam in qua Baſilius collectas habebat, feſto Epiphaniorum die intravit. Poſtrema incurſio fuit, cum Valens ab Arianis impulſus, Baſilium Epiſcopatu pelli & in exſilium mitti præcepit. Cumque præceptum Imperatoris ea de re perſcriberetur, morbus filii Imperatoris conſilium illud interrupit, ut teſtatur Gregorius in orat. funebri.

1 Πάλιν ἦκεν αὐτὸς] Olim ſuſpicabar ſcribendum eſſe αὐτόσε, ut legiſſe videtur Epiphanius Scholaſticus. Sic enim vertit, *Cum vero poſtea reverſus illuc fuiſſet*, &c. [In Regio codice J. Pini ſcriptum inveni αὐτόσε, ut jamdudum conjeceram. Proinde mihi ipſe gratulor, dum conjecturas meas optimi codicis authoritate toties confirmari video.] Utrum autem tertia hæc Valentis incurſio alio anno contigerit quam ſecunda, mihi quidem incompertum eſt, cum nec Gregorius, nec Theodoritus id dixerint.]

2 Εἰς τὴν πόνων ἐλευθέραν] In MS. codice Henrici Savilii & in editione Baſilienſi aliter ſcribitur hic locus, hoc ſcilicet modo, εἰς τὴν ἄπονον καὶ ἐλευθέραν βιοτὴν, quod magis placet.

3 Τῶν ἐν τέλει & ἀξιώμασι] Codex Savilii & Baſilienſis editio hic quoque ſcriptum habent καὶ ἀξιωμάτων. Sæpius in hac voce à Librariis peccatum eſſe jam ſupra obſervavi. ἀξιωμάτων vero poſitum eſt pro ἀξιωματικῶν. [In Regio codice J. Pini legitur ἀξιωτάτων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Περὶ τῆς ἐκβολῆς Πέτρου, ϗ εἰσαγωγῆς Λευκίου τοῦ Ἀρειανοῦ.

Ἐπειδὴ ϗ τοῖς ἀρχιερατικοῖς αὐτὸν ἐνίδρυσαν θρόνοις, θἀθὺς ὁ τῆς ἔθνους ἡγούμενος, τ' Ἑλληνικὸν ϗ Ἰουδαϊκὸν ὅμιλον συναθροίσας, τὴς τ' ἐκκλησίας ἐκύκλωσε τοὺς βουλομένους, ἐξιέναι τῷ Πέτρῳ παρεγγυῶν. ϗ γὰρ ἄκρατα ἐξελάσειν ἠπείλει. ἐποίει δὲ ταῦτα, τῷ βασιλεῖ μὴ δῆθεν τὰ θυμήρη περισπουδάζων, ϗ τοὺς τἀναντία φρονοῦντας ἀναπιμπλὰς συμφορῶν. τῇ δέ γε ἀληθείᾳ, τῆς δυσσεβοῦς ὀργῆς ἐμφορούμενος. τ' γὰρ τ' εἰδώλων θεραπείας ἐξήρτητο, ϗ λαμπροτάτην ὑπελάμβανεν ἑορτὴν, τ' τ' ἐκκλησίας ζάλην. Πέτρος μὲν οὖν ὁ θαυμάσιος, τ' ἀδόκητον θεασάμενος πόλεμον, λαθὼν ἐξελήλυθε· καὶ σκάφους ἐπιβὰς, εἰς τ' Ῥώμην ἀπῆρεν. ὀλίγων δὲ διελθουσῶν ἡμερῶν, Εὐζώϊος ἀπὸ Ἀντιοχείας Λεύκιον ἄγων ἀφίκετο, ϗ τὰς ἐκκλησίας ἐκείνῳ παρέδωκεν, ϗ τ' δυσσεβείας ϗ παρανομίας, ϗ τὰ Σαμόσατα πεῖραν ἔλαβεν. τὸ δὲ πλῆθος ταῖς Ἀθανασίου διδασκαλίαις ἐντεθραμμένον, εἶτα φαντίαν τροφὴν θεασάμενον, τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀπέσχετο συλλόγων. Ὁ δὲ Λεύκιος, δορυφόροις κεχρημένος τοῖς τ' εἰδώλων
1 θεραπευταῖς, τοὺς μὲν ἤκιζε, τοὺς δὲ καθεῖργε, τοὺς δὲ ϗ διαπελεύειν ἠνάγκαζεν· ἄλλων δὲ, Βαρβάρων δίκην ἐπόρθει τὰς οἰκίας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ ἀξιάγαστος Πέτρος ἐν ὑπατολῇ διηγήσατο. ἐγὼ δὲ μίαν ἀνοσιουργίαν ἅ Λευκίου διηγησάμενος, ἐκείνην ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ τ' ὑπατολήν. ἄνδρες γὰρ Αἰγύπτιοι, τ' τ' Ἀγγέλων πολιτείαν ζηλώσαντες, τοὺς μὲν πολιτικοὺς θορύβους ἀπέδρασαν· τ' δὲ ἐρήμῳ δὲ περιείλοντο βιοτὴν, ϗ τ' ψαμμώδη ϗ ἄκαρπον καρποφόρον ἀπέφηναν, καρπὸν τῷ Θεῷ ἥδιστόν τε ϗ κάλλιστον φέροντες, ἣν ἐνομοθέτησαν ἀρετήν. ταύτης πολλοὶ μὲν ἦρξαν ϗ ἄλλοι τ' πολιτείας. παιδοτρίβης δ' ἄριστος τ' ἀσκητικῶν ἐγένετο συνταγμάτων, Ἀντώνιος ἐκεῖνος ὁ πολυύμνητος, ἀρετῆς παλαίσμασι τοῖς ἀσκηταῖς ἐπιφήνας τ' ἔρημον. τοὺς ἐκείνου οὖν θιασώτας· αὐτὸς
2 γὰρ μὲν τῶν μεγίστων τε καὶ κάλλιστων φορτίων, εἰς τοὺς ἀπηνέμους λιμένας καθώρμιζε· ὁ δύσμοιρος ἐκεῖνος ϗ τελεσάθλιος ἐδίωξε. τοὺς δὲ τ' θείων ἐκείνων ἡγεμόνας χορῶν, Μακάριόν τε τ' ἀοίδιμον, ϗ τὸν ἐκείνου ὁμώνυμόν τε ϗ Ἰσίδωρον, ϗ τοὺς ἄλλους ἐκ τ' σπηλαίων ἐξαγαγὼν, εἰς πνα νῆσον ἐξέπεμψεν ὑπὸ δυσσεβῶν οἰκουμένην ἀνθρώπων, ϗ μηδένα πώποτε δεξαμένην εὐσεβείας διδάσκαλον. τῇ δὲ πορθμείῳ τῇ γῇ τ' νήσου πελάσαντος, ὁ δαίμων ὁ παρ' ἐκείνων πεμφθεὶς, τὸ ἱδρυμένον καταλιπὼν εἴδωλον, ὅπερ εἶχε παλαιὸν οἰκητήριον, τὴν θ' ἱερέως ἐξέμηνε θυγατέρα, ϗ βακχευομένην πρὸς τὸν ἀκτὴν ἐξήλασεν, εἰς ἣν τὸ πορθμεῖον οἱ ἐρέται προσώρμισαν. ὀργάνῳ δὲ τῇ γλώσσῃ χρησάμενος τ' κόρης,

CAPUT XXI.

Quomodo expulsus sit Petrus, & in ejus locum intrusus fuerit Lucius Arianus.

Cumque eum in Pontificali solio collocassent, confestim rector provinciæ collecta Gentilium & Judæorum multitudine, Ecclesiæ ambitum circundedit, monens Petrum ut abscederet. Alioqui ni paruisset, expulsurum se illum minabatur. Id autem agebat, specie quidem ut Imperatori gratificaretur, damnis eos afficiens qui contraria sentiebant: revera autem impietatis felle succensus. Nam simulacrorum cultui addictus erat, & Ecclesiæ calamitate velut maxima festivitate delectabatur. Admirandus itaque Petrus, cum insperatum bellum animadvertisset, clam discessit: conscensoque navigio, Romam se contulit. Paucis deinde interjectis diebus, Euzoius ab urbe Antiochia Lucium secum adducens, venit Alexandriam, eique Ecclesias tradidit: Cujus viri impietatem atque injustitiam civitas quoque Samosatensium experta jam fuerat. At populus in Athanasii doctrina prius enutritus, cum contrariam sibi escam subministrari cerneret, ab Ecclesiasticis conventibus abstinuit. Lucius vero, idolorum cultores tanquam satellites circa se habens, ex Orthodoxis alios cædebat, alios conjiciebat in carcerem; alios fugere compellebat; aliorum domos Barbarico more populatus est. Verum admirabilis Petrus, hæc in epistola sua optime omnium exposuit. Quam quidem epistolam, ubi unum ex sceleribus Lucii narravero, huic Operi intexam. Viri quidam in Ægypto Angelorum vitam æmulantes, ab urbium strepitu ac tumultu se subduxerant, vitamque in solitudine amplexi, arenosum ac sterile solum frugiferum reddiderant, fructum Deo gratissimum ac pulcherrimum offerentes virtutem quam instituerant. Hujus conversationis duces ac principes cum alii multi extiterunt, tum celeberrimus ille Antonius, qui monasticorum cœtuum egregius fuit exercitator. Hujus igitur sodales: ipse enim cum plurimis ac præstantissimis mercibus ad tranquillos portus jam pridem appulerat: miser iste & infelicissimus persecutus est. Ac divinorum illorum cœtuum duces, Macarium scilicet illum clarissimum, & alterum ei cognominem, Isidorum quoque & alios, è spelunc is suis extractos ablegavit in insulam quandam quæ ab impiis hominibus colebatur, nec ullum unquam pietatis magistrum acceperat. Cumque navigium ad oram insulæ appropinquasset, dæmon qui ab illis colebatur, relicto simulacro quod vetustum ejus erat domicilium, filiam sacerdotis in furorem egit, & bacchantem perduxit ad littus quo remiges navem appulerant. Et puellæ lingua, tanquam instrumento utens, eadem clamare cœpit, quæ olim mulier

Suprà, cap. 15. hujus lib.

Socr. lib. I. 21.

Soz. lib. I. cap. 13.

Macarius.

Isidorus.

Socr. l. IV. c. 24. Soz. l. VI. c. 20.

Puella dæmone vexata.

Valesii Annotationes.

1 Ἤκιζε] In codice regio scribitur ἠκίζετο.]

2 Καλλίστων ἐφοδίων] Magis placet scriptura codicis Saviliani, in quo legitur φορτίων, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus [ex cod. Regio J. Pini.]

Sæc. IV.

illa apud Philippos, ſpiritu Pythonio agitata. Audivere tunc omnes tam viri, quam feminæ, vocem dæmonis illius ita dicentis: O potentiam veſtram, famuli Chriſti. Undique à vobis fugati ſumus; ab urbibus & vicis; à montibus & collibus; à ſolitudine incolis vacua. Sperabamus quod in hac parva inſula commorantes, jactum telorum veſtrorum evitaremus, ſed ſpes noſtra nos fefellit. Huc enim miſerunt vos perſecutores, non ut moleſtia vos afficerent, ſed ut nos veſtra opera hinc exturbarent. Abcedimus ergo ab hac quoque inſula. Virtutis enim veſtræ radiis perſtringimur. Hæc & hujuſmodi alia dicentes, puellam quidem ſolo afflixerunt: ipſi vero penitus evanuerunt. Tunc divinus ille monachorum chorus, oratione facta puellam è ſolo excitavit, ſanamque mente ſimul & corpore, parenti reſtituit. Ii vero qui hujus miraculi ſpectatores fuerant, Sanctorum illorum pedibus advoluti, rogare cœperunt ut ſalutis viaticum perciperent. Ac templum quidem dæmonum funditus everterunt: ſacræ vero doctrinæ radiis illuſtrati, divini baptiſmi gratiam ſuſceperunt. Quæ cum Alexandriæ nuntiata eſſent, omnes in unum congregati Lucium convitiis lacerarunt, iram divini numinis imminere ſibi clamantes, niſi ſacer Sanctorum illorum cœtus dimitteretur. Ita Lucius civitatis tumultum reformidans, ſanctiſſimos viros ad ſpeluncas ſuas redire permiſit. Atque hæc quidem ſufficere poterant, ad demonſtrandam ejus nequitiam & impietatem. Verum ipſius Petri literæ, iniqua Lucii facinora apertius edocebunt. Ego vero earum vitans prolixitatem, ea duntaxat quæ in medio habentur, hoc loco adſcribam.

Lucius.

ἐβόα διὰ ταύτης, ἅπερ οἱ Φιλίπποις ἡ τὸ πνεῦμα ἔχουσα Πύθωνος ἔλεγεν. ἤκουον δὲ ἅπαντες, καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, ἐκείνης τοῦ δαίμονος λέγοντος· ὦ τῆς ὑμετέρας δυναστείας, ὦ θεράποντες τοῦ Χριστοῦ· πάντοθεν παρ' ὑμῶν ἐληλάμεθα ἀπὸ πόλεων καὶ κωμῶν, ἀπὸ ὀρῶν καὶ βουνῶν, ἀπὸ τῶν οἰκητόρων ἐρημούμενα· ἠλπίσαμεν οὖν τῷδε τῷ νησυδρίῳ διαλήσεσθαι τῶν ὑμετέρων ἀπηλλάχθαι βελῶν, καὶ τῆς ἐλπίδος ἐψευσθημεν. ἐνταῦθα γὰρ ὑμᾶς ἐξέπεμψαν οἱ διώκοντες, οὐχ ἵνα ὑμᾶς ἀνιάσωσιν, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς δι' ὑμῶν ἐξελάσωσιν· ἀφιζάμεθα καὶ τῆς νησίδος. ταῖς γὰρ τῆς ὑμῶν ἀκτῖσι βαλλόμεθα. ταῦτα λέγοντες, καὶ τὰ τούτοις προσόμοια, εἰς μὲν τὸ ἔδαφος τὴν κόρην καθέβαλλον· αὐτοὶ δὲ φεῦδοι πάμπαν ἐγένοντο. ὁ δὲ θεῖος ἐκεῖνος χορὸς, προσευξάμενος τὴν κόρην ἀνέστησε, καὶ τῷ γεγενημένῳ σωφρονοῦσάν τε καὶ ἐρρωμένην ἀπέδωκεν. οἱ δὲ τοῦ θαύματος θεαταὶ, περὶ τῶν ἁγίων ἐκείνων ποδῶν κυλινδούμενοι, τῆς σωτηρίας ἐφοδίων μεταλαχεῖν ἠμπεδόλησαν. καὶ τὸ μὲν τῶν εἰδώλων καθέλυσαν τέμενος· ταῖς δὲ τῆς διδασκαλίας ἀκτῖσι καταυγασθέντες, τοῦ παναγίου βαπτίσματος ἠξιώθησαν χάριτος. τούτων ἐν τῷ ἄστει δήλων γεγενημένων, παντημεὶ συνῆλθον ἅπαντες τῷ Λυκίῳ λοιδορούμενοι, καὶ θηλάτου σφᾶς ὀργὴν καταλήψεσθαι λέγοντες, εἰ μὴ ὁ τῶν ἁγίων ἐκείνων ὁ θεῖος ἀφεθείη χορός. ὕτω δείσας ὁ Λύκιος τῆς πόλεως θόρυβον, ἐπανελθεῖν τοῖς θεσπεσίοις ἀνδράσιν ἐπέτρεψεν εἰς τὰ σπήλαια. ἱκανὰ μὲν δὴ καὶ ταῦτα δεῖξαι τὴν ἐκείνου βδελυρίαν τε καὶ ἀσέβειαν. σαφέστερον δὲ τὰς τολμηθείσας διδάξει θεομισίας, καὶ θαυμασίου Πέτρου τὰ γράμματα. ἐγὼ δὲ τὸ μῆκος φεύγων, τὰ ἐν μέσῳ κείμενα τῆς ἐπιστολῆς ἐάσω τῇ συγγραφῇ.

CAPUT XXII.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ex epiſtola Petri Alexandrini Epiſcopi: de his quæ Alexandriæ geſta ſunt auctore Lucio.

Ἐκ τῆς ἐπιστολῆς Πέτρου Ἀλεξανδρείας διήγησις, περὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συμβάντων ὑπὸ Λυκίου.

Palladius gentilis.

PROVINCIÆ Rector Palladius, ſecta Gentilis & ſimulacrorum cultor aſſiduus, qui ad bellum Chriſto inferendum ſæpius ſeſe exercuerat, collecta multitudine ſuperius memorata, impetum in Eccleſiam fecit, perinde ac ſi ad ſubigendos Barbaros properaret. Tunc vero teterrima facinora perpetrata ſunt. Quæ cum ego duntaxat referre vellem, tantum mihi dolorem attulit eorum recordatio, ut ingentem lacrymarum copiam effuderim. Atque in eo ſtatu manſiſſem diutiſſime, niſi divina cogitatione dolorem meum compreſſiſſem. Ingreſſa enim turba in Eccleſiam quam vocant Theonæ, loco verborum gravium, laudes idolorum canebant: pro lectione ſacrarum Scripturarum, plauſus manuum indecoros, & fractas cum obſcænitate voces uſurpabant; ejuſmodi denique contumelias adverſus virgines Chriſti, quas nec lingua proferre ſuſtinet:

Ὁ τοῦ ἔθνους ἡγεμονεύων Παλλάδιος, ἐθνικὸς ὢν τὴν αἵρεσιν, καὶ τῶν εἰδώλων ἀεὶ προκυλινδούμενος, καὶ Χριστοῦ στρατεύεσθαι πολλάκις μελετήσας, τὰ προειρημένα συναθροίσας πλήθη, ὁρμᾷ καὶ τῆς ἐκκλησίας ὡς ἐπιστάξαι βαρβάρους ἐπεγόμενος. τότε δὴ τότε χείρισα γέγονεν. ἀλλὰ καὶ μόνον ὑπαγορεῦσαι θέλων, τῆς μνήμης ὀδύνην μοι παρεχούσης, ἐπαφῆκα δακρύων ἄμετρον φορὰν· καὶ ἐπὶ πολὺ ἔμεινα ἂν τοῦτο πάσχων, εἰ μὴ θείῳ λογισμῷ λωφῆσαι παρεσκεύασα. ὡς γὰρ τῇ καλουμένῃ ἐκκλησίᾳ Θεωνᾶ, ἐπεισελθόντα τὰ πλήθη, ἀντὶ ῥημάτων σεμνῶν, εἰδώλων θύφημίας ἐπήφιον. ἀντὶ θείων γραφῶν ἀναγνώσεως, κρότους χειρῶν ἀσέμνους, καὶ κεκλασμένας μετ' αἰσχρότητος φωνὰς, καὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ παρθένων ὕβρεις, ἃς ἡ γλῶττα οὐ φέρειν οὐκ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πάντοθεν παρ' ὑμῶν] Codex [Regius &] Savilii ſcriptum habent παντεχόθεν, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus. Et paulo poſt ubi legitur κυλινδούμενοι, idem codex, [Regius] & editio Sirmundi præferunt καλινδούμενοι.

2 Ἐπήφιον] Codex Regius habet ἐπηφίου.]

ἀνέχεται.

ἀνέχεται. αἰσχρὸν γάρ ἐστι καὶ λέγειν. καὶ γὰρ μόνον τὶς τῶν θεοφορούντων ταῦτας ἀκούσας ἔβυσε τὰς ἀκοάς· καὶ μᾶλλον ηὔξατο ἂν γενέσθαι κωφὸς, ἢ αὐτήκοος γενέσθαι τῆς αἰσχρολογίας αὐτῶν. ἀλλ' εἴθε λόγοις ἐρχούμενοι μόνον ἐξημάρτανον, καὶ μὴ πράξει τῶν 1 λόγων ὄντων ἀσελγειαν. θύπουσος γὰρ ἡ λοιδορία, κἂν οἱαδηποτοῦν τυγχάνῃ, παρ' οἷς οἰκεῖ Χριστοῦ φρόνησις καὶ θεῖα διδάγματα. αὐτοὶ τοίνυν ὅτοι ὀργῆς 2 σκεύη τυγχάνοντες, κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν, τὰ ῥῖνα σιμώσαντες, ψόφον ἀσελγῆ ἀφῆκαν τῶν μυκλήρων μακρὸν, καὶ ἵν' ὕπως εἴπω, 3 ὡς ἀπὸ κρουνοῦ προχέοντες, τὰ μὲν ἐσθῆτα διέῤῥηγνυν τῶν ἁγίων Χριστοῦ 4 παρθένων, ὧν ἡ ἄσκησις τύπον ἁγίων ἀγγέλων ἐχαρακτήριζεν. ὡς δ' ἡ Φύσις ἔχει, 5 γυμνὰς πᾶσαν τὴν πόλιν ἐθεάμβευον, ἀναπαίζοντες μὲν ἀσελγείας, ὃν τρόπον ἐβούλοντο. καὶ ὅλως ὠμὰ καὶ ξένα τὰ γενόμενα. εἰ γάρ τις συμπαθὼς ἐπὶ τούτοις ἐκώλυσε, παραινέσεως χρώμενος λόγοις, τραυματίας ἀπελύετο. ἀλλὰ φεῦ τῶν συμφορῶν, πολλαὶ βιαίως φθορὰν ὑπέσχησαν σώματος· πολλαὶ τὰ παρθένων ῥοπάλοις κατὰ κεφαλῆς τυπτόμεναι, ἔμενον ἀχανεῖς, καὶ ὁπο- 6 βεπομβύων τῶν ζωμάτων, 6 οὐδὲ τῇ ταφῇ παραδίδοται. πολλὰ οὖν μέχει σήμερον τῶν γονέων ὀδυρομένων, οὐκ εὑίσκεται σώματα. ἀλλὰ τί τὰ μικρὰ ταῦτα τὰ μεγάλα διεξέρχομαι· τί δὲ τύπτις ἐμβραδύνω, καὶ μὴ σφοδρῶς ἐπὶ τὰ κατεπείγοντα βαίνω· ἐφ' οἷς οὐ θαυμάσετε, καὶ μενεῖτε ἐπὶ πολὺ ἀχανεῖς σὺν ἡμῖν ἐξισάμενοι τὴν Φιλανθρωπίας τὸν Κύριον, ὅτι μὴ ἅρδην τὸ ὅλον συνέσεισεν. ἃ γὰρ κατὰ τὸ γεγραμμένον, μήτε γέγονε μήτε ἠκούσθη ἐν ταῖς 7 ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, ταῦτα ἐπ' αὐτῷ τῷ θυσιαστηρίῳ ἐπετέλουν οἱ δυσσεβεῖς. ὡς γὰρ ἐν κρηπῖδι σκηνῆς ἀτάκτῳ, παῖδα 7 τὴν ἄῤῥενα φύσιν ἐξαρ- 8 νησάμενον, καὶ τὴν γυναικείαν ποθήσαντα, 8 στιβῇ κατὰ τὸ γεγραμμένον τοὺς ὀφθαλμοὺς διαχεισάμενον, καὶ φύκει τὰς ὄψεις ἐρυθήναντα, ὡς τὰ παρ' αὐτοῖς εἴδωλα, θηλυμόρφῳ τῷ σχήματι, ἐπ' αὐτῷ τοῦ

nam & turpis est ipsa prolatio. Certe ex cordatis hominibus quisquis hæc solummodo audivit, statim obturavit aures, & surdus esse potius optavit quam illorum obscænitatem auribus suis audire. Sed utinam verbis contenti hactenus deliquissent, nec verborum petulantiam factis ipsis superassent. Nam convitia quantacunque sint, tolerabilia sunt iis, in quibus Christi sapientia & divina mandata residunt. Isti vero, utpote vasa iræ ad exitium præparata, expanso naso turpem sonum per nares edentes, & tubis, ut ita dicam, ac fistulis procul emittentes, sanctarum Christi virginum vestem discederunt: quarum continentia sanctorum Angelorum similitudinem exprimebat. Easque nudas sicut natæ fuerant, per totam urbem traduxerunt, petulanter iis illudentes, prout ipsis libitum erat. Erantque omnia prorsus crudelia atque inaudita. Quod si quis ob hæc miseratione captus eos cohibere, ac verbis eos admonere voluisset, vulneratus abibat. Sed ô rem calamitosam! Multæ virgines per vim stupratæ sunt. Multæ dum fustibus capita verberarentur, manserunt exanimes. Ac ne corpora quidem sepulturæ mandari permittebantur. Plurima certe corpora, magno cum parentum dolore, hactenus reperiri non possunt. Sed quid persequor parva ac levia, si cum majoribus comparentur? Quid his immoror, ac non potius ad ea quæ urgent, contendo? In quibus admirabimini, sat scio, clementiam Domini, & nobiscum attoniti diu manebitis ac stupentes, quod universa non obruerit. Etenim quæ neque facta sunt neque audita in diebus patrum nostrorum, ut ait Scriptura, ea in ipso altari impii perpetrarunt. Nam velut in pulpito scenæ petulantis, puerum qui virilem sexum ejuraverat & muliebrem affectabat, oculos stibio depictos atque inunctos habentem, sicut ipsorum simulacra habere solent, muliebri habitu in ipso sancto altari, ubi

Sæc. IV.

Sancta virgines turpiter habitæ.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Λόγων ὄντων ἀσελγειαν] Codex Savilii scriptum habet ἀσέβειαν. Epiphanius tamen Scholasticus vulgatam lectionem tuetur.

2 Κατηρτισμένα] Κατηρτισμένοι codex Regius.]

3 Ὡς ἀπὸ κρουνοῦ] Nescio quid sibi voluerit Sirmundus, hunc locum ita vertens, *Strepitum insolentem de naribus, velut è scatebra ut ita dicam, fundentes.* Nec melius Christophorsonus qui sic vertit, *velut ex aquæ ductu, ut ita dicam, erumpentem.* Pessime vero Epiphanius Scholasticus interpretatus est hoc modo, *Et ut ita dicam fœtorem veluti de quodam cuniculo profundentes.* Magis placet interpretatio Camerarii qui sic vertit; *obscœnos per nares sonos, clarum & quasi, ut ita dicam, de aquæ fistulis ejaculantes.* κρουνοὶ enim proprie sunt tubi seu salientes, ex quibus aqua in subjectum canalem effunditur.

4 Τύπον ἁγίων ἀγγέλων] Postrema vox deest in cunctis exemplaribus, tam MSS. quam impressis: primumque à Genevensibus Typographis addita est ex conjectura Christophorsoni: quam confirmat Epiphanius Scholasticus. Sirmundus tamen cum eam è Græco textu expunxisset, in versione sua retinuit.

5 Γυμνὰς πᾶσαν τὴν πόλιν] Scribendum puto γυμνὰς ἀνὰ τὴν πόλιν ἐθριάμβευον.

6 Οὐδὲ τῇ ταφῇ παραδίδοται. Codex [Regius &] Savilii scriptum habent οὐδὲ τῇ οἰκίᾳ παραδίδοσθαι. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

7 Τὴν ἄῤῥενα φύσιν ἐξαρνησαμένων] Cinædum intelligit. Sic enim Cinædos designare Græci solent. Certe Polybius lib. 4. pag. 273. Babyrtam quemdam Cinædum ita describit: ἄνθρωπος ἀσυχὴς τῶν ἐξηρνημένων τὸν ἄνδρα καὶ πάντα τρόπον. Sic enim legendus est locus ille, quem Casaubonus non intellexit.

8 Στοιβῇ κατὰ τὸ γεγραμμένον] Hunc locum feliciter mihi videor restituisse hoc modo, στιβίῳ καταγεγραμμένον τοὺς ὀφθαλμούς. Proprium olim erat Cinædorum, oculos stibio delinire, quod Græci στιβίζειν dicunt uno verbo. Græci enim στίβι dicunt & στίμμι. Hesychius in Lexico, στίβη, χρῶμα μεταλλικὸν μέλαν. Ion in Omphale,

Καὶ τὴν μέλαιναν στίμμι ὀμματογράφον.

Quare hoc loco στίβῃ scribi potest, [ut legitur in editione Basiliensi. In Regio codice J. Pini hæc vox deest, nec habetur in versione Epiphanii Scholastici. Potior tamen mihi videtur Basiliensis editionis scriptura. Alludit enim Petrus ad cap. 4. Jeremiæ, ubi propheta sic dicit, ἐὰν ἐγχρίσῃ στίβῃ τοὺς ὀφθαλμούς σου. Nihil itaque mutandum est hoc loco, sed locus ita vertendus: *Oculos, ut ait scriptura, stibio inunctos habentem, & vultum fuco rubentem, sicut ipsorum simulacra &c.* Et prioribus quidem verbis alludit Petrus ad locum Jeremiæ, ut jam dixi: Posterioribus autem alludit ad cap. 13 Sapientiæ, ubi Salomon ita dicit de simulacris Gentilium ligneis: κεκαχεῖσται μίλτῳ, καὶ φύκει ἐρυθήνας χρόαν αὐτοῦ. quæ vetus interpres ita vertit. *perliniens rubrica* &c. Ego vero *minium* mallem vertere. Sic enim Latini vocabant, quod Græci μίλτον, teste Plinio lib. 35. ubi etiam testatur Romanos solitos esse miniare simulacra Deorum suorum.]

8 [Στοιβῇ] Deest in codice Regio. ubi mox pro φύκει, φυκίῳ.]

ἁγίῳ

Sæc. IV.

adventum ſancti Spiritus invocamus, ſaltare fecerunt volubili motu, hac & illac manus jactantem ac geſticulantem; ipſi immoderate ridentes, voceſque nefandas emittentes. Quinetiam iſtud ad laſciviam ſpectare arbitrati, & præterita decora potius eſſe quam impia exiſtimantes, quendam ex ſuo numero notiſſimæ turpitudinis, qui una cum veſte pudorem ſimul exuerat, nudum ſicut natus erat, in Eccleſiæ ſolio collocantes, Concionatorem infamem adverſus Chriſtum ſalutarunt. Nam divinorum verborum loco, turpitudinem proferebat: pro gravibus verbis petulantiam; pro pietate impietatem; pro continentia ſcortationem, adulterium, maſculam venerem, furtum, eſcam ac potum, vitæ hominum utilia eſſe docens. Quæ cum ita fierent, atque ego Eccleſia exceſſiſſem: quomodo enim non abiiſſem, cum milites incurſionem facerent, plebs pecuniis conducta eſſet ad tumultuandum, nummi erogarentur, multitudo gentilium magnis pollicitationibus illecta adeſſet: ſucceſſor noſter mittitur, qui Epiſcopatum, velut ſecularem quendam Magiſtratum, pretio coëmerat, Lucius quidam, lupi prorſus improbitatem & actus ſtudens æmulari: non in Orthodoxorum Epiſcoporum ſynodo; non ſuffragio legitimorum Clericorum, non poſtulatione plebis electus, ſicut Eccleſiaſticæ leges requirunt. Erant una cum illo: neque enim ſimplex ejus ingreſſus eſſe potuit: non Epiſcopi aliqui, non presbyteri ac diaconi; non populi multitudo. Non illum præcedebant monachi, hymnos è ſcripturis depromptos canentes, ſed Euzoius, qui olim quidem cum diaconus eſſet Alexandriæ noſtræ, in ſancta & magna ſynodo Nicæna ſimul cum Ario depoſitus eſt: nunc vero Antiochenam Eccleſiam præſulatu ſuo devaſtat. Simul etiam Comes largitionum comitatenſium, Magnus nomine, immenſam militum multitudinem ſecum ducens: qui in omni impietate ſemper anteſignanus eſſe cognoſcitur. Qui cum Juliani temporibus Eccleſiam Berytenſium incendiſſet; quæ civitas eſt Phœnices non ignobilis; principatu felicis memoriæ Joviani, eam propriis ſumptibus inſtaurare coactus eſt: parumque abfuit quin capite plecteretur, niſi multorum ambitu ac ſuffragio, Imperatoris clementiam meruiſſet. Hinc igitur conſiderare debet zelus veſter, quem quidem hortor vos ut excitetis ad ea quæ geſta ſunt vindicanda; quæ & quanta patrata ſint ſcelera adverſus Eccleſiam Dei, cum tantus in nos tyrannus ſupra memoratus inſurrexiſſet. Nam continuo ille à veſtra pietate & ab omnibus ubique Orthodoxis ſæpe damnatus Lucius, in hanc

Lucius qualis Epiſcopus.

Euzoius Ep. Antioch.

Magnus, comes largitionum.

Lucius.

ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ, ἔνθα κάθοδον τῷ ἁγίῳ Πνεύματος ἐπικαλούμεθα, θυμέλῃ τῇ τροφῇ, ᾠδὴ καὶ κεῖσε τὼ χεῖρε σχηματιζόμενον, ὀρχεῖσθαι παρεσκεύασαν, πλατὺ μὲν γελῶντες, ἀθέσμους δ' ἐπαφιέντες φωνάς. οἱ ἢ πάλιν καὶ τοῦτο εἰς ἀταξίαν ἡγησάμενοι, ἢ τὰ παρῳχηκότα θυπρεπῆ μᾶλλον ἢ τῶρ ἄθεσμα λογισάμενοι, ἐξ αὐτῶν ἕνα γνωριμώτατον ὀ αἰσχρότητι, ὁμοῦ τὴν ἐσθῆτα ἢ τὴν αἰδῶ γυμνωσάμενον, ὡς ἡ Φύσις ἔχει σχήματος, τῷ τῆς ἐκκλησίας ἐπιβιβάσαντες θρόνῳ, δημηγόρον αἰσχρὸν κατ' Χριστοῦ εἰσηγορεύσαν. ἀντὶ μὲν θείων ῥημάτων, αἰσχρότητα προβάλλετο, ἀντὶ σεμνῶν λόγων ἀσέλγειαν, ἀντ' εὐσεβείας ἀσέβειαν, ἀντ' ἐγκρατείας πορνείαν, μοιχείαν, ἀρσενοκοιτίαν, κλοπὴν, βρῶσιν ἢ πόσιν τῷ βίῳ εἰς τοῖς ἄλλοις εἰσηγούμενος εἶναι χρήσιμα. τούτων ἢ ὕπως ἐχόντων, καμοῦ τῆς ἐκκλησίας ὑπαναχωρήσαντος· πῶς μὲν ἂν ὅπου σατιωτῶν ἔφοδοι, ὅπου δῆμος εἰς ἀταξίαν ἀχαλίνωτος, ὅπου φιλοτιμίαι χρημάτων, ἢ ἐθνικῶν πλήθη μετὰ μεγίστων ὑποσχέσεων; ἡμέτερος δῆθεν ἀποστέλλεται ἀγαθὸς, χρυσίῳ τ' ὀπισκοπὴν ὡς ἀξίωμα κοσμικὸν ὠνησάμενος, Λύκιός τις, λύκου τὴν ποιηείαν ἢ τὰς πράξεις ἔχειν ἐσπουδακώς· οὐκ ἐπισκόπων ὀρθοδόξων συνόδῳ, ἢ ψήφῳ κληρικῶν ἀληθινῶν, οὐκ αὐτήσῃ λαῶν, ὡς οἱ τῆς ἐκκλησίας ἀγαγορεύσι θεσμοί. τῷ δὴ τοιούτῳ συνῆσαν, ἁπλῇ μὲν εἰσόδῳ τῆς πόλεως ὑπεδαίνθν οὐκ ἠδύναλο, οὐκ ὀπισκόπων τινὲς, ἢ πρεσβυτέρων, ἢ ἀγακόνων, ἢ λαῶν πλήθη. ἢ θεῖον τοῦτον μονάζοντες, ὕμνους ἐκ γραφῶν ἀναμέλποντες, ἀλλ' Εὐζώϊος ἦν, ὁ πρώην μὲν σὺν Ἀρείῳ καθαιρεθεὶς, ἀγάκονος ὢν τῆς καθ' ἡμᾶς Ἀλεξανδρείας, ὑπὸ τῇ κτ' Νίκαιαν ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ· ἅρπ ἦ θεσσασίᾳ τὴν Ἀντιοχέων λυμαινόμενος. καὶ ὁ τῶν κομπτατησίων δὲ λαργιτιόνων κόμης, σπαπωτῶν ἐπαγόμενος ἄμετρον πλῆθὺν, ὁ ὲν πάσῃ ἀσεβείᾳ ἀεὶ γνωριζόμενος Μάγνος τὔνομα· ὃς ὲν τοῖς Ἰουλιανῦ καιροῖς, τ' Βηρυτίων ἐκκλησίαν ἐμπρήσας, Φοινίκων δ' αὕτη πόλις ἐπιφανὴς, ἐπὶ τῦ τῆς μακαρίας μνήμης Ἰωβιανῦ χρόνοις, ἐξ οἰκείων ταύτην ἀνορθῶσαι κατηνάγκασαι, ὀλίγου καὶ τ κεφαλὴν τμηθεὶς, εἰ μὴ φιλανθρωπίας ἐκ πολλῆς θεσθρομῆς ἔτυχε βασιλικῆς. ἀναλογήσασθαι τοίνυν ἐκ τούτου τ ὑμέτερον ζῆλον προσήκει, ὃν διεγερθῆναι εἰς ἐκδικίαν τῶν γενομένων σπαπαλῶ, οἷα καὶ ἡλίκα τὰ πλημμεληθέντα κτ' τῆς τῦ Θεῦ ἐκκλησίας, τοιούτου τυράννου προειρημένου καθ' ἡμῶν ἐπαναστάντος. ἅμα μὲν ὁ σπαὶ τῆς ὑμετέρας θεοσεβείας καὶ τῶν ἁπανταχοῦ ὀρθοδόξων ἐπισκόπων πολλάκις ἀπαγορθυθεὶς Λύ-

VALESII ANNOTATIONES.

[1 Ὠνησάμενος] Codex Regius & Baſilienſis editio habent ἠγησάμενος.]

2 Κομπτατησίων δὲ λαργιτιόνων] Theſauri Principis qui vulgo ſacræ largitiones dicebantur, Alii erant per ſingulas Diœceſes, quibus præerant Comites. Alii erant in comitatu una cum ipſo Principe, qui comitatenſes largitiones dicebantur. His præerat Comes largitionum comitatenſium. Erant autem omnes iſti comites ſub diſpoſitione viri illuſtris Comitis ſacrarum largitionum, ut docet notitia utriuſque Imperii. Hic Comes largitionum comitatenſium, Officiales ſub ſe habebat qui Largitionales Comitatenſes dicebantur. Quorum mentio fit in lege 6. codice Th. de diverſis Officiis. *De largitionalibus comitatenſibus & Officialibus Rationalis rerum privatarum cuſtodiri præcepimus* &c. Sic enim ſcribendus eſt locus ille, qui vulgo corruptus eſt.

[3 Ἐπὶ τῦ] ἐπὶ τοῖς τῦ cod. Reg.]

κιος, ὃ περὶ αὐτὸν ἀπεχθῶς Δρακειμένης ἐπ' βύλόγοις ταῖς προφάσεσιν ἐπέξη πόλεως· ἢ γὰ μόνον ὡς ὁ δύσφημος ἐν ψαλμοῖς ἄφρων, λέγῃ· οὐκ ἔστι Θεὸς ἀληθινῶς ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύ-
1 μασι διεφθάρη καὶ διέφθειρε, χαίρων ἐπὶ ταῖς βλα-
2 σφημίαις, ταῖς κτ' ἔ Σωτῆρος πεμπομέναις παρὰ τὴ κτίσῃ λατρευόντων μᾶλλον ἢ κτίσαντα. πῶς γὰρ οὐχ ὅπερ ἦν παρεπλήσιον Ἕλλησιν ἔχων τὸ φρόνημα
3 περσφάτῳ τολμᾷ ὁ ἀληθινὸς σέβειν Θεῷ. ἐπ' ὄψεσι γὰ αὐτῷ τοῦτο τοὺς ἐπαίνους ἔπεμπον· καλῶς ἦλθες ἐπίσκοπε τὸν μὴ λέγων. ὁ
4 Σέραπίς σε φιλῶν εἰσήνεγκε, τὸ πάτριον εἴδωλον ἑαυτῶν ὀνομάζοντες. αὐτίκα γὰ ῥοπῆς οὐδὲ μιᾶς παρελθούσης ὁ περιρημένος Μάγνος, ὁ τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ κοινωνὸς ἀδιαίρετος, καὶ δορυφόρος πικρὸς καὶ Σατράπης ὠμότατος, συναθροίσας καὶ τὰ ὑπὸ ΙΙ ἑαυτοῦ φρονίδα ἐπανακείμενα πλήθη, πρεσβυτέρους καὶ διακόνους ἢ ἀριθμὸν ἐννεακαίδεκα συλλαβόμενος, ὧν τινὲς τὸ ὀγδοηκοστὸν ὑπερβεβήκασιν ἔτος, ὡς ἁλόντας ἐπὶ μυσαρᾷ τινὶ καὶ νόμῳ Ῥωμαίων ἐχθρᾷ, δημόσιον ὁρίσας κριτήριον, κατηνάγκαζεν, οὐκ εἰδὼς τοὺς ὑπὲρ ἢ χριστῆς Χριστιανῶν νόμους, ΙΙ πατρῴαν παρὰ τῶν ἀποστόλων διὰ ἢ πατέρων ἀποδοθεῖσαν ἡμῖν παραδόσιν πίστιν, ἠδόμενον ἐπὶ τούτῳ καὶ ἢ Φιλανθρωπότατον Αὐγούστου Οὐάλεντα διϊσχυριζόμενος· πείθητε τάλανες, λέγων μεγάλῃ τῇ βοῇ, τῷ ἢ Ἀρειανῶν φρονήματι πείθητε. συγγνωμονήσῃ γὰρ ὑμῖν τὸ θεῖον, κἂν ἀληθῆ σέβητε θρησκείαν, οὐκ αὐθαιρέτως, ἀλλὰ πρὸς ἀνάγκην τοῦτο πράξασι. τῇ μὲ γὰρ ἀνάγκῃ ἀπολογία παραλείπεται· τῷ δὲ αὐθαιρέτῳ ἀκολουθεῖ κατηγορία. διὸ τοιούτους λογισμοὺς παρ' ὀφθαλμῶν τιθέμενοι ἥκετε πρόθυμοι, μελλησμὸν ἀποθέμενοι πάντα, τῷ Ἀρείῳ ὑπογράφοντες δόγματι, ὃ νῦν κηρύττει ὀνόματι Λούκιος λέγων· ΒΒ εἰδότες ὡς πειθαρχοῦντες, χρήματα καὶ πόρους καὶ
6 γέρα παρὰ βασιλέων ἕξετε· ἀπαναινόμενοι δὲ, εἱρκτῆς καὶ τρεβλώσεων καὶ βασάνων καὶ μαστίγων καὶ δαμασηρίων πεῖραν λήψεσθε. χρημάτων ὁμοῦ καὶ κτημάτων στερηθέντες· καὶ τῆς πατρίδος μεταναστάντες, εἰς χαλεποὺς οἰκῆσαι τόπους καταχεθήσε-
7 σθε. ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ γενναῖος, ἀπάτῃ ΙΙ ἀπειλὴν κεράσας, μεταναστῆναι ἢ βυσεβοῦς τοὺς πάντας καὶ προτρέπετο καὶ κατηνάγκαζε γνώμης. οἱ δὲ, πικρότερον βασάνου πάσης τιὼ εἰς βυσέβειαν παραδοσίαν

civitatem juſta de cauſa ipſi inferſam introivit. Neque enim ſolum, ſicut deteſtandus ille in pſalmis, inſipiens dicit: Non eſt vere Deus Chriſtus: Sed etiam ſtudiis atque inſtitutis & ipſe corruptus eſt & alios corrupit, gaudens blaſphemiis quæ adverſus Chriſtum jactantur ab iis qui creaturam adorant potius quam Creatorem. Annon enim ita eſt, cum ſceleratus ille affinia & proxima ſentiens Gentilibus, recentem Deum colere audeat. Nam in conſpectu ejus, has laudes acclamabant: Bene adveniſti Epiſcope, qui Filium negas. Serapis te diligens huc adduxit: patrium ſimulacrum ſuum deſignantes. Statim namque, ne momento quidem temporis interjecto, ſupradictus Magnus impietatis ejus individuus comes, acerbus ſatelles & crudeliſſimus Satrapa, collecta multitudine eorum qui ſub ipſius cura ductuque erant, presbyteros ac diaconos novemdecim numero comprehendit, ex quibus nonnulli octogeſimum annum exceſſerant: & quaſi in deteſtando quodam facinore & legibus Romanis contrario deprehenſi fuiſſent, conſtituto publico judicio, ipſe Chriſtianarum de virtute legum ignarus, avitam fidem, ab Apoſtolis continua ſerie per Patres nobis traditam, prodere eos coegit: clementiſſimo Auguſto Valenti gratiſſimum id fore aſſeverans. Aſſentiatis miſeri, clamabat, aſſentiatis dogmati Arianorum. Quamvis enim vera ſit religio quam colitis, ignoſcet tamen vobis Deus: quippe qui non veſtra ſponte, ſed neceſſitate compulſi id feceritis. Nam neceſſitati quidem excuſatio ſemper relinquitur: liberam autem voluntatem ſequitur accuſatio. Has igitur rationes præ oculis veſtris habentes, omni cunctatione abjecta, alacres accedite ad ſubſcribendum dogmati Ariano, quod nunc diſertis verbis prædicat Lucius. Ac pro certo habete, vos, ſi quidem parueritis, pecunias & opes atque honores ab Imperatoribus conſecuturos: ſi vero renuatis, carcerem, tormenta, quæſtiones, flagra & cruciatus vos eſſe ſubituros; & pecuniis ac poſſeſſionibus cunctis ſpoliatos, & patria extorres, in loca aſpera atque incommoda deportandos. Ad hunc modum generoſus ille vir, fraude atque illecebris minas ſuas temperans, hortabatur ſimul & cogebat cunctos, ut à pia ſententia recederent. Verum illi pietatis proditionem omni tormento acerbiorem eſſe ducentes, uti

SÆC. IV.

VALESII ANNOTATIONES.

[1 Χαίρων ἐπὶ ταῖς κατὰ τοῦ σωτῆρος πεμπομέναις βλασφημίαις Cod. Reg.]

[2 Πῶς οὐχ] Πῶς γὰρ οὐχὶ, cod. Reg.]

2 Πῶς ἐχ' ὅπουγε] Codex Regius, cujus variantes lectiones edidit Stephanus, ſcriptum hic habet πῶς γὰρ οὐχί. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus, recte procul dubio.

3 Προσφάτῳ τολμᾷ σέβειν Θεῷ] Sirmundus ex eodem codice Regio edidit περσφατον Θεὸν. Sed nihil opus erat hac emendatione, cum utrumque dici poſſit. Recentem vero Deum Petrus hic appellat Chriſtum, juxta ſenſum Arianorum, qui eum Creaturam eſſe dicebant, non autem ab æterno Deum fuiſſe. Vide quæ ſequuntur paulo poſt in Confeſſione Presbyterorum Eccleſiæ Catholicæ: ubi leguntur hæc verba, ἡμεῖς ὅτι νεῖλον, ὅτι περσφατον σέβον-τες Θεὸν &c. Sic enim legendum eſt ex codice Savilii & ex editione Baſilienſi. [Auguſtinus in Pſalmum 80, de Ario ita ſcribit: *Neſcio quis alius in vanitatem accipiens nomen Domini Dei ſui, fecit ſibi Chriſtum creaturam, Chriſtum imparem & inæqualem generanti, Filium Dei dicens, & Filium Dei negans.* Et paulo poſt: *Tu autem aliud neſcio quid cogitaſti: in corde tuo Deum recentem poſuiſti.* Hilarius in Epiſtola contra Auxentium: *Iſti nunc Chriſtum novum* &c.

[4 Σέρᾶπις] Σάραπις cod. Reg.]

[5 Λούκιος λέγων] Hæc verba Valeſius inverſo ordine legenda notavit, λέγων Λούκιος.]

[6 Βασιλέων] Βασιλέως cod. Reg.

[7 Ἀπάτῃ] Ἀγάπῃ Baſilienſis editio.

SÆC. IV.

Orthodoxorum responsio ad Magni minas.

revera est, his illi verbis coacti responderunt, fraudem ejus pariter ac minas suas virtute animique magnitudine calcantes. Desine tandem, desine, his verbis nos terrere. Cessa inanes proferre sermones. Nos enim nec novicium, nec recentem colimus Deum: licet instar maris fluctuum inaniter spumes, & tanquam vehemens ventus cum fragore irruas, rectæ ac piæ doctrinæ ad extremum usque spiritum adhæsuri sumus: non potentiæ, non sapientiæ expertem, non sine veritate unquam fuisse sentientes Deum: non eum aliquando fuisse Patrem, aliquando autem non fuisse; juxta impium istum Arianum, Filium temporalem esse credendo. Nam si Filius creatura est, ut aiunt Ariomanitæ, nec consubstantialis Patri; ad nihilum redigetur etiam Pater, cum secundum ipsos Filio non existente, Pater aliquando non fuerit. Si vero semper est Pater, existente scilicet ex ipso vero fœtu, & non per defluxum; Deus enim passionis expers est; qui fieri potest, ut non amens sit ac vecors qui de Filio dicit, Fuit tempus cum non esset, cui cuncta accepto ferre debent quod existunt? Hac de causa patres nostri qui ex toto terrarum orbe Nicæam convenere, à quibus excidentes isti, merito spurii facti sunt, cum perversam Arii opinionem, quam nunc junior iste defendit, anathemate damnassent, non alterius quam Patrem substantiæ Filium esse dixerunt, sicuti nunc cogis nos dicere, sed ex una eademque substantia. Quod pio sensu recte intelligentes, ex multis divinis vocibus in unum collectis, consubstantialem esse confessi sunt. Hæc & hujusmodi alia cum dixissent, eos multis diebus Comes in carcere detinuit, ratus eo se facto à pia sententia illos abducturum. Verum illi, velut in stadio fortissimi athletæ, abjecta omni formidine, rebus à majoribus ex divina mente fortiter gestis se ipsos communientes, excelsiore animo pro pietatis defensione stabant, cruciatus gymnasium virtutis esse ducentes. Cum igitur ad hunc modum decertarent, & spectaculum, sicut ait beatus Paulus, facti essent Angelis & hominibus, accurrit tota civitas visura athletas Christi; qui flagra judicis ipsos torquentis tolerantia sua superabant, & tropæa adversus impietatem per patientiam erigebant, & de Arianis palam triumphabant. Quos hostis ille acerbissimus minis ac fraudibus subactos, impiæ in Christum factioni deditum se putabat. Fatigatus igitur in infligendis quæ subinde excogitabat tormentis, cum universus populus crebro ingemisceret ac lugeret; crudelis iste & ab omni sensu

1 *Cor.* 4.

ΚΑτὰ τοῦτον τὸν χρόνον, ἐν Ἐδέσῃ μὲ Ἐφραὶμ ὁ θαυμάσιος, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ διέπρεπε Δίδυμος, καθὰ τ ἀντιπάλων τ ἀληθείας δογμάτων συγχέοντες. ᾗ ἔτος μὲ τῇ Σύρων κεχρημένος φωνῇ, τῆς πνευματικῆς χάριτος τὰς ἀκτίνας ἠφίει. παιδείας γὰς ᾗ γεγευμένος Ἑλληνικῆς, 2 τύς τε πολυχεδεῖς τ Ἑλλήνων διήλεγξε πλάνους, ᾗ πάσης αἱρετικῆς κακοτεχνίας ἐγύμνωσε τὴν ἀσθένειαν. ᾗ ἐπειδὴ Ἁρμόνιος ὁ Βαρδησάνε, ᾠδάς τινας συντεθείκει πάλαι, ᾗ τῇ ᾗ μέλες ἡδονῇ τλὼ ἀσέβειαν κεραίσας, κατεκήλει τὺς ἀκούοντας καὶ ᾠς ὄλεθρον ἤγαγε, μ τ ἁρμονίαν τᾗ μέλες ἐκεῖθεν λαβὼν ἀνέμιξε τλὼ θυσέβειαν, καὶ ᾠσενήνοχε τοῖς ἀκούσι ἥδιςον ὁμοῦ ᾗ ὠνησιφόρον φάρμακον. ταῦτα ᾗ νῦν τὰ ἄσματα, Φαιδροτέρας τ νικηφόρων μαρτύρων τὰς πανηγύρεις ποιεῖ. ὁ δὲ Δίδυμος, παιδόθεν τῆς ὀπτικῆς ἐστερημένος αἰσθήσεως, ᾗ ποιητικῶν ᾗ ῥητορικῶν μετέλαχε παιδευμάτων· ἀριθμητικῆς τε καὶ γεωμετρίας, καὶ 3 ἀστρονομίας, καὶ τᾗ Ἀριστοτέλες συλλογισμῶν, ᾗ τῆς Πλάτωνος θεωρίας, ἀφ' τ ἀκοῶν εἰσεδέξατο τὰ μαθήματα, οὐχ ὡς ἀλήθειαν ἐκπαιδεύοντα, ἀλλ' ὡς ὅπλα τῆς ἀληθείας καθὰ τᾗ ψεύδους γινόμενα. ᾗ μὴτοι ᾗ τῆς θείας γραφῆς μεμάθηκεν, 4 ὐ μόνον τὰ γράμματα, ἀλλὰ ᾗ 5 τὰ τούτων νοήματα. ἐν μὲ οὖν ἀσκηταῖς καὶ τῆς ἀρετῆς φροντισταῖς, ἤτοι κατ' ἐκεῖνον διέλαμπον τὸν καιρόν.

PER idem tempus, Edeſſæ quidem Ephræm admirabilis, Alexandriæ vero florebat Didymus; uterque adverſus dogmata veritati contraria libros conſcribens. Et Ephræm quidem, Syrorum utens lingua, ſpiritalis gratiæ radios diffundebat. Nam cum Græcas literas non attigiſſet, multifidos tamen Græcorum errores confutavit: omneſque hæreticorum fraudes infirmas eſſe oſtendit. Et quoniam Harmonius Bardeſanis filius cantica quædam olim compoſuerat, & modorum ſuavitati impietatem admiſcens, audientium animos demulcebat, & ad exitium pertrahebat; ipſe modorum compoſitionem ab illo mutuatus, pietatem canticis permiſcuit, & ſuaviſſimum ſimul ac utiliſſimum medicamentum audientibus exhibuit. Atque hæc cantica feſtos Martyrum dies lætiores ac ſplendidiores etiamnum efficiunt. Didymus vero cum à puero luminibus orbatus fuiſſet, Poeticam nihilominus ac Rhetoricam artem didicit. Arithmeticam præterea ac Geometriam & Aſtronomiam; Ariſtotelis item ſyllogiſmos & Platonis facundiam aurium ſenſu percepit, non tanquam diſciplinas quæ veritatem docerent, ſed velut tela quibus veritas adverſus mendacium uti poteſt. Sacræ quoque Scripturæ non literas ſolum, ſed & illarum ſenſus edidicit. Inter Monachos igitur & virtutis ſtudioſos cultores, iſti quos diximus tunc temporis enituere.

Soz. lib. III. cap. 16. Ephræm.

Harmonius.

Didymus. Socr. l. IV. cap. 25. Soz. l. III. cap. 15.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Τίνες ἐν τῇ Ποντικῇ ᾗ Ἀσιανῇ διέπρεπον ἐπίσκοποι κτ' τοῦτον τὸν καιρόν.

CAPUT XXX.

De Epiſcopis qui eo tempore per Ponticam & Aſianam Diœceſim floruerunt.

ΕΝ ἐπισκόποις δὲ, Γρηγόριος ἑκάτερος, ὅ, τε Ναζιανζῦ, ᾗ ὁ Νύσης· ὁ μὲ ἀδελφὸς, ὁ δὲ σύσκηνός τε ᾗ συνεργὸς τῆ μεγάλε Βασιλείε τυγχάνων. ἤτοι μὲ οὖν ἐν Καππαδοκίᾳ τῆς θυσεβείας ἐξεμαχέσαντες ἠγώνισαν. συνηγώνισε δὲ αὐτοῖς καὶ Πέτρος, γεννήτορας μὲν Βασιλείῳ ᾗ Γρηγορίῳ τὺς αὐτοὺς ἐχηκὼς, τῆς δὲ ἔξωθεν παιδείας ᾗ μετέχηκὼς σωὶ ἐκείνοις· τὰς δὲ τῆ βίε μαρμαρυγὰς

INTER Epiſcopos vero, Gregorii duo illuſtres fuere, Nazianzenus ac Nyſſenus. Quorum hic quidem frater; ille vero contubernalis fuit Baſilii magni. Et hi quidem in Cappadocia pro pietate decertantes, egregiam operam navarunt. In eodem certamine ſtrenue ſe geſſit etiam Petrus, iiſdem parentibus natus quibus Gregorius atque Baſilius; ſed Gentilium diſciplinis non perinde ac illi excultus, vitæ tamen ſplendore

Socr. l. IV. cap. 26. Soz. l. VI. cap. 16.

Petrus.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ τὸ ὄρος δὲ] Montem Caſium intelligit, qui proximus erat urbi Antiochiæ, quam Theodoritus μεγίστην πόλιν appellat hoc loco & in ſuperiori capite.

2 Τύς τε πολυχεδεῖς] Mallem ſcribere πολυχιδεῖς, id eſt multifidos errores. Suidas & Heſychius πολυχιδὴς interpretantur πολυμερὴς, εἰς πολλὰ μεμερισμένος.

[3 Ἀστρολογίας ſcripſit Valeſius pro Ἀστρονομίας.]

4 Οὐ μόνον τὰ γράμματα] Id eſt, ſacræ ſcripturæ non literalem modo, ſed allegoricum etiam ſenſum perdidicit. In codice regio cujus varias lectiones edidit Stephanus, ſcriptum eſt τὰ ῥήματα.

[5 Τὰ τούτων νο—] Τὰ θεῖα νοήματα cod. Reg.]

Sæc. IV.

cooſpicuus. At in Piſidia Optimus, & Amphilochius in Lycaonia, pro fide à majoribus tradita fortiter propugnantes, adverſariorum impetus retundebant. In Occidentis autem partibus, Damaſus Romanæ urbis Antiſtes, & Ambroſius, cui Mediolanenſis Eccleſiæ commiſſa erat cura, eos qui eminus jaculabantur, feriebant. Cum illis vero juncti ii qui in ultimas oras fuerant relegati, & ſuos per literas confirmabant, & adverſarios profligabant. Omnium enim moderator Deus ejuſmodi tunc gubernatores dedit, qui magnitudini tempeſtatis pares eſſent, & hoſtium violentiæ fortitudinem Ducum oppoſuit, & ſalutaria remedia donavit, temporum illorum acerbitati convenientia. Neque vero hac ſolum ratione clementiſſimus Dominus, Eccleſiarum ſaluti conſuluit; ſed alio etiam ſolatio eas fovere dignatus eſt.

Optimus. *Socr. l. V. cap. 8.* *Amphilochius.* *Socr. l. IV. cap. 29, 30.* *Damaſus.* *Ambroſius.*

ἀφιεὶς. ὁ μὲν Πισιδίᾳ Ὄπτιμος, ὁ Ἀμφιλόχιος ὁ Λυκαονίᾳ, γειτόνες γὰρ τῆς ἑσπερίου μοίρας ὑπάρχοντες πίστεως, τοὺς ἐναντίους ἀπεκρούοντο προσβολάς. ὁ δέ γε τῆ ἑσπέρᾳ, Δάμασος μὲν ὁ Ῥώμης ἡγούμενος, Ἀμβρόσιος δὲ Μεδιόλανον ἐθύνειν πεπιστευμένος τὰς πόῤῥωθεν ἀκοντίζοντας ἔβαλον. καὶ μὴν τούτων, οἱ τὰς ἐσχατιὰς οἰκεῖν ἀναγκασμένοι, γράμμασι τοὺς οἰκείους ἐφίλτρον, καὶ τοὺς πολεμίους κατέλυον. ἀνῤῥώπους γὰρ τῷ μεγέθει τῆς κλύδωνος ἔδωκε κυβερνήτας τῶν ὅλων ὁ πρύτανις, καὶ τῇ τῶν πολεμίων σφοδρότητι τὴν τῶν φρατηγῶν ἀντέταξεν ἀρετὴν, καὶ τοῖς καιροῦ δυσκολίᾳ τὰ ἀλεξίκακα ἔδωκε φάρμακα. ὑ μόνον δὲ ταύτης τῆς προμηθείας ταῖς ἐκκλησίαις μετέδωκεν ὁ Φιλάνθρωπος Κύριος, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας αὐταῖς κηδεμονίας ἠξίωσε.

CAPUT XXXI.

De his quæ Valens ad magnum Valentinianum ſcripſit de bello, & de reſponſo Valentiniani.

NAM cum Gothorum gentem ad bellum concitaſſet, illum qui Orthodoxos ſolos oppugnare noverat, ad Boſporum retraxit. Tum vero demens ille imbecillitatem ſuam agnoſcens, miſit ad fratrem, militares copias ab eo petens. At ille nefas eſſe reſcripſit, ſuppetias ferre homini qui Deo bellum inferret; ſed ejus potius comprimendam eſſe temeritatem. Hæc infelicem illum graviori dolore ac triſtitia affecerunt. Nec tamen à priſtina temeritate deſtitit, ſed in oppugnanda veritate perſeveravit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ΄.

Περὶ τῶν πρὸς Οὐάλεντος τὸν μεγάλῳ Οὐαλεντινιανῷ περὶ τοῦ πολέμου γραφέντων, καὶ τῆς παρ' ἐκείνου πίστεως ἀντιγραφέντων.

ΤΟ γὰρ τῶν Γότθων ἔθνος παρακινήσας εἰς πόλεμον, ἐπὶ τὸν Βόσπορον εἵλκυσε τὴν κατὰ μόνων τῶν θεοσεβῶν μεμαθηκότα στρατεύειν. τότε δὴ τινὰ οἰκείαν ἀδένειαν ὁ μάταιος ἐγνωκὼς, ἀπέστειλε πρὸς τὸν ἀδελφὸν στρατιὰν ἐξαιτῶν. ὁ δὲ ἐπέστειλεν, ὡς οὐχ ὅσιον ἐπαμύνειν ἀνδρὶ πολεμοῦντι Θεῷ· δίκαιον δὲ τινὰ τούτου καταπαύειν θρασύτητα. ταῦτα τὸν δείλαιον ἐκεῖνον μείζονος ἀνίας ἐνέπλησεν· ὑ μὴν ἔληξε τῆς θρασύτητος, ἀλλ' ἐπέμενε κατὰ τῆς ἀληθείας παρατασσόμενος.

CAPUT XXXII.

De Terentii Comitis pietate.

Terentius.

REVERSUS tunc erat ex Armenia, devictis hoſtibus Terentius, Dux præſtantiſſimus & pietate inſignis. Huic Valens poſcendi quidquid vellet liberam facultatem conceſſit. At ille petiit quod pietatis alumnum decebat. Non enim aurum aut argentum, non prædium aut poteſtatem, non domum poſtulavit, ſed Eccleſiam unam iis concedi petiit qui Apoſtolicam doctrinam tuerentur. Imperator vero, accepto precum libello, cum quid in eo contineretur didiciſſet, indignatus eum diſcerpſit, juſſitque Terentio ut alia quæpiam poſtularet. At ille, collectis libelli ſui fragmentis: Accepi, inquit, ô Imperator, & habeo donum quod petii; nec aliud petiturus ſum. Judex enim eſt conſilii mei is, qui judex eſt univerſorum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ΄.

Περὶ τῆς Τερεντίου κόμητος θεοσεβείας.

ΕΠανῆκε μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας Τερέντιος τρόπαια στήσας. ἦν δὲ στρατηλὸς ἄριστος καὶ θεοσεβείᾳ κοσμούμενος. τούτῳ δωρεὰν ὁ Οὐάλης αἰτῆσαι προσέταξεν. ὁ δὲ ἐπήνεσεν ἥνπερ ἔδει τὴν εὐσεβείᾳ σωτηθραμμένον. ᾔτησε γὰρ οὐ χρυσὸν, οὐδὲ ἄργυρον, οὐ χωρίον, οὐ δυναστείαν, οὐκ οἰκίαν, ἀλλ' ἐκκλησίαν μίαν τοῖς τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίας φρονοῦσιν. ὁ δὲ τοῦ ἱκετείαν δεξάμενος, καὶ γνοὺς τὰ ἐγκείμενα, χαλεπήνας διέῤῥηξε, καὶ οἱ ἄλλα τινὰ αἰτῆσαι προσέταξεν. ὁ δὲ τῆς ἱκεσίας συλλέξας τὰ ῥήγματα· ἐδεξάμην, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, καὶ ἔχω τὸ δῶρον, καὶ ἕτερον οὐκ αἰτήσω. σκοπῶν γὰρ κριτὴς, ὁ τῶν ὅλων κριτής.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πρὸς τὸν ἀδελφὸν] Errat hic Theodoritus. Nam Valentinianus Imperator, frater Valentis Auguſti, jam è vivis exceſſerat, tunc cum Gothi trajecto Danubio Thraciam vaſtarunt, & Imperator Valens, relicta Antiochia Conſtantinopolim venire compulſus eſt. Itaque pro Valentiniano Gratianum dicere debuerat Theodoritus, & ἀδελφιδῶν ponere pro ἀδελφόν.

VARIORUM.

a Πρὸς τὸν ἀδελφὸν] Valeſius corrigendum vult ἀδελφιδοῦν, quod hæc poſt mortem Valentiniani acciditſe putaret. Sed falli ipſum oſtendit *Pagius* ad ann. 373. n. 5. Hæc enim de excurſione Gothorum hoc ipſo anno facta intelligenda ſunt, cum adhuc in vivis eſſet Valentinianus. Addit enim Theodoritus in fine capitis, Valentem adhuc in oppugnanda veritate perſeveraſſe: cum tamen Socrates ſcribat, l. IV. c. 5. Valentem, poſtquam accepiſſet Gothos Iſtrum ſuperaſſe, quod anno 376 contigit, orthodoxos Epiſcopos ab exilio revocaſſe. *Vide Locum.*

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΓ'.

Περὶ τῆς Τραϊανοῦ τοῦ στρατηλάτου παῤῥησίας.

Ἐπειδὴ δὲ τὸν Βόσπορον διέβη, εἰς τὴν Θρᾴκην ἀφίκετο, πρῶτον μὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει πλεῖστον διέτριψε χρόνον παρασκευαζόμενος πόλεμον. Τραϊανὸν δὲ σὺν τῇ στρατιᾷ καὶ στρατηγὸν κατὰ τῶν βαρβάρων ἀπέστειλεν. ἐπειδὴ δὲ ἡττηθεὶς ἐπανῆλθεν ἐκεῖνος, ἐλοιδόρει λίαν ὁ Οὐάλης, μαλακίαν αὐτῷ καὶ δειλίαν ἐγκαλῶν. ὁ δὲ παῤῥησίᾳ χρησάμενος ἀνδρὶ γενναίῳ πρεπούσῃ, οὐκ ἐγὼ, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, ἡττήμαι· ἀλλὰ σὺ πρόη νίκην, κατὰ τοῦ Θεοῦ στρατευόμενος, καὶ τοῖς ἐκείνου ῥοπὴν προξενῶν τοῖς βαρβάροις. συμμαχοῦντος γάρ σου τοῖς πολεμίοις, ἐκείνοις συνίστατο. τῷ δὲ Θεῷ ἡ νίκη ἕπεται, καὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ στρατηγουμένοις παρεγίνετο. ἢ οὐκ οἶδα, ἔφη, τίνας τῶν ἐκκλησιῶν ἐξελάσας, τίσι παραδέδωκας ταύτας; ταῦτα δὲ καὶ Ἀρίνθεος καὶ Βίκτωρ, στρατηγοὶ γάρ ἦσαν καὶ αὐτοὶ, συνωμολόγησαν ἔστως ἔχειν, καὶ τῷ βασιλεῖ μὴ χαλεπαίνειν παρήνεσαν, ἐπ' ἐλέγχοις τῇ ἀληθείᾳ συνεζευγμένοις.

CAPUT XXXIII.

De Trajani Magistri militum libera voce.

POSTQUAM vero trajecto Bosporo in Thraciam venit, primum quidem Constantinopoli diutissime moratus est, belli apparatum disponens. Trajanum vero magistrum militiæ cum exercitu misit adversus Barbaros. Qui cum postea victus rediisset, Valens ei graviter convitiatus est, ignaviam & pavorem objectans. At Trajanus, usus loquendi libertate quæ virum fortem decebat: Non ego, inquit, victus sum ô Imperator: sed tu victoriam projicis, qui contra Deum pugnas, ejusque auxilium Barbaris concilias. Cum enim à te impugnetur Deus, ad illorum partes transit. Deum porro comitatur victoria, & illis cedit qui Deum ductorem habent. An nescis quos Ecclesiis expuleris, & quibus eas tradideris? Quin etiam Arintheus & Victor, ipsi quoque Magistri militum, rem ita se habere affirmarunt: & Imperatorem rogarunt ne reprehensiones cum veritate conjunctas iniquo animo ferret.

Trajanus.

Arintheus. Victor.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔ'.

Περὶ Ἰσαακίου τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει μοναζόντος.

Φασὶ δέ τινες Ἰσαάκιον, σκηνὴν αὐτόθι μοναχικὴν ἔχοντα, ἐπειδὴ εἶδεν αὐτὸν συνεξιόντα τῇ στρατιᾷ, βοῇ χρησάμενον φάναι· ποῖ βαδίζεις ὦ βασιλεῦ, καὶ Θεοῦ στρατευσάμενος, καὶ τοῦτον οὐκ ἔχων ἐπίκουρον; αὐτὸς γὰρ κατά σου τοὺς βαρβάρους κεκίνηκεν, ἐπειδὴ καὶ σὺ κατ' αὐτοῦ πολλὰς γλώττας εἰς βλασφημίαν παρέθηξας, καὶ τοὺς ἐκείνου ὑμνοῦντας τῶν θείων οἴκων ἐξήλασας. παῦσαι δὴ οὖν πολεμῶν, καὶ παύσει τὸν πόλεμον. ἀπόδος ταῖς πόλεσι τοὺς ἀεί σου νομέας, καὶ λήψῃ τὴν νίκην ἀποίητί. εἰ δὲ τούτων μηδὲν δέδρακὼς ὑπατάξαιο, μαθήσῃ τῇ πείρᾳ, ὅπως σκληρὸν τὸ πρὸς κέντρα λακτίζειν. ἔστε γὰρ ἐπανήξεις, καὶ προσαπολέσεις στρατιάν. ὀργισθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς, κἀγὼ ἐπανήξω, ἔφη, καὶ καθαιρεθήσομαί σε, καὶ τὸ ψεῦδος προαγορεύσεως εἰσπράξομαι δίκας. ὁ δὲ, ἥκιστα δείσας τὴν ἀπειλὴν, ἔφη βοῶν· κτεῖνον, εἰ φωραθείη τὸ λόγων τὸ ψεῦδος.

CAPUT XXXIV.

De Isaace Monacho Constantinopolitano.

AIUNT præterea Isaacem, qui cellam ibi habebat monasticam, Imperatori ad bellum una cum exercitu proficiscenti ista inclamasse: Quo pergis Imperator, qui Deo bellum intulisti, nec illum habes adjutorem? Ille enim est qui contra te barbaros concitavit, quia tu quoque prior multorum linguas ad blasphemiam contra ipsum excitasti; eos vero qui ipsum laudabant, Ecclesiis expulisti. Desine ergo bellum ei inferre, & ipse bellum comprimet. Redde optimos Pastores gregibus suis, & incruentam victoriam de hostibus reportabis. Quod si his insuper habitis, prælium inieris, re ipsa experturus es, quam durum sit contra stimulum calcitrare. Nam neque ipse reverteris, & exercitum præterea amittes. Ad hæc Imperator ira percitus: Revertar, inquit, teque interficiam, & falsi vaticinii pœnas à te exigam. Tum ille minas neutiquam reformidans, Interfice, inquit, si in verbis meis mendacium fuerit deprehensum.

Soz. l. VI. cap. 40.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Διανέμων τὸν πόλεμον] Christophorsonus nescio quos codices secutus, *διαφαίνων* legit. Atque ita etiam edidit Jacobus Sirmundus [ex codice Regio J. Pini,] vertitque *bellum reformidans*. Nostri tamen codices nihil mutant; Et Epiphanius Scholasticus vulgatam lectionem tuetur. Sic enim vertit: *Primum quidem Constantinopoli commoratus est, præparans bellum.*

2 Ἀλλὰ σὺ πρόη] Rectius in altero codice Regio legitur πρόη duabus syllabis, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Regulariter tamen dicendum esset πρόης. [In codice Regio J. Pini legitur πρόῃς.]

[3 Παραδέδωκας] Παρέδωκας cod. Reg.]

[4 Στρατηγοὶ] Στρατηγὼ — τοῦτο, συνωμολογησάτω. & mox παρηνεσάτω cod. Reg.]

5 Ἀλόγοις συνεζευγμένους] In MS. codice Henrici Savilii scriptum est *συντεζευγμένην*, quemadmodum edidit Sirmundus. Sed cum nullus in hac lectione sit sensus, totum locum malim ita scribere, *μὴ χαλεπαίνειν παρήνεσαν ἐπ' ἐλέγχοις τῇ ἀληθείᾳ συνεζευγμένοις.* Nihil clarius est hac lectione, nihil certius. [Atque ita diserte scriptum habet codex Regius J. Pini: cujus autoritate firmati conjecturam meam non mediocriter sum gavisus.]

CAPUT XXXV.

De Vetranionis Episcopi Scythiæ in loquendo libertate.

Soz. l. VI. cap. 21. SED & Vetranio, vir omnium virtutum genere exornatus, qui totius Scythiæ pontificatum gerebat, animum suum Divino zelo succendit, & Valentem ob doctrinæ pravitatem & ob iniquas Sanctorum vexationes, coram redarguit: cum sanctissimo Davide clamans: Loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum, & non confundebar.

Psal. 119. 46.

CAPUT XXXVI.

De expeditione Valentis adversus Gothos, & quales impietatis pœnas dederit.

Socr. l. IV. cap. 38. Soz. l. VI. cap. 40. AT Valens, spretis optimis illis Consiliariis, excercitum quidem præmisit ad prælium: ipse vero in quodam vico residens, victoriam expectabat. Sed cum milites impetum Barbarorum sustinere non potuissent, in fugam versi sunt, & à Barbaris insequentibus cædebantur. Et ipsi quidem contentissimo cursu fugiebant. Barbari vero totis viribus instabant. Cumque ad vicum perveniissent in quo Valens, audita suorum clade, occultare se nitebatur: injecto igne, illum pietatis hostem simul cum vico incenderunt. Hoc modo Valens in hac etiam vita scelerum suorum pœnas dedit.

Valentis interitus.

CAPUT XXXVII.

Quomodo Gothi in Arianam hæresim delapsi sint.

Soz. l. VI. cap. 37. EGO vero operæpretium facturus mihi videor, si ignaros docuero, qualiter Barbari Arianam hæresim amplexi sint. Quo tempore Gothi Istrum trajicientes, fœdus cum Valente percusserunt, abominandus ille Eudoxius qui tum aderat, suggessit Imperatori, persuadendum esse Gothis ut cum ipso communicarent: Nam cum diu antea divinæ cognitionis radiis illustrati essent, in Apostolica doctrina semper fuerant innutriti. Quippe, aiebat Eudoxius, unius dogmatis communio pacem firmiorem efficiet. Quod consilium cum approbasset Valens, optimatibus Gothorum proposuit ut in doctrina fidei cum ipso consentirent. At illi responderunt, nunquam se adduci posse ut a majorum suorum doctrina discederent. Porro ea tempestate Ulfila totius gentis erat Episcopus, magnæ apud illos auctoritatis, & cujus verba pro firmissimis legibus habebant: hunc Eudoxius cum & verbis demulsisset, & muneribus illexisset, eo impulit, ut Gothos ad communionem Imperatoris amplectendam adduceret. Id autem persuasit, cum diceret contentionem ex ambitione ortam esse; dogmatum vero nullam esse discrepantiam. Quamobrem Gothi hactenus Patrem quidem Filio majorem esse dicunt, Filium tamen creaturam dicere non sustinent, licet cum iis communicent qui

Ulfila.

Eudoxius.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ'.

Περὶ τῆς Βρετανίωνος τοῦ Σκυθίας ἐπισκόπου παῤῥησίας.

ΚΑὶ Βρετανίων, παντοδαπῇ μὲν λαμπρυνόμενος ἀρετῇ, πάσης δὲ τῆς Σκυθίας τὰς πόλεις ἀρχιερατικῶς ἰθύνειν πεπιστευμένος, ἐπύρωσέ τε τῷ ζήλῳ τὸ φρόνημα, καὶ τῆς τῶν δογμάτων διαφθορᾶς, καὶ τὰς τῶν ἁγίων παρανομίας τῷ Οὐάλεντος ἤλεγξε· καὶ μὴν ἔγωγε θειοτάτῳ Δαβὶδ ἐβόα, ἐλάλουν ἐν τοῖς μαρτυρίοις σου ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ἠσχυνόμην.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛϚ'.

Περὶ τῆς τῶν Γότθων Οὐάλεντος φρατείας, καὶ ὅπως ἔπισε τῆς ἀσεβείας δίκας.

ΟΔὲ τῶν συμβούλων ἐκείνων τῶν ἀρίστων καταφρονήσας, τὴν μὲν φρατρὰν εἰς τὴν παράταξιν προὔπεμψεν· αὐτὸς δὲ ἔν τινι κώμῃ καθήμενος, τὴν νίκην προσεμένεν. οἱ δὲ φραπῶται τῶν Βαρβάρων οὐκ ἀνεσχόντες τὴν ῥύμην, ἐτράποντο καὶ κατεκτείνοντο διωκόμενοι. καὶ οἱ μὲν ἔφυγον τῷ τάχει, οἱ δὲ κατακράτος ἐδίωκον. καταλαβόντες δὲ τὴν κώμην ἐκείνην οἱ Βάρβαροι, ἔνθα ὁ Οὐάλης ἦν ἦσαν μεμαθηκὼς ἐπφεράθη λαθεῖν, πῦρ ἐμβαλόντες, ἐνέπρησαν σὺν τῇ κώμῃ καὶ τὸν δυσσεβείας ἀντίπαλον. οὕτω μὲν δὴ ἐκεῖνος, καὶ τῷ παρόντι βίῳ ποινὴν ἔτισεν ὑπὲρ ὧν ἐπλημμέλησεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΖ'.

Πόθεν οἱ Γότθοι τῆς Ἀρειανικῆς μετέλαχον πλάνης.

ΕΓὼ δὲ προὔργου νομίζω, διδάξαι τοὺς ἀγνοοῦντας, ὅπως οἱ Βάρβαροι τὴν Ἀρειανικὴν εἰσεδέξαντο νόσον. Ὅτε τὸν Ἴστρον διαβάντες, σπονδὰς τῷ Οὐάλεντι τῇ εἰρήνῃ ἐσπείσαντο, τηνικαῦτα παρὼν Εὐδόξιος ὁ δυσώνυμος, ὑπέθετο τῷ βασιλεῖ πεῖσαι αὐτῷ κοινωνῆσαι τοὺς Γότθους. πάλαι γὰρ τὰς τῆς θεογνωσίας ἀκτῖνας δεξάμενοι, τοῖς ἀποστολικοῖς ἐτρέφοντο δόγμασι. βεβαιοτέραν γὰρ, ἔφη, τὸ κοινὸν τοῦ φρονήματος, τὴν εἰρήνην ἐργάσεται. ταύτῃ ἐπαινέσας τὴν γνώμην ὁ Οὐάλης, προὔτεινε τοῖς ἐκείνων ἡγεμόσι τῶν δογμάτων τὴν συμφωνίαν. οἱ δὲ οὐκ ἀνέξεσθαι ἔλεγον τὴν πατρῴαν καταλείψειν διδασκαλίαν. καθ' ἐκεῖνον δὲ τὸν χρόνον, Οὐλφίλας αὐτῶν ἐπίσκοπος ἦν, ᾧ μάλα ἐπείθοντο, καὶ τοὺς ἐκείνου λόγους ἀκινήτους ὑπελάμβανον νόμους. τοῦτον καὶ λόγοις καταπλήσας Εὐδόξιος, καὶ χρήμασι δελεάσας, πεῖσαι παρεσκεύασε τοὺς βαρβάρους τῆς βασιλέως κοινωνίαν ἀσπάσασθαι. ἔπεισε δὲ, φήσας ἐκ φιλοτιμίας γεγενῆσθαι τὴν ἔριν, δογμάτων δὲ μηδεμίαν εἶναι διαφοράν. ᾧ δὴ ἕνεκα μέχρι καὶ τήμερον οἱ Γότθοι μείζονα μὲν τὸν Πατέρα λέγουσι τοῦ Υἱοῦ· κτίσμα δὲ τὸν Υἱὸν εἰπεῖν οὐκ ἀνέχονται, καίτοι κοινωνοῦντες τοῖς λέγουσιν.

ἀλλ'

ἀλλ' ὅμως οὐ παντάπασι τὴν παζῴαν διδασκαλίαν κατέλιπον. ϗ γὰς Οὐλφίλας Εὐδοξίῳ καὶ Θυάλεντι κοινωνῆσαι πείθων αὐτὸς, ὡς εἶναι δογμάτων ἴφη διαφοζὰν, ἀλλὰ ματαίᾳ ἔριδι ἐργάσαθαι τὴν διάςασιν.

ita dicunt. Nec tamen à majorum doctrina penitus discesserunt. Etenim Ulfila, cum eis persuadere vellet ut cum Valente & Eudoxio communicarent, nullam dogmatum discrepantiam esse dixerat; sed ex inani altercatione ortum fuisse discidium. SÆC. IV.

Τετάρτου λόγου τέλος.

Explicit Liber quartus.

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ Ἱστορίας λόγος Ε΄.

ά Περὶ τῆς Γρατιανοῦ τοῦ βασιλέως θὐσεβείας.
β΄ Περὶ τῆς ἐπανόδου τῶν ἐπισκόπων.
γ΄ Περὶ τῆς Παυλίνου φιλονεικίας, ϗ τ᾽ Ἀπολιναρίου τῦ Λαοδικέως καινοτομίας, ϗ ὡς ἐπ᾽ Μελετίου φιλοσοφίας τε ϗ φιλοθείας.
δ΄ Περὶ Εὐσεβίου τῦ ἐπισκόπου Σαμοσατῶν.
ε΄ Περὶ τῆς Θεοδοσίου χρατηγίας.
ς΄ Περὶ τῆς τύτου βασιλείας, καὶ ὧν προεῖδεν ὀνείρων.
ζ΄ Τίνες ἐπίσημοι προςάται τῆς Ἀρείου συμμοιρίας ἐγένοντο.
η΄ Περὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθείσης συνόδου.
θ΄ Συνοδικὸν περὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει συνόδου.
ι΄ Συνοδικὸν Δαμάσου ἐπισκόπου Ῥώμης κατ᾽ Ἀπολιναρίου ϗ Τιμοθέου χραφέν.
ια΄ Ἄλλο τοῦ αὐτοῦ συνοδικὸν κατ᾽ ἀιρόντων αἱρέσεων.
ιβ΄ Περὶ τῆς Γρατιανοῦ πλευτῆς ϗ τῆς Μαξίμου τυραννίδος.
ιγ΄ Περὶ Ἰουστίνης τ᾽ Οὐαλεντινιανοῦ γαμετῆς ϗ τ᾽ κατὰ Ἀμβρόσιον γενομένης ἐπιβολῆς.
ιδ΄ Περὶ τῶν παρὰ Μαξίμου τῦ τυράννου Οὐαλεντινιανῷ τῷ νέῳ δηλωθέντων.
ιέ Περὶ τῶν παρὰ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως περὶ τούτου χραφέντων.
ις΄ Περὶ Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου.
ιζ΄ Περὶ τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ γενομένων σφαγῶν.
ιη΄ Περὶ τ᾽ Ἀμβροσίου τοῦ ἐπισκόπου παῤῥησίας ϗ τῆς τοῦ βασιλέως θὐσεβείας.
ιθ΄ Περὶ Πλακίλλης τῆς βασιλίδος.
κ΄ Περὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ γενομένης χάσεως.
κά Περὶ τῶν πανταχοῦ γῆς καταλυθέντων εἰδωλικῶν ναῶν.
κβ΄ Περὶ Θεοφίλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, καὶ τῶν ἐν τῇ καθαιρέσει τῶν εἰδώλων αὐτόθι γενομένων.
κγ΄ Περὶ Φλαβιανοῦ τοῦ Ἀντιοχείας ἐπισκόπου, ϗ τῆς ἐπὶ Παυλίνου γενομένης τοῖς δυτικοῖς διαχάσεως.
κδ΄ Περὶ τῆς Εὐγενίου τυραννίδος ϗ τ᾽ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως ἐπὶ πίστεως νίκης.
κέ Περὶ τῆς Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως πλευτῆς.
κς΄ Περὶ Ὀνωρίου τοῦ βασιλέως, ϗ Γελεμάχου μονάρχου.
κζ΄ Περὶ τῆς Ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως θὐσεβείας, ϗ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου χειροτονίας.
κή Περὶ τ᾽ κτ᾽ Θεὸν τοῦδε τοῦ ἐπισκόπου παῤῥησίας.
κθ΄ Περὶ τῶν ἐν Φοινίκῃ δι᾽ αὐτοῦ καταλυθέντων εἰδωλικῶν ναῶν.
λ΄ Περὶ τῆς ἐκκλησίας τ᾽ Γότθων.
λά Περὶ τῆς εἰς Σκύθας ὑπ᾽ αὐτοῦ γενομένης προνοίας, ϗ τοῦ κτ᾽ τ᾽ Μαρκιανιστῶν ζήλου.
λβ΄ Περὶ τῆς Γαϊνᾶ αὐτήστως ϗ τ᾽ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἀνπῤῥήστως.
λγ΄ Περὶ τῆς παρὰ τοῦ Χρυσοστόμου πρὸς αὐτὸν πρεσβείας.
λδ΄ Περὶ τῶν δι᾽ αὐτὸν συμβεβηκότων.
λε΄ Περὶ Θεοφίλου τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας.
λς΄ Περὶ τ᾽ ὕστερον γενομένης τοῖς πεπολεμηκόσιν Ἰωάννῃ τῷ ἐπισκόπῳ μεταμελείας, ϗ τ᾽ λειψάνων αὐτοῦ μεταχομιδῆς.
λζ΄ Περὶ τῆς πίστεως Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, ϗ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ.
λή Περὶ Θεοδότου τοῦ ἐπισκόπου Ἀντιοχείας.
λθ΄ Περὶ τῶν ἐν Περσίδι διωγμοῦ ϗ τῶν ἐκεῖ μαρτυρησάντων.
μ΄ Περὶ Θεοδώρου τοῦ ἐπισκόπου Μοψουεστίας.

IN

IN QVINTO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBRO hæc continentur.

CAP. I. DE pietate Imp. Gratiani.
II. De reditu Episcoporum.
III. De Paulini contentione; & de novitate doctrinæ Apollinaris Laodiceni, & de Meletii sapientia ac pietate.
IV. De Eusebio Samosatense Episcopo.
V. De Theodosio Magistro militum.
VI. De Imperio Theodosii & de somniis ab eo visis.
VII. Quinam fuerint insignes Arianæ factionis Antistites.
VIII. De Concilio Constantinopolitano.
IX. Epistola Synodica Concilii Constantinopolitani.
X. Epistola Synodica Damasi Episcopi urbis Romæ contra Apollinarem & Timotheum scripta.
XI. Alia ejusdem Damasi Synodica Epistola contra diversas hæreses.
XII. De interitu Gratiani & de Maximi tyrannide.
XIII. De Justina Valentiniani uxore, deque insidiis ab ea structis Ambrosio.
XIV. De iis quæ Maximus tyrannus Valentiniano Juniori scripsit.
XV. De his quæ à Theodosio Imp. scripta sunt his de rebus.
XVI. De Amphilochio Iconii Episcopo.
XVII. De hominum cæde quæ facta est Thessalonicæ.
XVIII. De Ambrosii Episcopi in loquendo libertate; & de pietate Imperatoris.
XIX. De Flaccilla Imperatrice.
XX. De seditione quæ facta est Antiochiæ.
XXI. De templis Idolorum ubique subversis.
XXII. De Theophilo Alexandriæ Episcopo, & de his quæ in eversione Idolorum illic gesta sunt.
XXIII. De Flaviano Antiochiæ Episcopo; & de discidio propter Paulinum inter Occidentales & Orientales exorto.
XXIV. De tyrannide Eugenii, & quomodo Theodosius ob fidei suæ meritum, victoriam reportavit.
XXV. De morte Imp. Theodosii.
XXVI. De Honorio Imp. & de Telemacho Monacho.
XXVII. De pietate Imp. Arcadii, & de Joannis Chrysostomi Ordinatione.
XXVIII. De Joannis Episcopi divina in loquendo libertate.
XXIX. De templis Idolorum à Joanne subversis in Phœnice.
XXX. De Ecclesia Gothorum.
XXXI. De ejusdem erga Scythas providentia, & de zelo adversus Marcionistas.
XXXII. De petitione Gainæ, & de Joannis Chrysostomi responsione.
XXXIII. De Chrysostomi ad Gainam legatione.
XXXIV. De his quæ Joannis causa acciderunt.
XXXV. De Cyrillo Episcopo Alexandriæ, & de Alexandro Episcopo Antiochiæ.
XXXVI. Quomodo eos qui Joannem persecuti fuerant, postea facti sui pœnituerit: & de reliquiarum ejus translatione.
XXXVII. Fides Theodosii Junioris & sororum ejus.
XXXVIII. De Theodoro Antiochensi Episcopo.
XXXIX. De persecutione Christianorum in Persida, & qui illic Martyrium perpessi sint.
XL. De Theodoto Episcopo Mopsuestiæ.

ΘΕΟΔΩ-

ΘΕΟΔΩΡΙΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΛΟΓΟΣ Ε'.

THEODORITI EPISCOPI CYRI ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER V.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ τ Γρατιανῦ τ βασιλέως θὐσεβείας.

Ὅπως μὺ ἐπὶ πλεῖςον φέρει τοὺς καθ' αὐτ λυπῶντας ὁ δεσπότης Θεὸς, καὶ ὅπως κολάζει τοὺς ὀδὲ εἰς δέον τ μακροθυμίᾳ χρωμένους, τοιαῦτα καὶ δεδρακὼς κ πεπονθὼς ὁ Οὐάλης ἐδίδαξεν ἀκριβῶς. οἷον γάρ πσι ςαθμοῖς κ ζυγοῖς, οἴκτῳ καὶ δικαιοσύνῃ χρώμενος ὁ Φιλάνθρωπος, ὅταν ἴδῃ τινὰ τῷ μεγέθει τ πλημμελημάτων ὑπερβάλλοντα τ̃ς Φιλανθρωπίας τὰ μέτρα, τ̃ δικαίᾳ τιμωρίᾳ κωλύει τὸν ἐπὶ τὰ πρόσω Φορᾶν. Γρατιανὸς δὲ, ὁ Οὐαλεντινιανοῦ μ̃ὸς, Οὐάλεντος δ ἀδελφιδοῦς, πᾶσαν τ Ῥωμαίων ἡγεμονίαν παρέλαβε. πάλαι μὺ γὰρ τ̃ς Εὐρώπης παρειλήφει τὰ σκῆπτρα μετὰ τὸν τ̃ πατρὸς τελευτήν. καὶ ἐκείνου δέ γε θείοντος, ἐκοινώνει τ̃ς βασιλείας. προσέλαβεν οὖν καὶ τὸν Ἀσίαν καὶ τὰ λειπόμενα τ̃ς Λιβύης, ἄπαιδος ἀναιρεθέντος τ̃ Οὐάλεντος.

CAPUT I.

De pietate Imp. Gratiani.

QUALITER Dominus Deus homines furore atque insania contra ipsum elatos, diutissime sustineat, & qualiter puniat eos qui ipsius abutuntur patientia, Valentis actus quos retulimus, ejusdemque exitus perspicue demonstrant. Misericordia enim ac justitia, velut quibusdam libris ac trutinis utens clementissimus Dominus, ubi aliquem viderit magnitudine scelerum, clementiæ modum excedere, impetum ad ulteriora tendentem justa animadversione comprimit. Gratianus vero Valentiniani filius, cujus Valens patruus fuerat, Imperii Romani summam obtinuit. Jam enim antea Europæ sceptra post obitum patris sui susceperat. Sed & ab illo adhuc superstite in consortium Imperii fuerat adscitus: Valente vero absque liberis extincto, Asiam quoque & residuam Africæ partem Imperio suo adjunxit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ τ̃ς ἐπανόδου τ̃ν ἐπισκόπων.

Εὐθὺς μὺτοι τ θὐσέβειαν ἣν εἶχεν, ἐκδηλοτέραν κατέςησε, κ τ βασιλείας τὰς ἀπαρχὰς τ̃ παμβασιλεῖ τ̃ ὅλων προσήνεγκε. 1 νόμον γ̃ ἔγραψε, κ τοὺς ἐληλαμένους ποιμένας ἐπανελθεῖν κελεύων κ τοῖς σφετέροις ἀποδοθῆναι ποιμνίοις, κ τὺς θείους

CAPUT II.

De reditu Episcoporum.

STATIM ergo pietatem quam in animo insitam habebat, manifestiorem reddidit, & Imperii sui primitias summo omnium Imperatori consecravit. Lege enim lata præcepit, ut pastores qui in exsilium ejecti fuerant redirent, suisque gregibus restituerentur, *Socr. l. V. cap. 2, 3. Soz. l. VII. cap. 1.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Νόμον γὰρ ἔγραψε] Extat ea lex Gratiani in lib. XVI. codicis Theodosiani, Titulo de fide Catholica. Quamquam in codice Theodosii, ea lex non Gratiano tribuitur, sed Theodosio, & Thessalonicæ data esse scribitur Gratiano Augusto V & Theodosio Coss. Lex autem Gratiani cujus hic meminit Theodoritus, lata erat ante principatum Theodosii. † Etenim Sapor Magister Militum á Gratiano missus est in Orientem, ut hanc legem executioni mandaret, quemadmodum scribit Theodoritus. Quod certe nunquam à Gratiano præsumptum fuisset, si tunc temporis Theodosius Orientis Imperium obtinuisset. Porro lex Theodosii qua Basilicas ademit hæreticis, memoratur à Marcellino in libello precum quem obtulit Theodosio pag. 82.

VARIORUM.

† Perperam Valesius ait, Legem 2. de Fide Catholica datam esse à Gratiano. constat enim eam à Theodosio emissam; quod aperte docet ejus Inscriptio, *Edictum ad populum urbis Constantinopolitanæ*, & subscriptio, *Dat. Thessalonicæ*, & confirmat Sozomeni auctoritas. *Vid. Ant. Pagi ad ann.* 378. *n.* 8, 9, 10, 11.

Sæc. IV. *Damasus.*

utque ædes ſacræ iis traderentur qui cum Damaſo communicarent. Hic autem Damaſus, Epiſcopus erat urbis Romæ, qui poſt Liberium Eccleſiæ illius curam ſuſceperat: vir ſanctitate vitæ conſpicuus, & qui pro Apoſtolica doctrina nihil non dicere atque agere paratus eſſet. Porro ſimul cum lege, Saporem quoque Magiſtrum militum miſit, qui tunc celeberrimus habebatur. Et Arianæ quidem blaſphemiæ prædicatores, tanquam feras quaſdam, à ſacris ædibus excludi juſſit: optimis autem Paſtoribus ac divino gregi eaſdem reſtitui. Atque id quidem in ſingulis provinciis ſine controverſia executioni mandatum eſt. Antiochiæ vero, quæ Metropolis eſt Orientis, hujuſmodi contentio extitit.

οἴκους ἀποδοθῆναι τοῖς τὴν Δαμάσου κοινωνίαν προαιρουμένοις. Δάμασος ὁ γνώριμος Ῥώμης ἐπίσκοπος ἦν, ὁ ἀξιεπαίνῳ βίῳ κοσμούμενος, ὁ πάντα λέγειν ὁ πράττειν ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων αἱρούμενος. ὃν δὴ Λιβέριον γὰρ τὸν τῆς ἐκκλησίας παρειλήφει κηδεμονίαν. συνεξέπεμψε δὲ τῷ νόμῳ ὁ Σάπωρα τὸν στρατηγὸν, ὀνομαστότατον τηνικάδε ὄντα. ὁ τὸν μὲν Ἀρείου βλασφημίας τοὺς κήρυκας, οἵα πινας θήρας, τῶν ἱερῶν οἴκων ἐξελάσαι, τοὺς δὲ ἀρίστους ποιμένι ὁ τοῖς θείοις ποιμνίοις τούτους ἀποδοθῆναι προσέταξε. ὁ ὃ ἐκάστῳ μὲν ἔθνει τοῦτό γε ἀδιαφόρως ἐγένετο, ὃ δ' Ἀντιοχείᾳ ἣ τῆ τῆς ἑῴας ἡγουμένῃ [1] ἔρις [2] ἐγένετο τοιάδε.

CAPUT III.

De Paulini contentione; & de novitate doctrinæ Apollinaris Laodiceni; & de Meletii ſapientia ac pietate.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ τῆς Παυλίνου φιλονεικίας, ὁ τῆς Ἀπολιναρίου τοῦ Λαοδικέως καινοτομίας, ὁ περὶ τοῦ Μελετίου φιλοσοφίας τε ὁ φιλοθεΐας.

Supra, l. II. c. 31. l. III. c. 5.

DUAS in partes, uti ſupra retulimus, diviſi erant Apoſtolicæ doctrinæ propugnatores. Et alii quidem, ſtatim poſt inſidias in magnum Euſtathium ſtructas, Arianam perfidiam deteſtati, & ſeorſum conventus agentes, Paulinum Antiſtitem habebant. Alii vero, qui poſt ordinationem Euzoii, una cum præſtantiſſimo Meletio ſeſe ab impiis ſecreverant, eaque diſcrimina pertulerant quæ ſupra commemoravimus, à ſapientiſſimo doctore Meletio regebantur. Præter hæc Apollinaris Laodicenus tertiæ quoque factionis ſeipſum auctorem præbuit. Qui aſſumpta pietatis perſona, cum Apoſtolicam doctrinam viſus eſſet defendere, paulo poſt manifeſtus hoſtis apparuit. De divina enim natura perperam diſſeruit, gradus quoſdam dignitatum in illa excogitans: & diſpenſationis myſterium imperfectum auſus eſt affirmare, & animam ratione præditam cui corporis regendi cura commiſſa eſt, ſalutis exſortem fuiſſe aſſeveravit. Nam cum Deus Verbum juxta ſententiam illius, eam non aſſumpſerit, nec medelam ei attulit, nec honorem impertiit. Sed corpus quidem terrenum, ab inviſibilibus poteſtatibus adoratur. Anima vero quæ ad imaginem Dei facta eſt, inferius remanſit, peccati infamia ac dedecore operta. Multa quoque alia, cæco mentis errore ductus aſſeruit. Interdum enim Chriſtum ex ſancta virgine carnem ſumpſiſſe aſſentiebatur: interdum vero aiebat, illam una cum Deo Verbo è cœlo delapſam eſſe: nonnunquam vero Verbum

Διχῆ μέν, ὡς ὁ πρόσθεν εἰρήκαμεν, οἱ τῶν ἀποστολικῶν ὑπεραγωνιζόμενοι δογμάτων διήρηντο. ὁ οἱ μὲν εὐθὺς μετὰ τὴν κατὰ Εὐσταθίου ὁ μεγάλην τυρβοθεῖσαν ἐπιβουλὴν, τὴν Ἀρειανικὴν βδελυξάμενοι βδελυρίαν, ὁ χωρὶς σφᾶς αὐτοὺς ἀθροίζόμενοι, Παυλῖνον εἶχον ἡγούμενον. οἱ δὲ μετὰ τὴν Εὐζωΐου χειροτονίαν σὺν Μελετίῳ τῷ πάνυ τῶν δυσσεβούντων ἀποκριθέντες, ὁ τὸς κινδύνους ἐκείνους οὓς διεξήλθομεν ὑπομείναντες, ὑπὸ τῆς Μελετίου σοφωτάτης διδασκαλίας ἰθύνοντο. μετὰ δὲ τούτους [a] Ἀπολινάριος ὁ Λαοδικεὺς, ἑτέρας νῦν συμμορίας ἑαυτὸν ἀπήρχην ἀρχηγόν· ὃς τὸ τῆς εὐσεβείας εὐθέμενος πρόσωπεῖον, ὁ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων δόξας ὑφαρπάζειν, μικρὸν ὕστερον φανὴς ὤφθη πολέμιος. ὁ γὰρ περὶ τῆς θείας φύσεως κιβδήλοις ἐχρήσατο λόγοις, βαθμούς τινας ἀξιωμάτων γεννήσας, ὁ τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον, ἀτελὲς ἀποφῆναι τετόλμηκε, ὁ τὴν λογικὴν ψυχὴν τὴν ἰθύνειν τὸ σῶμα πεπιστευμένην, ἐκπεπτῶκέναι τῆς γενομένης ἔφησε σωτηρίας. οὐκ εἰλικρινῶς γὰρ ταύτην τὴν ἐκείνου λόγον ὁ Θεὸς Λόγος, οὔτε ἰατρείας ἠξίωσεν, οὔτε τιμῆς μετέδωκεν. ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα τὸ γήϊνον ὑπὸ τῶν ἀοράτων προσκυνεῖται δυνάμεων· ἡ δὲ ψυχὴ ἡ κατ' εἰκόνα θείαν γεγενημένη, κάτω μεμένηκε, τῆς δὲ ἁμαρτίας ἀτιμίαν περικειμένη. πολλὰ δὲ ὁ [3] ἕτερα πρὸς τούτοις εἶπεν ἐσφαλμένη ὁ τυφλωττούσῃ διανοίᾳ. ποτὲ μὲν γὰρ συνωμολόγει ὁ αὐτὸς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου περισῴζῆσθαι τὸ σάρκα, ποτὲ δὲ ἀμφινόθεν ταύτην τῷ Θεῷ Λόγῳ συγκατειληλυθέναι φησίν· [4] ἄλλοτε δὲ αὐτὸν γεγεννῆσθαι

VALESII ANNOTATIONES.

1 Μετὰ Λιβέριον γὰρ] In codice [Regio &] Savilii ſcribitur *μετὰ Λιβέριον δὲ*, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus.

2 Ἔρις ἀνήφθη] In codice Saviliano [& Regio,] & in editione Baſilienſi ſcriptum inveni ἔρις ἐγένετο, quod magis probo. [In eodem codice Regio tres præterea voces leguntur non inutiles, hoc modo, ἔρις ἐγένετο περὶ τοῦδε τοιάδε. Id eſt, *hæc rurſus de cauſa hujuſmodi eſt orta contentio.*]

3 Ἕτερα πρὸς τούτοις εἶπεν] Πρὸς τούτοις καὶ ἕτερα ἐπιφέρωσιν Cod. Reg.]

4 Ἄλλοτε δὲ] Δὲ abeſt à cod. Reg.]

VARIORUM.

a Ἀπολινάριος] Apollinarii dogmata pleniſſime refellit Greg. Nazianzenus in Epiſtola ad Nectarium, & in duabus ad Cledonium Epiſtolis, ſive Orationibus 51, 52.

σάρκα,

σάρκα, ὑδὲν ἐξ ἡμῶν εἰληφότα. ἑτέρους δὲ μύθους καὶ λήρους ταῖς θείαις ἐπαγγελίαις συνέζευξεν, ὡς ἐγὼ λέγω περιττὸν ἐπὶ γε παρόντος νενόμικα. ἐκεῖνος μὲν οὖν τοιαῦτα λέγων, οὐ μόνον τοὺς οἰκείους τοῦ λύμης ἐνέπλησεν, ἀλλὰ καὶ πισὶ τῶν ἡμετέρων τοῦ λοιμοῦ μετέδωκε. χρόνῳ γοῦν ὕστερον τινὰ τε σφετέραν ὁρῶντες βιτέλειαν, καὶ τὴν τῆς ἐκκλησίας θεώμενοι περιφάνειαν, συνήφθησαν μὲν πλὴν ὀλίγων ἅπαντες, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας μετέλαχον· τὴν δὲ προτέραν οὐκ ἀπέθεντο νόσον, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν πάλαι ἐρρωμένων, ταύτης ἐνέπλησαν. ἐκ τῆσδε τῆς ῥίζης, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις ἐβλάστησεν ἡ μία τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος φύσις, καὶ τὸ τῇ θεότητι τοῦ μονογενοῦς προσάπτειν τὸ πάθος, καὶ τἆλλα ὅσα τε τοῖς ἄλλοις λαοῖς καὶ τοῖς ἱερεῦσι τὴν διαμάχην γεγέννηκεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον γεγένηται. τότε δὲ ἀφικομένου Σάπωρος τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τὸν βασιλικὸν ἐπιδείξαντος νόμον, ἐχυείζετο μὲν ὁ Παυλῖνος, αὐτὸς ἑνὶ τῷ Δαμάσῳ μεείδος· ἐχυείζετο δὲ καὶ ὁ Ἀπολινάριος, καταχρύπτων τὴν νόσον. ὁ δὲ θεῖος Μελέτιος ἡσυχῇ καθῆστο, τὰς ἐκείνων ἀνεχόμενος ἔριδος. Φλαβιανὸς δὲ ὁ σοφώτατος, τῶν τῆς πρεσβυτέρων ἐσκατειλεγμένος ἔτι χορῷ, πρῶτον μὲν πρὸς τὸν Παυλῖνον ἔφη, τοῦ στρατηγοῦ ἐπαΐοντος· εἰ τῷ Δαμάσῳ τὴν Φιλότης κοινωνίαν ἀσπάζῃ, ἐπίδειξον ἡμῖν σαφῶς τῆς τῶν δογμάτων συγγένειαν. ἐκεῖνος γὰρ μίαν τῆς τριάδος ὑπὰν ὁμολογῶν, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις διαῤῥήδην κηρύττει. σὺ δὲ ἄντικρυς τὰς ὑποστάσεων ἀναιρεῖς τὴν Τριάδα. δεῖξον δὴ οὖν τῶν δογμάτων τὴν συμφωνίαν, καὶ λάβε τὰς ἐκκλησίας κατὰ τὸν νόμον. ὅπως ἐκεῖνον τοῖς ἐλέγχοις ὑποχωρίσας, πρὸς τὸν Ἀπολινάριον ἔφη· θαυμάζω σε ὦ φίλος, ὅπως ἀναίδην τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενον, καὶ ταῦτα σαφῶς ὑπιστάμενον, ὡς ὁ θαυμάσιος Δάμασος τελείαν ὑπὸ θεοῦ Λόγου τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀνειληφθαι φησίν· σὺ δὲ τοὐναντίον λέγων ἀτελεῖς. τὸν γὰρ νοῦν τὸν ἡμέτερον τῆς σωτηρίας ἀποστερεῖς. εἰ δὲ ψευδῆ φα-

carnem factum esse, sed nihil ex nobis assumpsisse. Alias præterea fabulas ac nugas divinis promissionibus adjunxit, quas hoc loco recensere superfluum puto. Hæc ille cum diceret, non suos solum pestifera labe contaminavit; sed quosdam etiam ex nostris eadem contagione infecit. Etenim aliquanto post tempore, cum suam ipsorum imbecillitatem & Ecclesiæ splendorem considerarent, omnes, paucis exceptis, ad unitatem redierunt, & ad Ecclesiasticam communionem susceptí sunt: priorem tamen morbum minime abjecerunt, sed multos eorum qui antea recte sentiebant, in errorem suum pertraxerunt. Ex hac radice pullulavit in Ecclesiis opinio illa, unam esse naturam carnis ac Deitatis; & illa quæ Unigeniti divinitati passionem adtribuit, & aliæ plures quæ tum inter populos, tum inter sacerdotes aliarum provinciarum, magnam discordiam concitarunt. Verum hæc postea gesta sunt. Tunc vero cum Sapores Magister militum Antiochiam advenisset, & Imperatoris legem protulisset, Paulinus quidem affirmare cœpit se Damaso communicare. Idem quoque asserebat Apollinaris, hæresim suam occultans. Divinus autem Meletius, quietus sedebat contentionem illorum sustinens. Tunc sapientissimus Flavianus, qui in Presbyterorum ordine adhuc erat constitutus, primum quidem ita Paulinum allocutus est, Magistro militum audiente. Si Damasi communionem amplecteris, ô amice, doctrinæ nobis manifestam similitudinem ostende. Nam ille quidem unam eandemque Trinitatis substantiam confitens, tres hypostases diserte prædicat. Tu contra, Trinitatem tollis hypostasium. Ostende igitur consensionem doctrinæ, & Ecclesias accipe ut lex jubet. Hujusmodi convictione cum os Paulino obstruxisset, ad Apollinarem conversus, hæc dixit. Miror te, ô amice! tam impudenter repugnare veritati; idque cum probe scias, Damasum asserere perfectum hominem à Deo Verbo assumptum esse. Tu vero contrarium affirmare non cessas. Mentem enim nostram à salute excludis. Quod si falsa sunt quæ tibi

Flaviani verba ad Paulinum

Et Apollinarem.

SÆC. IV.

VALESII ANNOTATIONES.

[1 Χρόνῳ γὰρ] Χρόνῳ δὲ cod. Reg. Pini.]

2 Μία τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος φύσις] Hæresim Eutychetis intelligit, quam ex Apollinare prognatam esse dicit, quod testatur etiam Liberatus diaconus & alii.

3 Τὸ τῇ θεότητι τοῦ μονογενοῦς προσάπτειν τὸ πάθος] Theopaschitas intelligit, seu Deipassianos, qui sub Imperatore Anastasio ingentes tumultus in Ecclesia excitarunt, ut refert Marcellinus in Chronico, Zonaras, Theophanes, & alii. Hic autem tumultus ex hac occasione ortus est. Simulatque Sacerdos ad altare accesserat, Hieropsaltes ex Pulpito hymnum quemdam cantabat quem τρισάγιον vocabant. ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος· quem hymnum Proclus Constantinopolitanus Episcopus ab Angelis per revelationem didicerat, ut scribit Jovius Monachus in lib. 6. cap. 25. apud Photium in Bibliotheca. Huic hymno Orientales hanc appendicem subjiciebant: ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ad Jesum Christum referentes. Sed Constantinopolitani & Occidentales illud additamentum rejiciebant, ne qua passio Trinitati consubstantiali attribueretur. Itaque pro appendice illa ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, accinebant ista· ἁγία τριὰς ἐλέησον ἡμᾶς, ut testatur Ephræmius Patriarcha Antiochenus apud Photium.

[4 Ὅσα τε τοῖς ἄλλοις λαοῖς] Τοῖς τε λαοῖς cod. Reg.]

5 Σὺ δὲ ἄντικρυς τῶν ὑποστάσεων] In Antiochena Ecclesia inter Catholicos partis Meletii & partis Paulini ingens fuit controversia de Vocabulo Hypostasis: Cum alii tres hypostases assererent in Trinitate, Meletiani scilicet: alii vero, Eustathiani scilicet, unicam dicerent hypostasim, hoc nomine substantiam intelligentes. Itaque cum de nomine tantum dissentirent, in re autem ipsa ambo inter se convenirent, Athanasius in Alexandrino Concilio eos inter se conciliaverat, decernens ut sola fidei Nicænæ professio exigeretur, suppressa Hypostasewn mentione, ut videre est in Epistola Synodica Athanasii ad Antiochenos. Post hujus tamen Concilii decretum, mansit hæc controversia in Ecclesia Antiochena, ut testatur Hieronymus Epistola 57 ad Damasum his verbis. *Post Nicænam fidem, post Alexandrinum juncto pariter Occidente decretum, trium hypostasewn ab Arianorum præsule & campensibus, novellum à me homine Romano, nomen exigitur, &c.* Ubi per Arianorum Præsulem Hieronymus designat Meletium, eo quod ab Arianis fuerat ordinatus. Per Campenses autem, vel Meletii sectatores intelligit, vel certe Apollinaris ac Vitalis sectatores, qui extra urbem in campo Collectas agebant. Ex iis apparet, verum esse quod hic scribit Theodoritus, Paulinum scilicet tres hypostases negasse, nec tamen eum dissensisse à Damaso. Paulinus enim perpetuo communionem cum Damaso retinuit, ut docet Epistola Aquileiensis Concilii à Sirmundo edita. Sed hypostasis nomine substantiam intelligebat, teste Hieronymo in Epistola supradicta.

[6 Φίλος] Φιλότης cod. Reg.]

Sæc. IV.

objicimus, nunc saltem renuntia novitati quam excogitasti, & Damasi doctrinam amplectere: ac tum demum sacras ædes obtine. Ac prudentissimus quidem Flavianus, certissimis rationibus fiduciam illorum compressit. Meletius vero, vir omnium mortalium mitissimus, amanter simul ac leniter Paulinum his verbis compellavit. Quandoquidem & mihi harum ovium Dominus ipse curam commisit, & tu aliarum curam suscepisti, ovesque inter se in religione consentiunt, jungamus greges, ô amice, & contentionem de primatu deponamus: gregemque in commune pascentes, communem iis curam ex æquo impendamus. Quod si cathedra in medio posita contentionem facit, eam ego auferre conabor. Posito enim super illa Evangeliorum libro, nos ex utraque parte sedeamus. Ac si quidem ego prior ex hac vita discesserо, tu solus, ô amice, præsulatum totius gregis obtine. Si vero id tibi prius contigerit, tum ego, prout potero, gregis curam geram. Et divinus quidem Meletius amanter & placide ista dicebat: Paulinus vero conditionem oblatam accipere noluit. Tunc Magister militiæ his quæ dicta fuerant perpensis atque examinatis,

Meletius Paulinum de schismate tollendo alloquitur.

μοὶ, ταῦτά σε κατηγορῶντες, νῦν μοῦ τὸ ὑπὸ σε τεχθεῖσαν ἀρήθητι καινοτομίαν, καὶ τὴν Δαμάσου στέρξον διδασκαλίαν, καὶ τὰς θείους λάβε σπουδάς. ὁ μὲν οὖν Σοφώτατος Φλαβιανὸς, τοῖς ἀληθέσι λόγοις τὴν ἐκείνων καθέπαυσε παῤῥησίαν. Μελέτιος δὲ, ὁ πάντων ἀνθρώπων πραότατος, φιλοφρόνως ἅμα καὶ ἠπίως ἔφη πρὸς τὸν Παυλῖνον. ἐπειδὴ καὶ ἐμοὶ τῶνδε τῶν προβάτων τὴν ἐπιμέλειαν ὁ τῶν προβάτων ἐπιτρέψας Κύριος, καὶ σὺ τῶν ἄλλων ἀναδέξαι τὴν φροντίδα, κοινωνεῖ δὲ ἀλλήλοις ἡ θρησκείας τὰ ῥήμματα, συνάψωμεν ὦ φιλότης τὰ ποίμνια, καὶ τὴν περὶ τὴν ἡγεμονίας καταλύσωμεν διαμάχην. κοινὴν δὲ τὰ πρόβατα νέμοντες, κοινὴν αὐτοῖς προστενέγκωμεν θεραπείαν. εἰ δὲ ὁ μείζων θῶκος τὴν ἔριν γεννᾷ, ἐγὼ καὶ ταύτην ἐξελάσαι πειράσομαι. ἐν ᾧ τούτῳ τὸ θεῖον προτεθεικὼς εὐαγγέλιον, ἐκαλέσαθην ἡμᾶς καθῆσθαι παρεγγύω. καὶ εἰ μὲ πρῶτος ἐγὼ δεξαίμην τοῦ βίου τὸ πέρας, μόνος ἴσχῃς ὦ φίλος τὴν τῆς ποίμνης ἡγεμονίαν. εἰ δὲ σὺ πρότερος τοῦτο πάθοις, ἐγὼ πάλιν εἰς δύναμιν τῶν προβάτων ἐπιμελήσομαι. ταῦτα ἠπίως μὲν ἅμα καὶ φιλοφρόνως ὁ θεῖος εἶπε Μελέτιος· [2] ὁ δὲ Παυλῖνος οὐκ ἔστερξεν. [3] ὁ δὲ στρατηγὸς κριτὴς τῶν εἰρημένων γενόμενος, τῷ

1

2

3

VALESII ANNOTATIONES.

[1 Σχῇς ὦ φίλε] σχήσεις ὦ φιλότης cod. Reg.]

2 Ὁ δὲ Παυλῖνος οὐκ ἔστερξεν] Non Assentior Theodorito, qui hanc conditionem quam Meletius Paulino obtulerat, repudiatam esse dicit à Paulino. Sed contra est Socrates atque Sozomenus, qui id ex compacto convenisse scribunt inter Meletium ac Paulinum, ut altero ipsorum decedente nullus in locum mortui subrogaretur. Idem etiam scribitur in Epistola Concilii Aquileiensis ad Theodosium Imp. his verbis; *Oblatas Pietati vestræ opinamur preces nostras, quibus juxta partium pactum* (ita enim scribendum est) *poposcimus, ut altero decedente, penes superstitem Ecclesia permanerent, nec aliqua superordinatio attentaretur.* Et iterum in Epistola 5. Concilii Italiæ ad eundem Theodosium ita scriptum est. *Scripseramus dudum, ut quoniam Antiochena civitas duos haberet Episcopos Paulinum atque Melitium, quos fidei concinere putabamus, aut inter ipsos pax & concordia salvo ordine Ecclesiastico conveniret, aut certe si quis eorum altero superstite decessisset, nulla subrogatio in defuncti locum superstite altero gigneretur.* Falsum est igitur quod hic scribit Theodoritus, Paulinum hanc conditionem non admisisse. Quare merito Theodoritus reprehenditur à Baronio ad annum Christi 378, quod Meletio & Flaviano nimis addictus, Paulinum temere ac falsò infirmulaverit.

3 Ὁ δὲ στρατηγὸς Μελετίῳ τὰς ἐκκλησίας παρέδωκεν] Id sic intelligendum puto, non ut Paulinus Ecclesia sua spoliatus sit quam habebat Antiochiæ: sed ut Ecclesiæ quas Euzoïus Arianorum Episcopus Antiochiæ obtinuerat, traditæ fuerint Meletio juxta Gratiani rescriptum. Cæterum merito Baronius hic reprehendit Theodoritum, quod Concilii Antiocheni, quod hoc anno, Christi scilicet 378. celebratum est, nullam prorsus mentionem fecerit: Et quod disputationem quidem Episcoporum Antiochiæ coram Sapore habitam diligenter exponat: quæ autem ab Episcopis in Antiocheno Concilio tum decreta sunt, tacitus prætereat. Porro in hac synodo Antiochena quid gestum sit, recte observavit Baronius. Primo enim decretum est ex partium consensu, ut ex duobus Episcopis Paulino ac Meletio, altero decedente, nullus subrogaretur Episcopus. Deinde exposita est regula fidei Catholicæ, & damnata hæresis Apollinaris atque aliorum. Postremo decretæ sunt legationes Episcoporum in diversas provincias. Hæc sunt quæ in illa synodo gesta esse Baronius observavit. Lectus est præterea in ea synodo Tomus Occidentalium, Epistola scilicet synodica Damasi Papæ, cui subscripserunt Episcopi Orientales numero 146. ut legitur in collectione Romana Lucæ Holstenii pag. 177. ubi post Epistolam Damasi ad Orientales, hæc adduntur. *Explicit hæc Epistola vel expositio synodi Romana, habita sub Damaso Papa & transmissa ad Orientem, in qua omnis Orientalis Ecclesia, facta synodo apud Antiochiam, consona fide credentes & omnes ita consentientes eidem super expositæ fidei, singuli sua subscriptione confirmant. Meletius Episcopus Antiochenus Consentio omnibus supra scriptis &c.* Ex quibus apparet, Legatos Damasi Papæ huic Antiochenæ synodo interfuisse, qui etiam subscriptiones Orientalium Episcoporum retulerunt ad Damasum. Idem quoque dicitur in Canone quinto Concilii CP. qui sic habet; *De Tomo Occidentalium, etiam eos suscepimus qui Antiochia unam confitentur Patris & Filii & Spiritus sancti deitatem.* Nam Tomus Occidentalium nihil aliud est quam Epistola Synodica Concilii Romani, cui Orientales Episcopi apud Antiochiam congregati subscripserant. Cum igitur Antiochena synodus hunc tomum seu libellum Occidentalium suscepisset, fidemque in eo expositam confirmasset, Constantinopolitana quoque synodus eundem postea comprobavit. Denique in eadem synodo Antiochena, scripta est Epistola synodica ad omnes Episcopos Italiæ & Galliæ, quæ habetur inter Epistolas Basilii numero 69. Certe in fine ejus Epistolæ diserte affirmant Orientales, consensisse se synodico libello, Occidentalium scilicet Tomo. Sic enim vertenda sunt hæc verba συνθέμενοι καὶ αὐτῇ καὶ πᾶσι τῷ συνοδικῷ γράμματι κατὰ τὰς ἐνθέσμους διδαγματισμένοις. [Sed re attentius examinata, Epistolam illam Synodicam à Meletio scriptam ad Episcopos Italiæ & Galliæ, aliquot annis ante Synodum Antiochenam scriptam esse censeo. Nam Basilius magnus qui eam Epistolam pro Meletio scripsit, mortuus est novem circiter mensibus ante Synodum Antiochenam, quæ celebrata est anno Christi 378, ut recte observat Baronius. Non potuit igitur scribere Epistolam Synodicam ejus Concilii. Proinde Synodica illa Meletii quæ à Basilio scripta est, non ad eam Synodum Antiochenam pertinet, quæ anno Christi 378 celebrata est, sed ad aliam Synodum quæ collecta est Antiochiæ eodem anno quo Illyriciana, Christi scilicet 371, & eandem ob causam, ut fidem Synodi Romanæ & Epistolam Damasi suo suffragio confirmarent. Vide quæ notavi ad lib. cap. 8, 9. Quanquam si verum dicere volumus, nec Synodica fuit Epistola illa Meletii ad Episcopos Italiæ & Galliæ scripta, nec Episcopi illi quorum nomina præfixa leguntur in titulo ejus Epistolæ, ad Synodum ullam Antiochenam convenerunt, sed unusquisque eorum seorsim in sua Ecclesia domi sedens eidem Epistolæ subscripsit, ut ex Epistolis Basilii Magni recte observavit Baronius ad annum Christi 371. quo anno scriptam esse censet eandem Epistolam. cujus sententiæ equidem libenter subscribo.]

μεγάλῳ

μεγάλῳ Μελετίῳ τὰς ἐκκλησίας παρέδωκεν. ὁ δὲ Παυλῖνος διέμεινε τῆ ἐξ ἀρχῆς ἀποκεκριμένων τοσούτων ἡγούμενος.

Ecclesias magno Melitio tradidit. Paulinus autem, gregis illius qui ab initio separatus fuerat, antistes permansit. SÆC. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ Εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου Σαμοσάτων.

CAPUT IV.

De Eusebio Samosatense Episcopo.

1 Ἀπολινάριος μὲν τῆς τοῦ ἐκκλησιαστικῆς ἀγωνίας ἀφαμαρτών, ἀφῤῥήδην λοιπὸν τοῦ καινοτομηθεῖσαν διδασκαλίαν ἐκήρυττε, καὶ τῆς αἱρέσεως ἑαυτὸν ἀπέφηνεν ἀρχηγόν. καὶ αὐτὸς μὲν ἐν Λαοδικείᾳ τὰ πλεῖστα διέτριβεν, ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ ἤδη τοτέτερον ἐκεχειροτονήκει Βιτάλιον, βίῳ μὲν ἀρίστῳ κοσμούμενον, καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς δόγμασιν ἐντεθραμμένον, ὕστερον δὲ τοῦ νόσου δεξάμενον. ὁ δὲ θεῖος Μελέτιος, Διόδωρον ἐκεῖνον ὃν ἐν τοτέροις ἐμνήσθημεν, τὸν ἐν τῷ παλαιῷ κλόδωνι ἀβάπτιστον τὸ τῆς ἐκκλησίας ἀφανισθέντα σκάφος,

Apollinaris vero, cum Ecclesiarum administratione excidisset, novam deinceps quam excogitaverat doctrinam palam prædicavit, seque hæreseos auctorem professus est. Et ipse quidem Laodiceæ utplurimum morabatur. Antiochiæ vero, jam antea Vitalem ordinarat Episcopum: virum eximia quidem virtute & sanctitate præditum, & in Apostolica doctrina à puero educatum: postmodum vero hæretica labe corruptum. Porro divinus Meletius, Diodorum illum, cujus supra meminimus, qui in gravissima illa tempestate navem Ecclesiæ incolumem servaverat, Tarsensium Episcopum constituit, & Cilicum ei provinciam commendavit. Apameæ vero Pontificatum Joanni tradidit; qui & ipse claro genere orVitalis. Diodorus. Joannes.

2 Ταρσέων καθίσησε ποιμένα, καὶ τὸ Κιλίκων αὐτῷ ἐπεχείρισεν ἔθνος. Ἀπαμείας δὲ τοῦ ἀρχιερατικὴν 3 ἐπιμέλειαν Ἰωάννῃ πεπίστευκεν, ὃς εἶχε μὲν ἐν γένους τοῦ περιφάνειαν, κατορθώμασι δὲ μᾶλλον οἰκείοις ἢ προγονικοῖς ἐλαμπρύνετο. ἦν γὰρ αὐτῷ καὶ λόγος ἐκόσμει καὶ βίος. ὅτος δὲ τῷ ἔξάλης καιρῷ, τὸν τῶν ὁμοπίστων ἐκυβέρνησε σύλλογον· συνέργον δὲ εἶχε τὸν ἀξιέπαινον Στέφανον. ἀλλὰ καὶ τοῦτον ὁ θεῖος Μελέτιος εἰς ἑτέρους ἀγῶνας μετέστησε. μαθὼν γὰρ ὑπὸ τῆς Εὐδοξίου λώβης διεφθάρθαι τοῦ Γερμανίκειαν, τοῦτον ἀπέστειλεν ἰατρὸν ἀλεξίκακον. ἦν δὲ πάσης γὰρ ἧκτο παιδείας Ἑλληνικῆς, καὶ τοῖς θείοις ἐντετέθραπτο δόγμασι. καὶ τῆς ἐλπίδος οὐκ ἐψεύσθη. τῇ γὰρ πνευματικῇ χρώμενος διδασκαλίᾳ, μετέβαλε τοὺς λύκους εἰς πρόβατα. ὁ δὲ μέγας Εὐσέβιος, ἐκ τῆς ὑποστροφείας ἐπανελθὼν, 4 Ἀκάκιον μὲν οὐ πολὺ τὸ κλέος,

dine præclare gestis erat illustrior. Nam & doctrina & vitæ sanctitas in eo pariter eminebant. Hic dum tempestas sæviret, Orthodoxorum illic conventum rexerat, adjutorem operis habens Stephanum omni laude dignissimum. Sed hunc quoque divinus Meletius ad alia transtulit certamina. Nam cum urbem Germaniciam Eudoxiani erroris labe corruptam esse didicisset, hunc salutarem medicum eo misit. Quippe & Græcorum disciplinis egregie erat instructus, & in veræ fidei doctrina ab ineunte ætate educatus. Nec sane Meletium spes sua fefellit. Spiritualem enim doctrinam adhibens, lupos in oves mutavit. Magnus autem Eusebius ab exilio reversus, Bercææ quidem Acacium, cujus celebris fama est, Episcopum ordinavit: Joannes. Stephanus. Acacius.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀπολινάριος δὲ] In cunctis quidem exemplaribus, tam MSS. quam editis, caput inchoatur ab his verbis; melius tamen inciperet ab his quæ leguntur infra pag. 203. Ὁ δὲ μέγας Εὐσέβιος, [Certe in optimo codice Regio qui fuit olim ex Bibliotheca J. Pini, caput quartum inchoatur ab his verbis, ὁ δὲ μέγας Εὐσέβιος &c. sicut conjeceram.]

2 Ταρσέων καθίσησε ποιμένα] [Ταρσῶν cod. Reg.] Diodorus anno Christi 378. Episcopus jam erat Tarsensis Ecclesiæ. Subscripsit enim Epistolæ Synodi Romanæ, sive Tomo Occidentalium, in synodo Antiochena, ut legitur in collectione Romana quam supra citavimus.

3 Ἰωάννῃ] Hic Joannes Antiochenæ Ecclesiæ Archipresbyter diutissime fuerat sub Meletio, filius Publiæ illius Abbatissæ, quæ temporibus Juliani maxime inclaruit, ut scribit Theodoritus in lib. 3. Historiæ cap. 19.

4 Ἀκάκιον ἐν Βερρίᾳ κεχειροτόνηκεν] Dubitare quis merito potest, quo jure Eusebius Samosatensis Episcopus in aliena provincia Episcopos ordinaverit. Erat quidem ipse Episcopus provinciæ Euphratensis. Nam Samosata urbs erat Euphratensis provinciæ, cujus Metropolis erat Hierapolis. Ac proinde ordinare non poterat suffraganeos Episcopos, Hierapolitanum scilicet, Germanicensem, Cyrensem, Dolichensem. Istæ enim urbes erant provinciæ Euphratensis, ut discimus ex subscriptionibus Concilii Chalcedonensis. In quo tamen Hierapolis ponitur Metropolis provinciæ August-Euphratensis, sic enim scribendum est. Et secunda urbs ejus provinciæ ponitur Samosata. Quod quidem confirmat Ammianus Marcellinus in lib. 14. ubi provincias Orientis describit. Ait enim Euphratensem provinciam civitatibus Hierapoli & Samosata illustram esse. Hierocles tamen in notitia provinciarum Imperii Romani, Samosata tertiam urbem ponit Euphratensis provinciæ. Sic enim scribit. ἐπαρχία Εὐφρατησίας ἔχει ἐπὶ μητρόπολεις ιβ', Ἱεράπολις, Κύρος, Σαμόσατα, Δολίχη, Ζεῦγμα, Γερμανίκια, Πέρρη. &c. Cum igitur Eusebius iste de quo hic sermo est, non fuerit Metropolitanus Episcopus, quo jure ordinationes Episcoporum facere potuit, tum in sua provincia, Euphratensi scilicet, tum in Cœle-Syria & Osdroena? Hanc difficultatem ita solvit Baronius ad annum Christi 378, ut dicat Eusebium id fecisse vi atque auctoritate Legationis quæ ipsi mandata fuerat à synodo Antiochena. Ait enim in ea synodo decretas fuisse Legationes Episcoporum in diversas provincias ad componendum Ecclesiarum statum. Sed primo Legationes istæ valde incertæ sunt. Nam quod de Gregorii Nysseni Legatione illic scribit Baronius, concedamus si placet, eam à Synodo Antiochena decretam fuisse: cum ipse Gregorius se à Concilio missum fuisse in Arabiam testetur. De Eusebio vero Samosatensi Episcopo, cum nihil ejusmodi proditum sit ab Antiquis, id affirmanti Baronio concedere nec possumus, nec debemus. Quis enim credat synodum Antiochenam dedisse potestatem Eusebio, non in una duntaxat provincia, sed in pluribus, adeoque in Syria Cœle quæ Diœcesis erat Meletii, Episcopos ordinandi? Nonne id contumeliosum fuisset Meletio, qui tamen ei synodo præfuit, ut discimus ex collectione Romana? Existimo igitur Eusebium Samosatenum, Spiritu divino impulsum, ut Ecclesiæ laboranti succurreret quæ tunc ab Arianis oppugnabatur, extra ordinem hæc præstitisse; Et Meletium Antiochenum Episcopum, cujus id jus Pontificiumque erat, or-

SÆC. IV.

Hierapoli vero Theodotum, cujus religiosa conversatio omnium sermonibus etiamnum prædicatur. Eusebium præterea Chalcidi, & Isidorũ Cyro nostræ antistites dedit; utrumque admiratione dignum, & divino zelo insignem. Sed & Eulogium, qui pro Apostolica doctrina fortissime certaverat, & in oppidum Antinoum una cum Protogene fuerat relegatus, Episcopum Edessæ ab illo ordinatum ferunt. Barses enim ille admirandus jam è vivis excesserat. Porro Eulogius Protogenem qui certaminum ipsius socius ac particeps fuerat, Carris Episcopum constituit, urbi male habenti salutarem medicum tribuens. Postremus omnium Maris, à divino Eusebio Dolichæ Episcopus creatus est. Urbs est exigua, quæ tunc temporis Ariana labe erat infecta. Hunc igitur laudabilem virum & multis virtutum insignibus refulgentem, cum illic in sacerdotali solio collocare vellet magnus Eusebius, Dolicham ingressus est. Ingredienti vero, mulier quædam Ariana labe maculata tegulam è superiore ædium parte immisit, quæ caput ejus obtrivit, nec multo post ad meliorem vitam eum transmisit. Sed ille moriens, eos qui aderant jurejurando obstrinxit, ne à muliere pœnas hujus facti ullas exigerent. Imitari enim studebat Dominum suum, qui pro illis à quibus crucifixus fuerat, dixit: Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Et conservum suum Stephanum, qui post lapidum densissimum imbrem, clamabat: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Hunc exitum vitæ post varia tandem certamina sortitus est magnus Eusebius: & qui Barbaros in Thracia degentes effugerat, impiorum hæreticorum manus vitare non potuit; sed eorum opera, Martyrii coronam adeptus est. Et hæc quidem gesta sunt post reditum Episcoporum. Gratianus vero, cum à Barbaris qui Valentem cremaverant, Thraciam vastari didicisset, relicta Italia, in Pannoniam profectus est.

Theodotus. *Eusebius.* *Isidorus.* *Eulogius.* *Protogenes.* *Barses.* *Maris.* *Eusebius tegula casus.* *Luc. 23, 34.* *Act. 7. 59.*

ὁ Βεροίᾳ κεχειροτόνηται· ὁ Ἱεραπόλει δὲ Θεόδοτον, ὃν τὴν ἀσκητικὴν πολιτείαν μέχρι τῆς τήμερον ἅπαντες ἅδουσιν· Εὐσέβιον δὲ Χαλκίδος· Κύρου δὲ ἡμετέρας Ἰσίδωρον. ἀξιαγάστω δὲ ἦσαν ἄμφω, τῷ ζήλῳ θείῳ κεκοσμημένω. Φασὶ δὲ αὐτὸν, τὸν Εὐλόγιον ἐκεῖνον, τὸν ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν ἠγωνισμένον δογμάτων, καὶ εἰς τὴν Ἀντινὼ μὲν Πρωτογένους ἀπεσταλμένον, τῆς Ἐδέσσης κεχειροτονηκέναι πεμφθέντα. Βάρσης γὰρ ὁ θεοπέσιος, ἤδη τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέδεκτο. Εὐλόγιος δὲ, Πρωτογένους τῶν ἀγώνων τὸν κοινωνὸν, ταῖς Κάρραις ἐπέστησεν, ἰατρὸν ἀλεξίκακον ἐκ θεοῦ δωρησάμενος πόλει. ὁ δὲ θεῖος Εὐσέβιος, ἕκατον ἐπίσκοπον Μάριν τῇ Δολιχῇ κεχειροτόνηκε. πολίχνη δὲ αὕτη σμικρὰ, ἡ τὴν Ἀρειανικὴν νόσον καὶ ἐκεῖνο τῷ καιρῷ μετειλήφει. τοῦτον τὸν Μάριν ἀξιέπαινον ὄντα, καὶ πολλοῖς εἴδεσιν ἀρετῶν ἠγλαϊσμένον, ἁνδρύσας τοῖς ἱερατικοῖς ἐθελήσας θώκοις ὁ μέγας Εὐσέβιος, τὴν Δολιχλοὺ κατέλαβεν. εἰσιόντι δὲ αὐτῷ, γυνή τις τὴν Ἀρειανικὴν νόσον ἐμπεπλησμένη, κέραμον ἄνωθεν ἐπαφῆκεν ἀπὸ τῆς στέγης, ὃς τὴν τε κεφαλὴν συνέτριψε, καὶ μετ' ὀλίγον εἰς τὸν ἀμείνω βίον παρέπεμψεν. ὁ δὲ τελευτῶν παρηγόρησεν, ὅρκοις τοὺς παρόντας πεδήσας, μηδεμίαν τοῦτο δράσασαν εἰσπράξαι ποινήν. καὶ τὸν οἰκεῖον γὰρ ἐζήλου δεσπότην, ὃς περὶ τῶν ἐσταυρωκότων ἔφη· Πάτερ ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι· καὶ τὸν ὁμόδουλον Στέφανον, μετὰ τὰς πολλὰς τῶν λίθων νιφάδας βοήσαντα, Κύριε μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. τοιοῦτο μετὰ τοὺς παντοδαπεῖς ἀγῶνας ὁ μέγας Εὐσέβιος ἐδέξατο τέλος· καὶ τοὺς ἐν τῇ Θρᾴκῃ Βαρβάρους ἀλαφυγὼν, τὰς τῶν δυσσεβῶν αἱρετικῶν οὐ διέφυγε χεῖρας, ἀλλὰ δι' ἐκείνων τὸν τῆς μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο. ταῦτα μὲν ἓν μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῶν ὁπισόπων ἐγένετο. Γρατιανὸς δὲ τὴν Θρᾴκιον δηωμένην μαθὼν ὑπὸ τῶν Οὐάλεντα κεκαυκότων Βαρβάρων, καταλιπὼν τὴν Ἰταλίαν, εἰς Παννονίαν ἀφίκετο.

VALESII ANNOTATIONES.

dinationes ab illo factas postea comprobasse. Multa enim similia in Ecclesiastica historia occurrunt, contra vigorem Canonum gesta, Persecutionum tempore, ut jam supra observavi ad caput 13. libri 4. Ex quo discimus, Eusebium Samosatensem Episcopum diu antea idem præstitisse, & Valentis Augusti temporibus Presbyteros, Diaconos & Episcopos in alienis provinciis ordinasse. Quemadmodum ergo tunc temporis nulla Legatione fretus id gessit, sic etiam nunc post reditum ab exsilio, nulla Legatione opus habuit ut idem perpetraret. Porro notandum est, Eusebium istum maximam inter Episcopos Orientis auctoritatem habuisse. Nam & in synodo Antiochena quæ facta est hoc anno, primus post Meletium subscripsit. Et in Epistola synodica ejusdem Meletii quæ habetur inter Epistolas Basilii numero 69. primus post Meletium nominatur.

1 Καὶ Εὐλόγιον ἐκεῖνον] Hic Eulogius Edessenus Episcopus interfuit synodo Antiochenæ, & Tomo Occidentalium una cum reliquis Episcopis subscripsit, ut legitur in collectione Romana.

2 Βάρσης γὰρ ὁ θεοπέσιος] De hoc Barse Theodoritus multa habet in lib. 4. historiæ Ecclesiasticæ. Ad eundem extat Epistola Basilii Magni. Ejusdem mentio fit in Epistola synodica Meletii Antiochensis Episcopi ad Episcopos Italiæ & Galliæ, quæ legitur inter Epistolas Basilii, numero 69. Sed ejus nomen illic depravatum est. Narses enim scribitur pro Βάρσης.

[3 Δολιχῇ] Δολίχῃ cod. Reg.]

[4 Δολιχὴν] Δολίχην cod. Reg.]

VARIORUM.

a Πολίχνη δὲ αὕτη σμικρὰ] Dolicha urbs est Syriæ in Comagene regione, ad Marsyam fluvium qui postea cadit in Eupratem, 20. mill. pass. distans à Zeugma in occasum hybernum, Antiochiam versus 60, & 30 à Germanicia in ortum. Nomen antiquum hodie servat, ut credit Ferrarius. *Baudrand.*

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τῆς Θεοδοσίου στρατηγίας.

Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν Θεοδόσιος, ἅμά τε τοῦ τῶν προγόνων ἐπιφάνειαν, καὶ διὰ τὴν οἰκείαν ἀνδρείαν, ὀνομαστότατος ἦν. καὶ τούτου χάριν ὑπὸ τῆς φθόνου τῶν ὁμοτίμων βαλλόμενος, ἐν ταῖς Ἱσπανίαις διέτριβεν. ἐν ἐκείναις γὰρ ἔφυ τε καὶ ἐτράφη. ἀπορῶν δὴ οὖν ὁ βασιλεὺς ὅ, τι χρὴ δράσαι· φυσηθέντες γὰρ ἐκ τῆς νίκης οἱ Βάρβαροι, δύσμαχοι ἦσάν τε καὶ ἐδόκουν· τοῦ Θεοδοσίου στρατηγίαν λῦσιν ὑπέλαβε τῶν κακῶν. αὐτίκα δὴ οὖν ἐκ τῆς Ἱσπανιῶν τὸν ἄνδρα μεταπεμψάμενος, [a] καὶ στρατηγὸν χειροτονήσας, μετὰ τῆς συνειλεγμένης ἐξέπεμψε στρατιᾶς. ὁ δὲ τῇ πίστει θεραξάμενος, θαρσαλέως ἐξώρμησε· καὶ τῆς Θράκης ὀπτεύσας, καὶ τοὺς βαρβάρους θεασάμενος ὁμόσε χωροῦντας, ἔταξε τὴν στρατιὰν ὡς εἰς μάχην. ἀψιμαχίας δὲ γενομένης, οὐκ ἐνεγκόντες ἐκεῖνοι τὴν ἐμβολὴν, τὴν τάξιν κατέλιπον. τῆς δὲ τροπῆς γενομένης, οἱ μὲν ἔφθυγον, οἱ δὲ κατακόπτοντες ἐδίωκον. πολὺς δὲ φόνος τῶν Βαρβάρων ἐγένετο. καὶ μόνον γὰρ ὑπὸ Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἐκτείνοντο. ὑπὸ δὲ τῶν πλείστων ἀναιρεθέντων, ὀλίγων δὲ τῶν λαθεῖν δυνηθέντων, διαβάντων τὸν Ἴστρον, εὐθὺς ὁ ἄριστος στρατηγὸς, ἣν εἶχε στρατιὰν ἐν ταῖς πελαζούσαις πόλεσι διελὼν, αὐτὸς πρὸς τὸν βασιλέα Γρατιανὸν κατ' τάχος ἐλαύνων ἀφίκετο, τῶν οἰκείων προπαίων γενόμενος ἄγγελος. καὶ πρᾶ μὲν λέγειν οὐδὲ αὐτῷ ἐδόκει τῷ βασιλεῖ, ὑπερεκπληττομένῳ τὸ μεγεθος· οἱ δὲ ταῖς ἀκοαῖς τοῦ φθόνου βαλλόμενοι, καὶ πεφυγέναι αὐτὸν ἔλεγον καὶ διεφθαρκέναι τὴν στρατιάν. ὁ δὲ τοὺς ἀντιπταίσμους ἐξήτησεν ἀποσεῖλαι, καὶ γνῶναι τῶν ἀπηριθμημένων Βαρβάρων τὸ πλῆθος. ῥᾴδιον δὲ, ἔφη, καὶ ἀπὸ τῶν σκύλων ὑπογνῶναι τὸν ἀριθμόν. τούτοις εἰπὼν τοῖς λόγοις ὁ βασιλεὺς, ἀπέστειλε τοὺς ἐροῦντας τὰ πεπραγμένα, καὶ ταῦτα μειώσοντας.

CAPUT V.

De Theodosio Magistro militum.

Per idem tempus Theodosius, tum ob majorum suorum nobilitatem, tum ob propriam virtutem, omnium sermonibus celebrabatur: atque idcirco cum æqualium invidia premeretur, in Hispaniis degebat: illic enim & natus fuerat, & educatus. Imperator igitur ad inopiam redactus consilii: quippe Barbari victoria elati, & erant & videbantur insuperabiles: finem malis futurum esse credidit, si Theodosius Dux belli gerendi constitueretur. Continuo itaque illum ab Hispania accitum, & Magistri militum dignitate auctum, cum copiis quas collectas habebat, adversus Barbaros mittit. Ille vero fide munitus, alacri animo iter arripuit. Ingressusque in Thraciam & Barbaros infestis signis irruentes conspicatus, milites suos instruxit ad prælium. Commissaque pugna, Barbari cum impetum nostrorum ferre non possent, ordines deseruerunt. Et in fugam versi, ipsi quidem terga dabant; Romani vero fugientibus acriter instabant. Magna tunc facta est strages Barbarorum. Non enim à Romanis solum, verum etiam à suis ipsi cædebantur. Ita plurimis interfectis, paucisque qui se occultare potuerant, Istrum transgressis, statim Dux præstantissimus cum per vicinas urbes exercitum suum dispersisset: ipse contento cursu ad Imperatorem Gratianum perrexit, victoriæ suæ futurus nuncius. Ac primo, ne Imperatori quidem ipsi, magnitudine rei attonito, verisimilia esse videbantur quæ narrabat. Illi vero quos invidia stimulabat, & fugisse eum dicebant, & exercitum amisisse. Tum ille, ipsos æmulos atque adversarios suos mitti postulavit, qui cæsorum Barbarorum multitudinem cernerent. Facile porro esse aiebat, vel ex spoliis numerum peremptorum cognoscere. His verbis assensus Imperator, misit qui rem ipsam inspicerent, ac sibi renuntiarent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς'.

Περὶ τῆς τούτου βασιλείας, καὶ ὧν προεῖδεν ὀνείρων.

Ὁ δὲ ἄρχος στρατηγὸς αὐτῷ μένας, ὅτε εἶδε θεοπεσίαν τινὰ, καὶ παρ' αὐτοῦ Χριστοῦ αὐτῷ δειχθεῖσαν τῷ τῶν ὅλων Θεοῦ. ἐδόκει γὰρ ὁρᾶν τὸν θεῖον Μελέτιον, τὸν Ἀντιοχέων ἐκκλησίας τὸν πρόεδρον, χλανίδα τινὰ αὐτῷ βασιλικὴν περιβεβλημένον, καὶ

CAPUT VI.

De Imperio Theodosii, & de somniis ab eo visis.

Interim vero cum illic remansisset Dux præstantissimus, admirabilis quædam & ab ipso haud dubie universorum Deo immissa visio, ei oblata est. Videbatur enim sibi videre divinum Meletium, Antiochensis Ecclesiæ Præsulem, qui Imperiali chla- *Socr. l. V. cap. 2.*

Variorum Annotationes.

a Καὶ στρατηγὸν χειροτονήσας] Si Theodosius adhuc privatus (anno 378) Barbaros devicisset, ut vult Theodoritus, Ausonius qui Idyllium VIII, cui titulus, *Precatio Ausonii Consulis designati &c.* sub illius anni finem cecinit, insignem adeo victoriam silentio non præteriisset. Quare Baronius recte illum Theodoriti lapsum agnovit, sed perperam ejus narrationem amplexus est. Cum enim hic in tempore, quo ea victoria relata, peccarit, verosimile est in narrando facto etiam erraſſe; Zosimo eam longe aliter referente, ut apud ipsum legere est. Zosimo suffragantur Socrates lib. 5. c. 6. Sozom. lib. 7. c. 4. Orosius lib. 7. cap. 20. Jornandes tam in lib. de Regnorum successione cap. 93. quam in libro de rebus Geticis cap. 26. Marcellinus in Chronico, & Idacius in Fastis, utergue anno 379. Imo Idacius diem memorat, quo hujus Victoriæ nuntium Romam perlatum est. Ausonio enim & Olybrio Coss. anno scilicet 379. prodit, *Ipso anno multa bella Romani cum Gothis commiserunt. Deinde victoriæ nunciatæ sunt adversus Gothos, Alanos, atque Hunnos die XV. Kal. Decemb.* Error itaque Theodoriti excusari non potest. *Ant. Pagi ad ann. 380. n. II.*

Sæc. IV.

myde ipsum indueret, & Regalem coronam capiti ipsius imponeret. Hæc noctu in somnis cum vidisset, mane cuidam ex familiaribus indicavit. Ille perspicuum esse somnium dixit, nec obscuri quidquam aut ambigui continere. Paucis postea diebus elapsis, ii qui ad res inspiciendas missi fuerant rediere, multa Barbarorum millia interfecta esse nuntiantes. Quibus fidem habens Imperator, utpote qui feliciter admodum eum Magistrum militiæ elegisset, Imperatorem renuntiavit, & Imperii partem quam Valens rexerat, eidem adtribuit. Et ipse quidem in Italiam reversus est: Theodosium vero in Orientis partes quas regendas acceperat, direxit. Qui simulatque Imperio potitus est, ante omnia concordiam Ecclesiarum reparare studuit, & Episcopos ditionis suæ Constantinopolim evocavit. Sola enim hæc Imperii Romani pars, Ariana labe erat infecta: Occidentis vero partes ab hoc morbo vacuæ remanserant. Constantinus enim Constantini filiorum natu maximus, & Constans minimus natu, patris fidem ac religionem intemeratam servaverant. Valentinianus postea Occidentalium partium Imperator, sinceram pietatem retinuit.

Theodosius

Episcopos Constantinopolim convocat.

CAPUT VII.

Quinam fuerint insignes Arianæ factionis Antistites.

ORIENTALIS vero Imperii portio multis in locis hanc labem contraxit. Primo enim Arius, Alexandriæ quæ est in Ægypto presbyter, impietatem suam illic proseminavit. Eusebius deinde & Patrophilus atque Aëtius Palæstini; & Paulinus ac Gregorius Phœnices; Laodiceni item Theodotus & successor illius Georgius; post hos denique Athanasius & Narcissus Cilices, male jactis seminibus incrementum præbuere. Eusebius quoque ac Theognius Bithyni, Menophantus Ephesius, ac Theodorus Perinthius, aliique nonnulli ex Thracia, sola improbitate insignes, zizaniorum sementem rigare ac fovere diutissime perseverarunt. His malis agricolis, & levitas Constantii, & Valentis improbitas, plurimum contulit. Hanc igitur ob causam Theodosius Episcopos duntaxat Imperii sui Constantinopolim jussit convenire. Quo cum adveniissent: erant autem centum & quinquaginta: vetuit ne quis ipsi renuntiaret quisnam esset magnus Meletius. Eum enim ipse ex somnii sui memoria volebat

Theodosius Meletium quomodo agnovit.

ϖλαπλησίῳ τεφάνῳ κοσμεῖσθαι τ κεφαλήν. ταῦτα νύκτας ἰδών, ἐμήνυσεν ἑωθεν τῶν συνήθων τινί. ὁ δὲ σαφὲς εἶναι τὸ ὄνυπνιον ἔφη, κ μηδὲν αἰνισμάτωδες μηδὲ ἀμφίβολον ἔχειν. ὀλίγων δὲ ἄγαν διελθουσῶν ἡμερῶν, ἐπανῆλθον μὲν τ πεπεραγμένων οἱ ἔφοροι, κ κατηγγέλθαι τὰς πολλὰς τ Βαρβάρων ἔφησαν μυριάδας. πειθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς, ὡς ἄριστα ψηφισάμενος αὐτὸν στρατηγὸν, [a] βασιλέα κεχειροτόνηκεν, κ τῆς Οὐάλεντος μοίρας τὰ σκῆπτρα παρέδωκε. κ αὐτὸς μὲν ἐπὶ τ Ἰταλίαν ἐξώρμησεν· ἐκεῖνον δὲ εἰς τ δοθεῖσαν ἡγεμονίαν παρέπεμψεν. εὐθὺς δὴ οὖν τὴν βασιλείαν ϖλαλαβὼν, τῆς τ ἐκκλησιῶν ϖερὶ τῶν ἄλλων συμφωνίας ἐπεμελήθη, καὶ τὺς τῆς οἰκείας ἡγεμονίας ἐπισκόπους εἰς τ Κωνσταντινούπολιν δραμεῖν παρηγγύησε. αὕτη γὰρ μόνη τ Ἀρειανικῆς [1] ϖεπέπλησο λώβης. ἡ γὰρ ἑσπέρα τ νόσου ταύτης ἐλεύθερα διέμεινε. Κωνσταντῖνος μὲν γὰρ, ὁ τῶν Κωνσταντίνου παίδων πρεσβύτατος, καὶ Κώνστας ὁ νεώτατος, τ πατρῴαν πίστιν ἀκήρατον διεῤῥύησαν· κ αὖ πάλιν Οὐαλεντινιανὸς ὁ τῆς ἑσπέρας βασιλεὺς, ἀκραιφνῆ διεφύλαξε τὴν εὐσέβειαν.

a

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Τίνες ἐπίσημοι προστάται τῆς Ἀρείου συμμορίας ἐγένοντο.

ΤΟ δὲ τμῆμα τὸ ἑῶον ϖολλαχόθεν τὴν λώβην ταύτην ἐδέξατο. Ἀρειός τε γὰρ Ἀλεξανδρείας τῆς Αἰγυπτίας πρεσβύτερος ὢν, ἐκεῖ τὴν βλασφημίαν ἐγέννησε· κ Εὐσέβιος κ Πατρόφιλος κ Ἀέτιος οἱ Παλαιστῖνοι, καὶ Παυλῖνος καὶ Γρηγόριος οἱ Φοίνικες, καὶ Λαοδικείας Θεόδοτος, καὶ ὁ μετ' αὐτὸν Γεώργιος, κ μετὰ τούτους Ἀθανάσιός τε κ Νάρκισσος οἱ Κίλικες, τὰ κακῶς καταβληθέντα ἐξέθρεψαν σπέρματα· Εὐσέβιός τε κ Θεόγνιος οἱ Βιθυνοὶ, καὶ Μηνόφαντος ὁ Ἐφέσιος, κ Θεόδωρος ὁ Περίνθιος, κ Μάρις ὁ Καλχηδόνιος, καὶ ἕτεροί τινες ἀπὸ τῆς Θρᾴκης, ἀπὸ κακίας μόνης ἐπίσημοι, μέχρι ϖολλοῦ διετέλεσαν τ τῶν ζιζανίων σπορὰν ἄρδοντές τε κ θάλποντες. τοῖς δὲ κακοῖς συνέπραξεν γεωργοῖς, Κωνσταντίῳ τε ἡ εὐκολία, κ ἡ Οὐάλεντος μοχθηρία. [2] τούτου δὴ ἕνεκα, μόνης τῆς οἰκείας βασιλείας τὺς ἐπισκόπους εἰς τ Κωνσταντινούπολιν συναθροισθῆναι προσέταξεν. ἐπειδὴ δὲ ἀφίκοντο, πεντήκοντα δὲ ἦσαν κ ἑκατὸν, παρηγγύησε μηδένα αὐτῷ μηνύσαι ὅστις ὁ μέγας Μελέτιος εἴη. ἐβούλετο γὰρ ἐκ τ ἑαυτοῦ μνήμης μηνυθῆναι τὸν ἄνδρα.

b

2

VALESII ANNOTATIONES.

[1 Ἐνεπέπλησο] Ἀνεπέπλησο cod. Reg.]

[2 Τούτου δὴ ἕνεκα] Non assentior Theodorito. Non enim idcirco solos Orientis Episcopos ad Constantinop. Synodum evocavit Theodosius, quod solæ Orientis provinciæ hæretica labe infectæ essent: sed eo quod cum ipse Imperator esset Orientis, Occidentales Episcopos ad suam synodum convocare non poterat, quippe qui sub ipsius Imperio ac ditione constituti non essent.

VARIORUM.

a Βασιλέα κεχειροτόνηκεν] In hoc à ceteris scriptoribus diversus abit Theodoritus, quod asserat Theodosium prius Barbaros ad Istrum tanquam Magistrum militum debellasse, quam Imperatorem creatum. Alii enim Autores, ut Victor, Socrates, &c. eum Sirmii Imperatorem constitutum, deinde contra Barbaros profectum volunt. *W. Lowth.*

καὶ

ϗ ἐπειδὴ εἰς τ βασίλειον εἰσελήλυθεν οἶκον ἅπας ἐκεῖνος τ ἐπισκόπων ὁ ὅμιλος, τὺς ἄλλυς καταλιπὼν ἅπαντας, τῷ μεγάλῳ Μελετίῳ προσέδραμεν· καὶ οἷόν τις παῖς φιλοπάτωρ, μετὰ χρόνυ μακρῦ θέας πατεικῆς ἀπολαύσας, περιεπύσετό τε ϗ κατεφίλει ϗ ὀφθαλμοὺς ϗ χείλη ϗ στέρνα ϗ κεφαλὴν, ϗ τ στεφανώσασαν δεξιάν· ἐδήλωσε δὲ ϗ τὴν ὄψιν ἣν εἶδε. φιλοφρονησάμενος δὲ ϗ τοὺς ἄλλυς ἅπαντας, βυλεύσασθαι δεῖ τ προκειμένων ὡς πατέρας ἠξίωσε.

agnoscere. Cumque universus ille Episcoporum cœtus in palatium venisset, Imperator relictis ceteris, ad magnum Meletium accucurrit. Ac velut filius patris amantissimus, post longum temporis spatium paterno conspectu fruens, complecti eum cœpit, ac deosculari ejus oculos, labra, pectus, caput, & dextram quæ ipsum coronaverat. Visionem quoque quam in somnis viderat, ei narravit. Posthæc cum reliquos etiam omnes benigne excepisset, hortatus est, ut tanquam patres de rebus propositis deliberarent.

SÆC. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Περὶ τ ἐν Κωνσταντινυπόλει συναθροισθείσης συνόδυ.

CAPUT VIII.

De Concilio Constantinopolitano.

1 ΚΑΤ' ἐκεῖνον δὴ τὸν χρόνον ὁ μ τ Ναζιανζὸν τὰ τελευταῖα ποιμάνας, ἐν Κωνσταντινυπόλει διέτριβε, ταῖς Ἀρειανικαῖς ἀντιπαθόμενος βλασφημίαις· ϗ τόν τε θεῖον λαὸν ταῖς θεαγγελικαῖς ἄρδων διδασκαλίαις, τύς τε τ πόιμνης ἔξω πλανωμένυς ἀγρωβόων, ϗ τῆς ὀλεθρίυ πόας ἐλευθερῶν, οὕτω μ τ πόιμνην ἐκείνῳ ἐξ ὀλίγου μεγάλην ἀπέφηνεν. τῦτον ἰδὼν ὁ θεῖος Μελέτιος, ϗ τ 2 τ κανόνα γεγραφότων τ σκοπὸν ὑπειλήφει· τὰς γὰρ τ φιλαρχίας ἀφορμὰς περικόπτοντες, ἐκώλυσαν τὴν μετάθεσιν· ἐβεβαίωσε τῷ θεοφιλάτῳ Γρηγορίῳ μ τ Κωνσταντίνυ πόλεως προεδρείαν. ὀλίγου δὲ διελθόντος χρόνυ, ὁ μὲν θεῖος Μελέτιος εἰς τὸν ἄλυπον μετέστη ζωὴν, ὑπὸ πάντων τῶν ἐν λόγυ μετειληχότων ταῖς 342 ὑπαφοίς 3 παινωθεὶς θυμήμασι. 4 Τιμόθεος δὲ ὁ

DEGEBAT tunc temporis Constantinopoli, is qui Nazianzum novissime rexerat: & Arianorum blasphemiæ sese opponens, populum Dei Evangelicis prædicationibus imbuebat, oves vero à reliquo grege aberrantes requirebat, & ab exitiali pabulo revocabat. Hoc modo gregem illum ex modico magnum reddidit. Hunc cum vidisset Divinus Meletius, & eorum qui regulam condiderant, consilium probe nosset: ambitionis enim præcidendæ causa, translationes Episcoporum prohibuerant; sanctissimum Gregorium in Episcopatu Constantinopoleos confirmavit. Brevi post tempore divinus Meletius ad vitam doloris expertem migravit, omnium qui dicendi facultate pollebant, funebribus orationibus celebratus. Timotheus vero Alexandrinæ

Socr. l. V. c. 8. Soz. l. VII. cap. 7. 9.

Meletii obitus.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ναζιανζὸν τὰ τελευταῖα ποιμάνας] Cave credas Episcopum Nazianzi his verbis designari. Neque enim Gregorius priusquam ad Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopatum promoveretur, Nazianzi Episcopus fuit, sed tantum Coadjutor patris in Episcopatu Nazianzeno, sine ullo successionis vinculo. Itaque post mortem patris sui, ex oppido Nazianzo discessit, ut ipse testatur in Carmine de vita sua. Fuit quidem hic error Rufini, qui in libro undecimo historiæ Ecclesiasticæ cap. 9, scribit Gregorium in locum patris sui Episcopum Nazianzi subrogatum, ac deinde Constantinopolitanum Episcopum factum fuisse. Sed eum errorem confutat Gregorius ipse, ut jam dixi. Quare hoc loco ποιμάνας non pro Episcopo, sed pro Adjutore Episcopalis Officii accipiendum est. Nisi malimus hæc verba τὰ τελευταῖα exponere non de tempore quod præcessit Episcopatum Constantinopolitanum Gregorii, sed de extremo illius vitæ tempore. Nam Gregorius cum se Episcopatu C. P. abdicasset, sub extrema vitæ tempora Nazianzi Episcopus fuit †. Atque hic sensus magis placet. Melius enim convenire videtur verbis Theodoriti.

2 Τὸν κανόνα γεγραφότων] Intelligit Canonem XV. Concilii Nicæni, qui vetat Episcopos, Presbyteros ac Diaconos ex una Ecclesia in aliam transferri. Contra hunc Canonem Gregorius Naz. ab Episcopatu Safimorum translatus fuerat ad Episcopatum Constantinopoleos. Quare irrita erat ejus ordinatio, ut definiunt Canones Nicæni. Certe Occidentales Episcopi eam improbarunt, ut docet Epistola Concilii Aquileiensis. Eam tamen defendere conatur Theodoritus, non absurde.

3 Τελειωθεὶς θυμήμασι] Sic etiam edidit Jacobus Sirmundus, male ut apparet. Nos ex MS. codice Henrici Savilii & ex editione Basiliensi restituimus παινωθεὶς. Qua emendatione nihil certius. Porro ex tot orationibus quæ in funere magni Meletii dictæ sunt, unica hodie supereſt oratio Gregorii Nysseni: in cujus initio mentionem facit aliorum qui ante ipsum in Ecclesia peroraverant de laudibus ejusdem Meletii.

4 Τιμόθεος δὲ] Fallitur hic Theodoritus. Non enim Timotheus Maximum Cynicum ordinavit Episcopum Constantinopoleos, sed Petrus, ut testis est Gregorius Naz. in Carmine Iambico de vita sua, qui tres Episcopos ex Ægypto misit ad eam ordinationem peragendam, quemad-

VARIORUM.

† Cave credas cum Valesio Gregorium extremo vitæ tempore Nazianzi episcopum fuisse. Post resignationem enim sedis C. P. se Arianzum, ubi natus est, contulit, viculum à Nazianzo haud longe dissitum, neque Ecclesiæ istius regimen iterum suscepit; sed Eulalium amicum suum commendavit, qui in episcopum ejus loci, ut ipse testatur Epist. 225. (al. 36.) electus est. *W. Lowth.*

a Τιμόθεος — Μάξιμόν τινα κεχειροτόνηκε] Falli hic Theodoritum observavit Valesius: Et sane toto hoc capite veram causam cur Greg. Nazianzenus Episcopatui C. P. renuntiaverit, minime attigit: quæ ita se habuit. Maximus ope Petri & Timothei Alexandrinorum Episcoporum, ab Occidentalibus Episcopis literas communicatorias acceperat, qui ob Meletii causam Gregorio infensi erant. Meletius enim Gregorium ad Episcopatum C. P. evexerat; Occidentales autem Paulinum, utpote à Lucifero suarum partium Episcopo ordinatum, pro vero Episcopo Antiocheno habuerunt. Hinc discidium inter Orientales & Occidentales ortum, quod eo usque processit, ut contra propria ipsorum pacta Orientales loco Meletii Flavianum ordinarint, excluso Paulino. Quod tamen minime approbavit Gregorius, qui mortuo Meletio, Paulinum pro legitimo Episcopo Antiocheno agnoscendum existimarit, ne Ecclesia ista Schismate ulterius distraheretur. Ita utrisque tam Orientalibus quam Occidentalibus displicuit Gregorius: adeoque in Oratione Valedictoria, Orientem & Occidentem in partes scissum, & utrumque sibi infensum queritur. Vid. Epistolam Synodi Aquileiensis in Concil. Tom. 2. pag. 1007. & quæ Orientales C. P. congregati eidem responderint: quæ occurrit apud Theodoritum cap. seq. *W. Lowth.*

SÆC. IV.

urbis Episcopus, successor Petri illius qui Athanasio in Episcopatu successerat, in locum admirabilis Gregorii Maximum quendam Cynicum, detonso ejus Cynico capillitio, protinus Episcopum ordinavit. Erat hic Apollinaris quoque vesania refertus. Verum Episcopi qui tunc congregati erant, facinus tam absurdum nequaquam tulere. Erant autem viri admirabiles, & zelo divino ac sapientia singulari præditi: Helladius scilicet, magni Basilii successor in Episcopatu; Gregorius item ac Petrus, iisdem quibus Basilius parentibus nati: Amphilochius præterea Antistes Lycaoniæ, & Optimus Pisidiæ, & Ciliciæ Diodorus. Aderat etiam Pelagius Episcopus Laodiceæ, Eulogius Edessæ, Acacius Bercææ, & noster Isidorus; Cyrillus item Hierosolymorum, & Gelasius Cæsareæ Palæstinæ, vir doctrina simul & sanctitate vitæ conspicuus; aliique insuper plures eximiæ virtutis athletæ. Hi igitur omnes cum se ab Ægyptiorum communione tunc removissent, una cum magno Gregorio Collectas celebrabant. Divinus autem Gregorius eos hortabatur, ut quoniam restituendæ concordiæ causa congregati erant, mutuam inter ipsos pacem & consensionem unius hominis injuriæ anteponerent. Nam & ego, aiebat, multis curis liberatus, jucundam mihi quietem recuperabo: & vos post diuturnum & gravissimum illud bellum, optatissimam vobis pacem recipietis. Absurdissimum enim fuerit, eos qui hostilia tela recens evaserint, sese mutuo telis configere, & suas vires incassum consumere. Hoc enim pacto adversariis nostris maximam afferemus voluptatem. Quocirca virum laudabilem ac prudentem, qui tot curarum pondus sustinere ac probe ordinare possit, conquirite, eumque Antistitem renuntiate. His monitionibus obsecuti præstantissimi Pastores, Nectarium virum nobilem, omnique virtutis genere, non minus quam splendore generis illustrem, Regiæ urbis Episcopum ordinarunt. Maximum vero, utpote Apollinaris infectum dementia, Pontificali dignitate exutum damnarunt. Conditis præterea aliquot regulis de Ecclesiastica disciplina, & fide quæ Nicææ exposita fuerat denuo confirmata, ad suas quisque urbes reversi sunt. Sequenti vero æstate, cum plerique eorum ad eandem urbem venissent: Ecclesiastica enim negotia eos rursus illuc evocaverant: Occidentalium Episcoporum synodicam Epistolam acceperunt, quæ ipsos hortabatur, ut Romam ad maximam synodum quæ illic parabatur, se conferrent.

Maximus Cynicus.

Gregorius Naz. Episcopatu CP. se exuit.

Nectarius ordinatur.

ὁ Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος, ὃς Πέτρου διεδέξατο τὴν τῆς Ἀθανασίου προεδρείας κληρονόμον γενόμενον, ἀντὶ τοῦ θαυμασίου Γρηγορίου Μάξιμόν τινα κεχειροτόνηκε Κυνικὸν, εὐθὺς αὐτῷ τὰς Κυνικὰς ἀποκείρας τρίχας. ἡ δὲ Ἀπολιναρίου τερθρείας ἀνάπλεως ἦτος ἦν. ἀλλ' οὐκ ἤνεγκαν τὸ γεγενημένον τὴν ἀτοπίαν οἱ τηνικαῦτα συνειλεγμένοι. ἦσαν γὰρ ἄνδρες ἀξιάγαστοι, καὶ ζήλου θείου καὶ Σοφίας ἀνάπλεοι· Ἑλλάδιος μὲν ὁ τῆς τοῦ μεγάλου Βασιλείου προεδρείας διάδοχος, Γρηγόριος δὲ καὶ Πέτρος οἱ τοὺς αὐτοὺς Βασιλείῳ παλέρας αὐχήσαντες· Ἀμφιλόχιος δὲ Λυκαόνων ἡγεῖτο, καὶ Πισίδων Ὄπτιμος, καὶ Κιλίκων Διόδωρος. παρῆν δὲ καὶ Πελάγιος ὁ Λαοδικείας, καὶ Εὐλόγιος ὁ Ἐδέσσης, καὶ Ἀκάκιος, καὶ Ἰσίδωρος ὁ ἡμέτερος, καὶ Κύριλλος ὁ Ἱεροσολύμων, καὶ Γελάσιος ὁ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, λόγῳ καὶ βίῳ κοσμούμενος, καὶ ἕτεροι πλεῖοι τῆς ἀρετῆς ἀθληταί. τότε δὴ οὖν οὗτοι πάντες τὴν Αἰγυπτίων σφᾶς αὐτοὺς ἀποκείναντες, σὺν τῷ μεγάλῳ Γρηγορίῳ τὰς πανηγύρεις ἐπετέλουν τὰς θείας. ὁ δὲ θεῖος παρεκάλει Γρηγόριος, ὡς ἐπὶ συμφωνίας συνηθροισμένους τοὺς ἀλλήλων ὁμόνοιαν προτιμῆσαι τῆς ἑνὸς ἀνδρὸς ἀδικίας. ἐγώ τε γὰρ, ἔφη, τὴν πλειόνων φροντίδων ἀπαλλαγεὶς, τὴν ἐμοὶ φίλτρον ἀπολήψομαι ἡσυχίαν, καὶ ὑμεῖς τὴν τριπόθητον εἰρήνην μετὰ τὸν μακρὸν ἐκεῖνον καὶ χαλεπὸν ἀπολήψεσθε πόλεμον. τὰ γὰρ λίαν ἀλοπώλατον, ἄρτι τὰ πολεμικῶν ἀπαλλαγέντας βελῶν, ἀλλήλους βάλλειν καὶ τὴν οἰκείαν ἀναλίσκειν ἰσχύν. ἐπίχαρτοι γὰρ οὕτω τοῖς δυσμενέσιν ἐσόμεθα. ἄνδρα δὴ οὖν ἐπιζητήσαντες ἀξιέπαινον καὶ νοῦν ἔχοντα, τὰ φροντίδων τὸ πλῆθος καὶ δέξασθαι καὶ εὖ διαθεῖναι δυνάμενον, ἀρχιερέα προβάλλεσθε. ταύταις οἱ ἄριστοι ποιμένες ταῖς ὑποθήκαις πεισθέντες, Νεκτάριον εὐπατρίδην ἄνδρα, καὶ περιφανείᾳ γένους κοσμούμενον, καὶ τοῖς τῆς ἀρετῆς εἴδεσι λαμπρυνόμενον, ἐπίσκοπον τῆς μεγίστης ἐκείνης ἐχειροτόνησαν πόλεως. τὸν δὲ Μάξιμον, ὡς τῆς Ἀπολιναρίου φρενοβλαβείας μετειληχότα, καὶ ἀρχιερατικῆς ἀξίας γυμνώσαντες ἀπεκήρυξαν. καὶ κανόνας δὲ περὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ γράψαντες εὐκοσμίας, καὶ τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν ἐν Νικαίᾳ βεβαίαν μεῖναι ψηφισάμενοι, εἰς τὰς οἰκείας ἐπανῆλθον παροικίας. ᾧ δὲ ἐπιγενομένῳ θέρει, εἰς ἐκείνην αὖθις τὴν πόλιν οἱ πλεῖστοι τούτων ἀφικνούμενοι· ἐκκλησιαστικαὶ γὰρ αὐτοὺς πάλιν συνεκάλεσαν χρεῖαι· συνοδικὴν ἐπιστολὴν τὴ 1 ἑσπέρας ἐπισκόπων ἐδέξαντο, εἰς τὴν Ῥώμην αὐτοὺς ἀφικέσθαι προτρέπουσαν, ὡς συνόδου μεγίστης αὐτόθι

VALESII ANNOTATIONES.

modum docet Epistola 5, Episcoporum Italiæ ad Theodosium Imp. quam edidit Jacobus Sirmundus. Baronius quidem ad annum Christi 379. cap. xxv. ait Petrum Alexandrinum Episcopum septem Episcopos Ægypti ad id perficiendum legasse, quorum nomina hæc erant. Ammon, Apammon, Arpocras, Sippas, Rhodon, Anubis, & Hermanubis. Verum graviter hallucinatur. Hi enim septem, non Episcopi erant, sed Nautæ seu potius Gubernatores Classis Alexandrinæ, ut testatur Gregorius in Carminibus Iambicis, *δύσπνα ναυτερίδια &c.* Extat Oratio Gregorii Naz. in eorum adventum. Ex qua discimus etiam eos non Episcopos fuisse sed Laicos: Nautas scilicet Alexandrinos, qui frumentum ex Ægypto Constantinopolim advexerant. Quo maxime argumento convincitur, eos Episcopos non fuisse. Neque enim Episcopali dignitati convenit frumenti advectio. Denique Gregorius in tota illa oratione eos nunquam Episcopos, semper vero Laïcos appellat, cum dicit toties λαὸς ἐμὸς & λαὸς Θεοῦ. Postremo verba illa Gregorii, *verum postea quam Cæsari, quæ sunt Cæsaris contuliſtis, Deo etiam quæ Dei sunt tribuiſtis: illi nempe vectigal, huic timorem. Et postquam cibis vestris populum aluiſtis, ipsi quoque, ut à nobis alamini, huc acceditis:* Hæc inquam verba an non aperte Laïcos designant, & nautas qui frumentum seu Canonem urbis C. P. advexerant?

1 Συνοδικὴν ἐπιστολὴν τῶν τῆς ἑσπέρας] Extat hæc Epistola Synodica Episcoporum Italiæ ad Theodosium Imp. scripta, quam edidit Jacobus Sirmundus in Appendice Theo-

συγχρονισμός.

συγκροτουμένης. ἀλλὰ τὴν μὲν ἀποδημίαν παρητήσαντο, ὡς οὐδὲν ἔχουσαν κέρδος· ἐπέστειλαν δὲ τόν τε κλύδωνα τὸν κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἐπανιστάμενον σημαίνοντες, καὶ τὴν γεγενημένην αὐτῶν ἀμέλειαν αἰνιττόμενοι. ἐν κεφαλαίῳ δὲ καὶ τὸ ἀποστολικὸν τοῖς γράμμασιν ἐνέθηκαν Φρόνημα. Σαφέστερον δὲ τὴν τῶν γεγραφότων ἀνδρείαν τε καὶ Σοφίαν αὐτὰ δηλώσει τὰ γράμματα.

Verum profectionem quidem, ut quæ nihil emolumenti esset habitura, suscipere recusarunt: scripserunt tamen ad illos litteras, quibus & tempestatem quæ adversus Ecclesias excitata fuerat significabant, & illorum præteritam negligentiam subobscure innuebant. Apostolicam quoque doctrinam brevi compendio iisdem litteris inseruerunt. Verum prudentiam illorum ac fortitudinem, ipsæ quas scripserunt literæ apertius declarabunt. SÆC. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

CAPUT IX.

Συνοδικὸν παρὰ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνόδου.

Epistola Synodica Concilii Constantinopolitani.

Κυρίοις τιμιωτάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις ἀδελφοῖς καὶ συλλειτουργοῖς, Δαμάσῳ, Ἀμβροσίῳ, Βρίττωνι, Οὐαλεριανῷ, Ἀχολίῳ, Ἀνεμίῳ, Βασιλείῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἁγίοις ἐπισκόποις τοῖς συνελθοῦσιν ἐν τῇ μεγαλοπόλει Ῥώμῃ, ἡ ἁγία σύνοδος τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων, τῶν συνελθόντων ἐν τῇ μεγαλοπόλει Κωνσταντινουπόλει, ἐν Κυρίῳ χαίρειν. τὸ μὴ ὡς ἀγνοοῦσαν τὴν ὑμετέραν θεοσέβειαν διδάσκειν, καὶ διηγεῖσθαι τῶν παθῶν τὸ πλῆθος, τῶν ἐπαχθέντων ἡμῖν ἀφ' ὑπερβολῆς τῆς τῶν Ἀρειομανιτῶν δυναστείας, περιττὸν ἴσως. οὔτε γὰρ οὕτω πάρεργον τὰ καθ' ἡμᾶς κεῖνται τὴν ὑμετέραν ἡγούμεθα θεοσέβειαν, ὡς δεῖσθαι τοῦ μαθεῖν ταῦτα, οἷς ἐχρῆν συναλγεῖν. οὔτε τοιοῦτοί τινες οἱ ἐπιπεσόντες ἡμᾶς χειμῶνες, ὡς λανθάνειν ὑπὸ σμικρότητος· ὅ τε χρόνος τοῦ διωγμοῦ νεαρὸς, ἔναυλον ἔτι φυλάττων τὴν μνήμην, οὐ τοῖς πεπονθόσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς δι' ἀγάπην τὰ τούτων πεπονθόσιν οἰκειωμένοις. χθὲς γοῦν ὡς εἰπεῖν ἔτι καὶ πρώην, οἱ μὲν τῆς ἐξορίας λυθέντες δεσμῶν, εἰς τὰς ἑαυτῶν ἐκκλησίας μετὰ μυρίων ἐπανήκασι θλίψεων· τῶν δὲ καὶ τελειωθέντων ἐν ταῖς ἐξορίαις, ἐπανεκομίσθη τὰ λείψανα. τινὲς δὲ καὶ μὴ τὴν τῆς ἐξορίας ἐπάνοδον, ἔτι βεβαιοῦντι τοῦ κρείττονος ἐπιπεσόντες θυμῷ, πικρότερα τοῦ κρείττονος ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας, ἐπὶ τῆς οἰκείας ὑπέμειναν, λίθοις παρ' αὐτῶν τελειωθέντες κατὰ τὸν μακάριον Στέφανον. ἄλλοι μαστιγοφόροις κατατιθέντες ἀνίαις, ἐπὶ τὰ στίγματα τοῦ Χριστοῦ καὶ τοὺς μώλω-

Dominis carissimis ac religiosissimis fratribus & comministris, Damaso, Ambrosio, Brittoni, Valeriano, Ascholio, Anemio, Basilio, & reliquis sanctis Episcopis qui in magna urbe Roma collecti sunt, sancta synodus Orthodoxorum Episcoporum qui in magna urbe Constantinopoli convenerunt, in Domino salutem. Supersluum fortasse fuerit insinuare reverentiæ vestræ, & tanquam res gestas ignorantibus, referre multitudinem malorum quæ ab Arianorum furore ac potentia perpessi sumus. Neque enim putamus, pietatem vestram tam parvi facere res nostras, ut opus habeatis ea nunc discere quibus condolere vos jampridem oportuit. Nec tempestates quibus vexati sumus ejusmodi fuere, ut ob tenuitatem latere possent. Sed & tempus persecutionum recens, vigentem adhuc servat memoriam malorum, non solum apud eos qui passi sunt, verum etiam apud illos qui aliorum calamitates ob charitatem suas esse ducunt. Heri enim, ut ita dicamus, ac nudiustertius, alii exilii vinculis liberati, non sine innumerabilibus ærumnis ad suas Ecclesias redierunt. Aliorum qui in exilio mortem oppetierant, reportatæ sunt reliquiæ. Nonnulli etiam post reditum ab exilio, cum hæreticorum furorem adhuc ferventem offendissent, acerbiora domi sustinuerunt quam quæ apud exteros passi fuerant; lapidum jactu ab illis obruti ut olim beatus Stephanus. Alii variis cruciatibus lacerati, stigmata Christi ac

Arianorum in Catholicos rabies.

VALESII ANNOTATIONES.

dosiani codicis pag. 104. in ea Epistola Episcopi Italiæ postulant, ut Nectarius, qui in synodo C. P. depositio Maximo Episcopus fuerat ordinatus, loco cedat; aut certe Romæ generale Concilium habeatur, in quo de ordinatione Maximi ac Nectarii judicium feratur. Sic enim aiunt Episcopi Italiæ. *Nec videmus eam posse aliter convenire, nisi aut is reddatur Constantinopoli, qui prior est ordinatus: aut certe super duorum ordinatione sit in urbe Roma nostrum Orientaliumque Concilium. Neque enim indignum videtur, Auguste, ut Romanæ Ecclesiæ Antistitis finitimorumque & Italorum Episcoporum debeant subire tractatum, qui unius Acholii Episcopi ita expectandum putaverunt esse judicium, ut de Occidentalibus partibus Constantinopolim evocandum putarent.* Ejusdem Epistolæ mentio fit in Epistola Synodica Concilii C. P. quam sequenti capite refert Theodoritus. Utrum porro præter hanc Epistolam ad Imperatorem Theodosium, Episcopi Italiæ aliam synodicam scripserint ad Episcopos Constantinopoli congregatos, mihi quidem incompertum est. Id tamen ab illis factum non puto. Nam in Epistola synodica Patres Concilii C. P. solam mentionem faciunt Epistolæ Imperatoris super ea re ad ipsos scriptæ: quam scilicet Imp. Theodosius ad ipsos scripserat rogatu Episcoporum Italiæ. Id enim ab illo popoposcerant Episcopi Italiæ, admoniti ab Imp. Gratiano, ut docet eorum Epistola jam citata.

[1 Βεϊτίωνι] Βεϊτίῳ Cod. Reg.]

2 Ἀχολίῳ] Hic superiore anno, qui fuit Christi 381, Constantinopolitanæ synodo interfuerat, solus ex Occidentalibus Episcopis, ut supra observavi. Quare non mirum est, si cum esset Occidentalium partium Episcopus, ad Synodum Romanam venit, quæ anno Christi 382. celebrata est, sed sub finem superioris anni à Damaso Rom. Pontifice fuerat indicta. Anemius vero qui post Ascholium hic nominatur, Sirmiensis erat Episcopus, qui Aquileiensi Concilio interfuit. Britto autem cujusnam urbis fuerit Episcopus, equidem nescio. Suspicor tamen Episcopum Capuæ fuisse.

3 Μεγάλῃ πόλει Ῥώμῃ] Rectius [in codice Regio, &] in editione Basiliensi scribitur μεγαλοπόλει, hic & paulo post ubi Constantinopolis fit mentio. Certe Roma à Græcis μεγαλόπολις dicta est, ut observavi in annotationibus Eusebianis. Constantinopolim quoque ita nominat Eusebius in libris de vita Constantini, & Joan. Chrysostomus aliique.

4 Τῶν παθῶν τὸ πλῆθος] In Manuscripto codice Henrici Savilii legitur τῶν παθημάτων, quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus [ex codice Regio J. Pini.]

Sæc. IV.

ac vibices in corporibus ſuis circunferunt. Jam vero pecuniarum damna & mulctas civitatibus inflictas, & ſingulorum proſcriptiones, inſidias, contumelias, & carceres, quis poſſit enumerare? Revera enim omnes ærumnæ adverſus nos multiplicatæ ſunt ſuper numerum: ſeu quod peccatorum noſtrorum pœnas perſolvimus: ſeu quod benignus Deus per hanc malorum multitudinem exercere nos voluit. Pro his ergo gratias agimus Deo, qui tot ac tantis calamitatibus famulos ſuos erudivit, & pro magnitudine miſerationum ſuarum rurſus eduxit nos in refrigerium. Nobis vero ad reparationem Eccleſiarum diuturno otio & multo tempore ac labore opus foret, ut corpus Eccleſiæ, tanquam ex diuturno morbo, ſollicita curatione paulatim recreantes, ad priſtinam pietatis ſanitatem revocaremus. Etſi enim perſecutionum violentia penitus liberati videmur, & Eccleſias diu ab hæreticis poſſeſſas perfecte recuperaſſe; tamen moleſti ſunt nobis lupi, qui poſtquam ab ovilibus depulſi ſunt, ovium greges in ſaltibus diripiunt; contrarios conventus agere præſumunt; populorum concitant ſeditiones; & ad Eccleſiarum perniciem nihil agere detrectant. Proinde neceſſe nobis foret, ut diximus, diutius huic negotio vacare. Sed quoniam fraternam erga nos caritatem declarantes, ad ſynodum quam Dei nutu ac voluntate Romæ congregatis, nos quoque velut membra propria piiſſimi Imperatoris litteris evocaſtis, eo conſilio ut quia tunc ſoli ad perferendas ærumnas damnati ſumus, nunc concordantibus in cauſa pietatis Imperatoribus, vos non ſoli regnetis, ſed juxta

1 Cor. 4.

Apoſtolicam ſententiam, nos quoque vobiſcum regnemus: Nobis quidem in votis erat, ut ſi fieri poſſet, univerſi ſimul relictis Eccleſiis deſiderio, ſeu potius neceſ-

Pſal. 54.

ſitati obſequeremur. Quis enim det nobis pennas ſicut columbæ, ut volemus & requieſcamus apud vos? Sed quoniam ea res prorſus nudaret Eccleſias, quæ nunc primum incipiunt renovari, & plerique noſtrum id facere nullo modo poſſent: conveneramus enim Conſtantinopolim, juxta litteras reverentiæ veſtræ, ſuperiore anno poſt Aquileienſe Concilium ad piiſſimum Imperatorem Theodoſium miſſas, ad hanc ſolam profectionem inſtructi Conſtantinopolim uſque; & de hac tantum ſynodo, Epiſcoporum qui in provinciis remanſerant conſenſum adferentes: de longioris

πας ὁ τῷ σώματι προσφέρουσι. χρημάτων δὲ ζημίας καὶ προτιμήσεις πόλεων, καὶ τὰς τῶ καθ' 1
ἕνα δημοσιεύσεις, καὶ συσκιὰς καὶ ὕβρεις καὶ δεσμωτήρια, τίς ἂν ἐξαριθμήσασθαι δύναιτο; πᾶσαι γὰρ ὅσαι
τῶν ἐφ' ἡμᾶς αἱ θλίψεις ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμὸν, ἴσως μὲν, ἐπειδὴ δίκας ἁμαρτημάτων ἐτίναμεν· ἴσως δὴ καὶ τῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, διὰ τῦ πλήθους τῶν παθημάτων ἡμᾶς γυμνάζοντος. τούτων μὲν οὖν
τῇ Θεῷ χάρις, ὃς καὶ διὰ τοσούτων θλίψεων τοὺς ἑαυτῦ δούλους ἐξεπαίδευσε, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν αὐτῦ πάλιν ἐξήγαγεν ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν. ἡμῖν
δὲ μακρᾶς μὲν ἔδει σχολῆς, καὶ πολλῦ χρόνου καὶ πόνου πρὸς τὴν τῶν ἐκκλησιῶν ἐπανόρθωσιν, ἵν' ὥσπερ ἐκ μακρᾶς ἀῤῥωστίας, ταῖς κατὰ μικρὸν ἐπιμελείαις τὸ
σῶμα τῆς ἐκκλησίας ἐκνοσηλεύοντες, πρὸς τὴν ἀρχαίαν τῆς εὐσεβείας ὑγίειαν ἐπαναγάγωμεν. καὶ γὰρ εἰ τὰ
μάλιστα δοκοῦμεν τῶν δωσμῶν ἀπηλλάχθαι σφοδρότητος, καὶ τὰς ἐκκλησίας χρονίως πρὸς τῶν αἱρετικῶν κατασχεθείσας ἀρτίως ἀνακομίζεσθαι, πλὴν ἀλλὰ
βαρεῖς ἡμῖν λύκοι, καὶ μετὰ τὸ τῶν μάνδρας ἐξωσθῆναι, κατὰ τὰς νάπας τὰ ποίμνια διαρπάζοντες, ἀντισυνάξεις τολμῶντες, δήμων κινοῦντες ἐπαναστάσεις, οὐκ
ἐῶντες ὅλως εἰς τὸ τῶν ἐκκλησιῶν βλάβος. ἦν μὲν οὖν ὅσῳ εἰρήκαμεν ἀναγκαῖον, πλείονα ἡμᾶς προσασχολῆσαι χρόνον. ἐπειδὴ μέντοι τὴν ἀδελφικὴν περὶ
ἡμᾶς ἀγάπην ἐπιδεικνύμενοι, σύνοδον ἐπὶ τῆς Ῥώμης Θεοῦ βουλήσει συνεκροτοῦντες, καὶ ἡμᾶς ὡς οἰκεῖα μέλη προσεκαλέσασθε διὰ τῶν θεοφιλεστάτων βασιλέως γραμμάτων, ἵν' ἐπειδὴ τότε τὰς θλίψεις μόνοι κατεδικάσθημεν, νῦν σὺν τῇ τῶν αὐτοκρατόρων πρὸς τὴν εὐσέβειαν συμφωνίᾳ, μὴ χωρὶς ἡμῶν βασιλεύσητε, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς ὑμῖν τὴν ἀποστολικὴν
φωνὴν συμβασιλεύσωμεν, εὐχὴ μὲν ἦν ἡμῖν, εἰ δυνατὸν, ἅπασιν ἀθρόως καταλιπεῖν τὰς ἐκκλησίας, τῷ πόθῳ ἢ τῇ χρείᾳ χαρίσασθαι. τίς γὰρ ἡμῖν δώσει πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς, καὶ πετασθησόμεθα, καὶ
πρὸς ὑμᾶς καταπαύσομεν; ἐπειδὴ δὲ τοῦτο παντελῶς ἐγύμνου τὰς ἐκκλησίας, ἄρτι τῆς ἀνανεώσεως ἀρχομένας, καὶ τὸ πρᾶγμα παντάπασιν ἦν τοῖς πολλοῖς ἀδύνατον, συνεδραμήκαμεν γὰρ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἐκ τῶν πέρυσι γραμμάτων τῆς παρὰ τῆς 2
ὑμετέρας τιμιότητος μετὰ τὴν ἐν Ἀκυληίᾳ σύνοδον, πρὸς τὸν θεοφιλέστατον βασιλέα Θεοδόσιον ἐπιστα-
λέντων, πρὸς μόνην ταύτην τὴν ἀποδημίαν τὴν μέχρι Κωνσταντινουπόλεως παρεσκευασμένοι, καὶ περὶ ταύτης μόνης τῆς συνόδου τὴν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μεγάλων ἐπισκόπων συγκλήθεσιν ἐπαγόμενοι· μείζο-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ προτιμήσεις πόλεων] Henricus Savilius in ſuo codice priorem vocem lineola ſubnotavit, & crucem ſignavit ad marginem, ut hanc vocem corruptam eſſe indicaret. Camerarius quidem & Sirmundus, mulctas civitatum interpretati ſunt, quod non probo. Neque enim προτίμησις mulctationem ſignificat. Dicendum enim eſſet προτιμήματα, aut ἐπιτίμια. Nec melius Chriſtophorſonus vertit amiſſiones civitatum quas incolebant. Ego mutationes urbium malim vertere. Qui enim perſecutionem patitur, vertere ſolum cogitur, & extraneas civitates Patriæ ſuæ præponere, quod eſt προτίμησις. Poſſet etiam ea vox aliter exponi, de civitatibus quæ ob Catholicæ fidei defenſionem gravi pecunia mulctatæ ſunt ab Imperatoribus. Primum enim loquuntur Epiſcopi de civitatibus quæ perſecutionis procella quaſſatæ ſunt: deinde de ſingulis civibus. Itaque verba illa χρημάτων δὲ ζημίας καὶ προτιμήσεις τῶν πόλεων, uno ſpiritu legenda ſunt. Atque hæc explicatio mihi nunc magis placet. Tantum προτιμήσεις ſcribendum erit.

2 Ἐκ τῶν πέρυσι γραμμάτων] Intelligo Epiſtolam Concilii Italiæ ad Theodoſium Imperatorem, de qua ſupra loquuti ſumus. Scripta autem eſt hæc Epiſtola poſt Concilium Aquileienſe, ut docent Patres Synodi C. P. ab Epiſcopis ſcilicet qui poſt Concilium Aquileiæ celebratum anno Chriſti 381. menſe Septembri, Aquileiæ ſubſtiterant.

ας δὲ ἀποδημίας μήτε προσδεχόμενοι χρείαν, μήτε προακούσαντες ἄλως, περὶ ὧν Κωνσταντινουπόλει συνελθεῖν· πρὸς ᾗ τούτοις καὶ τὸ προθεσμίας διὰ στενότητα, μήτε πρὸς παρασκευὴν μακροτέρας ἀποδημίας ἐπιδιδόσης καιρὸν, μήτε πάσας τὰς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις κοινωνικὰς ἐπισκόπους ὑπομνησθῆναι, καὶ τὰς παρ' αὐτῶν συγκαταθέσεις λαβεῖν· ἐπειδὴ ταῦτα καὶ πολλὰ πρὸς τούτοις ἕτερα τὴν τῶν πλειόνων ἄφιξιν διεκώλυσεν, ὃ δεύτερον ἦν, εἴς τε τὰ πραγμάτων ἐπανόρθωσιν, καὶ τὴν ἡμετέρας περὶ ἡμᾶς ἀγάπης ἀπόδειξιν, τοῦτο πεποιήκαμεν, τοὺς αἰδεσιμωτάτους καὶ τιμιωτάτους ἀδελφοὺς καὶ συλλειτουργοὺς ἡμῶν ἐπισκόπους, Κυριακὸν, Εὐσέβιον, καὶ Πρισκιανὸν προθύμως καμεῖν ἄχρις ὑμῶν δυσωπήσαντες· δι' ὧν καὶ τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν εἰρηνικὴν οὖσαν καὶ σκοπὸν ἐνώσεως ἔχουσαν ἐπιδείκνυμεν, καὶ τὸ ζῆλον ἡμῶν, τὸ ὑπὲρ τῆς ὑγιοῦς πίστεως, φανερὸν ποιοῦμεν. ἡμεῖς γὰρ εἴτε διωγμὸν, εἴτε θλῖψιν, εἴτε βασιλικὰς ἀπειλὰς, εἴτε τὰς τῶν ἀρχόντων ὠμότητας, εἴτε τινὰ πλεονασμὸν ἕτερον, παρὰ τῶν αἱρετικῶν ὑπεμείναμεν, ὑπὲρ τῆς θεαγγελικῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυ-
1 νίας παρὰ τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ [1] ἁγίων θεοφό-
2 ρων πατέρων κυρωθείσης, ὑπέστημεν. [2] ταύτην γὰρ καὶ ὑμῖν καὶ ἡμῖν καὶ πᾶσι τοῖς μὴ διαστρέφουσι τὸν λόγον
3 τῆς ἀληθοῦς πίστεως, συναρέσκειν δεῖ· [3] ἣν μόλις ποτὲ πρεσβυτάτην τε οὖσαν, καὶ ἀκόλουθον τῷ βαπτίσματι, καὶ διδάσκουσαν ἡμᾶς πιστεύειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· δηλαδὴ θεότητός τε καὶ δυνάμεως καὶ οὐσίας μιᾶς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πιστευομένης, ὁμοτίμου τε τῆς
4 ἀξίας καὶ συναϊδίου τῆς βασιλείας, ἐν τρισὶ [4] τελείοις ὑποστάσεσιν οὔσης τρισὶ τελείοις προσώποις· ὡς μήτε τῷ Σαβελλίου νόσον χώραν λαβεῖν, συγχεομένων τῶν ὑποστάσεων, εἴτε τῶν ἰδιοτήτων ἀναιρουμένων· μήτε μὴν τῶν τῶν Εὐνομιανῶν καὶ Ἀρειανῶν καὶ Πνευματομάχων τὴν βλασφημίαν ἰσχύειν, τὴν οὐσίας, ἢ τὴν φύσεως, ἢ τὴν θεότητος τεμνομένης, καὶ τῇ ἀκλίτῳ καὶ ὁμοουσίῳ καὶ συναϊδίῳ Τριάδι μειζενεκτέρας τινὸς, ἢ κτιστῆς, ἢ ἐπουσίου φύσεως ἐπαγομένης. καὶ τὴν τοῦ ἀνθρωπήσεως δὲ τοῦ Κυρίου λόγον ἀδιάστροφον σώζομεν, οὔτε ἄψυχον, οὔτε ἄνουν, ἢ ἀτελῆ τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν παραδεχόμενοι· ὅλον δὲ εἰδότες, τέλειον μὲν ὄντα πρὸ αἰώνων Θεοῦ λόγον, τέλειον δὲ ἄνθρωπον ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν γενόμενον. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν πίστιν τὴν παρ' ἡμῶν ἀνυποστόλως κηρυττομένην, ὡς ἐν κεφαλαίῳ τοιαῦτα. περὶ ὧν καὶ ἐπὶ

autem profectionis neceſſitate nihil ſuſpicati eramus, nec omnino quidquam audieramus priuſquam Conſtantinopoli conveniſſemus: cum præterea præſtituti temporis anguſtia, nec ad longioris itineris apparatum, nec ad omnes communionis noſtræ Epiſcopos qui in diverſis provinciis ſunt, commonendos, & conſenſus ab iiſdem accipiendos ſufficeret: quoniam, inquam, hæc & alia inſuper plurima multos venire prohibebant, quod ſecundum fuit, tum ad res reſtituendas, tum ad noſtram erga vos caritatem declarandam, id fecimus; reverendiſſimos & cariſſimos fratres & comminiſtros noſtros, Cyriacum, Euſebium, & Priſcianum deprecati, ut ad vos alacri animo proficiſcerentur. Per quos voluntatem noſtram pacificam eſſe, nihilque aliud quam unitatem ſpectare oſtendimus, & zelum quem pro recta fide habemus, vobis declaramus. Nos enim ſive perſecutiones, ſive vexationes, ſive Imperiales minas, ſive crudelitatem Præſidum, ſive aliam quamcunque tentationem ab hæreticis pertulimus, pro Evangelica fide quæ Nicææ in Bithynia à trecentis & octodecim patribus confirmata eſt, ſuſtinuimus. Hanc enim & vobis & nobis & omnibus, qui veræ fidei ſermonem non pervertunt, probari decet: quam nos vix tandem retinemus ac ſervamus, quippe quæ antiquiſſima ſit, & baptiſmo conſentanea, docens nos credere in nomen Patris & Filii & Spiritus ſancti, unam ſcilicet Deitatem & potentiam ac ſubſtantiam Patris, Filiique, & Spiritus ſancti credentes; æqualem ita dignitatem, & coæternum Imperium in tribus perfectis hypoſtaſibus, ſive in tribus perfectis perſonis. Ita ut nec Sabellii morbus locum habeat, confundendo hypoſtaſes & tollendo proprietates; nec Eunomianorum & Arianorum ac Pneumatomachorum blaſphemia vim ullam obtineat, ſubſtantiam & naturam ac Deitatem dividens, & increatæ & conſubſtantiali ac coæternæ Trinitati recentiorem quandam aut creatam, aut alterius ſubſtantiæ Trinitatem ſuperinducens. Incarnationis quoque Domini noſtri doctrinam incorruptam ſervamus: nec ſine anima, nec ſine mente, nec imperfectam carnis diſpenſationem admittentes, ſed totum ſcientes, ante ſecula quidem perfectum extitiſſe Dei Verbum: in noviſſimis autem diebus propter noſtram ſalutem perfectum hominem factum eſſe. Et fides quidem quæ conſtanter à nobis prædicatur, in ſumma ſic ſe habet. Ex qua ma-

SÆC. IV.

Cyriacus, Euſebius, Priſcianus legati ad Synodum Romanam.

Fidei Nicænæ laudes.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἁγίων θεοφόρων] Duo hæc vocabula deſunt apud Nicephorum, nec habentur in verſione Epiphanii Scholaſtici. Eſt tamen ſolemne Epitheton quo recentiores Græci deſignare ſolent Epiſcopos Concilii Nicæni.

2 Ταῦτα γὰρ] Hæc in editione Baſilienſi ſcribuntur à capite. Ceterum pro ταῦτα, in codice [Regio &] Savilii & apud Nicephorum legitur ταύτῃ, quam lectionem ſecutus eſt Jacobus Sirmundus.

3 Ἣν μόλις ποτὲ] Henricus Savilius in ſuo codice ita notavit. *Oratio Imperfecta.* Jacobus autem Sirmundus neſcio quem codicem ſecutus, audacter expunxit hæc verba, cum tamen in omnibus noſtris exemplaribus habeantur & in editione Baſilienſi, nec non apud Nicephorum & Epiphanium. Quod ſi Savilius ac Sirmundus totius Orationis veſtigia attentius conſectati eſſent, vidiſſent profecto, hic ſubaudiendum eſſe verbum σώζομεν, quod poſt longum verborum circuitum ſubjicitur hoc modo: καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως δὲ τοῦ Κυρίου λόγον ἀδιάστροφον σώζομεν.

4 Τελείαις ὑποστάσεσιν] Apud Nicephorum [& in codice Regio J. Pini] legitur πλειοπάτοις: Quomodo etiam legit Epiphanius Scholaſticus, ut ex verſione ejus apparet. Sic enim vertit, *in tribus perfectiſſimis ſubſiſtentiis.*

πλεῖον

Sæc. IV.

jorem adhuc voluptatem vobis capere licebit, si & libellum Antiochiæ conditum à synodo quæ illic celebrata est, legere dignemini, & illum qui superiore anno éditus est Constantinopoli ab œcumenica synodo. Quibus in libellis & fidem nostram latius exposuimus, & contra hæreses nuper exortas anathema, manuum nostrarum subscriptione protulimus. De particulari autem administratione singularum Ecclesiarum, antiqua, ut probe nostis, obtinuit sanctio, & sanctorum Patrum qui Nicææ congregati sunt, regula, ut in singulis provinciis Episcopi illius provinciæ, &, si illis placuerit, una cum ipsis finitimi, prout utile judicaverint, ordinationes faciant. Ex quarum legum præscripto, tum reliquas apud nos Ecclesias administrari scitote, tum nobilissimarum Ecclesiarum Episcopos esse renuntiatos. Unde etiam Constantinopolitanæ Ecclesiæ recens, ut ita dicam, fundatæ, quam nuper ex hæreticorum blasphemia, tanquam ex leonis faucibus, adjuvante Dei misericordia eripuimus, reverendissimum ac religiosissimum Nectarium ordinavimus Episcopum, in Concilio universali, communi omnium consensu, coram religiosissimo Imperatore Theodosio, adstipulante omni clero & universa civitate. Antiquissimæ vero veræque Apostolicæ Antiochensium in Syria Ecclesiæ, in qua venerandum Christianorum nomen primum innotuit, reverendissimum & religiosissimum Flavianum, tum

Ordinationes quomodo faciendæ.

Ecclesia CP. recens,

Antiochena antiquissima,

πλεῖον ψυχαγωγηθῆναι δυνήσεσθε, τῷ τε ὲν Ἀντιοχείᾳ τόμῳ περὶ τῆς ἐκεῖ συνελθούσης συνόδου μεγαληγορίᾳ καταξιώσαντες ὀντυχεῖν, ϗ τῷ πέρυσιν ὲν Κωνσταντινουπόλει ὠδε τῆς οἰκουμενικῆς ἐκτεθέντι συνόδῳ· ὲν οἷς πλατύτερον τὴν πίστιν ὡμολογήσαμεν, ϗ τὸ ἔναγχος καινοτομηθεῖσῶν αἱρέσεων ἀναθεματισμὸν ἐγγράφον πεποιήμεθα. Περὶ δὲ τὴν 2
οἰκονομιῶν τὸ κατ' μέρος ὲν ταῖς ἐκκλησίαις, παλαιός τε, ὡς ἴστε, θεσμὸς κεκράτηκε, ϗ τὰ ἅγιαν ὲν Νικαίᾳ πατέρων ὅρος, καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τοὺς τῆς ἐπαρχίας, ϗ εἴπερ ἐκεῖνοι βούλοιντο, σὺν αὐτοῖς τοὺς ὁμόρους πρὸς τὸ συμφέρον ποιεῖσθαι τὰς χειροτονίας. οἷς ἀκολούθως, τάς τε λοιπὰς ἐκκλησίας παρ' ἡμῖν οἰκονομεῖσθαι γινώσκετε, ϗ τὰ ὀνομαστὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἀναδεδεῖχθαι τοὺς ἱερεῖς, ὅθεν 3
τῆς μὲν ὲν Κωνσταντινουπόλει νεοπαγοῦς, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐκκλησίας, ἣν ὥσπερ ἐκ στόματος λέοντος τῆς τῶν αἱρετικῶν βλασφημίας ὑπόγυον ἐξηρπάσαμεν διὰ τὰ οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, τὸν αἰδεσιμώτατον ϗ θεοφιλέστατον Νεκτάριον ἐπίσκοπον κεχειροτονήκαμεν, ἐπὶ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου, μετὰ κοινῆς ὁμονοίας, ὑπ' ὄψεσι ϗ χερσὶ θεοφιλεστάτου βασιλέως Θεοδοσίου, παντός τε κλήρου ϗ πάσης ὀνομαστῆς τε πόλεως. τῆς δὲ πρεσβυτάτης ϗ ὄντως ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ὲν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, ὲν ᾗ πρώτη τὸ τίμιον τοῦ Χριστιανῶν ἐχρημάτισεν ὄνομα, τὸν αἰδεσιμώτατον ϗ θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Φλαβιανὸν,

Valesii Annotationes.

1 Τῷ πέρυσιν ὲν Ἀντιοχείᾳ τόμῳ παρὰ τῆς ἐκεῖ συνόδου] Intelligit synodum Antiochenam, quæ facta est anno Christi 378, de qua superius plura observavi. In ea synodo condita fuerat formula fidei, cui deinde subjecti erant Anathematismi diversarum hæreseon ex more. Sic in synodo Nicæna, post expositionem fidei subjiciuntur Anathematismi. In eadem synodo Antiochena lectus & confirmatus fuerat tomus Occidentalium, id est Epistola Synodica Damasi Papæ, ut superius demonstravi. Sic enim ait Canon V. Concilii C. P. qui est περὶ τοῦ τόμου τῶν δυτικῶν. καὶ τοὺς ὲν Ἀντιοχείᾳ ἀποδεξάμεθα, τοὺς μίαν ὁμολογοῦντας πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος θεότητα. Intelligit enim Episcopos qui Antiochiæ congregati fuerant ante triennium, & Tomum Occidentalium quo una Patris & Filii & Spiritus sancti divinitas asseritur, subscriptione sua firmaverant, ut ex collectione Romana superius ostensum est. Male Baronius, Paulini ac Meletii sectatores eo Canone intelligi existimavit.

2 Παρὰ τῆς Οἰκουμενικῆς] Miror quomodo Orientales ad Synodum Romanam scribentes, synodum suam Οἰκουμενικὴν, hoc est universalem seu generalem appellent. Fateor quidem C. P. synodum tandem pro generali habitam fuisse, accedente scilicet consensu Occidentalis Ecclesiæ. Verum eo tempore quo hanc Epistolam scripserunt ad synodum Romanam, C. P. Synodus universalis dici non potuit. Universalem enim synodum eam demum intelligimus, ad quam ex universo orbe evocati convenerunt Episcopi. Atqui ad C. P. Synodum ex Orientis duntaxat partibus Episcopi convenerunt, uti supra ostendimus, cum Theodosius qui eam congregavit, solius Orientis Imperium obtineret. Dicet fortasse aliquis, Ascholium Occidentalium partium Episcopum ei synodo interfuisse. Fateor id quidem. Verum Ascholius vices non gessit omnium Occidentalium, nec pro universis Occidentalibus ei synodo subscripsit. Sane Occidentales hanc synodum C. P. diu non habuerunt pro Oecumenica, ut docet Epistola Concilii Italiæ ad Theodosium Imperatorem his verbis. *Nos igitur in synodo ea quæ totius orbis Episcopis videbatur esse præscripta, nihil temere statuendum esse censuimus. At eo ipso tempore, qui generale Concilium declinaverant, Constantinopoli quæ gessisse dicuntur? Nam cum cognovissent ad hoc partium venisse Maximum, ut causam in synodo ageret suam, quo etiamsi indictum Concilium non fuisset*, &c. Vides ut generale Concilium opponunt synodo C. P. generale Concilium appellantes illud quod Romæ indictum fuerat à Damaso anno Christi 380 ad causam Maximi Cynici examinandam. Quod cum Orientales Episcopi detrectassent, iterum Episcopi Italiæ anno Christi 381. post Aquileiense Concilium Theodosium Imp. rogarunt, ut Romæ generalis synodus Orientalium simul & Occidentalium cogeretur. Non habuerunt igitur synodum C. P. pro Oecumenica Occidentales Episcopi, cum ejus acta improbaverint, Ordinationem scilicet Flaviani atque Nectarii? Cumque per eas ordinationes ruptam esse communionem inter se atque Orientales Episcopos conquesti sint.

3 Ἀναδεδεῖχθαι τοὺς ἱερεῖς.] Hunc locum correxi ex codice [Regio &] Savilii & ex Nicephoro, in quibus legitur ἀναδεδεῖχθαι. Atque ita etiam legit Christophorsonus & Sirmundus. Epiphanius quidem Scholasticus vulgatam scripturam tuetur. Verum ea quæ sequuntur, satis ostendunt ita scribendum esse ut dixi. Sequitur enim de Episcopis Constantinopoleos, Antiochiæ & Jerosolymorum, qui in Constantinopolitana Synodo ordinati fuerant aut confirmati. Alexandrini autem Timothei nulla fit mentio, propterea quod is in supradicta Synodo nec ordinatus fuerat nec confirmatus.

Variorum.

a Περὶ δὲ τῶν οἰκονομιῶν — usque ad ποιεῖσθαι τὰς χειροτονίας] Ut Patres comprobent Nectarii & Flaviani ordinationes canonice factas fuisse, appellant ad Canonem quartum Concilii Nicæni, quo statutum est, ut Episcopus ab omnibus, si fieri potest, qui sunt in Provincia ejus, Episcopis ordinetur; ita tamen ut confirmatio cujusque ordinationis per singulas Provincias ad Metropolitanum pertineat. Et ad *antiquam sanctionem*, quæ continetur in canonibus Apostolicis 34 & 35, qua scilicet finitimis quibuscunque Episcopis in aliena Provincia ordinationes facere permissum est, si ab ejusdem Provinciæ Episcopis vocati fuerint. *Vid. Guil. Beveridge cod. Can. Ecclesiæ Primitivæ illustrat. lib. I. cap. 5.*

a οἵτε τῆς ἐπαρχίας ϗ τῆς [a] ἀνατολικῆς διοικήσεως συνδεαμόντες κανονικῶς ἐχειροτόνησαν, πάσης συμψήφου τῆς ἐκκλησίας ὥσπερ ἀφ' μιᾶς φωνῆς τὸν ἄνδρα τιμησάσης· ἥνπερ ἔνθεσμον χειροτονίαν ἐδέ-
b ξατο ϗ τὸ τῆς συνόδου κοινόν. τῆς δέ γε [b] μητρὸς ἁπασῶν τ ἐκκλησιῶν τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις, τ αἰδεσιμώτατον καὶ θεοφιλέστατον Κύριλλον ἐπίσκοπον εἶναι γνωρίζομεν, κανονικῶς τε ὑπὸ τ τῆς ἐπαρχίας χειροτονηθέντα πάλαι, ϗ πλεῖστα πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς ἐν διαφόροις τόποις ἀθλήσαντα. οἷς ὡς εὐθέσμως ϗ κανονικῶς παρ' ἡμῖν κεχειρωτικόσι, ϗ τ ὑμετέραν συγχαίρειν παρακαλοῦμεν θυλάβειαν, τῆς πνευματικῆς μεσιτευούσης ἀγάπης, ϗ τ κυριακῆς φόβου, πᾶσαν μὲν καταγέλοντος ἀνθρωπίνου παθοπάθειαν, τιμὴν δὲ τ τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομὴν προτιμοτέραν ποιοῦντος τῆς πρὸς τ καθ' ἕνα συμπαθείας ἢ χάριτος. ὅτω γὰρ τῇ τε τῆς πίστεως συμφωνηθέντος λόγου, ϗ τῆς Χριστιανικῆς κυρωθείσης ἐν ἡμῖν ἀγάπης, παυσόμεθα λέγοντες τὸ ὑπὸ τ ἀποστόλων κατεγνωσμένον· ἐγὼ μὲν εἰμὶ Παύλου, ἐγὼ δ' Ἀπολλῶ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ. πάντες δ' Χριστοῦ φανέντες, ὃς ἐν ἡμῖν ϗ μεμέρισται, Θεοῦ καταξιοῦντος, ἄχρι τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας τηρήσομεν, ϗ τῷ ῥήματι τῆς Κυρίου μετ' παῤῥησίας ὑπαντήσομεθα. ταῦτα κατάπερ τῆς Ἀρείου ϗ Ἀετίου ϗ Εὐνομίου μανίας· ϗ μὴν οἱ ϗ τ' Σαβελλίου ϗ Φωτεινοῦ ϗ Μαρκέλλου, Παύλου τε τοῦ Σαμοσατέως ϗ Μακεδονίου γεγράφασιν. ὡσαύτως δ' ϗ τὴν Ἀπολιναρίου καινοτομίαν ὑπερφανῶς ἀπεκήρυξαν εἰρηκότες, ϗ τ τ ἀνθρωπήσεως τοῦ Κυρίου λόγον ἀδιάτροφον σώζομεν, ὅτε ἄψυχον, ὅτε ἄνουν ἢ ἀτελῆ τιὸν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν ὑποδεχόμενοι. καὶ Δάμασος δὲ ὁ πανεύφημος, ταύτην μαθὼν ἀναφυεῖσαν τιὸν αἵρεσιν, οὐκ Ἀπολινάριον μόνον, ἀλλὰ ϗ Τιμόθεον τ ἐκείνου γε φοιτητὴν καθελὼν ἀπεκήρυξε· ϗ τοῦτο τοῖς τιὸν ἑῴαν ἰθύνουσιν ὑπισκόποις, ὑφ' γράμμάτων δεδήλωκεν, ἅπερ εἰθεῖναι τῇ συγγραφῇ νενόμικα χρήσιμον.

illius provinciæ, tum Orientalis Diœceſis Epiſcopi in unum congregati, communi ſuffragio Epiſcopum ordinarunt; univerſa Eccleſia communi conſenſu & quaſi uno ore eum honorante. Quam quidem legitimam ordinationem ſynodus etiam univerſa ſuſcepit. Hieroſolymitanæ autem Eccleſiæ, quæ mater eſt omnium Eccleſiarum, reverendiſſimum ac religioſiſſimum Cyrillum Epiſcopum eſſe indicamus, qui & canonice ab Epiſcopis provinciæ olim fuit ordinatus, & plurima variis in locis contra Arianos certamina ſubiit. Quibus tanquam canonice ac legitime apud nos conſtitutis, veſtram quoque reverentiam gratulari hortamur, intercedente ſpiritali caritate, & Domini timore, omnem quidem humanum affectum comprimente; Eccleſiarum autem ædificationem privatæ erga ſingulos benevolentiæ & gratiæ præponente. Hac enim ratione, ubi verbum fidei communi conſenſu ſtabilitum, & Chriſtiana caritas inter nos fuerit confirmata, poſthac deſinemus dicere id quod ab Apoſtolo condemnatum eſt: Ego quidem ſum Pauli, ego vero Apollo, ego autem Cephæ. Sed dum omnes videbimur eſſe Chriſti qui non eſt ſciſſus in nobis, integrum, Deo juvante, ſine ſciſſura corpus Eccleſiæ ſervabimus, & ad tribunal Chriſti ſtabimus cum fiducia. Hæc illi adverſus Arii, Aëtii, & Eunomii veſaniam: Sabellii item, Photini, Marcelli, & Pauli Samoſateni, ac Macedonii ſcripſerunt. Sed & Apollinaris novam doctrinam aperte damnarunt his verbis: Incarnationis quoque Domini noſtri doctrinam incorruptam ſervamus: nec ſine anima, nec ſine mente, nec imperfectam carnis diſpenſationem admittentes. Quinetiam laudatiſſimus Damaſus, cum hanc hæreſim exortam eſſe didiciſſet, non Apollinarem modo, verum etiam Timotheum ejus diſcipulum depoſuit, & ab Eccleſiæ communione alienos pronuntiavit. Idque Orientalibus Epiſcopis per litteras ſignificavit; quas huic operi inſerere operæ pretium duxi.

SÆC. IV.

Hieroſolymitana mater omnium.

Apollinaris hæreſis damnata.

VARIORUM ANNOTATIONES.

a Ἀνατολικῆς διοικήσεως] Socrates ait, lib. 5. cap. 8. Patriarchas in hoc Concilio primum fuiſſe inſtitutos. Utut ea res fuerit, quæ inter viros doctos adhuc diſceptatur, conſtat ſedem Antiochenam ab antiquo habuiſſe jurisdictionem Patriarchali parem: quam ut uſu olim receptam confirmavit Synodus Nicæna canone ſexto. Quæ cauſa fuit cur ad Flavianum in hac ſede collocandum non tantum Epiſcopi Syriæ, ſed & ceteri totius Diœceſeos Orientalis ſuffragia ſua contulerunt. *W. Lowth.*

b Μητρὸς ἁπασῶν τῶν ἐκκλησιῶν] Quanquam Eccleſia Hieroſolymitana à prima, ut videtur, Metropolitarum inſtitutione fere uſque ad Concilium Chalcedonenſe, Cæſareæ ut Metropoli ſubjiceretur, ſemper tamen ſingulari in honore ab omnibus aliis Eccleſiis habita fuit, utpote à qua Evangelii doctrina primum profecta, deinde ad alias orbis regiones derivata ac propagata fuit.

ΚΕΦΑ-

Sæc. IV.

CAPUT X.

Epistola Synodica Damasi Episcopi urbis Romæ, contra Apollinarem & Timotheum scripta.

QUOD debitam Apostolicæ sedi reverentiam exhibet Charitas vestra, in eo vobis ipsis plurimum præstatis, filii carissimi. Etsi enim in sancta Ecclesia in qua sanctus Apostolus sedens docuit, decet nos præcipue quodammodo clavum tenere quem regendum suscepimus, tamen hoc honore inferiores nos esse profitemur. Atque idcirco omnibus modis laboramus ut, si fieri potest, ad gloriam beatitudinis illius perveniamus. Scitote igitur, quod profanum olim Timotheum Apollinaris hæretici discipulum, una cum impio ejus dogmate damnavimus, nec reliquias ejus deinceps ulla ratione valituras esse confidimus. Quod si antiquus ille serpens semel atque iterum percussus, adhuc in suum supplicium reviviscit, qui extraneus est ab Ecclesia, & qui letalibus suis venenis quosdam infidelium assidue conatur inficere, hunc vos tanquam pestem quandam declinate: & memores Apostolicæ fidei, ejus potissimum quæ Nicææ à patribus conscripta & publicata est, firmo gradu stabiles in ea atque immobiles permanete: nec patiamini posthac ut clerici & laici vestri has sermonum vanitates & quæstiones abolitas auscultent. Jam enim semel formam dedimus, ut qui se
Galat. 1,9. Christianum esse profitetur, id quod ab Apostolis traditum est custodiat: Cum dicat beatus Paulus: Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit. Christus enim Filius Dei, Dominus noster, generi humano plenissimam salutem passione sua contulit, ut totum hominem peccatorum nexibus implicatum, ab omni peccato liberaret. Hunc si quis humanitatem aut deitatem imperfectam habuisse dixerit, spiritu diaboli plenus, se gehennæ filium ostendit. Quid igitur depositionem Timothei à me denuo postulatis? Qui & hic judicio sedis Apostolicæ, præsente etiam Petro Alexandrinorum urbis Episcopo, depositus est una cum magistro ipsius Apollinare, & in die judicii debita supplicia ac tormenta patietur. Quod si leviores quosdam homines in suam sententiam perducit, quasi aliquam spem habens, ipse qui veram spem in Christum sua confessione mutavit: cum illo pariter peribit

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

1 Συνοδικὸν Δαμάσου ἐπισκόπου Ῥώμης, κατ' Ἀπολιναρίου καὶ Τιμοθέου γραφέν.

Ὅτι τῇ ἀποστολικῇ καθέδρᾳ τὴν ὀφειλομένην αἰδῶ ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἀπονέμει, ἑαυτοῖς τὸ πλεῖ- 2
στον παρέχετε, υἱοὶ τιμιώτατοι. καὶ γὰρ εἰ τὰ μάλιστα ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ ὁ ἅγιος ἀπόστολος καθεζόμενος ἐδίδαξε, πῶς θεσπίσῃ ἡμᾶς τὰς οἰακας ἰθύνειν οὐκ ἀνεδεξάμεθα, ὅμως ὁμολογοῦμεν ἑαυτοὺς ἐλάττονας εἶναι τῆς τιμῆς. ἀλλὰ διὰ τοῦτο οἱῳδήποτε τρόπῳ σπουδάζομεν, εἴπως δυνηθείημεν θεοῦ τὴν δόξαν τῆς μακαριότητος αὐτοῦ διαγενέσθαι. γινώσκετε τοίνυν, ὅτι τὸν πάλαι Τιμόθεον τὸν βέβηλον, τὸν μαθητὴν Ἀπολιναρίου τοῦ αἱρετικοῦ, μετὰ τοῦ ἀσεβοῦς αὐτοῦ δόγματος καθείλομεν, καὶ ὑδαμῶς πιστεύομεν αὐτῷ τὰ λείψανα λόγῳ τινὶ τοῦ λοιποῦ ἰσχύειν. εἰ δ' ἔτι ἐκεῖνος ὁ ὄφις ὁ παλαιὸς, ἅπαξ καὶ δεύτερον καταδικασθεὶς, πρὸς ἰδίαν τιμωρίαν ἀναζῇ, ὅστις ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας ὑπάρχει, ὃς σφῆλαι τοῖς ἑαυτοῦ θανατηφόροις φαρμάκοις πειρᾶται καὶ παύεται, ταύτην ὥσπερ φθοράν τινα ἐκκλίνατε· ὅμως μεμνημένοι τῆς ἀποστολικῆς πίστεως, ταύτης μάλιστα ἥτις ἐν Νικαίᾳ διὰ τῶν πατέρων ἐγγράφως ἐξετέθη, βεβαίῳ βαθμῷ ἰσχυρῶς τῇ πίστει ἀμεταλλάκτοι διαμένατε· καὶ μὴ ματαιολογίας καὶ ἠφανισμένας ζητήσεις, μηδὲ τοῦτο ὑπομένατε ἀκοῦσαι τοὺς κληρικοὺς ἢ τοὺς λαϊκοὺς ὑμῶν. 4 ἤδη γὰρ ἅπαξ 4
τύπον ἐδώκαμεν, ἵνα ὁ γινώσκων ἑαυτὸν Χριστιανὸν, ἐκεῖνο φυλάττοι, ὅπερ διὰ τῶν Ἀποστόλων παρεδόθη, λέγοντος τοῦ ἁγίου Παύλου, εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. ὁ γὰρ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ Κύριος ἡμῶν, τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων διὰ τοῦ ἰδίου πάθους πληρεστάτην ἀπέδωκε τὴν σωτηρίαν, ἵνα ὅλον τὸν ἄνθρωπον ταῖς ἁμαρτίαις ἐνεχόμενον, πάσης ἁμαρτίας ἐλευθερώσῃ. τοῦτον εἴ τις ἤτοι ἀνθρωπότητος, ἢ θεότητος ἔλαττον ἐσχηκέναι εἴποι, πνεύματος διαβόλου πεπληρωμένος, καὶ γεέννης υἱὸν ἑαυτὸν ἀποδείκνυσι. τί τοίνυν πάλιν παρ' ἐμοῦ ζητεῖτε τὴν καθαίρεσιν Τιμοθέου; ὃς καὶ ἐνταῦθα κείσῃ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, παρόντος καὶ Πέτρου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως, καθηρέθη ἅμα τῷ διδασκάλῳ αὐτοῦ Ἀπολιναρίῳ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ τῆς κείσεως τὰς ὀφειλομένας τιμωρίας καὶ βασάνους ὑπομενεῖ. εἰ δέ τινας κωφοτέρους πείθει ἐκεῖνος, ὡς τινὰ ἐλπίδα ἔχων, ὅς τις τὴν ἀληθῆ ἐλπίδα τὴν εἰς Χριστὸν τῇ ὁμολογίᾳ μετέβαλλε, μὴ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Συνοδικὸν Δαμάσου] Baronius hanc epistolam à Damaso scriptam esse ait anno Christi 373. in Synodo Romana. Sed non dubito quin hæc Synodica Damasi epistola diu post Synodum illam Romanam quæ anno Christi 373 celebrata est, conscripta sit. Nam Damasus ipse in hac Synodica diserte testatur, Apollinarem ac Timotheum ejus discipulum jamdudum à se damnatos ac depositos fuisse, præsente Petro Alexandrinæ urbis Episcopo. Atqui Apollinaris primum à Damaso damnatus est in Synodo Romana anno Christi 373 ut fatetur ipse Baronius. Cui Synodo interfuit Petrus Alexandrinus, ut testatur etiam Sozomenus. Hanc igitur Synodicam scriptam esse oportet diu post Synodum illam Romanam, cum in hac Synodica mentio fiat illius Synodi in qua damnatus fuerat Apollinaris.

2 Ἑαυτοῖς τὸ πλεῖστον παρέχετε] Quisquis hanc Damasi Synodicam in Græcum sermonem transtulit, hoc loco lapsus mihi videtur, cum in vitiosum codicem incidisset. Scripserat enim procul dubio Damasus, *nobis plurimum tribuitis:* ut sensus & orationis series postulat. Ipse vero legit *vobis*, absque ullo sensu.

3 Παρέχετε] Παρέχεσθε cod. Reg.]

4 Ἤδη γὰρ ἅπαξ τύπον] Intelligit ut opinor epistolam scriptam ad Paulinum Antiochenem Episcopum, quæ hic subjicitur à Theodorito.

τοῦτο

τύτῳ ὁμοίως ἀπολεῖται, ὅς τις δή ποτε βούλοιτο τῷ κανόνι τῆς ἐκκλησίας ἀντιπαλαίσας. ὁ Θεὸς ὑμᾶς ὑγιαίνοντας διαφυλάττοι, υἱοὶ τιμιώτατοι. καὶ ἄλλα δέ τινα συναθροισθέντες ἐν τῇ μεγάλῃ Ῥώμῃ γεγράφασι κατὰ διαφόρων αἱρέσεων, ἅπερ ἀναγκαῖον ᾠήθην ἐνθεῖναι τῇ συγγραφῇ.

quisquis vult regulæ Ecclesiæ repugnare. Deus incolumes vos servet, filii carissimi. Sed & alia quædam contra diversas hæreses scripserunt Episcopi Romæ congregati, quæ huic historiæ intexere necessarium duxi. SÆC. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ἄλλο τοῦ αὐτοῦ συνοδικὸν κατὰ διαφόρων αἱρέσεων.

1 Ὁμολογία τῆς καθολικῆς πίστεως, ἣν ὁ πάπας
Δάμασος ἀπέστειλεν πρὸς ἐπίσκοπον Παυ-
2 λῖνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ, ὃς ἐγένετο ἐν Θεσσαλονίκῃ.
3 ἐπειδὴ μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον, αὕτη ἡ πλάνη
ἀνέκυψεν, ὥστε τολμᾶν τινὰς βεβήλῳ στόματι εἰπεῖν,
τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον γεγενῆσθαι διὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀναθεμα-
τίζομεν τοὺς μὴ μετὰ πάσης ἐλευθερίας κηρύττοντας
σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τὸ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίας
τε καὶ ἐξουσίας ὑπάρχειν τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ὁμοίως δὲ
ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς τῇ Σαβελλίου ἀκολουθοῦντας
πλάνῃ, τὸν αὐτὸν λέγοντας καὶ Πατέρα εἶναι καὶ Υἱόν. ἀνα-
θεματίζομεν Ἄρειον καὶ Εὐνόμιον, οἳ τῇ ἴσῃ δυσσεβείᾳ,
εἰ καὶ τοῖς ῥήμασι διαφέρουσι, τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦ-
μα, κτίσμα εἶναι διϊσχυρίζονται. ἀναθεματίζομεν τοὺς
Μακεδονιανούς, οἵ τινες ἐκ τοῦ Ἀρείου ῥίζης κλαδόμε-
νοι, οὐχὶ τὴν ἀσέβειαν, ἀλλὰ τὴν προσηγορίαν ἐπήλλα-
ξαν. ἀναθεματίζομεν Φωτεινόν, ὃς τὴν τῶν Ἐβίωνος αἱ-
ρεσιν ἀνακαινίζων, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, μόνον
ἐκ τῆς Μαρίας ὁμολογεῖ. ἀναθεματίζομεν καὶ τοὺς δύο
εἶναι Υἱοὺς διϊσχυριζομένους, ἕνα πρὸ τῶν αἰώνων, καὶ
ἄλλον μετὰ τὴν ἐκ τῆς Μαρίας ἀνάληψιν. ἀνα-
θεματίζομεν κἀκείνους, οἵτινες ἀντὶ λογικῆς ψυχῆς
διϊσχυρίζονται, ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἐστράφη ἐν τῇ ἀν-
θρωπίνῃ σαρκί. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, οὐχὶ
ἀντὶ τῆς λογικῆς καὶ νοερᾶς ψυχῆς ἐν τῷ ἑαυτοῦ σώ-

CAPUT XI.

Alia ejusdem Damasi Synodica Epistola contra diversas hæreses.

CONFESSIO fidei quam Papa Damasus misit ad Paulinum Episcopum, cum esset Thessalonicæ in Macedonia. Et quia post concilium Nicænum hic error inolevit, ut quidam ore sacrilego auderent dicere, Spiritum sanctum factum esse per Filium, anathematizamus eos, qui non tota libertate proclamant, eum cum Patre & Filio unius potestatis esse atque substantiæ. Anathematizamus quoque eos qui Sabellii sequuntur errorem, eundem dicentes Patrem esse quem & Filium. Anathematizamus Arium atque Eunomium, qui pari impietate, licet sermone dissimili, Filium & Spiritum sanctum asserunt esse creaturas. Anathematizamus Macedonianos, qui de Arii stirpe venientes, non perfidiam mutavere, sed nomen. Anathematizamus Photinum, qui Ebionis hæresim instaurans, Dominum Jesum Christum tantum ex Maria confitetur. Anathematizamus eos qui duos Filios asserunt, unum ante sæcula, & alterum post assumptionem carnis ex virgine. Anathematizamus eos qui pro hominis anima rationabili dicunt Dei Verbum in humana carne versatum: cum ipse Filius & Verbum Dei, non pro anima rationabili & intelligibili in suo corpore fu-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πρὸς Παυλῖνον ἐπίσκοπον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ] Camerarius & Christophorsonus Paulinum Episcopum Thessalonicæ in Macedonia interpretati sunt. Quorum interpretationem secutus Baronius, graviter reprehendit Theodoritum, quod Paulinum ex Antiochense Episcopo, fecerit Thessalonicensem, eo consilio ut Paulini cum Damaso communionem occultaret. Verum non hoc dicit Theodoritus: sed tantum ait Damasum Papam misisse confessionem fidei ad Paulinum, cum Paulinus esset Thessalonicæ in Macedonia. Recte ergo Jacobus Sirmundus hunc locum ita vertit: *Confessio fidei Catholicæ, quam Damasus Papa in Macedoniam misit ad Paulinum Episcopum, cum esset Thessalonicæ.* Viderat hoc Baronius ipse, & Theodoritum immerito à se reprehensum esse agnoverat, cum error ille interpretibus assignandus sit, non autem Theodorito, ut testatur Baronius ad annum 378. cap. 44. Extat hæc Damasi epistola in tomis Conciliorum & in Annalibus Baronii & novissime in collectione Romana Lucæ Holstenii, cum hoc titulo, *Dilectissimo fratri Paulino Damasus.* Verum, etsi non additum sit nomen civitatis cujus Episcopus erat Paulinus, nomen tamen Vitalis cujus in ea fit mentio, satis indicat Antiochensem fuisse Paulinum.

2 Ὃς ἐγένετο ἐν Θεσσαλονίκῃ] Id est, *cum Paulinus esset Thessalonicæ.* Sic enim recte vertit Baronius ac Sirmundus, ut supra notavi: melius itaque legeretur, ὅτε ἐγένετο, &c. Sed difficultas est, quandonam Paulinus Antiochensis Episcopus Thessalonicam venerit. Baronius anno Christi 382. testatur Paulinum Romam venisse una cum Epiphanio & Hieronymo ad Synodum Romanam, quæ eo anno celebrata est. Tunc igitur Damasus Papa Synodicam hanc epistolam ad eum misit, cum Paulinus Roma digressus una cum Ascholio qui eidem Synodo interfuerat, Thessalonicæ substitisset. Quare hæc Synodica scripta est anno Christi 382. paulo post Synodum Romanam. Quod quidem optime consentit cum Theodorito, qui hanc Synodicam refert post Synodum Constantinopolitanam, superstite adhuc Gratiano. Nec audiendus est Baronius, qui hanc epistolam Damasi ad Paulinum refert ad Synodum Romanam quæ anno Christi 373. celebrata est. [Ceterum monendus est Lector, hæc verba ὃς ἐγένετο ἐν Θεσσαλονίκῃ deesse in Regio codice J. Pini; in quo totus titulus hujus Epistolæ non in corpore, sed ad latus ita perscriptus est: ἐπιστολὴ τῆς καθολικῆς πίστεως, ἣν ἐπέστειλε Δάμασος πρὸς Παυλῖνον ἐπίσκοπον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ.]

3 Ἐπειδὴ μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον] In Latino exemplari hujus epistolæ quædam adduntur non contemnenda, quæ interpres Græcus omisit. Sic igitur habet authenticum exemplar hujus Epistolæ: *Post Concilium itaque Nicænum, & quod in urbe Roma Concilium congregatum est à Catholicis Episcopis, addiderunt: de Spiritu sancto,* &c. Quæ si genuina sunt, neque enim suspicione omni carent; intelligitur Synodus Romana, quam Silvester congregasse dicitur Romæ ad confirmationem Synodi Nicænæ. *

VARIORUM.

* De Synodo Romana secunda sub Damaso collecta rectius hæc intelligit *Pagi* ad ann. 369. n. 6. *W. Lowth.*

SÆC. IV.

erit, sed nostram, id est rationabilem & intelligibilem, sine peccato, animam susceperit atque salvaverit. Anathematizamus etiam eos qui Verbum Dei extensione & collectione à Patre separatum, & insubstantivum, & finem habiturum esse contendunt.

Contra translationes Episcoporum.

Eos quoque qui de Ecclesiis ad Ecclesias migraverunt, tamdiu à communione nostra habemus alienos, quamdiu ad eas redierint civitates, in quibus primum sunt constituti. Quod si alius alio transmigrante, in locum viventis est ordinatus, tamdiu vacet sacerdotii dignitate qui suam deseruit civitatem, quamdiu successor ejus quiescat in Domino. Si quis non dixerit semper Patrem, semper Filium, semper Spiritum sanctum fuisse & esse, anathema sit. Si quis non dixerit Filium natum de Patre, id est de substantia divina ipsius, anathema sit. Si quis non dixerit verum Deum Filium Dei, sicut verum Deum Patrem ejus, & omnia posse, & omnia nosse, & Patri æqualem, anathema sit. Si quis dixerit quod in carne constitutus Filius Dei cum esset in terra, in cœlis cum Patre non erat, anathema sit. Si quis dixerit, quod in passione crucis dolorem sustinebat Filius Dei Deus, & non caro cum anima quam induerat, forma servi quam sibi acceperat, sicut ait Scriptura, anathema sit. Si quis non dixerit, Verbum Dei carne passum, & carne crucifixum, & carne mortuum, factumque primogenitum ex mortuis, quatenus vita est & vitæ auctor tanquam Deus, anathema sit. Si quis non dixerit, quod in carne quam assumpsit, sedet ad dexteram Patris, in qua venturus est judicare vivos & mortuos, anathema sit. Si quis non dixerit, Spiritum sanctum de Patre esse vere ac proprie sicut Filius de divina substantia, & Deum verum, anathema sit. Si quis non dixerit, omnia posse Spiritum sanctum, omnia nosse, & ubique esse sicut Filium & Patrem, ana-

μαλι γένοιτο, ἀλλὰ † ἡμέτερα, τοῦτ' ἔστι λογικὴν καὶ νοερὰν, ἄνευ † ἁμαρτίας ψυχὴν ἀνέλαβε καὶ ἔσωσεν. ἀναθεματίζομεν καὶ τὰς λέξεις † Δόγμα τοῦ Θεοῦ, τῇ ἐκτάσει καὶ τῇ συστολῇ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς κεχωρισμένας, καὶ ἀνυπόστατον αὐτὸν εἶναι, ἢ μέλλειν τελευτᾶν βλασφημοῦντας. [12] τοὺς δὲ ἀπὸ ἐκκλησιῶν εἰς ἑτέρας ἐκκλησίας μεταβεβηκότας, ἄχρι τοσούτου ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἀλλοτρίους ἔχομεν, ἄχρις οὗ πρὸς αὐτὰς ἐπανέλθωσι τὰς πόλεις ἐν αἷς πρῶτον ἐχειροτονήθησαν. ἐὰν δέ τις ἄλλου ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μεταβεβηκότος, ἐν τόπῳ τοῦ ζῶντος ἐχειροτονήθη, ἄχρι τοσούτου σχολάσῃ ἀπὸ τοῦ ἱερατικοῦ ἀξιώματος ὁ † ἰδίαν πόλιν καταλείψας, ἄχρις οὗ ὁ διαδεξάμενος αὐτὸν ἀναπαύσῃ ἐν Κυρίῳ. εἴ τις μὴ εἴπῃ, † Πατέρα ἀεὶ, καὶ ἀεὶ † Υἱὸν, καὶ ἀεὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ, † Υἱὸν γεγενῆσθαι ἐκ τοῦ Πατρὸς, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τῆς θείας αὐτοῦ, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ ἀληθινὸν Θεὸν † Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ὡς ἀληθινὸν Θεὸν † Πατέρα αὐτοῦ, καὶ πάντα δύναται καὶ πάντα εἰδέναι, καὶ πάντα ἴσον τῷ Πατρὶ εἶναι, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις εἴπῃ, ὅτι ἐν σαρκὶ διάγων ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὅτε ἦν ἐν τῇ γῇ, ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ σὺν τῷ Πατρὶ ἦν, ἀνάθεμα ἔστω. [2] εἴ τις εἴπῃ, ὅτι ἐν τῷ πάθει τοῦ σταυροῦ τὴν ὀδύνην ὑπέμεινεν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ [3] θεότητι, καὶ οὐχὶ σαρκὶ καὶ ψυχῇ λογικῇ, ἣν ὑπὲρ ἀνέλαβεν ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, ὡς εἴρηκεν ἡ ἁγία γραφὴ, ἀνάθεμα ἔστω. [4] εἴ τις μὴ εἴπῃ, † τοῦ Θεοῦ λόγου παθόντα σαρκὶ, [5] καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον σαρκὶ, γεγονότα τε πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν καθὸ ζωή ἐστι καὶ ζωοποιὸς ὡς Θεὸς, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ, ὅτι ἐν σαρκὶ ἦν ὑπὲρ [6] ἀνέλαβε, καθέζεται ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, ἐν ᾗ καὶ ἐλεύσεται κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι ἀληθῶς καὶ κυρίως, ὡς καὶ † Υἱὸν, ἐκ τῆς θείας οὐσίας [7] καὶ Θεὸν Θεοῦ λόγον, ἀνάθεμα ἔστω. εἴ τις μὴ εἴπῃ, πάντα δύναται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ πάντα εἰδέναι, [8] καὶ πανταχοῦ παρεῖναι, ὡς καὶ † Υἱὸν καὶ τὸν

12 Τοὺς δὲ ἀπὸ ἐκκλησιῶν εἰς ἑτέρας

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τοὺς δὲ ἀπὸ ἐκκλησιῶν εἰς ἑτέρας] Idem præceperat Damasus in epistola prima ad Acholium, Euridicum, Severum, & alios, quam edidit Lucas Holstenius. *Illud præterea commoneo dilectionem vestram, ne patiamini aliquem contra statuta majorum nostrorum de civitate alia ad aliam transduci, & deserere plebem sibi commissam, & ad alium populum per ambitionem transire. Tunc enim contentiones oriuntur, tunc schismata graviora occipiunt, cum & illi qui amiserint Sacerdotem, sine dolore animi esse non possunt; & illi qui alterius civitatis acceperint Episcopum, etiamsi gaudeant, invidiosum sibi intelligunt fore, sub alieno se agere Sacerdote.* Ideo autem Damasus tum in epistola ad Acholium, tum in Synodica ad Paulinum, enixe id vetat, quod hujusmodi translationes in Orientis præcipue partibus invaluerant.

[1 In codice Regio hæc notantur ad marginem, περὶ μεταστάσεων καὶ ἐπισκόπων.]

2 Εἴ τις εἴπῃ, ὅτι ἐν τῷ πάθει] Hunc Anathematismum Damasi Papæ aliter citat Theodoritus in Dialogo tertio Eranistæ, pag. 162. Sic enim habet: εἴ τις εἴποι, ὅτι ἐν τῷ πάθει τοῦ σταυροῦ πόνον ὑπέμεινεν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς, καὶ οὐχὶ ἡ σὰρξ μετὰ τῆς ψυχῆς ἣν ἐνεδύσατο ἡ τοῦ δούλου μορφὴ, ἣν ἑαυτῷ ἔλαβε, καθὼς εἴρηκεν ἡ γραφὴ, ἀνάθεμα ἔστω. Quæ cum Latinis ipsius Damasi verbis, quæ interpretationis loco edidimus, melius conveniunt.

[3 Θεότητι — *usque ad* μορφῇ] Aliter hic locus in codice Regio: καὶ Θεὸς λόγος, οὐχὶ ἡ σὰρξ σὺν τῇ ψυχῇ ἥνπερ ἐνεδύσατο ἡ μορφὴ τοῦ δούλου, ἥνπερ ἑαυτῷ ἀνέλαβεν.]

4 Εἴπις μὴ εἴπῃ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον παθόντα σαρκὶ] Hic anathematismus deest in collectione Romana Lucæ Holstenii: Nec habetur in versione Epiphanii Scholastici. [Deest etiam in optimo codice J. Pini.]

5 Καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ] Hæc verba non leguntur in editione Basiliensi. Nec videntur admodum necessaria.

[6 Ἀνέλαβε] Ἔλαβε cod. Reg.]

7 Καὶ Θεὸν Θεοῦ λόγον] In collectione Romana rectius legitur *& Deum verum.* Sed Græcus Interpres legisse videtur *& Deum verbum.*

8 Καὶ πανταχοῦ γῆς] Postrema vox deest in Manuscripto codice [Regio &] Savilii, nec habetur in versione Epiphanii Scholastici, nec in collectione Romana.

VARIORUM.

a Τὰς δὲ ἀπὸ ἐκκλησιῶν εἰς ἑτέρας] In Nicæna Synodo, canone 15. à Patribus decretum, ne de alia in aliam Ecclesiam Episcopus transferatur. Quam disciplinam veteres Christiani religiose admodum observarunt. Vid. Euseb. Vit. Const. lib. 3. cap. 61. Nonnunquam tamen, si Ecclesiæ utilitas istud exigebat, permissæ erant Episcoporum translationes.

Παλέρα,

Παλέρα, ἀνάθεμα ἔϛω. εἴ τις εἴποι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ποίημα, ἢ διὰ ϛ̃ Υἱοῦ γεγενῆϛ, ἀνάθεμα ἔϛω.
1 εἴ τις μὴ εἴπῃ, πάντα διὰ τ̃ Υἱοῦ τῦ σαρκωθέντος καὶ τῦ ἁγίυ Πνεύματος τ̃ Παλέρα πεποιηκέναι, τῦτ' ἔϛι τὰ ὁραλὰ καὶ τὰ ἀόραλα, ἀνάθεμα ἔϛω. εἴ τις μὴ εἴπῃ, τῦ Παϛὸς καὶ τῦ Υἱῦ καὶ τῦ ἁγίυ Πνεύματος μίαν θεότηλα, ἐξυσίαν, δυναϛείαν, μίαν δόξαν, κυριότηλα, μίαν βασιλείαν, μίαν θέλησιν καὶ ἀλήθειαν, ἀνάθεμα ἔϛω. εἴ τις τρία πρόσωπα μὴ εἴπῃ ἀληθινὰ,
2 τῦ Παϛὸς καὶ τῦ Υἱῦ καὶ τῦ ἁγίυ Πνεύματος, [2]εἰς ἀεὶ ζῶνλα, τὰ πάνλα καλέχονλα, τὰ ὁραλὰ καὶ τὰ ἀόραλα, πάνλα δυνάμενα, πάνλα κρίνονλα, πάνλα ζωοποιῦνλα,
3 πάνλα δημιυργῦνλα, [3]πάνλα σώζονλα, ἀνάθεμα ἔϛω. εἴ τις μὴ εἴπῃ, προσκυνηλὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παρὰ πάσης τ̃ κλίσεως, ὡς καὶ τ̃ Υἱὸν καὶ τ̃ Παλέρα, ἀνάθεμα ἔϛω. εἴ τις περὶ τῦ Παλρὸς καὶ τῦ Υἱῦ καλῶς Φρονήσῃ, περὶ δὲ τῦ ἁγίυ Πνεύματος ὐκ ὀρθῶς ἔχῃ, αἱρετικός ἐϛιν, ὅτι πάνλες οἱ αἱρετικοὶ περὶ τῦ Υἱῦ τῦ Θεῦ καὶ περὶ τῦ ἁγίυ Πνεύματος κακῶς Φρονῦνλες, ἐν τῇ τ̃ Ἰουδαίων καὶ τ̃ ἐθνικ῀ν ἀπιϛίᾳ τυγχάνει ἐλέγχονλαι. εἴ τις ἢ μερίσῃ θεότηλα, Θεὸν τὸν Παλέρα λέγων ἀνὰ μέρος, καὶ Θεὸν τ̃ Υἱὸν, καὶ Θεὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ διϊχυρίσαλο Θεοὺς λέγεσθαι καὶ ἓ Θεὸν, διὰ τ̃ μίαν θεότηλα καὶ δυναϛείαν, ἣν ὡς ἕνα πιϛεύομεν καὶ οἴδαμεν, τῦ Παλρὸς καὶ τῦ Υἱῦ καὶ τῦ ἁ-
4 γίυ Πνεύματος, [4]Θεὸν ἕνα ὂν τρισὶν ὑποϛάσεσιν· ἢ πάλιν ὑπεξελόμενος τ̃ Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον,
5a ὡς μόνον [5]ὑπονοῆσαι τ̃ Παλέρα Θεὸν λέγεσθαι, [a]ἢ
6 [6]μὴ πιϛεύειν ἕνα Θεὸν, ἀνάθεμα ἔϛω. τὸ γὰ ὄνομα τ̃ Θεῶν καὶ τοῖς ἀγγέλοις καὶ πᾶσιν τοῖς ἁγίοις παρὰ
7 Θεῦ [7]ἐχαρίϛη. περὶ δὲ τῦ Παλρὸς καὶ τῦ Υἱοῦ καὶ τῦ ἁγίυ Πνεύματος, διὰ τ̃ μίαν καὶ ἴσην θεότηλα, ὐχὶ
8 τ̃ Θεῶν ὀνόματα, [8]ἀλλὰ τῦ Θεῦ ἡμῶν ἐνδείκνυ῀ται καὶ σημαίνει῀, ἵνα πιϛεύωμεν ὅτι εἰς Παλέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα βαπλιζόμεθα, καὶ ὐχὶ εἰς τὰ τῶν ἀρχαγγέλων ἢ ἀγγέλων ὀνόματα, ὡς οἱ αἱρέλικοὶ, ἢ ὡς Ἰουδαῖοι ἢ ἐθνικοὶ παραφρονῦντες. αὕτη τοίνυν ἡ τ̃ Χριϛιανῶν σωτηρία ἐϛὶν, ὅϛε πιϛεύονλες τῇ Τριάδι, τῦτ' ἔϛι τῷ Παλρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ βαπλιζόμενοι εἰς τ̃ αὐτὴν μίαν θεότηλα καὶ δυναμείαν καὶ θεότηλα καὶ ὐσίαν, εἰς αὐτὸν πιϛεύωμεν.

thema ſit. Si quis dixerit Spiritum ſanctum facturam eſſe, aut per Filium factum, anathema ſit. Si quis non dixerit, omnia per Filium qui incarnatus eſt & Spiritum ſanctum, Patrem feciſſe, id eſt viſibilia & inviſibilia, anathema ſit. Si quis non dixerit, Patris & Filii & Spiritus ſancti unam divinitatem, poteſtatem, majeſtatem, potentiam, unam gloriam, dominationem; unum regnum, atque unam voluntatem ac veritatem, anathema ſit. Si quis tres perſonas non dixerit veras, Patrem & Filium ac Spiritum ſanctum, æquales, ſemper viventes, omnia continentes viſibilia & inviſibilia, omnipotentes, omnia judicantes, omnia vivificantes, omnia facientes, omnia ſalvantes, anathema ſit. Si quis non dixerit Spiritum ſanctum adorandum ab omni creatura ſicut Filium & Patrem, anathema ſit. Si quis de Patre & Filio bene ſenſerit, de Spiritu autem ſancto non recte habuerit, hæreticus eſt: quia omnes hæretici de Filio Dei & Spiritu ſancto male ſentientes, in Judæorum atque Gentilium perfidia inveniuntur. Quod ſi quis partiatur divinitatem, ſingillatim Deum Patrem dicens, & Deum Filium ejus, & Deum Spiritum ſanctum, affirmetque Deos dici, & non Deum propter unam divinitatem ac potentiam, quam credimus & ſcimus Patris & Filii ac Spiritus ſancti, Deum unum in tribus perſonis: ſubtrahens vero Filium & Spiritum ſanctum, ita ſolum exiſtimet Deum Patrem dici aut credi unum Deum, anathema ſit. Nomen namque Deorum, & Angelis & Sanctis omnibus à Deo eſt impoſitum & donatum. De Patre autem & Filio & Spiritu ſancto propter unam & æqualem divinitatem, non nomen Deorum, ſed Dei, nobis oſtenditur atque indicatur, ut credamus quia in Patre & Filio & Spiritu ſancto ſolum baptizamur, non in Archangelorum nominibus aut Angelorum, quomodo hæretici, aut Judæi, aut etiam Gentiles dementes faciunt. Hæc eſt ergo ſalus Chriſtianorum, ut credentes Trinitati, id eſt Patri & Filio ac Spiritui ſancto, & in eam baptizati, veram ſolamque divinitatem, potentiam, majeſtatem, & ſubſtantiam ejuſdem ſine dubio credamus.

SÆC. IV.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τοῦ υἱοῦ τῦ σαρκωθέντος] Duo poſtrema vocabula [deſunt in codice Regio J. Pini;] nec habentur in verſione Epiphanii Scholaſtici, nec in collectione Romana Lucæ Holſtenii.

2 Εἰς ἀεὶ ζῶνλα] In Latino exemplari ex quo hæc converſa ſunt, legitur *æquales ſemper viventes*. Itaque in Græco ſcribendum videtur ἴσα ἀεὶ ζῶνλα. Ita certe in ſuo codice legit Epiphanius Scholaſticus, ut ex verſione ejus apparet.

3 Πάνλα σώζονλα] In Latino exemplari hujus epiſtolæ, plura leguntur hoc modo: *Omnia quæ ſunt ſalvanda, ſalvantes.*

4 Θεὸν ἕνα ὂν τρισὶν ὑποϛάσεσιν] Tres poſtremæ voces deſunt in Latino exemplari, & in verſione Epiphanii Scholaſtici.

[5 Ὑπονοῆσαι] Ὑπονοήσῃ cod. Reg.]

[6 Ἢ μὴ] Deeſt μὴ Reg.]

[7 Ἐχαρίϛη] Ἐτέθη καὶ ἐχαρίσθη cod. Reg.]

8 Ἀλλὰ τῦ Θεῦ ἡμῶν ἐνδείκνυ῀ται] Scribendum eſt, ἡμῖν ex collectione Romana. Totuſque locus ita reſtituendus οὐχὶ τῶν Θεῶν ὄνομα· ἀλλὰ τῦ Θεῦ ἡμῖν ἐνδείκνυ῀ται, &c.

VARIORUM.

a Ἢ μὴ πιϛεύεσθαι ἕνα Θεὸν] Particulam negativam non agnoſcit latinum exemplar; quæ & ſenſum perturbat. *W. Lowth.*

SÆC. IV.

CAPUT XII.

De interitu Gratiani, & de Maximi tyrannide.

Socr. l. V. cap. 11. Soz. l. VII. cap. 13.

SED hæc quidem gesta sunt superstite adhuc Gratiano, qui bello strenuus & civitates moderate regens, cum tandem per insidias interiisset, nullis relictis liberis qui Imperio succederent, sed solo fratre superstite admodum puero, qui patri erat cognominis: Maximus quidam, contempta Valentiniani adolescentia, Occidentis Principatum invasit.

CAPUT XIII.

De Justina Valentiniani uxore, deque insidiis ab ea structis Ambrosio.

Soz. l. VII. cap. 13.

PER idem tempus Justina, uxor quidem majoris Valentiniani, junioris autem mater, Arianæ doctrinæ semina quæ jam pridem susceperat, filio suo patefecit. Nam cum ardorem fidei viri sui probe nosset, quandiu is vixit, semper ipsa latere studuerat. Sed eo mortuo, cum animum filii sui tenerum ac flexibilem cerneret, fraudem suam fidentius proferre cœpit. Ille matris monita sibi utilia esse arbitratus: illecebras enim naturæ duntaxat spectans, hamum letalem minime cernebat: primo omnium Ambrosio his de rebus locutus est; ratus si illum in suam sententiam pertraxisset, aliis facile se idem persuasurum. Verum Ambrosius paternam ei pietatem in memoriam revocavit, hortatusque est ut quam acceperat hereditatem, inviolatam servaret. Præterea utriusque dogmatis discrepantiam ei ostendit, & quo pacto alterum quidem cum Domini doctrina & Apostolorum prædicationibus consentiret: alterum vero prorsus contrarium esset legique repugnaret spirituali. Adolescens vero, utpote adolescens, & à matre in fraudem inducta stimulatus, verba Ambrosii non modo non admisit, verum etiam ira exarsit; levisque & gravis armaturæ militibus Ecclesiæ ambitum circumsepsit. Sed cum nihil eorum quæ ab ipso facta erant, fortissimum virum terruisset: pro larvis enim cuncta ducebat, quæ pueris à quibusdam objici solent: tandem indignatus, palam ei mandavit ut extra vestibulum Ecclesiæ prodiret. Verum Ambrosius: Ego, inquit, mea sponte id non faciam, nec ovium septa lupis prodam, nec Dei templum blasphemantibus tradam. Sed si tibi libitum est occidere, intus ensem vel hastam in me adige. Libenter enim hujusmodi mortem excipiam.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Περὶ τῆς Γρατιανοῦ τελευτῆς, καὶ τῆς Μαξίμου τυραννίδος.

ΤΑῦτα μὲν ἔτι Γρατιανοῦ περιόντος ἐγένετο. ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνος ἔν τε πολέμοις ἀριστεύων, καὶ τὰς πόλεις σωφρόνως τε καὶ δικαίως ἰθύνων, ἐξ ἐπιβουλῆς ἐτελεύτησε, παῖδας μὲν ἀφ' ἁλαλιπὼν κληρονόμους τῆς βασιλείας, ἀδελφὸν δὲ κομιδῇ νέον ὁμώνυμον τοῦ πατρὸς, Μάξιμός τις τὴν Οὐαλεντινιανοῦ καταφρονήσας νεότητος, ἥρπασε τοῦ τῆς ἑσπέρας ἡγεμονίαν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ Ἰουστίνης τῆς Οὐαλεντινιανοῦ γαμετῆς, καὶ τῆς κατ' Ἀμβρόσιον γεγενημένης ἐπιβουλῆς.

ΚΑΤ' ἐκεῖνον δὴ τὸν χρόνον, Ἰουστῖνα ἡ Οὐαλεντινιανοῦ μὲν τοῦ μεγάλου γαμετὴ, τοῦ δὲ νέου μήτηρ, ἃ πάλαι τῆς Ἀρειανικῆς διδασκαλίας ἐδέξατο σπέρματα, δῆλα πεποίηκε τοῦ παιδί. τοῦ μὲν γὰρ ὁμοζύγου τὸ θερμὸν ὀπισαμένη τῆς πίστεως, λαθεῖν ἅπαντα τὸν χρόνον ἐσπούδασε. τοῦ δὲ παιδὸς τὸ τῶν φρενῶν ἁπαλὸν καὶ εὐήλικον θεωμένη, προσενεχθεῖν τῇ ἐξαπάτην ἐθάρρησεν. ὁ δὲ τῆς μητρὸς τὰς ὑποθήκας ὠνησιφόρους ὑπολαβών· εἰς γὰρ τὸ τῆς φύσεως δέλεαρ ἀποβλέπων, τὸ θανατηφόρον ἄγκιστρον οὐκ ἐώρα· Ἀμβροσίῳ πρώτῳ τὰς περὶ τούτων ὑποψίας λύσας, ἡγούμενος εἰ τοῦτον μεταπείσοι, τῶν ἄλλων ῥᾳδίως ἂν περιέσεσθαι. ὁ δὲ τῆς τε τοῦ πατρὸς ἀνεμίμνησκεν εὐσεβείας, καὶ τῆς κλῆρον παρεκάλει φυλάξαι, ὃν παρέλαβεν, ἄσυλον· ἐδίδασκε δὲ καὶ τῶν δογμάτων διαφορὰν, καὶ ὅπως τὰ μὲν, τῇ τοῦ Κυρίου διδασκαλίᾳ καὶ τοῖς τῶν Ἀποστόλων συμβαίνει κηρύγμασι· τὰ δὲ, ἄντικρυς ἀνομία, καὶ τῇ πνευματικῇ νομοθεσίᾳ μαχόμενα. ὁ δὲ νέος, οἷα δὴ νέος, καὶ τοῦ μητρὸς ἠπατημένης ἠγόμενος καὶ μόνον οὐ προσίετο τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ καὶ θυμοῦ πλήρης ἐγίνετο, καὶ λόχοις ὁπλιτῶν τε καὶ πελταστῶν τὸν ἐκκλησιαστικὸν περιβόλον ἐκύκλου. ἐπειδὴ δὲ τὸ μέγιστον ἐκεῖνον ἀρίστευμα οὐδὲν ἐδεδίττετο τὰ ὑπ' αὐτοῦ γινομένων· μορμολύκεια γὰρ ὑπέλαβε ταῦτα, μεμαχυλλίοις ὑπό τινων προσφερόμενα· τότε δὴ χαλεπήνας, προφανῶς αὐτὸν ἐκέλευσε τῶν ἱερῶν ἔξω βῆναι προθύρων. ὁ δὲ, ἐκὼν μὲν ἔφη τοῦτο γε δράσω, οὐδὲ προδώσω τοῖς λύκοις τὰ τῶν προβάτων σηκὸν, οὐδὲ τοῖς βλασφημοῦσι τὸ θεῖον παραδώσω νεών· ἀλλ' εἴ σοι κτεῖναι δοκεῖ, ἔνδον ἐπέρεισόν μοι τὸ ξίφος ἢ τὸ αἰχμήν. ἀσπασίως γὰρ δέξομαι τοιαύτην σφαγήν.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Προσενεγκεῖν τῷ ἐξαπάτῃ] Mallem scribere προσενεγκεῖν. 2 Τῇ πνευματικῇ νομοθεσίᾳ] Quid per spiritualem legem Theodoritus intelligat, obscurum est. Ego Nicænæ Fidei Symbolum intelligi puto, quo definitum est, Filium Patri consubstantialem esse. Decreta enim Synodorum, leges sunt Spiritus Sancti. Nota sunt verba Apostolorum quæ leguntur in Actibus, cap. 15. *Visum est enim Spiritui Sancto & nobis*, &c.

3 Καθηγόμενος] Scribendum est ἠγόμενος, dempta prima syllaba, ut legitur in Manuscripto codice Henrici Savilii. Ita quoque edidit Jacobus Sirmundus [ex codice Regio J. Pini.]

Sæc. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ τῶν παρὰ Μαξίμου τοῦ τυράννου Οὐαλεντινιανῷ τῷ νέῳ δηλωθέντων.

Χρόνου ἱκανοῦ συχνῶς τελουμένου, μεμάθηκε μὲν ὁ Μάξιμος τὰ [a] κατὰ τοῦ μεγαλοφώνου κήρυκος τῆς ἀληθείας τολμώμενα. ἐπέστειλε δὲ τῷ Οὐαλεντινιανῷ, τὸν κατὰ τῆς θεοσεβείας πόλεμον καταλῦσαι παρεγγυῶν, καὶ ἀπειλῶν μὴ προέσθαι τὴν πατρῴαν θεοσέβειαν. προσέθεικε δὲ καὶ τοῦ πολέμου τὴν ἀπειλήν, εἰ μὴ πείθοιτο· καὶ μέντοι καὶ τὸ ἔργον τοῖς λόγοις ἐπέθηκε. τὴν γὰρ στρατιὰν ἀγείρας, ἐπὶ τὴν Μεδιόλανον ὥρμησεν, ἔνθα ἐκεῖνος διῆγεν. ὁ δὲ μαθὼν τὴν ἔφοδον, εἰς Ἰλλυρίους ᾤχετο φθάνων, τῇ πείρᾳ μαθὼν τίνων ἐκ τῆς μητρῴας ἀπώνατο συμβουλῆς.

CAPUT XIV.

De iis quæ Maximus tyrannus Valentiniano juniori scripsit.

Cum jam multum temporis in his tereretur, certior factus est Maximus de rebus quæ contra egregium veritatis præconem tentabantur. Scripsit itaque litteras ad Valentinianum, quibus eum hortabatur, ut pietati bellum inferre desisteret, monebatque ne paternam religionem proderet. Adjecit etiam minas belli, nisi Valentinianus morem gereret: statimque verba factis confirmavit. Collectis enim copiis, Mediolanum versus contendit, in qua tum Valentinianus degebat. Qui audita Maximi expeditione, fugit in Illyricum, experimento ipso edoctus, quid sibi profuissent matris consilia.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ τῶν παρὰ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως περὶ τούτων γραφέντων.

Πυθόμενος δὲ Θεοδόσιος ὁ πανεύφημος βασιλεὺς τάτε περὶ τῶν βασιλέως πραχθέντα καὶ παρὰ τοῦ τυράννου γραφέντα, ἔγραψε τῷ πεφευγότι νέῳ, μὴ χρῆναι θαυμάζειν, εἰ τῷ βασιλεῖ μὲν τὸ δέος, τῷ δὲ τυράννῳ τὸ κράτος συνέζευκτο. τῇ γὰρ εὐσεβείᾳ πεπολέμηκε μὲν ὁ βασιλεύς· ὁ δὲ τύραννος ἐπεκούρησε. καὶ ὁ μὲν ταύτην προέμενος, ἀποδιδράσκει γυμνός· ὁ δὲ ταύτῃ καθωπλισμένος, τῷ γεγυμνωμένῳ κραλεῖ. τῇ γὰρ εὐσεβείᾳ, καὶ ὁ ταύτης σύνεργος νομοθέτης. ταῦτα μὲν ἐν ἐκὰς ὢν ἐπέστειλεν. ἐπειδὴ δὲ τῷ Φυγεῖ μεμαθηκὼς εἰς ὄψιν ἀφίκετο, καὶ τὸν μὲν οἰκείαν καταλελοιπότα βασιλείαν, εἰς δὲ τὴν αὐτῷ προσγενόμενον εἶδε, πρῶτον μὲν τῇ ψυχῇ τὴν θεραπείαν προσήνεγκεν, καὶ τὸν ὀπιγενομένην τῆς ἀσεβείας ἐξήλασε νόσον, καὶ [b] εἰς τὴν πατρῴαν θεοσέβειαν ἐπανήγαγεν· εἶτα θαῤῥεῖν παρεγγυήσας, καὶ κατὰ τοῦ τυράννου στρατεύσας, ἀναιμωλὶ μὲν τῷ νέῳ τὴν βασιλείαν παρέδωκε, τὸν δὲ τύραννον ἔκτεινεν. ἀδικεῖν γὰρ ὑπέλαβεν καὶ τὰς πρὸς Γρατιανὸν γεγενημένας προσβαίνων συνθήκας, εἰ μὴ ποινὴν τὸν ἀπεκτονότας εἰσπράξαιτο τῆς σφαγῆς.

CAPUT XV.

De iis quæ à Theodosio Imperatore scripta sunt his de rebus.

Porro Imperator Theodosius nunquam satis laudatus, cum ea quæ à Juniore Valentiniano facta, & quæ à Maximo tyranno scripta fuerant, cognovisset, ad profugum adolescentem scripsit: mirandum non esse, si Imperatori quidem terror, tyranno vero robur accresceret: quippe cum Imperator pietati bellum intulisset, tyrannus autem tulisset auxilium. Itaque is quidem qui eam deseruit, nudus fugit: ille vero qui pietatis armis munitus est, nudatum vincit. Pietati enim semper conjunctus est legislator pietatis. Et hæc quidem scripsit ad illum Theodosius, dum procul abesset. Ubi vero de fuga ejus certior factus, ad opem ei ferendam adfuit, eumque relictis Imperii sui partibus ad partes suas confugientem vidit: Primum quidem animo illius curationem adhibuit, & extrinsecus invectum impietatis expulit morbum, & adolescentem ad paternam pietatem revocavit. Deinde vero, cum bono animo eum esse jussisset, susceptа expeditione adversus tyrannum, Imperium adolescenti citra sanguinem restituit, tyrannum vero interfecit. Injuste enim se facturum existimavit, & inita cum Gratiano fœdera violaturum, nisi cædis pœnas ab interfectoribus exegisset. *Socr. l. V. cap. 12. Soz. l. VII. cap. 14.*

Variorum Annotationes.

a Κατὰ τοῦ μεγαλοφώνου κήρυκος] Attamen neque Valentiniani in Ambrosium infensus, neque Maximi tyranni in eundem propensus animus, Sanctum Præsulem dimovere potuit ab officio erga legitimum dominum & Imperatorem: adeo ut ejus causa duplicem ad Maximum legationem, periculorum plenam libenter susceperit: imo ut Paulinus auctor est, tyrannum à Communionis consortio segregandum putavit, admonens ut effusi sanguinis domini sui (Gratiani) & quod est gravius, innocentis, ageret pœnitentiam.

b Εἰς τὴν πατρῴαν εὐσέβειαν ἐπανήγαγεν] Insigne extat hanc in rem, fragmentum apud Suidam in voce Οὐαλεντινιανὸς. *W. Lowth.*

ΚΕΦΑ-

SÆC. IV.

CAPUT XVI.

De Amphilochio Iconii Episcopo.

Soz. l. VII. cap. 6.

POSTHÆC cum in Orientem reversus esset, accessit ad eum admirandus ille Amphilochius, cujus jam antea mentionem feci, poscens ut Arianorum conventicula ex urbibus pellerentur. Verum Imperator hanc petitionem duriorem esse ratus, nequaquam admisit. Tunc sapientissimus Amphilochius, illico tacitus rem excogitavit memoratu dignissimam; ingressus enim denuo in palatium, cum Arcadium filium Imperatori adstantem vidisset, quem ille paulo ante Augustum renuntiaverat, ipsum quidem Imperatorem solito more salutavit; filium vero honoris expertem dimisit. Imperator vero id ab Amphilochio per oblivionem existimans factum, accedere eum jussit & filium osculari. Verum Amphilochius sufficere honorem dixit quem ipsi exhibuisset. Quod indigne ferens Imperator, contemptum filii suam esse aiebat injuriam. Tum vero sapientissimus Amphilochius facti sui causam aperuit, & contenta voce dixit: Vides Imperator te filii tui contumeliam ferre non posse, sed succensere iis qui illi contumeliam faciunt. Crede igitur, Deum quoque hujus universi eos aversari, qui Filium ipsius unigenitum blasphemant; eosque tanquam ingratos erga Servatorem ac bene de se meritum, odio habere. Re hoc modo intellecta Imperator, tum factum, tum dictum Amphilochii admodum miratus, legem extemplo dedit, qua hæreticorum conventicula vetabantur. Verum enimvero omnes communis hominum hostis fraudes atque insidias evitare haudquaquam facile est. Nam sæpenumero qui lasciviæ morbum evasit, avaritiæ laqueis capitur. Quod si hoc vitio superior exstiterit, aliunde invidiæ barathrum objicitur. Ac si forte hoc etiam transilierit, obvium offendet laqueum iracundiæ. Alias præterea innumerabiles pedicas hominibus prætendit, quibus eos in exitium pertrahat. Et corporis quidem perturbationes, insidiarum quas animæ struit, adjutrices habet. Sola mens vigil ac sobria victoriam assequitur, rerum divinarum studio insidiarum impetum frangens. Admirandus igitur Imperator cum naturæ humanæ particeps esset, humanas quoque passus est perturbationes. Dumque justæ iræ immoderate indulget, crudele atque iniquum facinus perpetravit. Quod quidem in gratiam atque utilitatem eorum qui hæc lecturi sunt, commemorabo. Neque enim reprehensionem admirandi

Amphilochii contra Arianos argumentum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ις'.

Περὶ Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου.

ΜΕτὰ δὲ τὴν ἐκεῖθεν ἐπάνοδον, ἀφίκετο μὴν Ἀμφιλόχιος ὁ θαυμάσιος, οὗ πολλάκις ἐμνήσθην, ἀντιβολῶν τοὺς τῶν Ἀρειανῶν ἐκ τῶν πόλεων ἐξελαθῆναι συλλόγους. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπηνεστέραν ὑπολαβὼν τὴν αἴτησιν, οὐκ ἐδέξατο. ὁ δὲ σοφώτατος Ἀμφιλόχιος παραυτίκα σιγήσας, μνήμης ἀξίαν ἐξεῦρε μηχανήν. εἶτα γὰρ αὖθις τῶν βασιλείων γενόμενος, καὶ παρεστῶτα τῷ βασιλεῖ τὸν υἱὸν Ἀρκάδιον θεασάμενος, νεωστὶ δὲ οὗτος κεχειροτόνητο βασιλεύς, αὐτὸν μὲν ἠσπάσατο σωφρόνως τὸν βασιλέα, ἀγέραστον δὲ κατέλιπε τὸν υἱόν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπιληθῆναι νομίσας τὸν Ἀμφιλόχιον, παρεστελθεῖν καὶ φιλῆσαι παρεσκεύαζε τὸν υἱόν. ὁ δὲ ἀποχρῆναι ἔφη τιμὴν τῷ αὐτῷ παρ' αὐτοῦ προσενεχθεῖσαν τιμήν. ὁ δὲ δυσχεράνας, οἰκείαν ἐκάλει παροινίαν τοῦ παιδὸς ἀτιμίαν. τηνικαῦτα λοιπὸν ὁ σοφώτατος Ἀμφιλόχιος ἐκκαλύπτει τὸν τοῦ γεγενημένου σκοπὸν, καὶ βοᾷ ἔφη· ὁρᾷς ὦ βασιλεῦ, ὅπως ὑφέρεις τὴν τοῦ παιδὸς ἀτιμίαν, ἀλλὰ τοῖς εἰς τοῦτον παροινοῦσι χαλεπαίνεις πικρῶς. πίστευσον δὴ οὖν, καὶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν τοὺς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ βλασφημοῦντας βδελύττεσθαι, καὶ ὡς ἀχαρίστοις πρὸς τὸν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην γεγενημένους μισεῖν. εἶπε συνεὶς ὁ βασιλεὺς, καὶ τά τε πεπραγμένα τά τε εἰρημένα θαυμάσας, [2] νόμον εὐθὺς ἔγραψε, τοὺς τῶν αἱρετικῶν συλλόγους κωλύοντα. [3] ἀλλὰ γὰρ ὑπὲρ ῥᾴδιον πάσας ἀφυγεῖν τοῖς κοινοῖς τῶν ἀνθρώπων πολεμίοις τὰς ἄρκυς. πολλάκις γάρ τις διαδρὰς τῆς ἀσελγείας τὸ πάθος, τῇ τῆς πλεονεξίας περιπείρεται πάγῃ. εἰ δὲ καὶ ταύτης κρείττων φανείη, ἑτέρωθεν ἀναφύεται τοῦ φθόνου τὸ βάραθρον. κἂν τοῦτο δὲ πάλιν ὑπερπηδήσῃ, τοῦ θυμοῦ τὸ δίκτυον θύρησι προκείμενον. καὶ ἄλλας δὲ μυρίας τοῖς ἀνθρώποις πήθησι ποδοφράδας, ἀγρεύων εἰς ὄλεθρον. καὶ τὰ μὲν πάθη τοῦ σώματος ὑπουργοῦντα ἔχει ταῖς κατὰ ψυχῆς πεπαινομέναις ὑπ' αὐτοῦ μηχαναῖς. μόνος δὲ ὁ νοῦς ἐγρηγορὼς περιγίνεται, τῇ περὶ τὰ θεῖα ῥοπῇ τῶν μηχανημάτων ἀφαλύων τὸν ῥύμιλον. τῆς ἀνθρωπείας δὴ οὖν φύσεως καὶ ὁ θαυμάσιος οὗτος μεταλαχὼν βασιλεὺς, καὶ τῶν παθημάτων μετέλαχε· καὶ τῷ δικαίῳ θυμῷ ἀμετεία περισγενομένην, [4] ὠμόν τε καὶ πρᾶγμον εἰργάσατο πάθος. ἐρῶ δὲ καὶ τοῦτο τῶν συμπεσουμένων ὠφελείας ἕνεκα. καὶ γὰρ μόνον κατηγορίαν ἔχει τοῦ θαυ-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Νεωστὶ δὲ κεχειροτόνητο] Arcadius Augustus à patre renuntiatus est, Meraubaude iterum & Saturnino Coss. octo demum post annis Theodosius ex Italia digressus rediit Constantinopolim, in qua urbe Amphilochius Theodosium ita allocutus est. Quo quidem tempore Arcadius novellus Imperator dici non potest.

2 Νόμον εὐθὺς ἔγραψε] Extant multæ leges Imp. Theodosii, adversus hæreticos latæ, quæ leguntur in XVI libro codicis Theodosiani. Sed inter eas nullam reperio, quæ huic tempori possit convenire, quo Theodosius ab Italia Constantinopolim repetierat. Quare vereor ne Theodoritus hic temporum ordinem confuderit. Idem ante me observavit Baronius, qui Theodoriti errorem coarguens, iisdem plane argumentis quibus nos usi sumus, hoc Amphilochii factum confert in annum Christi 383. quo scilicet Arcadius à patre Augustus appellatus est.

[3 Ἀλλὰ γὰρ] Ab his verbis incipit caput 17. in codice Regio.]

[4 Ὠμόν τε] Ὠμόν π codex Regius.]

μαστοῦ

μαρτῦ βασιλέως, ἀλλὰ ϗ θύφημίαν μνήμης ἀξιωτάτην.

Imperatoris ſolum complectitur, ſed ejus quoque laudem, dignam in primis memoria. SÆC. IV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ τῆς ἐν Θεσσαλονίκῃ γενομένων σφαγῆς.

Θεσσαλονίκη πόλις ἐστὶ μεγίστη ϗ πολυάνθρωπος, εἰς μὲ τὸ Μακεδόνων ἔθνος τελοῦσα, ἡγουμένη δὲ ϗ Θετταλίας ϗ Ἀχαΐας, ϗ μὴν καὶ ἄλλων παμπόλλων ἐθνῶν, ὅσα τῆ Ἰλλυρικῶν τὸν ὕπαρχον ἡγούμενον ἔχει. ἐν ταύτῃ φάσεως γενομένης τινὸς, καταλιθάσθησάν τε ϗ κατεσύρησαν τῆ ἀρχόντων τινές. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐξαφθεὶς ὑπὸ τῆ ἀγγελθέντων, οὐκ ἤνεγκε τῆ θυμοῦ τὴν ὁρμὴν, οὐδὲ τῷ χαλινῷ τῆ λογισμοῦ τύτῳ ῥύμην ἐκώλυσεν· ἀλλὰ τύτῳ τὴν ψῆφον ἐξενεγκεῖν τῆ τιμωρίας ἐπέτρεψε. ταύτῃ γὴ τὴν ἐξουσίαν ἐκεῖνος λαβὼν, οἷα δὴ αὐτόνομός τε ϗ τύραννος, τὴ δεσμὸν διαῤῥήξας, ϗ τῆ λογισμοῦ ἀφαφυχὼν τὸν ζυγὸν, ἄδικα ξίφη κατ' πάντων ἐγύμνωσε, ϗ τοὺς ἀθώους μετὰ τῆ ὑπευθύνων καθέκτεινεν. ἑπτὰ γὰρ, ὡς φασιν, ἀπηρέθησαν χιλιάδες, ϗ κρίσεως ἠγησαμένης, ϗ τῆ ταῦτα δεινὰ ἐκεῖνα πεπολμηκότων καταγνωσθέντων, ἀλλ' ὡς ἐν ἀμήτῳ πάντων ὁμοῦ δίκην ἀσταχύων κατατμηθέντων.

CAPUT XVII.

De hominum cæde quæ facta eſt Theſſalonicæ.

THESSALONICA civitas eſt ampla, & incolarum multitudine abundans, ſita quidem in Macedonum provincia, ſed quæ caput eſt Theſſaliæ & Achaiæ & aliarum plurium provinciarum, quæ ſunt ſub adminiſtratione Præfecti prætorio Illyrici. In hac urbe cum orta eſſet ſeditio, quidam ex Magiſtratibus obruti ſaxis, & per vicos tracti fuerant. Quibus nunciatis inflammatus Imperator, iræ impetum non ſuſtinuit, nec rationis freno animi furorem repreſſit: ſed vindictæ arbitrium ei permiſit. Qui hanc poteſtatem nactus, velut ſui juris & impotens tyrannus, diruptis habenis excuſſoque rationis jugo, injuſtos gladios in omnes diſtrinxit, & inſontes cum noxiis promiſcue trucidavit. Septem enim hominum millia interfecta eſſe dicuntur, nullo prius habito judicio, nec ſceleris illius auctoribus condemnatis, ſed cunctis ſimul, quaſi ſpicis in meſſe, deſectis. *Soz. l. VI. cap. 25.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περὶ τῆ Ἀμβροσίου τῆ ἐπισκόπου παῤῥησίας, ϗ τῆ βασιλέως εὐσεβείας.

Ταύτην μαθὼν τὴ ὀδυρμὸν γέμουσαν συμφορὰν Ἀμβρόσιος ἐκεῖνος, ᾧ πολλάκις ἐμνήσθην, ἀφικόμενον εἰς τὴ Μεδιόλανον τὸν βασιλέα, ϗ συνήθως εἰς τὸν θεῖον εἰσελθεῖν βεληθέντα νεὼν, ὑπαντήσας ἔξω τῆ προθύρων, ἐπέσχεν τῆ ἱερῶν προπυλαίων τοιάδε λέγων ἐκώλυσεν· οὐκ οἶδα ὡς ἔοικεν, ὦ βασιλεῦ, τῆς εἰργασμένης μιαιφονίας τὸ μέγεθος, οὐδὲ μὴ τὴ τοῦ θυμοῦ παῦλαν ὁ λογισμὸς ἐπέγνω τὸ τολμηθέν. σκότος γὰρ ἴσως τῆς βασιλείας ἡ δυναστεία, ἐπιχέουσα τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλ' ὑπιπροθεῖ ἡ ἐξουσία τῷ λογισμῷ. χρὴ μέντοι εἰδέναι τὴν φύσιν, ϗ τὸ ταύτης θνητόν τε ϗ διαῤῥέον, ϗ τὸν προγονον χοῦν ἐξ ᾧ γεγόναμεν, καὶ εἰς ὃν διαῤῥεόμεθα· ϗ μὴ τῷ ἄνθει τῆς ἀλυργίδος ἀποσκολύμενον, ἀγνοεῖν τῆ καλυπτομένῃ σώματος τιμὴ ἀδένειαν. ὁμοφυῶν ἄρχεις ὦ βασιλεῦ, ϗ μᾶλλον δὴ καὶ ὁμοδούλων. εἷς γὰρ ἁπάντων δεσπότης καὶ βασιλεὺς, ὁ τῆ ὅλων δημιουργός. ποίοις τοίνυν ὀφθαλμοῖς ὄψῃ τὴ τῆ κοινῆ δεσπότου νεών; ποίοις δὲ ποσὶ τὸ δάπεδον ἐκεῖνο πατήσῃς τὸ ἅγιον; πῶς δὲ τὰς χεῖρας ἐκτενεῖς, ἀποζεούσας ἔτι τῆ ἀδίκου φόνου τὸ αἷμα; πῶς ἂν τοιαύταις ὑποδέξῃ χερσὶ τῆ δεσπότου τὸ παντάγιον σῶμα; πῶς ἂν τῷ στόματι προσοίσῃς τὸ αἷμα τὸ τίμιον, τοσῆτον διὰ τὸν τῆ θυμῆ λόγον ἐκχέας παρανόμως αἷμα; ἄπιθι τοίνυν, ϗ μὴ πειρῶ τοῖς δευτέροις τὴν προτέραν αὔξῃν παρανομίαν, ϗ δέχου τὴ δεσμὸν, ᾧ ὁ Θεὸς ὁ τῆ ὅλων δεσ-

HANC miſerandam calamitatem cum audiſſet Ambroſius, is cujus antea ſæpe mentionem feci, Imperatori Mediolanum ingreſſo, ac more ſolito ad Eccleſiam venienti, obviam proceſſit extra veſtibulum, & à ſacri liminis ingreſſu eum prohibuit his verbis. Ignoras ut puto, Imperator, perpetratæ abs te cædis gravitatem; & furore jam ſedato, nondum ratio ſcelus quod admiſſum eſt intellexit. Obſtat enim fortaſſe Imperialis potentia, quo minus peccatum agnoſcas, & rationi tenebras offundit licentia. Naturam tamen ſpectare oportet, quæ caduca mortique obnoxia eſt; & primitivum pulverem, ex quo orti ſumus, & in quem reſolvimur. Nec purpuræ ſplendore deceptus, corporis quod ſub illa tegitur infirmitatem ignorare debes. Ejuſdem tecum naturæ hominibus imperas, immo etiam conſervis, ô Imperator. Unus quippe eſt omnium Dominus atque Imperator, is qui univerſa condidit. Quibus igitur oculis templum communis Domini adſpecturus es? Quibus pedibus ſanctum ſolum calcaturus? Quomodo manus extenſurus es, injuſte cæſorum ſanguine adhuc ſtillantes? Quomodo ſacroſanctum Domini corpus ejuſmodi manibus excepturus es? Quomodo pretioſum ſanguinem admoturus es ori tuo, qui verbo furoris tui tot hominum ſanguinem injuſte effudiſti? Abſcede igitur, nec poſterioribus factis prius peccatum augere velis. Accipe vinculum, quod Deus omnium Dominus *Theodoſius à ſacris abſtentus.*

πότης

SÆC. IV.

ſurſum ſuffragio ſuo comprobat. Medicabile enim eſt, & ſanitatis reſtituendæ vim habet. His verbis obtemperans Imperator: Divinis quippe innutritus oraculis, probe norat quæ ſacerdotum, & quæ Imperatorum propria eſſent officia: flens ac gemens reverſus eſt in palatium. Longo poſt tempore elapſo: octo enim menſes exceſſerant: Servatoris noſtri natalis dies advenit. Imperator interim ſedebat in palatio, magnam vim effundens lacrymarum. Id cum animadvertiſſet Rufinus, qui tunc erat Magiſter officiorum, magnaque loquendi pollebat libertate; ut maxime familiaris, ad Principem accedit, & lacrymarum cauſam ſciſcitatur. Ille acerbius ingemiſcens & uberiores profundens lacrymas: Tu quidem, inquit, Rufine, ludis: mea quippe mala minime ſentis. Ego vero gemo ac doleo, meam conſiderans calamitatem: ſi quidem ſervis quidem ac mendicis patet Eccleſia Dei, in quam libere ingrediuntur, & Domino ſuo ſupplicant. Mihi vero & Eccleſiæ aditus interdictus eſt, & præterea clauſæ ſunt cœli fores. Memor enim ſum Dominicæ vocis quæ diſerte ita dicit: Quodcumque ligaveritis ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. Tum Rufinus: Curram, inquit, ſi tibi placet, & exorabo Antiſtitem ut vincula tua ſolvat. Cui Imperator: Non perſuadebis, inquit, Ambroſio. Novi æquitatem ſententiæ illius. Nunquam ille Imperialem reveritus poteſtatem, Dei legem violaturus eſt. Sed cum Rufinus inſtaret, ſeque Ambroſio perſuaſurum polliceretur, Imperator eum illico abire jubet. Nec multo poſt ipſe quoque ſpe blandiente ſubſecutus eſt, Rufini pollicitationibus credens. Verum divinus Ambroſius, ſimulatque Rufinum vidit; Canum, inquit, impudentiam imitaris Rufine. Nam cum tantæ cædis ſuaſor exſtiteris, pudorem è fronte excuſſiſti; & neque erubeſcis, neque formidas, cum adverſus imaginem Dei tanta rabie ſævieris. Cumque Rufinus ſupplicaret, & Imperatorem brevi adfuturum eſſe diceret, admirabilis Ambroſius divino zelo incenſus: Ego quidem, inquit, tibi Rufine prædico atque prænuntio, me illum ab ingreſſu ſacri veſtibuli repulſurum. Si vero Imperium in tyrannidem verterit, ego quoque libenti animo cædem excipiam. His auditis, Rufinus conſilium Epiſcopi Imperatori per nuntium ſignificavit, ſuaſitque ut intra palatium remaneret. At Imperator, cum hæc in medio foro didiciſſet:

Theodoſii pœnitentia.

Matt. 18. 18.

πότης ἄνωθεν γίνε) σύμψηφος. ἰατρικὸς ὢν ὅτος, καὶ
προθέξενος ὑγιείας. τούτοις εἴξας ὁ βασιλεὺς τοῖς λό-
γοις· τοῖς γὰρ θείοις λογίοις ἐντεθραμμένος, ᾔδει σα-
φῶς τίνα μὲν τὰ ἱερέων, τίνα δὲ τῶν βασιλέων ἴδια·
στένων καὶ δακρύων ἐπανῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια. χρόνῳ
δὲ συχνῷ διελθόντος, ὀκτὼ γὰρ ἀνηλώθησαν μῆνες, κα-
τέλαβεν ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενέθλιος ἑορτή. ὁ δὲ
βασιλεὺς ἐν τοῖς βασιλείοις ὀλοφυρόμενος καθῆστο, 1
πολὺν τῶν δακρύων ἀνιέντα λιβάδα. τοῦτο θεα-
σάμενος Ῥηφῖνος, μάγιστρος ὢν τηνικαῦτα ἦν, καὶ 2
πολλῆς μετεῖχε παῤῥησίας, ἅτε δὴ συνηθέστερος ὤν, 3
προσελθὼν ἤρετο τῶν δακρύων τὸ αἴτιον. ὁ δὲ πικρῶς
ἀνοιμώξας, καὶ σφοδρότερον προχέας τὸ δάκρυον,
σὺ μὲν, ἔφη, Ῥηφῖνε παίζεις. τὰ γὰρ ἐμῶν οὐκ ἐπαι-
σθάνῃ κακῶν. ἐγὼ δὲ στένω καὶ ὀλοφύρομαι τὴν ἐμαυτοῦ
συμφορὰν λογιζόμενος, ὡς τοῖς μὲν οἰκέταις καὶ τοῖς
προσαίταις ἄνετος ὁ θεῖος νεὼς, καὶ εἰσίασιν ἀδεῶς,
καὶ τὸν οἰκεῖον ἀντιβολοῦσι δεσπότην· ἐμοὶ δὲ καὶ ὅτος
ἄβατος, καὶ πρὸς τούτῳ μοι ὁ οὐρανὸς ἀπεκέκλεισται.
μέμνημαι γὰρ τῆς δεσποτικῆς φωνῆς ἣ διαῤῥήδην φη-
σὶν, ὃν ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένος ἐν
τοῖς οὐρανοῖς. ὁ δὲ, δεσμῶμαι, ἔφη, εἴ σοι δοκεῖ, καὶ
τὸν ἀρχιερέα πείσω λιπαρήσας, λῦσαί σοι τὰ δεσ-
μά. ἂν πείσῃ), ἔφη ὁ βασιλεύς. οἶδα γὰρ ἐγὼ τῆς
Ἀμβροσίου ψήφου τὸ δίκαιον· οὐδὲ αἰδεσθεὶς τὰ βα-
σιλείας ἐξουσίαν, τὸν θεῖον παραβήσεται νόμον. ἐπὶ- 4
δὴ δὲ πλείοσι χρησάμενος ὁ Ῥουφῖνος λόγοις, πείθειν
ὑπέσχετο τὸν Ἀμβρόσιον, ἀπελθεῖν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς
κατ' τάχος ἐκέλευσεν. καὶ αὐτὸς δὲ ὑπὸ τὴν ἐλπίδος
βεβοληθεὶς, ἠκολούθησε μετὰ βραχὺ, ταῖς ὑποσχέ-
σεσι Ῥηφίνου πειθεὶς. αὐτίκα δὲ τὸν Ῥηφῖνον ἰδὼν
ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος, καὶ τὸν κυνῶν ἀναίδειαν, ἔφη, Ῥη-
φῖνε ζηλοῖς. τοσαύτης γὰρ μιαιφονίας γενόμενος σύμ-
βουλος, καὶ αἰδῶ τὸν μετώπων ἀπέξυσας, καὶ ὅτε ἐρυ-
θριᾷς, ὅτε δέδιας, τοσοῦτον κατὰ τὴν θείας λυτήσας
εἰκόνος. ἐπειδὴ δὲ ὁ Ῥηφῖνος ἠπιβόλει, καὶ τὰ βασι-
λέα ἔλεγεν ἥξειν, ὑπὸ τοῦ θείου ζήλου πυρποληθεὶς
Ἀμβρόσιος ὁ θεσπέσιος· ἐγὼ μὲν, ἔφη, ὦ Ῥηφῖνε,
προλέγω σοι κωλύσω τὸν ἱερῶν αὐτὸν προθύρων εἰ δὲ εἰς τυραννίδα τὴν βασιλείαν μεθίστησι,
δέξομαι κἀγὼ μετ' ἡδονῆς τὴν σφαγήν. τούτων ὁ Ῥη-
φῖνος ἀκούσας, ἐμήνυσε μέν πως τῷ βασιλεῖ τοῦ
ἱερέως σκοπόν· καὶ μένειν εἴασε τὰ βασιλείων παρή-
νεσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς, κατὰ μέσην τὴν ἀγορὰν ταῦτα
μαθὼν, ἄπειμι, ἔφη, καὶ τὰς δικαίας δέξομαι παροι-

VALESII ANNOTATIONES.

[1 Ὀλοφυρόμενος] Ὀλοφύρετο καὶ καθ— cod. Reg.]

2 Ῥηφῖνος μάγιστρος] Rufinus magiſter officiorum fuit, Valentiniano Aug. quartum & Neoterio Coſſ. anno Chriſti 390. ut docet lex tertia codicis Theod. de Fabricenſibus. Quo quidem anno contigit clades illa Theſſalonicenſis, ut recte Baronius obſervavit. Sed & Zoſimus in lib. 4. Rufinum per hæc tempora magiſtrum officiorum fuiſſe teſtatur.

[3 Μετῆιχε] Μετέλαχε cod. Reg.

4 Τὸν θεῖον παραβήσεται νόμον] Baronius ad annum Chriſti 390, hunc Theodoriti locum deſcribens ita exponit. *Hæc idcirco dicebat Theodoſius, quod ſciret legem eſſe in Eccleſia, ut nonniſi circa Paſchale tempus Pœnitentes ab Epiſcopo reconciliarentur. Niſi velis potius illum alluſiſſe ad Eccleſiaſticam illam legem, qua cavetur ne voluntarius homicida, niſi in fine vitæ, communicet.* Sed pace illuſtriſſ. Cardinalis dictum ſit, neutra mihi expoſitio probatur. Neque enim ita adſtricti erant Epiſcopi, ut ante Paſchale tempus reconciliare non poſſent pœnitentes. Divinam igitur legem vocat Theodoritus, ne pœnitentes ante peractam publice pœnitentiam ad pacem & communionem admitterentur. Nam Theodoſius poſt admonitionem Ambroſii, ab Eccleſiæ quidem ingreſſu abſtinuerat; verum nullam exhomologeſin fecerat, nullum pœnitentiæ ſpecimen ediderat. Nam nec in ordine Pœnitentium ſteterat, nec veniam publice petierat: quaſi id Imperatoria majeſtate indignum eſſet. Lex igitur divina ea eſt, ut nonniſi ſancti & qui puras manus habent, aut certe qui per pœnitentiam purgati ſunt, ad Sanctuarium accedant. Hanc expoſitionem confirmat Theodoritus paulo poſt, ubi dicit, καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ μιμησάμενος τὸν Θεοδόσιον ἔλεγε, καὶ τὰς οἰκείου νόμους παλεῖν.

νίας.

νίαν. ἐπειδὴ δὲ τοὺς ἱεροὺς φειδάλεως κατέλαβεν, εἰς μὲν τὸν θεῖον οὐκ εἰσελήλυθε νεών. πρὸς ᾧ τὸν
1a δεχιερέα φθανιόμφιος, ὃν δὲ [1]τῷ [2]ἀσπαστικῷ οἴκῳ ὄντος καθῆστο, ἐλιπάρει λυθῆναι τῶν δεσμῶν. ὁ δὲ τυραννικὴν ἐκάλει τὴν παρουσίαν, καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ μεμηνέναι τὸν Θεοδόσιον ἔλεγε, καὶ τοὺς ἐκείνου νόμους πατεῖν. ὁ δὲ βασιλεὺς, μαίνομαι, ἔφη, κατὰ τῶν κειμένων νόμων, καὶ παρανόμως ὀπιδῆναι τῶν ἱερῶν προθύρων ἐφίεμαι· ἀλλὰ σὲ λῦσαί μοι τῶν δεσμῶν ἀξιῶ, καὶ τοῦ κοινοῦ δεσπότου φιλανθρωπίαν λογίσασθαι, καὶ μὴ κλεῖσαί μοι θύρας, ἣν πᾶσι τοῖς μεταμελείᾳ χρωμένοις ὁ δεσπότης ἀνέῳξεν. ὁ δὲ ἀμφιβὺς ἔφη· ποίαν οὖν μετάμελειαν ἔδειξας μετὰ τοσαύτην φθονομίαν; ποίοις δὴ φαρμάκοις τὰ δυσιάτα ἐθεράπευσας τραύματα; ὁ δὲ βασιλεὺς, σὸν ἔργον, ἔφη, τὸ δεῖξαι καὶ κεράσαι τὰ φάρμακα,
2 [2]καὶ τὰ δυσιάτα θεραπεῦσαι· ἐμὸν δὲ δέξασθαι τὰ προσφερόμενα. τότε ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος, ἐπειδὴ τῷ θυμῷ ἔφη, τὸ δικάζειν ἐπιτρέπεις, καὶ οὐχ ὁ λογισμὸς τὰς γνώσεις, ἀλλ' ὁ θυμὸς ἐκφέρει, γράψον νόμον τῷ θυμῷ τὰς ψήφους ἀργὰς ποιοῦντα καὶ φθιτάς· καὶ τριάκοντα ἡμέρας αἱ φονευτικαὶ καὶ δημευτικαὶ μενέτωσαν γνώσεις ἐγγεγραμμέναι, τῷ λογισμῷ προσδεχόμεναι κρίσιν. διελθουσῶν δὲ τῶν ἡμερῶν, οἱ τὰ ἐγνωσμένα γεγραφότες, τὰ πεπραγμένα δεικνύτωσαν. καὶ τηνικαῦτα τοῦ θυμοῦ πεπαυμένου, καθ' ἑαυτὸν δικάζων ὁ λογισμὸς ἐξετάσῃ τὰ ἐγνωσμένα, καὶ ὄψεται εἴτε ἄδικα, εἴτε δίκαια εἴη. καὶ εἰ μὲν θύρη ἄδικα, δῆλον ὅτι ἀῤῥήξει τὰ γεγραμμένα· εἰ δὲ γε δίκαια, βεβαιώσει· καὶ ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸς καὶ
3b λυμανεῖται τοῖς ὀρθῶς ἐγνωσμένοις. ταύτην ὁ βασιλεὺς δεξάμενος τὴν εἰσήγησιν, καὶ ἄειρα ἔχων ὑπολαβών, θύθυς [3b]γραφῆναί τε τὸν νόμον ἐκέλευσε, καὶ τοῖς τῆς οἰκείας χειρὸς ἐβεβαίωσε γράμμασι. τούτου γενομένου, διέλυσε τὸν δεσμὸν ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος. οὕτως ὁ πιστότατος βασιλεὺς εἴσω γενέσθαι θαῤῥήσας τοῦ θείου νεῶ, οὐχ ἑστὼς τὸν δεσπότην ἱκέτευεν, οὐδὲ τὰ γόνατα κλίνας· ἀλλὰ πρηνὴς ἐπὶ τοῦ δαπέδου

Ibo, inquit, & juſtas patiar contumelias. Cumque ad Eccleſiæ ſepta perveniſſet, in ipſam quidem baſilicam ingreſſus non eſt. Sed accedens ad Epiſcopum, qui tum in ſalutatorio reſidebat, ut vinculis ſolveretur rogavit. Ambroſius vero hujuſmodi adventum tyrannicum eſſe dixit, & Theodoſium adverſus Deum furere, legeſque illius calcare. Tum Imperator: Adverſus leges, inquit, quæ latæ ſunt, non inſurgo: nec contra fas ingredi cupio ſacra veſtibula: ſed à te peto, ut vinculis me abſolvas, & communis Domini clementiam conſideres, nec mihi occludas januam quam cunctis pœnitentiam agentibus Dominus aperuit. Cui Ambroſius: Quam igitur, inquit, pœnitentiam oſtendiſti poſt tam grave facinus? Cujuſmodi medicamentis vulnera tua curaſti? Hic Imperator: Tuum eſt, ait, medicamenta oſtendere ac temperare: mei autem officii eſt, oblata ſuſcipere. Tunc divinus Ambroſius: Quandoquidem, inquit, judicium permittis furori; nec ratio, ſed ira ſententiam profert, ſcribe legem quæ furoris ſententias irritas reddat atque inanes: & triginta dierum ſpatio maneant ſcriptæ ſententiæ de cæde ac bonorum proſcriptione, rationis judicium expectantes. Quibus diebus tranſactis, hi qui edictum ſcripſerunt, oſtendant tibi ea quæ juſſeris. Ac tum ſedato æſtu iracundiæ, ratio per ſe ipſa judicium exercens, examinabit ea quæ decreta ſunt, diſpicietque utrum juſta ſint, an injuſta. Ac ſi quidem injuſta eſſe deprehenderit, ſcripta proculdubio diſcerpet: ſin juſta, confirmabit: nec dierum ſpatium recte judicatis quidquam detrimenti afferet. Hoc conſilium cum audiſſet Imperator, & utiliſſimum eſſe exiſtimaret, ſtatim legem ſcribi præcepit, eamque manus ſuæ ſubſcriptione firmavit. Quo facto, divinus Ambroſius ejus vincula relaxavit. Atque ita demum in Dei templum intrare auſus fideliſſimus Imperator, non ſtans, nec genibus flexis ſupplicavit Deo: ſed pronus humi jacens, Da-

Qua conditione Ambroſius Theodoſium Eccleſiæ reſtituit.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῷ ἀσπαστικῷ οἴκῳ] Joſephus Scaliger in lib. 2. Auſonianarum lectionum cap. 23. ait ἀσπαστικὸν οἶκον à Theodorito vocari hoſpitium Epiſcopale quo advenæ excipiebantur. Sed nos in Annotationibus ad lib. XV. Ammiani Marcellini pag. 87. docuimus, ἀσπαστικὸν οἶκον nihil aliud eſſe quam Salutatorium, ut recte vertit Epiphanius Scholaſticus, ſeu Secretarium Eccleſiæ, in quo Epiſcopus cum Presbyteris ſedens, à fidelibus qui ad Eccleſiam accedebant, ſalutari conſueverat.

2 Καὶ τὰ δυσιάτα θεραπεῦσαι] Deſunt hæc verba in optimo codice Henrici Savilii, [& in Regio codice J. Pini;] nec habentur in verſione Epiphanii Scholaſtici. Non immerito itaque Sirmundus ea in editione ſua expunxit.

3 Γραφῆναί τε τὸν νόμον] Idem ſcribit Rufinus in lib. undecimo Hiſtoriæ cap. 18. ita dicens. *Lege ſanxit inpoſterum ut ſententiæ principum ſuper animadverſione prolatæ, in diem triceſimum ab executoribus differantur.* Legem ipſam refert Caſſiodorus in Hiſtoria Tripartita. Extatque in utroque codice, tam Theodoſii, quam Juſtiniani, ſed præfixo Gratiani ac Valentiniani nomine, data Antonio & Siagrio Coſſ. octo annis ante ſtragem Theſſalonicenſium. Quæ res in maximam difficultatem conjecit Baronium, ut videre eſt ad annum Chriſti 390. Quam quidem ipſe ita ſolvere conatur, ut dicat titulum ac ſubſcriptionem legis mutatam fuiſſe ab antiquariis in gratiam Theodoſii, ut ejus facinus ea ratione occultaretur. Ego vero aliter cenſeo: hanc ſcilicet legem primum quidem latam fuiſſe à Gratiano, iis quos dixi Coſſ. poſtea vero occaſione cædis Theſſalonicenſium, renovatam fuiſſe à Theodoſio: priorem tamen titulum legis ſemper remanſiſſe, qui Gratiani nomen præferebat.

VARIORUM.

a Ἀσπαστικῷ οἴκῳ] Paulus Diaconus, lib. XIII. *Theodoſius inveniens Antiſtitem reſidentem in Salutatorio.* Gregorius Turonenſis lib. II. cap. 21. *Et quia eo tempore Eccleſia parvam infra muros poſſeſſionem habebat, ipſi ſacerdoti in ipſo, quod modo Salutatorium dicitur, manſio erat, atque ad gratias Deo tempore nocturno reddendas ad altarium Eccleſiæ conſurgebat.*

b Γραφῆναί τε τὸν νόμον ἐκέλευσε] Pagi multis argumentis probat contra Valeſium, Legem hanc intercidiſſe. Vid. Criticam ejus ad ann. 390. n. 4, &c. *W. Lowth.* Cædes Theſſalonicenſis, *inquit idem Pagius*, accidit circa menſem Maium anni 390. & Lex Theodoſiana quæ ad nos non pervenit, data eſt circa finem menſis Decembris, idque Mediolani, ubi Theodoſius conſtitit ad menſem ferme Auguſtum, ut patet ex Legibus codicis Theod. hoc anno datis. *Pagius ibid. n. 9.*

SÆC. IV.

vidicam hanc vocem emisit: Adhæsit pavimento anima mea: vivifica me secundum verbum tuum. Denique manibus comam vellens frontemque percutiens, & lacrymarum manantibus guttis solum rigans, veniam sibi dari poscebat. Cum autem tempus advenisset, quo dona sacræ mensæ erant offerenda, surgens cum lacrymis non minoribus quam antea, progressus est ad altare. Cumque obtulisset, intus ad cancellos substitit, sicut consueverat. Tunc rursus magnus Ambrosius silentium non tenuit: sed locorum discrimina quæ essent edocuit. Ac primum quidem interrogavit eum num quid vellet. Et cum Imperator respondisset, præstolari se sacrorum mysteriorum perceptionem; per Archidiaconum hæc ei significavit: Interiora loca, Imperator, solis sacerdotibus patent: reliquis omnibus inaccessa sunt & intacta. Abscede igitur, & una cum aliis consiste. Nam purpura Imperatores facit, non sacerdotes. Quam itidem admonitionem æquo animo suscipiens fidelissimus Imperator, renuntiari jussit Ambrosio: se nequaquam arrogantia elatum intra cancellos substitisse: sed quia Constantinopoli eum morem esse didicisset. Cæterum pro hac etiam curatione gratiam se habere. Talis ac tanta virtus, tum in Sacerdote enituit, tum in Principe. Utrumque certe pariter admiror; alterum ob loquendi libertatem, alterum ob submissam obedientiam: & illius quidem ardentem zelum; hujus vero puram ac sinceram fidem. Porro pietatis regulas quas à magno Antistite acceperat, reversus postea Constantinopolim, illic quoque servavit. Nam cum festus quidam dies ipsum denuo ad Ecclesiam adduxisset, oblatis ad sacram mensam muneribus suis, statim abscessit. Cumque Ecclesiæ illius Pontifex Nectarius rogaret quamobrem intus non remansisset, suspirans respondit: Vix tandem edoctus sum, quid esset discriminis inter Sacerdotem ac Principem: veritatis magistrum vix tandem inveni. Unum enim Ambrosium novi, qui Episcopus dici mereatur. Tantam utilitatem habet reprehensio, quæ fit à viro excellenti virtute prædito.

Psal. 118. 25.

Imperator cancellis exclusus.

Ambrosium laudat.

χείμενος, ✠ Δαυϊτικὲ ἀφῆκε Φαυλί· ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου, ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου· καὶ ταῖς χερσὶν ἀποτίλλων τὰς τρίχας, καὶ τὸ μέτωπον, καὶ ταῖς τῶν δακρύων ῥανίσι τοὔδαφος καταβαπτίζων, συγχώρησιν ἐπιβόλῃ τυχεῖν ἐπειδὴ δὲ ὁ καιρὸς ἐκάλει τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκεῖν, ἀναβὰς μὲν τὸ ἱστάμενον ἀπέβη δακρύων, τῶν ἀνακτόρων ἐπέβη προσευκτηρίων δὲ ὥσπερ εἰώθει, ἔνδον παρῆν τὰς κιγκλίδας μεμηκώς. ἀλλὰ πάλιν ὁ μέγας Ἀμβρόσιος οὐκ ἐσίγησεν, ἀλλ' ἐξεπαίδευσε τὴν τῶν τόπων διαφοράν. καὶ πρῶτον μὲν ἤρετο εἴ τινος δέοιτο. τοῦ δὲ βασιλέως εἰρηκότος, ὡς προσμένει τὴν τῶν θείων μυστηρίων μετάληψιν, ἐδήλωσεν ὑπουργὸς τῶν τῆς ἀγκόνων ἠρεμαίως χρησάμενος, ὅτι τὰ ἔνδον ὦ βασιλεῦ, μόνοις ἐστὶν ἱερεῦσι βατά· τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασιν, ἄδυτά τε καὶ ἄψαυστα. ἔξιθι τοίνυν, καὶ τοῖς ἄλλοις κοινώνει τῆς στάσεως. ἀλιτηρὸς γὰρ βασιλέας, οὐχ ἱερέας ποιεῖ. καὶ ταύτην δὲ ὁ πιστότατος βασιλεὺς ἀσμένως δεξάμενος τὴν εἰσήγησιν, ἀντεδήλωσεν, ὡς οὐ θρασύτητι χρώμενος, ἔνδον τῶν κιγκλίδων μεμήκοι, ἀλλ' ὅτι Κωνσταντινουπόλει τοῦτο εἶναι ἔθος μαθών. χάριν δὲ ὀφείλω, ἔφη, καὶ τῆσδε τῆς ἰατρείας. τοσαύτη καὶ τηλικαύτη καὶ ὁ ἀρχιερεὺς καὶ ὁ βασιλεὺς διέλαμπον ἀρετῇ. ἀμφοτέρων γὰρ ἔγωγε ἄγαμαι, τοῦ μὲν τὴν παρρησίαν, τῷ δὲ τὴν εὐπείθειαν· καὶ τοῦ μὲν τὴν τοῦ ζήλου θερμότητα, τοῦ δὲ τὴν τῆς πίστεως καθαρότητα. τοὺς δὲ δὴ τῆς εὐσεβείας ὅρους, οὓς παρὰ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως μεμάθηκε, καὶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανελθὼν διεῴρησεν. ἑορτῆς γὰρ αὐτὸν πάλιν θείας εἰς τὸν θεῖον ἀγαγούσης νεὼν, τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκὼν εὐθὺς ἐξελήλυθεν. τῷ δὲ τῆς ἐκκλησίας προέδρῳ, Νεκτάριος δὲ τυγχάνων ἦν, διαλεγόμενος, τί δή ποτε μὴ μεμυημένος ἔνδον, ἀνάξας· μόνος, ἔφη, βασιλέως καὶ ἱερέως ἐδιδάχθην διαφοράν. μόνος οὗρον ἀληθείας διδάσκαλον. Ἀμβρόσιον γὰρ οἶδα μόνον ἐπίσκοπον ἀξίως καλούμενον. τοσοῦτον ὀνίνησιν ἔλεγχος παρὰ ἀνδρὸς ἀρετῇ λάμποντος προσφερόμενος.

CAPUT XIX.

De Flacilla Imperatrice.

ALIAM præterea occasionem proficiendi habuit Imperator. Conjux enim, divinæ legis præcepta ei in memoriam assidue revocabat, quibus se ipsa prius accurate erudierat. Neque enim Imperiali potentia efferebatur; sed ad amorem Dei excitabatur ardentius. Quippe accepti beneficii magnitudo, amorem illius erga Dominum augebat. Itaque eorum qui corpore mutili & omnibus membris debilitati erant, omnibus modis curam gerebat; non servorum aut satellitum ad eam rem utens ministerio: sed

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Περὶ Πλακίλλης τῆς βασιλίδος.

ΕΙχε δ' ἡ ἄλλην ἀφορμὴν ὠφελείας ὁ βασιλεύς. ἡ γὰρ γαμετὴ τὸν ζυγὸν σὺν αὐτῷ δεξαμένη, τῶν θείων αὐτῷ συνεχῶς ἀνεμίμνησκε νόμων, ἑαυτὴν τούτοις πρῶτον ἀκριβῶς ἐκπαιδεύσασα. ὃ γὰρ ἐπῆρεν αὐτὴν τῆς βασιλείας ἡ δυναστεία, ἀλλὰ τὸν θεῖον πλέον ἐπύρωσεν πόθον. τῆς γὰρ θυεργεσίας τὸ μέγεθος, μεῖζον τὸ περὶ τὸν δεσπότην εἰργάζετο φίλτρον. αὐτίκα γοῦν καὶ τὸ σῶμα πεπηρωμένων καὶ ἅπαντα τὰ μέλη λελωβημένων, παντοδαπὴν ἐποιεῖτο φροντίδα, οὐκ οἰκέταις, οὐδὲ δορυφόροις ὑπουργοῖς κεχρημένη· ἀλλ'

VALESII ANNOTATIONES.

[1 Βαπὰ] Βάπμα cod. Reg.]

2 Η' γὰρ τῦ γάμου] Vera quidem sunt quæ de Flacillæ Augustæ virtutibus hic refert Theodoritus. Sed nihil pertinent ad hunc locum: Nam Flaccilla diu ante cladem Thessalonicensium ex hac luce migraverat, & post ejus obitum Theodosius Gallam uxorem duxerat.

αὐτυργὸς

αὐτυργὸς γιγνομένη, καὶ εἰς τὰς τέκτων καταγωγὰς ἀφικνουμένη, καὶ ἑκάστῳ τὴν χρείαν ποιέζουσα. ὅτε καὶ τὴν ἐκκλησιᾶν τὰς ξενῶνας ἐπισκοποῦσα, τοὺς κλινοπετεῖς δι' ἑαυτῆς ἐθεράπευεν, αὐτὴ καὶ χύτρας ἀπομένη καὶ ζωμὸν γινομένη, καὶ τρύβλιον προσφέρουσα, καὶ ἄρτον κλῶσα, καὶ ψωμοὺς ὀρέγουσα, καὶ κύλικα ἀποκλύζουσα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐργαζομένη, ὅσα οἰκετῶν καὶ θεραπαινίδων ἔργα νενόμιται. καὶ τοῖς τὴν αὐτουργίαν ἐπέχειν πειρωμένοις ἐπέλεγεν, ὡς τὸ μὲν χρυσίον διανέμειν τῇ βασιλείᾳ πρέπει· ἐγὼ δὲ ὑπὲρ αὐτῆς γε τῆς βασιλείας τὴν αὐτουργίαν τῷ δεδωκότι προσφέρω. καὶ τῷ ὁμόζυγι δὲ συνεχῶς εἰώθει λέγειν· ἀεί σε, ὦ ἄνερ, πρέπει λογίζεσθαι, τί μὲν ἦσθα πάλαι, τί δὲ γέγονας νῦν. ταῦτα γὰρ διηνεκῶς ἐνθυμούμενος, οὐκ ἔσῃ πρὸς τὴν θεργέτην ἀχάριστος, ἀλλ' ἣν ἐδέξω βασιλείαν κυβερνήσεις ἐνόμως, καὶ ταύτῃ θηραπεύσεις τὸ δεδωκός. τοιούτοις ἀεὶ κεχρημένη λόγοις, οἷόν τινα καλλίστην ἀρδείαν καὶ πρόσφορον, τοῖς τῆς ἀρετῆς τοῦ ἀνδρὸς προσέφερε σπέρμασι. πρωΐαν μέντοι τοῦ ἀνδρὸς [a] ἐτελεύτησε· καὶ συνέβη μὴ χρόνον τινὰ τῆς τελευτῆς τοιόνδε τι γενέσθαι, ὃ τοῦ βασιλέως πρὸς αὐτὴν φιλοστοργίαν ἐγύμνωσεν.

ipsa ministrans, & illorum adiens diversoria, & singulis utilia præbens. Simili quoque modo Ecclesiarum hospitia circumiens, ægros in lecto jacentes ipsamet sollicite curabat, ollas contrectans, & jusculum ipse degustans; patinam præterea ferens & panem frangens, & escam porrigens: calicem denique lavans, aliaque omnia faciens quæ à servis & ancillis fieri solent. Iis vero qui ab hoc ministerio revocare ipsam studebant, dicere solebat: Auri distributio Imperio convenit. Ego vero pro ipso Imperio ministerium meum Deo auctori illius offero. Viro autem suo hæc perpetuo dicere consueverat: Semper cogitare debes, mi vir, quid prius fueris, & quid nunc sis. Hæc enim si continuo perpenderis, nequaquam ingratus eris erga auctorem tuum; sed Imperium quod accepisti, juste administrabis, atque hoc modo coles eum qui dedit. His sermonibus cum assidue uteretur, virtutis semina quæ in viro erant, hac egregia & utili irrigatione nutriebat. Et ipsa quidem ante maritum suum excessit è vita. Aliquanto vero tempore post ejus obitum accidit quidpiam, quo Imperatoris erga illam amor est declaratus.

Flacillæ pia verba.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Περὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ γενομένης στάσεως.

CAPUT XX.

De seditione quæ facta est Antiochiæ.

ΥΠΟ τῶν συχνῶν πολέμων ἀναγκαζόμενος ὁ βασιλεὺς, εἰσφοράν τινα ξένην ταῖς πόλεσιν ἐπιτέθεικεν. ἡ δὲ Ἀντιόχων πόλις τὸ καινὸν τέλος οὐκ ἤνεγκεν. ἀλλ' ὁρῶν ὁ δῆμος τοὺς εἰσπραττομένους χρεμαννυμένους, ἄλλα τε ἔδρασεν, ἃ ποιεῖν φιλεῖ ὄχλος πρόφασιν εἰς ἀταξίαν λαμβάνων· καὶ τὴν χαλκῆν [b] εἰκόνα τῆς παθυφήμου Πλακίλλης, τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῇ βασιλίδι, κατήνεγκέ τε καὶ ἐπὶ πολὺ τῆς πόλεως καθέσυρε μέρος. ταῦτα πυθόμενος ὁ βασιλεὺς, καὶ χαλεπήνας, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, τά τε τῆς πόλεως ἀφείλετο πρωτόμια, καὶ τῇ γειτονευούσῃ πόλει τὴν ἡγεμονίαν παρέδωκε, ταύτην μάλιστα νομίζων ἀνιάσειν. ἐζηλοτύπει γὰρ ἡ Λαοδίκεια τὴν Ἀντιόχειαν ἄνωθεν. μὴν δὲ ταῦτα καὶ ἐμπρήσειν ἠπείλει καὶ καταλύσειν, καὶ εἰς κώμην τὸ ἄστυ μεταβαλεῖν. οἱ δέ γε ἄρχοντες καὶ ἀνεῖλόν τινας, παρ' αὐτὸ συλλαβόντες τὸ τόλμημα, πρὶν γνῶναι τὸν βασιλέα τὴν τραγῳδίαν. ταῦτα δὲ πάντα ὁ βασιλεὺς προσετάξατο μή· οὐκ ἐγένετο δὲ, [1] τοῦ νόμου κωλύοντος τὸν Ἀμβρόσιος ὁ μέγας τεθῆναι παρήνεσεν. ἐπειδὴ ἧκον ἀφίκοντο οἱ τὰς ἀπειλὰς ἐκείνας κομίζοντες, Ἑλεβῆχός τε

BELLORUM frequentia compulsus Imperator, novum tributi genus civitatibus indixerat. Hanc novam exactionem civitas Antiochensium ferre non potuit. Plebs enim cum eos à quibus exigebatur, suspendi in eculeo videret, tum alia perpetravit quæ vulgus perpetrare solet ubi seditionis occasionem nactum est: tum statuam æneam laudatissimæ Flacillæ, id enim nomen fuerat Imperatrici, dejecit, & per plurimos civitatis vicos traxit. His auditis Imperator, ut par erat, graviter commotus, & privilegia urbi ademit, & vicinæ civitati primatum attribuit, ratus hoc Antiochensibus maximum dolorem allaturum: Jampridem enim Laodicea æmula erat Antiochiæ. Postea vero, incensurum se quoque ac destructurum urbem minatus est, & in vici formam redacturum. Magistratus porro, quosdam in ipso facinore deprehensos necaverant, priusquam Imperator de hac seditione quidquam comperisset. Et hæc quidem cuncta Imperator fieri præceperat. Sed quominus fierent, obstitit lex quæ magni Ambrosii hortatu lata erat. Cum igitur venissent qui Imperatoris minas adferebant,

Soz. l. VII. cap. 23.

Flacillæ statua dejecta.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τοῦ νόμου κωλύοντος τὸν Ἀμβρόσιον] Longe hic fallitur Theodoritus, quasi seditio Antiochena post Thessalonicensem cladem contigerit. Atqui Antiochena illa seditio contigit anno Christi 388. ut scribit Baronius, Theodosio II. & Cynegio Coss. Thessalonicensis vero clades accidit anno 390.

VARIORUM.

a Ἐπλεύτησε] Eodem anno (sc. 385.) creditur defuncta Flaccilla Augusta, quam superiori peperisse constat Honorium, cum & sequenti anno reperiatur Theodosius Gallam coniugem accepisse. Laudavit eam funebri oratione Gregorius Nyssenus. Genuit hæc Theodosio Arcadium, Honorium, & Pulcheriam. Meminit ejusdem Flaccillæ D. Ambrosius in funere Theodosii, eamque Deo conjunctam in cœlis affirmat. *Baronius ad ann.* 385. *p.* 514.

b Εἰκόνα Πλακίλλης] Sozomenus & Zosimus non Flaccillæ tantum, sed & Theodosii statuas ea contumelia affectas narrant.

Sæc. IV.

Elebichus ſcilicet tunc Magiſter militum, & Cæſarius Magiſter officiorum: ſic enim Romani vocant præpoſitum palatii: maximo in metu omnes verſabantur, minas Principis formidantes. Sed virtutis athletæ qui ad radices montis habitabant: multi autem tunc erant ac præſtantiſſimi: multis monitis, multiſque precibus apud illos uſi ſunt. Macedonius vero, vir plane divinus, rerum quidem hujus ſæculi penitus ignarus, ſed & ſacrarum litterarum penitus expers, qui in montium verticibus degens, noctu atque interdiu Servatori omnium Deo puriſſimas preces offerebat: nec Imperatoris motu exterritus, nec eorum qui miſſi fuerant poteſtatem conſiderans, media in urbe chlamydem alterius apprehendens, utrumque ex equo jubet deſcendere. Illi vetulum hominem, brevis ſtaturæ, & vilibus tectum panniculis conſpicati, principio quidem indignati ſunt. Sed cum quidam præcedentium de eximia hominis virtute eos admoniuiſſent, equis deſilierunt, & genua ejus amplexi, veniam poſtularunt. Tum ille divina ſapientia refertus, hujuſmodi ad eos verba fecit. Viri amici, nuntiate hæc Imperatori. Homo es, non Imperator duntaxat. Proinde noli ad Imperium ſolum attendere, ſed naturam etiam conſidera. Homo enim cum ſis, ejuſdem naturæ conſortibus imperas. Porro hominum natura ad imaginem ac ſimilitudinem Dei condita eſt. Ne igitur imaginem Dei adeo crudeliter atque atrociter jugulari præcipias. Offendes enim artificem, ſi ejus imaginem ſupplicio affeceris. Conſidera enim, te quoque propter æneam ſtatuam commotum hæc agere. Quanto autem inanimæ præſtet animata & vivens ac ratione prædita imago, nemo niſi qui ſenſu expers eſt, ignorat. Illud præterea conſideret, nobis quidem facile eſſe pro una ex ære ſtatua plures alias fabricari: ipſum vero, ne unum quidem interfectorum hominum capillum creare poſſe. Quæ cum audiſſent illi egregii viri, ſenis dicta ad Imperatorem retulerunt, & iracundiæ ejus æſtum ſedarunt. Qui mox priorum minarum loco, excuſationem ſcripſit, cauſamque ſui doloris expoſuit. Non decebat, inquit, ut me peccante, mulier omni laude digniſſima tantam contumeliam poſt obitum pateretur. In me potius tela indignationis ſuæ jacere debuerant qui offendebantur. Adjecit præterea, dolere ſe atque ægre ferre, quod quoſdam à Magiſtratibus cæſos eſſe didiciſſet. Ego vero hæc idcirco commemoravi, tum quod iniquum ducerem, laudatiſſimi monachi fiduciam ſilentio premi: tum ut legis illius quæ magni Ambroſii hortatu lata eſt, utilitatem oſtenderem.

Macedonius vir divinus.

Dicta ejus

Mitigant Imperatorem.

στρατηγὸς τηνικαῦτα ὢν, ἡ Καισάριος ὁ τ βασιλείων ἡνιόχων, μάγιστρος δὲ οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι τ τοιάυτην ἔχοντα τ ἀρχὴν, ὑφ᾽ ᾗ ἦσαν ἅπαντες, τὰς ἀπειλὰς πεφρικότες· οἱ δὲ τὴν ὑπώρειαν οἰκοῦντες τ ἀρετῆς ἀθληταὶ, πολλοὶ δὲ ἦσαν τηνικαῦτα ἡ ἄριστοι, πολλὰς ἡ παραινέσεις καὶ πολλοὺς τοὺς ἀνδρασὶν ἐκείνοις προσήνεγκαν. [a] Μακεδόνιος ἢ ὁ θειότατος, εἰδὼς μὴ τ κατὰ τὸν βίον ἐπιστάμενος, ἡ τ θείων δὲ λογίων πάμπαν ἄπειρος ὤν, ὀρθὰ δὲ ταῖς τ ὀρῶν κορυφαῖς διαιτώμενος, ἡ νύκτωρ ἡ μεθ᾽ ἡμέραν τῷ Σωτῆρι τ ὅλων καθαρὰς προσφέρων εὐχάς, ὑ ὑ βασιλέως καταπλαγεὶς τ ὀργὴν, ἥτε μὴν τ ἀποσταλέντων τ ἐξουσίαν εἰς νοῦν λαβὼν, ὁ μέσῃ τῇ ἄρει, τ τῆς χλανίδος θατέρᾳ λαβόμενος, ἀμφοτέρους ἐκ τ ἵππων καταβῆναι κελεύει. οἱ δὲ, μικρὸν γερόντιον ὑπτελῆ ῥακίᾳ περιβεβλημένον ἰδόντες, τὸ πρῶτον μὲν ἐχαλέπηναν. ἐπειδὴ δέ τινες τ ἡγεμόνων τ τοῦ ἀνδρὸς ἐθάλωσαν ἀρετὴν, κατεπήδησάν τε ἀπὸ τ ἵππων, ἡ τ ἐκείνου γονάτων ἐπιλαβόμενοι [2] συγγνώμην ἐζήτουν. ὁ δὲ τῆς θείας σοφίας ἐμφορηθεὶς, τοιόσδε τοὺς αὐτοὺς ἐχρήσατο λόγοις. εἴπατε ὦ Φίλοι ἄνδρες τῷ βασιλεῖ· ὁ βασιλεὺς εἶ μόνον, ἀλλὰ ἡ ἄνθρωπος. μὴ τοίνυν μόνῳ ὅρα τ βασιλείαν, ἀλλὰ ἡ τ Φύσιν λογίζου. ἄνθρωπος γοῦν ὢν, ὁμοφυῶν βασιλεύεις. καθ᾽ εἰκόνα δὲ θείαν καὶ ὁμοίωσιν ἡ τ ἀνθρώπων δεδημιούργηται Φύσις. μὴ τοίνυν ὡμῶς ἄγαν ἡ ἀπανθρώπως τ τοῦ Θεοῦ τ εἰκόνα καταφαγεῖν κελεύσῃς· παροξυνεῖς γοῦν τὸν δημιουργὸν, τ ἐκείνου κολάζων εἰκόνα. σκόπησον γὰρ ὡς ἡ σὺ χαλκῆς ἕνεκα δυσχεραίνων εἰκόνος, ταῦτα ποιεῖς. ὅσον δὲ τῆς ἀψύχου διαφέρει ἡ ἔμψυχός τε καὶ ζῶσα ἡ λογικὴ, δῆλον ἅπασι τοῖς γε νοῦν ἔχουσι. τοιγὰρ τούτοις λογισάσθω καὶ ἐκεῖνα, ὡς ἡμῖν μὲν ῥᾴδιον ἀντὶ τῆς μιᾶς εἰκόνος πολλὰς δημιουργῆσαι χαλκᾶς· αὐτῷ δὲ πάμπαν ἀδύνατον μίαν γοῦν τ ἀναιρεθέντων δημιουργῆσαι τρίχα. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ θαυμασιοὶ ἄνδρες ἐκεῖνοι, διεπόρθμευσαν τὰ εἰρημένα τῷ βασιλεῖ, ἡ τ ὀργὴν τοῦ θυμοῦ καλέσθεσαν φλόγα· ἡ ἀντὶ τ ἀπειλῶν ἐκείνων, ἀπολογίαν ἔγραφε, ἡ τ ὀργῆς τ αἰτίαν ἐδήλωσεν. οὐκ ἔδει γὰρ, ἔφη, ἐμοῦ πλημμελήσαντος, γυναῖκα πάσης βλασφημίας ἀξιωλάτην τοσαύτην μοῖραν τελευτὴν δέξασθαι παροινίαν· καθ᾽ ἐμοῦ δὲ ἐχρῆν τὸν θυμὸν τοὺς ἀγανακτοῦντας ὁπλίσαι. προσέθεικε δὲ ὡς ἀλύει καὶ ἀπᾶται, πνὰς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἀνηρῆσθαι μαθών. ἐγὼ δὲ ταῦτα διεξῆλθον, ἡ τῷ παινεσθῆναι μονάζοντος τ παῤῥησίαν οὐκ ἠνεσάμην δίκαιον παραδοῦναι λήθῃ, καὶ τὸν νόμον ἐκεῖνον δεικνὺς ὀνησιφόρον, ὃν ὁ μέγας Ἀμβρόσιος γραφῆναι παρήνεσεν.

Valesii Annotationes.

1 Τῆς χλανίδος θατέρου ἀπτόμενον] Chlamydem verti, ſecutus Epiphanium Scholaſticum qui ita interpretatus eſt. Sane χλανίδα pro chlamyde à ſcriptoribus vel Librariis ſæpius poni obſervavi. Chlamys vero hîc optime convenit Hellebico ac Cæſario, quorum ille magiſter militum erat, hic magiſter officiorum: quæ erat Palatina militia. Ad utrumque horum judicum, ad Hellebicum ſcilicet ac Cæſarium, qui à Theodoſio miſſi fuerant Antiochiam, extant orationes Libanii.

2 Συγγνώμην ἐζήτουν] Melius ſcriberetur ἐξήτουν.

Variorum.

a Μακεδόνιος] De Flaviani etiam Epiſcopi Antiocheni interceſſione ad Imp. Theodoſium, conſulantur Sozomenus & S. Chryſoſtomi Homiliæ de ſtatuis.

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Περὶ τῶν πανταχοῦ γῆς καταλυθέντων εἰδωλικῶν ναῶν.

Ὁ δὲ πιστότατος βασιλεὺς, τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης μεμέθηκε τῇ σπουδῇ, καὶ νόμους ἔγραψε τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη καταλυθῆναι κε-
1 λεύων. [1] Κωνσταντῖνος μὲν γὰρ ὁ μέγας, ὁ πάσης ἀξιώτατος εὐφημίας, πρῶτος εὐσεβείᾳ τὴν βασιλείαν κοσμήσας, καὶ τὴν οἰκουμένην ἔτι μεμηνῖαν ὁρῶν, τὸ μὲν τοῖς δαίμοσι θύειν παντάπασιν ἀπηγόρευσε· τοὺς δὲ τούτων ναοὺς οὐ κατέλυσεν, ἀλλ' ἀβάτους εἶναι προσέταξε. καὶ μὴν καὶ οἱ τούτου παῖδες τοῖς πατρῴοις ἠκολούθησαν ἴχνεσιν. Ἰουλιανὸς δὲ ἀνεκαίνισε τὴν ἀσέβειαν, καὶ τῆς παλαιᾶς ἐξαπάτης ἐξῆψε τὴν Φλόγα. Ἰοβιανὸς δὲ τὴν βασιλείαν παρα- 15
λαβὼν, πάλιν τῇ τῶν εἰδώλων ἐκώλυσε θεραπείαν. καὶ Οὐαλεντινιανὸς δὲ ὁ μέγας τοιοῖσδε κεχρημένος
2 νόμοις ἴθυνε τὴν Εὐρώπην. [2] ὁ δὲ Οὐάλης, πᾶσι μὲν τοῖς ἄλλοις ἐπέτρεψε θρησκεύειν ᾗ βούλοιντο, καὶ τὰ θρησκευόμενα θεραπεύειν· μόνοις δὲ πολεμῶν διετέλει τοῖς τὴν ἀποστολικὴν ὑπερμαχοῦσι δόγμάτων. πάλαι γοῦν τὸν ἐκείνου βασιλείας χρόνον, καὶ τὸ ἐπιβώμιον ἥπτετο πῦρ· καὶ σπονδαὶ καὶ θυσίαι τοῖς εἰδώλοις
3 προσέφερον, [3] καὶ τὰς δημοθοινίας κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐπετέλουν· καὶ οἱ τὰ Διονύσου τὰ ὄργια τετελεσμένοι,
4 [4] μετὰ τῶν αἰγίδων ἔτρεχον, τοὺς κύνας διασπῶντες, καὶ μεμηνότες καὶ βακχεύοντες, καὶ τὰ ἄλλα δρῶντες, ἃ τὸν
5 τοῦ διδασκάλου [5] πανήγυριν δηλοῖ. ταῦτα πάλαι. Θεοδόσιος δὲ ὁ πιστότατος βασιλεὺς, πρόρριζά τε ἀνέσπασε καὶ λήθῃ παρέδωκε. πρῶτος μέντοι τῶν ἄλλων ἀρ- 30
6 χιερέων [6] Μάρκελλος ὁ πάνυ ἄειστος, ὅπλῳ τῷ νόμῳ χρησάμενος τῆς ἐσχετιζομένης πόλεως τὰ τεμένη κατέλυσε, τῇ πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίᾳ μᾶλλον ἢ τῇ πολυχειρίᾳ χρησάμενος. ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο διηγήσομαι μνήμης ὂν ἀξιώτατον. ἐπιτελευτήκει μὲν Ἰωάννης ὁ τῆς 35

CAPUT XXI.

De templis idolorum ubique subversis.

POSTHÆC fidelissimus Imperator, adversus Gentilium superstitionem studium suum convertit, legesque scripsit quibus idolorum fana destrui jubebat. Nam Constantinus quidem magnus, omni laude dignissimus, qui primus pietate Imperium ornavit, cum orbem terrarum adhuc insanientem erga simulacrorum cultum videret, ne dæmonibus sacrificaretur omnino interdixerat. Eorum tamen templa nequaquam destruxerat, sed occludi tantum præceperat. Ejus quoque filii paternis institerunt vestigiis. At Julianus impietatem renovavit, & vetusti erroris flammam suscitavit. Postea Jovianus Imperium adeptus, simulacrorum cultum denuo prohibuit. Valentinianus deinde major, iisdem usus legibus Europam gubernavit. Valens vero, aliis quidem omnibus permisit colere ut vellent, iisque quos colerent, observantiam exhibere. Solis iis qui Apostolicam doctrinam tuebantur, bellum inferre nunquam destitit. Itaque quandiu ille Imperium tenuit, & in aris incendebantur thura: & libamenta ac sacrificia simulacris suis offerebant Pagani, & publicas epulas in foro celebrabant. Et Bacchi sacris initiati, cum caprinis pellibus cursitabant, canes discerpentes, furentesque & bacchantes, & alia peragentes, quibus magistri ipsorum festus dies indicatur. Quæ omnia cum fieri reperisset fidelissimus Imperator Theodosius, funditus sustulit, & perpetua oblivione texit. Primus ergo inter alios Episcopos Marcellus, vir undequaque præstantissimus, legis illius præsidio munitus, urbis quam regendam susceperat, fana destruxit, fiducia magis in Deum quam hominum opera ad eam rem usus. Quod quidem cum memoria dignissimum sit, hoc loco narratum sum. Jam è vivis excesserat Joannes A-

Idololatriæ status sub variis Imperatoribus.

Valens Catholicis tantum infestus.

Marcellus Apamensis.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Κωνσταντῖνος μὲν γὰρ ὁ μέγας] Extat oratio Libanii ad Imp. Theodosium pro templis, in qua docet quomodo se gesserint Imperatores Christiani erga Paganos. Et Constantinum quidem magnum ait, duntaxat spoliasse templa; Constantium vero ejus filium prohibuisse sacrificia: ejusque legem a secutis Imperatoribus & ab ipsomet Theodosio esse observatam: reliqua vero permissa fuisse Paganis, id est turificationem & publicas epulas.

2 Ὁ δὲ Οὐάλης] Hujus principatu permissa fuisse Gentilium sacrificia docet Libanius in lib. 4. ep. 225. ad Aristonem.

3 Καὶ τὰς δημοθοινίας κατὰ τὴν ἀγορὰν] Gentiles quibusdam Festivitatibus in publico discumbere & epulari consueverant. Id certe Liberalibus usitatum fuisse docet Tertullianus in Apologetico cap. 42. *Liberalibus*, inquit, *in publico non discumbo, quod bestiariis supremam cœnantibus mos est.* Eodem referenda sunt verba Augustini in Tractatu de Pastoribus, ubi dicit. *Et Festa ista quæ celebrantur per universas civitates in lætitia convivantium, & publicis mensis seipsos, ut putant, jucundantium, re vera magis perdentium, ite, celebrate.* Ad hunc morem videntur etiam referenda Ammiani Marcellini verba in lib. 22. cap. 12. ubi de Juliani sacrificiis ita loquitur: *Adeo ut in dies pene singulos, milites carnis distentiore sagina victitantes incultius, potusque aviditate corrupti, humeris impositi transeuntium per plateas, ex publicis ædibus, ubi vindicandis potius quam cedendis conviviis indulgebant, ad sua diversoria portarentur.* Olim quidem cum illum Marcellini locum exponerem, per publicas ædes, templa Deorum intelligi existimavi. Nunc vero *porticus* potius intelligendas esse arbitror, in quibus Julianus post sacrificia sua epulum populo ac militibus præbebat. Porro hoc vocabulum δημοθοινία apud Suidam & auctorem Etymologici exponitur, ἡ τοῦ δήμου εὐωχία ἢ θυσία. Quod confirmat etiam Pollux initio libri sexti ita scribens: αἱ δὲ δημοσίαι ἑστιάσεις, εὐωχίαι, θαλίαι, δημοθοινίαι. Restituendum est id nomen in Epistola 72. Theodoriti ad Hermesigenem, ubi sic loquitur, καὶ ἄλλοι δὲ ἄλλων ἐπιτέλων ἀμοθοινίων δεισιδαίμονες: lego δημοθοινίων. Sic enim loquitur idem Theodoritus in Sermone septimo de sacrificiis: τούτοις καὶ ἑορτὰς καὶ πανηγύρεις καὶ δημοθοινίας ἐπιτελεῖν ὁ τῶν ἀνθρώπων ἀλάστωρ ἐνομοθέτησε.

4 Μετὰ τῶν αἰγίδων] Epiphanius Scholasticus & reliqui interpretes verterunt *cum scutis.* Ego vero vertere malui cum pellibus caprinis. Harum enim usus fuit in orgiis Bacchi. αἰγὶς proprie est pellis capræ, ut νεβρὶς pellis cervi.

5 Πανήγυριν δηλοῖ] Hujus loci emendatio debetur codici Regio J. Pini, in quo ita scribitur, ἃ τοῦ διδασκάλου τὴν πονηρίαν δηλοῖ: quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Ita quoque in suo codice legit Epiphanius Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit; *& agentes omnia quæ nequitiam proprii doctoris insinuant.*]

[6 Πρῶτος] In codice Regio caput 22. hinc incipit, hoc titulo: Περὶ Μαρκέλλου ἐπισκόπου, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ καταλυθέντων εἰδωλικῶν ναῶν.]

Ἀπαμέων

SÆC. IV.

pamensium Episcopus, cujus antea mentionem feci. Ejus autem loco ordinatus fuerat Marcellus, vir plane divinus, & juxta præceptum Apostoli, spiritu fervens. Venerat autem Apamiam Cynegius Præfectus prætorio Orientis, duos secum Tribunos habens, cum militibus qui illis parebant. Ac populus quidem, metu militum se continuit. Præfectus igitur templum Jovis, quod amplissimum erat & variis ornamentis decoratum, destruere aggressus est. Sed cum operis structuram admodum firmam ac solidam esse deprehendisset, nulla vi humana dissolvi posse lapidum compagem judicavit. Erant enim vastissimi lapides, & inter se aptissime juncti; ferroque insuper ac plumbo vincti. Hanc Præfecti trepidationem cum vidisset divinus Marcellus, eum quidem ad alias urbes interim misit; ipse vero Deum precatus est, ut quomodo destruendum esset ædificium indicaret. Mane igitur quidam ad eum ultro accessit, qui neque structor erat, neque lapicida, neque ullam aliam artem callebat; sed lapides tantum & ligna humeris bajulare consueverat. Hic Marcellum adiens, levi negotio destructurum se templum spopondit. Duorum tantum opificum mercedem postulavit. Quam cum sanctissimus Pontifex se daturum promisisset, hujusmodi quiddam vir ille molitus est. Templum in vertice positum, porticum ex quatuor lateribus ipsi cohærentem habebat. Columnæ vero maximæ erant, templique altitudinem æquabant. Singularum ambitus sexdecim erat cubitorum. Lapidis vero natura erat firmissima, & quæ lapicidarum instrumentis haud facile cederet. Harum igitur singulas cum in orbem suffodisset, & suppositis oleaginis lignis eas suffulsisset, ab una ad aliam transibat. Hac ratione cum tres jam columnas suffodisset, ignem lignis subjecit. Sed Dæmon quidam atri coloris apparens, & flammæ vim cohibens, materiam ab igne, sicut natura fert, consumi non sinebat. Cum igitur id sæpius moliti, inutilem esse conatum suum perspicerent, Episcopo post meridiem dormienti eam rem indicarunt. Is confestim ad Ecclesiam progressus, aquam in vasculo afferri jussit. Et aquam quidem sub altari posuit: ipse vero frontem solo adfixam habens, clementem Dominum orabat, ne Dæmonis tyrannidem ulterius pateretur; sed tum imbecillitatem illius ostenderet, tum potentiam suam declararet, ne forte incredulis gravioris damni occasio ex eo nasceretur. Hæc & hujusmodi alia cum dixisset, crucisque signo aquam signasset, Equitio cuidam diacono, qui fide ac zelo munitus erat, præcepit ut aquam acciperet, & ocyus ad locum properans, eam cum fide spargeret, ignemque admoveret. Quo ita fa-

Templum Jovis diruit.

Ἀπαμείων ἐπίσκοπος, ὃς καὶ πρόσθεν ἐμνήσθην. ἐκεχειροτόνητο δὲ ἀντ' ἐκείνου Μάρκελλος ὁ θεῖος, ζέων τῷ πνεύματι καὶ τῇ ἀποστόλου νομοθεσίᾳ. ἀφίκετο δὴ εἰς τὴν Ἀπάμειαν τῆς ἑῴας ὁ ὕπαρχος, δύο χιλιάρχους σὺν τοῖς ὑπηκόοις λαοῖς. καὶ τὸ μὲν πλῆθος ἀφ' τῶν τραπωτῶν ἡσύχασε δέος. τὸ δὴ τοῦ Διὸς τέμενος μέγιστόν τε ὂν, καὶ πολλῷ κόσμῳ πεποικιλμένον, καταλῦσαι μὲν ἐπειράθη· μεγάνην δὲ ἅμα καὶ τερέμνιον τὴν οἰκοδομίαν ἰδὼν, ἀδύνατον ἀνθρώποις ὑπέλαβε λῦσαι τὴν λίθων τὴν ἁρμονίαν. μέγιστοί τε γὰρ ἦσαν καὶ ἀλλήλοις ἄγαν συνηρμοσμένοι, καὶ μόλιβοι καὶ σιδήρῳ καὶ μολίβδῳ προσδεδεμένοι. ταύτην τοῦ ὑπάρχου τὴν δειλίαν ὁ θεῖος Μάρκελλος ἰδὼν, ἐκεῖνον μὲν εἰς τὰς ἄλλας ἀπέπεμψε πόλεις· αὐτὸς δὲ τὸν Θεὸν ἱκετεύσας πόρον δεῖξαι τῇ λύσει. ἦκεν οὖν τις αὐτόματος ἔνθεν, ὅτε οἰκοδόμος, ὅτε λιθοτόμος, ὅτ' ἄλλην τινὰ βαναύσου τέχνην, ἀλλὰ λίθους φέρειν ἐπὶ τῶν ὤμων καὶ ξύλα εἰθισμένος. οὗτος προσελθὼν, ὑπέσχετο ῥᾳδίως τῶν νεὼν καθαλύσειν. δυοῖν δὲ τεχνιτοῖν ἀπήτει μισθόν. ἐπειδὴ δὲ τοῦτον ὑπέσχετο δώσειν ὁ θεῖος ἱερεύς, τοιόνδέ τι ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος ἐμηχανήσατο. τοῦ ναοῦ τῶν τεττάρων πλευρῶν ὁ νεὼς εἶχεν, ἐφ' ὕψους κείμενος, αὐτῷ συνηρμοσμένην. οἱ δὲ κίονες μέγιστοί τε ἦσαν καὶ ἰσόμετροι τῷ νεῷ· ἑκάστου δὲ ὁ κύκλος, ἑκκαίδεκα πήχεων ἦν. ἡ δὲ τοῦ λίθου φύσις, σκληροτάτη τις ἦν, καὶ ἃ ῥᾳδίως τοῖς τῶν λιθοτόμων ὀργάνοις ὑπείκουσα. τοῦτον ἔχοντα τὸν κύκλῳ διορύξας ἐκεῖνος καὶ ξύλοις ἐλαείνοις ὑποθεὶς τὰ ὑποκείμενα, ἐφ' ἕτερον αὖθις μετέβαινεν. ὅπου δὲ τρεῖς τῶν κιόνων ὀρύξας, τὰ φλόγα τοῖς ξύλοις προσήνεγκεν. ἀλλ' ἐκ εἵα τις φύσιν ὑπὸ τοῦ πυρὸς τὰ ξύλα διαπαναῦσθαι δαίμων τις φαινόμενος μέλας, καὶ κωλύων τῆς φλογὸς τὴν ἐνέργειαν. ἐπειδὴ δὲ πολλάκις τοῦτο δεδράσαντες ἀνόνητον ἑώρων τὴν μηχανὴν, ἐμήνυσαν τοῦτο τῷ ποιμένι μετὰ μεσημβρίαν καθεύδοντι. ὁ δὲ θαρσύνας εἰς τὸν θεῖον δρόμον νεὼν, καὶ εἰς ἄγγος ὕδωρ κομισθῆναι προστάξας, ἔθηκε μὲν τὸ ὕδωρ ὑπὸ τὸ θεῖον θυσιαστήριον. αὐτὸς δὲ εἰς τὸ ἔδαφος τὸ μέτωπον θεὶς, τὸν φιλάνθρωπον ἱκετεύει δεσπότην, μὴ ἐπὶ πλεῖον ἐπιδοῦναι τῇ τυραννίδι τοῦ δαίμονος, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἐκείνου γυμνῶσαι καὶ τὴν οἰκείαν δυνάμιν ἐπιδεῖξαι, ἵνα μὴ τοσοῦτος ἐντεῦθεν τοῖς ἀπίστοις μείζονος γένηται βλάβης. ταῦτα εἰπὼν καὶ ὅσα τούτοις παρόμοια, καὶ ἐπιθεὶς τῷ σφυρῷ τὸν τύπον τῷ ὕδατι, Ἐκύπόν τινα ἀσκονίας ἠξιωμένον, πίστει καὶ ζήλῳ πεφραγμένον, λαβεῖν τε τὸ ὕδωρ ἐκέλευσε, καὶ ἀπὸ τάχους δραμεῖν, καὶ μὴ πίστεως ἀφεῖναι, καὶ τὰ φλόγα προσενεγκεῖν.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῆς ἑῴας ὑπαρχος] Cynegius scilicet Præfectus Prætorio Orientis, qui ad occludenda deorum templa & ad prohibenda sacrificia missus est à Theodosio in Orientem & Ægyptum, ut testatur Zosimus in lib. 4. Historiæ. De hoc Idatius in Fastis ita scribit, Theodosio Aug. 2. & Cynegio Coss. *Hic universas Provincias longi temporis tabe defectas, in statum pristinum revocavit: & usque ad Ægyptum penetravit, & simulachra gentium evertit. Unde cum magno fletu totius populi civitatis deductum est corpus ejus ad Apostolos die xiv. Kal. April. & post annum transtulit eum matrona ejus Acanthia ad Hispanias pedestre.* Ex quo patet, vel ipsum Cynegium, vel uxorem ejus Acanthiam, ex Hispaniis oriundam fuisse.

2 Τοῦ Διὸς] De Jove qui colebatur Apamiæ, loquitur Libanius in lib. 4. epist. 290. ad Alexandrum, ἐπέσης Ἀπαμείας εὐ ποιῶν, τῆς τοῦ Διὸς φίλης· ἣ τὸ Δία πρώσα διέμεινεν, ὅτ' ἦσαν πρωρείαι τοῦ πρώτου τοὺς θεούς.

[3 Ἐκύπον] Ἐκύπον cod. Reg.]

νεῖχεῖν. ὅπω τούτῳ γενομένῳ, ἀπέδραμεν ὁ δαίμων οὐκ ἀνεῖχων τῷ ὕδατος προσβολεί. τὸ δὲ πῦρ, ὡς ἐλαίῳ τῷ ἀντιπάλῳ χρησάμενον ὕδατι, ἐπελάβετό τε τῶν ξύλων καὶ ταῦτα ἐν ἀκαρεῖ κατηνάλωσεν. οἱ δὲ κίονες, φροῦδε τοῦ ἐρείδοντος γενομένου, αὐτοί τε κατέπεσον, καὶ ἄλλους εἵλκυσαν δυοκαίδεκα. καὶ γε νεὼ δὲ τὸ τοῖς κίοσι συνημμένον κατηρέχθη πλευρὰν, ὑπὸ τῶν ἐκείνων βίας συνελκυσθέν. ὁ δὲ κτύπος εἰς ἅπαν τὸ ἄστυ διαδραμὼν, πολὺς ἦν, πάντας εἰς θέαν συνήγειρεν. ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦ ἀντιπάλου δαίμονος ἔμαθον τὴν φυγὴν, εἰς ὑμνῳδίαν τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων τὴν γλῶτταν ἐκίνησαν. ὅπως καὶ τἆλλα πομπὴ κατέλυσεν ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀρχιερεύς. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα περὶ τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς καὶ λίαν ἀξιάγαστα διηγήματα ἔχων καὶ δὴ τοῖς νικηφόροις ἐπέστελλε μάρτυσι καὶ ἀντιγράφων ἐτύγχανε, καὶ τέλος καὶ αὐτὸς τῆς [a] μαρτύρων ἀνεδήσατο στέφανον· ἀναδύομαι ταῦτα νῦν ἱστορεῖν, ἵνα μὴ λίαν μηκύνων ἀποκνήσω τοὺς ἐντυγχάνοντας τῇ συγγραφῇ. ἐφ' ἑτέραν τοίνυν διήγησιν τρέψομαι.

1 Ἀπέδραμεν] Forte ἀπέδρα μέν.

2 Καὶ ἀντιγράφων ἐτύγχανε] Mallem scribere ἀντιγεαφᾶν accentu mutato. Nam ἀντιγραφὴ, Responsum significat.

a Μαρτύρων ἀνεδήσατο στέφανον] Passus est Marcellus undecimo anno Imp. Theodosii, Christi 389. ejus memoria celebratur in Ecclesia decimo quarto die mensis Augusti.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Περὶ Θεοφίλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, καὶ τῶν ἐν τῇ καθαιρέσει τῶν εἰδώλων αὐτόθι γεγενημένων.

ΑΘανάσιον ἐκεῖνον τὸν πολυθρύλητον ὁ θαυμάσιος διεδέξατο Πέτρος· τὸν δὲ Πέτρον Τιμόθεος· Τιμόθεον δὲ Θεόφιλος, ἀνὴρ πυκνός τε τὰς φρένας, καὶ ἀνδρεῖος τὸ φρόνημα. οὗτος τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν τῆς εἰδωλικῆς ἠλόθερσε πλάνης. οὐ γὰρ μόνον ἐκ βάθρων ἀνέσπασε τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἐξαπαλώντων ἱερέων τοῖς ἐξηπατημένοις ὑπέδειξε μηχανήματα. τότε γὰρ ἐκ χαλκοῦ καὶ τὰ ἐκ ξύλων κενὰ ἔνδοθεν κατασκευάζοντες ξόανα, καὶ τοῖς τοίχοις τὰ τύπων προσαρμόζοντες νῶτα, πόρους τινας ἀφανεῖς ἐν τοῖς τοίχοις ἠφίεσαν. εἶτα ἀφ' ὑπονόμων ἀνιόντες, καὶ εἴσω τῶν ξοάνων γινόμενοι, ἄνωθεν ἐβόλλοντο ἀφ' ὑψηλοῦ κέλευσιν· φενακιζόμενοι δὲ οἱ ἐπαίοντες, ἔδρων τὸ κελευόμενον. ταῦτα ὁ σοφώτατος καταλύων ἀρχιερεὺς, τοῖς ἐξαπατηθεῖσιν ὑπέδειξε δήμοις. εἰς δὲ τὸν τοῦ Σαραπίδος νεὼν ἀναβάς· τὸν δὲ παντὸς γῆς κατὰ φασί τινες μέγιστός τε ὢν καὶ κάλλιστος· εἶδε τὸ [b] ξόανον παμμέγεθες καὶ τῷ μεγέθει τοὺς θεατὰς δεδιττόμενον.

b Ξόανον παμμεγέθες] Simulacrum Serapis (inquit Rufinus) ita erat vastum, ut dextra unum templi parietem, alterum læva perstringeret: quod monstrum ex omnibus generibus metallorum lignorumque compositum ferebatur. Factum esse à Sesostre rege per Bryaxem artificem, auctor est Clemens Alexandrinus libro ad gentes; qui ait, eum ad opus faciendum mixta & varia usum esse materia. Habebat enim ramentum auri & argenti & æris & ferri & plumbi; nec ei ullus lapis deerat Ægyptius, nec sapphiri & hœmatistis fragmenta, sed nec smaragdi & topazii. Hæc ergo omnia lævigata tritaque ac commixta illivit colore cæruleo, qua de causa nigrior est color imaginis. Hæc Clemens. Quod vero ad Serapidis imaginem spectat; humana effigie in vertice modium seu calathum gestantem eum simulacra reddidisse, quæ hactenus visuntur statuæ ipsius demonstrant.

πρὸς

Aqua benedicta virtus.

SÆC. IV.

Soz. l. VII. cap. 15.

CAPUT XXII.

De Theophilo Alexandriæ Episcopo, & de his quæ in eversione idolorum illic gesta sunt.

ATHANASIO illi celeberrimo in Episcopatu successit admirandus Petrus: Petro Timotheus: Timotheo vero Theophilus, vir singulari prudentia ac fortitudine animi præditus. Hic Alexandrinorum urbem simulacrorum fraude liberavit. Non enim solum delubra idolorum funditus evertit, verum etiam præstigias sacerdotum qui multitudinem decipiebant, iis qui decepti fuerant spectandas proposuit. Statuas enim ex ære & ligno intus cavas fabricantes, earumque dorsa parietibus applicantes, meatus quosdam relinquebant. Deinde per adyta subeuntes, & in statuarum penetralia introgressi, per has imperabant quidquid vellent. Hac fraude decepti qui audiebant, jussa exequebantur. Sapientissimus igitur Præsul cum simulacra destrueret, circumventæ multitudini eas fraudes patefecit. Porro cum in templum Serapidis adscendisset, quod omnium toto orbe fanorum maximum simul ac pulcherrimum fuisse à quibusdam dicitur, statuam vidit ingentem, & quæ magnitudine sua terrorem injiceret

VALESII ANNOTATIONES.

Paulo post pro ἀνεδέξατο στέφανον, emendavi ἀνεδήσατο, ut legitur in editione Basilienſi & in Manuscripto codice [Regio ac] Savilii.

VARIORUM.

Sæc. IV.

ſpectantibus. Præter hanc magnitudinem, falſus quidam rumor ſparſus erat, ſi quis propius ad ſimulacrum accederet, terræmotum ſtatim oriturum, & omnes funditus perituros eſſe. Sed Theophilus, cum rumores iſtos nihil aliud quam ebriarum aniculârum deliria eſſe exiſtimaret, magnitudinem vero ſimulacri, utpote inanimem, deſpiceret, cuidam ſecurim geſtanti juſſit, ut forti animo Serapim feriret. Qui cum ictum inflixiſſet, univerſi conclamarunt, id quod fama vulgatum fuerat reformidantes. At Serapis, accepta plaga nec doluit, quippe qui ligneus erat: nec vocem emiſit, utpote inanimis. Ubi vero caput ei truncatum eſt, murium agmen ex internis erupit. Ægyptiorum enim Deus, murium erat domicilium. Poſthæc ſimulacro minutatim diſcerpto, reliquas quidem partes flammis abſumpſerunt: caput vero per univerſam urbem traxerunt, cunctis ejus cultoribus inſpectantibus, & imbecillitatem ejus quem coluerant, deridentibus. Hoc modo Dæmonum templa omnibus locis terra marique ſubverſa ſunt.

Serapidis ſimulacrum diſruptum.

ρωϛὸς δὲ τὸ μεγέθος ὁ λόγος κατῆχεν ἀπατηλὸς, ὡς εἴ τις τούτῳ πελάσει, κλονηθήσεσθαι μὲν ἡ γῆ, παντελεθρίᾳ δὲ ἅπαντας καταλήψεται. ἀλλὰ τέτους μὲν τὺς λόγους γραϊδίων μεθυόντων νομίσας εἶναι ληρήματα, τῷ δὲ μεγέθει ὡς ἀψύχῳ καταφρονήσας, ἐκέλευσέ τινι πέλεκυν ἔχοντι παῖσαι προθύμως τὸν Σάραπιν. ἐκείνου δὲ παίσαντος, ἐβόησαν μὲν ἅπαντες τὸ θρυλύμενον δείσαντες· ὁ δὲ Σάραπις δεξάμενος τὴν πληγὴν, οὔτε ἤλγησε, ξύλινος γὰρ ἦν, οὔτε φωνὴν ἀφῆκεν, ἄψυχος ὤν. ἐπειδὴ δὲ τὴν κεφαλὴν ἀφῃρέθη, μῦες ἀγεληδὸν ἐξέδραμον ἔνδοθεν· μυῶν γὰρ οἰκητήριον ἦν ὁ Αἰγυπτίων Θεός. εἰς μικρὰ δὲ αὐτὸν διελόντες, τὰ μὲν παρέδοσαν τῷ πυρί· τὴν δὲ κεφαλὴν διὰ παντὸς τοῦ ἄστεως ἕσυρον, τῶν προσκυνούντων ὁρώντων, καὶ ὃν παρ' αὐτῶν προσκυνηθέντος τὴν ἀσθένειαν κωμῳδούντων. ὕτω δὴ τὰ πανταχῆ γῆς καὶ θαλάττης τῶν δαιμόνων κατελύθη τεμένη.

CAPUT XXIII.

De Flaviano Antiochiæ Epiſcopo, & de diſcidio propter Paulinum inter Occidentales & Orientales exorto.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ Φλαβιανοῦ τῆς Ἀντιοχείας ἐπισκόπου, καὶ τῆς ἀφ' Παυλίνου γεγενημένης τοῖς δυτικοῖς στάσεως.

Socr. l. V. cap. 9, 15. Soz. l. VII. cap. 11.

ANTIOCHIÆ vero, poſt magnum Meletium Epiſcopatum ſuſcepit Flavianus, is qui una cum Diodoro pro Chriſtiani gregis ſalute tot ac tanta ſubierat certamina. Ac Paulinus quidem præſulatum Eccleſiæ illius ſibi vindicabat. Sed reclamavit Antiſtitum cœtus, rationi conſentaneum non eſſe dicens, ut qui Meletii conſilia reſpuiſſet, poſt ejus obitum ſedem illius acciperet: illum potius paſtorem fieri oportere, qui multis laboribus inclaruiſſet, & pro ovibus diutiſſime propugnaſſet. Ea res Romanos & Ægyptios diu infenſos reddidit Orientalibus: Nam nec Paulini morte ſimultas extincta eſt. Sed poſt hujus mortem, cum Evagrius in locum illius ſubrogatus fuiſſet, adverſus magnum Flavianum infenſo animo perſeverarunt; idque tametſi Evagrius contra Eccleſiaſticas regulas ordinatus fuiſſet. Solus enim Paulinus eum elegerat, multos ſimul canones tranſgreſſus. Hi enim neque morienti Epiſcopo permittunt ut ſuo loco quemquam conſtituat, & omnes provinciæ

Evagrius Ep. à ſolo Paulino ordinatus.

ΕΝ Ἀντιοχείᾳ δὲ Μελετίου μεγάλου προεδρίαν Φλαβιανὸς διεδέξατο, ὁ σὺν Διοδώρῳ τοὺς πολλοὺς ἐκείνους ὑπὲρ τῆς προβάτων σωτηρίας ὑπομείνας ἀγῶνας. ἐβεβλήθη μὲν γὰρ ὁ Παυλῖνος τὴν τῆς ἐκκλησίας ἡγεμονίαν λαβεῖν. ὁ δὲ τῶν ἱερέων ἀντεῖπε χορὸς, οὐ χρῆναι λέγων τὸν Μελετίου τὰς συμβουλὰς μὴ δεξάμενον, μὴ τὴν ἐκείνου τελευτὴν τὸν ἐκείνου θρόνον λαβεῖν. ἀλλὰ τὸν πολλοῖς λαμπρυνόμενον πόνοις, καὶ ἐπὶ πλεῖστον τῶν προβάτων προκινδυνεύσαντα, προσήκειν γενέσθαι ποιμένα. τοῦτο καὶ Ῥωμαίοις καὶ Αἰγυπτίοις δυσμένειαν πρὸς αὐτὸν ἐφάνη μακροτάτην εἰργάσατο. οὐδὲ γὰρ τῷ Παυλίνου θανάτῳ συγκατελύθη τὸ ἔχθος. ἀλλὰ καὶ μετ' ἐκεῖνον Εὐαγρίου τοῦ ἐκείνου παρειληφότος θρόνον, διέμειναν τῷ μεγάλῳ Φλαβιανῷ χαλεπαίνοντες, καὶ ταῦτα τοῦ Εὐαγρίου παρὰ τὸ ἐκκλησιαστικὸν προβεβλημένου θεσμόν. μόνος γὰρ αὐτὸν ὁ Παυλῖνος προὐβάλετο, πολλοὺς κανόνας καθ' ταυτὸν παραβάς. οὔτε γὰρ ἀνθ' ἑαυτοῦ τῷ τελευτῶντι χειροτονεῖν ὑπερέπεσε, καὶ πάντας συγκαλεῖσθαι τοὺς τῆς ἐπαρχίας

VALESII ANNOTATIONES.

1 Προσήκειν γενέσθαι ποιμένα] Scribendum eſt προσήκειν, ut edidit Jacobus Sirmundus. Subauditur enim λέγων, quod præceſſit. Porro de ordinatione Flaviani Antiochenſis Epiſcopi, nihil certius habemus, quam quod refertur in epiſtola Synodica Conſtantinopolitani Concilii ad Synodum Romanam, licet Baronius teſtimonium illud refellere conetur.

2 Οὔτε γὰρ ἀνθ' ἑαυτοῦ] Id nominatim prohibetur Canone XXIII. Concilii Antiocheni. Quod autem ſequitur καὶ πάντας συγκαλεῖσθαι, deſignat Canonem XIX. ejuſdem Antiocheni Concilii.

VARIORUM.

2 Οὔτε γὰρ ἀνθ' ἑαυτοῦ τῷ πλευτῶντι] Beveregius exiſtimat Theodoritum hic reſpicere ad canonem Apoſtolicum 76. quo cautum eſt ne quis alium ſui loco ordinaret. Etiamſi enim ipſe canon cognatorum ſolummodo mentionem faciat, & Evagrium Paulini cognatum fuiſſe non conſtet, canon tamen violatus eſt, eo quod Paulinus deceſſurus alium ſui loco conſtituerit: de alienis enim æque ac cognatis illum intelligendum eſſe, recte obſervat Balſamon. *Bevereg. annot. in dictum canonem.*

τοὺς

τὺς ἐπισκόπους κελθύεσι. καὶ αὖ πάλιν δίχα χειρο-
2 τονίας ἐπισκόπων ἐπισκόπῳ χειροτονίαν ἀπαγορεύεσι γί-
νεσθαι. ἀλλ' ὅμως τούτων οὐδὲν εἰδέναι θελήσαντες,
τὴν Εὐαγρίου μὲν κοινωνίαν ἠσπάζοντο, κατὰ Φλαβιανοῦ
δὲ τὰς βασιλικὰς ἐκίνησαν ἀκοάς. εἰσελθεὶς γὰρ πολλάκις,
ἤγαγέ τε αὐτὸν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ καταλαβεῖν τὴν Ῥώμην ἐκέλευσεν. ὁ δὲ Φλαβιανὸς, χειμῶνά τε εἶναι φήσας, καὶ ὑποχόμβους τὸ ἔαρος ὑπολάμποντος τὸ πρόσταγμα πληρώσειν, ἐπηγγείλατο εἰς τὴν πατρίδα. ἐπεὶ δὲ οἱ τῆς Ῥώμης
3 ἐπίσκοποι, οὐ μόνον ὁ θαυμάσιος Δάμασος, ἀλλὰ καὶ ὁ μετ' ἐκεῖνον Σιρίκιος, καὶ Ἀναστάσιος ὁ Σιρικίου διάδοχος, σφοδρότερον τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως καθήψαντο, τοὺς μὲν οἰκείους αὐτὸν φήσαντες καταλύειν τυραννοῦντας, τοὺς δὲ κατὰ τὸ Χριστοῦ νόμων θρασυνομένους ἐπὶ τὴν τυραννίδος ἐᾶν, πάλιν αὐτὸν μεταπεμψάμενος ἀπαίρειν αὐτὸν εἰς τὴν Ῥώμην ἠνάγκαζε. τότε Φλαβιανὸς ὁ σοφώτατος τῇ ἀξιεπαίνῳ παῤῥησίᾳ χρησάμενος, ἔφη· εἰ μὲν τὴν πίστεως ὦ βασιλεῦ τὴν ἐμὴν ὡς οὐκ ὀρθῆς κληγορεῖσί τινες, ἢ τὸν βίον φασὶν ἱερωσύνης ἀνάξιον, καὶ αὐτοῖς χρήσομαι τοῖς κατηγόροις κειταῖς, καὶ τὴν παρ' ἐκείνων ἐκφερομένην 4 ψῆφον δέξομαι. εἰ δὲ περὶ θρόνου καὶ πρωτείας ζυγομαχοῦσιν, οὔτε δικάσομαι, οὔτε τοῖς λαβεῖν βουλομένοις ἀντιμαχέσομαι· ἀλλ' ἐκχήσομαι καὶ τῆς πρωτείας ἀφέξομαι. τοιγάρτοι δὸς ᾧ βούλῃ τὸν Ἀντιοχέων θρόνον τῷ βασιλεῖ. ταύτην αὐτοῦ καὶ τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν σοφίαν θαυμάσας ὁ βασιλεὺς, τὴν οἰκουμένην καταλαβεῖν καὶ τὴν ἐσχειμαθεῖσαν ποιμαίνειν ἐκκλησίαν ἐκέ-
5 λευσε. χρόνου δὲ συχνοῦ διελθόντος εἰς τὴν Ῥώμην ἀφικόμενος πάλιν ὁ βασιλεὺς, τὰς αὐτὰς πάλιν ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων καθηγορίας ὑπέμενεν, ὡς τὸν Φλαβιανοῦ τυραννίδα μὴ καταλύων. ὁ δὲ λέγειν αὐτοὺς ἐκέλευσε τῆς τυραννίδος τὸ εἶδος, αὐτὸς εἶναι Φλα-
6 βιανὸς λέγων, καὶ ἐκείνου σύνδικος προβεβλῆσθαι. ἐκείνων δὲ λεγόντων ὡς οὐ δύναιτο δικάσασθαι βασιλεῖ, παρήνεσε λοιπὸν ὁμονοίᾳ τὰς ἐκκλησίας σωάψαι, καὶ καλῦσαι τὴν ἔριν, καὶ τὴν ἀνόνητον σοβέσαι φιλονεικίαν. Παυλῖνός τε γὰρ ἐτελεύτησε πάλαι, καὶ Εὐάγριος οὐκ ἐννόμως προβέβληται· καὶ τῆς ἐφας αἱ ἐκκλησίαι τῆς Φλαβιανοῦ προεδρείας ἀντέχονται. πρὸς δὲ τῇ ἑῴᾳ, καὶ τὴν Ἀσιανὴν ἅπασαν καὶ Ποντικὴν, καὶ μήτοι καὶ τὴν Θρακικὴν κοινωνήσας ἔχει καὶ συνημμένας· καὶ τὸ Ἰλλυρικὸν δὲ ἅπαν ἐκεῖνον οἶδε πρὸ τῆς κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἐπισκόπων ἡγούμενον. ταύταις εἴξαντες ταῖς παραινέσεσιν οἱ τῆς ἑσπέρας

Episcopos convocari jubent. Præterea absque tribus Episcopis ordinationem cujusquam Episcopi fieri vetant. Illi tamen cum nihil istorum considerare voluissent, Evagrii quidem communionem amplexi sunt: adversus Flavianum vero, Imperatoris auribus subrepere tentarunt. Qui sæpius interpellatus, Constantinopolim eum accivit, utque Romam proficisceretur mandavit. Sed Flavianus, cum & hibernum tempus causatus esset, & ineunte vere facturum se imperata promisisset, in patriam reversus est. Porro cum Romanæ urbis Episcopi, non solum admirandus Damasus, sed & successor ejus Siricius, & post Siricium Anastasius, pium Imperatorem acrius perstrinxissent, illum tyrannos quidem qui adversus ipsum insurgerent opprimere dicentes, eos vero qui legi Christi insultarent, pati tyrannicam dominationem exercentes: rursus eum Constantinopolim evocatum cogere instituit, ut Romam navigaret. Tum vero sapientissimus Flavianus, admirabili usus fiducia: Si meam fidem, inquit, ô Imperator, ut non rectam quidam insimulant, aut si vitam indignam esse dicunt sacerdotio, ipsos accusatores meos judices feram, & quam tulerint sententiam libenter excipiam. Sin de cathedra & de primatu contendunt, non litigabo, nec repugnabo iis qui ista ambiunt: sed cedam ultro & Pontificatum dimittam. Da igitur, Imperator, cui voles sedem Antiochenam. Hanc ejus constantiam ac sapientiam admiratus Imperator, in patriam redire, commissamque sibi Ecclesiam regere eum jussit. Longo post tempore cum Romam iterum venisset Theodosius, easdem rursus Episcoporum excepit querimonias, quod Flaviani tyrannidem non extingueret. Tum Imperator, quodnam illud tyrannidis genus esset, exponere eos jussit, Flavianum se esse dicens, & ad agendam pro illo causam constitutum. Cumque illi dicerent, se adversus Imperatorem litigare non posse, hortatus est eos Imperator ut Ecclesias tandem inter se reconciliarent, & jurgandi finem facerent, atque inutilem contentionem extinguerent. Paulinum enim jam pridem fato functum, Evagrium vero non legitime ordinatum esse. Adhæc Orientis Ecclesias Flaviani Episcopatum defendere. Nec Orientem modo, sed & universam Asianam & Ponticam, ac Thracicam Diœcesim ei communicare conjunctasque esse. Totum denique Illyricum eum Orientalium Episcoporum primatem agnoscere. His admonitionibus flexi Occidentalium partium E-

Episcopi Romæ Imperatorem reprehendunt.

Flaviani ad Imperatorem verba.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πάλιν δίχα τριῶν ἐπισκόπων] Intelligit Canonem IV. Concilii Nicæni, in quo id diserte cavetur, ne nisi subtrium Episcoporum præsentia ordinatio ullius Episcopi celebretur, ita tamen ut reliqui Provinciales Episcopi per literas ordinationi consentiant. Porro in editione Basiliensi ita legitur hic locus, δίχα τριῶν ἐπισκόπων ἐπισκόπου χειροτονίαν ἀπαγορεύσι γίνεσθαι, quod magis placet.

[2 Post ἐπισκόπῳ codex Regius addit που.]

3 Οὐ μόνον ὁ θαυμάσιος Δάμασος] In MS. codice [Regio &] Henrici Savilii additur particula hoc modo, οὐ γὰρ μόνον, &c. quod profecto non displicet.

4 Ψῆφον δέξομαι] In altero codice Regio, cujus variantes lectiones edidit Stephanus, legitur ὑπείσω ψῆφον, quam scripturam amplexus est Jacobus Sirmundus. Verum codex Savilii & Basilienſis editio vulgatam scripturam tuentur. In Regio codice J. Pini scriptum inveni ἀγαπήσω ψῆφον. quod longe est elegantius.]

[5 Ῥώμην —] Ῥωμαίων ἀφικόμενον πόλιν cod. Reg.]

6 Σύνδικος προβεβλῆσθαι] In editione Basilienſi scriptum inveni σύνδικος προβεβλῆσθαι. Quomodo etiam edidit Jacobus Sirmundus. Quam scripturam magis probo. [atque ita legitur in codice Regio J. Pini.]

Sæc. IV.

piscopi, simultatem se abjecturos polliciti sunt, & legatos qui à Flaviano mitterentur, susceptūros. Quod cum accepisset divinus Flavianus, egregios quosdam Episcopos Romam misit, una cum aliquot Presbyteris ac Diaconis Antiochensis Ecclesiæ. Horum omnium princeps erat Acacius, Beroeæ urbis Syriæ Episcopus, vir ubique gentium terra marique celeberrimus. Hic una cum reliquis Romam veniens, diuturnam simultatem quæ septendecim annos duraverat, sedavit, pacemque inter Ecclesias composuit. Quod cum Ægyptii comperissent, & ipsi depositis inimicitiis concordiam amplexi sunt. Præerat tunc temporis Ecclesiæ Romanæ Innocentius, qui Anastasio successerat: vir insigni solertia ac prudentia præditus. Alexandrinæ vero Ecclesiæ Theophilus præsidebat, cujus antea mentionem feci.

Socr. l. VII. cap. 9. Soz. l. VIII. cap. 24.

ἐπίσκοποι, καταλύσῃ ὑπέχοντα τὴν δυσμένειαν, καὶ τοὺς πεμφθησομένους δέξασθαι πρεσβευτάς. τοῦτο μαθὼν ὁ θεῖος Φλαβιανὸς, ἀπέστειλεν εἰς Ῥώμην καὶ τῆς ἀξιεπαίνων ἐπισκόπων τινὰς ἐκ τῆς Ἀντιοχείας πρεσβυτέρων καὶ διακόνων· ἡγεῖτο δὲ πάντων Ἀκάκιος, ὁ Βεροίας μὲν τῆς ἐν Συρίᾳ πόλεως ποιμαίνων λαχὼν, πανταχοῦ δὲ γῆς καὶ θαλάττης ἀοίδιμος. οὗτος σὺν τοῖς ἄλλοις ἀφικόμενος εἰς τὴν Ῥώμην, τὴν μακρὰν καταλύσας δυσμένειαν δι' ἐπταπαίδεκα ἐτῶν, ταῖς ἐκκλησίαις ἐπρυτάνευσε τὴν εἰρήνην. τοῦτο δὲ γνόντες Αἰγύπτιοι, τὴν ἀπέχθειαν σβέσαντες ἠσπάσαντο τὴν ὁμόνοιαν. ἡγεῖτο δὲ τηνικαῦτα τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Ἰννοκέντιος, διαδεξάμενος Ἀναστάσιον, ἀνὴρ ἀσκητὴς καὶ συνέσει κοσμούμενος· τῆς δὲ Ἀλεξανδρέων Θεόφιλος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθην.

CAPUT XXIV.

De Tyrannide Eugenii, & quomodo Theodosius ob fidei suæ meritum victoriam reportavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Περὶ τῆς Εὐγενίου τυραννίδος, καὶ ὡς Θεοδόσιος τῷ βασιλέως διὰ πίστεως νίκης.

Socr. lib. V. cap. 25. Soz. l. VII. cap. 22, 24.

Hoc modo fidelissimus Imperator Ecclesiarum pacem restituit. Verum antequam ea pax componeretur, Valentiniani morte & Eugenii defectione cognita, exercitum in Europam traduxit. Degebat tunc in Ægypto Joannes quidam, monasticæ philosophiæ studiis sese exercens. Hic spirituali gratia donatus, sæpe sciscitantibus prædicebat futura. Ad illum igitur quosdam misit Christi amantissimus Imperator, discere ex eo cupiens, num Tyrannis bellum inferri oporteret. Ac priore quidem bello, incruentam eum victoriam relaturum responderat. Posteriore vero, Imperatorem post multam cædem victoria potiturum prædixit. Hac cum fiducia progressus ad bellum gerendum Imperator, pugnam conseruit; ac multos quidem ex hostibus interfecit: multos vero & ipse Barbaros qui in auxiliis erant, amisit. Cumque Duces exi-

Joannes, monachus Ægyptius.

Τὴν μὲν οὖν τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνην τοῦτον τὸν τρόπον ὁ πιστότατος ἐπρυτάνευσε βασιλεύς· πρὸ δέ γε τῆς γεγενημένης εἰρήνης, τήν τε Οὐαλεντινιανοῦ τελευτὴν καὶ τὴν Εὐγενίου τυραννίδα μαθὼν, εἰς τὴν Εὐρώπην ἐστράτευε. καθ' ἐκεῖνον δὲ τὸν χρόνον ἦν τις Ἰωάννης ὁ Αἰγύπτῳ τὴν ἀσκητικὴν ἀσπαζόμενος πολιτείαν. οὗτος πνευματικῆς μεταλαχὼν χάριτος, πολλὰ τοῖς πυνθανομένοις προὔλεγε τῶν ἐσομένων. πρὸς τοῦτον ὁ Φιλόχριστος ἀπέστειλε βασιλεύς, εἰ πολεμητέον τοῖς τυράννοις μαθεῖν ἐφιέμενος. καὶ ἐπὶ μὲν τῷ προτέρῳ πολέμῳ τὴν ἀναίμακτον προηγόρευσε νίκην. ἐπὶ δὲ τῷ δευτέρῳ πολλοῦ φόνου νικήσειν τὸν βασιλέα προεῖπε. μετὰ τοιαύτης ἐλπίδος στρατύσας ὁ βασιλεὺς, πολλοὺς μὲν τῶν ἑαυτοῦ παραλαβόμενος κατηκόντισε, πολλοὺς δὲ τῶν ἀντιπάλων αὐτῷ Βαρβάρων ἀπέβαλε. τῶν δὲ στρατηγῶν ὀλίγους

Valesii Annotationes.

1 Ἀκάκιος] De hujus Acacii Beroeensis Episcopi legatione atque adventu in urbem Romam, scribit Palladius in vita Joannis Chrysostomi, & Sozomenus in lib. 8. Historiæ. Et Sozomenus quidem hanc legationem Acacii refert sub exordium Pontificatus Joannis Chrysostomi, id est anno Christi 398. Quod cum Theodoriti narratione nullatenus potest convenire, qui eam refert ad tempora magni Theodosii. Verum Theodoritus noster nulla ratione excusari potest, qui Theodosium ab Anastasio Romano Pontifice super ea re interpellatum esse dicit. Atqui Theodosius è vivis excesserat ante Pontificatum Anastasii.

[2 Πόλεως] Τὴν ἐκκλησίαν addit codex Reg.]

3 Δι' ἐπταπαίδεκα ἐτῶν] Baronius ad annum Christi 398. cap. 80. hic falli ait Theodoritum, qui Flavianum Antiochensem rediisse dicat in gratiam cum Romano Pontifice, post septemdecim annos à conflata inter eos discordia. Atqui hæc discordia cœperat principatu Juliani Apostatæ, ob electionem Paulini à Lucifero factam, ut vult Baronius. A quo tempore si septemdecim annos numeraveris, ad ann. Christi 379, quo Theodosius imperare cœpit, referenda erit hæc legatio; quod est absurdissimum. Ego vero Baronium potius falli existimo, qui discordiam illam cujus hic meminit Theodoritus, repetit à temporibus Juliani. Atqui à Flaviani ordinatione, id est ab anno Christi 381, potius repetenda est. Nam antea per pactionem illam quæ inter Paulinum ac Meletium facta fuerat, dissensio sopita esse videbatur. Quam Flaviani electio postea suscitavit. Ab anno igitur 381, quo Flavianus Antiochensem Episcopatum suscepit, ad annum Christi 398. quo Acacius legationem illam obiit, fiunt anni septemdecim.

Variorum.

2 Δι' ἐπταπαίδεκα ἐτῶν] Multa' in hac historia contra ordinem temporum peccat Theodoritus. Nam quod ait paulo ante, Anastasium Papam Romanum hac de re interpellasse Theodosium Imp. certe Theodosius aliquot annis defunctus fuerat, antequam Anastasius sedem Romanam obtineret. Imo pax de qua hic sermo est, post dissidium annorum 17 inita, in annum Christi 398 à Baronio conjicitur, qui annos istos à Concilii Constantinopolitani tempore computat. Nec nisi post 20 annos discordia ista penitus sopita est, juxta Palladium in vita Chrysostomi. quo pacto verum esse poterit quod ait Theodoritus in fine capitis, Innocentium tum fuisse sedis Romanæ Episcopum. Vid. Baron. ad ann. 398. *W. Lowth.*

εἶναι

εἶναι τὺς συμπαρατασσομένους Φησάντων, καὶ ἀναχωρήσειν τινὰ δῆθεν τῷ πολέμῳ συμβουλευσάντων, ὥστε τῷ ἤδη ἐπερχομένῳ στρατιὰν συναγεῖραι, καὶ τῷ πλήθει τῶν ἐναντίων τὸ δυσμενῶν, οὐκ ἐδέξατο τὴν εἰσήγησιν ὁ πιστότατος βασιλεύς. οὐ γὰρ ἔφη χρῆναι, τοσαύτην μὲν ἀσθένειαν τῷ ζωτηρίῳ κατηγορῆσαι σταυροῦ, τοσαύτην δὲ προσμαρτυρῆσαι δύναμιν τῇ τοῦ Ἡρακλέους εἰκόνι. ταύτης μὲν γὰρ ὁ σταυρὸς ἡγεῖται τὸ στρατιᾶς, τῆς δὲ τῶν ἀντιπάλων ἐκείνη. τούτων οὕτως πιστῶς εἰρημένων, καὶ τὸ ὑπολειφθείσης στρατιᾶς ὀλίγης τε οὔσης, καὶ λίαν ἀθυμούσης, θύρων οἰκίσκου θυσιαστηρίου ὑπὸ τῇ τοῦ ὄρους ἀκρωνυχίᾳ, ὑφ' ᾧ τὸ στρατόπεδον ἦν, πάννυχος διετέλεσε τὸ θεῖον δεσπότην ἀντιβολῶν. ὡς δὲ ἀλεκτρυόνων ᾠδαὶ, ὑπήκουσε μὲν ὕπνος τὴν γνώμην. ἐπὶ δὲ βραχὺ δαπέδου κείμενος, ὁρᾶν ἐδόκει δύο τινὰς λευχειμονοῦντας ἄνδρας ἐφ' ἵππων ὀχουμένους λευκῶν, οἳ θαρρεῖν τε ἐκέλευον, καὶ τὸ δέος ἐξελάσαι, καὶ ὑπὸ τὴν ἕω καθοπλίσαι καὶ τάξαι τὴν στρατιὰν εἰς παράταξιν. ἐπίκουροι γὰρ ἔλεγον ἀπεσταλθαι καὶ πρόμαχοι. καὶ ὁ μὲν Ἰωάννην ἑαυτὸν ἔλεγεν εἶναι τὸ εὐαγγελιστήν, ὁ δὲ Φίλιππον τὸν ἀπόστολον. ταύτην ἰδὼν τὴν ὄψιν ὁ βασιλεύς, οὐκ ἔληξε τῆς ἱκετείας· ἀλλὰ μᾶλλον πλείονος ταύτην προθυμίας προσέφερε. τοῦτο καὶ στρατιώτης τις θεασάμενος δεδήλωκε τῷ λοχαγῷ. ἐκεῖνος δὲ τοῦτον πρὸς τὸν χιλίαρχον ἤγαγεν· ὁ δὲ χιλίαρχος ἀπήγαγε τῷ στρατηγῷ. ὁ δὲ στρατηγὸς καινόν τι μηνύσῃ ὑπολαβὼν, ἀπήγγειλε ταῦτα βασιλεῖ. ὁ δὲ, οὐκ ἐμοῦ ἕνεκα, ἔφη, ταῦτα θεὸς τεθέαται. ἐγὼ γὰρ τοῖς τὴν νίκην ὑποσχομένοις πεπίστευκα, ἀλλὰ ἵνα μή τις ὑπολάβῃ με ὡς τῆς παρατάξεως ὀρεχθέντα, πλάσαι τὸ ὄψιν, καὶ τούτῳ ταῦτα μεμηνυκεν ὁ τῆς ἐμῆς βασιλείας ἐπίκουρος, ἵνα μάρτυς ἀξιόχρεως γένηται τῆς ἐμῆς διηγήσεως. πρώτῳ γὰρ ἐμοὶ ταύτην ὁ κοινὸς δεσπότης τὸ ὄψιν ὑπέδειξεν. ἀποσκυβασάμενοι δὴ οὖν τὸ δέος, τοῖς στρατεύμασι καὶ πολεμάρχοις ἐπώμεθα, καὶ μηδεὶς τῷ πλήθει τῶν πολεμίων καταμάθῃ τὸ νίκην, ἀλλὰ τῇ ἡμετέρων λογιζέσθω ἕκαστος τὸ δύναμιν. ταῦτα καὶ τοῖς στρατιώταις εἰπὼν, καὶ ταύτῃ ἅπαντας προθυμίας ἐμπλήσας, ἐκ τοῦ ὄρους καθήγαγε κορυφῆς. ὁ δὲ Τύραννος πόρρωθεν ἰδὼν τοὺς στρατιώτας πολεμήσοντας, καθώπλισε τὴν στρατιὰν, καὶ εἰς παράταξιν ἔταξεν. αὐτὸς δὲ ἐπί
1 τινος γεωλόφου μείνας, θανατῶντα ἔφη τὸ βασι-
2 λέα, καὶ τὴν παρούσης ἀπαλλάξασθαι βιοτῆς παρατάσσεσθαι· καὶ τοῖς στρατηγοῖς ἐκέλευσε, ζῶντα τοῦτον καὶ πεπεδημένον προσαγαγεῖν. ἐπειδὴ δὲ αἱ Φάλαγγες ἔσησαν, πολλαπλάσιον μὲν ἦν τὸ πολεμίων τὸ πλῆθος, ὀλιγάριθμον δὲ κομιδῇ τὸ τοῦ βασιλέως συντεταγμένον. 2 ἀρξαμένων δὲ καὶ τούτων κἀκείνων

guum esse dicerent numerum militantium, suaderentque ut bellum aliquantisper differret, quo ineunte vere copias omnes cogere & hostes multitudine superare posset, id consilium aspernatus est fidelissimus Imperator. Neque enim decet, inquit, ut divinam quidem crucem tantæ imbecillitatis probro maculemus; Herculis autem imagini tantam vim ac potentiam confessione nostra tribuamus. Hunc enim exercitum crux: hostiles vero copias imago Herculis antecedit. His cum ingenti fide ita dictis, cum copiæ quæ supererant, exiguæ admodum essent, & animis fractæ; Oratorium nactus in montis vertice ubi castra habebat, totam ibi noctem preces ad Deum fundendo transegit. Sub galli autem cantum somnus invito irrepens, eum oppressit. Humi ergo jacens, duos quosdam viros videre sibi videbatur, alba veste indutos, & albis equis insidentes: qui bono animo ipsum esse juberent, metumque deponere, & prima luce arma capere, aciemque ad pugnandum instruere. Auxiliatores enim ac propugnatores se missos esse dicebant, & alter quidem se Joannem Evangelistam esse aiebat, alter Philippum Apostolum. Hanc visionem cum vidisset Imperator, preces fundere non destitit; sed majori alacritate eas offerebat Deo. Idem visum miles quidam cum vidisset, Centurioni suo indicavit. Ille militem deduxit ad Tribunum; Tribunus vero ad Magistrum militum. Qui cum novi aliquid nuntiaturum se crederet, Imperatori id retulit. At Imperator, Non mea, inquit, causa iste hoc vidit: ego enim iis qui victoriam polliciti sunt, credidi: sed ne quis forte suspicaretur me pugnandi desiderio ista finxisse, Adjutor Imperii mei hæc isti quoque revelavit, ut narrationis meæ testis esset idoneus. Priori enim mihi communis Dominus hanc visionem objecerat. Proinde, abjecto metu, antesignanos & Duces sequamur. Nec bellantium multitudine quisquam victoriam metiatur, sed unusquisque vim ac potentiam Ductorum consideret. Hæc ad milites quoque elocutus, cum hac ratione omnium animos confirmasset, è montis vertice exercitum deduxit. Tyrannus vero, cum milites ad pugnam paratos eminus conspexisset, suos & ipse armavit, & ad prælium instruxit. Ipse in quodam colliculo residens, Imperatorem mori cupientem, & ex hac vita excedere properantem, præliari dicebat: mandavitque Ducibus suis, ut vivum illum ac vinctum ad se adducerent. Postquam acies ex adverso stetere, hostium quidem numerus multo major apparuit. Qui vero à partibus erant Theodosii, pauci admodum videbantur. Ubi vero utrimque tela conjici

Imperatoris pia fiducia:

Joannem & Philippum App. per somnum vidit.

SÆC. IV.

VALESII ANNOTATIONES.

[1 Θανατοῦντα] Θανατοῦν τε cod. Reg.] | 2 Ἀπαλλάξαντα βιοτῆς] Jacobus Sirmundus edidit ἀπαλ-

VARIORUM.

2 Ἀρξαμένων δὲ] Primo conflictu copiæ Eugenianæ contra Theodosianas valebant. Quod videns Theodosius, illico se humi prostravit, precesque ad Deum fudit, ut narrat Socrates lib. V. cap. 25. quas preces, quoniam illic omisimus, hic citabimus ex Rufin. lib. 2. c. 33. *Tu, omnipotens Deus, nosti, quia in nomine Christi Filii tui, ultionis juste (ut puto) prælia ista suscepi. Si secus, in me vindica: si vero cum causa probabili, & in te confisus huc veni, porrige dexteram tuis; ne forte dicant Gentiles, Ubi est Deus eorum?*

SÆC. IV.

cœpere, vera esse quæ promiserant ostenderunt propugnatores illi. Vehemens enim ventus ex adverso in hostes ruens, cunctas eorum sagittas & jacula hastasque avertit, omniaque eorum tela incassum ferebantur. Itaque nec gravis armaturæ miles, nec sagittarius, nec peltastes, exercitum Imperatoris damno afficere valuerunt. Ad hæc pulveris immensa vis in eorum faciem magno impetu delata, ipsos palpebras claudere, & periclitantibus pupillis opem ferre cogebat. Milites vero Imperatoris Theodosii, ex eo turbine nullum incommodum passi, alacri animo hostes cædebant. Qui cum hæc cernerent, Deique auxilium agnoscerent, abjectis armis, veniam sibi dari ab Imperatore poposcerunt. Annuit ille, & indulgentiam eis tribuit, jussitque ut tyrannum confestim adducerent. Illi ergo concito cursu collem adscendunt, in quo Tyrannus ignarus adhuc rerum gestarum confederat. Qui cum eos anhelantes vidisset, ac respirandi difficultate celeritatem cursus indicantes, nuntios victoriæ adesse credidit, sciscitatusque est ex iis, num Theodosium quoque vinctum adducerent, sicut ipsis imperatum fuerat. Ad hæc illi, Non Theodosium, inquiunt, ad te, sed te ad Theodosium ducturi venimus. Id enim hujus universi moderator præcepit. Simul hæc dicentes, Tyrannum ex solio abripiunt, & injectis catenis vinctum abducunt; eumque qui paulo ante insolenter sese efferebat, captivum sistunt. Tum Imperator, scelus quod in Valentinianum perpetraverat, in memoriam ei revocavit; & iniquam tyrannidem ac bella quæ adversus legitimum Imperium concitaverat objecit. Irrisit præterea imaginem Herculis, & inanem ex ea conceptam fiduciam. Ac tum demum justam ac legitimam de ejus supplicio sententiam protulit. Hujusmodi fuit tum pacis tum belli tempore Theodosius: qui & divinum semper imploravit auxilium, nec illo unquam fraudatus est.

Eugenius captus & interfectus.

ἀφίεναι τὰ βέλη, ἔδειξαν ἀληθεῖς τὰς ὑποσχέσεις οἱ πρόμαχοι. πνεῦμα γὰρ βίαιον ἀντιπρόσωπον τῶν πολεμίων φερόμενον, τὰς μὲν ἐκείνων ὀϊστοὺς ἀπέτρεφε καὶ τὰ πελτὰ καὶ τὰ δόρατα· καὶ πᾶν βέλος αὐτοῖς ἄχρηστον ἦν· καὶ οὔτε ὁπλίτης, οὔτε τοξότης, οὔτε πελταστὴς πημαίνειν † τῷ βασιλέως ἠδύνατο στρατιᾷ. καὶ μὴν τοί καὶ κόνις ὅτι μάλιστα πλείστη κτ' † προσώπων φερομένη, μύειν τὰ βλέφαρα καὶ ταῖς κόραις ἐπαμύνειν πολεμωμένοις ἠνάγκαζεν. οἱ δὲ τοῦ βασιλέως στρατιῶται, λώβην ἢ βλάβην οὐδεμίαν ἐκ τῆς καταιγίδος ἐκείνης δεξάμενοι, ἀβαρῶς τοὺς πολεμίους κατέκτεινον. οἱ δὲ ταῦτα ὁρῶντες, καὶ τὴν θείαν ἐπιγνόντες ἐπικουρίαν, τὰ ὅπλα ῥίψαντες, φεισθῆναι τοῦ βασιλέως τυχεῖν ἠντιβόλησαν. ὁ δὲ καὶ εἶξε καὶ οἴκτου μετέδωκεν, ἀγαγεῖν δὲ αὐτοὺς † Τύραννον κτ' τάχος ἐκέλευσεν. οἱ δὲ θέοντες, ἀνέβησαν εἰς τὸν λόφον ὃν καθήμενος ἐκεῖνος ἠγνόει τὰ δρώμενα. ὁ δὲ πνευστιῶντας ἰδὼν, καὶ τῷ ἄθυμα μηνύοντας τὴν σπουδὴν, νίκης ἀγγέλους ὑπέλαβε, καὶ ἤρετο εἰ καὶ Θεοδόσιον πεπεδημένον ὡς προσῆλθησαν ἄγαγον. οἱ δὲ Οὐκ ἐκεῖνον, ἔφησαν, σοὶ προσάγομεν, ἀλλά σε πρὸς ἐκεῖνον ἀπάγομεν. τοῦτο γὰρ ὁ παντὸς προστάξε πρύτανις. ταῦτα λέγοντες, ἐξανέσησάν τε ἐκ τοῦ δίφρου, καὶ τὰ δεσμὰ ἐπιθέντες πεπεδημένον ἀπήγαγον, καὶ προσήγαγον δορυάλωτον τὸν πρὶν βαρχέος μεγαλαυχούμενον. ὁ δὲ βασιλεὺς, τήν τε εἰς Οὐαλεντινιανὸν πλημμεληθέντων ἀνέμνησε, καὶ τῆς παρανόμου τυραννίδος, καὶ τήν κτ' τῆς νομίμου βασιλείας πολέμων. ἐκωμώδησε δὲ καὶ † Ἡρακλέους εἰκόνα, καὶ τὸ μάταιον δι' ἐκείνου γενόμενον θάρσος· καὶ τότε δικαίαν καὶ ἔννομον ἐξήνεγκε τῆς κατ' αὐτοῦ πομπείας τὴν ψῆφον. τοιοῦτος ἦν ἐκεῖνος καὶ ἐν εἰρήνῃ καὶ ἐν πολέμῳ· ἀεὶ μὲν τὴν θείαν ἐπικουρίαν αἰτῶν, ἀεὶ δὲ ταύτης μεταλαγχάνων.

CAPUT XXV.

De morte Imperatoris Theodosii.

Socr. l. V. cap. 26. Soz. l. VII. cap. 29.

POST hanc autem victoriam in morbum delapsus, Imperium filiis suis distribuit. Ac majori quidem natu, partem quam ipse rexerat; minori vero, Europæ Imperium assignavit. Utrumque autem hortatus est ut integram ac solidam pietatem retineret. Per hanc enim, inquit, & pax conservatur, & bellum extinguitur: per hanc hostes fugantur, eriguntur tropæa, & victoria comparatur. Hæc ille monita cum filiis suis suggessisset, extremum diem clausit, immortalem nominis sui memoriam derelinquens.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Περὶ τῆς Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως τελευτῆς.

ΜΕτὰ δὲ τήνδε † νίκην ἀῤῥωστήσας, τοῖς υἱέσι τὴν βασιλείαν διένειμε. καὶ τῷ μὲν πρεσβυτέρῳ τὴν οἰκείαν ἔδωκεν ἡγεμονίαν, τῷ νεωτέρῳ δὲ τῆς Εὐρώπης τὰ σκῆπτρα. τὴν εὐσέβειαν δὲ τελείαν καὶ τοῦτον ἔχειν κἀκεῖνον παρήνεσε. Δι' αὐτῆς γὰρ, ἔφη, καὶ ἡ εἰρήνη φυλάττεται, καὶ πόλεμος καταλύεται, καὶ πολέμιοι τρέπονται, καὶ ἀνίστανται τρόπαια, καὶ νίκη βεβαιοῦται. ἐκεῖνος μὲν ταῦτα τοῖς παισὶ παραινέσας ἐτελεύτησεν, ἀείμνηστον κλέος καταλιπών.

VALESII ANNOTATIONES.

λαξείοντα, [ex codice Regio J. Pini, &] ex libris Christophorsoni; quod non displicet. In Manuscripto codice Henrici Savilii legitur ἐπαλλάξειν, mendose, ut apparet.

[Sed & paulo supra, ubi legitur τὰς στρατιώτας πολεμήσαντας, idem codex Regius scriptum habet πολεμησιουσας, optime.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κϛ'.

Περὶ Ὁνωρίου τοῦ βασιλέως, καὶ Τελεμάχου μοναζόντος.

Οἱ δὲ τῆς βασιλείας διάδοχοι, καὶ τῆς εὐσεβείας ἐγένοντο κληρονόμοι. Ὁνώριος μὲν γὰρ ὁ τῆς Εὐρώπης τὴν βασιλείαν δεξάμενος, τὰς ἐν Ῥώμῃ πάλαι γινομένας μονομαχίας κατέλυσεν, ἀφορμὴν [1] τοιάνδε λαβών. Τηλέμαχός τις ἦν τὸν ἀσκητικὸν ἀσπαζόμενος βίον. οὗτος ἀπὸ τῆς ἑῴας ἀπάρας, καὶ τύχῃ χάριν τὴν Ῥώμῃ καταλαβών, τῆς μυσαρᾶς ἐκείνης ἐπιτελουμένης θέας, εἰσελήλυθε καὶ αὐτὸς εἰς τὸ στάδιον, καὶ καταβὰς παύειν ἐπειρᾶτο τοὺς κατ' ἀλλήλων κεχρημένους τοῖς ὅπλοις. τῆς δὲ μιαιφονίας οἱ θεαταὶ χαλεπήναντες, καὶ τοῦ τοῖς αἵμασιν ἐκείνοις ἐπιτερπομένου δαίμονος εἰσδεξάμενοι τὴν βακχείαν, καταλεύσαν τῆς εἰρήνης τὸν πρύτανιν. τοῦτο μαθὼν ὁ θαυμαστὸς βασιλεὺς, τὸν μὲν τοῖς νικηφόροις συνηριθμησε μάρτυσι, τὴν δὲ [a] πονηρὰν ἐκείνην ἔπαυσε θεωρίαν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Περὶ τῆς Ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως εὐσεβείας, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου χειροτονίας.

Ἐν δὲ Κωνσταντινουπόλει Νεκταρίου τελευτήσαντος [b] ὃς τὴν ἐκκλησίαν ἐκείνην ἐποίμανεν, Ἀρκάδιος ὁ ταύτην ἰθύνειν τὴν βασιλείαν λαχὼν, μαθὼν Ἰωάννην τὸν μέγαν τῆς οἰκουμένης φωστῆρα, τὴν Ἀντιοχείας τῶν πρεσβυτέρων ἐξηρτημένην χορὸν, ἤγαγέ τε, καὶ τοῖς συνειλεγμένοις ἐπισκόποις αὐτὸν τῇ θείᾳ προσαγαγεῖν παρηγύησε χάριτι, καὶ τῆς μείζονος ἐκείνης πόλεως ἀποφῆναι ποιμένα. ἱκανὸν γὰρ καὶ τοῦτο μόνον δηλῶσαι τοῦ βασιλέως τὴν περὶ τὰ θεῖα σπουδήν. κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, Ἀντιοχείας μὲν ὁ θεῖος ἡγεῖτο Φλαβιανὸς, Λαοδικείας δὲ Ἐλπίδιος, τοῦ μεγάλου Μελετίου γενόμενος σύσκηνος, καὶ τὴν ἐκείνου πολιτείαν ἐκμαξάμενος μᾶλλον, ἢ ὁ κηρὸς τοὺς δακτυλίων τύπους. ἧττος μὲν οὖν τὸν μέγαν Πελάγιον διεδέξατο· τὸν δὲ θεῖον Μάρκελλον Ἀγαπητὸς ὁ πανεύφημος, ὃν ἐν ταῖς ἀσκητικαῖς παλαίστραις ἀγωνιζόμενον ἔφην, κατ' ἐκεῖνον τῆς αἱρετικῆς ζάλης καιρόν. Σελευκείας δὲ τῆς πρὸς τῷ Ταύρῳ Μάξιμος, Ἰωάννου τοῦ πάνυ συμφοιτητής· καὶ Θεόδωρος τῆς

CAPUT XXVI.

De Honorio Imperatore, & de Telemacho monacho.

IMPERII vero illius successores, pietatis quoque heredes extiterunt. Nam & Honorius, qui Europæ partes regendas susceperat, gladiatorum spectacula olim Romæ fieri solita sustulit ex hujusmodi occasione. Erat quidam Telemachus monasticæ vitæ deditus. Hic ab Orientis partibus profectus, ejusque rei causa Romam ingressus, cum detestandum illud spectaculum ederetur, ipse quoque in amphitheatrum venit. Et in arenam descendens, gladiatores qui inter se pugnabant compescere conabatur. Sed cruentæ cædis spectatores, eam rem ægre ferentes, & dæmonis qui eo sanguine oblectabatur furorem animis suis concipientes, pacis auctorem lapidibus obruerunt. Quo cognito admirandus Imperator, hunc quidem invictissimorum Martyrum numero adscripsit: tetrum vero illud spectaculum penitus abolevit. *Telemachus martyr.*

CAPUT XXVII.

De pietate Imp. Arcadii, & de Joannis Chrysostomi ordinatione.

CONSTANTINOPOLI vero, mortuo Nectario qui Ecclesiam illam gubernaverat, Arcadius qui eam Imperii partem regendam acceperat, cum Joannem, magnum lumen orbis terrarum, Antiochiæ in presbyterorum ordinem relatum esse didicisset, eum inde accivit, collectisque Episcopis mandavit ut divinam gratiam ei conferrent, & urbis Regiæ Episcopum eum renuntiarent. Quod quidem unum sufficit ad declarandam Imperatoris pietatem. Per idem tempus Antiochensi Ecclesiæ præerat divinus Flavianus: Laodiceæ vero præsidebat Elpidius, qui magni Meletii fuerat contubernalis, ejusque vivendi rationem perfectius expresserat, quam cera imaginem annuli exprimere solet. Successor autem erat magni Pelagii. Jam vero divino Marcello successit Agapetus, omni laude prædicandus, quem supra retulimus hæreticæ persecutionis tempore in monasticis exercitationibus floruisse. Seleuciæ porro quæ ad montem Taurum sita est, Episcopus erat Maximus, eximii illius Joannis condiscipulus: Mopsuestiæ vero Theodorus: am- *Joannes Ep. CP.* *Flavianus.* *Elpidius.* *Agapetus.* *Maximus.* *Theodorus.*

VALESII ANNOTATIONES.

[1 Τοιάνδε] Αὐτὴν cod. Reg.] | [2 Τηλέμαχος] Τηλεμάχῳ cod. Reg.]

VARIORUM.

a Πονηρὰν ἐκείνην ἔπαυσε θεωρίαν] Cl. Pagi ad ann. 404. n. 3, &c. observat Honorium duas leges edidisse de Gladiatoribus: priorem anno 397. qua vetat ne Senatorum servitio sese addicant: ea etiamnum exstat in Codice Theodosiano, Tit. de Gladiatoribus, Leg. 3. Alteram anno 404. promulgatam, de qua hic locus intelligendus est, quæque jam non exstat. *W. Lowth.*

b Ἀρκάδιος] De Arcadio vid. Socr. l. V. cap. 10. de Joannis ordinatione in sedem CP. Socr. VI. 2. Soz. VIII. 2. de Flaviano Socr. V. 9. de Elpidio Laodiceno. Chrysostomi causæ faventissimo, canonumque observantissimo Pallad. Vita J. Chrysost. p. 79. de Agapeto Apamiæ Episcopo Theodorit. IV. 28. de Marcello V. 21. de Maximo & TheodoroSocr. VI. 3. Soz. VIII. 2. de Acacio & Leontio Socr. VI. 18. Soz. VIII. 20.

Sæc. V. *Acacius. Leontius.*

bo doctores ac prædicatores egregii. Divinus item Acacius prudentia ſimul & ſanctitate vitæ illuſtris, Beroeæ Eccleſiam gubernabat. Leontius denique, multis virtutum generibus conſpicuus, Galatarum provinciæ præſidebat.

CAPUT XXVIII.

De Joannis Epiſcopi divina in loquendo libertate.

PORRO magnus Joannes, ſimulatque Eccleſiæ gubernaculis admotus eſt, iniqua quorundam facinora libere cœpit reprehendere; & tum Imperatori, tum Auguſtæ, utilia monita ſuggerebat. Sacerdotes quoque ut juxta Eccleſiæ leges viverent commonebat: eos vero qui leges illas tranſgredi auderent, ad altare accedere prohibebat: nefas eſſe dicens, ut Sacerdotum honore fruerentur ii qui verorum Sacerdotum vitam nollent imitari. Neque vero urbem duntaxat Regiam hujuſmodi cura ac ſollicitudine gubernabat, ſed & univerſam Thraciam quæ in ſex provincias diviſa eſt: & Aſiam totam, quæ ab undecim Præſidibus regitur; Ponticam præterea iiſdem legibus exornavit. Quæ totidem Rectores habet quot Aſia.

Socr. l. VI. cap. 4.

CAPUT XXIX.

De templis idolorum à Joanne ſubverſis in Phœnice.

PORRO cum didiciſſet, incolas Phœnices circa cultum ſimulacrorum adhuc inſanire, monachos quoſdam zelo Dei ferventes collegit; eoſque Imperialibus edictis munitos, adverſus idolorum templa direxit. Pecunias vero quæ artificibus templa diruentibus, eorumque miniſtris præbebantur, non ex Regiis theſauris depromebat; ſed opulentis & fide ac religione inſignibus matronis perſuadebat, ut hos ſumptus liberaliter ſuppeditarent, benedi-

Μοψυεσίας. ἄμφω δὲ διδασκάλω ἤστην λαμπρώ. διέλαμπε δὲ συνέσει τε καὶ βίῳ ὁ θεῖος Ἀκάκιος, ἰθύνων τὴν Βέροιαν· Λεόντιος δὲ τὸ Γαλατῶν ἐποίμαινεν ἔθνος, πολλοῖς εἴδεσιν ἀρετῆς λαμπρυνόμενος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Περὶ τῆς κατὰ Θεὸν τῷδε τῷ ἐπισκόπῳ παῤῥησίας.

Ὁ δὲ μέγας Ἰωάννης τὰς τῆς ἐκκλησίας δεξάμενος οἴακας, τάς τε τῶνδέ τινων γινομένας ἀδικίας σὺν παῤῥησίᾳ διήλεγχε, καὶ βασιλεῖ καὶ βασιλίδι παρῄνει τὰ συμφορώτερα, καὶ τοὺς ἱερέας ἠξίου καὶ τοὺς λειμμένους πολιτεύεσθαι νόμους· τοὺς δὲ τούτοις οὐδαμῶς ἐθέλειν τολμῶντας, ἐπιβαίνειν τῶν ἀναχτόρων ἐκώλυεν· ἃ χρῆναι λέγων, τῆς μὲν τῶν ἱερέων ἀπολαύειν τιμῆς, τὰ δὲ τῶν ἀληθῶν ἱερέων μὴ ζηλοῦν βιοτήν. καὶ ταύτην ἐποιεῖτο τὴν προμήθειαν, οὐ μόνης ἐκείνης τῆς πόλεως, ἀλλὰ καὶ τῆς Θρᾴκης ἁπάσης· εἰς ἓξ δὲ αὕτη ἡγεμονίας διήρηται· καὶ τῆς Ἀσίας ὅλης, [a] ὑπὸ ἕνδεκα δὲ καὶ αὕτη ἀρχόντων ἰθύνεται. καὶ μέντοι καὶ τὴν Ποντικὴν τούτοις κατεκόσμησε τοῖς νόμοις· [2] ἰσαρίθμους δὲ καὶ αὕτη ἔχει τῇ Ἀσίᾳ τοὺς ἡγεμένας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Περὶ τῶν ἐν Φοινίκῃ δι' αὐτοῦ καταλυθέντων εἰδωλικῶν ναῶν.

[b] Μαθὼν δὲ τὴν Φοινίκην ἔτι περὶ τὰς τῶν δαιμόνων τελετὰς μεμηνέναι, ἀσκητὰς μὲν ζήλῳ θείῳ πυρποληθέντας συνέλεξε· νόμοις δὲ αὐτοὺς ὡπλίσας βασιλικοῖς, κατὰ τῶν εἰδωλικῶν ἐξέπεμψε τεμενῶν. τὰ δὲ τοῖς καλαλύσι τεχνίταις καὶ τοῖς τούτων ὑπουργοῖς χορηγούμενα χρήματα, οὐκ ἐκ ταμείων βασιλικῶν λαμβάνων ἀνήλισκεν· ἀλλὰ τὰς πλούτῳ κομώσας καὶ πίστει λαμπρυνομένας γυναῖκας, φιλοτίμως ταῦτα παρέχειν ἀνέπειθε, ἡ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Εἰς ἓξ δὲ αὕτη ἡγεμονίας] Peſſime Chriſtophorſonus vertit *in ſex Epiſcopatus diviſa eſt*: Nam longe plures Epiſcopatus erant in Thracia. Rectius ergo Camerarius ac Sirmundus Provincias verterunt. Sex enim erant Provinciæ Thraciarum, ut docet Ammianus Marcellinus, & Notitia Imperii Romani: erant autem omnes ſub diſpoſitione Vicarii Diœceſeos Thraciarum. Pari errore Chriſtophorſonus paulo poſt, ubi Aſia regi dicitur à Præſidibus undecim, Antiſtites vertit. Atqui Aſia multo plures habebat Antiſtites ſive Epiſcopos. Rectores vero ſeu judices ſæculares undecim tantum habuit. Tot enim erant Provinciæ Aſiæ, ut docet Hierocles in deſcriptione Provinciarum & urbium Imperii Orientalis: quarum Aſia quidem proprie dicta & Helleſpontus atque Inſulæ erant ſub diſpoſitione Proconſulis Aſiæ. Reliquæ autem octo, Pamphylia ſcilicet, Lydia, Caria, Lycia, Lycaonia, Piſidia, Phrygia Pacatiana, Phrygia Salutaris, ſingulæ quidem ſuum Conſularem habebant, omnes tamen erant ſub diſpoſitione Vicarii Diœceſeos Aſianæ.

2 Ἰσαρίθμους δὲ καὶ αὕτη] Simili errore Chriſtophorſonus Ponticæ Diœceſi undecim tantum Epiſcopos tribuit. Atqui Theodoritus non de Epiſcopis hic loquitur, ſed de judicibus ſeu rectoribus Provinciarum. Fuerunt autem undecim Provinciæ Diœceſeos Ponticæ, quarum ſingulæ ſuum rectorem habebant, ut videre eſt apud Hieroclem. Omnes vero erant ſub diſpoſitione Vicarii Ponticæ Diœceſeos.

VARIORUM.

a Ὑπὸ ἕνδεκα ἀρχόντων] Aſiana Diœceſis, in notitia Imperii, decem Provinciis conſtat, quæ Vicario Præfecti Prætorio Orientis parebant; ſcilicet Pamphylia, Lydia, Helleſponto, Piſidia, Lycaonia, Phrygia utraque, Lycia, Caria, & Inſulis. Attamen in Politiæ Eccleſiaſticæ ratione, Aſiana Diœceſis undecim Provincias complectebatur. Quod explicandum eſt è Theodoſii Lege 3. de Fide Catholica, quæ Aſiam Proconſularem ab Aſiana Diœceſi diſtinguit, licet eas in unum Corpus, quoad Statum & Communionem Eccleſiaſticam, cogat. Itaque Aſia Proconſulari adjecta ad decem Provincias Aſianæ Diœceſeos, conficitur numerus undecim Provinciarum Eccleſiaſticarum à Theodorito deſignatus. *Illuſtriſſ. Petr. de Marca de Concordia Sac. & Imp. lib. I. cap. 3. Sect. 11.*

b Μαθὼν δὲ τὴν Φοινίκην —] Gentiles tempore Juliani Imp. omnia quæ in Phœnicia erant Chriſtianæ Religionis monumenta, demoliti fuerant. Nunc autem moleſtiſſime ferentes Templorum ſuorum jacturam, in ipſos Monachos a Joanne miſſos impetum fecerunt, eorumque quamplurimos trucidarunt; quod liquet ex ipſius Chryſoſtomi Epiſtolis 123. & 126. Hæc Baronius refert anno 401.

ἐκ.

ἐκ τῆς χορηγίας φυομένην θλογίαν ὑποδεικνύς. τοὺς μὲν οὖν ὑπολειφθέντας τῶν δαιμόνων σηκοὺς τοῦτον τὸν τρόπον ἐξ βάθρων ἀνέσπασεν.

Sæc. V.

ctionem quæ ex hujuſmodi largitione proveniret, iis oſtendens. Hac ratione, dæmonum templa quæ adhuc ſupererant, ſolo æquavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Περὶ τῆς ἐκκλησίας τῶν Γότθων.

CAPUT XXX.

De Eccleſia Gothorum.

a Ὁρῶν δὲ καὶ τὸν Σκυθικὸν ὅμιλον ὑπὸ τῆς Ἀρειανικῆς δηρευθέντα βαγήνης, ἀντεμηχανήσατο καὶ αὐτὸς, καὶ πόρον ἄγρας ἐξεῦρεν. ὁμογλώττους γὰρ ἐκείνων πρεσβυτέρους καὶ διακόνους καὶ τοὺς τὰ θεῖα ὑπαναγινώσκοντας λόγια προσκαλλόμενος, μίαν τούτοις ἀπένεμεν ἐκκλησίαν, καὶ διὰ τούτων πολλοὺς τῶν πλανωμένων ἐθήρευσεν. αὐτός τε γὰρ τοῦ πλείονα ἐκεῖσε φοιτῶν διελέγετο, ἑρμηνευτῇ χρώμενος τῷ ἑκατέραν γλῶσσαν ἐπισταμένῳ τινὶ· καὶ τοὺς λέγειν ἐπισταμένους τοῦτο παρεσκεύαζε δρᾶν. ταῦτα μὲν οὖν ἔνδον οὐ τῆ πόλει διετέλει ποιῶν, καὶ πολλοὺς τῶν ἐξηπατημένων ἐζώγρει, τὴν ἀποστολικῶν κηρυγμάτων ἐπιδεικνὺς τὴν ἀλήθειαν.

Præterea cum Scytharum gentem Arianæ perfidiæ laqueis irretitam teneri cerneret, ipſe quoque machinas omnes adhibuit, & ut prædam caperet, hac arte uſus eſt. Ejuſdem enim cum ipſis linguæ Presbyteros & Diaconos ac Lectores cum ordinaſſet, unam illis Eccleſiam aſſignavit: eorumque opera multos à priſtino errore revocavit. Nam & ipſe eo ſæpius veniens concionem habebat, utens interprete quopiam qui utramque linguam calleret: & eos qui dicendi facultate præditi eſſent, ut idem facerent hortabatur. Et hæc quidem intus in ipſa urbe agere non deſinebat; multoſque qui decepti fuerant venabatur, Apoſtolicæ prædicationis veritatem eis oſtendens.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Περὶ τῆς εἰς Σκύθας ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένης προνοίας, καὶ τοῦ κατὰ τῶν Μαρκιανιστῶν ζήλου.

CAPUT XXXI.

De ejuſdem erga Scythas providentia, & de zelo adverſus Marcioniſtas.

Μαθὼν δέ τινας τῶν Νομάδων Σκυθῶν παρὰ τὸν Ἴστρον ἐσκηνωμένους, διψῆν μὲν τῆς σωτηρίας, ἐστερῆσθαι δὲ τοῦ τὸ νᾶμα προσφέροντος, ἐπεζήτησεν ἄνδρας τὴν ἀποστολικὴν φιλοπονίαν ἐζηλωκότας, καὶ τούτους ἐκείνοις ἐπέστησεν. ἐγὼ δέ τοι καὶ γράμμασιν ἐντετύχηκα παρ' αὐτοῦ γραφεῖσι πρὸς Λεόντιον τὸν Ἀγκύρας ἐπίσκοπον, δι' ὧν καὶ τῶν Σκυθῶν ἐδήλωσε τὴν μεταβολὴν, καὶ πεμφθῆναι ἄνδρας πρὸς αὐτῶν τούτων ποδηγίαν ἐπιτηδείους ἠξίωσεν. ἐν τῇ χώρᾳ δὲ τῇ ἡμετέρᾳ τὸν Μαρκίωνος νόσον κώμας τινὰς ἐπισκήψαι μαθὼν, ἐπέστειλε τῷ τηνικαῦτα ποιμαίνοντι, καὶ προτρέπων ἐξελάσαι τὸν νόσον, καὶ ἐκ τῶν βασιλικῶν νόμων ὠφελείαν ὀρέγων. ὅπως μὲν οὖν τὴν τῶν ἐκκλησιῶν μέριμναν ἐν τῇ ψυχῇ προσέφερε καὶ τὸν θεῖον ἀπόστολον, ἱκανὰ καὶ ταῦτα διδάξαι.

Jam vero cum accepiſſet Scythas quoſdam Nomadas qui ad Iſtrum tentoria fixerant, ſalutem quidem ſitire; ſed qui latices ipſis præberet neminem reperiri; viros conquiſivit qui Apoſtolicos labores æmularentur, eoſque Barbaris illis præfecit. Ego certe literas ejus perlegi, ad Leontium Ancyræ Epiſcopum ſcriptas, quibus & Scytharum converſionem ei ſignificat, & viros mitti poſtulat idoneos, qui ſalutis viam eis demonſtrent. Sed & in regione noſtra vicos quoſdam Marcionis hæreſi laborare cum didiciſſet, Epiſcopo qui tunc præſidebat literas ſcripſit, hortans ut morbum illum repelleret, & Imperialium legum auxilium offerens. Qualiter igitur Eccleſiarum curam ac ſollicitudinem, juxta divinum Apoſtolum, animo ſuo circumtulerit, ex his abunde cognoſci poteſt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ'.

Περὶ τῆς Γαϊνᾶ αἰτήσεως, καὶ τοῦ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἀντιῤῥήσεως.

CAPUT XXXII.

De petitione Gainæ, & Joannis Chryſoſtomi reſponſione.

Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρωθεν αὐτοῦ τὴν παῤῥησίαν μαθεῖν. Γαϊνᾶς τις, Σκύθης μὲν τὸ γένος, βαρβαρικώτερος δὲ τὴν γνώμην, φρονήματι δὲ τυραννικῷ κεχρημένος, ἐστρατήγει καθ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, πολλοὺς μὲν καὶ τῶν ὁμοφύλων ὑπηκόους ἔχων, ἄγων δὲ μεθ' ἑαυτῶν καὶ τῶν Ῥωμαίων τὴν τε ἱππικὴν

Sed & aliunde fiduciam ejus licet perſpicere. Gaina quidam natione Gothus, ſed animo magis Barbarus, & inſolentia faſtuque tyrannico præditus, eo tempore Magiſter erat militiæ: ex Gente ſua quamplurimos ſub ſe habens, & pedeſtres atque equeſtres Romanorum copias

Socr. l. VI. cap. 6. Soz. l. VIII cap. 4.

VALESII ANNOTATIONES.

[1 Poſt Πεμφθῆναι addit οἱ cod. Reg.]

VARIORUM.

a Ὁρῶν τὸν Σκυθικὸν ὅμιλον] Scythas intelligit qui Conſtantinopoli habitabant, aut illic in caſtris militabant.

καὶ

SÆC. V.

ductans. Metuebant autem illum, non alii solum omnes, sed ipse etiam Imperator, quippe qui tyrannidem eum moliri suspicaretur. Hic cum esset Ariana labe inquinatus, unam sibi Ecclesiam ab Imperatore dari postulavit. Imperator vero, deliberaturum se dixit, daturumque operam ut desiderio ejus satisfieret, promisit. Mox divino Joanni ad se accersito petitionem Gainæ indicat, ejusque potentiam commemorat, & tyrannidem eum meditari non obscure innuit; hortaturque ut hac donatione animum Barbari compescat. Verum generosus ille vir Imperatori ita respondit: Noli ista promittere, Imperator, nec sancta canibus dari jube. Neque enim unquam adduci possum, ut eos quidem qui Deum Verbum palam prædicant ac laudant, ejiciam: iis vero qui illum blasphemant, ecclesiam Dei tradam. Nec vero Barbarus ille metum tibi injiciat, Imperator. Sed ubi ambos nos accersiveris, me atque illum, tu quidem tacitus ausculta iis quæ dicentur. Ego vero linguam ejus comprimam, faciamque ne deinceps ea postulet quæ non expedit dari. His auditis, Imperator magnopere gavisus est, & postridie utrumque acciri jussit. Et Gaina quidem, promissa sibi dari flagitabat. Magnus autem Joannes reclamabat, dicens, non licere Imperatori qui pietatem profiteretur, adversus res divinas quidquam præsumere. Cumque ille æquum esse diceret, ut ipse quoque ædem sacram in qua precaretur haberet: Omnes, inquit magnus Joannes, tibi apertæ sunt ædes sacræ, nec ullus aditum prohibet, si orare volueris. Tum Gaina: At ego, inquit, alterius sum sectæ; & cum consortibus meis unam ut habeam Ecclesiam peto: idque jure mihi petere videor, quippe qui multa pro Romanis bellorum discrimina pertulerim. Ad hæc Joannes: Sed habes, inquit, præmia laboribus tuis multo majora. Nam & Magister militum, & Consulari veste ornatus es. Considerares oportet quid olim fueris, & quid nunc sis: & quanta quidem fuerit prior egestas tua; quanta vero nunc rerum omnium copia: quibus vestimentis usus sis priusquam Istrum trajiceres; & quibus nunc induaris. Perpende igitur quam exigui sint labores tui, & quam ampla sint præmia: nec ingratus esse velis erga eos qui te honoribus auxerunt. Hujusmodi usus sermonibus doctor ille orbis terrarum, os Gainæ obturavit, & tacere eum compulit. Aliquanto post tempore Gaina in apertam tyrannidem erupit: collectoque per Thraciam exercitu, vastare omnia ac prædari cœpit. Quibus nunciatis, omnes metu perculsi sunt, tam Magistratus, quam privati. Nec ullus erat qui prælio congredi cum eo vellet, nullus qui legationem ad eum obire tutum crederet, cum singuli Barbarum ejus ingenium reformidarent.

Joannes Gainæ Ecclesiam denegat.

Gaina in faciem resistit.

καὶ πεζικὴν φαπάν. ἐπιφείκεσαν δὲ αὐτὸν, οὐ μόνον οἱ ἄλλοι πάντες, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς, τὴν μελετωμένην ὑφορώμενος τυραννίδα. ὅ- τος δὴ Ἀρείου λώβης μεταλαχὼν, ἔναν αὐτῷ δοῦναι 1 τῶν θείων οἴκων ἐπήγγειλε τὸν βασιλέα. ὁ δὲ, 2 σκοπήσω ἔφη, καὶ θεραπεύσω ἐπαγγείλατο· καὶ 3 τὸν θεῖον μεταπεμψάμενος Ἰωάννην, καὶ τὴν αἴτησιν εἶπε, καὶ τῆς δυναστείας ἀνέμνησε, καὶ τὴν μελετωμένην ὑπηνίξατο τυραννίδα, καὶ παρεκάλει τῇ δόσει χαλινῶσαι τὸν τοῦ Βαρβάρου θυμόν. ὁ δὲ γενναῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, μὴ τοιαῦτα, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, ὑπόσχου, μηδὲ δίδοναι προσκελεύου τὰ ἅγια τοῖς κυσίν. οὐ γὰρ ἀνέξομαι, τοὺς μὲν τὸν Θεὸν Λόγον θεολογοῦντάς τε καὶ ὑμνοῦντας ἐξαγαγεῖν· τοῖς δὲ τοῦτον βλασφημοῦσιν ἐκδοῦναι τὸν θεῖον νεών. καὶ μήτοι δείσῃς τὸν Βάρβαρον ἐκεῖνον ὦ βασιλεῦ· ἀλλὰ ἄμφω καλέσας, ἐμέ τε κἀκεῖνον, σὺ μὲν ἡσυχῇ τῶν λεγομένων ὑπάκουε· ἐγὼ δὲ ἐκείνου χαλινώσω τὴν γλῶτταν, καὶ πείσω ἥκιστα αἰτῆσαι, ὃ μὴ δοῦναι συμφέρει. τούτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, ἥσθη τε καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ἀμφοτέρους ἐκάλεσε. καὶ ὁ μὲν τὴν ἐπαγγελίαν ἐζήτει. ὁ δὲ μέγας Ἰωάννης, ἀντέλεγε φάσκων, οὐκ ἐξεῖναι βασιλεῖ τῶν θείων καταπολμᾶν, εὐσεβεῖν γε προῃρημένῳ. ἐκείνου δὲ λέγοντος ὡς χρὴ καὶ αὐτὸν οἰκτήριον ἔχειν οἶκον· ἅπασι σοι, ἔφη ὁ μέγας Ἰωάννης, ὁ θεῖος οἶκος ἀνέῳκται, καὶ οὐδεὶς εἴργει προσεύξασθαι προθυμούμενον. ἀλλ' ἐγὼ, ἔφη ὁ Γαϊνᾶς, ἑτέρας ὑπάρχω συμμοιρίας, καὶ σοὶ ἐκείνοις ἕνα θεῖον οἶκον ἔχειν αἰτῶ· καὶ μάλα γε δικαίως αἰτῶ, πολλοὺς ὑπὲρ Ῥωμαίων πολεμικοὺς ὑπομείνων ἀγῶνας. ἀλλ' ἔχεις, ἔφη, μείζους τῶν πόνων τὰς ἀντιδόσεις. φαιδρός τε γὰρ εἶ, καὶ τῆς ὑπατικῆς ἠξιώθης στολῆς. καὶ χρή σε σκοπῆσαι, τί μὲν ἦσθα πάλαι, τί δὲ γεγένησαι νῦν· καὶ τίς μὲν ἡ προτέρα πενία, τίς δ' ἡ παροῦσα περιουσία· καὶ οἵοις μὲν ἐσθήμασιν ἐχρήσω περὶ Ἄγκυραν τὸν Ἶστρον, οἷα δὲ νῦν περιβέβλησαι. σκόπησον τοίνυν ὡς ὀλίγοι οἱ πόνοι, μέγιστα δὲ τὰ γέρα, καὶ μὴ γίνου περὶ τοὺς πεπονηκότας ἀχάριστος. τοιοῖσδε χρώμενος λόγοις ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, ἐπεστόμισε τὸν Γαϊνᾶν, καὶ σιγὴν 4 ἔχειν ἠνάγκασε. χρόνῳ δὲ 4 διελθόντος, τὴν πάλαι μελετηθεῖσαν ἐκεῖνος ἐγύμνωσε τυραννίδα, καὶ τὴν φαπὰν ἐν τῇ Θρᾴκῃ συναγαγὼν, ἐληΐζετό τε καὶ ἐδῄου τὰ πλεῖστα. ταῦτα μεμαθηκότες κατέπηξαν ἅπαντες καὶ ἄρχοντες καὶ ἀρχόμενοι· καὶ οὔτε προκαταλαβέσθαί τις πρὸς ἐκεῖνον ἐβούλετο, οὔτε 5 πρεσβεύεσθαι ἀδεῶς 5 ὑπελάμβανε. τὸ γὰρ τῆς γνώμης βάρβαρον ἕκαστος ὑφωρᾶτο.

VALESII ANNOTATIONES.

[1 Αὐτῷ δοῦναι] Δοῦναί οἱ cod. Reg.]
[2 Ἐπήγγειλε] Ἀπήγγειλε cod. Reg.]
[3 Post Θεραπεύσειν addit αὐτὸν cod. Reg]
[4 Ἔχειν] Ἄγειν cod. Reg.]
[5 Πρεσβεύσασθαι ἀδεῶς] Πρεσβεύσεσθαι ἀδεῶς,]

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΓ'.

Περὶ τῆς παρὰ τῦ Χρυσοστόμυ πρὸς αὐτὸν πρεσβείας.

ΤΟτε τὺς ἄλλους ἅπαντας ὡς δεδιότας καταλιπόντες, τὸν μέγαν τοῦτον ἔπεισαν χειροτονῆσαι τὴν πρεσβείαν ποιήσασθαι. ὁ δὲ, οὔτε τὴν γενομένην αὐτίςασιν λογισάμενος, οὔτε τὴν ἐξ ἐκείνης φυεῖσαν διαφοράν, προθύμως εἰς τὴν Θρᾴκην ἐξώρμησε. γνοὺς δὲ ἐκεῖνος τὸν πρεσβευτὴν, καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς θυσεβείας γενομένην ἐνθυμηθεὶς παῤῥησίαν, ὑπήντησέ τε προθύμως πόῤῥωθεν, καὶ τὴν ἐκείνου δεξιὰν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπιτέθεικε, καὶ μὴν καὶ τοὺς παῖδας τοῖς ἱεροῖς αὐτῦ προσκόμισε γόνασιν. οὕτω πέφυκεν ἀρετὴ καταιδεῖν τε καὶ καταπλήττειν καὶ τοὺς ἄγαν δυσμενεςάτους.

CAPUT XXXIII.

De Chryſoſtomi ad Gainam legatione.

TUNC ergo omiſſis reliquis omnibus, quippe qui metu perculſi eſſent, fortiſſimum hunc virum rogarunt ut legatus ad Gainam proficiſceretur. Qui nec ſuſceptam adverſus eum altercationem conſiderans, nec ortam ex ea re ſimultatem, ſtatim alacri animo perrexit in Thraciam. Porro Gaina de legati adventu certior factus, & priſtinam ejus pro pietatis defenſione fiduciam memoria repetens, libenti animo obviam ei proceſſit longiſſime, ejuſque dextram oculis ſuis impoſuit, & filios ſuos ſacris illius genibus admovit. Adeo virtus infeſtiſſimo cuique reverentiam ac terrorem injicere ſolet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔ'.

Περὶ τῶν δι' αὐτὸν συμβεβηκότων.

ΑΛΛ' οὐκ ἤνεγκεν ὁ φθόνος τὰς τῆς ἐκείνυ φιλοσοφίας μαρμαρυγάς· ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις χρησάμενος μηχαναῖς, τὴν βασιλεύουσαν πόλιν, μᾶλλον δὲ τὴν οἰκυμένην ἅπασαν, τῆς ἐκείνυ γλώττης ἐςέρησε καὶ φρενός. ἐγὼ δὲ οὐ τοῦδε τοῦ μέρους ἰσοτελὴς γενόμενος, οὐκ οἶδα ὅ, τι πάθω. διηγήσασθαι γὰρ τὴν τότε τολμηθεῖσαν ἀδικίαν βουλόμενος, τὴν ἄλλην ἀρετὴν τῶν ἠδικηκότων αἰσχύνομαι. ὧν δὴ χάριν αὐτῶν καὶ τὰς πονηρίας κατακρύψαι πειράσομαι. εἴτοι διαφόρυς δυσμενείας ἐσχηκότες πρόφασις, τὴν μὴ ἁρπάσασαν ὧν ἀνδρὸς ἰδεῖν ἀρετὴν οὐκ ἠθέλησαν· δυςήνυς δέ τινας κατηγόρυς θυρόντες, καὶ τὴν συκοφαντίας τὸ προφανὲς θεώμενοι, πόῤῥω τῆς ἄςεως ἐκάθησαν τὸ συνέδριον, καὶ τὴν ψῆφον ἐξήνεγκαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ὡς [2] ἱερεῦσι πιστεύσας, πόῤῥω αὐτὸν τῆς ἄςεως γενέσθαι προέταξεν. ὁ δὲ μήτε τὴν κατηγορίας ἀκούσας, μήτε τὴν ἀπολογίαν προσενεγκὼν, ὡς ἐληλεγμένος ἐφ' οἷς ἠπάθη, καταλιπεῖν τὴν πόλιν ἠναγκάσθη, καὶ τὸ ὂν τοῦ στόματος τοῦ Πόντυ [3] κείμενον [3] καλέλαβεν Ἱερόν· οὕτω γὰρ ἐκεῖνο τὸ ἐπίνειον ὀνομάζυσι. σεισμοῦ δὲ μεγίςου νύκτως γενομένυ, καὶ δείματος τὴν βασιλίδα κατασχόντος, πρέσβεις ὑπὸ τὴν ἕω πρὸς τὴν ἐληλαμένον ἀπεςάλησαν, ἀντιβολῦντες ὡς τάχιςα τὸ ἄςυ καταλαβεῖν, καὶ σῶσαι τὴν πόλιν τὸν κίνδυνον. καὶ ἕτεροι δὲ μετ' ἐκείνυς ἐπέμφθησαν, καὶ ἄλλοι μὲν τούτυς, καὶ πλήρης ὁ Βόσπορος τῶν πεμπομένων ἐγένετο. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ὁ πιςότατος

TUNC ergo omiſſis reliquis omnibus, quippe qui metu perculſi eſſent, fortiſſimum hunc virum rogarunt ut legatus ad Gainam proficiſceretur. Qui nec ſuſceptam adverſus eum altercationem conſiderans, nec ortam ex ea re ſimultatem, ſtatim alacri animo perrexit in Thraciam. Porro Gaina de legati adventu certior factus, & priſtinam ejus pro pietatis defenſione fiduciam memoria repetens, libenti animo obviam ei proceſſit longiſſime, ejuſque dextram oculis ſuis impoſuit, & filios ſuos ſacris illius genibus admovit. Adeo virtus infeſtiſſimo cuique reverentiam ac terrorem injicere ſolet.

CAPUT XXXIV.

De iis quæ Joannis cauſa acciderunt.

VERUM invidia ſplendorem ejus ſapientiæ ferre non potuit. Itaque conſuetis utens artibus, Conſtantinopolim, ſeu potius orbem terrarum ejus eloquentia ac doctrina orbavit. Ego vero ad hanc hiſtoriæ partem delapſus, qualiter affectus ſim neſcio. Nam dum injurias ei illatas narrare cupio, eorum qui injuriarum auctores fuere, reliquæ omnes virtutes mihi pudorem injiciunt. Quocirca ipſorum etiam nomina tegere conabor. Hi ergo cum diverſas haberent odii ac ſimultatis cauſas, coruſcantem quidem ejus viri virtutem intueri noluerunt. Infelices vero quoſdam accuſatores nacti, cum calumnias manifeſtas eſſe perſpicerent, procul ab urbe ſynodum congregarunt, & ſententiam tulerunt. Porro Imperator credens ſacerdotibus, eum procul ab urbe Regia relegavit, Joannes igitur cum nec audiſſet accuſationem, nec defenſionem attuliſſet, quaſi convictus fuiſſet de criminibus quæ ipſi objecta erant, coactus eſt urbe excedere, & ad navale in oſtio Ponti ſitum, quod Hieron vocant, perrexit. Sed cum noctu ingens terræ motus contigiſſet, ipſamque Auguſtam gravis invaſiſſet terror, legati primo diluculo ad exulem mittuntur, rogaturi ut quamprimum ad urbem rediret, & civitatem periculo liberaret. Poſt hos ſecundi miſſi ſunt, & poſt ſecundos tertii; adeo ut Boſporus legatorum multitudine compleretur. Quod cum cognoviſſet fide-

Socr. l. VI. cap. 15, 16. Soz. l. VIII. cap. 17, 18.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὑπήντησέ τε προθύμως] Adverbium προθύμως deeſt in Manuſcripto codice [Regio ac] Henrici Savilii, & in editione Baſilienſi, prorſuſque inutile ac ſuperfluum mihi videtur.

2 Ἱερεῦσι πιστεύσας] Codex [Regius &] Savilii particulam addunt hoc modo ὡς ἱερεῦσι. Atque ita etiam edidit Jacobus Sirmundus.

3 Καλέλαβεν ἱερὸν] Hieron navale fuit celeberrimum, in oſtio Ponti ſitum, ita dictum a duodecim Deorum templo quod illic exſtructum erat, ut ex Timoſthene docet Harpocratio in voce ἐφ' ἱερῶν. Meminit ejus loci Demoſthenes in oratione contra Leptinem, & in oratione adverſus Polyclem. Frequentabatur olim hic locus ab Athenienſibus, qui frumentum ex Boſporo coëmere ſolebant, ut docet Demoſthenes. Erat enim hic locus commodiſſimus, & quaſi clauſtrum quoddam Ponti Euxini. Quare Byſantii cum maris illius dominatum affectarent, locum illum ingenti pecunia ſibi comparaverant, ut docet Polybius in lib. 4. Certe Arrianus in Periplo Ponti Euxini, eum locum ἀφορμεῖον eſſe dicit eorum qui in Pontum navigant, id eſt clauſtrum ſeu tranſennam.

Sæc. V.

lissimus populus, statim ostium Propontidis navigiis obtexit. Universi enim obviam processerunt cereas faces præferentes. Ac tum quidem caterva inimicorum dissipata est. Paucis vero mensibus elapsis, iterum convenerunt, pœnasque ab eo exegerunt non jam falsorum criminum illorum, sed quod post depositionem ministerio suo functus fuisset. Verum ille aiebat se judicatum non fuisse, & nec crimina objecta audiisse, nec iis respondisse, nec præsentem condemnatum esse; sed ab Imperatore expulsum, ac denuo esse revocatum. Altera igitur synodo congregata, judicio opus non habuerunt Joannis inimici. Sed cum Imperatori persuasissent justam ac legitimam fuisse sententiam, non urbe solum Regia eum expulerunt, sed in parvum quoddam ac desertum Armeniæ oppidum relegarunt, cui nomen est Cucuso. Mox inde eductum, Pityuntem transportarunt. Oppidum est situm in extremis finibus Ponti & Imperii Romani, quod accolunt crudelissimi Barbari. Verum clemens Dominus invictum athletam ad hanc insulam non permisit abduci. Nam cum venisset Comana ad vitam senii ac doloris expertem eum transtulit. Corpus vero ejus quod egregio certamine perfunctum fuerat, juxta loculum sancti Martyris Basilisci depositum est, cum id Martyr in somnis apparens fieri jussisset. Porro quot Episcopi ejus causa pulsi sint Ecclesiis, & in extremos Imperii Romani fines deportati; quot item Monachi eandem calamitatem perpessi sint, superfluum arbitror commemorare, & prolixam historiam texere: præsertim cum ea quæ tristia sunt, contrahenda esse censeam, & Auctorum qui ejusdem nobiscum sunt fidei, errata obtegenda. Plerique certe eorum qui injurias fecerant, pœnas dederunt, & per ea quæ passi sunt, emolumentum aliis attulerunt. Ceterum hanc injustitiam præcipue detestati sunt Episcopi Europæ. A communione enim eorum qui hæc fecerant, se ipsos separarunt. Illyriciani quoque omnes, eorum partibus sese adjunxerunt. Orientalium vero urbium quamplurimi, communionem quidem sceleris refugerunt: corpus tamen Ecclesiæ haudquaquam discinderunt. Et post mortem magni Doctoris orbis terrarum, Occidentales Episcopi, Episcoporum Ægypti & Orientis, & Bosspori ac Thraciæ communionem non prius admiserunt, quam divini illius viri nomen una cum reliquis fato functis Episcopis consignassent. Et Arsacium quidem, qui post illum ordinatus est, ne salutare quidem dignati sunt. Atticum vero Arsacii successorem, qui multas ad ipsos legationes miserat, & pacem cum ipsis ha-

Socr. l. VI. cap. 18. *Soz. l. VIII. cap. 20.* *Joannes Cucusum relegatus.* *Socr. l. VI. cap. 21.* *Soz. l. VIII. cap. 28.* *Arsacius.* *Atticus.*

ἔγνω λεὼς, ἐκάλυψαν τοῖς πορθμείοις τ Προποντίδος τὸ σῶμα. ἅπαντες γὰρ ὑπήντησαν, ταῖς ἐκ χηρῶ λαμπάδας προσάπτοντες. τότε μὲ ὧν τὸ τ δυσ- 1
μενῶν διελύθη σῖφος. ὀλίγων ἢ διελθόντων μηνῶν, συνηθροίσθησαν αὖθις· κ δίκας εἰσέπραττον ὑ τ ψευδῶν ἐκείνων γραφῶν, ἀλλὰ τ μ τὴν καθαίρεσιν λειτουργίας. ὁ ἢ ἔλεγε, μήτε δικάσασθαι, μήτε τ 2
γραφῶν ἐπακοῦσαι, μήτε ἀπολογίαν ποιήσασθαι, μήτε μὴν καταψηφισθῆναι παρὼν, ἀλλ' ὑπὸ βασι- 3
λέως ἐξελαθῆναί τε, καὶ αὖ πάλιν ἀνακληθῆναι. κ συνόδου συγκροτηθείσης ἑτέρας, κ ἐδεήθησαν δίκης οἱ δυσμενεῖς. ἀλλὰ τ βασιλέα πείσαντες ἔννομον κ δικαίαν εἶναι τὴν ψῆφον, ὑ μόνον τῆς πόλεως ἐκείνης ἐξήλασαν, ἀλλὰ κ εἴς τινα πολίχνιον σμι- 4
κρόν τε κ ἔρημον τ Ἀρμενίας ἐξέπεμψαν. Κουκουσὸς δὲ ὄνομα ταύτῃ. κἀκεῖθεν δὲ ἐξαγαγόντες, εἰς Πιτυοῦντα μετήγαγον. τέρμα δὲ τοῦτο κ ὧ Πόντου κ τ Ῥωμαίων ἡγεμονίας, τοῖς ὠμοτάτοις γητουθῶν Βαρβάροις. ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος κ εἰκαίως δεσπότης εἰς 5
ἐκεῖνο τὸ συνέδριον ἀπαχθῆναι τ καλλίνικον ἀθλητήν. εἰς γὰ Κόμανα παραγενόμενον, εἰς τ ἀγήρω κ ἄλυπον μετέθηκε βίον. τὸ δέ γε καλῶς ἀγωνισάμενον σῶμα, παρὰ τὴν θήκην ἀπετέθη Βασιλίσκου μάρτυρος, τοῦτο δ' ὀνείρατος προστάχοτος μάρτυρος. ὁπόσοι μὲ ὧν τ ἐπισκόπων δι' ἐκεῖνον τ ἐκκλησιῶν ἐξηλάθησαν, κ αὐτὰς ἅπασαν τὰς τῆς οἰκουμένης ἐσχατιὰς, ὁπόσοι ἢ κ τὴν τοῦ ἀσκητικοῦ φιλοσοφίαν ἠγαπηκότων τοῖς ἴσοις παθήμασι προσέπεσον, προσῆλθον οἰμωγῇ διηγεῖσθαι, καὶ μηκύνειν τ συγγραφέα. ἄλλως τε κ χρῆναι νομίζω συστέλλειν τὰ σκυθρωπὰ, κ τ δεδρακότων ὁμοπίστων ὄντων συγκαλύπτειν τὰ πλημμελήματα. ἔδοσαν μέντοι δίκας τ ἠδικηκότων οἱ πλεῖστοι, κ τοῖς ἄλλοις δι' ὧν ἔπαθον τὴν ὠφέλειαν προσήνεγκαν. ταύτην ἐξεδυλύξαντο διαφερόντως τ ἀδικίαν οἱ τ Εὐρώπης ἐπίσκοποι. τ γὰ τ δεδρακότων σφᾶς αὐτοὺς ἀπέκειναν κοινωνίας. κ Ἰλλυριοὶ δὲ πάντες τ μερίδος ἐκείνης ἐγένοντο. τ ἢ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα πόλεων οἱ πλεῖστοι, ἔφυγον μὲ τ ἀδικίας τ κοινωνίαν· τὸ ἢ τ ἐκκλησίας σῶμα οὐκ ἐμέρισαν. κ τελευτήσαντος δὲ τοῦ μεγάλου διδασκάλου τῆς οἰκουμένης, κ πρότερον οἱ τ ἑσπέρας ἐπίσκοποι τ ἐν Αἰγύπτῳ κ τῇ ἑῴᾳ, κ τ ἐν τῷ Βοσπόρῳ κ τῇ Θρᾴκῃ τὴν κοινωνίαν ἀπασαντο, ἕως ἐκείνου τοῦ θεσπεσίου ἀνδρὸς τοὔνομα τοῖς τεθνεῶσιν ἐπισκόποις συνέταξαν. καὶ Ἀρσάκιον μὲ, ὃς μετ' ἐκεῖνον ἐγένετο, προσρήτως οὐκ ἠξίωσαν. Ἀττικὸν δὲ, τὸν Ἀρσακίου διάδοχον, πολλάκις μὲ πρεσβευσάμενον, πολλάκις ἢ τ εἰρήνης

Valesii Annotationes.

1 Λαμπάδας προσάπτοντες] In codice [Regio ac] Savilii & in editione Basiliensi scriptum inveni προσαίροντες, quod magis placet.

[2 A μήτε usque ad ποιήσασθαι desunt in codice Regio.]

3 Ὑπὸ βασιλέως ἐξελαθῆναι] Codex Henrici Savilii scriptum habet βασιλέων. Quæ si vera lectio est, Eudoxiam Augustam cum Arcadio intelligere debemus.

[4 Πολίχνιον] Πολίχνιον cod. Reg.]

5 Εἰς οὗτινο τὸ συνέδριον] Jacobus Sirmundus edidit τινὸ, contra fidem omnium librorum. Nam quod ex libris Christophorsoni profertur in editione Colonienſi, eam conjecturam potius esse existimo viri docti, quam scripti codicis lectionem. Nolim tamen damnare eam scripturam. Nam oppidum illud Pityus situm fuit in Insula, ut testatur Ammianus Marcellinus in lib. 22. his verbis, *Insulaque Ardua, Trapezunta & Pityunta continentes oppida non obscura.* [Certe in Regio codice J. Pini diserte scriptum inveni τινόδριον. Recte ergo Jacobus Sirmundus, hujus libri auctoritatem secutus, ita edidit.]

τυχεῖν

τυχεῖν ἀξιώσαντα, χρόνῳ ὕστερον ἐδέξαντο τ προσηγορίαν ἐγγράψαντα.

bere postulaverat, tandem susceperunt, postquam is nomen illius in sacras tabulas retulisset. SÆC. V.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ'.

Περὶ Κυρίλλου τ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, καὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας.

CAPUT XXXV.

De Cyrillo Episcopo Alexandriæ, & de Alexandro Episcopo Antiochiæ.

Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον, Ἀλεξανδρείας μὲν Κύριλλος ἐπίσκοπος ἦν, Θεοφίλου μὲ ἀδελφιδοῦς, τ δὲ θείου τ πολιτείαν λαχών. τ δὲ Ἱεροσολύμων ἐκκλησίας Ἰωάννης εἶχε τ πολιτείαν, ἀνὴρ ἀξιάγαστος, Κυρίλλου διαδεξάμενος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθημεν. τ δὲ Ἀντιοχέων Ἀλέξανδρος ἐποίμαι-
1 νε, συμμαχοῦσαν ἔχων τῇ ἀρχιερωσύνῃ τ πολιτείαν. ὁ ἀσκητικῇ γὰρ παλαίσρᾳ τ πρὸ τ ἐπισκοπῆς διατελέσας χρόνον, καὶ γυμνασάμενος ἐπιπλεῖστον, ὤφθη γενναῖος ἀγωνιστὴς, καὶ λόγῳ παιδεύ-
2 ων, καὶ βεβαιῶν τοῦ βίου τ λόγον. οὗτος [a] Πορφύριον διεδέξατο, ὃς μὲν Φλαβιανὸν τοὺς οἴκαδε ἐκείνου πορθμεύσαντα, πολλὰ μνημεῖα φιλανθρωπίας κατέλιπεν. ἐκεῖνος μὲν οὖν τῇ πυκνότητι διέπρεπε τ φρενῶν· ὁ δὲ θεῖος Ἀλέξανδρος ἀσκήσει καὶ φιλοσοφίᾳ καὶ ἀκτήμονι βίῳ, καὶ τῷ ῥύματι τῆς γλώττης, καὶ μυρίοις ἑτέροις ἐπλεονέκτει χαρίσμασιν. οὗτος καὶ τὴν Εὐσταθίου τοῦ μεγάλου συμμορίαν, ἣν πάλαι συναφθῆναι Παυλῖνος οὐκ εἴασε, καὶ μετ' ἐκεῖνον Εὐάγριος, πειθοῖ καὶ παρακλήσει χρώμενος, τῷ λοιπῷ
2 συνήρμοσε σώματι· καὶ ἐχορήγησεν ἑορτὴν, ἧς παρελθούσης οὐδεὶς ἐθεάσατο πώποτε. πάντας γὰρ τοὺς
3 ὁμοπίστους παραλαβών, καὶ τοὺς ἱερωμένους, [3] καὶ τοὺς λοιπούς, ἀφίκετο πρὸς τ ἐκείνων ὁμήγυριν. καὶ παραλαβὼν ψάλλοντας, καὶ μίαν ἁρμονίας ὑμνῳδίαν ὑφήνας, ἀπὸ τ πρὸς ἑσπέραν τετραμμένης πυλίδος, μέχρι τοῦ μεγίστου νεὼ, πᾶσαν τ ἀγορὰν ἀνθρώπων ἐπλήρωσε, καὶ ποταμὸν ἔδειξε λογικὸν, τ πανδαῤῥέοντα μυρίωνυμον ποταμόν. ταῦτα δὴ ὁρῶντες καὶ Ἰουδαῖοι καὶ οἱ τ Ἀρείου λώβην εἰσδεδεγμένοι, καὶ τὸ βραχύτατον τ Ἑλλήνων λείψανον, ἔστενον καὶ ὠδύροντο, καὶ τοὺς ἄλλους θεώμενοι ποταμοὺς εἰς τὴν τῆς ἐκκλησίας
b ἐμβάλλοντας θάλασσαν. [b] οὗτος τὴν Ἰωάννου τοῦ πάνυ προσηγορίαν πρῶτος τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς διπτύχοις ἐνέταξε.

ERAT eo tempore Episcopus Alexandriæ Cyrillus, Theophili fratris filius, qui patruo in Episcopatu successerat. Hierosolymorum autem Ecclesiæ præsidebat Joannes, vir admiratione dignus, successor Cyrilli cujus supra meminimus. Antiochensem vero Ecclesiam regebat Alexander, adjutricem habens sacerdotii conversationem. Nam cum ante Episcopatum vixisset in monasterio, & diutissime illic sese exercuisset, egregius athleta evasit; sermone auditores docens, & sermonem vita confirmans. Hic in Episcopatu successit Porphyrio, qui post Flavianum Ecclesiæ illius præsulatum sortitus, multa benignitatis monumenta reliquerat. Atque hic quidem excellenti quadam prudentia præditus fuit. Alexander vero, arctioris vitæ instituto, studio sapientiæ, opum contemptu, eloquentia, aliisque innumeris dotibus excelluit. Hic Eustathianos, quos olim Paulinus, & post illum Evagrius conjungi reliquis haudquaquam permiserant, blanda verborum persuasione, crebrisque exhortationibus alliciens, Ecclesiæ corpori sociavit, & festivitatem ejusmodi instituit, cujusmodi nemo unquam vidit mortalium. Collectis enim omnibus qui eandem cum ipso doctrinam fidei sequebantur, tam clericis, quam laicis; ad illorum conventum perrexit. Cumque illos psallentes adsumpsisset, & unum psalmodiæ concentum texuisset, à portula quæ ad occidentem solem obversa est usque ad maximam Ecclesiam, totum forum hominibus complevit, & rationalem quendam fluvium exhibuit, similem ejus qui civitatem alluit. Quæ cum viderent Judæi, & Ariana labe maculati, & qui ex Gentilibus adhuc supererant, admodum pauci, gemebant ac lamentabantur, cum alios quoque fluvios in Oceanum Ecclesiæ ferri conspicerent. Porro hic omnium primus, præstantissimi Joannis nomen Ecclesiasticis tabulis inscripsit.

Socr. l. VII. cap. 7.

Socr. l. V. cap. 15.

Socr. l. VII. cap. 9.

Porphyrius Ep.

Alexander Catholicos Antioch. in unum redigit.

Joannis nomen Diptychis inscribit.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Συμμαχοῦσαν ἔχων] Pro *συμμαχοῦσαν* Nicephorus habet *συμβαίνουσαν*, quod mihi quidem magis placet. [Ita quoque legitur in Regio codice J. Pini.]

2 ἧ παρελθούσης] Restituimus hoc loco genitivum pro dativo, suadente id Saviliano [& Regio] codice, & Basilicnsi editione. Observavi enim Theodoritum fere pro dativis genitivum ponere. Sic in c. 30. hujus libri dixit *ὁμογλώττους γὰρ ἐκείνων*. Non ut vulgatæ editiones habent *ἐκείνοις*. & in cap. 28. de Pontica Diœcesi loquens ita scribit, *ἰσαρίθμους δὲ καὶ αὐτὴ ἔχει τῆς Ἀσίας τὰς ἡγεμονίας*, pro eo quod alii dicerent *τῇ Ἀσίᾳ*.

3 Καὶ τοὺς λοιποὺς] Rectius in MS. codice [Regio ac] Savilii scribitur Καὶ τοὺς πολλούς. Sic enim laicos appellare solet Theodoritus, ut videre est lib. primo Historiæ c. 22. Ita quoque edidit Jacobus Sirmundus.

VARIORUM.

a Πορφύριον] Mortuo Flaviano (cujus obitus cum Joannis in Armenia exsilio concurrerat) Porphyrius, fautor Theophili, persecutor Joannis, homo pessimus & incontinens, clausis januis ordinatus est Antiochiæ episcopus; de eo & moribus ejus fuse Palladius in vita J. Chrysostomi. Vid. & Soz. lib. VIII. c. 24.

b Οὗτος τὴν Ἰωάννου προσηγορίαν] Quod Alexander primus fuerit qui in Ecclesiæ tabulis nomen Joannis Chrysostomi restituerit, quodque in unum conjunxerit Fideles omnes qui ex parte Paulini erant; fuit illi auctor Innocentius Romanus Pontifex, qui ei communionem catholicam hac conditione pollicitus est, ut hæc præstaret; inquit *Baronius ad ann.* 408. *pag.* 273.

SÆC. V.

CAPUT XXXVI.

Quomodo eos qui Joannem persecuti fuerant, postea facti sui pœnituerit: & de reliquiarum ejus translatione.

Socr. l. VII. cap. 45.

ALIQUANTO post ipsæ quoque magni doctoris reliquiæ in urbem Regiam translatæ sunt. Atque iterum fidelis populus, mari præ navigiorum multitudine instar continentis effecto, ostium Bospori ad Propontidem situm facibus obtexit. Hunc porro thesaurum Regiæ urbi donavit is qui nunc Imperium obtinet, qui & avi nomen præfert, & pietatem ejus integram atque illibatam servat. Hic igitur oculos & frontem loculo admovens, pro parentibus suis supplicavit, petens ut iis qui per imprudentiam peccassent, veniam concederet. Jam enim dudum parentes illius ex hac vita migraverant, ipsum admodum puerum, orbum relinquentes. Sed Deus parentum & majorum ipsius, orbitatis mala eum experiri minime passus est: nam & piam educationem ei præstitit, & Imperium vacuum à seditionibus ac tumultibus donavit; & tyrannica consilia repressit. Memor itaque beneficiorum, auctorem suum assidue laudibus celebrat. Comites autem hymnorum habet sorores suas, quæ perpetuam virginitatem colunt, & sacrorum oraculorum meditationem pro summis deliciis habent, & quæ egentium necessitatem thesaurum tutissimum arbitrantur. Porro Imperator ipse, tum aliis multis dotibus est ornatus, tum præcipue clementia ac mansuetudine, & animi tranquillitate quæ nulla tempestate turbatur: ad hæc sincera & probata fide. Cujus certissimum argumentum allaturus sum.

Soz. l. IX. cap. 1.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λϛ'.

Περὶ τ ὕστερον γενομένης τοῖς πεπολεμηκόσιν Ἰωάννῃ τῷ ἐπισκόπῳ μεταμελείας, ϗ τ τ λειψάνων αὐτοῦ μετακομιδῆς.

Χρόνῳ μὴν τοι ὕστερον καὶ αὐτὰ τῷ διδασκάλῳ [2]τὰ λείψανα εἰς τὴν βασιλεύουσαν μετεκόμισαν πόλιν. καὶ πάλιν ὁ πιστὸς ὅμιλος, ὡς ἠπείρῳ τῷ πελάγει ἀφ' τ πορθμείων χρησάμενος, τῷ Βοσπόρῳ τὸ πρὸς τῇ Προποντίδι στόμα ταῖς λαμπάσι καλέχρυψε. τοῦτον ϗ ἐκείνῃ τῇ πόλει τ θησαυρὸν ὁ νῦν βασιλεύων προσήνεγκεν, [1]ὁ τοῦ πάππου τὴν προσηγορείαν λαχών, ϗ τὴν θυσέβειαν φυλάξας ἀκήραλον. ἔτος ὀπισθεὶς τῇ λάρνακι καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ϗ τὸ μέτωπον, ἱκετείαν ὑπὲρ τ γεγεννηκότων προσήνεγκε, συγγνώμην τοῖς ἐξ ἀγνοίας ἠδικηκόσιν ἀντιβολήσας. πάλαι μὲν γὰρ ἐτεθνήκεσαν οἱ τούτῳ γονεῖς, κομιδῇ νέον ἐν ὀρφανείᾳ καταλιπόντες. ἀλλὰ πεῖραν αὐτὸν λαβεῖν τῆς ὀρφανείας οὐκ εἴασεν ὁ τῶν πατέρων ϗ τῶν προγόνων Θεός. τροφῆς τε γὰρ αὐτὸν μεταλαχεῖν θυσεβοῦς παρεσκεύασε, ϗ τὴν βασιλείαν ἐφύλαξεν ἀσφαλῆ, ϗ τὰς τυραννικὰς ἐχαλίνωσε γνώμας. τοῦδε τ θυεργεσιῶν μεμνημένος ἀεὶ, τὸν θυεργέτην γεραίρει τοῖς ὕμνοις. ἔχει δὲ κοινωνοὺς τῆς ὑμνῳδίας τὰς ἀδελφὰς, ἃς βίᾳ τὴν παρθενίαν ἀσκούσας, ϗ τρυφὴν ἡγουμένας μεγίστην τὴν τ θείων λογίων μελέτην, ϗ θησαυρὸν ἄσυλον νομίζουσαι τ δεομένων τὰς [2]χρείας. αὐτὸν μὲν τοι τὸν βασιλέα πολλὰ ϗ ἄλλα ἐκόσμει· ϗχ ἥκιστα δὲ φιλανθρωπία ϗ πραότης, ϗ γαλήνη ψυχῆς ζάλῃ ὐ δεχομένη, ϗ πίστις ἀκραιφνής τε ϗ δόκιμος. ϗ ταύτης σαφὲς ἐπιδείξω τεκμήριον.

CAPUT XXXVII.

Fides Theodosii junioris & sororum ejus.

Theodosius junior à Sacris abstentus.

VIR quidam professione monachus, sed animo audacior, ad Imperatorem accessit ut aliquid ab eo postularet. Quod cum sæpius frustra fecisset, tandem Imperatori Ecclesiastica communione interdixit, injectoque vinculo discessit. Verum fidelissimus Imperator ad palatium reversus, cum jam tempus instaret convi-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΖ'.

Περὶ τῆς πίστεως Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, ϗ τ ἀδελφῶν αὐτοῦ.

[3]ΑΝήρ τις ἀσκητικὸν μὲν ἀσπαζόμενος βίον, θρασυτέρᾳ δ χρώμενος γνώμῃ, προσελήλυθε τῷ βασιλεῖ [4]περί τινος δεόμενος. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο δράσας πολλάκις οὐκ ἔτυχε, τ ἐκκλησιαστικῆς αὐτὸν κοινωνίας ἐκώλυσε, ϗ τὸν δεσμὸν ἐπιθείς, ὑπεχώρησεν. ὁ δὲ πιστότατος βασιλεύς, παραγενόμενος εἰς τὰ βασίλεια, ϗ τοῦ καιροῦ καλοῦντος εἰς

VALESII ANNOTATIONES.

[1 Ὁ τοῦ πάππου] In codice Regio hæc notantur ad marginem: *Θεοδόσιον λέγει τὸν νέον, ἐφ' ὃ καὶ ὁ συγγραφεὺς ὕστερος ἤκμαζεν.*]

2 Χρείας] Magis placet scriptura codicis Regii, in quo legitur χεῖρας. Eandem scripturam in suo codice reperat Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit hunc locum: *thesaurum inauferibilem existimantes manus egentium.*

[3 Ἀνὴρ] In codice Regio hæc notantur ad marginem: *περὶ τοῦ δόντος ἐπίτιμιον τῷ βασιλεῖ μοναχοῦ, κεφ. λϛ'.*]

4 Περί τινος δεόμενος] In codice Savilii scriptum est περὶ ἑαυτοῦ. Epiphanius tamen Scholasticus vulgatam lectionem tuetur. Sic enim vertit: *Quidam vir conversationis monachicæ adiit Imperatorem, pro quadam causa rogans.* Nicephorus quoque eandem lectionem retinuit. Sic enim habet, περί τινος δεησόμενος. [In codice Regio J. Pini scriptum est περὶ τούτου δέμενος.]

VARIORUM.

a Τὰ λείψανα] Fusè agit Baronius de Translatione Reliquiarum Sti. Joannis Chrysostomi *Comanis*, ubi vir Sanctus in exsilio obierat, Constantinopolim, facta, ut tradit Socrates lib. VII. cap. 45. sub Coss. anni 438. VI, Kal. Febr. seu die 27. mensis Januarii, quo etiamnum ejus Natale in Ecclesia Romana celebratur. *Ant. Pagi ad dict. ann. n. II.*

εὐωχίαν,

βώχιαν, ϗ τῶν συνόντων παρόντων, οὐκ ἔφη πρὶν
1 λυθῆναι τ̃ δεσμὸν, μεταλαχεῖν τροφῆς. ϗ τούτου δὴ
ἕνεκα πρὸς τ̃ ἀρχιερέα τ̃ οἰκειότατον ἔπεμψε, παρα-
2 καλῶν ἐπιτρέψαι [2]τῷ δεδωκότι τ̃ δεσμὸν ἀφε-
λῦσαι. τοῦ δὲ ἐπισκόπου φήσαντος μὴ χρῆναι παρὰ
παντὸς ὁτουοῦν δέχεσθαι τ̃ δεσμὸν, ϗ δεδηλωκότος
ὡς λέλυται, οὐκ ἐδέξατο τ̃ λῦσιν, ἕως ὁ δήσας σὺν
πολλῷ τῷ πόνῳ ζητηθεὶς, τ̃ κοινωνίαν ἀπέδωκεν.
3 οὕτω τοῖς θείοις [3]πεπίστευκε νόμοις. τούτου δὴ ἕνεκα
ϗ αὐτὸς τ̃ εἰδωλικῶν σηκῶν τὰ λειπόμενα, ἐκ βά-
θρων ἀνασπασθῆναι προσέταξεν, ὥστε τοὺς μετ' ἡμᾶς
ἐσομένους μηδὲν ἴχνος τ̃ προτέρας ἐξαπάτης θε-
άσασθαι· τήνδε γὰρ τ̃ ἀφέλειαν τῷ περὶ τούτων δι-
τέθεικε νόμῳ. τούτων γὰρ τ̃ ἀγαθῶν σπερμάτων δι-
νεκῶς δρέπεται τοὺς καρπούς. τ̃ γὰρ τ̃ ὅλων δεσπό-
4 την προμεθέμενον ἔχει. ϗ γὰρ νίκα [4]Ῥοΐλος Σκυ-
θῶν τῶν νομάδων ἡγούμενος, τόν τε Ἴστρον διέβη μ̃
φρατιᾶς ὅση μάλιστα πλείστης, καὶ τὴν Θρᾴκιον
ἐδῄου καὶ ἐληΐζετο, καὶ τὴν βασιλίδα πόλιν
πολιορκήσειν τε καὶ αὐτοῖσι αἱρήσειν, καὶ ἀνάστατον
ἠπείλει ποιήσειν, σκηπτοῖς ἄνωθεν ὁ Θεὸς ϗ πρηστῆρ-
σι βαλὼν, ϗ αὐτὸν κατέφλεξε, ϗ τ̃ φρατιὰν καθη-
5 νάλωσεν ἅπασαν. [5]τοιοῦτον δέ τι καὶν τῷ Περσικῷ
πολέμῳ πεποίηκεν. ἐπιδὴ γὰρ ἐκεῖνοι τ̃ Ῥωμαίων
ἀσχολίαν μεμαθηκότες, κτ' τ̃ ἀσυγχύτων ἐσπά-
6 τησαν, τὰς [6]περὶ τ̃ εἰρήνης συγκεχυκότες σπον-
δάς· ἐπεκούρει δὲ τοῖς πολεμουμένοις οὐδείς· τῇ γὰρ
εἰρήνῃ πεθαῤῥηκὼς ὁ βασιλεὺς, εἰς ἑτέρους πολέμους
ϗ τοὺς φρατηγοὺς ϗ τὰς φραπώστας ἐξέπεμψεν· ὑε-
τῷ λαβρολάτῳ ϗ χαλάζῃ μεγίστῃ βαλὼν, τὴν ἐπὶ
τὰ πρόσω πορείαν ἐκώλυσε, ϗ τ̃ τ̃ ἵππων ἐπέδη-
σε δρόμον. ϗ ἐν εἴκοσι ἡμέραις, ἰσαρίθμους ἐξανῦσαι
σταδίους οὐκ ἴσχυσαν, ἕως οἱ φρατηγοί τε ἀφίκοντο
ϗ τὰς φραπώστας συνήθροισαν. ϗ ἐν τῷ πρωτέρῳ
δὲ πολέμῳ, τούτους αὐτοὺς τ̃ ἐπώνυμον τοῦ βασι-
λέως πολιορκοῦντας πόλιν, καταγελάστους ἀπέφηνε.
7 πλείους γὰρ ἢ τριάκοντα ἡμέρας, [7]παυσυδὶ Γορορά-
νης τ̃ προειρημένην κυκλώσαντος πόλιν, ϗ πολλὰς
μ̃ ἐλεπόλεις προσενεγκόντος, μηχαναῖς δὲ χρησα-
μένου μυρίαις, ϗ πύργους ἔξωθεν ὑψηλοὺς ἀντηρεί-
σαντος, μόνος ἀντέσχεν ὁ θεῖος ἀρχιερεύς. Εὐνόμιος
ἦν τούτῳ ὄνομα ἦν· ϗ τ̃ προσφερομένων μηχανημά-
των τ̃ ῥύμην διέλυσε· ϗ τοὺς φρατηγοὺς τ̃ ἡμετέρων

vii, & adeſſent convivæ, negavit ſe prius cibum ſumpturum, quam vinculis ſolutus eſſet. Atque idcirco unum ex familiaribus ad Epiſcopum miſit, rogans ut mandaret ei qui ligaverat, ut vinculum demeret. Cumque Epiſcopus reſpondiſſet, non à quovis vinculum accipi oportere, ſolutumque eum eſſe renuntiaſſet, ſolutionem non admiſit, donec is qui ligaverat, non ſine multo labore quæſitus, communionem reſtituiſſet. Tantam fidem habebat divinis legibus. Hujus rei cauſa, ipſa quoque idolorum templa quæ adhuc ſupererant, funditus deſtrui juſſit, ut poſteri ne veſtigium quidem ullum priſtini erroris poſſent intueri. Hanc enim ſententiam Conſtitutioni ſuper ea re datæ inſeruit. Porro ex his bonis ſeminibus fructus aſſidue percipit. Habet enim Dominum hujus univerſi, qui ipſius ſaluti utilitatique proſpiciat. Nam cum Roïla Scytharum hac illac vagantium Regulus, Iſtrum cum innumerabili exercitu tranſgreſſus, Thraciam vaſtaret ac depopularetur, ipſamque urbem Regiam obſeſſurum ſe & primo impetu capturum, ac funditus everſurum eſſe minaretur, fulminibus & igneis turbinibus cœlitus immiſſis Deus illum exuſſit, & univerſas ejus copias delevit. Nec abſimile quiddam bello etiam Perſico præſtitit. Cum enim Perſæ Romanos alibi occupatos cernentes, rupto pacis fœdere, in vicinas ſibi provincias cum exercitu irrupiſſent, nec ullus adeſſet qui auxilium ferret: Pacis enim fœdere confiſus Imperator, & Duces & milites ad alia bella miſerat: Deus miſſo imbre vehementiſſimo & ingenti grandine, ulterius eos progredi vetuit, & equorum curſum inhibuit: adeo ut viginti dierum ſpatio, totidem ſtadia conficere haudquaquam potuerint, donec tandem & Duces ipſi advenerunt, & militares copias collegerunt. Priore quoque bello, cum iidem Perſæ urbem Imperatori cognominem obſidione cinxiſſent, Deus illos ludibrio expoſuit. Nam cum Gororanes rex triginta & amplius diebus ſupradictam urbem obſediſſet, multaſque ei teſtudines admoviſſet, & innumeras machinas adhibuiſſet; turres denique altiſſimas extrinſecus objeciſſet, ſolus ei reſtitit divinus Epiſcopus, Eunomius nomine. Is enim machinarum quæ admovebantur, impetum fregit. Cumque Du-

SÆC. V.

Idolorum templa funditus ſubverſa.

Roïla Scytha.

Gororanes rex Perſ.

Eunomius Ep.

VALESII ANNOTATIONES.

[1 Poſt λυθῆναι addit οἱ cod. Reg.]

2 τῷ δεδωκότι] Mallem ſcribere τῷ δεδεκότι. Sic certe legiſſe videtur Epiphanius Scholaſticus, ut ex verſione ejus apparet. Ita enim vertit, *Rogans ut juberet ei qui ligaverat, ut ipſius vincula ſolveret.* Porro hæc narratio in primis notanda eſt, multis de cauſis. Primum enim ex ea concludi poteſt, pœnitentiam non uſquequaque abrogatam eſſe a Nectario. Videmus enim excommunicationem eo tempore uſitatam fuiſſe, quam ſecuta eſt abſolutio, quæ ſine pœnitentia eſſe non poteſt. Præterea hæc narratio mirifice confirmat vulgarem illam regulam Juris Canonici, quæ dicit excommunicationem timendam eſſe, etiamſi injuſta ſit. Vides enim Imperatorem ſine cauſa excommunicatum, excommunicationem tamen non ſpernere. Denique hæc narratio id nos docet, ejuſdem hominis eſſe ſolvere qui ligavit. Quamobrem Imperator ligatus ab inferioris gradus clerico, abſolutione Pontificis ſui contentus non fuit: ſed ab eo ipſo abſolvi voluit qui ipſum vinxerat. Atque id Imperatoris factum prædicat Theodoritus, quod in eo divinis legibus obſecutus ſit. Ac Theodoritus quidem virum illum a quo excommunicatus fuerat Theodoſius, Presbyterum fuiſſe non dicit. Non dubito tamen quin Presbyter fuerit. Quomodo enim jus excommunicandi & abſolvendi uſurpare potuiſſet, niſi in Presbyterio conſtitutus? Hinc etiam eſt, quod Imperator ad Epiſcopum miſit, rogans ut ei viro tanquam clerico ſuo præciperet, ut abſolutionem ipſi impertiretur. Cæterum utrum ſimplex Presbyter excommunicandi jus habeat, aliis diſquirendum relinquo. Ex hac quidem narratione colligi videtur, id juris ei non competere, niſi mandatum fuerit ab Epiſcopo.

[3 Πεπίστευκε] Πεπιστύκει cod. Reg.]

4 Ῥοΐλος Σκυθῶν τῶν νομάδων] [In codice Regio J. Pini,] & Apud Nicephorum & Epiphanium Scholaſticum Ῥοΐλας ſcribitur, rectius ut opinor. Hic eſt, ut puto, Roas qui ante Attilam Hunnicis Gentibus imperavit, ut ſcribit Priſcus in Hiſtoria Gothica, & Jordanes. Apud Priſcum Ῥούας dicitur.

[5 Τοιοῦτον δέ τι] Τοιουτότροπόν τι cod. Reg.]

[6 Παρὰ] Περὶ.]

[7 Παυσυδὶ Γορορά́νου] Παυσυδὶ Γοραράνου cod. Reg.]

τὴν

SÆC. V.

ces noſtri pugnare cum hoſtibus detrectarent, nec obſeſſis opem ferre auderent, ipſe ſeſe hoſtibus opponens, urbem incolumem ſervavit. Et cum unus ex Regulis qui Perſarum Regi parebant, more ſolito blaſphemare auſus fuiſſet, eademque dixiſſet quæ olim Rapſaces & Sennacherib, & furore percitus incenſurum ſe Dei templum minatus eſſet; divinus ille vir rabiem illam ferre non valens, unam ex baliſtis cui nomen Apoſtoli Thomæ inditum erat, ad pinnam muri ſtatui juſſit. Cumque ingentem lapidem ei imponi præcepiſſet, mox in nomine ejus qui blaſphematus fuerat, emitti mandavit: qui recta in impium illum regulum delatus, & in impurum os ejus impactus, & vultum comminuit, & totum caput contrivit; cerebrum denique humi diſperſit. Quod cum vidiſſet is qui exercitum collegerat, urbemque ſe capturum ſperabat, diſceſſit, re ipſa ſe victum confeſſus; metuque perculſus pacem cum Romanis pepigit. Adeo ſummus omnium rector ac moderator Deus, fideliſſimi Imperatoris curam gerit. Nam & ipſe famulum Dei ſe profitetur, & convenientem Domino exhibet cultum. Hic ergo reliquias maximi illius luminis orbis terrarum, deſideranti eas civitati reddidit. Verum hæc quidem poſtea contigerunt.

Apoſtoli nomen baliſtæ inditum.

τ πρὸς τὺς πολεμίυς ἀπειρηκότων μάχην, ϗ τοῖς πολιορκυμένοις ἐπαρκεῖν ϗ τολμώντων, ὗτος ἀντιφθεγξάμενος ἀπόρθητον τὴν πόλιν ἐφύλαξεν. ἑνὸς δὲ τ τοῦ τ βαρβάρων τελούντων βασιλέων, τ συνήθη βλασφημίαν τετολμηκότος, ϗ τὰ Ῥαψάκυ καὶ Σενναχηρεὶβ Φθεγξαμένυς, καὶ μανικῶς ἀπειλήσαντος τὸν θεῖον πυρπολήσειν νεών, ὐκ ἐνεγκὼν τὴν λύτταν ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, τὸ λιθοβόλον ὄργανον τῷ τὴν ἔπαλξιν τεθῆναι κελεύσας, ὁ ϗ ἀποστόλυ Θωμᾶ ἐπώνυμον ἦν, ϗ λίθον μέγαν ὀπισθεν ἐνεγκεῖν παρεγγύησας, ὀν τῷ ὀνόματι τῦ βλασφημηθέντος ἀφεῖναι προσέταξεν. ὁ ϗ καιρυθεὶς ϗ δυσεβὴς βασιλέως ἐκείνυ κατενεχθεὶς, ϗ τῷ σώματι πλάσας τῷ μυσαρῷ, τό, τε πρόσωπον διέφθειρε, καὶ τὴν κεφαλὴν συνέτριψεν ἅπασαν, ϗ τ ἐγκέφαλον διέρανε τῇ γῇ. τῦτο θεασάμενος ὁ τὴν γραπὰν ἀγείρας ϗ τὴν πόλιν αἱρήσειν ἐλπίσας, ᾤχετο τὴν ἦτταν ἀφ' τ πραγμάτων ὁμολογῶν, ϗ δείσας τῷ εἰρήνην ἐσπείσατο. οὕτως ὁ τ ὅλων παμβασιλεὺς ϗ πιστάτυ κήδεται βασιλέως. ϗ γὰρ δὴ ϗ ὗτος τῷ δουλείαν ὁμολογεῖ, ϗ τὴν ἁρμόττυσαν τῷ δεσπότῃ θεραπείαν προσφέρει. ὗτος τοῦ μεγάλυ φωςῆρος τ οἰκυμένης τὰ λείψανα τῇ ποθούσῃ ἀποδέδωκε πόλει. ἀλλὰ ταῦτα μὲ ὕστερον ἐγένετο.

CAPUT XXXVIII.

De Theodoto Antiochenſi Epiſcopo.

Socr. l. VII. cap. 11.

INTERIM vero mortuo Innocentio, præſtantiſſimo Romanæ urbis Epiſcopo, ſucceſſit Bonifatius: Bonifatium deinde excepit Zoſimus, Zoſimum Cæleſtinus. Hieroſolymis vero poſt admirandum Joannem, Praylius Eccleſiæ curam ſuſcepit, vir nomini ſuo egregie reſpondens. Antiochiæ autem, poſt divinum Alexandrum Theodotus, caſtitatis gemma, Eccleſiam illam gubernavit: vir ſingulari manſuetudine & exacta vivendi ratione conſpicuus. Hic Apollinaris ſectatores reliquo gregi adjunxit, rogatus ut illos Eccleſiæ corpori aggregaret. Multi tamen eorum, priſtini erroris haud obſcuram notam retinuerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΗ'.

Περὶ Θεοδότυ ϗ ἐπισκόπυ Ἀντιοχείας.

[1] ΙΝοκέντιον δὲ ἐκεῖνον τ ἄριστον τ Ῥώμης ἐπίσκοπον, Βονιφάτιος διεδέξατο· Ζώσιμος δὲ, Βονιφάτιον· τ δὲ Ζώσιμον, Κελεστῖνος. ὁ Ἱεροσολύμοις δὲ μὲ τ θαυμάσιον Ἰωάννην, [2a] Πραύλιος τὴν τ ἐκκλησίας ἐπιτεύθη κηδεμονίαν, ἀνὴρ τῷ ὄντι φερώνυμος. ὁ Ἀντιοχείᾳ δὲ μὲ τ θεῖον Ἀλέξανδρον Θεόδοτος, τῆς σωφροσύνης ὁ μαργαρίτης, τὴν τῆς ἐκκλησίας προεδρείαν παρέλαβε, πραότητι μὺ διαπρέπων, ἀκριβείᾳ δὲ βίυ κοσμύμενος. οὗτος τὴν Ἀπολιναρίυ φραξίαν τοῖς ἄλλοις προβάτοις ἀνέμιξε, [3] λιπαρηθεὶς αὐτὺς ἑνῶσαι τῇ ποίμνῃ· πολλοὶ δὲ τύτων διέμειναν τὺ προτέρυ λώβην ἐπίσημον ἔχοντες.

1 2 3

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ινοκέντιον δὲ] Ab iis verbis caput exorſi ſumus. Quam quidem conjecturam nemo erit, ut opinor, qui non probet. Nam quæ præcedunt, ad ſuperius caput pertinent.

2 Πραύλιος ἀνὴρ φερώνυμος] Id eſt πρᾶος. Nam Praylius nomen eſt diminutivum. Hujus Praylii Ieroſolymorum Epiſcopi mentio fit in vita Porphyrii Gazenſis Epiſcopi, eodemque tempore Joannes Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus fuiſſe dicitur. A quo Porphyrius tanquam à Metropolitano Epiſcopus eſt ordinatus. [In codice Regio Πραύλος dicitur.]

3 Λιπαρηθεὶς] Hoc verbum active ſumpſit Epiphanius Scholaſticus. Sic enim vertit: *Rogans eos ut reliquo unirentur ovili.* Eundem ſenſum ſecutus eſt Chriſtophorſonus. Sed rectius Jacobus Sirmundus in paſſiva ſignificatione accepit. Theodotum igitur à fidelibus rogatum eſſe intelligo, ut Apollinariſtas qui admodum pauci erant, reliquo Eccleſiæ corpori adjungeret. Mirum eſt tamen, in hujus verbi interpretatione lapſum eſſe Camerarium, qui ſic vertit. *In ſummo eos cum Eccleſia conjungendi labore.*

VARIORUM.

2a Πραύλιος] Praylius, antea factus chorepiſcopus Hieroſolymis, anno 398, Joanni ſucceſſit anno 416. ut docet Ant. Pagi ſub eo anno, n. XX. De Joanne, qui ſederat annos triginta, vid. Socr. lib. V. c. 15. Theodotus Alexandrum in ſede Antiochena excepit anno 420. ut ibi ſcribit idem Pagius, n. XXII.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΘ'.

Περὶ τῶν ἐν Περσίδι διωγμοῦ, καὶ τῶν ἐκεῖ μαρτυρησάντων.

CAPUT XXXIX.

De persecutione Christianorum in Persida; & qui illic martyrium perpessi sint.

[a] Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, [a] Ἰσδιγέρδης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς τὴν κατ' ἐκκλησιῶν ἐκίνησε πόλεμον, πρόφασιν ὀντεῦθεν λαβών. Ἄβδας τις ἐπίσκοπος ἦν, πολλοῖς κοσμούμενος εἴδεσιν ἀρετῆς· οὗτος οὐκ εἰς δέον τῷ ζήλῳ χρησάμενος Πυρεῖον καθείλυσε. Πυρεῖα δὲ καλοῦσιν ἐκεῖνοι τοὺς πυρὸς τοὺς νεώς. Θεὸν γὰρ τὸ πῦρ ὑπειλήφασι. τοῦτο μαθὼν παρὰ τῶν μάγων ὁ βασιλεὺς, μετεπέμψατο τὸν Ἄβδαν. καὶ πρῶτον μὲν ἠπίως τὸ πραχθὲν ἠτιάσατο, καὶ τὸ Πυρεῖον οἰκοδομῆσαι προσέταξεν. ἐκείνου δὲ ἀντιλέγοντος, καὶ τοῦτο δρᾶσαι ἢ φάσκοντος, πάσας καταλύσειν τὰς ἐκκλησίας ἠπείλησε· καὶ μύθοι καὶ τέλος ἐπέθηκεν οἷς ἠπείλησε. πρότερον γὰρ τὸν θεῖον ἄνδρα ἐκεῖνον ἀναιρεθῆναι κελεύσας, καταλυθῆναι τὰς ἐκκλησίας προσέταξεν. ἐγὼ δὲ τὴν μὲν τοῦ Πυρείου καταλυσιν οὐκ εἰς καιρὸν γεγενῆσθαι φημί. οὐδὲ γὰρ ὁ θεῖος Ἀπόστολος εἰς τὰς Ἀθήνας ἀφικόμενος, καὶ τὴν πόλιν κατείδωλον θεασάμενος, τῶν βωμῶν τινὰ τῶν ὑπ' ἐκείνων τιμωμένων κατέλυσεν· ἀλλὰ λόγῳ καὶ τινὶ ἄγνοιαν ἤλεγξε, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἔδειξε. τὸ δὲ τὸν καταλυθέντα μὴ ἀνοικοδομῆσαι νεὼν, ἀλλὰ τινὶ σφαγιῷ ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ τοῦτο δρᾶσαι, κομιδῇ θαυμάζω, καὶ σφόδρα τιμῶμαι. ἴσον γάρ μοι δοκεῖ τῷ προσκυνῆσαι τὸ πῦρ, τὸ, τὸ τέμενος δείμαντι. ὀντεῦθεν ὁ κλύδων ἤρχετο λαῶν, παλαιά τε καὶ ἄγεια καὶ ἐκ θυσεβείας σοφίμων ἐκίνησε κύματα. καὶ τριάκοντα διεληλυθότων ἐτῶν ἡ ζάλη μεμένηκεν, ὑπὸ τῶν Μάγων, καθάπερ ὑπό τινων καταιγίδων ῥιπιζομένη. Μάγους δὲ καλοῦσιν οἱ Πέρσαι

1 τοὺς τὰ στοιχεῖα θεοποιοῦντας. τὴν δὲ τούτων μυ-
2 θολογίαν [2] ἐν ἑτέρῳ συγγράμματι δεδηλώκαμεν, ἐν ᾧ καὶ τὰς λύσεις ταῖς τούτων πεύσεσι προσηνέγκαμεν.

PER idem tempus Isdigerdes Persarum Rex, Ecclesiis gentis suæ bellum intulit, occasione inde arrepta. Erat quidam Episcopus, nomine Abda, multis virtutis generibus ornatus. Hic zelo immoderato impulsus, Pyreum destruxit. Ita Persæ vocant templa igni consecrata: ignem enim, Deum esse arbitrantur. Rex ea de re per magos certior factus, Abdam ad se evocavit. Ac primum quidem leniter id facinus reprehendit, jussitque ut Pyreum ædificaret. Sed cum Abda contradiceret, seque id facturum negaret, Rex cunctas Ecclesias se destructurum minatus est. Sed & minas suas ad effectum perduxit. Etenim divino illo viro prius trucidari jusso, Ecclesias solo æquari præcepit. Ego vero Pyreum quidem intempestive ab Episcopo destructum fuisse fateor. Neque enim divinus Apostolus, cum Athenas venisset, & urbem simulacrorum cultui deditam esse vidisset, aram ullam Deorum qui ab iis colebantur evertit: sed illorum errorem verbis coarguit, & veritatem demonstravit. Quod vero eversum fanum minime instauraverit, sed mori maluerit quam id præstare, id equidem admiror, & coronis dignum judico. Igni enim templum extruere, non minus esse censeo quam eundem adorare. Hinc igitur exorsa tempestas, gravissimos ac sævissimos fluctus adversus alumnos pietatis excitavit. Ac triginta jam elapsis annis, permansit nihilominus, à Magis, tanquam quibusdam ventis ac turbinibus suscitata. Magos autem Persæ vocare solent eos, qui elementis divinitatem tribuunt. Eorum fabulas nos in alio opere exposuimus, in quo ad singulas eorum interrogationes solutionem attulimus. Sed &

Abdas Ep. Pers. Pyreum intempestive destruit.

Idem instaurare recte refugit.

Magi.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τοὺς τὰ στοιχεῖα θεοποιοῦντας] Vocabulum στοιχεῖα hoc loco non significat quatuor elementa. Neque enim Magi apud Persas quatuor elementa adorabant, sed solum Ignem & Lunam ac Solem, quemadmodum docet Epiphanius in Epilogo librorum adversus hæreses, μαγουσαῖοι παρὰ Πέρσαις καλούμενοι, οἱ εἰδωλα μὲν βδελυττόμενοι, εἰδώλοις δὲ προσκυνοῦντες, πυρὶ καὶ σελήνῃ καὶ ἡλίῳ. Certe Græci Solem ac Lunam appellare solent στοιχεῖα. Sic enim Joannes Chrysostomus in Homilia 58. in Matthæum de Lunaticis scribit. ὁ γὰρ δαίμων ἐπὶ ἀμφοτέρῳ τῷ στοιχείου καὶ ἐπιτίθεται τοῖς ἀλοῦσι, καὶ ἀνίησιν αὐτοὺς κατὰ τὰς τῆς σελήνης δρόμους. Sed & Latini elementa interdum appellant Solem ac Lunam & reliquos Planetas. Hieronymus in epistola ad Hedybiam, quæstione 4. *Omnis hebdomada*, inquit, *in Sabbatum, & in primam, & in secundam, & tertiam, & 4, & 5, & sextam Sabbati dividitur, quas Ethnici Idolorum & Elementorum nominibus appellant.* Sic etiam Leo Magnus in Sermone septimo de nativitate Domini: *Quid autem est Sol, & quid Luna, nisi visibiles creaturæ, & corporeæ lucis elementa?* Sed & Maximus Taurinensis ita loquitur in Homilia de defectu Lunæ, ubi dicit: *Clamabatis enim, ne tacentibus vobis perderetur elementum.* Nec aliter sumit hoc nomen Gregorius Nyssenus in vita S. Macrinæ, ubi ait tantam esse audaciam Pictorum, ὡς καὶ αὐτῶν τῶν στοιχείων τὰς εἰκόνας διὰ τῆς μιμήσεως ἀναπτοῦσθαι. Quin & duodecim signa Zodiaci ita vocarunt, ut observavi in Annotationibus Eusebianis Hist. Eccl. lib. III. c. 31.

2 Ἐν ἑτέρῳ συγγράμματι] Hujus operis sui adversus magos meminit Theodoritus in Epistola 82 ad Eusebium Episcopum Ancyræ.

VARIORUM.

a Ἰσδιγέρδης] Sapor, Isdigerdes, & Vararanes, omnes successive Persarum reges, Christianos persecuti sunt. Non dubium est, inquit *Pagius* anno 408. quin hæc Persecutio, de qua hic agitur, cœperit sub finem regni Isdigerdis, seu anno Christi 414. cum Theophanes & Cyrillus Monachus uno consensu id scribant. Vid. annotata ad Socr. lib. VII. cap. 18.

καὶ

SÆC. V.

Gororanes.

Gororanes Isdigerdis filius, post patris obitum, una cum ejus regno bellum quoque adversus pietatem, quasi hereditario jure transmissum suscepit; & ipse moriens, utrumque simul junctum filio tradidit. Suppliciorum autem varias species, & tormenta ab illis excogitata quibus pios homines excruciarent, haud facile est exponere. Aliorum enim manus, aliorum terga excoriarunt. Aliorum capita, à fronte exorsi, ad barbam usque cute nudarunt. Nonnullos sectis per medium arundinibus operiebant, ipsas sectiones corporibus applicantes; deinde, cum firmissimis vinculis à capite ad pedes usque eos constrinxissent, singulas arundines vi extrahebant, ut vicina cute simul tracta, acerbissimum dolorem afferrent. Foveas præterea fodientes, easque diligenter oblinentes, magnorum murium agminibus implebant, pietatisque athletas eis in pabulum præbebant, manus illorum ac pedes vincientes, ne bestias à se abigere possent. Mures itaque, urgente ipsos fame, carnes Sanctorum paulatim depascebantur, diuturnum & acerbum cruciatum eis inferentes. Alia præterea multo graviora supplicia excogitarunt, hostem generis humani & veritatis inimicum, doctorem habentes. Nec tamen athletarum fortitudinem frangere potuerunt. Ultro enim accurrebant, mortem qua immortalis paratur vita, oppetere cupientes. Duos porro tresve hoc loco commemorabo, ut ex iis reliquorum etiam constantia perspici possit. Hormisda quidam erat, valde nobilis apud Persas, ex Achemenidarum stirpe, patre ortus Præfecto. Hunc Rex cum Christianum esse didicisset, ad se adduci, & Deum Servatorem suum negare jussit. Verum ille, Regem ea imperare respondit, quæ nec justa essent nec utilia. Is enim, inquit, qui summum omnium Deum facile contemnere ac negare didicerit, Regem multo facilius contemnet, cum hic homo sit morti obnoxius. Quod si extremo supplicio dignus est is qui tua sceptra negaverit, ὁ Rex, quanto graviora meretur supplicia qui Deum hujus universi conditorem negat? At Rex, qui horum sermonum sapientiam mirari potius debuerat, fortissimum athletam divitiis & honoribus spoliavit: nudumque solo tectum subligaculo, camelos exercitus trahere præcepit. Multis post diebus elapsis, Rex è camera prospiciens, videt optimum illum virum solis radiis perustum & pulvere oppletum. Tum paternæ memor nobilitatis, eum ad se ac-

Varia supplicia.

Hormisda.

ϗ [a] Γοροράνης δὲ ὁ υἱὸς Ἰσδιγέρδου, μετὰ τὸν παῖδος τελευτὴν, σὺν τῇ βασιλείᾳ ϗ τὴν τοῦ θείου διεδέξατο πόλεμον, ϗ τελευτῶν ἄμφω ταῦτα συνεζευγμένα κατέλειπε τῷ παιδί. τὰς δὲ τῶν πμωρειῶν εἰδέας, ϗ τῶν κολαστηρίων τὰς ἐπινοίας, ἃς τοῖς θεοσεβέσι προσήνεγκαν, ϗ ῥᾴδιον φράσαι. τὰ μὲν γὰρ τὰς χεῖρας ἀπέδειραν, τὰ δὲ τὰ νῶτα. ἄλλων δὲ τὰς κεφαλὰς ἀπὸ τῶν μετώπων ἀρξάμενοι μέχρι τῶν πωγώνων, γυμνὰς τὰ δέρματων εἰργάσαντο. εἶτα ϗ καλάμοις ἡμιτόμοις καλύψαντες, ϗ τὰς τομὰς τῷ σώματι προσαρμόσαντες, εἶτα δεσμὰ μεγαλα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς μέχρι τῶν ποδῶν περιθέντες, βίᾳ ἕκαστον τῶν καλάμων ἐξεῖλκον, ἵνα τὸ πελάζον τοῦ δέρματος παρασύροντες, [1] πικρὰς ὀδύνας [2] ἐργάζωνται. ϗ λάκκους ϗ ὀρύξαντες, ϗ τούτους ἀκεραίως [3] καταχρίσαντες, μυῶν μεγάλων ἀγέλας ἐν τούτοις κατεῖρξαν, ϗ τροφὴν αὐτοῖς τοὺς τῆς θεοσεβείας προσέφερον ἀθλητάς, ϗ τὰς χεῖρας αὐτῶν ϗ τοὺς πόδας δεσμοῦντες, ὅπως ἀπὸ σφῶν ἀπελαύνῃ τὰ θηρία μὴ δύνωνται. οἱ δὲ μύες ὑπὸ τοῦ λιμοῦ πιεζόμενοι, καλεραχοῦ τὰς τῶν ἁγίων καταπλίσκον σάρκας, μακρὰν αὐτοῖς ϗ ἀλγεινὴν τὴν πμωρείαν προσφέροντες. ϗ ἄλλας δὲ τούτων χαλεπωτέρας ἐπενόησαν τιμωρίας, τὴν τῆς Φύσεως ἀλάστορα ϗ τῆς ἀληθείας πολέμιον, διδάσκαλον ἔχοντες. ἀλλ' οὐκ ἤλεγξαν τὴν ἀθλητῶν τὴν ἀνδρείαν. αὐτόματοι γὰρ ἔδεχον, τὴν τῆς ἀναλέθρου ζωῆς πρόξενον λαβεῖν ἱμειρόμενοι θάνατον. δύο δὲ ἢ τριῶν μνημονεύσομαι, ἵνα διὰ τούτων ἐπιδείξω ϗ τὴν τῶν ἄλλων ἀνδρείαν. Ὀρμίσδης τις τὸν ἄγαν εὐφανῶν παρὰ Πέρσαις ἐτύγχανεν ὤν, [b] Ἀχαιμενίδης ἀνὴρ, πατέρα ὕπαρχον ἐχόμενος. τοῦτον Χριστιανὸν εἶναι μεμαθηκὼς ὁ βασιλεὺς, ἤγαγέ τε ϗ προσέταξεν ἀρνηθῆναι τὴν σεσωκυῖαν Θεόν. ὁ δὲ ἔφη, μήτε δίκαια, μήτε συμφέροντα προστάττειν τὸν βασιλέα. ὁ γάρτοι παιδευόμενος ῥᾳδίως τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων καταφρονεῖν, ϗ τοῦτον ἀρνεῖσθαι, ῥᾴον ἂν ϗ βασιλέως καταφρονήσαι. ἄνθρωπος γὰρ δήπου, θνητὴν φύσιν κεκληρωμένος. εἰ δὲ τιμωρίας ἐσχάτης ἄξιος ὁ τὰ σὰ, ὦ βασιλεῦ, ἀρνούμενος σκῆπτρα, πολλαπλασίων κολάσεων ἀξιώτερος ὁ τοῦ παντὸς ἀρνούμενος ποιητήν. ὁ δὲ βασιλεὺς, δέον τὴν τῶν εἰρημένων θαυμάσαι σοφίαν, ἐγύμνωσε μὲν ϗ τοῦ πλούτου ϗ τῶν ἀξιωμάτων τὸν γενναῖον ἀθλητήν· γυμνὸν δὲ ἔλκειν τῆς φρατιᾶς τοὺς καμήλους ἐκέλευσεν, αἰσχύμασι χρώμενον μόνον. πολλῶν δὲ διελθουσῶν ἡμερῶν διακύψας ἀπὸ τῆς καμάρας, εἶδε τὸν ἄριστον ἄνδρα ἐκεῖνον ὑπὸ τῆς ἀκτῖνος φλεγόμενον, ϗ κόνεως ἀναπιμπλάμενον· ϗ τὴν παῤῥησίας εὐφανείας ἀναμνησθείς,

VALESII ANNOTATIONES.

[1 Post πικρὰς addit τὰς cod. Reg.]
[2 Ἐργάζωνται] Ἐργάσωνται· λάκκους ὀρύξ— cod. Reg.]
3 Καταχρίσαντες] Restituimus καταχρίσαντες, ut habet codex Savilii. Atque ita etiam legit Christophorsonus: vertit enim *inungere*. Camerarius & Sirmundus *obturare*. Ego *oblinire* mallem interpretari, quod fit calce & gypso.

VARIORUM.

a Γοροράνης] Alii Vararanem appellant. Vide Socratem lib. VII. cap. 18. & Evagrium lib. I. cap. 19. *W. Lowth.*
b Ἀχαιμενίδης ἀνὴρ] Achemenes fuit primus Persarum rex, a quo postea omnes reges Persiæ, usque ad Darium, descenderunt. *Vetus Scholiastes in illud Horatii, Carm. lib. II. Od.* 12. Num tu quæ tenuit dives Achemenes, &c.

ἤγαγέ

ἤγαγέ τι ᾧ ὀφύσαλλος χιτωνίσκον ἐκ λίνου πεποιημένον ἐκέλευσεν. εἶτα νομίσας ὑπό τε τῆς προτέρας πόνου ᾗ τῆς γεγενημένης φιλανθρωπίας μαλακιζῆναι τὸ φρόνημα, νῦν γῆν, ἔφη, τὸ εἶδος ἐκείνης ἀπαλλαγείς, ἀρνήθητι τοῦ τέκτονος τὸν υἱόν. ὁ δὲ ζήλου θείου πλησθείς, διέρρηξέ τε τὸν χιτωνίσκον ᾗ προσέρριψεν, ὑπειπών· εἰ διὰ τοῦτό με οἴει τῆς θυσεβείας ἐκχήσεσθαι, ἔχε τὸ δῶρον μετὰ τῆς δυσεβείας. ταύτῃ αὐτοῦ τὴν ἀνδρείαν ὁ βασιλεὺς θεασάμενος, γυμνὸν ἔτω τῆς βασιλείας ἐξήλασε. ᾗ Σύηνην δὲ χιλίων οἰκετῶν δεσπότην, ἀντιπόντα αὐτῷ, ᾗ δεῖνηθῆναι τὸν ποιητὴν οὐκ ἀναχόμενον, ἐρόμενος ὅστις εἴη τῶν οἰκετῶν ὁ κάκιστος, ἐκείνῳ τὰ ἄλλων τὴν δεσποτείαν παρέδωκε, ᾗ τὸν δεσπότην ἐκείνῳ δουλεύειν προσέταξε. συνέζευξε δ' αὐτῷ ᾗ τὴν δέσποιναν τὴν τοῦ δεσπότου ὁμόζυγα, ταύτῃ μεταπείσειν ὑποστήσας τῆς ἀληθείας τὸν πρόμαχον. ἀλλ' ἐψεύσθη τῆς ἐλπίδος· ἐπὶ γὰρ τῆς πέτρας ᾠκοδομημένῳ εἶχε τὴν οἰκίαν. Βενιαμὶν δέ τινα διάκονον συλλαβὼν καθεῖρξε. δύο δὲ διελθόντων ἐτῶν πρεσβευτὴς Ῥωμαίων ἀφίκετο, περὶ ἑτέρων πρεσβεύων πραγμάτων. εἶτα τοῦτο μαθὼν, ᾔτησε τὸν βασιλέα τοῦ διακόνου τὴν ἄφεσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ὑποσχέσθαι προσέταξε τὸν Βενιαμὶν, ὡς οὐδενὶ τῶν Μάγων τῷ Χριστιανικῷ διδασκαλίαν προσοίσοι. ᾗ ὁ μὲν πρεσβευτὴς φυλάξειν τὰ προσταχθέντα τὸν Βενιαμὶν ἐπηγγείλατο. ὁ δὲ Βενιαμὶν ἀκούσας τοῦ πρεσβευτοῦ παραινέσεων, ἀδύνατον, ἔφη, μὴ μεταδοῦναί με τοῖς φωτὸς οὗ μετέλαχον. ὁπόσης γὰρ ἄξιον τιμωρίας, καλαχρύψαι τὸ τάλαντον, ἡ τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων ἱστορία διδάσκει. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐδὲν τηνικαῦτα γνοὺς ὁ βασιλεὺς, ἐκέλευσεν αὐτὸν τῶν δεσμῶν ἀφεθῆναι. ἐκεῖνος δὲ τὰ συνήθη διετέλει, ᾗ ζωγρῶν τοὺς τῷ ζόφῳ τῆς ἀγνοίας κατεχομένους, ᾗ τῷ νοερῷ προσάγων φωτί. ὡς αὐτοῦ δὲ διελθόντος, ἐμηνύθη τῷ βασιλεῖ τὰ παρ' ἐκείνου γιγνόμενα· ᾗ ἀγαγὼν αὐτὸν ζῆναι προσέταξε τὸν ὑπ' αὐτοῦ προσκυνούμενον. ὁ δὲ ἤρετο τὸν βασιλέα, τίνος τιμᾶται τὸν τῷ ἑαυτοῦ μὴ καταλιπόντα βασιλείαν, ἑτέραν δὲ προαιρούμενον. ἐκείνου δὲ εἰπόντος, θανάτου ᾗ τιμωρίας ἐσχάτης, εἶπεν ὁ σοφώτατος ἀνήρ· τί οὖν οὐκ ἂν πάθοι δικαίως ἄνθρωπος, τὸν μὲν ποιητὴν καὶ δημιουργὸν καταλιμπάνων· ἕνα δὲ τῶν ὁμοδούλων θεοποιῶν, καὶ τὸ ὀφειλόμενον ἐκείνῳ σέβας τούτῳ προσφέρων; χαλεπήνας δὴ οὖν ὁ βασιλεὺς, τοὺς τοιούτους λόγους εἴκοσι καλάμους ὀξύνας, τοῖς τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν ὑπέπηξεν ὄνυξιν. ἐπειδὴ δὲ εἶδε παίγνιον τὴν τιμωρίαν ὑπολαμβάνοντα, ἕτερον αὖ πάλιν κάλαμον ὀξύνας, ἐνέβαλε τῷ παιδογόνῳ μορίῳ, καὶ τοῦτον συνεχῶς ἐξαίρων καὶ εἰσείρων, ἀῤῥήτους τινὰς ἀλγηδόνας εἰργάζετο. μὴν τῇδε τῷ τιμωρίᾳ ὁ δυσεβὴς καὶ θηριώδης ῥάβδον παχεῖαν, ὄζους πάντοθεν ἔχουσαν, εἴσω θῆναι διὰ τῆς ἕδρας ἐκέλευσεν. ὕστερον τὸ πνεῦμα

cerſit, & lineam tunicam induere jubet. Poſthæc animum illius partim ex præteriti temporis ærumna, partim ex præſente ipſius benignitate mollitum ratus: Nunc tandem, inquit, abjecta illa contentione, fabri filium pernega. Tum Hormiſda divino repletus zelo, tunicam diſcerpſit & ante Regem projecit, hæc addens: Si hujus cauſa me à pietate receſſurum exiſtimas, habe tibi munus tuum cum impietate. Hanc ejus conſtantiam animadvertens Rex, eum, ut erat, nudum ex Imperii ſui finibus ejecit. Suenem præterea mille ſervorum Dominum, qui ipſi contradicebat, nec creatorem ſuum negare volebat, interrogavit quiſnam ſervorum ipſius eſſet nequiſſimus. Cumque hunc toti familiæ præpoſuiſſet, ipſum quoque dominum ei ſervire juſſit. Dominam quoque quæ conjux fuerat domini, eidem ſervo matrimonii jure copulavit, ſperans hoc facto ſe veritatis defenſorem de ſententia dejecturum. Verum ſpe ſua fruſtratus eſt: quippe ille domum ſuam ædificaverat ſupra petram. Sed & diaconum quendam, Benjamin nomine, captum in vincula conjecit. Aliquanto poſt tempore venit legatus Romanorum, ob alia quædam negotia miſſus. Is cum de Diacono didiciſſet, liberationem ejus poſtulavit à Rege. Rex vero juſſit ut Benjamin polliceretur, ſe nulli Magorum Chriſtianam religionem prædicaturum. Et legatus quidem, Benjaminum iis quæ juſſa fuerant, pariturum ſpopondit. Benjaminus vero, auditis legati cohortationibus; Facere non poſſum, inquit, quin lucem quam ipſe accepi, aliis impertiar. Quanto enim ſupplicio dignus ſit is qui talentum abſcondit, ſacra Evangeliorum teſtatur hiſtoria. Rex tamen, cum nihil horum tunc temporis reſciviſſet, Diaconum vinculis ſolvi præcepit. At Benjamin, ea quæ prius conſueverat agere perſeveravit, eos qui ignorantiæ tenebris obcæcati erant perſequens, & ad intelligentiæ lumen adducens. Exacto deinde anni ſpatio, nuntiatum eſt Regi quid ageret Benjaminus. Cumque eum adduci feciſſet, Deum quem adorabat, negare eum juſſit. Tum ille Regem interrogavit, quo ſupplicio dignum cenſeret eum, qui relicto ipſius regno alterius regni domicilium præferret. Cumque Rex morte ultimoque ſupplicio dignum eſſe illum reſpondiſſet, ſapientiſſimus vir ſubjecit: Quid ergo non meretur perpeti is, qui creatorem quidem & conditorem deſerit; unum autem è conſervis ſuis deum facit, eique cultum exhibet qui illi debetur? Quibus auditis exaſperatus Rex, viginti arundines præacutas manuum pedumque ejus unguibus infixit. Sed cum animadverteret hunc cruciatum ab illo pro ludicro haberi, aliam rurſus acutam arundinem genitali ejus membro infixit, eamque aſſidue extrahens & inſerens, inexplicabiles ei dolores inferebat. Poſt hunc cruciatum, impius ille ac furioſus craſſum ſtipitem cum ramis undique cohærentibus, per ejus ſedem adigi præcepit. Atque ita generoſus

Suenes. Benjamin.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Εἴσω θῆναι] Rectius in MS. codice Henrici Savilii ſcribitur una voce εἰσωθῆναι, quod idem eſt ac εἰσωθεῖσθαι. Sirmundus tamen edidit εἴσω θῆναι contra fidem omnium codicum.

Sæc. V.

athleta animam exhalavit. Alia præter hæc innumerabilia ab impiis illis perpetrata sunt. Nemini porro mirum videri debet, quod omnium moderator Deus tantam istorum feritatem impietatemque toleraverit. Etenim ante Constantini maximi Principatum, quotquot Romani Imperatores fuerunt, adversus pietatis cultores furere non destiterunt. Quin & Diocletianus, ipso salutaris Passionis die cunctas in orbe Romano Ecclesias destruxit. Verum exactis postea novem annis, eædem iterum florere cœperunt, multoque majorem quam antea splendorem atque amplitudinem adeptæ sunt: Diocletianus vero, una cum impietate sua extinctus interiit. Ceterum Dominus & bella ista, & Ecclesiæ victoriam, multo ante prædixit. Et res ipsæ nos docent, plus utilitatis ex bello nobis afferri quam ex pace. Hæc enim nos molles & solutos ac timidos reddit. Bellum vero acuit animos, facitque ut præsentia, tanquam fluxa & caduca spernamus. Verum hac de re aliis in libris jam sæpius locuti sumus.

παρέδωκεν ὁ γενναῖος ἀγωνιστής. καὶ ἄλλα δὲ μυρία τοιαῦτα παρ' ἐκείνων ἐτολμήθη τῶν δυσσεβῶν. οὐ χρὴ δὲ θαυμάζειν, ὅτι τῆς ἐκείνων θηριωδίας καὶ δυσσεβείας ἀνέχεται ὁ τῶν ὅλων πρύτανις. ἡ γὰρ πρὸ τοῦ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλείας, ὅσοι Ῥωμαίων ἐγένοντο βασιλεῖς, κατὰ τῶν θιασωτῶν τῆς ἀληθείας ἐλύσσησαν. Διοκλητιανὸς δὲ καὶ τῇ τοῦ ζωτηρίου πάθους ἡμέρᾳ, τὰς κατὰ πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν κατέλυσεν ἐκκλησίας· ἀλλ' ὀγδόῃ διελήλυθότων ἐτῶν, αὗται μὲν ἤνθησαν καὶ πολλαπλάσιον ἐδέξαντο μέγεθός τε καὶ κάλλος· ἐκεῖνος δὲ μετὰ τῆς δυσσεβείας ἀπεσβέσθη. καὶ τοὺς πολέμους δὲ τούτους προείρηκεν ὁ δεσπότης, καὶ τὸ τῆς ἐκκλησίας ἀήττητον. καὶ αὐτὰ δὲ ἡμᾶς διδάσκει τὰ πράγματα, ὡς πλείονα ἡμῖν τῆς εἰρήνης ὁ πόλεμος ποιεῖται τὴν ὠφέλειαν. ἡ μὲν γὰρ, ἁβροὺς ἡμᾶς καὶ ἀνειμένους καὶ δειλοὺς ἀπεργάζεται· ὁ δὲ πόλεμος, τά τε φρονήματα θεραπεύει, καὶ τὰ παρόντων ὡς ῥεόντων παρασκευάζει καταφρονεῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ ἐν ἑτέραις πραγματείαις πολλάκις εἰρήκαμεν.

CAPUT XL.

De Theodoro Episcopo Mopsuestiæ.

Socr. l. VI. cap. 3. Soz. l. VIII. cap. 2.

INTEREA vero sacratissimo Theodoto Antiochensem Ecclesiam gubernante, Theodorus, Episcopus Mopsuestiæ, totius Ecclesiæ doctor, & qui adversus omnes hæreticorum catervas strenue decertaverat, vivendi finem fecit. Hic præstantissimi quidem Diodori auditor: divini autem Joannis socius atque adjutor fuerat. Ambo quippe ex spiritalibus Diodori fontibus simul hauserant. Annis porro sex & triginta Episcopatum gessit, contra phalangem Arii atque Eunomii assidue dimicans, & Apollinaris turmam, latronum more insidiantem profligans: ovibus autem Christi optimum pabulum præbens. Ejus quoque frater Polychronius, Apamensem Ecclesiam egregie administravit, emendatis-

Diodorus.

Polychronius.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μ'.

Περὶ Θεοδώρου τοῦ ἐπισκόπου Μοψουεστίας.

ΚΑΤ' ἐκεῖνον δὲ τὸν χρόνον καθ' ὃν ὁ θεῖος Θεόδοτος τὴν Ἀντιοχέων ἴθυνεν ἐκκλησίαν, [2]Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας ἐπίσκοπος, [3]πάσης μὲν ἐκκλησίας διδάσκαλος, κατὰ πάσης δὲ φάλαγγος αἱρετικῆς ἀγωνισάμενος, τὸν βίον τὸ τέλος ἐδέξατο. ἦν τῆς μὲν Διοδώρου τοῦ πάνυ διδασκαλίας ἀπήλαυσεν· Ἰωάννου δὲ τοῦ θειοτάτου γεγένηται κοινωνός τε καὶ [4]συνεργός. κοινῇ γὰρ τὰ πνευματικὰ Διοδώρου νάματα ἀπήλαυον. ἐξ ὧν καὶ τελέσκοντα ἐν τῇ προεδρείᾳ διετέλεσεν ἔτη, κατὰ τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου θεομάτορος φάλαγγος, καὶ τὸν ληστρικὸν Ἀπολιναρίου καταγωνιζόμενος λόχον, καὶ τὴν θείαν πόαν τοῖς θείοις προβάτοις προσφέρων. καὶ ὁ τούτου δὲ ἀδελφὸς Πολυχρόνιος, τῆς Ἀπαμέων ἐκκλησίαν ἐποίμαι-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἁβροὺς καὶ ἀνημμένους] Hujus loci emendatio debetur codici Henrici Savilii, in quo diserte scribitur ἀνειμένους, optime sine dubio.

2 Θεόδωρος ὁ μοψουεστίας] Gregorius Papa in epistola 31. lib. 6. ait Ecclesiasticam Historiam Theodoriti ab Ecclesia Romana ideo non recipi, ob id præcipue quod Theodorum Mopsuestiæ nimium laudaverit, & usque ad diem obitus sui magnum Ecclesiæ Doctorem fuisse pronuntiaverit. Scio quidem in supradicta epistola Gregorii, Sozomenum dici, non Theodoritum. Sed non dubito quin Gregorius memoriæ vitio lapsus sit, & pro Theodorito Sozomenum posuerit. Baronius quidem, tum in Annotationibus ad Martyrologium Romanum, tum in Annalibus Ecclesiasticis ad annum Christi 427, Gregorium conatur ab errore defendere. Ait enim librum ultimum Historiæ Sozomeni mutilum ad nos pervenisse, & multa capita in eo desiderari. In illis igitur ait scriptum fuisse id quod à Gregorio dicitur de Theodoro Mopsuestiæ. Verum hoc nihil aliud est quam divinare. Etenim Gregorii magni temporibus, Historia Ecclesiastica Sozomeni nihil amplius continebat, quam quod nunc habemus. Certe Cassiodorus qui diu ante Gregorium vixit, & qui Historiam Ecclesiasticam Sozomeni Tripartitæ suæ intexuit, integriores Sozomeni codices non habuit. Unde igitur integriores Gregorius nanciscí potuisset? Pro certo enim habeo, Gregorium magnum non alibi legisse Sozomenum, quam in Historia Tripartita. Porro in lib. 10. Historiæ Tripartitæ cap. 34. ita scriptum est. *Eo autem tempore quo Theodotus sacratissimus Antiochenam regebat Ecclesiam, Theodorus μοψουεστίας Episcopus, sed totius Doctor Ecclesiæ*; &c. Id cum legisset olim Gregorius, ex Sozomeno desumptum esse existimavit, eo quod nullius Scriptoris nomen, nec hujus, nec multorum præcedentium capitum titulo sit præfixum. Hinc factum est, ut memoriæ vitio Sozomenum scripserit pro Theodorito.

3 Πάσης μὲν ἐκκλησίας διδάσκαλος] De Theodoro Mopsuestiæ Episcopo varia fuerunt hominum judicia. Laudatus est enim à multis Ecclesiæ Patribus, Joanne Chrysostomo, Cyrillo, & Iba Edessено in epistola ad Marim Persam, & à Facundo Hermianense; ut Theodoritum nostrum omittam. Alii vero, ac præcipue Acephali, multa in ejus scriptis reprehenderunt, tria potissimum illi objicientes, quibus acriter respondet Facundus in lib. 9. pro defensione trium capitulorum. Damnati sunt tamen ejus libri in Synodo Constantinopolitana sub Justiniano. eique sententiæ universa tandem Ecclesia acquievit, ut docet Gregorius Papa in epistola 31. lib. 6. Theodoritum vero nostrum ei favisse, non est adeo mirandum. Omnes enim Orientales una cum Joanne Antiochensi Episcopo, impensissime faverunt Theodoro, ut discimus ex Liberati Breviario & actis Synodi V.

[4 Συνεργὸς] Συμφοιτητὴς MS. Regius.]

νει ἄειτα, ᾗ τῇ τῦ λόγου χάειπι καὶ τῇ ζ βίᾳ λαμπρότητι χρώμενος. ἐγὼ δὲ τῆς συγγραφῆς ἐνταῦθα παυσάμενος, τὰς ὑπευξομένας ἀντιβολῶ προσευχαῖς τ πόνον ἀμείψασθ. [1a] πέντε μέντοι καὶ ἑκατὸν ἐτῶν ἥδε ἡ ἱστορία περιέχει [2] χρόνον· ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ τῆς Ἀρείου λύσσης, δεξαμένη δὲ πέρας τοῖς ἀξιεπαίνοις ἀνδράσι, Θεοδώρῳ καὶ Θεοδότῳ τιμὴ τελευτήν. [3] καταλέξω δὲ κατ' τάξιν καὶ τοὺς μετὰ τὸν διωγμὸν τῶν μεγάλων ἡγεμονεύσαντας πόλεων.

simæ vitæ ſplendorem cum ſermonis gratia ac venuſtate conjungens. Ego vero hoc loco ſcribendi finem faciens, ab iis qui hæc lecturi ſunt poſtulo, ut laborem noſtrum precibus ſuis remunerentur. Quinque autem ac centum annorum ſpatio res geſtas hæc hiſtoria complectitur: ab Arii quidem veſania ducens exordium, deſinens vero in obitu præſtantiſſimorum virorum, Theodori atque Theodoti. Porro Epiſcopos, qui poſt perſecutionem magnis urbibus præfuerunt, ſuo quemque ordine recenſebo.

Sæc. V.

Καταλογος τῶν μεγίστων ἡγεμονευσάντων πόλεων ἐπισκόπων.

Ῥωμαίων Μιλτιάδης, Σίλυεστρος, Ἰούλιος, Λιβέριος, Δάμασος, Σιρίκιος, Ἀναστάσιος, Ἰνοκέντιος, Βονιφάτιος, Ζώσιμος, Κελεστῖνος.

Antiochiæ Epiſcopi, Vitalis, Philogonius, Euſtathius. Hi Orthodoxi fuerunt. Poſt hos Ariani, Eulalius, Euphronius, Flaccillus, Stephanus, Leontius, Eudoxius. Deinde Orthodoxi, Meletius, Flavianus, Porphyrius, Alexander, Theodotus. Quibus conjuncti fuerunt ex Euſtathii parte Paulinus & Evagrius.

Ἀντιοχέων ἐπίσκοποι· Βιτάλιος, Φιλογόνιος, Εὐστάθιος· οὗτοι ὀρθόδοξοι· εἶτα Ἀρειανοί, Εὐλάλιος, Εὐφρόνιος, Φλάκιτος, Στέφανος, Λεόντιος, Εὐδόξιος· ἔπειτα ὀρθόδοξοι, Μελέτιος, Φλαυιανὸς, Πορφύριος, Ἀλέξανδρος, Θεόδοτος· καὶ συνήφθησαν τούτοις οἱ ἀπὸ Εὐσταθίου Παυλῖνος καὶ Εὐάγριος.

Alexandriæ, Petrus, Achillas, Alexander, Athanaſius. Gregorius Arianus. Poſt hunc rurſus Athanaſius. Georgius hæreticus. Poſt hunc rurſus idem Athanaſius, Petrus diſcipulus Athanaſii, deinde Lucius Arianus, poſt quem iterum Petrus, Timotheus, Theophilus, Cyrillus Theophili fratris filius.

Ἀλεξανδρέων· Πέτρος, Ἀχιλλᾶς, Ἀλέξανδρος, Ἀθανάσιος· Γρηγόριος Ἀρειανὸς, εἶτα πάλιν Ἀθανάσιος· Γεώργιος αἱρετικὸς, εἶτα πάλιν Ἀθανάσιος, Πέτρος ὁ Ἀθανασίου μαθητὴς, εἶτα Λούκιος Ἀρειανὸς, εἶτα πάλιν Πέτρος, Τιμόθεος, Θεόφιλος Κύριλλος ὁ Θεοφίλου ἀνέψιος.

Hieroſolymorum Epiſcopi, Macarius, Maximus, Cyrillus, Joannes, Praylius, Juvenalis.

Ἱεροσολύμων ἐπίσκοποι· Μακάριος, Μάξιμος, Κύριλλος, Ἰωάννης, Πραΰλιος, Ἰουβενάλιος.

Valesii Annotationes.

1 Πέντε μὲν καὶ ἑκατὸν ἐτῶν] Baronius horum annorum quinque ſupra centum, quos Theodoritus Hiſtoriam ſuam complecti dicit, initium deducit ab anno Chriſti 323, quo Licinii cædem contigiſſe ſcribit. Ab eo, inquit, tempore ſi numerare incipias annorum centum & quinque periodum, ad hunc uſque annum 427. perveniet, quo ait Theodoritus defunctum fuiſſe Theodotum, de quo agimus, Antiochenum Epiſcopum. Henricus autem Savilius ad oram editionis Roberti Stephani, hos quinque & centum annos aliter computat, ab anno ſcilicet 320. qui fuit 14. Imperii Conſtantini, ad annum 425. qui fuit 18. Theodoſii junioris. Cur vero ita numeraverit Savilius, cauſa hæc eſt: quod Arii blaſphemiam ex qua horum annorum initium ducit Theodoritus, vulgo omnes exiſtimant cœpiſſe anno Chriſti 320, annis quinque ante Concilium Nicænum. Mihi tamen verior eſſe videtur Baronii ſententia: Etenim Savilius Theodoti Antiochenſis Epiſcopi mortem confert in annum Chriſti 425. Atqui conſtat Theodotum adhuc ſuperſtitem fuiſſe anno Chriſti 426. Interfuit enim Synodo Conſtantinopolitanæ quæ juſſu Theodoſii junioris congregata eſt in ordinatione Siſinnii Patriarchæ Conſtantinopolitani, ut docet Photius in Bibliotheca cap. 52 Rectius ergo Baronius ejus obitum conſignavit anno Chriſti 327. Verum in eo lapſus eſt, quod hos quinque & centum annos quos Hiſtoria Theodoriti complectitur, a Licinii cæde exorſus eſt: Cum tamen Theodoritus ab Arii blaſphemia, non a Licinii cæde Hiſtoriam ſuam exordiri ſe dixerit. Præterea Licinius non anno Chriſti 323, ſed 325 cæſus eſt, ut ſcribitur in Faſtis Idatii. Ceterum etſi Baronii ſententiam magis probo, qui Theodoti mortem confert in annum Chriſti 427, nequaquam tamen in ea penitus acquieſcendum puto. Nam Theodorus Mopſueſtenus, quem Theodoto Antiochenſem Eccleſiam regente mortuum eſſe ſcribit Theodoritus, adhuc in vivis erat anno Chriſti 428. Certe Neſtorius qui hoc anno Conſtantinopolitanum Epiſcopatum ſuſcepit, Theodorum Mopſueſtenum in itinere convenit, ut teſtatur Theodulus apud Evagrium in lib. 1. Hiſtoriæ.

[2 Χρόνον] Χρόνους cod. Reg.]

3 Καταλέξω δὲ κατὰ τὴν τάξιν] Tota hæc pericope deeſt in editione Baſilienſi, una cum catalogo Epiſcoporum qui in quatuor Patriarchalibus Eccleſiis ſederunt jam inde à temporibus Conſtantini. Et hunc quidem catalogum ante nos Jacobus Sirmundus in editione ſua evulgavit; ſed mendoſiſſimum. Nos ex MS. codice Henrici Savilii eum nunc emendatiorem damus. In hoc autem catalogo notandum eſt, quod poſt Romanos Epiſcopos, Antiochenſis Eccleſiæ Antiſtites proxime recenſet, ante Epiſcopos Alexandriæ. Ex quo obiter colligi poteſt, catalogum hunc ſive indicem Patriarcharum, non eſſe opus ſubditicium, ſed re vera ſcriptum eſſe à Theodorito, qui Antiochenſibus Epiſcopis, utpote Patriarchis ſuis, primum locum tribuit poſt Pontificem Romanum. Illud præterea obſervandum eſt, Conſtantinopolitanos Antiſtites poſtremo loco recenſeri, contra authoritatem canonis Conſtantinopolitanæ Synodi.

[3 Καταλέξω] Καπίλεξα MS. Reg.]

Variorum.

a Πέντε μέντοι καὶ ἑκατὸν ἐτῶν ἥδε ἡ ἱστορία περιέχει χρόνον] Pagius ad annum 427. n. 9, &c. exiſtimat hoſce annos ab anno Chr. 325 deducendos, ubi deſinit Euſebii Hiſtoria: & in annum 429. terminandos, quo Theodotum Antiochenum & Theodorum Mopſueſtenum Epiſcopos defunctos eſſe oſtendit. *W. Lowth.*

Sæc. V.

Constantinopolis Episcopi, Alexander, Eusebius Nicomediensis, translatus in eam sedem Arianus. Post hunc Paulus Confessor, Macedonius hostis Spiritus sancti. Hoc expulso, impius Eudoxius Ecclesiam obtinuit. Demophilus à Beroe Thraciæ urbe hæreticus, Gregorius Nazianzenus, Nectarius, Joannes Chrysostomus, Arsacius, Atticus, Sisinnius.

Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοποι· Ἀλέξανδρος, Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας ἐκ μεταθέσεως Ἀρειανὸς, μετὰ τοῦτον Παῦλος ὁ ὁμολογητὴς, Μακεδόνιος ὁ πνευματομάχος· τοῦτον παρωσάμενος Εὐδόξιος ὁ δυσσεβὴς καθέζετο τοῦ ἐκκλησίου· Δημόφιλος ὁ Βερόης τῆς Θρᾴκης αἱρετικὸς, Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ, Νεκτάριος, Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος, Ἀρσάκιος, Ἀττικὸς, Σισίννιος.

Explicit Liber quintus historiæ Theodoriti.

Τέλος τοῦ ε΄ τῆς Θεοδωρήτου ἱστορίας τόμου.

ΕΥΑΓΡΙΟΥ

ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ

ΕΠΙΦΑΝΕΩΣ, ΚΑΙ ΑΠΟ ΕΠΑΡΧΩΝ,

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΟΜΟΙ ΕΞ.

EVAGRII

SCHOLASTICI

EPIPHANIENSIS ET EX PRÆFECTIS

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

LIBRI SEX.

HENRICO VALESIO *Interprete.*

HENRICO VALESIO Interprete.

LIBRI SEX

ECCLESIASTICAE HISTORIAE

EPIPHANIENSIS ET EX PARTE CYRI

SCHOLASTICI

EVAGRII

ΤΟΜΟΙ ΕΞ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΕΠΙΦΑΝΕΙΟΥ, ΚΑΙ ΑΠΟ ΜΕΡΟΥΣ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ

ΕΥΑΓΡΙΟΥ

ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΤΟΜΟΥ ΤΗΣ Ἐκκλησιασικῆς Ἱσοείας Εὐαγρίυ χολασικυ̃ ϰ̀ ἀπὸ ἐπάρχων, τυ̃ Ἐπιφανέως, Νικηφόρυ Καλλίσου τυ̃ Ξανθοπύλυ ὁ πίναξ.

ά Προοίμιον τυ̃ συγγραφέως, πῶς ἐπὶ τὸ γράφειν τὴν παρυ̃σαν πραγματείαν ἐλήλυθεν. εἶτα πρῶτον κεφάλαιον, ὅτι μετὰ τὴν χατάλυσιν τοῦ ἀσεβοῦς Ἰυλιανοῦ, τῶν αἱρέσεων μιχρὸν παυθεισῶν, ὕστερον ὁ πονηρὸς Διάβολος τὴν πίστιν πάλιν ἐτάραξεν.

β' Οπως ἐφωράθη Νεστόριος δι' Ἀναστασίυ τυ̃ μαθητυ̃ διδάσχοντος μὴ Θεοτόχον, ἀλλὰ Χριστοτόχον τὴν ἁγίαν χαλῶν Θεομήτορα, δι' ἣν αἰτίαν ϰ̀ αἱρετιχὸς ὡμολόγηται.

γ' Οἷα ὁ μέγας Κύριλλος τῷ Νεστορίῳ ἔγραψε, ϰ̀ ὅπως ἡ τρίτη σύνοδος ἐν Ἐφέσῳ ἠθροίσθη, ὑστερήσαντος Ἰωάννυ τυ̃ Ἀντιοχείας ϰ̀ Θεοδωρήτυ.

δ' Οπως διὰ τῆς συνόδου χαθηρέθη Νεστόριος, τυ̃ Ἀντιοχείας μὴ ἐνδημήσαντος.

ε' Ως μετὰ πέντε ἡμέρας ἐλθὼν ὁ Ἀντιοχείας Ἰωάννης χαθαιρεῖ Κύριλλον τὸν Ἀλεξανδρείας ϰ̀ Μέμνονα τ̀ Ἐφέσυ· οὓς ἡ σύνοδος πάλιν ἠθώωσε, χαθελοῦσα Ἰωάννην ϰ̀ τοὺς μετ' αὐτυ̃· χαὶ ὅπως διὰ Θεοδοσίυ τυ̃ βασιλέως συμβαίνυσι Κύριλλος ϰ̀ Ἰωάννης, χυρώσαντες ἔτι ϰ̀ τὴν Νεστορίυ χαθαίρεσιν.

ϛ' Περὶ Παύλυ τυ̃ Ἐμέσης, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐλθόντος· ϰ̀ ἔπαινος Κυρίλλυ διὰ τ̀ ἐπιστολήν.

ζ' Οἷα ὁ δυστεβὴς Νεστόριος πεπονθέναι φησὶ αὐτυ̃ γράφει, χαὶ ὡς σχώληξι τὴν γλῶτταν τὸ πλευταῖον βρωθεὶς, εἰς Ὄασιν ἀπέρριπτε τ̀ ψυχήν.

η' Ως μετὰ Νεστόριον Μαξιμιανὸς, ϰ̀ μετὰ τοῦτον Πρόχλος, εἶτα Φλαβιανὸς γίνεται.

θ' Περὶ τυ̃ δυσχοῦς Εὐτυχυ̃ς, ϰ̀ ὅπως διὰ τυ̃ Κωνσταντινυπόλεως χαθηρέθη Φλαβιανοῦ, ϰ̀ διὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ δευτέρας ληστριχῆς συνόδου.

ι' Οσα διὰ τυ̃ Διοσχόρυ ϰ̀ Χρυσαφίυ τὸ παράλογον ἐν Ἐφέσῳ συνέδριον διεπράξατο.

ιά Ἀπολογία ὑ συγγραφέως ὑπὲρ τ̀ ἐν ἡμῖν διαφορῶν, ϰ̀ χαὶάγελως τ̀ Ἑλληνιχῶν ὕθλων.

ιβ' Οπως ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος τὴν Νεστορίυ αἵρεσιν ἀπελαύνει.

ιγ' Περὶ τυ̃ ἁγίυ Συμεὼν τυ̃ Στυλίτυ.

ιδ' Περὶ τυ̃ πολλάχις Φαινομένυ ἀστέρος ἐν τῇ διὰ τὸν χίονα ὁδῷ τυ̃ ὁσίυ Συμεὼν, ὃν ἑωράχει ὁ συγγραφεὺς χαὶ ἄλλοι, ϰ̀ αὐτῆς τῆς χεφαλῆς τυ̃ ἁγίυ.

ιέ Περὶ τυ̃ ἁγίυ Ἰσιδώρυ τυ̃ Πηλουσιώτυ, ϰ̀ Σωσίυ τοῦ Κυριώτης ἐπισχόπυ.

ις' Οπως ὁ Θεοφόρος Ἰγνάτιος ἐχ Ῥώμης ἀναχομισθεὶς, διὰ Θεοδοσίυ ἐν Ἀντιοχείᾳ χαὶετέθη.

ιζ' Περὶ Ἀτίλα τυ̃ Σχυθῶν βασιλέως, ϰ̀ ὅπως τὰ ἑῷα ϰ̀ ἑσπέρια χατέφρεψε· χαὶ διὰ τυ̃ γενομένυ ξένυ σημείυ, ϰ̀ τῶν ἄλλων ἐν χόσμῳ Φοβερῶν σημείων.

ιη' Περὶ τῶν οἰχοδομιῶν τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ, ϰ̀ τίνες οἱ ἐργασάμενοι ταύτας.

ιθ' Περὶ πολέμων διαφόρων Ἰταλιχῶν, ϰ̀ Περσιχῶν, οἳ ἐπὶ Θεοδοσίυ γεγόνασι.

χ' Περὶ τῆς βασιλίσσης Εὐδοχίας, ϰ̀ Εὐδοξίας τῆς θυγατρὸς, ϰ̀ ὅπως εἰς Ἀντόχειαν χαὶ Ἱεροσόλυμα ἀφίχετο.

χά Οπ χαλῶς τὰ περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἡ Εὐδοχία διέθηχε, ϰ̀ περὶ διαφόρυ βιοτῆς χαὶ διαίτης τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μοναχῶν.

χϐ' Οσα ἐδείματο ἡ βασιλὶς Εὐδοχία χτ' Παλαιστίνην, ϰ̀ περὶ τυ̃ ναυ̃ τυ̃ πρωτομάρτυρος Στεφάνυ, ἔνθα ϰ̀ ὁσίως ἐτάφη. ἐπὶ δὲ ϰ̀ περὶ τ̀ τελευτῆς τυ̃ βασιλέως Θεοδοσίυ.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Νικηφόρυ Καλλίσου ὁ πίναξ] Hæc verba desunt in optimo codice Illustrissimi Antistitis Dionysii Tellerii, Remensis Archiepiscopi. Parumque abfuit, quin ea ex editione nostra expungerem. Neque enim puto hujus indicis Auctorem esse Nicephorum Callistum. Nam cum hic index habeatur in vetustissimo codice Florentino, qui ante quingentos annos exaratus est, ut mihi affirmavit peritissimus ejus rei judex Emericus Bigotius, hujus auctor esse non potest Nicephorus, quippe qui Andronico imperante vixit.

CAPITULA LIB. PRIMI HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ Evagrii Scholaſtici & Ex præfectis, patria Epiphanienſis. Auctor hujus Indicis eſt Nicephorus Calliſtus Xanthopulus,

PROOEMIUM Scriptoris, in quo exponit qua ratione ad ſcribendam hanc hiſtoriam ſe contulerit.

CAP. I. Quomodo poſt exitum Impii Juliani, cum hæreſes paulatim defeciſſent, iterum Diabolus fidem noſtram perturbaverit.

II. Quomodo ex concione Anaſtaſii presbyteri, deprehenſus ſit Neſtorius quod Mariam non Deiparam vocaret, ſed Chriſtiparam: atque idcirco hæreticus pronuntiatus eſt.

III. Quid magnus Cyrillus ad Neſtorium ſcripſerit, & quomodo tertia Synodus Epheſi congregata ſit, ad quam Joannes Antiochenus Epiſcopus & Theodoritus tardius acceſſerunt.

IV. Qualiter Neſtorius à Synodo depoſitus ſit, cum Epiſcopus Antiochiæ nondum adveniſſet.

V. Quomodo Joannes Antiochenſis Epiſcopus quum poſt quintum diem adveniſſet, Cyrillum Alexandriæ & Memnonem Epheſi Epiſcopos deſtituit: qui mox à Synodo innocentes pronunciati ſunt; & Joannes una cum ſuis depoſitus: & quomodo Cyrillus ac Joannes interventu Imperatoris Theodoſii in gratiam redierint, & Neſtorii depoſitionem confirmaverint.

VI. De Paulo Emiſæ Epiſcopo qui Alexandriam miſſus eſt. Et qualiter Cyrillus Joannis Epiſtolam laudavit.

VII. Quæ & quanta Neſtorius ſe paſſum eſſe dicat. Et quomodo lingua tandem vermibus eroſa, apud Oaſim inſulam perierit.

VIII. Quomodo poſt Neſtorium Maximianus, & poſt hunc Proclus, deinde Flavianus Epiſcopi facti ſint.

IX. De infortunato Eutyche: & quomodo à Flaviano Epiſcopo depoſitus eſt, & de latrocinali Synodo Epheſina ſecunda.

X. Quæ per Dioſcorum & Chryſaphium geſta ſint in illegitimo Concilio Epheſino.

XI. Defenſio varietatis Opinionum quæ ſunt apud Chriſtianos, & deriſio fabularum Gentilium.

XII. Quomodo Imperator Theodoſius hæreſim Neſtorii profligavit.

XIII. De ſancto Symeone Stylita.

XIV. De Stella quæ ſæpe cernitur in porticu juxta columnam Symeonis, quam ſcriptor hic & alii complures viderunt: & de capite ejuſdem ſancti Symeonis.

XV. De ſancto Iſidoro Peluſiota & Syneſio Cyrenarum Epiſcopo.

XVI. Quomodo divinus Ignatius ab urbe Roma deportatus, Antiochiæ depoſitus ſit ab Imperatore Theodoſio.

XVII. De Attila Hunnorum rege: & quomodo Orientis & Occidentis provincias vaſtaverit: item de horrendo terræ motu, aliiſque terribilibus ſignis quæ toto orbe contigerunt.

XVIII. De operibus publicis Antiochiæ & eorum conditoribus.

XIX. De variis bellis quæ tum in Italia, tum in Perſide geſta ſunt regnante Theodoſio.

XX. De Eudocia Auguſta, deque ejus filia Eudoxia: & quomodo Eudocia Antiochiam venerit, & Hieroſolymam ingreſſa ſit.

XXI. Quod Eudocia Auguſta Hieroſolymis multa præclare geſſit: & de diſcrepante vita & converſatione Monachorum Palæſtinæ.

XXII. De operibus ab Eudocia Auguſta in Palæſtina ædificatis, & de Eccleſia ſancti Stephani Protomartyris, in qua religioſe ſepulta eſt. Item de morte Imperatoris Theodoſii.

ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΕΩΣ Καὶ ἀπὸ ἐπάρχων, ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΤΟΜΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

EVAGRII SCHOLASTICI EPIPHANIENSIS Et ex præfectis, ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER PRIMUS.

Προοίμιον ϛ συγγραφέως, πῶς ἐπὶ τὸ γράφειν ἦ τ παροῦσαν πραγματείαν ἐλήλυθεν.

Prooemium Scriptoris, in quo exponit qua ratione ad scribendam hanc historiam se contulerit.

ΕΥΣΕΒΙΩ τῷ Παμφίλῳ, ἀνὴρ ὢν ἐς τὰ μάλιστα λόγιος ὁ Παμφίλου τἆλλα, ἔν ὅτε πείθειν οἷός τε εἶναι τὰς ἀκροατὰς ὑπὲρ τοῦ μὴ τυγχάνοντας θρησκεύειν τὰ ἡμέτερα, εἰ καὶ μὴ λίαν ἀκριβεῖς οἵδε ποιεῖν· Εὐσεβίῳ τε οὖν τῷ Παμφίλου, Σωζομένῳ τε καὶ Θεοδωρήτῳ, καὶ Σωκράτει, ἄριστα πάντων πεπονηκόσι, ἥτε ἐς ἡμᾶς ἄφιξις τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, ἥτε ἐς οὐρανοὺς ἀνάβασις, ὅσα τε τοῖς θεσπεσίοις ἀποστόλοις, ἀπάρξασί τε καὶ τοῖς ἄλλοις μάρτυσι διαθλεύσασι κατώρθωτο, ἢ εἴ τι καὶ ἄλλο ἀξιόλογον ἡμῖν, ἢ καὶ τηνάλλως ἔχον πέπρακται, μέχρι τινὸς μέρους τῆς Θεοδοσίου βασιλείας. ἐπειδὴ δὲ τὰ ἑξῆς οὐ πολλῷ τούτων ἀποδεέστερα, οὐδενός πω κατ' εἰρμὸν τετύχηκε λόγου, ἔδοξέ μοι, εἰ καὶ μὴ δεινὸς ἐγὼ τὰ τοιαῦτα, τὸν ὑπὲρ τούτων ἀνελέσθαι πόνον, συγγραφεῖ τε ταῦτα ποιήσασθαι, ὃν μάλα πιστεύσαντι, τῷ καὶ ἁλιέας σοφίσαντι, καὶ γλῶσσαν ἄλογον ἐς ἔναρθρον εὐφωνίαν κινήσαντι, ἀναζῆσαί τε τὰς ἤδη τῇ λήθῃ τεθνηκυίας πράξεις, ψυχῶσαί τε τῷ λόγῳ, καὶ ἀπαθανατῆσαι τῇ μνήμῃ· ὡς ἂν ἔχοι τῶν ἐν-

EUSEBIUS Pamphili, vir cum in aliis rebus disertissimus, tum in scribendo tantum valens, ut possit lectores suos, si non perfecte Orthodoxos efficere, ita tamen impellere, ut nostra libenter amplectantur: Eusebius, inquam, Pamphili, & Sozomenus, ac Theodoritus & Socrates, benignissimi Servatoris nostri adventum in terras, ejusque adscensum in cœlum; tum ea quæ à divinis Apostolis & à fortissimis Martyribus pro fide certantibus præclare sunt gesta: quidquid præterea, aut laude, aut vituperatione dignum actum est à nostris usque ad principatum Theodosii, omnium optime ac diligentissime scriptis prodiderunt. Sed quoniam ea quæ posthæc consequuta sunt, haudquaquam illis inferiora, nullus adhuc persequi aggressus est; Ego licet in ejusmodi rebus parum exercitatus, laborem hunc suscipere, & historiam earum rerum contexere decrevi. Etenim eo qui piscatoribus sapientiam indidit, & qui ex bruti animalis lingua articulatam vocem expressit, adjuvante, confido me res oblivione intermortuas excitaturum, & oratione mea vitam eis redditurum, & immortalitatem donaturum esse commemoratione hominum sempiterna: quo à singu-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Εἰ καὶ μὴ λίαν ἀκριβεῖς οἵδε ποιεῖν] Non probo interpretationem Christophorsoni, qui λίαν ἀκριβεῖς vertit perfecte Christianos. Ego vero orthodoxos interpretari malui. ἀκριβεῖς enim proprie dicuntur rectorum dogmatum sectatores. Sic Photius in Bibliotheca de Socrate Scholastico dicit, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς δόγμασιν ὑ λίαν ἐστὶν ἀκριβής. Sensus igitur hujus loci hic est: Eusebium, etsi maxime idoneus sit ad persuadendum Lectoribus ut Christianam religionem amplectantur, non posse tamen eos efficere in Christianæ fidei doctrina valde accuratos, cum ipse in Arianorum dogma videatur fuisse propensior. Fuit enim hæc multorum opinio de Eusebio Pamphili: quibus tamen in præfatione quam scripsi ad Historiam Ecclesiasticam ejusdem Eusebii, abunde respondi.

2 Μέχρι τινὸς μέρους] Postrema vox deest in codice Regio ac Florentino & Telleriano, nec habetur in editione Roberti Stephani. Primi Genevenses Typographi eam addiderunt ex codice Christophorsoni, cujus variantes lectiones editæ sunt ad calcem editionis Colonienſis. Certe Christophorsonus in interpretatione sua eam vocem expressit. Sic enim vertit, *ad aliquam partem regni Theodosii.* Mihi tamen elegantius videtur eam vocem supprimere quam adjicere. Quod si adjicienda esset dictio, mallem equidem addere χρόνου.

VARIORUM.

a Καθ' εἰρμὸν] Verba hæc omisit in versione sua Valesius. Vertenda sunt, *seriatim*, vel *ordine*. W. Lowth.

Sæc. V.

lis cognosci possit, quid & quando; ubi locorum, & quomodo: adversus quos, & à quibus ad nostra usque tempora sit gestum: Nihilque eorum quæ memoria digna sunt, per mollem ac solutam desidiam, perque oblivionem quæ desidiæ proxima est, abditum deliteſcat. Divino igitur fretus auxilio, inde scribendi sumam exordium, ubi viri superius à me commemorati historiæ suæ finem fecere.

τυγχανόντων ἕκαστος μέχρις ἡμῶν εἰδέναι, τί, τε καὶ ὅτε, καὶ ὅποι καὶ ὅπως, καὶ πρὸς οὓς καὶ παρ' ὧν ἐγένοντο, καὶ μηδὲν τῆς τῆς μνήμης ἀξίων ἀφανὲς ὑπὸ τῇ ἀνεμβύῃ καὶ ἐκλύτῳ ῥᾳθυμίᾳ, καὶ τῇ ταύτης ἀγχιθύρῳ λήθῃ κρυπτόμενον. ἄρξομαι δὲ τῆς θείας ἡγουμένης ῥοπῆς, ὅθεν οἱ λελεσμένοι μοι τῷ ἱστορίαν ἀπέλιπον.

CAPUT I.

Quomodo post exitum impii Juliani, cum hæreses paulatim defecissent, iterum Diabolus fidem nostram perturbaverit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ὅπ, μὴ τῷ καταλῦσαι τοῦ ἀσεβοῦς Ἰουλιανοῦ, τῶν αἱρέσεων μικρὸν παυθεισῶν, ὕστερον ὁ πονηρὸς διάβολος τὴν πίστιν πάλιν ἐτάραξεν.

Cum Juliani impietas Martyrum sanguine jam submersa esset, & Arii vesania fabricatis apud Nicæam compedibus adstricta: Eunomius quoque ac Macedonius à Sancto Spiritu quasi vento quodam expulsi, circa Bosporum, & ad sacram urbem Constantinopolim fracti obrutique essent: Cum jam sacrosancta Ecclesia recenti sordium squallore deposito, pristinum decorem recuperaret, & amictu aurato ac variegato induta, cœlesti sponso atque amatori desponderetur: id molestè ferens Dæmon virtutis inimicus, novum quoddam & inusitatum belli genus adversus nos excitavit: simulachrorum cultum qui jam oppressus jacebat, & servilem Arii vesaniam despectui habens. Ac fidem quidem nostram aperte, ut hostis, oppugnare veritus est, quippe quæ tot ac tantorum patrum copiis munita esset, adeo ut ipse in ea oppugnanda maximam partem suarum virium amisisset. Sed magis latronum more id agere aggressus est, interrogationes quasdam ac responsiones commentus, quibus errantes ad Judaismum novo more traduceret. Nec intellexit miser, etiam inde se vincendum esse. Nam quod unum antea maxime impugnabat, id nunc miratur atque amplectitur: exultans ac triumphans gaudio, si non ex universo nos depulerit, sed vel unam dictionem adulterare potuerit. Ac sæpenumero sua se involvens malitia, unius literæ immutationem commentus est, quæ ad eundem quidem duceret sensum; intelligentiam tamen à lingua disjungeret: ne utraque Patrem & Filium uno eodemque modo confiterentur & glorificarent. Porro qua ratione singula ista perpetrata sint, & quem exitum habuerint, suo loco ac tempore exponemus. Adtexam præterea quidquid memoratu dignum reperire potuero, licet ab instituto nostro alienum esse videatur: finem scribendi facturus, ubi divino Numini placuerit.

Ἅρπ τῆς Ἰουλιανοῦ δυσσεβείας τοῖς τῶν Μαρτύρων αἵμασι κατακλυσθείσης, καὶ τῆς Ἀρείου μανίας συνδεθείσης ταῖς ἐν Νικαίᾳ χαλκευθείσαις πέδαις, Εὐνομίου τε αὖ καὶ Μακεδονίου ὑπὸ τῆ παναγίου Πνεύματος κτ' τὸν Βόσπορον ἐκβραδέντων, καὶ πρὸς τῇ Κωνσταντίνου ἱερᾷ θραυσθέντων πόλει, ἤδη τῆς ἁγίας ἐκκλησίας τὸν προσφατον ἀποθεμένης ῥύπον, καὶ πρὸς τ' ἀρχαίαν ἐπανακομιδὴν ὑπρέπειαν, ἐν ἱματισμῷ τε ἀφαχρύσῳ περιβεβλημένης πεποικιλμένης, τῷ τε ἑκατῇ νυμφίῳ συναρμοζομένης, οὐκ ἀνεκτὸν ὁ μισόκαλος δαίμων, ξένον τινα καὶ ἀλλόκοτον ἡμῖν ἐπανίστησι πόλεμον· τινὶ τε πεπατημένῳ εἰδωλολατρείαν προσφρονήσας, καὶ τινὶ δουλικῷ Ἀρείου μανίαν προσκαινισάμενος· καὶ προσεκαλεῖν μὲν ὡς ἐχθρὸς τῇ πίστει δέδοικεν, ὑπὸ τοσούτων ἁγίων πατέρων πυρωθείσῃ, καὶ τὰ πολλὰ τῆς δυνάμεως ἐν τῇ ταύτης πολιορκίᾳ παρῃρημένος· λῃστρικῶς δὲ τὸ πρᾶγμα μέτεισι, πεύσεις πινὰς, ἀποκρίσεις τε αὖ μηχανώμενος, πρὸς Ἰουδαϊσμὸν καινοπρεπῶς ἐπανάγων τὸ πλανώμενον, καὶ σωτηρίας καὶ τινὶ ἐντεῦθεν ἥπτετο ὁ δείλαιος. ἦ γὰρ πρότερον μόνον ἀντίπαλον εἶχε, νῦν τέθηπέ τε καὶ προσπύσεται. καὶ οὐκ εἰ τῶν παντὸς ἐξώσει γε Φρυατιόμενος, ἀλλ' εἰ καὶ λέξιν τινα προσχαράξειν οἷός τε γένοιτο. πολλάκις δὲ τῇ ἑαυτῷ ἰλυσπώμενος κακίᾳ, καὶ γράμματος ἀλλαγὴν ἐτέχνασε, πρὸς μὲν τὴν αὐτὴν ἕλκοντος διάνοιαν· ὅπως ᾖ τὴν γνώμην τῆς γλώσσης ἀπομερίσῃ, ἵνα μὴ τὴν αὐτὴν ὁμολογίαν τε καὶ δοξολογίαν ὁμοφρόνως ἄμφω τῷ Θεῷ προσάγοιεν. ὅπως δὲ τούτων ἕκαστον ἐπράχθη, καὶ ὅποι τετελεύτηκεν, ἐν τοῖς ἰδίοις προσθήσομαι καιροῖς, παρυφαίνων εἴ τι καὶ ἄλλο πάρεργον μὲν, ἱστορίας δὲ ἄξιον ἐξευρεῖν δυνηθείην, τὴν ἱστορίαν ἀποπεθέμενος ἔνθα τῷ Φιλανθρώπῳ παραφαίη Θεῷ.

Valesii Annotationes.

1 Ἐκβαδέντων] Christophorsonus & Savilius emendarunt ἐκδιαδέντων. Sed longe rectior est scriptura quam exhibet codex Florentinus & Tellerianus, ἐκβρασθέντων. Metaphora est à naufragis qui tempestatis vi abripiuntur. Spiritum autem sanctum vento cuidam comparat Evagrius, cujus vi expulsi Eunomius ac Macedonius, tandem Constantinopoli naufragium fecerunt, damnati scilicet in Synodo Constantinopolitana.

2 Ὁ γὰρ πρότερον μόνον ἀντίπαλον εἶχε] Intelligit vocem *consubstantialis* quod Græci ὁμοούσιον dicunt. Hanc enim vocem malignus dæmon præcipue impugnavit, utpote quæ everriculum esset omnium hæresewn, & rectæ fidei firmissimum propugnaculum.

3 Γράμματος ἀναλλαγὴν ἐτέχνασε] Mallem scribere ἐτίχνασε, ut legitur in codice Telleriano. Porro obscurum est, quodnam hic vocabulum designet Evagrius. Posset quidem intelligi τὸ ὁμοιούσιον. Sed quoniam in hoc vocabulo est potius adjectio unius litteræ quam immutatio, intelligendæ sunt potius præpositiones illæ ἐξ & ἐν, quæ ob hæresim Eutychianam maximos motus excitaverunt, cum alii ex duabus naturis, alii in duabus Christum adorandum esse dicerent.

4 Τὴν ἱστορίαν ἀποπεθέμενος] Hic locus non caret difficultate. Musculus quidem ita vertit: *Ubi absolutam hanc*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'. CAPUT II.

Ὅπως ἐφωράθη Νεϛόριος δι' Ἀναϛασίου τοῦ μαθητοῦ, διδάσκοντος μὴ Θεοτόκον, ἀλλὰ Χριϛοτόκον τὴν ἁγίαν καλῶν Θεομήτορα, δι' ἣν αἰτίαν καὶ αἱρετικὸς ὠμολόγηται.

Quomodo ex Concione Anaſtaſii Presbyteri deprehenſus ſit Neſtorius, quod Mariam non deiparam vocaret, ſed Chriſtiparam: atque idcirco hæreticus pronuntiatus ſit.

a Ἐπειδήγε a Νεϛόριος, ἡ Θεόμαχος γλῶϛα, τὸ Καϊάφα δεύτερον συνέδριον, τὸ τῆς βλασφημίας ἐργαϛήριον, ἐν ᾧ πάλιν Χριϛὸς συμφωνεῖταί τε καὶ πιπράσκεται, ταῖς φύσεις ἀφιρήμενός τε καὶ σπαραττόμενος, ὁ μηδὲ ἐν αὐτῷ τῷ ϛαυρῷ ὀϛοῦν ὅλως σωτριβεὶς καὶ τὸ γεγραμμένον, ἢ τὸν ὑφαντὸν διόλου χιτῶνα ἀπὸ τῶν θεοκλόνων ἐξέρραγεν, τὴν μὴ Θεοτόκος φωνὴν ἐκ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἤδη χαλκευθεῖσαν ἀφ' πολλῶν ἐγκειμένων πατέρων, ἐξώθησέ τε καὶ ἀπεβάλετο· τὴν δὴ Χριϛοτόκος παραχαράξας, ἀντεχάλκευσέ τε καὶ ἀνετύπωσε· μυρίων τε αὖ πολέμων τὴν ἐκκλησίαν ἐπέπλησεν, αἵμασιν ἐμφυλίοις ταύτην ὑπακλύσας· δοκῶ μὴ ἐπιτρέψειν τοῖς εὔλογον ἀφορμὴν τῆς ἰϛορίας, καὶ τῆς ταύτης τελευτῆς καταντήσειν, εἰ γε προοιμιασθείη, Χριϛοῦ τοῦ ἐπὶ πάντων συνεργοῦντος Θεοῦ, ἐκ τοῦ Νεϛορίου τοῦ δυϛεβοῦς βλασφημίας. ἤρξατο δὲ ὁ τῶν ἐκκλησιῶν πόλεμος ἐνθένδε. 2 b Ἀναϛάσιός τις πρεσβύτερος, τὴν γνώμην κακόδοξος, Νεϛορίου καὶ τῶν Νεϛορίου Ἰουδαϊκῶν δογμάτων ἀφύπνος ἐραϛής, ὃς καὶ συνέκδημος

Quandoquidem Neſtorius, lingua illa Deo inimica, alterum Caïaphæ Concilium, officina blaſphemiæ, in qua condicto pretio iterum venditur Chriſtus, diviſis atque diſcerptis ejus naturis, cui ne in ipſa quidem cruce ullum ex oſſibus fuerat comminutum, ſicuti ſcriptum eſt, nec tunica illa textilis à Deicidis diſcerpta fuerat; ille, inquam, Neſtorius vocem quidem Deiparæ quæ à multis probatiſſimis Patribus, ſancti Spiritus afflatu fabricata fuerat, rejecit ac repudiavit: Chriſtiparæ autem vocabulum, tanquam adulterinam monetam, à ſe cuſum atque efformatum vice illius ſuppoſuit; & innumeris bellis Eccleſiam replevit, civili ſanguine eam inundans: Materiam nequaquam mihi defuturam eſſe ſpero ad hiſtoriam apte & concinne diſponendam, meque eam ad exitum uſque perducturum eſſe, ſi opitulante Chriſto qui ſuper omnia eſt Deus, ab impiiſſimi Neſtorii blaſphemia exorſus fuero. Porro Eccleſiarum bellum hinc originem ſumpſit. Fuit quidam Anaſtaſius Presbyter, haud quaquam ſanæ fidei; Neſtorii ejuſque Judaïcorum dogmatum fautor acerrimus; qui etiam

Socr. l. VII. cap. 32.

Neſtorius pro Deipara, Chriſtiparam dicit B. Mariam.

Anaſtaſius.

VALESII ANNOTATIONES.

hiſtoriam benigno Deo commendavero. Verum hæc interpretatio ferri non poteſt. Itaq; Chriſtophorſonus aliter interpretatus eſt, hoc ſcilicet modo. *Ibique finem ſcribendi faciam, ubi Deo clementi ac propitio viſum fuerit.* Sed neque hæc interpretatio mihi penitus ſatisfacit. Primo enim Evagrius non dicit ἀποθησόμενος, ſed ἀποτιθέμενος in præſenti. Deinde ἀποτίθεσθαι τὴν ἱϛορίαν pro finire hiſtoriam, nuſquam memini legere. ἀποτίθεσθαι proprie dicitur recondere: unde ἀποθήκη eſt cella promptuaria. Sumitur etiam pro deponere humi vel in monumento. Heſychius in lexico ἀπόθετος inquit, ὁ κείμενος. Idem Heſychius ἀποτίθεσθαι ſignificare ait ἐκτίθεσθαι. Quæ quidem ſignificatio priori contraria eſt. Occultare enim, & edere ſeu promulgare, inter ſe contraria ſunt. Malim igitur hunc Evagrii locum ita interpretari: *Hiſtoriam editurus, quando clementi placuerit Deo.* Si quis tamen Chriſtophorſoni verſionem præferat, non magnopere repugnabo. Certe Evagrius in cap. 7. τὸν βίον ἀπέθετο dixit pro finire. In cap. tamen decimotertio hujus libri hoc verbum uſurpat Evagrius pro referre ſeu exponere. Sic enim ait, γέγραφε δὲ καὶ λογίως ἀπέθετο &c. Et in cap. xi. ἀπέθη eodem ſenſu ponitur pro ἐξέθη. Item initio libri ſecundi ἀποθώμεθα dicit pro ἐκθώμεθα.

1 Ἐν ᾧ πάλιν Χριϛὸς συμφωνεῖται] Mirum eſt in hujus loci interpretatione lapſos eſſe ambos Interpretes. Nam Muſculus quidem ita vertit. *Officina blaſphemiæ, in qua rurſus ad judicium vocatur & venditur Chriſtus.* Chriſtophorſonus vero interpretatur hoc modo. *Qui blaſphemiæ officinam, in qua Chriſtus denuo trucidatur & dividitur, inſtruxit.* Neuter bene. Nam nec ad judicium vocari convenit officinæ: Nec συμφωνεῖται Græce dicitur. Miror certe Henricum Savilium, qui hanc Chriſtophorſoni ineptiſſimam emendationem ad marginem ſui codicis adſcripſerit. Vertendum erat *Officina blaſphemiæ, in qua pactum initur de Chriſto, & pretio venditur Chriſtus.* Nam συμφωνῶ proprie eſt paciſcor, & σύμφωνον pactum conventum, pactio, vt legitur in veteribus gloſſis. Quod verbum ſæpius occurrit in libris Juriſconſultorum Græcorum.

2 Ἀναϛάσιος] Erat hic Anaſtaſius Syncellus Neſtorii Epiſcopi Conſtantinopolitani; ut teſtatur Theophanes in Chronico & Anaſtaſius Bibliothecarius. Habebant enim Patriarchæ Syncellos, quos ſibi eligebant ex ordine Preſbyterorum, id eſt concellaneos ſeu cohabitatores. Sic in Epiſtola ſynodi Conſtantinop. ad Hormiſdam Papam de electione Epiphanii Patriarchæ Conſtantinopolitani, quam refert Baronius anno Chriſti 520. inter Legatos miſſos à ſynodo nominatur Heraclianus Presbyter ſanctæ majoris Eccleſiæ, & Cohabitator Epiphanii Patriarchæ. [Sic etiam Auguſtinus in Sermone 2do ad Populum Hipponenſem de vita & moribus clericorum ſuorum, cohabitatores ſuos vocat clericos qui cum ipſo manebant in domo Epiſcopi.] Ipſe quoque Epiphanius prius Presbyter ac Syncellus fuerat Joannis Patriarchæ CP. ut teſtatur Dioſcorus in epiſtola ad Hormiſdam Papam. Denique Joannes, Presbyter quoque ac Syncellus fuerat Timothei Patriarchæ C. P. ut docet Victor Tunonenſis in Chronico, Agapeto V. C. Coſ. *Timotheus C. P. Epiſcopus obtrectator ſynodi Chalcedonenſis, quinto die Aprilis occubuit, & Joannes Cappadox in cella propria atque Presbytero Epiſcopatum tradidit.* Scribe meo periculo, *Et Joanni Cappadoci Syncello proprio atque Presbytero &c.* Nihil certius hac emendatione. Erant etiam Syncelli ex ordine Diaconorum. Sic in actione tertia Concilii Chalcedonenſis, Agoraſtus quidam Diaconus dicitur ſyncellus Dioſcori Epiſcopi Alexandrini. Exſtat denique apud Ennodium præceptum, quando omnes Epiſcopi juſſi ſunt cellulanos habere: In quo ita legitur: *Nullum ergo Sacerdotem antiquis & modernis legibus obſequentem, nullumque Levitarum, ſine bene probata volumus quocumque loci manere perſona. Vel quem ſubſtantiæ exilitas non permiſerit habere conſortem, ipſe concellaneus fiat alterius.* Non ſoli igitur Patriarchæ Syncellos habuerunt. Certe Stephanus Syncellus Syncletici Tarſenſis Epiſcopi memoratur ab Ephremio apud Photium.

VARIORUM.

a Νεϛορίου] De Neſtorio Vid. Socr. lib. VII. cap. 29. de Anaſtaſio Socr. lib. VII. c. 32. de voce θεοτόκος ibid. c. 32. de Synodo I. Epheſina ibid. c. 34.

SÆC. V

Neſtorium ad Epiſcopatum urbis Regiæ proficiſcentem fuerat comitatus; quo quidem tempore Neſtorius apud Mopſueſtiam congreſſus cum Theodoro, audita illius doctrina, à recta pietate deflexit, ſicut in Epiſtola quadam de his rebus agens ſcribit Theodulus. Hic igitur Anaſtaſius cum in Eccleſia Conſtantinopolitana ſermonem haberet ad populum Chriſti amantem, auſus eſt palam ac diſerte dicere: Mariam nemo Deiparam vocet. Nam Maria homo fuit. Fieri autem non poteſt, ut ex homine naſcatur Deus. Iis auditis, cum Populus Dei graviter commotus eſſet, & ſermonem illum, uti par erat, blaſphemiam duceret, Neſtorius auctor illius blaſphemiæ, non modo Anaſtaſiũ non prohibuit, nec rectæ ſanæque doctrinæ patrocinium ſuſcepit: Verum iis quæ ab Anaſtaſio dicta erant, aperte robur addidit, in hujuſmodi diſputationibus pervicaciter inſiſtens. Interdum etiam propria interſerens atque intexens dogmata, & reconditum mentis ſuæ virus effundens, adhuc pejora & magis impia docere conatus eſt. Adeo ut in ſuam ipſius perniciem hæc diceret: Ego illum qui bimeſtris ac trimeſtris factus eſt, nunquam Deum appellaverim; quemadmodum à Socrate, & in Actis prioris Epheſinæ Synodi perſpicue relatum eſt.

Theodulus.

οἱ γέγονε πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἀπαίροντι, ὅτε καὶ Θεοδώρῳ κατὰ τὴν Μόψουεστίαν συντυχὼν ὁ Νεστόριος, τῆς θεοσεβείας παρετράπη, τῶν ἐκείνου διδαγμάτων ἀκροασάμενος, ὡς Θεοδούλῳ τινὶ τούτων ἐπιστολικῶς γέγραπται· τὰς διαλέξεις τῷ φιλοχρίστῳ λεῷ ποιούμενος ἀνὰ τὴν ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπόλεως, ἀναφανδὸν ἐτόλμησεν εἰπεῖν, θεοτόκον τὴν Μαρίαν καλείτω μηδείς. Μαρία γὰρ ἄνθρωπος ἦν· ἐκ δὲ ἀνθρώπου θεὸν τεχθῆναι ἀδύνατον. πρὸς ταῦτα τῷ φιλοχρίστου λεῷ δυσχεράναντος, καὶ βλασφημίαν εἰκότως ἡγουμένῳ τὴν ῥῆσιν, Νεστόριος ὁ τῆς βλασφημίας καθηγητὴς, οὐ μόνον ἐ διεκώλυσεν, οὐδὲ τοῖς ὀρθοῖς προσέθετο δόγμασι· ἀλλὰ καὶ μάλα ἀτεχνῶς τοῖς εἰρημένοις Ἀναστασίῳ τὴν ῥοπὴν ἐδίδου, φιλονεικότερον ἐν τοῖς περὶ τούτων ἐνιστάμενος. καί που καὶ ἰδίας παρεντιθείς τε καὶ παρεγγράφων δόξας, καὶ τὸν τῆς ψυχῆς ἰὸν ἀπερευγόμενος, βλασφημότερα διδάσκειν ἐπειρᾶτο· ὥστε καὶ τὴν ἰδίας κεφαλῆς ὀφθέσθαι, τὸ γενόμενον διμηνιαῖον, ἢ τριμηνιαῖον οὐκ ἂν θεὸν ὀνομάσαιμι, ὡς τὰ περὶ τούτων Σωκράτει τε ἐν τῇ ἐν Ἐφέσῳ προτέρᾳ συνόδῳ σαφῶς ἱστόρηται.

CAPUT III.

Quid Magnus Cyrillus ad Neſtorium ſcripſerit, & quomodo tertia Synodus Epheſi congregata ſit, ad quam Joannes Antiochenus Epiſcopus & Theodoritus tardius acceſſerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Οἷα ὁ μέγας Κύριλλος τῷ Νεστορίῳ ἔγραψε, καὶ ὅπως ἡ τρίτη σύνοδος ἐν Ἐφέσῳ ἠθροίσθη, ὑστερήσαντος Ἰωάννου τοῦ Ἀντιοχείας, καὶ Θεοδωρίτου.

Quæ cum Cyrillus Alexandrinorum Epiſcopus, vir celeberrimi nominis, per literas ſuas reprehendiſſet, iiſdemque reſpondiſſet Neſtorius, ac neque iis quæ à Cyrillo, neque his quæ à Cæleſtino ſenioris Romæ Epiſcopo ſcripta erant acquieſceret, ſed nihil veritus, adverſus univerſam Eccleſiam proprium virus evomeret; merito Cyrillus petiit à Theodoſio qui tunc Orientis Imperium adminiſtrabat, ut ejus mandato prima Synodus Epheſi congregaretur, Imperialibus literis, tum ad Cyrillum ipſum, tum ad omnes ubique ſanctiſſimarum Eccleſiarum Epiſcopos miſſis. Igitur Theodoſius Synodum indixit die ſanctæ Pentecoſtes, quo die vivificus Dei Spiritus in nos deſcendit. Ac Neſtorius quidem, eo

Cæleſtinus Ep. R.

Ὡν ἐπειδὴ Κύριλλος ὁ τῆς ἀοιδίμου μνήμης ἐπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων, δι' οἰκείων ἐπελαμβάνετο συλλαβῶν, Νεστόριός τε αὖ τούτοις ἀντέπιπτε, καὶ οὐδὲ τοῖς Κυρίλλῳ, οὐδὲ τοῖς Κελεστίνῳ τῷ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπισκόπῳ γραφεῖσιν ἐπείθετο· τὸν δὲ ἴδιον ἔμετον κατὰ πάσης ἐξέχεε τῆς ἐκκλησίας, μηδὲν θλαβούμενος, εἰκότως ἐδέησε νθύμασι τοῦ νέου Θεοδοσίου τὰ σκῆπτρα τῆς ἑῴας διέποντος, τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην σύνοδον ἀληθῆναι· γραμμάτων βασιλικῶν γενομένων πρός τε Κύριλλον καὶ τοὺς ἁπανταχῆ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν προεστηκότας· ὃς κυρίαν τῆς συνελθούσης ἀπέφηνε τὴν ἁγίαν Πεντηκοστὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τὸ ζωοποιὸν ἡμῖν ἐπεφοίτησε Πνεῦμα. καὶ Νεστόριος μὲν,

VALESII ANNOTATIONES.

1 Θεοδούλῳ] Hujus Theoduli nullam alibi mentionem reperi. Nam quod Nicephorus in cap. 32. lib. 14 eum nominat, id hauſtum eſt ex fontibus Evagrii noſtri. Videtur tamen hic eſſe Theodulus Presbyter in Cœleſyria, qui regnante Zenone Auguſto multa ſcripſit, ut teſtatur Gennadius Maſſilienſis, & Marcellinus Comes in Chronico.

2 Ἐπισκόποις ἐπίσθετο] Hunc locum ex optimo codice Florentino reſtitui, adjecto uno verbo quod ab antiquariis perperam omiſſum fuerat. Quod quidem idcirco admonendum eſſe duxi, ut ſciant lectores, nihil à nobis additum eſſe aut immutatum, niſi ex ejus præſtantiſſimi codicis auctoritate. Porro cum Flor. codice conſentit codex Tellerianus.

3 Γραμμάτων βασιλικῶν] Extat epiſtola Theodoſii Junioris, quam vulgo ſacram vocabant. Sic enim eam appellat Theodoſius ipſe in epiſtola ad Synodum Epheſinam. In verſione quidem Latina hujus epiſtolæ titulus ita concipitur. *Sacra Imperatoria, miſſa Alexandriam ad Cyrillum Epiſcopum & Epiſcopos Metropolitanos ejus regionis.* Verum Græca aliud ſonant, quæ ſic habent, θεῖον γράμμα ἀποσταλὲν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς κατὰ χώραν τῶν Μητροπόλεων ἐπισκόποις. Id eſt, *Sacra epiſtola miſſa Alexandriam ad Cyrillum, & ad omnes ubique Metropolitanos Epiſcopos.* κατὰ χώραν enim, idem valet ac καθ' ἑκάστην χώραν. Idque confirmat ipſe Theodoſius in eadem epiſtola, ubi dicit ſcripſiſſe ſe eodem exemplo πρὸς τοὺς ἁπανταχοῦ τῶν Μητροπόλεων ἐπισκόπους. Evagrius autem noſter pro eodem dicit; γραμμάτων βασιλικῶν γενομένων πρός τε Κύριλλον καὶ τοὺς ἁπανταχῆ τῶν ἐκκλησιῶν προεστηκότας.

4 Ἡμῖν ἐπεφοίτησε πνεῦμα] Vox ἡμῖν diſplicuit Nicephoro. Itaque loco illius ſubſtituit hæc verba: τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις. Sed nihil opus erat emendatione. Nam vox ἡμῖν hoc loco ponitur pro Eccleſia Dei, quæ tunc temporis in Apoſtolis reſidebat. Antea quidem Spiritus ſanctus deſcenderat in Mariam, tunc cum illa Filium Dei concepit: & poſtea in Chriſtum, quando Chriſtus baptizatus eſt in Jordane. Verum ſpeciali privilegio id tunc illis contigit. Die vero Pentecoſtes Spiritus ſanctus pri-

οὐ

οὐ μακρὰν τῆς Ἐφέσου διεχούσης τῆς Κωνσταντίνου, φθάνει πάντως. καὶ Κύριλλος δὲ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν, πρὸ τῆς ἐπαγγελθείσης ἡμέρας ἀπαντήκασιν. Ἰωάννης δὲ ὁ τῆς Ἀντιοχέων πρόεδρος, σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἀπελείφθη τῆς ὁριοθείσης ἡμέρας, ὕπ ἐκὼν, 1 ὡς πολλοῖς ἀπολογούμενος δοκεῖ· ἀλλ' ὅτι μὴ ἀγεῖραι τάχιστα τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἐδυνήθη, διίστατο γὰρ τῶν αὐτῶν πόλεων τῆς πάλαι μὲν Ἀντιόχου, νυνὶ δὲ Θεοῦ προσαγορευομένης πόλεως, ὁδὸν ἀνδρὶ εὐζώνῳ ἡμερῶν δυοκαίδεκα, τισὶ δὲ, καὶ πλέον· διεχούσης δὲ καὶ τῆς Ἐφεσίων ἐκ τῆς Ἀντιόχου ὁδὸν ἡμερῶν μάλιστα τριάκοντα· ἐπιχυριζόμενος μὴ πολέ 2 ἂν αὐτὸν φθῆναι τὴν κυρίαν, εἰ τὴν καλουμένην νέαν κυριακὴν οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἀνὰ τοὺς οἰκείους ἐπιτέλεσαν θρόνους.

quod Epheſus haud procul abeſt Conſtantinopoli, primus illic adfuit. Cyrillus quoque una cum provincialibus Epiſcopis, ante præſtitutum diem advenit. Joannes vero Antiochenſis Epiſcopus, una cum ſuis ad conſtitutum diem non adfuit: non tamen ſua ſponte, ſicut multis videtur dum moram ſuam excuſat: ſed propterea quod Epiſcopos provinciæ ſuæ citius colligere non potuerat. Quippe urbes quæ ſub illo erant, ab urbe Antiochia quæ nunc Theopolis dicitur, homini quidem expedito diſtant duodecim dierum itinere: aliis vero amplius etiam quam duodecim. Epheſus autem diſtat ab urbe Antiochia itinere dierum triginta. Proinde affirmabat Joannes ſe ad conſtitutum diem occurrere non potuiſſe, quando Epiſcopi quos ſecum habebat, Dominicam illam quæ nova vulgo dicitur, in ſuis ſedibus celebraſſent.

Synodus Epheſina.

Joannes Ep. Antioch.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅπως παρὰ τῆς συνόδου καθηρέθη Νεστόριος, τοῦ Ἀντιοχείας μὴ ἐνδημήσαντος.

Ὡς δὲν ἡ κυρία παρῆλθεν ἡμέρας πεντεκαίδεκα, οἱ ἐπὶ τοῦτο συναθροισθέντες, ὡς οὐ Φθησομένων τῶν ἀνατολικῶν, ἢ εἰ καὶ φθαίεν, μετὰ πολ 3 λοῦ χρόνου τελεῖν ἀλίζονται, Κυρίλλου τοῦ θεσπεσίου διέποντος καὶ τὸν Κελεστίνου τόπον, τοῦ ἐπισκοπεῖν, ὡς εἴρηται, τῶν πρεσβυτέρας Ῥώμης πρυτανεύοντος. καλοῦσι δ' οὖν καὶ τὸν Νεστόριον, προτρέποντες τοῖς ἐπαγομένοις ἀπολογήσασθαι. καὶ δὴ καὶ τοῦ προ-

CAPUT IV.

Qualiter Neſtorius à Synodo depoſitus ſit, cum Epiſcopus Antiochiæ nondum adveniſſet.

ELAPSIS igitur diebus quindecim ultra præſtitutum diem, Epiſcopi qui ad id convenerant, quaſi Orientales omnino venturi non eſſent, aut certe poſt longi temporis moram; in unum coeunt, divino Cyrillo Cœleſtini quoque Romanæ urbis, uti ſupra diximus; Epiſcopi vices gerente. Accerſunt itaque Neſtorium, hortantes ut objectis criminibus reſponderet. Qui cum prima die pollicitus ſe

Cyrillus Cœleſtini vicem gerit.

VALESII ANNOTATIONES.

mum deſcendit in Eccleſiam Dei per Apoſtolos, ſi quidem Apoſtoli eumdem Spiritum quem tunc acceperant, poſtea Succeſſoribus ſuis per impoſitionem manuum tradiderunt.

1 Ὡς πολλοῖς ἀπολογούμενος δοκεῖ] Nicephorus pro verbo δοκεῖ habet ἔλεγεν. Chriſtophorſonus vero legit ὡς πολλοῖς ἀπολογουμένοις δοκεῖ. Ita enim vertit hunc locum. *Joannes Præſul Antiochiæ una cum ſuis ad diem dictum abfuit; Non quidem ſua ſponte, ſicut multis videtur, qui ejus factum defendere volunt.* Quam tamen emendationem licet Savilius ad oram ſui codicis adſcripſerit, probare non poſſum. At Muſculus locum hunc ita vertit. *Verum præter animi ſui ſententiam, ſicut & multis moram illam excuſans, oſtendit.* Ego vero nihil mutandum cenſeo, & locum ſic interpretor. *Joannes vero ad conſtitutum diem non adfuit: non quidem ſua ſponte, ſicut multis videtur, dum factum ſuum excuſat.* Certe non poteſt alius eſſe ſenſus horum verborum.

2 Εἰ τὴν καλουμένην νέαν κυριακὴν] Græci Dominicam primam poſt Paſcha, νέαν ſeu καινὴν κυριακὴν olim vocabant. Ita Gregorius Nazianzenus in oratione XIX. quam dixit in funere Patris ſui Gregorii, ἡ καινὴ παρῆν ἡμέρα τῆς ἑορτῆς, ἣν ἔτως ὀνομάζομεν, πρώτην κυριακὴν μετὰ τὴν ἀναστάσιμον πεύτην ἔχοντες. Extat ejuſdem Gregorii Nazianzeni oratio 43. in hanc novam Dominicam: in qua rationem adfert, cur hæc dies dicatur nova Dominica. Sed & ſynodus in Trullo hanc Dominicam, quam nos vulgo Dominicam in albis vocamus, καινὴν κυριακὴν appellant. Sic enim dicunt in Canone LXVI. ἀπὸ τῆς ἁγίας ἀναστάσιμου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας, μέχρι τῆς καινῆς κυριακῆς &c. In actione 5 ſynodi CP. ſub Mena pag. 745. dicitur νέα κυριακή. ★

3 Κυρίλλου διέποντος καὶ τὸν Κελεστίνου τόπον] Cyrillum in Epheſino Concilio Cæleſtini Rom. Pontificis vices geſſiſſe ſatis conſtat. Certe in actis ejus Concilii Cyrillus hoc titulo ubique decoratur, etiam poſt adventum Legatorum ſedis Romanæ, ut patet ex actione quarta ejuſdem Concilii, ubi Legati Romani ſtatim poſt Cyrillum Alexandrinum ante reliquos omnes Epiſcopos nominantur. Duplici igitur nomine Cyrillus Epheſino Concilio præſedit, videlicet tanquam Epiſcopus Alexandrinus, & tanquam Vicarius Epiſcopi Rom. Nicephorus in lib. 14. cap. 34. ait Cæleſtinum Romanæ urbis Epiſcopum, cum propter navigationis pericula huic ſynodo intereſſe minime potuiſſet, vices ſuas Cyrillo mandaſſe. Atque ex eo tempore Cyrillum & ſucceſſores ejus Alexandrinos Epiſcopos, mitram ſumpſiſſe, & Papæ vocabulum ſibi vindicaſſe, orbiſque totius judices eſſe appellatos. Sed hæc inepta ſunt & falſiſſima. Diu enim ante Cyrillum, Epiſcopi Alexandrini Papæ vocabantur. Nam Dionyſius Alexandrinus in epiſtola tertia ad Philemonem, Heraclam Beatiſſimum Papam appellat, ut legitur apud Euſebium in lib. 7. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ. Et Athanaſius in Apologetico ſecundo refert epiſtolam Iſchyræ ad ſe ſcriptam hoc titulo: *Beatiſſimo Papæ Athanaſio Iſchyras in Domino Salutem.* Adde quod Cæleſtinus Cyrillum Vicarium ſuum conſtituit in Neſtorii duntaxat cauſa, non in reliquis omnibus: iſque honos Cyrilli perſonæ privatim conceſſus eſt, non autem ſedi Alexandrinæ. Itaque ſucceſſores Cyrilli eum honorem poſtea ſibi vindicare minime potuerunt, qui Cyrillo ad tempus duntaxat indultus fuerat. Certe Marcellinus Comes id diſerte notat in Chronico, Conſulatu Theodoſii Junioris XIII & Valentiniani Auguſti III. *Neſtorius Conſtantinop. ſedis perfidus Antiſtes, à quo Neſtoriana perfidia pullulavit, apud Epheſum ducentorum ſanctorum patrum ſententia in ſynodo condemnatus eſt, Cæleſtino Cyrillum Alexandrinæ civitatis Epiſcopum pro tempore Vicarium renuntiante.* Illud præterea notandum eſt in ſupra dicto Nicephori loco, tam Nicephorum, quam eos à quibus id mutuatus eſt Nicephorus, non dubitaſſe quin Romanus Epiſcopus judex eſſet omnium Eccleſiarum. Nam cum ſcribant, Cyrillum poſteaquam Vicarius à Cæleſtino Epiſcopo Romano renuntiatus eſt, judicem Eccleſiarum totius orbis cognominatum fuiſſe, proculdubio exiſtimarunt hanc fuiſſe prærogativam Rom. Pontificis, ut totius orbis Eccleſiarum judex haberetur.

VARIORUM.

★ Tho. Smithus in libro de Eccleſia Græca, pag. 32. Edit. Lond. 1680. narrat, Græcos etiam hodie hanc Dominicam appellare καινὴν & νέαν, & ἀναγενήσιμον. Meurſius contendit ſcribendum eſſe ἀναγενίσιμον, i. e. *regenerantem* aut *renovantem Dominicam.* Vid Meurſii Gloſſarium, voce ἀναγενίσιμος. *M. Shorting.*

Τερσίαν

venturum si opus esset, promissum exequi neglexisset, ac ter vocatus, sese in judicio non stetisset, Episcopi qui aderant, negotium examinare aggressi sunt. Cumque Memnon Episcopus Ephesiorum, dies qui ultra præstitutum tempus effluxerant, percensuisset, erant autem dies illi numero sedecim; lectæque essent Epistolæ divini Cyrilli ad Nestorium, & Nestorii vicissim ad Cyrillum datæ: cum adjecta etiam esset sacra illa Epistola admirabilis Cœlestini ad eumdem Nestorium: Cumque Theodotus Ancyræ & Acacius Melitinæ Episcopi, verba impia quæ Nestorius Ephesi palam effuderat exposuissent: Collectis denique multis sententiis sanctorum & probatissimorum Patrum, qui rectam ac sinceram fidem exposuerant: insertis etiam variis blasphemiis quas impius Nestorius vesana mente profuderat: sancta Synodus adversus Nestorium hæc ad verbum pronuntiavit. Ad hæc quoniam Reverendissimus Nestorius nec vocationi nostræ obtemperare voluit, nec sanctissimos & religiosissimos Episcopos à nobis missos suscepit, necessitate compulsi, ea quæ ab illo impie dicta fuerant, examinare aggressi sumus. Cumque illum partim ex Epistolis ejus ac libris qui etiam recitati sunt: partim ex verbis ipsius quæ nuper in hac Metropoli dixit, & quæ multorum testimonio confirmata sunt, impie sentire ac prædicare deprehendissemus, adigente canonum auctoritate & Epistola Sanctissimi patris & collegæ nostri Cœlestini Ecclesiæ Romanæ Episcopi, post multos fletus ad hanc tristem sententiam tandem processimus. Igitur Dominus noster Jesus Christus, contra quem impie locutus est Nestorius, per hanc sacrosanctam Synodum decrevit, eumdem Nestorium & ab Episcopali dignitate, & ab omni sacerdotali conventu extraneum esse.

Memnon Ep. Ephes.

Theodotus. Acacius.

Synodi adversus Nestorium sententia.

περαίαν ὑποχόμενος ἀφικνεῖσθαι εἰ δέοι δέησοι, καὶ τοὺς ὑποχεθέντων κατολιγωρήσας, καὶ τρὶς κληθεὶς, ἐπειδὴ μὴ ὑπήντησε, τῆς ζητήσεως οἱ συνελθόντες ἀντελάβοντο. καὶ Μέμνονος τοῦ τῶν Ἐφεσίων πρόεδρου τὰς διέλευσιν τῶν ἡμερῶν τῶν μὴ τῶν κυρίαν διελθόντος· ἐτύγχανον δὲ ἑξκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν οὖσαι, καὶ τῶν ἐπιστολῶν ἀνεγνωσμένων Κυρίλλου τοῦ θεσπεσίου τῶν πρὸς Νεστόριον εἰργασμένων αὐτῷ, καὶ πρός γε, τῶν Νεστορίου πρὸς αὐτὸν Κύριλλον· ἐγγεγραφέσης δὲ καὶ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης ἐπιστολῆς Κελεστίνου τοῦ πάπα, τῆς πρὸς αὐτὸν Νεστόριον γενομένης· εἰπόντων τε αὖ Θεοδότου ἐπισκόπου Ἀγκύρων, Ἀκακίου τε τοῦ Μελιτινῆς θρόνον διέποντος, καὶ ἅπερ κατὰ τὴν Ἐφεσίων ἀναφανδὸν βλασφημίας ἀπερρύξατο ῥήματα ὁ Νεστόριος· συνυφανθεισῶν δὲ καὶ πολλῶν ῥήσεων ἁγίων, καὶ ἐγκειμένων πατέρων, τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον ἐκθεμένων πίστιν· ἐπαγέντων γε μὴν καὶ ἀσεβῶν ἐκφρόνως βλασφημηθέντων παρὰ τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου, ἡ ἁγία σύνοδος πρὸς λέξιν ἀπεφήνατο ταῦτα. ἐπεὶ τοῖς ἄλλοις μήτε ὑπακοῦσαι βουληθέντος τοῦ πανιωτάτου Νεστορίου τῇ ἡμῶν κλήσει, μήτε μὴν τοὺς παρ' ἡμῶν ἀποσταλέντας ἀγιωτάτους καὶ θεοσεβεστάτους ἐπισκόπους προσδεξαμένου, ἀναγκαίως ἐχωρήσαμεν ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν δυσσεβηθέντων αὐτῷ· καὶ φανάσαντες αὐτὸν ἔκ τε τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ καὶ τῶν συγγραμμάτων, τῶν καὶ ἀναγνωσθέντων, καὶ ἐκ τῶν ἀρτίως παρ' αὐτοῦ ῥηθέντων καθ' ἡμῶν βλασφημιῶν, καὶ προσμαρτυρηθέντων δυσσεβῶς φρονοῦντα καὶ κηρύττοντα, ἀναγκαίως κατεπειχθέντες ἀπό τε τῶν κανόνων, καὶ ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγιωτάτου πατρὸς ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῦ Κελεστίνου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, δακρύσαντες πολλάκις, ἐπὶ ταύτην τὴν σκυθρωπὸν ἐχωρήσαμεν ἀπόφασιν. ὁ βλασφημηθεὶς τοίνυν παρ' αὐτοῦ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὥρισε διὰ τῆς παρούσης ἁγίας συνόδου, ἀλλότριον εἶναι τοῦ αὐτὸν Νεστόριον τοῦ τε ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος, καὶ παντὸς συλλόγου ἱερατικοῦ.

CAPUT V.

Quomodo Joannes Antiochensis Episcopus quum post quintum diem adveniſſet, Cyrillum Alexandriæ & Memnonem Ephesi Episcopos deposuit. Qui mox à Synodo innocentes pronuntiati sunt, & Joannes una cum suis depositus. Et quomodo Cyrillus ac Joannes interventu Imp. Theodosii, in gratiam redierint, & Nestorii depositionem confirmaverint.

Post legitimam hanc & justissimam sententiam, Joannes Antiochenus Episcopus una cum Antistitibus suis venit, quinto post die quam Nestorius fuerat destitutus. Et collecto Episcoporum suorum Concilio, Cyrillum deponit ac Mem-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ὡς μὲν πέντε ἡμέρας ἐλθὼν ὁ Ἀντιοχείας Ἰωάννης, καθαιρεῖ Κύριλλον τὸν Ἀλεξανδρείας καὶ Μέμνονα τὸν Ἐφέσου· οὓς ἡ σύνοδος πάλιν ἠθώωσεν, καθελοῦσα Ἰωάννην καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ. καὶ ὅπως ἀπὸ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως συμβαίνουσι Κύριλλος καὶ Ἰωάννης, κυρώσαντες ἔτι καὶ τὴν Νεστορίου καθαίρεσιν.

Μετὰ γοῦν τὴν ἀνομωτάτην καὶ δικαίαν ταύτην ἀπόφασιν, ἐφίσταται τῇ Ἐφεσίων Ἰωάννης ὁ τῆς Ἀντιόχου μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἱερέων, ἡμέρας πέντε τῆς καθαιρέσεως ὑστερήσας· καὶ συναλίσας πάντας τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, [a] καθαιρεῖ a

VARIORUM ANNOTATIONES.

a Καθαιρεῖ Κύριλλον] Joannes offensus quod præsentiam ejus Patres non diutius exspectassent, collecto ex suis Orientalibus, decemque Nestorii Episcopis, XLIII. Episcoporum Conciliabulo, Depositionis sententiam in Cyrillum & Memnonem Ephesinum, tanquam omnium malorum architectos, quique Nestorium temere nimis & inconsulto damnassent, intorquet; cæteris, ni resipiscant, & Anathematismos Cyrilli damnent & rejiciant, Anathemati subjectis.

Κύριλλον

Κύειλλον ϗ Μέμνονα. ἐπ. δὲ λιβέλλων ἐπιδεδομέ-
νων τῇ Κυείλλῳ ϗ Μέμνονος τῇ ἅμα σφίσι συν-
αθροισθείσῃ συνόδῳ, εἰ καὶ Σωκράτης ἀγνοήσας,
ἑτέρως ἱστόρησε, μεταπαλεῖται Ἰωάννης ἐφ' ᾗ πε-
ποίηκεν ἀπολογησόμενος καθαιρέσ. ϑ μὲν συνελη-
λυθότος μετὰ τρεῖς τὰς γενομένας κλήσεις, ἀπο-
λύονται μὲν τῆς καθαιρέσεως Κύειλλος ϗ Μέμ-
νων· ἀποκείνονται δὲ τ ἁγίας κοινωνίας ϗ πάσης
αὐθεντίας ἱερατικῆς, Ἰωάννης καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν
a ἱερεῖς. καὶ πρῶτα μὲν [a] Θεοδοσίῳ μὲν προπεμένῳ
τῷ Νεστορίου καθαίρεσιν, ὕστερον δὲ τῷ ἐκείνου
b βλασφημίαν ἐγνωκότος, θυσεβέσι τε αὖ [b] γράμ-
μασι χρησαμένῳ πρός τε Κύειλλον καὶ Ἰωάννην
τοὺς ἐπισκόπους, συμβαίνουσι πρὸς ἀλλήλους, τὴν
Νεστορίου καθαίρεσιν ἐπικυρώσαντες.

nonem. Sed cum Cyrillus ac Memnon libellos obtulissent Synodo illi quæ cum ipsis fuerat congregata, licet Socrates per ignorationem id paulo aliter retulerit, accersitus est Joannes ut depositionis à se factæ rationem redderet. Qui cum post tres continuas vocationes non adfuisset, Cyrillus quidem ac Memnon à depositionis sententia absoluti sunt: Joannes vero & qui cum illo erant Episcopi, ab Ecclesiastica communione & ab omni sacerdotali auctoritate submoti. Porro Imp. Theodosius, initio quidem depositionem Nestorii haudquaquam probavit: Postea vero cognita ejus impietate, cum literas admodum pias ad Cyrillum & Joannem Episcopos scripsisset, illi inter se conciliati sunt, & depositionem Nestorii confirmarunt.

SÆC. V.

Socr. l. VII. cap. 34.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Περὶ Παύλου τοῦ Ἐμέσης εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐλθόν-
τος, ϗ ἔπαινος Κυείλλου ἀφ' ἧ ἐπιστολήν.

Παύλου τε τοῦ Ἐμέσης ἐπισκόπου πρὸς τ Ἀ-
λεξάνδρου πόλιν γενομένου, ἐπί τε τ ἐκκλη-
σίας τ περὶ τούτου φερόμενον λόγον ὁμιλήσαντος,
ὁπηνίκα ϗ Κύριλλος τὴν ἐπιστολὴν Ἰωάννου ϑ μά-
λα ἐπῄνεσας, ἐπὶ ῥήματος γέγραφε ταῦτα. ϑφραι-
νέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, ϗ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. λέ-
λυται γὰρ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, καὶ πέπαυ-
ται τὸ λυποῦν, καὶ διχονοίας ἁπάσης ἀνῄρηται
τρόπος, ὑπὲρ πάντων ἡμῶν Ζωτῆρος Χριστοῦ ταῖς αὐ-
τοῦ ἐκκλησίαις τὴν εἰρήνην βεβεβαίωσαντος· κεκλη-
κότων δὲ πρὸς τοῦτο ἡμᾶς ϗ τ ϑυσεβεστάτων καὶ
θεοφιλεστάτων βασιλέων, οἳ θερμονικῆς ϑυσεβείας
ἄκρως ζηλωταὶ γεγονότες, ἀσφαλῆ μὲν ϗ ἀκλάσ-
τητον ἐν ἰδίαις ψυχαῖς τὴν ὀρθὴν φυλάττουσι πίστιν·
ἐξαίρετον δ' ποιοῦνται φροντίδα τὴν ὑπὲρ τ ἁγίων
ἐκκλησιῶν, ἵνα ϗ ἄφθορον ἔχωσιν εἰς αἰῶνα τ
δόξαν, ϗ ϑυκλεεστάτῃ ἀποφήνωσι τ ἑαυτῶν βα-
σιλείαν. οἷς ϗ αὐτὸς ὁ τ ὅλ δυνάμεων Κύριος πλου-
σίᾳ χειρὶ διανέμει τὰ ἀγαθὰ, ϗ δίδωσι μὲ κατα-
κρατεῖν τῶν ἀνθεστηκότων· χαρίζεται δὲ τὸ νικᾶν.
1 ὃ γὰρ ἂν διεψεύσατο ὁ λέγων, ζῶ ἐγὼ, λέγει
Κύριος, ὅτι τοὺς δοξάζοντάς με δοξάζω. ἀφικο-
μένου τοίνυν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν τοῦ κυρίου μου ϑ
θεοσεβεστάτου ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ Παύλου,

CAPUT VI.

De Paulo Emisæ Episcopo qui Alexandriam missus est. Et qualiter Cyrillus Joannis Epistolam laudavit.

Cum Paulus Emisenorum Episcopus Alexandriam venisset, & sermonem qui hodieque exstat, ea de re habuisset in Ecclesia. Quo quidem tempore Cyrillus cum Epistolam Joannis plurimum laudasset, hæc ad verbum scripsit: Lætentur cœli & exultet terra. Dirutus enim est paries intergerinus. Sedata est querela, omnisque occasio dissidii sublata: quippe cum Servator omnium nostrum Jesus Christus Ecclesiis suis pacem reddiderit, & religiosissimi Deoque charissimi Imperatores ad idem ipsum nos provocaverint. Qui utpote avitæ pietatis optimi æmulatores, in suis quidem ipsorum mentibus rectam fidem firmam atque inconcussam custodiunt: præcipuam autem curam gerunt sanctarum Ecclesiarum, ut & ipsi immortalem gloriam consequantur, & imperium suum celeberrimum reddant. Quibus & ipse Dominus exercituum, larga manu beneficia tribuit, donatque ut & superiores sint adversariis, & victoriam de hostibus reportent. Neque enim mentiri potest qui dixit: Vivo ego, dicit Dominus, glorificantes me glorifico. Cum igitur Dominus meus religiosissimus frater & comminister Paulus Alexandriam venisset, gau-

Cyrilli ad Joannem Epistola.

1 *Reg. 2. 30.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Οὐ γὰρ ἂν διεψεύσατο] In optimo codice Florentino scriptum inveni ἀφεψεύσατο, longe rectius. In actis autem Ephesini Concilii pag. 428, ubi hæc Cyrilli epistola refertur, scriptum est ἀφεψεύσηται. Verum Florentini codicis scripturam confirmant Niceph. & cod. Tel.

VARIORUM.

a Θεοδοσίῳ μὲν προπεμένῳ] Joannes Antiochenus & Orientales Episcopi, assumpto sibi venerandæ Synodi Ephesinæ nomine, scripserant Imperatori, ipsum de Cyrillo & Memnone Synodali sententia depositis, certiorem facientes: quam ille proinde magnæ Synodi Ephesinæ sententiam existimans, firmam ratamque habuit.

b Γράμμασι πρός τε Κύειλλον] Dissidebant hi Antistites cum suis Ecclesiis toto pene triennio post solutam Synodum; latiusque manasset hoc malum, nisi Imperatoris vigilantia repressum fuisset. Quare per Aristolaum tribunum ac notarium religiosissimis monitis ac severissimo jussu Joannem adegit, ut positis dissidiis reconciliaretur Cyrillo, & Acta Ephesinæ Synodi sua suorumque subscriptionibus comprobaret. Cujus rei gratia Paulus Emissenus Episcopus à Joanne missus Alexandriam. *Vid. Concil. Gen. Tom. III. Par. III. cap. 24, 27, 28. edit. per Ph. Labbe.*

Sæc. V.

dio repleti ſumus, idque jure optimo, quod talis tantuſque internuntius acceſſiſſet, & labores qui humanas ſuperant vires, ſua ſponte ſubire voluiſſet, eo conſilio ut Diaboli invidiam vinceret, & diviſa conjungeret, & remotis utrimque offenſionibus, noſtras ſimul ac veſtras Eccleſias concordia & pace coronaret. Et aliquanto poſt. Iſtam porro Eccleſiæ diſſenſionem inanem prorſus & levi de cauſa ſuſceptam fuiſſe, plane nobis perſuaſum fuit, poſtquam Dominus meus religioſiſſimus Paulus Epiſcopus Epiſtolam attulit quæ inculpatam fidei confeſſionem continebat, affirmans eam cum à tua ſanctitate, tum à religioſiſſimis qui illic ſunt Epiſcopis, conſcriptam fuiſſe. Sic autem habet illa fidei expoſitio, & iiſdem verbis inſerta eſt huic Epiſtolæ Cyrilli. De Deipara vero, & reliqua. Illas ſacras voces veſtras cum legeremus, & noſmetipſos

Epheſ. 4. 5. ita ſentire animadverteremus: Unus enim eſt Dominus, una fides, unum baptiſma; omnium Servatorem Deum glorificavimus, invicem gratulantes, quod tam veſtræ quam noſtræ Eccleſiæ ejuſmodi fidem profiterentur, quæ & divinis Scripturis, & ſanctorum Patrum traditioni conſentiret. Atque hæc quidem cognoſci poſſunt ab iis qui ea quæ tunc temporis geſta ſunt, accurate perlegere voluerint.

θυμηδίας ἐμπεπλήσμεθα, καὶ σφόδρα εἰκότως ὡς ἀνδρὸς τοιούτου μεσιτεύοντος, καὶ ὑπὲρ δύναμιν 1
πόνοις ἑλομένου φέρσομιλεῖν· ἵνα τῆς διαβόλου νικήσῃ φθόνον, καὶ συνάψῃ τὰ διῃρημένα, καὶ τὰ μεταξὺ σκάνδαλα περιελὼν, ὁμονοίᾳ καὶ εἰρήνῃ φανώσῃ τάς τε παρ' ἡμῖν καὶ παρ' ὑμῖν ἐκκλησίας. καὶ μεθ' ἕτερα. ὅπερ δὴ πεισθὴν παντελῶς, 2 καὶ οὐκ
ἀδιάφορος ἡ ἐκκλησίας ἡ διχοστασία γέγονε, νυνὶ μάλιστα πεπληροφορήμεθα, τῷ κυρίῳ μου τῷ θεοσεβεστάτῳ Παύλῳ τῷ ἐπισκόπῳ χάριν προκομίσαντος, ἀδιάβλητον ἔχοντα τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν, καὶ ταύτην συντετάχθαι βεβαιωσαμένῳ φανερά τε ἡ σὴ ὁσιότητος, καὶ τῶν αὐτόθι θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων. ἔχει δὲ ὕτως ἡ συγγραφὴ, καὶ
αὐταῖς λέξεσιν ὑποτέθειται τῇδε τῇ ἐπιστολῇ. περὶ δὲ τῆς θεοτόκου καὶ τὰ ἑξῆς. 3 ταύταις ἡμῶν ὑντυχόντες ταῖς ἱεραῖς φωναῖς, ὕτω τε καὶ ἑαυτοὺς φρονοῦντας θεωρήσοντες· εἷς γὰρ Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. ἐδοξάσαμεν τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Θεὸν, ἀλλήλοις συγχαίροντες, ὅτι ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς καὶ τῇ δόσει τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων συμβαίνουσαν ἔχουσι πίστιν, εἴτε παρ' ὑμῖν καὶ εἴτε παρ' ἡμῖν ἐκκλησίαν. ταῦτα μὲν οὖν ἔστιν ἐλεῖν τὸν φιλοπόνως τοῖς τὸ τηνικαῦτα γεγονόσιν ἐπιστῆσαι βουλόμενον.

CAPUT VII.

Quæ & quanta Neſtorius ſe paſſum eſſe dicat: & quomodo lingua tandem vermibus eroſa apud Oaſim inſulam perierit.

QUONAM autem modo relegatus ſit Neſtorius, & quid poſtea de illo factum ſit, & qualiter ex hac luce migraverit, & quam blaſphemiæ ſuæ mercedem retulerit, haudquaquam proditum eſt à Scriptoribus hiſtoriarum. Quæ profecto intercidiſſent, & longinquitate temporis penitus obliterata eſſent atque obruta, adeo ut ſola quidem auditione perciperentur, niſi librum quemdam Neſtorii nactus eſſem, qui iſtarum rerum narrationem complectitur. Ipſe igitur blaſphemiæ parens & auctor Neſtorius, qui non ſuper id fundamentum quod poſitum fuerat, ſed ſuper arenam ædificavit domum, quæ & confeſtim collapſa eſt, juxta dominicam parabolam: adverſus eos qui ipſum incuſaverant, quod ſecus quam decebat novi aliquid invexiſſet, nec recte poſtulaſſet ut Synodus Epheſi congregaretur: blaſphemiam ſuam, ut voluit, defendens, præter alia ita ſcribit: ſe omnino neceſſitate compulſum ad ejus partis defenſionem veniſſe, cum ſacroſancta Eccleſia duas in partes diviſa

Neſtorius de ſua hæreſi:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Οἷα ὁ δυσσεβὴς Νεστόριος πεπονθέναι περὶ αὐτοῦ γράφει, καὶ ὡς σκώληξι τὴν γλῶτταν τὸ τελευταῖον βρωθεὶς, εἰς Ὄασιν ἀπέρρηξε τὴν ψυχήν.

Ὅπως δὲ ὁ Νεστόριος ἐξηλάθη, ἢ τί μὴ ταῦτα γέγονεν ἐπ' αὐτῷ, ἢ ὅπως τὸν τῇδε κατέτρεψε βίον, καὶ ὧν ἔτυχεν ἀμοιβῶν τῆς βλασφημίας ἕνεκα, ὑ δεδήλωται τοῖς ἱστορήσασιν. ἃ καὶ διέπεσεν ἄν, καὶ τέλεον διερρύη τε καὶ καλεπόθη τῷ χρόνῳ μηδὲ ψιλῶς ἀκουόμενα, εἰ μὴ Νεστορίου βίβλῳ ἐντύχον, τινὶ ἐν τούτων ἱστορίαν παρεχομένῃ. αὐτὸς τοίνυν ὁ τῆς βλασφημίας πατὴρ Νεστόριος, ὁ μὴ κατὰ τοῦ τεθέντος θεμελίου τινὰ οἰκοδομίαν ποιησάμενος, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ψάμμου κτίσας, ἣ καὶ ταχέως διελύθη κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου παραβολὴν, 4 πρὸς τοὺς ἐγκαλέσαντας οἱ, μὴ κατὰ τὸ δέον τι καινοτομῆσαι, μηδὲ μὴν καλῶς αἰτῆσαι τινὰ σύνοδον ἀλισθῆναι, γράφει πρὸς ἄλλοις οἷς ἐβλήθη, ὑπὲρ τῆς ἰδίας βλασφημίας ἀπολογούμενος· ὡς ἐκ πάσης ἀνάγκης ἐς τοῦτο τάξεως ἐλήλυθεν ἀποκριθείσης τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τοῖς ὑπὲρ δύναμιν πόνοις φερσομιλεῖν] Peſſime hunc locum vertit Chriſtophorſonus hoc modo. *Et graviores quam vires ferebant ſuſcepit in concionando labores.* Muſculus vero hunc locum ſic verterat. *Et laboribus vires excedentibus collocutionem ſuſcepit.* Neuter bene. φερσομιλεῖν πόνους idem valet ac labores ferre ſeu tolerare. Sic ὁμιλεῖν τύχαις eſt fortunæ viciſſitudines tolerare. Plutarchus in Mario de Jugurtha loquens ita ſcribit, οὕτω τὶς ἦν ποικίλος ἀνὴρ τύχαις ὁμιλῆσαι. id eſt, adeo vir ille vario erat ingenio, & ad fortunæ viciſſitudines ferendas accommodato. Cæterum verba illa ὑπὲρ δύναμιν, duobus modis intelligi poſſunt. Aut enim ἀνθρωπίνην ſubaudire poſſumus, aut certe ἰδίαν. Poſteriorem ſenſum amplexi ſunt Muſculus & Chriſtophorſonus, & is qui acta Epheſini Concilii Latine interpretatus eſt.

2 Καὶ σὺν Εὐαφορμῷ] Sic etiam legitur in actis Epheſini Concilii. In Manuſcripto tamen codice Telleriano ſcriptum inveni καὶ σὺν Εὐάρμοστος.

3 Ταύταις ἡμῶν ὑντυχόντες] In actis Epheſini Concilii & apud Nicephorum ſcribitur ὑμῶν, rectius proculdubio.

4 Πρὸς τοὺς ἐγκαλέσαντας] In optimo codice Florentino ſcriptum inveni πρὸς τὰς ἐγκαλέσαντας οἱ. recte proculdubio. οἱ vero idem valet ac αὐτῷ.

τῶν μὲν λεγόντων ἀνθρωποτόκον δεῖν τὴν Μαρίαν ὀνομάζεσθαι· τῶν δὲ θεοτόκον· ἵνα γέ φησι μὴ δυοῖν θάτερον ἁμαρτάνοιτο, [1] ἢ ἀθανάτοις συμπλεκομένων, ἢ θεοχωρούντος αὐτοῦ θατέρῳ τῶν μερῶν τοῦ ἑτέρου ξυρηθείη, τὴν [2] χριστοτόκον ἐπενόησε Φωτεινή. Ὑποσημαίνεταί τε ὡς τὰ μὲν πρῶτα Θεοδόσιος τῇ πρὸς αὐτὸν θεραπείᾳ τὴν ἐπ' αὐτοῦ γενομένην ἀποβολὴν οὐκ ἐκύρωσεν· εἶτα ὅπως τινὲς ἐπισκόπων [2] ἔνθεν τε κἀκεῖθεν πεμφθέντων πρὸς Θεοδόσιον ἐκ τῆς Ἐφεσίων πόλεως, [3] αὐτοῦ τε αὖ δεηθέντος, ἐπετράπη τε τὸ οἰκεῖον ἐπαναζεῦξαι μοναστήριον, ὃ πρὸ τῆς πυλῶν τῆς νυνὶ Θεοπολιτῶν ἀφῖκται, καὶ Νεστορίῳ μὲν ἐπὶ λέξεως οὐκ ὠνόμασαι· Φασὶ δὲ νῦν τὸ Εὐπρεπίου προσαγορεύεσθαι, ὅσῳ ἴσμεν ταῖς ἀληθείαις πρὸ τῆς Θεοπολιτῶν ἀφικέσθαι, σταδίοις διεχοῦς οὐ πλείοσι δύο. Φησὶ δ' οὖν αὐτὸς ὁ Νεστόριος, ὡς τετραετῆ χρόνον αὐτόθι διατρίψας, πάντοίας ἔτυχε τιμῆς, καὶ παντοίων γερῶν ἀπέλαυσε, καὶ ὡς αὖθις Θεοδοσίου θεσπίσαντος, [b] ἀνὰ τὴν καλουμένην Ὄασιν φυγαδεύεται. τὸ δέ γε καίριον ἀπεκρύψατο. οὐδὲ γὰρ [4] ἐνθάδε ὢν τῆς οἰκείας βλασφημίας ἠρέμησεν· ὡς καὶ Ἰωάννην τὸν τῆς Ἀντιόχου πρόεδρον ταῦτα μηνύσαι, ἀφυλίᾳ τε τὸν Νεστόριον καταδικασθῆναι. [5] γράφει δὲ ἀφελεκτικῶς ἕτερον λόγον πρός τινα δηθεν Αἰγύπτιον συγκείμενον περὶ τῆς αὐτοῦ ἐς Ὄασιν ἐξορίας, ἔνθα τὰ περὶ τούτων πλατύτερον λέγει. ὧν δὲ τετύχηκε ἀφ' ὧν παρ' αὐτοῦ κινηθείσης βλασφημίας τὸν πανόπτην μὴ λαθὼν ὀφθαλμὸν, esset, & alii quidem ἀνθρωποτόκον, alii vero θεοτόκον Mariam appellandam esse affirmarent. Ne igitur, inquit, duorum alterum peccarem, aut immortalia copulans mortalibus, aut si ad alteram partem me adjunxissem, exciderem altera, vocem χριστοτόκος excogitavit. Addit etiam, Theodosium initio quidem ob benevolentiam qua ipsum prosequebatur, depositioni ipsius minime consensisse: postea vero cum quidam Episcopi utriusque partis ex Ephesiorum urbe missi essent ad Theodosium, & Nestorius ipse id rogasset, permissum ipsi esse ut ad Monasterium suum reverteretur, situm ante portas urbis Antiochiæ. Cujus nomen Nestorius quidem ibi non expressit: aiunt tamen Monasterium Euprepii nunc appellari: quod quidem revera in suburbanis Antiochiæ situm esse cognovimus, duobus circiter stadiis distans ab urbe. Refert etiam idem Nestorius, quadriennio se illic commoratum, omni honore ac reverentia affectum fuisse: postea autem edicto Imperatoris Theodosii in locum qui Oasis dicitur, esse relegatum. Sed quod præcipuum est, reticuit. Illic enim degens Nestorius, à blasphemia sua nequaquam destitit. Adeo ut Joannes Episcopus Antiochiæ hæc ad Imperatorem retulerit, & Nestorius perpetuo exsilio fuerit condemnatus. Scripsit etiam alium librum ad quemdam Ægyptium, instar disputationis de sua in Oasim relegatione: in quo de his rebus uberius disserit. Quas vero pœnas dederit ob blasphemias ab ipso editas, dum Dei oculum omnia intuentem latere non posset, ex aliis lite-

Euprepii Monasterium.

De variis pœnis.

SÆC. V.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἢ ἀθανάτοις συμπλεκομένων] Obscurus est sensus hujus loci, quem sic explanandum esse existimo. Post concionem illam Anastasii Presbyteri, qui Syncellus erat Nestorii, gravis dissensio exorta est in Ecclesia Constantinopolitana: Cum alii quidem Mariam θεοτόκον dicendam esse contenderent, alii vero ἀνθρωποτόκον. Cumque seditio quotidie ingravesceret, Nestorius eam sedare cupiens, vocem quamdam mediam excogitavit, ut Maria χριστοτόκος in posterum vocaretur: ne si θεοτόκον diceret, mortalia immortalibus copulare videretur, quod ipse quidem impium esse ducebat: aut si ἀνθρωποτόκον amplexus esset, altera pars, eorum scilicet qui θεοτόκον defendebant, ab ipso deficeret, & seorsum conventus celebraret. Hic est sensus hujus loci, quem nec Musculus, nec Christophorsonus intellexerunt. Scribendum est igitur ἢ τὰ θνητὰ, καὶ ἀθανάτοις συμπλέκων. In Manuscripto codice Telleriano scriptum inveni ἢ ἀθανάτου συμπλεκομένου, &c.

2 Ἔνθεν τε κἀκεῖθεν] Id est, ab utraque parte, tam Catholicorum, quam Nestorianorum. Male Musculus vertit, *ultro citroque.*

3 Αὐτοῦ τε αὐτοῦ δεηθέντος] Rectius in codice Florentino & Telleriano legitur αὐτοῦ τε αὖ δεηθέντος. Ex iisdem codicibus emendavi paulo post νῦν τὸ Εὐπρεπίου πρ. cum antea legeretur νύπτσαι ineptissime.

4 Ἐνθάδε ὢν] In supradicto scilicet Monasterio quod Euprepii dicebatur.

5 Γράφει δὲ καὶ ἀφελεκτικῶς] Non probo interpretationem Christophorsoni & Musculi. Quorum hic quidem vertit, *Scripsit & alium librum more dialectico, velut ad Ægyptium quemdam de exilio suo compositum.* Christophorsonus vero ita interpretatur, *Scripsit præterea Nestorius alium libellum acute & subtiliter* &c. Quid enim opus fuit acumine & subtilitate dialectica in libello, in quo Nestorius agebat de sua in Oasim relegatione? Itaque magis placet ἀφελεκτικῶς συγκείμενον interpretari librum in modum dialogi compositum. Atque ita Nicephorus hæc Evagrii verba exposuit. Pro illis enim posuit ἀφελογικώτερον. Quod Langus vertit, *disertius*: quasi Nicephorus dixisset λογικώτερον.

VARIORUM.

a Χριστοτόκον] *Duos esse vult filios Dei, duos Christos; unum Deum, alterum hominem; unum qui ex Patre, alterum qui sit generatus ex matre. Atque ideo asserit Sanctam Mariam non Theotocon, sed Christotocon esse dicendam: quia scilicet ex ea non ille Christus qui Deus, sed ille qui erat homo, natus sit.* Vincent. Lirinens. Commonit. cap. 17.

b Ἀνὰ τὴν καλουμένην Ὄασιν φυγαδεύεται] Nestorius ex Edicto Imperatoris *Petras* relegatus est, ut videre est in Actis Concilii Ephesini, Part. III. Postea vero, ut videtur, Oasin deportatus. Vid. Pagi ad ann. 390. n. 4. &c. *W. Lowth.*

Guil. Caveus Nestorii exilia sic enarrat. Primo Petras, Arabiæ urbem, relegari eum jussit Imperator: verum precibus ipsius atque amicorum mox exoratus, mitigata sententia, permisit ut ad Monasterium S. Euprepii, in Suburbanis Antiochiæ situm, secederet. Ibi quadriennio commoratus, tandem Imperatoris edicto Oasim, Libyæ urbem, Ibin etiam dictam, relegatus est: Quo in loco a Blemmiis urbem vastantibus captus, mox dimissus est; & Panopolin, Thebaïdis oppidum, se contulit: Ex Panopoli Elephantinam ejusdem Provinciæ oppidum à militibus abducitur. Dum in itinere autem adhuc esset, à Præside revocatus Panopolin redire jubebatur. Inde etiam Præsidis mandato in alium quendam locum Panopoli vicinum deportatus est; recenti demum Imperatoris edicto in quartum exilii locum ablegatus. Aliqui mortuum volunt anno 436. Verum in Oasi vixisse anno 439. quo Historiam suam clausit, diserte testatur Socrates lib. VII. cap. 34. *Guil. Cave in Nestorio.* Scripta Nestorii vide apud Marium Mercatorem, Gr. Lat. ex editione Joannis Garnerii, fol. Paris. anno 1673.

Sæc. V.

ris perſpici poteſt, quas ad Præſidem Thebaïdis ſcripſit. In illis enim cernere licet, quo pacto, quoniam congruas adhuc pœnas non dederat, divina ultio illum comprehendens captivitati ſubjecit, quæ calamitas eſt omnium luctuoſiſſima. Sed quandoquidem gravioribus eum ſuppliciis affici oportebat, dimiſſus eſt quidem à Blemmyis, apud quos captivus fuerat. Verum edicto Theodoſii qui redire illum decreverat, loca ſubinde mutans circa fines Thebaïdis, & ad terram alliſus, dignum anteacta vita exitum ſortitus eſt: velut alter Arius, morte ſua prædicans ac denuntians, cujuſmodi merces maneat illos qui adverſus Chriſtum impie loquuntur. Uterque enim illorum ſimiliter Chriſtum blaſphemavit: ille creaturam eum vocans: hic nudum hominem eſſe cenſens. Ac Neſtorium quidem qui acta Epheſi non recte eſſe compoſita, ſed fraude & illicita Cyrilli machinatione fabricata conqueritur, libenter interrogarim, qua de cauſa, cum Theodoſius ipſi faveret, relegatus ſit, & citra ullam miſericordiam tot exiliis condemnatus, hoc modo vitam finierit: aut qua ratione, ſi quidem ſententia illa à Cyrillo & reliquis qui cum illo erant ſacerdotibus lata, divina non fuit, nunc ambobus è medio ſublatis, quo tempore, ut à quodam gentili Scriptore dictum eſt, quod amplius in medio non eſt, nullo reſiſtente, ſecura benevolentia honoratur, ipſe quidem, tanquam impius ac Dei hoſtis condemnatus ſit: Cyrillus vero, tanquam eximius præco & rectæ doctrinæ ſtrenuus propugnator, laudatur ab omnibus & prædicatur. Sed ne forte accuſemur mendacii, Neſtorium ipſum iſta narrantem in medium producamus. Agedum igitur, recita mihi quædam iiſdem plane verbis ex Epiſtola quam ad Præſidem Thebaidis ſcripſiſti. Ob quæſtiones quæ nuper Epheſi agitatæ ſunt de ſanctiſſima religione, Imperatoris juſſu Oaſim incolimus, quæ alio nomine Ibis dicitur. Et quibuſdam interpoſitis hæc addit. Poſtquam igitur ſupra dicta quidem Oaſis barbarica captivitate, & igni ac fer-

ἐξ ἑτέρων γραμμάτων ἔφη ἐλεῖν, γενομένων αὐτῷ πρὸς τὸν τῆς Θηβαίων ἡγούμενον. ἐν ἐκείνοις γὰρ ἐστὶν εὑρεῖν, ὡς ἐπειδὴ μὴ τῆς δεήσης ἔτυχεν· ἐπεξελεύστεως, ἡ τοῦ Θεοῦ κρίσις αὐτὸν ἐκδεξαμένη, [2] αἰχμαλωσίᾳ, τῇ πάντων ἐλεεινοτάτῃ συμφορᾷ, περιβάλλει. ἐπειδὴ γοῦν μειζόνων ἐδεῖτο ποινῶν, ἀφείθη μὲν ἐκ τῶν [2] Βλεμμύων, παρ' ὧν ἐν δορυάλωτος ἔτυχε γενόμενος. θεσπίσμασι δὲ Θεοδοσίου τὴν ἐπάνοδον ἐγνωκότος, τόπους ἐκ τόπων μεθ' ἑαυτοῦ ἐν ταῖς ἐφεξῆς τῆς Θηβαίων ἀμείβων, τῇ τε γῇ προσρηγνύμενος, ἀξίως τῆς οἰκείας βιοτῆς τὸν τηνδε βίον ἀπέθετο· δεύτερος Ἄρειος διὰ τῆς καταφορᾶς διηρυθμός τε καὶ νομοθετῶν ποῖα τἀπίχειρα καθεζῆσι τῆς εἰς Χριστὸν βλασφημίας. ἄμφω γὰρ παπλησίως εἰς αὐτὸν ἐβλασφημήσαντο, ὁ μέν, κτίσμα καλῶν· ὁ δέ, ἄνθρωπον δοξάζων. περὶ ὃν ἥδιστα ἂν εἴποιμι, μεμφόμενον μὲν τὸ δίον τὰ ἐν Ἐφέσῳ συντεθῆναι ὑπομνήματα, πανουργίᾳ δὲ καὶ νῦν ἀθέσμῳ καινοτομίᾳ Κυρίλλου τεχνάζοντος· τί δή ποτε καὶ Θεοδοσίου πρεσπάρχοντος οἱ, ἐξηλάθη, καὶ οὐδεμιᾶς φειδοῦς τετυχηκὼς, τοσούτοις ἐξοσρακισμοῖς κατεκρίθη, ἢ ὕπω τῆδε κατέλυσε βίον. ἢ τί δή ποτε, εἰ μὴ θεία κρίσις ἐγεγόνει, ἡ μὲν Κυρίλλου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἱερέων, ἀμφοτέρων αὐτῶν τοῖς ἀπελθοῦσι συναριθμηθέντων, νίκη ὥς τινι τῶν θύραθεν σοφῶν εἴρηται, [3] τὸ μὴ ἐμποδὼν ἀνταγωνίστῳ διανοίᾳ τετίμηται· ὁ μὲν, ὡς βλάσφημος καὶ θεομάχος κατακέκριται· ὁ δὲ, ὡς μεγαλόφωνος κήρυξ καὶ μέγας τῶν ὀρθῶν δογμάτων πρόμαχος ἄδεταί τε καὶ κηρύσσεται. ὡς ἂν τοίνυν μὴ ψεύδεις γραφῇ ἀπενεχώμεθα, Φέρε, Νεςόριον αὐτὸν ἐς μέσον παράγωμεν τὰ περὶ τούτων διδάσκοντα. καί μοι τὰς σῆς ὑπιστολῆς ἀνάγνωθι αὐτοῖς ἔνια τοῖς ὀνόμασιν, ἃ σοι συντέθεται πρὸς τὰ τῶν Θηβαίων ἡγούμενον. ἔστι τὰ πρώην περὶ τὴν ἁγιωλάτης θρησκείας ἐν Ἐφέσῳ κεκινημένων, Ὄασιν τὴν καὶ Ἶβιν ἐκ θεσπίσματος βασιλικοῦ κατοικοῦμεν. καί τινων ἐν μέσῳ λελεγμένων ἐπάγει. ἐπειδὴ ἦ ἐκ βάθρων μὲν ἡ προειρημένη καὶ βαρβαρικῆς αἰχμαλωσίας, καὶ πυρὶ καὶ

Valesii Annotationes.

1 Ὑπεξελεύστεως] Apud Nicephorum in lib. 14. cap. 36. rectius legitur ἐπεξελεύστεως. Atque ita in Telleriano codice ſcriptum inveni.

2 Αἰχμαλώσαισα] Hunc locum correxi ex optimo codice Florentino, in quo ita legitur *αἰχμαλωσίᾳ τῇ πάντων ἐλεεινοτάτῃ συμφορᾷ*, qua emendatione nihil certius. Ita quoque legitur apud Nicephorum.

3 Τὸ μὴ ἐμποδὼν] Interpretes cum vocem ἐμποδὼν impedimentum perpetuo ſignificare ſibi perſuaſiſſent, in varios errores prolapſi ſunt. Nam Langus quidem ita vertit. *Et ambo vos jam ex vita hac exceſſiſtis: quo tempore, ſicut quidam ex profanis ſapientibus dixit, nihil obſtat quominus libera quiſque hominum benevolentia, nullo intercedente adverſario, colatur.* Chriſtophorſonus vero ſic Interpretatur. *Quando, ut ſapienti inter gentiles ſcriptori placet, quiſque ſtabili & conſentiente omnium benevolentia, modo nihil ſit quod jure debeat eſſe impedimento, honorari ſolet.* Atqui ἐμποδὼν, non ſemper impedimentum ſignificat. Antiqui enim, tam Rhetores, quam Philoſophi ἐμποδὼν dicebant pro eo quod eſt ἐν ποσὶ, id eſt in medio ſeu in propatulo, ut docet Suidas & Harpocration & auctor Etymologici. Poſteriores vero, ac præcipue Hierocles Philoſophus, eam vocem uſurparunt pro impedimento. Optime igitur Muſculus hunc Evagrii locum interpretatus eſt hoc modo. *Quando, ſicut quidam exterorum Philoſophorum dixit, quod non eſt amplius ſuperſtes, ſine ullius invidia & contradictione cum benevolentia honoratur.* Porro in margine codicis Telleriani ad hunc locum adnotatur Θυκυδίδου, id eſt ex Thucydide ſumpta eſt hæc ſententia. Extat autem in libro 2. Thucydidis pag. 128. in oratione funebri quam habuit Pericles.

4 Καὶ βαρβαρικῆς αἰχμαλώσεως] Scribendum videtur Ἀφ' βαρβαρικῆς αἰχμαλωσίας. Certe in Manuſcripto codice Florentino & Telleriano, & apud Nicephorum legitur αἰχμαλωσία.

Variorum.

2 Βλεμμύων] Strabo ineunte libro 17. Blemmyas Αἰγυπτίοις ὁμόρους dixit. Zoſimus lib. I. c. 71. Blemmyas ſocios dicit urbis Ptolemaïdis in Thebaïde contra Romanos. Olympiodorus apud Photium pag. 112. Blemmyas juxta Talmin ponit, Ægypti urbem in extremis finibus. Procopius lib. I belli Perſ. cap. 19. eos prope Elephantinen & Philas ſtatuit. Mira de ipſis eorumque forma corporis conficta ſunt. Plin. l. V. cap. 8. Vopiſcus in Probo, cap. 17. *Chriſt. Cellarius Geogr. in Africa pag.* 154.

σφαγαῖς ἐκλελίκμηϑ, ἡμεῖς δὲ ὡϑ' ὅτ βαρβάρων, οἰκτον οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξαίφνης ἐφ' ἡμῖν ἀναλαβόντων, ἀπολελύμεθα, μὴ τοῦ ϰ' ἀϑ.μαρτυρίαις ἡμᾶς ἀπειληπικαῖς καταπλῆξαι ϑ.ὸ τάχους τὴν
2 χώραν ἐκδραμεῖν, ὡς [2] Μαζίκων αὐτὴν μεθ' αὐτὸς ἀμελλητὶ παραληψομένων, ἤκομεν ἐς τὴν Θηβαίων μετ' τ αἰχμαλώτων λειψάνων, ὃς ἡμῖν οἱ βάρβαροι ϰαθ' οἶκτον ὁτονοῦν ἀγαγόμενοι, τί βεβούλημαι, λέγειν οὐκ ἔχω. οἱ μὲν ἐν τοῖς τὰς ϰαϑυμίας ἑκάστῳ διαγωγὰς ἀπολέλυνται. ἡμεῖς δὲ φανερῶς ἑαυτοὺς ἐσϰαθιστῶμεν τῇ Πανὸς ὑποβάντες. δεδοίϰαμεν γὰρ μή τις ἡμῶν πεϱασματείαν τὴν αἰχμαλωσίαν ποιήσηται, ἢ φυγάδων ϰαθ' ἡμῶν ἀναπλάσαι ϑ.ολλήν, ἢ τινὸς ἄλλης μηχάνημα μέμψεως. εὔπορος γὰϱ ϑ.ολλῶν παντοδαπῶν ἡ ϰαϰία. διὸ δὴ ἀξιοῦμεν τὸ ὑμέτερον μέγεθος, τ ἡμετέϱας αἰχμαλωσίας φροντίσαι ϰαὶ τὸ τοῖς νόμοις δοϰοῦν, ϰ' μὴ ὑποδοῦναι ϰαϰοτεχνίαις ἀνθρώπων αἰχμάλωτον εἰς ϰαϰίαν ἕϰδοτον, ἵνα μὴ πάσαις ἐϰ τούτου γενεαῖς τϱαγῳδηϑῇ, ϰϱεῖττον εἶναι βαρβάρων αἰχμάλωτον, ἢ πϱόσφυγα βασιλείας Ῥωμαϊϰῆς. ϰ' ὅϱϰους ἐπαγαγὼν, ἠτήσατο ὅπως· ἀνενεγϰεῖν τ ἡμετέϱαν ἐξ Ὀάσεως ἐνταῦθα ϑ.αγωγὴν ἐϰ βαρβαϱιϰῆς γενομένην ἀφέσεως· ὅϱῳ τ τῷ Θεῷ δοϰοῦσαν ϰ' νῦν ἐξενεχθῆναι πεϱὶ ἡμῶν ϑ.ατύπωσιν. Τῷ αὐτῷ πεϱὶ τ αὐτὸν ὑποϑολῆς δευτέϱας. εἴτε ὡς φιλιϰὸν παϱ' ἡμῶν πεϱὶ τὴν σὴν μεγαλοπρέπειαν γϱάμμα, εἴτε ὡς ὑπόμνησιν ὡϑ' πατϱὸς πεϱὶ υἱὸν τὸ παϱὸν τοῦτο λογισάμενος, ἀνάγϰη ϑ.ιϰαλῶ τ ἐν αὐτῷ διηγήσεως, πεϱὶ πολλῶν ϰαθόσον εἴην γεγϱαμμένος παϱ' ἡμῶν, βϱαχυλόγου ὄντος. Ὀάσεως τῆς
1 Ἰβεως ἐϰ πολλῶν πϱόσϑεν ἀφανισθείσης, ὑφ' τ Νομάδων πλήϑους ἐπ' αὐτὴν ἀναϑϱαμόντος· ϰαὶ μεθ' ἕτεϱα. τούτων δὲ ὅπως συμβάντων, οὐϰ οἶδ' ἐϰ ποίας ὁϱμῆς ἢ ποίαν ἀφοϱμὴν τ σῆς λαβόντος μεγαλοπϱεπείας, πϱὸς Ἐλεφαντίνην πνα τῆς Θηβαίων ἐπαϱχίας πόϱϱω ὄσαν, βαϱβαϱιϰῶν ϑ.ὸ ϱαπιστῶν ἐϰ τῆς Πανὸς ἐπεμπόμεθα, συϱόμενοι πεῖς αὐτὴν ϑ.ὸ τῆς πϱοῤῥηθείσης ϱαπιστιϰῆς βοηθείας. ϰ' τῷ πλείονι τῆς ὁδοῦ σωτϱιβέντες, πάλιν ἄγϱαφον τῆς σῆς ἀνδϱείας ϰαταλαμβάνομεν ϰέλευσμα, εἰς τὴν Πανὸς ὑποστϱέφειν. συσϰοπέντες δὲ

ro funditus vaſtata eſt, nos vero à barbaris repente neſcio quomodo miſericordia erga nos commotis dimiſſi ſumus, qui minacibus etiam conteſtationibus nos terruerant, ut confeſtim ex noſtra regione excederemus, cum Mazices poſt ipſos, eam protinus occupaturi eſſent, venimus in Thebaidem una cum reliquiis captivorum, quos Barbari miſeratione adducti, ad nos neſcio qua de cauſa adduxerunt. Et iſti quidem, quo quiſque voluit, abire permiſſi ſunt. Nos vero palam Panopolim ingreſſi, noſmetipſos exhibemus. Veriti enim ſumus, ne quis occaſionem ex captivitate noſtra arripiens, vel fugæ, vel alterius cujuſpiam culpæ calumniam adverſus nos confingeret. Ferax enim eſt omnis generis calumniarum malitia. Quamobrem magnificentiam tuam rogamus, ut captivitatis noſtræ, ſicut legibus cautum eſt, curam geras, nec captivum improborum hominum inſidiis dedas, ne omnis deinceps poſteritas proclamet, ſatius eſſe ut quis apud Barbaros captivus degat, quam ut ad Romanum imperium confugiat. Deinde addito jurejurando, Præſidem obteſtatur, ut ad Imperatorem referat de ſua ab Oaſi migratione ad Panopolim, quo à Barbaris dimiſſus ſe contulerat: ut, inquit, quodcumque Deo placuerit, de nobis tandem decernatur. Item ex Epiſtola ſecunda ejuſdem ad eundem: Sive has literas tanquam ab homine amico ad ſublimitatem tuam ſcriptas, ſive tanquam admonitionem patris ad filium accipere volueris, audi quæſo patienter narrationem plurimarum rerum, quas ego in iiſdem literis breviter, quoad licuit, commemoravi. Cum Oaſis quæ & Ibis dicitur, Nomadum multitudine in eam impetum faciente, jamdudum vaſtata eſſet. Et aliquanto poſt. Hæc cum ita accidiſſent, neſcio quo impulſu aut qua occaſione commota magnificentia tua, ex Panopoli Elephantinam, quod oppidum eſt in finibus provinciæ Thebaidis, per Barbaros milites abducti ſumus, rapti eo tractique militari auxilio, ut jam dixi. Cumque majori itineris parte confecta attriti eſſemus, rurſus magnanimitatis tuæ mandatum offendimus ſine ſcripto, quo Panopolim redire jubebamur. Tot igitur caſibus

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τοῦ τῶν νομάδων πλήϑους] In epiſtola Neſtorii ſupra relata Blemmyes dicuntur qui Oaſim vaſtaverant. Quare νομάδες pro adjectivo hic ſumi debet. Poteſt tamen eſſe nomen proprium Barbarorum. Certe Nubæ Blemmyis proximi, qui crebras excurſiones in agrum Oaſis faciebant, ut docet Procopius in lib. 1. Perſicorum, Nomades etiam dicebantur ſeu Numides teſte Stephano. Sic in veteri epigrammate de Imp. Hadriano, quod retuli in annotationibus ad lib. 4. hiſt. Eccl. Euſebii, ψαμάθους ἄχϱις ὑπὲϱ νομάδων. Sed objiciet aliquis, ſi de una eademque Oaſeos captivitate hic loquitur Neſtorius, quomodo ſtare poteſt quod initio hujus epiſtolæ dicit, Oaſim ea incurſione jamdudum vaſtatam fuiſſe. Etenim incurſio Blemmyarum in Oaſim recens admodum contigerat, in qua Neſtorius captus fuerat à Barbaris, ac ſtatim dimiſſus, ut ipſe teſtatur. Nomadum autem incurſio jamdudum contigerat. Sic enim ſcribit Neſtorius in hac ultima epiſtola, ἐϰ πολλῶν πϱόσϑεν ἀφανισθείσης. Reſpondeo, hæc verba ἐϰ πολλῶν πϱόσϑεν non ſignificare, *jam dudum antea*, ut putaverunt Interpretes, Langus, Muſculus & Chriſtophorſonus. Nam adverbium πϱόσϑεν ſignificat *nuper*, ut nemo neſcit. Certe hæc incurſio Barbarorum, paulo antequam hæc ſcriberet Neſtorius, contigerat. ἐϰ πολλῶν igitur referri debet ad verbum ἀφανισθείσης. Idem ergo eſt ac ſi diceret, *cum Oaſis multis modis nuper vaſtata eſſet*: igne ſcilicet ac cædibus & Barbarica captivitate, ut ſupra dixit Neſtorius.

VARIORUM.

2 Μαζίκων] Mazices, populi in Mauritania Cæſarienſi, de quibus Ammianus Marcellinus mentionem facit, lib. 29. cap. 25, 26, 27.

Sæc. V.

longi itineris confecti, corpore & morbo & senectute languido, manu & lateribus contritis, iterum Panopolim venimus, animam quodammodo agentes. Cumque acerbitate casuum, & doloris molestia adhuc cruciaremur, rursus aliud mandatum à magnanimitate tua scriptum, ex Panopoli ad quemdam locum ei contributum nos abduxit. Et cum talia adversus nos finem habitura esse existimaremus, & quid invictissimi Principes de nobis statuerent expectaremus, aliud repente adversus nos mandatum de quarto exilio nostro absque ulla miseratione compositum est. Et paulo post. Verum contentus esto his quæ acta sunt. Sufficiat, quæso, tot exilia contra unum corpusculum decrevisse, & post relationes quas ad principes misit tua magnificentia, ut à nobis quoque per quos id fieri decet, invictissimis principibus rei veritas indicetur, humaniter permitte. Hæc nostra sunt consilia, tanquam parentis ad filium. Quod si nunc quoque, sicut antea, indignatus fueris, fac quodcumque tibi placuerit, si quidem animus tuus nulla ratione flecti potest. Hunc in modum Nestorius in suis literis, quasi pugnis & calcibus feriens atque insultans, Imperatores simul ac magistratus conviciis appetebat, ne iis quidem quæ perpessus fuerat malis prudentior factus. Ego vero Scriptorem quemdam legi, de illius morte ita narrantem: eum lingua vermibus erosa ad graviora & sempiterna migrasse supplicia.

τοῖς τῆς σῆς ὁδοιποιΐας συμπλώμασιν, ὲν νοσοῦντι καὶ γηράσαντι σώματι, καὶ τ χεῖρα καὶ τ πλευρὰν συντριβέντες, ἀφικόμεθα πάλιν εἰς τ Πανὸς, πρόπον τινα ψυχορραγοῦντες, καὶ τοῖς συμπλώμασιν ἔτι τοῖς τ ἀλγηδόνων μαστιγούμενοι κακοῖς. μετῆγε δὲ πάλιν ἡμᾶς ἐκ τῆς Πανὸς πρὸς τιὰ ὑπ' αὐτὴν οἰκοΐαν, ἕτερον τ σῆς ἀνδρείας ἔγγραφον ἱπτάμενον πρόσταγμα. ταῦτα φήσας καθ' ἡμῶν λογιζομένων, καὶ τὸ τοῖς καλλινίκοις βασιλεῦσι δοκοῦν περὶ ἡμῶν ἀναμενόντων, ἐξαίφνης πρὸς ἄλλην ἐξοΐαν καθ' ἡμῶν τετάρτην πάλιν ἀφειδῶς ἄλλο συνετίθετο. καὶ μετ' ὀλίγα. ἀλλ' ἀρκέσθητι τοῖς πεπραγμένοις δικαίως, καὶ τὸ τοσαύτας καθ' ἑνὸς σώματος ἐξοΐας δοκεῖν· καὶ τ ἐπὶ τοῖς ἀνεχθεῖσι δι' τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας, καὶ παρ' ἡμῶν ὃν δι' ὧν ἐχρῆν γνωριθῆναι τοῖς καλλινίκοις ἡμῶν βασιλεῦσι δοκιμασίας ἐπιεικῶς παρακαλῶ παραχώρησον. ταῦτα παρ' ἡμῶν ὡς πρὸς υἱὸν παρὰ πατρὸς συμβουλεύματα. εἰ δὲ ἀγανακτήσας καὶ νῦν ὡς τὸ πρότερον, πρᾶξαι τὸ δοκοῦν, εἴ γε ὃ δοκοῦντος λόγος ἡδεῖς δυναλώτερος. καὶ ὅδε μὲ οὕτω καὶν τοῖς γράμμασι, τύξ, λὰξ, πάιει, βαίνει, καὶ τ βασιλείαν καὶ τ ἀρχὴν βλασφημῶν, ὁ μηδὲ ἐξ ὧν πέπονθε ζωφρονήσας. ἐγὼ δὲ καί τινος γεγραφότος τὴν τελευταίαν ἐκείνου ῥοπὴν ἀκήκοα, λέγοντος ὡς τιὰ γλῶτταν σκώληξι διαβρωθεὶς, ἐπὶ τὰ μείζω τε καὶ ἀθάνατα κατ' αὐτὸν δικαιωτήρια μετεχώρησε.

CAPUT VIII.

Quomodo post Nestorium Maximianus, & post hunc Proclus, deinde Flavianus, Episcopi facti sint.

POST mortem execrandi Nestorii, Episcopatum Constantinopoleos suscepit Maximianus, sub cujus administratione, Ecclesia Dei tranquillissimam pacem consecuta est. Quo ex hac luce sublato, Proclus sedis illius capessit gubernacula, qui jam pridem Episcopus Cyzici fuerat ordinatus. Hoc etiam fatali lege defuncto, Flavianus Episcopatum regiæ urbis sortitus est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ὡς μετὰ Νεστόριον Μαξιμιανὸς, καὶ μετὰ τοῦτον Πρόκλος, εἶτα Φλαβιανὸς γίνεται.

ΜΕτὰ δ' οὖν τ Νεστόριον αὐτὸν τ ἀλάστορα, τ Κωνσταντίνου τῆ ἀοιδίμου πόλεως τ ἐπισκοπὴν ἐπιτρέπεται Μαξιμιανὸς, ἐφ' ᾧ πάσης εἰρήνης ἡ ἥ Θεοῦ τετύχηκεν ἐκκλησία. τούτου δὴ οὖν ἐξ ἀνθρώπων γενομένου, Πρόκλος τὴν οἰακας τ καθέδρας ἐγχειρίζεται, ὃς πάλαι Κυζίκου ἐπίσκοπος ἐκεχειροτόνητο. καὶ τοῦδε τ κοινὴν τ ἀνθρώπων τελαμένου πορείαν, Φλαβιανὸς τ θρόνου ἀποδέχεται.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῆς σῆς ὁδοιπορίας] Sic etiam legitur apud Nicephorum. Non dubito tamen quin scribendum sit τῆς τόσης ὁδοῦ. ut legit Christophorsonus & Savilius.

2 Ταῦτα φήσας καθ' ἡμῶν] Scribendum puto συντεῦθεν φήσας ἡμῶν λογιζομένων. Atque ita legisse videtur Musculus, qui sic vertit, *& cum illic hæsuros nos arbitraremur.*

3 Καὶ τὸ τοσαύτας] Scribendum est καὶ τῷ τοσαύτας &c. subauditur enim verbum ἀρκέσθην quod proxime antecessit. In Telleriano codice deest articulus τό.

4 Καὶ τῆς ἐπὶ τοῖς ἀνεχθεῖσι] Nihil hoc loco viderunt Interpretes: quos leve mendum in errorem gravissimum induxit. Scribendum est procul dubio ἀνενεχθεῖσι. Id est, *Et post relationes quas ad Prineipes misit tua magnificentia; ut per nos quoque per quos id fieri decet, invictissimis Principibus rei veritas indicetur, humaniter permitte.* Solebant olim Præsides Provinciarum, de omnibus quæ apud ipsos acciderant, referre ad Imperatorem. Quod ἀναφέρειν dicebatur, & relatio ἀναφορὰ, ut notavi ad Ammianum Marcellinum. De his Præsidum relationibus loquitur Severianus in oratione prima in Hexaemeron, cujus locum hic adscribam, quem Interpres non intellexit. ὥσπερ γὰρ, ἀδελφοὶ, οἱ ἀπὸ τῶν ἀναφορῶν ἄρχοντες τῷ βασιλεῖ πάντα μηνύουσιν· οὕτω καὶ οἱ ἄγγελοι τῷ Θεῷ &c. Id est, *nam quemadmodum Præsides missis relationibus, cuncta quæ geruntur Imperatori significant* &c. At Interpres Magistros libellorum & suggestionum interpretatur, perperam; ἄρχοντες enim apud Chrysostomum & reliquos ejus ævi Scriptores nihil aliud sunt quam Præsides seu Rectores Provinciarum. Et ἀναφορὰ nil est aliud quam relatio. Quare in Severiano scribendum est ὥσπερ γὰρ διὰ τῶν ἀναφορῶν οἱ ἄρχοντες &c.

VARIORUM.

a Μαξιμιανὸς] Ordinatus est Maximianus 25 die Octobris, anno 431. Ei demortuo successit Proclus mense Aprili anni 434. Cui post annorum tredecim & mensium aliquot episcopatum fatis functo, successit Flavianus, ejusdem Ecclesiæ presbyter, anno 447. exeunte Octobri, ut testantur *Ant. Pagi* ad ann. 446. n. XI, & *Guil. Cave* in Flaviano. De Maximiano & Proclo vid. Socr. lib. VII. cap. 40, 41.

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Περὶ τῦ δυσχοῦς Εὐτυχοῦς, ϗ ὅπως παρὰ τῦ Κωνσταντινουπόλεως καθηρέθη Φλαβιανῦ, ϗ περὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ δευτέρας ληϛρικῆς συνόδου.

2 1 Ἐφ' οὗ τὰ κϛ' [a] Εὐτυχὴ τὸν δυσεβῆ κινεῖται, μερικῆς κϛ' τῶν Κωνσταντίνου ἀλιαθείσης συνόδου. λιβέλλους τε αὖ ἐπιδεδωκότος Εὐσεβίου τῶν Δορυλαίου διέποντος, ὃς ϗ ῥήτωρ ἔτι τυγχάνων, πρῶτος τὴν Νεϛορίου βλασφημίαν διήλεγξεν. ὡς δ' οὖν κληθεὶς Εὐτυχὴς οὐκ ἐλήλυθε· τὰ δὲ, ϗ ϖαραγενόμενος ἐάλω. εἰρήκει γὰρ, ὁμολογῶ ἐκ δύο Φύσεων γεγενῆσθαι τὸν Κύριον ἡμῶν πρὸ τῆς ἑνώσεως· μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν, μίαν Φύσιν ὁμολογῶ. ὃς οὐδὲ τὸ σῶμα τῦ Κυρίου ὁμοούσιον ἡμῖν ἔλεγεν εἶναι· καθαιρεῖται μὲν. ἐκδεήσεων δὲ αὐτοῦ ϖρὸς Θεοδόσιον γενομένων, οἷα τ' συγκάντων ὑϖομνημάτων ϖαρὰ Φλαβιανῷ ϖλαϛουργηθέντων, ϖρῶτα μὲν ἀνὰ τὴν Κωνσταντίνου ἡ ἐκ γειτόνων σύνοδος 2 ἀλίζεται, ϗ ὑπ' αὐτῆ [b] καί τισι τ' ἐϖιχωρίων Φλαβιανὸς κρίνεται· καὶ βεβαιωθέντων ὡς ἀληθῶν τῶν ὑπομνημάτων, ἡ ἐν Ἐφέσῳ δευτέρα σύνοδος ἀθροίζεται.

CAPUT IX.

De infortunato Eutyche: & quomodo à Flaviano CP. Episcopo depositus est, & de latrocinali Synodo Ephesina secunda.

HUJUS temporibus mota est quæstio de impio Eutyche; collecta particulari Synodo apud Constantinopolim, cum Eusebius Dorylæi Episcopus libellos porrexisset, is qui jam pridem, dum rhetor esset, impietatem Nestorii primus coarguerat. Eutyches igitur, cum ad synodum vocatus non venisset, ac deinde coram convictus esset hæc dixisse: Fateor Dominum nostrum Jesum Christum, ante unitionem quidem duas habuisse naturas: Post unitionem vero unam duntaxat naturam confiteor. Sed & corpus Domini negabat ejusdem esse substantiæ cujus sunt nostra: depositus est. Sed cum libellum precum obtulisset Theodosio, quasi acta synodi falsata fuissent à Flaviano, primum quidem collecta est Constantinopoli synodus vicinorum Episcoporum. In qua, præsentibus etiam quibusdam magistratibus, Flavianus judicatus est. Cumque synodus Acta vera esse confirmasset, secundum concilium Ephesi congregatum est. *Eutychis hæresis.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ὅσα ϖρὸς τῦ Διοσκόρου καὶ Χρυσαφίου τὸ ϖαράλογον ἐν Ἐφέσῳ συνέδριον διεϖράξατο.

b [b] Ἧς ἔξαρχος καθειστήκει Διόσκορος, ὁ μὲν Κύριλλον τῆς Ἀλεξανδρέων ἐϖίσκοϖος, ϖρὸς 34 ἔχθρας Φλαβιανοῦ [3] τῦ ϖεχνάσαντος [4] Χρυσαφίου

CAPUT X.

Quæ per Dioscorum & Chrysaphium gesta sint in illegitimo Concilio Ephesino.

HUIC Concilio præsidere jussus est Dioscorus, Alexandrinæ Ecclesiæ post Cyrillum Episcopus: quod quidem ob inimicitias adversus Flavianum molitus fuerat

VALESII ANNOTATIONES.

1 Μερικῆς κατὰ τοῦ Κωνσταντίνου] Haud dubie scribendum est κατὰ τὴν Κωνσταντίνου, quemadmodum legitur in codice Telleriano, & apud Nicephorum in lib. 4. cap. 47. ubi Langus vertit, *Flavianus synodo provinciali apud Constantinopolim coacta* &c. Quem secutus est Christophorsonus. Ego tamen particularem synodum mihi interpretari cum Musculo. Certe ea synodus fuit tantum Episcoporum qui tunc forte Constantinopoli morabantur ob quædam negotia Ecclesiastica: Quos ἐνδημοῦντας ἐπισκόπους vulgo nominabant. Extant acta hujus synodi Constantinop. sub Flaviano, relata in actione prima Concilii Chalcedonensis, in qua leguntur hæc verba; συναχθείσης τῆς ἁγίας ϗ μεγάλης συνόδου τῆς ἐνδημούσης ἐν τῇ προειρημένῃ μεγαλοπόλει &c. Quod si quis Episcoporum qui tum convenerunt, nomina scire desiderat, habentur in actione prima synodi Chalcedonensis pag. 93.

2 Καὶ ποσὶ τῶν ἐχόντων] Male Christophorsonus Ecclesiarum Præsides interpretatur, cum Magistratus potius vertere debuisset. Recte igitur Nicephorus in lib. 14. cap. 47. Evagrii verba exposuit hoc modo: ἐν ᾗ καὶ ἄλλοι τι τῶν ἱερέων παρῆσαν, καὶ τ' τῆς συγκλήτου τινές. Extant acta hujus synodi secundæ Constantinopolitanæ sub Flaviano, relata in actione prima Concilii Chalcedonensis pag. 95. & sequentibus, ubi Florentius magnificentissimus Patricius, & Mamas Comes & proximus scrinii libellorum & sacrarum cognitionum, Macedonius denique tribunus & Notarius, ei synodo interfuisse dicuntur.

3 Τοῦ πεχνάσαντος Χρυσαφίου] Ita legebatur in editione Roberti Stephani. Sed Christophorsonus & Savilius transpositis vocabulis emendarunt πεχνάσαντος τοῦ χρυσαφίου. Ego vero non dubito quin Evagrius scripserit τοῦτο πεχνάσαντος χρυσαφίου. Cæterum ante hæc verba Christophorsonus & Savilius subdistinctionem apponunt. Sic enim vertit Christophorsonus, *Hujus Concilii Dioscorus, qui in Alexandria Episcopatum post Cyrillum successit, quo odium in Flavianum incenderetur, præses designatus fuit. Chrysaphius enim hanc rem callide molitus fuerat.* Sed longe melior mihi videtur sententia Musculi, qui ante has voces πρὸς ἔχθρας Φλαβιανοῦ, subdistinctionem collocat. Vertit enim hoc modo· *Præsidebat autem ei synodo Dioscorus post Cyrillum Alexandrinus Episcopus, id quod ita odio Flaviani instituerat Chrysaphius.* Pro verbis autem illis πρὸς ἔχθρας seu ἔχθραν ut emendat Savilius, Nicephorus habet διὰ ἔχθρας ἣν Φλαβιανοῦ.

4 Χρυσαφίου] Ad latus Manuscripti codicis Florentini, hoc Scholium adnotatum est, περὶ τοῦ δυσεβοῦς χρυσαφίου

VARIORUM.

a Εὐτυχὴς] Eutyches, Presbyter & Archimandrita Constantinopolitanus, in Concilio Ephesino strenue contra Nestorium decertavit, ac famam sibi non vulgarem peperit. Anno autem circiter 448, cum senex admodum esset, hæresin nefandam in vulgus propalare cœpit. Unicam enim in Christo naturam admisit. *Guil. Cave in Eutyche.* In causa ejus Synodus Constantinopoli congregata, anno 448. VI. Idus Novembr. à Præside Flaviano & 56 Episcopis & Archimandritis Eutyches damnatus est. Quoniam autem apud Imperatorem conquestus est, acta Concilii inimicorum fraude fuisse falsata, Synodus iterum ibidem anno 449. V Id. April. convenit, triginta circiter constans Episcopis: relectis prioris Synodi actis, compertum est omnia integra esse. *Idem ibid. & Vol. II. pag.* 165. 167.

b Ἔξαρχος Διόσκορος] Synodus Ephesina III. λῃϛρικὴ, i. e. *Latrocinalis* dicta, anno 449. IV. Id. Augusti, à 128 Episcopis in Basilica B. Mariæ congregata, præsidente, vel tyrannicam potius vim exercente Dioscoro, qui Cyrillum in sede Alexandrina exceperat anno 444. Absolutus est Eutyches, & hæresis ejus confirmata: Flavianus, aliique Episcopi Catholici damnantur. *Guil. Cave Vol. II. pag.* 167.

τῦ

SÆC. V.

Chryſaphius. Chryſaphius, qui tunc plurimum poterat in palatio. Interfuit eidem ſynodo Juvenalis Hieroſolymorum Epiſcopus, qui & priori apud Epheſum Synodo interfuerat; una cum multis aliis Sacerdotibus quos circa ſe habebat. Erat cum illis etiam Domnus, Antiochenæ Eccleſiæ poſt Joannem Epiſcopus: Julius item Epiſcopus, qui Leonis Epiſcopi Romani vices gerebat. Adfuit etiam Flavianus una cum ſuis Epiſcopis: cum Theodoſius Imp. hæc ad verbum mandaſſet Elpidio. Iis qui antea Eutychis religioſiſſimi archimandritæ judices extiterunt, præſentibus quidem & ſilentibus, judicum tamen locum nequaquam obtinentibus, ſed reliquorum omnium ſanctorum patrum communem ſententiam expectantibus: quoniam ea quæ ab ipſis judicata ſunt, nunc examinantur. In hac ſynodo Eutyches quidem à Dioſcoro & ab Epiſcopis qui cum illo erant, reſciſſa depoſitionis ſententia, in integrum reſtitutus eſt, ſicut in actis continetur. Flavianus vero & Euſebius Dorylæi Epiſcopus, damnati ſunt ac depoſiti. In eadem ſynodo Ibas quoque Edeſſenorum Epiſcopus, à communione ſubmotus eſt, & Daniel Carrarum Epiſcopus eſt deſtitutus:

Juvenalis Ep. Hieroſ.

Domnus Antioch.

Julius Rom.

Flavianus.

Eutyches reſtitutus.

τῶν βασιλείων τηνικαῦτα κρατούντος· συνδραμόντων οὖν Ἐφέσῳ Ἰουβεναλίου τοῦ Ἱεροσολύμων ἐπισκόπου, τοῦ καὶ πρότερον ἐν Ἐφέσῳ γενομένου μὴ πολλῶν τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἱερέων. συμῆν δὲ τούτοις καὶ Δόμνος ὁ μὴ Ἰωάννου Ἀντιοχείας πρόεδρος· καὶ μὴν [a] καὶ Ἰούλιος ἐπίσκοπος, τόπον πληρῶν [b] Λέοντος τοῦ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπισκόπου. παρῆν δὲ αὐτοῖς ὁ Φλαβιανὸς μὴ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἐπισκόπων, [3] Θεοδοσίου θεσπίσαντος πρὸς Ἐλπίδιον ἐπὶ ῥήματος ταῦτα. τῶν πρὶν δικασάντων Εὐτυχεῖ τῷ θυλακιστῇ ἀρχιμανδρείτῃ, παρόντων μὲν καὶ ἡσυχαζόντων· τάξιν δὲ δικαστῶν μὴ ἐπεχόντων, ἀλλὰ τὴν κοινὴν πάντων τῶν ἁγιωτάτων πατέρων ἐκβαινόντων ψῆφον, ἐπειδὴ τὰ παρ' αὐτῶν κεκριμένα νῦν δοκιμάζεται· ἐν τούτῳ τῷ συνεδρίῳ ἀνακληθεῖσαν μὲν τῆς καθαιρέσεως Εὐτυχῆ παρὰ Διοσκόρου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, ὅπως δὴ τοῖς πεπραγμένοις ἀνείληπται· ἡ καταψηφισθεῖσα δὲ καθαιρέσεως Φλαβιανὸς καὶ Εὐσέβιος ὁ τοῦ Δορυλαίου θεσπέσιος. κατὰ τὴν ἡ Ἶβας τῶν Ἐδεσσηνῶν ἐπίσκοπος ἀποκηρύττεται· καθαιρεῖται δὲ [4] καὶ Δανιὴλ ἐπίσκοπος Καρρῶν,

VALESII ANNOTATIONES.

σημειώσαι, ὡς ἀεὶ κοιτωνικοὶ εὐνοῦχοι τοὺς ὀρθοδόξους ἀρχιερεῖς ἐκακούργουν. Id eſt, nota de impio Chryſaphio, quod cubicularii Eunuchi Orthodoxos Epiſcopos perpetuo impugnarunt. Cujus rei exemplum illuſtre eſt in Euſebio Præpoſito cubiculi, qui Conſtantii temporibus Athanaſium & reliquos Catholicos Antiſtites inſectatus eſt.

1 Πρότερον ἐν Ἐφέσῳ] Male hæc verba accepit Chriſtophorſonus, quaſi Evagrius diceret, Juvenalem prius fuiſſe Epiſcopum Epheſi. Evagrius tamen id non dicit, ſed tantum ait Juvenalem Epiſcopum Hieroſolymorum, jam antea verſatum fuiſſe Epheſi, in priore ſcilicet Epheſina ſynodo, in qua Neſtorius fuerat condemnatus.

2 Καὶ Ἰούλιος] Sic etiam legitur apud Nicephorum, corrupte pro Ἰουλιανός. Ita enim recte ſcribitur in actis Epheſinæ ſynodi ſecundæ, quæ referuntur in actione prima Concilii Chalcedonenſis pag. 49. *Poſt Conſulatum Zenonis & Poſthumiani V V. CC. Die ſexto Idus Auguſti, Indictione tertia, ſynodo congregata in Epheſo Metropoli ex præcepto religioſiſſimorum & Chriſtianiſſimorum Impp. & reſidentibus in ſancta Eccleſia quæ vocatur Maria, reverendiſſimis & ſanctiſſimis Epiſcopis, Dioſcoro Alexandriæ, & Juliano Epiſcopo agente vices ſanctiſſimi & beatiſſimi Epiſcopi Romanæ Eccleſiæ Leonis.* Hunc Julianum Epiſcopum fuiſſe Puteolanum ex Mariani Chronico ſcribit Baronius ad annum Chriſti 449. hodie tamen in Mariani Scoti Chronico, non Julianus, ſed Julius dicitur Epiſcopus Puteolanus, cum Hilaro Diacono miſſus à Leone Papa ad ſecundam ſynodum Epheſinam. In ſubſcriptionibus autem Epiſcoporum qui huic ſecundæ ſynodo Epheſinæ ſubſcripſerunt, quæ referuntur in actione prima Concilii Chalcedonenſis pag. 141. Julianus Epiſcopus dicitur. Sic enim legitur: *Julianus Epiſcopus, tenens locum Leonis ſanctiſſimi Epiſcopi Romanæ Eccleſiæ, interpretante ſe Florentio Epiſcopo Lydiæ, dixit.* &c. Ex quibus verbis colligi videtur, Julianum hunc, qui ſecundæ ſynodo Epheſinæ interfuit, eſſe Julianum Coenſem Epiſcopum, qui biennio poſt Chalcedonenſi ſynodo interfuit, tenens & ipſe illic locum Leonis Romani Pontificis, ut in actis ſynodi Chalcedonenſis ſcriptum habetur non uno in loco. Ubi tamen mirari ſubit, cur, cum Julianus iſte Coenſis Epiſcopus, toties vocetur Legatus & vices agens Leonis Romani Pontificis, nihilominus prærogativam ſedis non habeat una cum Paſchaſino & Lucentio Vicariis ſedis Apoſtolicæ qui eidem ſynodo præfuerunt, ſed poſt Patriarchas & Exarchos nominetur. An dicemus Juliani Legationem generalem fuiſſe & honorariam, non vero ſpecialem, cujuſmodi fuit Legatio Paſchaſini & Lucentii, ad hoc ut ſynodo Chalcedonenſi vice Leonis Pontificis præſiderent. Poſſet etiam non incommode dici, Julianum Coenſem ideo Legatum Leonis Papæ nominari in actis ſynodi Chalcedonenſis, quod biennio ante in ſecunda ſynodo Epheſina vices ejuſdem Leonis egiſſet. Notetur interim Baronii inconſtantia, qui cum ad annum Chriſti 449. ſcripſiſſet, Julianum eum qui in ſecunda ſynodo Epheſina Legatus fuit ſedis Apoſtolicæ, Epiſcopum fuiſſe Puteolanum, Poſtea ad annum 451. cap. 78. Coënſem Epiſcopum illum facit. [Vide quæ notavit vir doctiſſimus Paſchaſius Queſnel ad Epiſtolam 24 Leonis Magni, ubi pluribus argumentis oſtendit Julium, ſeu ut alii vocant, Julianum Epiſcopum, qui à Leone Magno miſſus eſt ad ſecundam Synodum Epheſinam, diverſum eſſe à Juliano Epiſcopo Coënſi.]

3 Θεοδοσίου διατάξαντος πρὸς Ἐλπίδιον] Exſtat ſacrum commonitorium Imp. Theodoſii ad Elpidium comitem ſacri Conſiſtorii, & Eulogium Tribunum & Notarium Prætorianum, in actis Epheſini Conciliabuli quæ referuntur in actione prima ſynodi Chalcedonenſis pag. 46. ubi leguntur hæc verba quæ hic refert Evagrius.

4 Καὶ Δανιὴλ ἐπίσκοπος Καρρῶν] Paulo ante ſecundam ſynodum Epheſinam; Ibas Edeſſenus & Daniel Carrarum Epiſcopus à Clericis ſuis accuſati fuerant apud Imperatorem Theodoſium. Ille cauſam eorum cognoſci juſſit in ſynodo Berytienſi, præſente Damaſcio Tribuno & Notario prætoriano. Exſtant acta hujus Concilii, relata in actione decima ſynodi Chalcedonenſis, quæ ſic incipiunt: *Poſt Conſulatum Flavii Zenonis & Poſthumiani virorum Clariſſimorum Calendis Septembris indictione ſecunda.* Sed non dubito quin ſcribendum ſit *Conſulatu Zenonis & Poſthumiani.* Alioqui hæc ſynodus contigiſſet poſt Conciliabulum Epheſinum, quod collectum eſt poſt Conſulatum Zenonis & Poſthumiani Menſe Auguſto. Berytienſis autem

VARIORUM.

a Ἰούλιος ἐπίσκοπος] Julius Epiſcopus Puteolanus, ut appellatur ab autore Breviculi Hiſtoriæ Eutychianæ. Quo nomine vocatur in omnibus MSS. ubi acta hujuſce Latrocinalis Synodi recitantur, teſte Baluzio in Præfat. ad Concil. Chalced. n. 30. Hunc tamen alii Julianum vocant, notante Valeſio. Erat quidem Julianus Coënſis Epiſcopus, ad quem extant aliquot Epiſtolæ Leonis: in quibus tamen nulla mentio ſit de præſidentia ipſius in hac Synodo, ut recte obſervat Pagi ad ann. 449. n. 9. *W. Lowth.*

b Λέοντος] Leo Magnus, in locum Sixti III Epiſcopus Romæ electus eſt die 28 menſis Julii, & in ſolium pontificale elevatus die octavo Septembris, anni 440. Obiit 3 Kal. Novembris, anno 461. *Caveus.* Pagius ait Leonem die 22 Septembris dicti anni 440 conſecratum fuiſſe, & die quarto Novembris anni 461 obiiſſe.

Ἰβᾶς

1 Εἰρηναῖός τε αὖ Τύρου, καὶ πρός γε Ἀκυλῖνος
2 Βύβλου. ἐπεφέρετο καί τινα Σωφρονίου χάριν τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐπισκοπήσαντος. καθαιρεῖται δὲ παρ' αὐτῶν καὶ ὁ τῆς Κυρηστῶν ἐπισκοπήσας Θεοδώρητος, καὶ μὴν καὶ Δόμνος ὁ τῆς Ἀντο-
3 χέων. ἐφ' ᾧ τί λοιπὸν γέγονεν, οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. ἡ μὲν οὖν τὸ ἐν Ἐφέσῳ δεύτερον διελύθη συνέδριον.

Irenæus item Tyri, & Aquilinus Bybli. Gesta sunt etiam quædam pro Sophronio Constantinensium Episcopo. Deposítus est ab iisdem etiam Theodoritus Episcopus Cyri, & Domnus Antiochensis Episcopus. De quo quid postea factum fuerit, invenire non potui. His ita gestis, soluta est secunda synodus Ephesina. SÆC. V. *Theodoritus depositus.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ἀπολογία τῆς συγγραφέως ὑπὲρ τῶν ἐν ἡμῖν διαφορῶν, καὶ καταγέλως τῶν Ἑλληνικῶν μύθων.

CAPUT XI.

Defensio varietatis opinionum quæ sunt apud Christianos, & derisio fabularum gentilium.

Μή μοι δέ τις τῶν εἰδωλομανούντων ἐπιγελάσῃ, ὡς τῶν δευτέρων τοὺς πρεσβυτέρους καθαιρούντων, καὶ προσεφευρισκόντων ἀεί τι τῇ πίστει καινότερον. ἡμεῖς μὲν γὰρ τὴν ἄφραστον καὶ ἀνεξιχνίαστον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν ἐρευνῶντες, καὶ ἐς τὰ μάλιστα σεμνύειν καὶ ἐξαίρειν βουλόμενοι, ἢ τῇδε, ἢ ἐκεῖσε τρεπόμεθα. καὶ οὐδεὶς ἀδυνατῶν τῶν αἱρέσεως ἀρχὰς Χριστιανοῖς ἐξευρηκότων, πρωτοτύπως βλασφημεῖν ἠθέλησεν, ἢ ἀπιμᾶσαι τὸ θεῖον βουλόμενος ἐξωλίσθησεν· ἀλλὰ μᾶλλον ὑπολαμβάνων κρεῖσσον τοῦ φθάσαντος
4 λέγειν εἰ τόδε πρεσβεύσαιμι. καὶ τὰ μὲν σωτηρικὰ καὶ κύρια πᾶσι κοινῶς ὁμολογῶ. τριὰς γὰρ ἡμῖν τὸ προσκυνούμενον, καὶ μονὰς τὰ δοξολογούμενα· ὅ, τε πρὸ αἰώνων γεννηθεὶς Θεὸς Λόγος, σαρκούμενος δευτέραν γέννησιν Θεοδόκῳ τῷ πλάσματος. εἰ δὲ περὶ ἕτερα ἄττα κεκαινούργηται, γεγόνασι καὶ ταῦτα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ τὸν αὐτεξούσιον καὶ περὶ τούτων, ἵνα μᾶλλον ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία, ἐνθένδε κἀκεῖθεν πρὸς τὸ δέον τε καὶ εὐσεβὲς αἰχμαλωτίσῃ τὰ λεγόμενα, καὶ πρὸς μίαν ἀπεξεσμένην καὶ εὐθεῖαν ὁδὸν ὑπαντήσῃ. διὸ καὶ τὸν ἀποστόλον οὐ μάλα σαφῶς εἰρηκέναι· δεῖ δὲ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται. καὶ θαυμάσαι κἀν τούτῳ

Nemo porro Gentilium nos derideat, propterea quod posteriores Episcopi, priores destituant, ac semper novi aliquid adjiciant fidei nostræ. Nos enim inexplicabilem & investigabilem Dei erga homines benevolentiam scrutantes, dum eam maxime honorare & omnibus modis extollere cupimus, aut hanc, aut illam sententiam sequimur. Nec quisquam eorum qui inter Christianos hæreses excogitarunt, dedita opera impie loqui voluit: aut cum divino numini contumeliam facere decrevisset, in errorem delapsus est: sed potius unusquisque eorum existimavit, se qui hoc dogma assereret, melius dicere quam reliquos qui ipsum præcessissent. Et ea quidem quæ præcipua sunt ac fundamenta fidei nostræ, uno consensu omnes confitemur. Trinitas enim est quam adoramus, & unitas quam glorificamus: & Deus idem ac Verbum, ante sæcula genitum, & propter homines secunda generatione incarnatum. Quod autem in aliis capitibus quædam innovata sunt, id ex eo factum est, quod Servator noster Deus liberam nobis facultatem reliquit de iis sentiendi, ut sancta Catholica & apostolica Ecclesia, ea quæ ab utraque parte dicuntur, ad rectam normam ac pietatem traducat, & ad unam planam rectamque semitam perveniat. Atque ob hanc causam sapienter admodum dixit Apostolus Paulus: Oportet hæreses esse inter vos, ut qui probi sunt, manifesti fiant. In quo admirari etiam *Trinitas, Unitas.* 1 Cor. 11.

VALESII ANNOTATIONES.

synodus post illam synodum Ephesinam collocari non potest, cum in ea mentio fiat Flaviani Episcopi Constantinopolitani, & Domni Antiocheni: Quos constat in secunda synodo Ephesina fuisse depositos. Accedit testimonium Liberati Diaconi, qui in Breviario scribit hanc synodum Berytiensem congregatam fuisse antequam Eutyches hæresim suam conflasset.

1 *Εἰρηναῖός τε αὖ Τύρου*] Diu ante secundam synodum Ephesinam, Episcopatu pulsus fuerat Irenæus edicto Imperatoris Theodosii, & in ejus locum Photius substitutus. Certe Photius præfuit synodo Berytiensi, quæ collecta fuerat anno ante secundam synodum Ephesinam. Sed quoniam Imperatoris jussu, non synodali sententia ejectus fuerat, idcirco in altera synodo Ephesina Canonice depositus est.

2 *Σωφρονίου χάριν τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν*] In hujus loci versione, mirum est quantopere aberrarint Interpretes. Nam Langus quidem Interpres Nicephori ita vertit: *Decrevit hac synodus quoque de Sophronio quædam, qui tum Constantinopolim visendæ ejus gratia venerat.* Christophorsonus vero sic interpretatur: *Nonnulla ibidem acta fuere contra Sophronium Episcopum Constantinopolitanum.* Sed Constantinienſem dicere debuerat. Erat enim Sophronius Episcopus Constantinæ, ut patet ex synodo Antiochena sub Domno, quæ intexta est actioni 14. synodi Chalcedonensis. Interfuit idem Sophronius postea Chalcedonensi synodo, ut legitur in actis ejusdem Concilii. Est autem Constantina urbs Phœnices. [Ad hunc Sophronium Episcopum Constantinæ scripta est Epistola Theodoriti 53.]

3 *Ἐφ' ᾧ τί λοιπὸν γέγονεν*] In locum Domni Antiochensis Episcopi subrogatus est Maximus, ut scribit Liberatus in Breviario. Cujus Episcopatum Leo Papa postmodum confirmavit, ut legitur in actione 10. Chalcedonensis Concilii. Idem tamen Maximus Domno, quoad vixit, certos sumptus ex Ecclesiæ suæ reditibus constituit, ut contentus alimentis in posterum quiesceret: quod quidem cæteri Patriarchæ in Chalcedonensi synodo approbarunt, ut videre est in actione jam citata. *

4 *Τὰ μὲν σωτηρικὰ καὶ κύρια*] Apud Nicephorum in lib. 14. cap. 48. ubi hunc Evagrii locum transcribit, legitur *καὶ κάρια*, minus recte ut opinor. Ita tamen diserte scriptum inveni in MS. codice Telleriano.

VARIORUM.

* Istam actionem Concilii Chalcedonensis ut commentitiam rejicit Quesnellus, Dissert. 9. in Opera Leonis: è contra, eam ut genuinam, defendit Baluzius, Præfat. in Concil. Chalced. n. 32, &c. Ipse Domnus post depositionem suam in eremum secessit ad Euthymium, siqua fides Cyrillo monacho scriptori vitæ Euthymii. vid. Pagi ad ann. 451. n. 54, 55. *W. Lowth.*

SÆC. V.

licet ineffabilem Dei ſapientiam, qui ad divinum Apoſtolum Paulum dixit: Virtus enim mea in infirmitate perficitur. Ex quibus enim cauſis Eccleſiæ divulſa ſunt membra, ex iiſdem recta & irreprehenſibilis doctrina accuratius limata & expoſita eſt: & catholica atque Apoſtolica Dei Eccleſia majus incrementum accepit, & ad ipſum uſque cælum ſublata eſt. Gentilium vero ſuperſtitionis alumni, dum nec Dei naturam, nec ejus providentiam in rebus humanis inveſtigare ſtudent, & majorum ſuorum, & ſuas invicem opiniones evertunt. Novos enim ſubinde Deos excogitant, eoſque ex propriis animi perturbationibus deſignant ac nominant, quo ſcilicet libidinibus ſuis impunitatem concilient, hujuſmodi Deos ſibi adſciſcendo. Sic certe apud illos is qui ſummus habetur Deus, & pater hominum ſimul ac Deorum vocatur, in avis ſpeciem mutatus, adoleſcentem Phrygem impudenter rapuit, & mercedem ſtupri poculum ei tribuit, permittens ut ipſi amoris gratia propinaret, quo uterque ſimul cum nectare dedecus ac probrum hauriret. Idem innumeris aliis ſceleribus, quæ ne viliſſimis quidem hominibus permiſſa ſunt, ſeſe inquinavit. Et in omnes brutorum animantium ſpecies, ipſe omnium brutiſſimus mutatus, androgynus factus eſt, non in utero quidem ſed in femore fœtum geſtans, ut & iſta præter naturam ab eo committerentur. Unde ortus Bacchus ipſe quoque androgynus, utrumque ſexum contumelia affecit: Auctor temulentiæ, ebrietatis, & crapulæ, & omnium quæ inde naſcuntur malorum. Huic Ægiocho & Altitonanti aliud quiddam ut magnificum attribuunt, parricidam eum appellantes, quod extremum apud omnes ſcelus exiſtimatur: propterea quod Saturnum qui malo fato ipſum genuerat, ex regno expuliſſet. Jam vero quid de ſcortatione dicam ab ipſis conſecrata, cui Venerem Cypriam è concha genitam præfecerunt: quæ continentiam quidem, tanquam ſcelus quoddam ac piaculum averſatur: ſtupris vero & quibuſlibet flagitiis delectatur, iiſque ipſis coli ſeſe ac placari cupit. Cum qua Mars congreſſus, aſtu Vulcani reliquis diis ſpectandus ac deridendus exponitur. Riſerit etiam non immerito quiſpiam Phallos eorum, & Ithyfallos, ac Phallagogia, & enormem Priapum, ac Panem qui turpi colitur membro. Myſteria item quæ Eleuſine celebrantur, ob id ſolum laudanda, quod à ſole non videntur, ſed perpetuis tenebris damnata ſunt. Verum hæc, tam his qui iſta turpiter colunt, quam iis qui coluntur relinquentes, equum ad metas incitemus, & quæ ſuperſunt de rebus geſtis Theodoſii, omnium oculis ſubjiciamus.

2 Cor. 12.

Deorum Ethnicorum flagitia.

ἐεὶ, τὶ ἄῤῥητον τῦ Θεῦ ζοφίαν, τῦ ϗ πρὸς τὸν θεσπέσιον Παῦλον εἰρηκότος· ἡ γὰς δυναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. ἐξ ὧν γὰ τῆς ἐκκλησίας ἀπερράγη τὰ μέλη, ἐκ τύτων τὰ ὀρθὰ καὶ ἀμώμητα πλέον ἀπεξέθη τε καὶ ἀπετέθη δόγματα, καὶ πρὸς αὔξησιν καὶ τὶ ἐς ὐρανοὺς ἀνάβασιν ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ τοῦ Θεοῦ ἐλήλυθεν ἐκκλησία. οἱ δέ γε τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης τρόφιμοι, ϗ Θεὸν ἐξευρεῖν βυλόμενοι ἢ τὶ αὐτῦ πρὶ τὸς ἀνθρώπους κηδεμονίαν, τά τε τῶν Φθασάντων, τά τε ἀλλήλων καταλύυσιν· ἀλλὰ Θεοὺς ἐπὶ θεοῖς ὑπονοῦντες, καὶ τῶν οἰκείων παθῶν χειροτονοῦντες τε καὶ ὀνομάζοντες, ἵνα συγχώμιν ταῖς οἰκείαις ἀκολασίαις πορίζοιντο, θεοὺς τοιύτοις ὑπογραφόμενοι. ὅτε ἀμέλει ὁ παρ' αὐτοῖς ὕπατος πατὴς ἀνδρῶν τε Θεῶν τε, τὸν Φρύγα τὸ μειράκιον ἐς ὄρνεον μεταχηματισθεὶς ἀσελγῶς διήρπασε· μισθόν τε τ' αἰσχρυργίας, τὶ κύλικα παρέχετο, τὶ φιλοτησίαν προπίνειν ὑπιτρέψας, ὡς ἂν μὴ τοῦ νέκταρος καὶ τὰ ὀνείδη κοινῶς πίνοιεν. ὃς καὶ μυρίοις ἄλλοις ἀτοπήμασι, καὶ πρὸς τοῖς οὐδέσι τῶν ἀνθρώπων ἀπηρρυθμίσοις, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀλόγων ἰδέαν ὁ πάντων ἀλογώτατος μεταβληθεὶς, ἀνδρόγυνος γίνεται, εἰ ϗ μὴ τὶ γαστέρα, ἀλλὰ γοῦν τ' μηρὸν κυοφορῶν, ἵνα καὶ ταῦτα προῖ φύσιν αὐτῷ πράττοιτο. οὗ καὶ τὸ διθύραμβον κύημα ἀνδρόγυνον νομόμενον, ἑκατέραν σύγχυσε φύσιν, μέθης ἔξαρχον, οἰνοφλυγίας τε αὖ ϗ κραιπάλης, καί γε ἑωλοκρασίας, καὶ τ' ὀπτεῦθεν δεινῶν. τούτῳ τῷ Αἰγιόχῳ τῷ ἐυρεμέτῃ καί τι σεμνὸν ἐκεῖνο περιπθέασι, παγαλοίαν ὀπικαλοιῦντες τὶ ἐχάτην παρὰ πᾶσι ποινὴν, οἷα τ' Κρόνον τ' κακῶς αὐτὸν φύσαντα τῆς βασιλείας ἐξωθήσαντα. τί δ' ἂν φαίη ϗ περὶ τ' θεσπιθείσης αὐτοῖς πορνείας, ἣ τ' Ἀφροδίτην τ' κοχλογενήτην Κυπρίαν ἐπέφησαν τ', ᾗ σωφροσύνη, ὡς ὀναγές τι χρῆμα ϗ πάλλως ἔκτοπον μυσαπομθοῦσι· πορνείαις ὃ ϗ πάσαις αἰσχρυργίαις ἡδομθοῦσι, καὶ τούτοις ἱλάσκεσθαι βυλομθοῦσι. μεθ' ἧς Ἄρης ἀρχημονεῖ, τοῖς Ἡφαίστου τεχνάσμασιν ὑπὸ τοῖς θεοῖς θεατριζόμενός τε καὶ γελώμενος. γελάσοι δὲ ἄν τις δικαίως καὶ Φαλλοὺς αὐτῶν, καὶ Ἰθυφάλλους, καὶ Φαλλαγώγια, καὶ Πρίαπον ὑπερμεγέθη, καὶ Πᾶνα ἀρχήμονι μορίῳ πεμώμενον, καὶ τὰ ἐν Ἐλθυσῖνι μυστήρια, καθ' ἓν μόνον ἐπαινετὰ, ὅτι γε ἥλιος ὐκ ὁρᾷ, ἀλλὰ τῷ σκότῳ συνοικεῖν κατεκρίθησαν. τούτων τοῖς αἰσχρῶς πεμῶσί τε καὶ πεωμθοῖς καταλειπανομθῶν, ἐπὶ τὶ νύσσαν τὸν πῶλον ἐκκελήσωμθ, καὶ τὰ λοιπόμενα τῆς Θεοδοσίυ βασιλείας θυσυνόπλως ὑποδήσωμεθα.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καί τι σεμνὸν] Non dubito quin ſcribendum ſit ὡς τὶ σεμνὸν &c. in his enim Evagrii libris *καί* paſſim poſitum erat pro *ὡς*.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Οπως ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος τῇ Νεστορίου αἱρέσει ἀπελαύνει.

Γεγραπται δ' οὖν αὐτῷ πανδεστὴς διάταξις, ἀνὰ τὸ πρῶτον βιβλίον κειμένη, Ἰουστινιανοῦ κώδιξ ὠνόμασται, τέτρη τὸν ἀριθμὸν τῷ πρώτῳ τίτλου τυγχάνουσα· ἣ δὴ τὸν πάλαι ποθούμενον παρ' αὐτῷ, ὡς αὐτῷ Νεστορίῳ γέγραπται, θεόθεν κινηθεὶς, ἅπασιν τὸ δὴ λεγόμενον ψήφοις καθέλειν ἀναθέματι προβαλὼν, καὶ γέγραφεν ἐπὶ λέξεως ὧδε. ἔτι προσπίζομεν τοὺς ζηλοῦντας τὴν ἀσεβῆ Νεστορίου πίστιν, ἢ τῇ ἀθεμίτῳ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ ἀκολουθοῦντας, εἰ μὲν ἐπίσκοποι εἶεν ἢ κληρικοὶ, τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ἐκβάλλεσθαι· εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀναθεματίζεσθαι. τέθειται δὲ αὐτῷ καὶ ἕτερα νομοθεσίαι τῆς ἡμετέρας ἕνεκα θρησκείας, τὸ ἄφατον αὐτοῦ ζῆλον δεικνῦσαι.

CAPUT XII.

Quomodo Imp. Theodosius hæresim Nestorii profligavit.

SCRIPTA est ab eodem Imperatore Constitutio admodum pia; quæ relata est in primo Justiniani libro qui Codex dicitur, estque numero tertia primi tituli. In qua Theodosius, eum quem prius in deliciis habuerat, sicut ipse Nestorius scribit, divinitus incitatus, omnibus ut ita dicam calculis condemnavit, anathema ei denuncians his verbis. Præterea sancimus, ut quicumque impiam Nestorii fidem æmulantur, vel nefariam ejus doctrinam sectantur, si quidem Episcopi vel clerici sint, sacris Ecclesiis ejiciantur: si vero laici, anathemate feriantur. Sunt & aliæ leges pro nostra religione ab eodem datæ, quæ ardentissimum ejus zelum abunde testantur. *Theodosii in Nestorianismum Decretum.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ Στυλίτου.

ΕΝ τούτοις τοῖς χρόνοις ἤκμασέ τε καὶ διεφάνη καὶ [a] Συμεώνης, ὁ τῆς ὁσίας ἡμῶν πάντα ἀοιδίμου μνήμης, πρῶτος τῷ ἐπὶ κίονος ᾄσιν ὑποστηλεύσας, δίπηχυ μόλις ἐδιαίτημα τὸ θερίμερον. Δόμνῳ τηνικάδε τῷ Ἀντιοχέων ἐπισκοποῦντος· ὃς ἐπειδὴ παρ' αὐτὸν γέγονεν, ἐκπλαγεὶς τ᾽ ᾄσιν καὶ τῷ δίαιταν, τῶν μυστικωτέρων ἐγλίχετο. ἄμφω δ' οὖν συνηλθέτην, καὶ τὸ ἄχραντον ἱερουργήσαντες σῶμα, τῆς ζωοποιοῦ κοινωνίας ἀλλήλοις μετέδωσαν. ἧτος ἐν σαρκὶ τῷ τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων πολιτείαν ζηλώσας, ἐξαίρει μὲν ἑαυτὸν τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων, καὶ τῇ φύσιν βιασάμενος τῷ τέως κάτω βλέπουσαν, τὰ μετέωρα διώκει· ἐν μέσῳ δὲ ἀγγέλων καὶ τῶν ἐπὶ γῆς γενόμενος, συνυμνεῖ τε τῷ Θεῷ [b] μετὰ τῶν ἀγγέλων δοξολογεῖ· ἐκ μὲν τῆς γῆς, τὰς ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων πρεσβείας τῷ Θεῷ προσάγων· ἐξ οὐρανοῦ δὲ τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἄνωθεν εὐμένειαν καταπεμπόμενος.

CAPUT XIII.

De sancto Symeone Stylita.

IISDEM temporibus floruit atque inclaruit Symeones, vir sanctæ ac percelebris memoriæ. Hic primus stationem super columna instituit, cujus domicilii ambitus vix duorum erat cubitorum: quo tempore Domnus Antiochenæ urbis Episcopatum administrabat. Qui cum ad Symeonem venisset, stationem ejus ac vivendi rationem admiratus, secretiora quædam cupivit. Ambo igitur in unum convenerunt, & cum immaculatum Corpus sacrificassent, vivificam Communionem sibi mutuo impertierunt. Hic Angelorum conversationem in carne æmulatus, à terrenis quidem rebus se se abduxit: Et vim inferens naturæ quæ deorsum vergit, sublimia appetiit. Ac medius inter cælum & res terrenas constitutus, Deum allocutus est, & una cum Angelis Deum glorificavit: ex terris quidem supplicationes pro hominibus offerens Deo: ex cælis vero supernam benevolentiam hominibus concilians. Hu- *Domnus.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ πάντα ἀοιδίμου μνήμης] Henricus Savilius in suo cod. scribit una voce παντοαοιδίμου. Ego tamen mallem scribere παναοιδίμου. Sic enim Græci loqui solent, ut cum dicunt πανεύφημον, πανάγιον, & similia. Certe Evagrius noster infra de Gregorio loquens Antiocheno Episcopo, Γρηγορίου τοῦ παναοιδίμου, habet.

2 Καὶ τὸ ἄχραντον ἱερουργήσαντες] Presbyteri olim una cum Episcopo Missas celebrabant, & de manu ejus Eucharistiam accipiebant. Sic in actione decima Concilii Chalcedonensis, Bassianus Episc. Ephesi in libello precum ad Martianum Imp. ait, inter cetera τῇ δὲ αὔριον ἡμέρᾳ λειτουργήσαντες πάλιν ὁμοῦ &c. Et multo post pag. 303. idem Bassianus dicit: Στέφανος πρεσβύτερος μοῦ ἦν πέντε ἔτη, μεθ' ἐμοῦ ἐλειτούργει, μεθ' ἐμοῦ ἐκοινώνει, καὶ ἐκοινώνει παρ' ἐμοῦ, ὡς παρ' ἐπισκόπου. Id est, *Stephanus Presbyter meus fuit annis quatuor, mecum missas celebravit, mecum communicavit, & à me tanquam Episcopo communionem accepit.* Idem quoque olim mos fuit in Ecclesia Romana, ut Presbyteri quotidie cum Episcopo urbis Romæ missas celebrarent, & communionem de manu ejus acciperent. Diebus vero Dominicis, cum Presbyteri separatim in suis titulis Missarum solemnia celebrare necesse haberent propter plebem ipsis commissam, fermentum sive corpus Dominicum per Acolythos transmissum ab Episcopo urbis Romæ accipiebant, ne à communione Episcopi sui eo præsertim die separati esse viderentur, ut scribit Innocentius Papa in epist. ad Decentium.

VARIORUM.

a Συμεώνης] Cognominatus *Senior*, ut à juniore Symeone, vitæ ejus æmulo, distinguatur; gente Syrus, ex vico Susan oriundus, claruit præcipue circa ann. 448. Ineunte ætate ovibus pascendis operam dedit. *Guil. Cave, Vol. I. pag. 352. qui multa de eo refert ex Theodoriti Philotheo, cap. 26.*

b Μετὰ τῶν ἀγγέλων] Legendum κὰι μετὰ τ — *W. Lowth.*

Sæc. V.

jus miracula conſcripta ſunt à quodam qui hominem viderat, & rebus ab illo geſtis interfuerat. Sed & Theodoritus Epiſcopus Cyri, ejuſdem viri miracula admodum diſerte commemoravit. verum deprehendimus, id ab illis præcipue omiſſum eſſe, cujus memoria apud ſanctæ Solitudinis incolas etiamnum ſervatur, & quod nos ab illis accepimus. Cum igitur Symeones iſte qui in terris Angelus, & in carne civis cæleſtis Hieruſalem fuit, novam hanc & mortalibus hactenus ignotam vivendi rationem inſtituiſſet, ſanctæ ſolitudinis incolæ quemdam ad eum miſerunt, mandantes ut ex illo ſciſcitaretur, quænam eſſet hæc nova ac peregrina converſatio, & cur viam jam tritam & Sanctorum veſtigiis impreſſam relinquens, aliam ipſe novam nullique mortalium adhuc cognitam iniviſſet: ſimul præcipientes ei ut deſcenderet, & electorum Patrum viam inſiſteret. Quod ſi ille paratum ſe oſtendiſſet ad deſcendendum, juſſerunt ut ſuo more vivere ſineretur. Obedientia enim ejus ſatis declarari, quod Deo duce atque auctore hujuſmodi exercitationem ſuſcepiſſet. Si vero detrectaret, ac propriæ voluntati inſervire mallet, nec ipſorum monitis illico obſequeretur, mandarunt ut eum vi abreptum detraheret. Qui cum ad illum veniſſet, & Patrum ei mandatum expoſuiſſet, & confeſtim Symeon alterum pedem demiſiſſet ut præceptis Patrum obtemperaret: is qui ad illum miſſus fuerat, permiſit ei, ut curſum quem inſtituerat teneret, his eum verbis compellans. Fortis eſto & viriliter age. Statio tua à Deo eſt. Hoc Symeonis factum prorſus memorabile, hoc loco commemoravi, quod tamen ab iis qui de illo ſcripſerunt, prætermiſſum eſt. Tanta porro divinæ gratiæ virtus in eo inerat, ut cum Imperator Theodoſius Judæis Antiochiam incolentibus ſynagogas quas Chriſtiani illis ademerant, reſtitui juſſiſſet, Symeon tanta cum fiducia ac libertate ad eum ſcripſerit, tamque acriter eum objurgaverit, ſolum Imperatorem ſuum Deum reveritus, ut Imperator Theodoſius, revocata juſſione ſua, cuncta in gratiam Chriſtianorum fecerit; & Præfecto prætorii qui hæc ipſi ſuggeſſerat, poteſtatem abrogaverit: petieritque nominatim à ſanctiſſimo atque aërio Martyre, ut pro ipſo Deum precaretur, ſuamque ipſi benedictionem impertiret. Porro Symeon in hac exercitatione ſex & quinquaginta annos vixit. Novem quidem annos in primo monaſterio in quo divinæ vitæ præceptis fuerat imbutus. Septem

Symeon Judais Synagogas auferri ſuadet.

μωνος. τούτῳ τὰς θεοσημείας γέγραφε μὲν καί τις τῶν αὐτοπτῶν γενομένων. γέγραφε δὲ καὶ λογίως ἀπέθετο καὶ Θεοδώρητος, ὁ τῆς Κυρεςῶν ἐπισκοπήσας. Ἐν ᾧ τὰ μάλιςα παραλελοιπότες, ὃ μέχει νῦν σωζόμενον παρὰ τοῖς τῆς ἁγίας ἐρήμου κατειλήφαμεν, καὶ παρ' αὐτῶν παρειλήφαμεν. ὅτε δ' οὖν Συμεών ης οὗτος ὁ ἐπὶ τῆς γῆς ἄγγελος, ὁ ἐν Σαρκὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ πολίτης, τῷ ξένῳ ταύτην καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀγνωςα τείχον ἐπετήδευσε, ςέλλουσί τινα παρ' αὐτὸν οἱ τῆς ἁγίας ἐρήμου, ἐντειλάμενοι φάναι τίς ἡ ξενοπρεπὴς αὕτη πολιτεία· τί τῷ τετριμμένῳ καὶ τοῖς ἁγίοις πεπατημένην ὁδὸν ἀφεὶς, ἄλλῳ τινὰ ξένῳ καὶ τοῖς ἀνθρώποις καθάπαξ ἀγνοουμένῳ ὁδεύει; καὶ ὡς ἐπιτρέφασιν αὐτῷ καταβῆναι, καὶ τῷ τῶν ἐκλεκτῶν πατέρων ὁδὸν ἀνύειν. οἵπερ, εἰ μὲν ἐκθύμως ἑαυτὸν πρὸς τὴν κατάβασιν δοίη, συγχωρεῖν ἐκέλευσαν αὐτῷ τῷ ἰδίαν ἐκτρέχειν. ἐκ γὰρ τῆς ὑπακοῆς δῆλον εἶναι, ὡς ἐκ Θεοῦ ποδηγηθεὶς ὧδε ἀγαθεύει. εἰ δέ γε ἀντιςαίη, ἢ καὶ τοῦ ἰδίου θελήματος δοῦλος γένοιτο, καὶ μὴ πρὸς τῶν ἐπιτροπῶν ἰθυδρομήσοι, καὶ πρὸς βίας αὐτὸν καθέλκειν. ὡς ἐπειδήπερ παρ' αὐτὸν ἐγένετο, καὶ τὰ τῶν πατέρων ἀπήγγειλεν ἐντολὰ, εὐθέως τε θάτερον τῶν ποδῶν προὔπεμψε, τῶν πατέρων τῷ ἐπιτροπῷ ἐκπληρῶσαι βουλόμενος, ἀφεὶ αὐτὸν τῷ ἰδίαν ὁδὸν ἐκπληροῦν, ἐπιφθεγξάμενος· ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου· ἡ ςάσις σου πρὸς Θεοῦ ἐςίν. ὅ μοι ἀξιόλογον ὃν ἐξετέθη, τοῖς περὶ αὐτοῦ γραφεῖσι παρειμένον. τούτῳ τοσοῦτον ἡ τῆς θείας χάριτος ἐνέσκηψε δύναμις, ὡς καὶ Θεοδοσίῳ τῷ αὐτοκράτορι πεθεσπικότος τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχου Ἰουδαίοις ἀποδοθῆναι τὰς σφῶν συναγωγὰς, ἅσπερ ἔφθησαν παρὰ Χριςιανῶν ἀφῃρημένοι, οὕτω παῤῥησίᾳ γέγραφεν, ὥςε σφοδρῶς ἐπετίμησε, μόνον τὸν ἴδιον βασιλέα θαλαβούμενος, ὡς καὶ τὸν βασιλέα Θεοδόσιον τὰς ἰδίας ἀνακαλεσάμενον κελεύσεις, πάντα πρὸς χάριν Χριςιανῶν ἐκπληρῶσαι· πρᾶξαι δὲ καὶ τὸν ὕπαρχον τὸν ταῦτα διδάξαντα τῆς ἀρχῆς· δεηθῆναί τε τοῦ παναγίου καὶ ἀερίου μάρτυρος ἐπὶ ῥήματος, ἱκετεύειν τε ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τῆς οἰκείας θεολογίας μεταδιδόναι. διέτειψε τοίνυν ὁ Σαρκὶ τόνδε τὸν βίον διαθλεύων ἔτη ἓξ καὶ πεντήκοντα· ὁ μὲν τῷ πρώτῳ φροντιςηρίῳ ἔνθα τὰ θεῖα κατηχήθη,

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐν ᾧ τὰ μάλιςα παραλελοιπότες] Varie hunc locum correxerunt viri docti, Chriſtophorſonus ſcilicet & Curterius, vel potius ii ex quorum codicibus has emendationes tranſcripſerant. Alii enim poſt παραλελοιπότες, addunt verbum ἰδίῳ. Alii vero legunt παραλέλοιπεν, ut de Theodorito ſolo id intelligatur. Ego vero hunc locum ita reſtituendum eſſe exiſtimo. ἐν ᾧ τὰ μάλιςα παραλελοιπόσι καπειλήφαμεν, ὃ μέχει νῦν σωζόμενον παρὰ τοῖς τῆς ἁγίας ἐρήμου, παρ' αὐτῶν παρειλήφαμεν. Nec dubito quin Evagrius ita ſcripſerit.

2 Εἰ μὲν ἐκθύμως] In optimo codice Florentino hæc ad latus adſcripta ſunt. Πνευματικὴ ὡς ἀληθῶς ἐν τῷ Χριςῷ ἡ πάλαι περὶ τοῦ μεγάλου Συμεῶνος κρίσις. Id eſt, *Patrum de magno Symeone judicium prorſus ſpirituale in Chriſto.*

3 Καὶ ἀερίου μάρτυρος ἐπὶ ῥήματος] Videntur eſſe verba Imp. Theodoſii, ex Epiſt. quam ſcripſit ad Beatum Symeonem. Hunc igitur titulum præfixerat Epiſtolæ ſuæ: τῷ παναγίῳ καὶ ἀερίῳ μάρτυρι. Ubi Martyrem quidem eum appellat ob graviſſimas ærumnas quibus ille corpus ſuum afflictabat: Aerium vero eo quod ſublimis ſtaret in columna. Certe voces illæ ἐπὶ ῥήματος, omnino indicant id quod dixi: verba illa ſcilicet, aut ea quæ proxime ſequuntur, eſſe Imperatoris Theodoſii. Chriſtophorſonus tamen hunc locum aliter diſtinxit, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Et ſanctiſſimum ac Aerium oraret Martyrem, uti nominatim pro ipſo Deum obſecraret.* Quam diſtinctionem equidem probare non poſſum.

ἔτη

a ἔτη ὀγδοήκοντα· ἐν δὲ αὖ τῇ καλουμένῃ [2] Μάνδρᾳ, ἑπτὰ καὶ τριάκοντα· ἔν τινι μὲν γενικῷ ἔτεσι δέκα τὸν ἀγῶνα διανύσας· ἐν δὲ κίοσι βραχυτέροις ἑπτὰ, καὶ ἐπὶ τριακοντάπηχυ, ἔτη τεσσαράκοντα. τούτου

b τὸ πανάγιον σῶμα [b] μετὰ τὴν ἐνθένδε ἐκδημίαν κατὰ τὴν Ἀντιοχέων ὕστερον ἐσήχθη, Λέοντος τὰ σκῆπτρα διέποντος, Μαρτυρίου τιμιοκύτα τῆς Ἀντιόχου προεδρεύοντος, Ἀρδαβουρίου δὲ αὖ τῶν ἑῴων στρατηγοῦντος ταγμάτων, μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν στρατιωτικῶν τε καὶ λοιπῶν, κατὰ τύχην αὐτῷ Μάνδραν γενομένων, καὶ τὸν πάνσεπτον ἅπασαν σάντων νεκρὸν Συμεῶνος τοῦ μακαρίου, ὡς ἂν μὴ αἱ γειτνιῶσαι πόλεις συνελθοῦσαι τοῦτον ἁρπάζοιεν. θαυμάτων τοίνυν μεγίστων καὶ καλὰ τύχην ὁδοιποριῶν γενομένων, κομίζεται κατὰ τύχην Ἀντιόχου τὸ αὐτοῦ πανάγιον σῶμα· ὃ καὶ Λέων ὁ αὐτοκράτωρ ἐξητήσατο παρὰ τῶν Ἀντιοχέων λαβεῖν. καὶ δήσεις οἱ τῆς Ἀντιόχου πρὸς αὐτὸν ἀνατεινάμενοι γεγράφασιν οὕτως. Ἀφ' τὸ μὴ ὑπάρχειν τεῖχος

1 τῇ πόλει, [1] πέπωκε γὰρ ἐν ὀργῇ, ἠγάγομεν τὸ πανάγιον σῶμα, ὅπως ἡμῖν γένηται τεῖχος καὶ ὀχύρωμα. Οἷς καὶ πεισθεὶς, ἐνδούς τε ταῖς δεήσεσι, τὸ σεπτὸν αὐτοῖς εἴασε σῶμα. τούτου τὰ πολλὰ μέχρις ἡμῶν ἐφυλάχθη, οὗ καὶ τὴν ἁγίαν κορυφὴν μετὰ πολλῶν ἱερέων τεθέαμαι, ἐπισκοποῦντος τηνικάδε Γρηγορίου τοῦ πανοσιωτάτου, Φιλιππικοῦ δεηθέντος τῆς φυλακῆς ἕνεκα τῶν ἑῴων ἐκστρατευμάτων, τίμια λείψανα ἁγίων οἱ ἐκπεμφθῆναι. καὶ τὸ παράδοξον, αἱ κατὰ τῆς κεφαλῆς ἐπικείμεναι τρίχες οὐ διεφθάρησαν· ὡς δ' αὖ ζῶντος καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναυλιζομένου, ἀφασώζοντο. καὶ τὸ κατὰ τοῦ μετώπου δέρμα, ἐρρυτίδωτο μέν, καὶ ἀπέσκληκε· σώζεται δ' οὖν ὅμως, καὶ τῶν ὀδόντων δ'

2 οἱ πλείους, [2] οἳ μηδὲ ὅσοι χερσὶν ἀνθρώπων πιστῶν βιαίως ἀφῃρέθησαν, ἀφ' τοῦ σχήματος κηρύττοντες, οἷός τε καὶ ὁπόσος καὶ πηλίκος ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ γέγονε Συμεών. ταύτῃ καὶ ὁ ἐκ σιδήρου πεποιημένος κλοιὸς παράκειται, μεθ' οὗ τὸ πολυ-

3 μήτων [3] καὶ ἀθλεῦσαν σῶμα τῷ ἐκ Θεοῦ γερῶν μεταδέδωκεν. οὐδὲ γὰρ ἀποθανόντα τὸν Συμε-

4 ών, ὁ ἐραστὴς ἀπέλιπε σίδηρος. [4] οὕτω τὸ καθ' ἕκαστον ἂν διεξεληλύθειν, ἐμοί τε τῆς διηγήσεως ὠφέλειαν παρέξων, καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, εἰ μὴ

vero & quadraginta, in eo loco qui dicitur Mandra: decem videlicet annos in quodam angiportu; in brevioribus autem columnis, ſeptem: triginta autem annos in columna quadraginta cubitorum laborioſo certamine perfunctus. Hujus ſacratiſſimum corpus poſt obitum Antiochiam deportatum eſt, Leone Imperium tum gerente, & Martyrio Antiochenæ urbis Epiſcopatum adminiſtrante: cum Ardaburius Magiſter Orientalis militiæ, una cum militaribus numeris quos circa ſe habebat, & cum reliqua omni multitudine ad Symeonis mandram veniſſet, & ſanctum beatiſſimi viri corpus ſervaſſet, ne à finitimis civitatibus ſubriperetur. Igitur ſacrum ejus corpus, non ſine ingentibus miraculis quæ per totum iter facta ſunt, delatum eſt Antiochiam. Quod & Imperator Leo ab Antiochenſibus ſibi dari popoſcit. Verum Antiocheni miſſo ad Principem ſupplice libello, his verbis ſunt uſi. Quoniam civitas noſtra muros non habet: corruerunt enim ob indignationem divini numinis: ſanctiſſimum corpus huc importavimus, ut nobis pro muro munimentoque eſſet. Quibus permotus Leo, precibus eorum ceſſit, & ſacroſanctum corpus eis reliquit. Hujus complures reliquiæ ad noſtra uſque tempora aſſervatæ ſunt. Et ſanctiſſimum ejus caput ipſe præſentibus multis ſacerdotibus vidi, celeberrimo Gregorio Epiſcopatum Antiochenæ urbis gubernante: cum Philippicus ad cuſtodiam ac præſidium Orientalis militiæ, prætioſas Sanctorum reliquias ad ſe mitti poſtulaviſſet. Et quod mirandum eſt, capilli capitis nequaquam diffluxerunt: ſed perinde ac ſi ille adhuc viveret atque inter homines verſaretur, integri manent. Cutis item in fronte rugoſa quidem eſt atque obdurata: Manet tamen adhuc incolumis: ſicut & dentium plerique, exceptis his quos pii quidam ac fideles viri per vim abſtulerunt. Qui quidem dentes * magnitudine ſua abunde teſtantur, qualis quantuſque fuerit vir Dei Symeones. Adjacet capiti catena ferrea quam ille collo geſtaverat: cui utpote laborum ſociæ glorioſum corpus honores ipſi à Deo conceſſos communicavit. Nam ne mortuum quidem Symeonem, carum illud ferrum deſeruit. Hujus porro viri res geſtas ſingillatim percenſerem, tum mihi narranti, tum legentibus non mediocrem fructum

Symeonis corpus Antiochiam deportatum.

Symeonis catena.

SÆC. V.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πέπωκε γὰρ ἐν ὀργῇ] Poſt has voces Nicephorus hæc addit, σεισμοῦ μεγάλου γεγενημένου.

2 Οἳ μηδὲ ὅσοι] Chriſtophorſonus quidem & Savilius hunc locum ita emendarunt, ὅσοι μὴ χερσὶν &c. ſed leviori mutatione locus corrigi poteſt hoc modo: εἰ μὴ ὅσοι &c. Nicephorus pro his verbis habet, πλὴν ὅσοι. Quod eſt elegantius.

3 Καὶ διαθλεῦσαν σῶμα] Delenda videtur conjunctio, ut pote otioſa & ſuperflua. Ac fortaſſe Evagrius ſcripſerat συνδιαθλεῦσαν, quemadmodum legitur apud Nicephorum.

4 Οὕτω τὸ καθέκαστον] Malim omnino ſcribere ἕ τὸ καθέκαστον &c. Quæ emandatio prorſus neceſſaria mihi videtur, licet Nicephorus vulgatam ſcripturam tueatur. Certe Chriſtophorſonus ita legiſſe videtur ut dixi.

VARIORUM

2 Μάνδρᾳ] De hujus vocis ſignificatu vide Valeſii notam in ſequens caput, voce Μανδείαν.

b Μετὰ τὴν ἐνθένδε ἐκδημίαν] Theophanes anno Incarnationis ſecundum Alexandrinos 453. qui Kalend. Septemb. æræ vulg. 460. incipit, ait; *Eodem anno quievit Symeon magnus Stylita.* Unde Joannes Garnerius concludit eum columnam aſcendiſſe anno 419. quippe qui in ea perſtiterit annos 41. *Garnerius in Tom. V. Operum Theodoriti, Diſſert. II. cap. V. pag.* 197.

* Magnitudine ſua] Διὰ τὸ σχήματος potius redderetur *forma* vel *figura ſua*, ut obſervavit *M. Shorting* in locum.

SÆC. V.

allaturas, niſi Theodoritus, ut jam dixi, eas fuſius expoſuiſſet.

πλαΐύτερον ταῦτα Θεοδωρήτῳ, ὡς ἔφθην εἰπὼν, ἐπεπόνητο. 1

CAPUT XIV.

De ſtella quæ ſæpe cernitur in porticu juxta columnam Symeonis, quam ſcriptor hic, & alii complures viderunt: & de capite ejuſdem ſancti Symeonis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ τῦ πολλάκις φαινομένυ ἀςέρος ἐν τῇ ςοᾷ τὸν κίονα τῆ ὁσίυ Συμεὼν, ὃν ἑωράκει ὁ συγγραφεὺς καὶ ἄλλοι· ἐκ αὐτῆς τῆς κεφαλῆς τῦ ἁγίυ.

JAM vero aliud quidpiam quod ipſemet vidi, huic hiſtoriæ inſeram. Ardebam incredibili cupiditate viſendi delubrum ſancti illius viri. Diſtat autem illud ab urbe Antiochia ſtadiis fere trecentis, ſitum in ipſo montis vertice. Mandram indigenæ vocant: quod nomen à ſanctiſſimo Symeone ei loco inditum videtur, eo quod illic aſperiori diſciplina ſe ſe exercuiſſet. Et montis quidem acclivitas, ad viginti uſque ſtadia protenditur. Templi autem fabrica formam crucis refert ex quatuor lateribus porticibus ornata. Ex adverſo autem illis oppoſitæ ſunt columnæ, è lapide polito pulchre fabrefactæ, quibus tectum venuſte admodum in ſublime attollitur. In medio atrium eſt ſubdivale, ſummo artificio elaboratum: In quo columna illa ſtat quadraginta cubitorum, in qua terrenus ille Angelus cœleſtem vitam exegit. In tecto ſupra dictarum porticuum cancelli ſunt, quos nonnulli feneſtras vocant, tum ad atrium ſuperius memoratum, tum ad por-

Φέρε δὲ καὶ ἕτερον ὃ τεθέαμαι, τῇ ἱςορίᾳ παραδῶ. Ἐπόθουν τὸ τέμενος τοῦτο δὴ τοῦ ἁγίυ θεάσασθαι. διέχει δὲ Θεσπόλεως ςαδίοις μάλιςα τριακοσίοις, κείμενον πρὸς αὐτῷ τοῦ ὄρους τῷ κορυφῇ. Μανδρίαν οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι, τῆς ἀσκήσεως οἰμαι τοῦ παναγίυ Συμεώνου τὴν προσηγορίαν τῷ χώρῳ καταλιπόντος. διήκει δὲ τὸ πρόσαντες τοῦ ὄρους ςαδίους εἴκοσι. ἡ δὲ τῷ νεῷ οἰκοδομία, σύγκειται μὲν ςαυροῦ δίκην, ἐκ τῶν τεσσάρων πλευρῶν ςοαῖς κοσμουμένη· παράτεταται δὲ ταῖς ςοαῖς κίονες ἐκ λίθου ξεςοῦ πεποιημένοι εὐπρεπῶς, εὖ μάλα τὴν ὀροφὴν εἰς ὕψος ἐπαίροντες. τὸ δέ γε μέσον, αὐλὴ ὑπαίθριός ἐςι μὴ πλείςης ἐξειργασμένη τῆς τέχνης· ἔνθα ὁ τεσσαρακοντάπηχυς ἵςαται κίων, ἐν ᾧ τὸν θεσπέσιον διήνυσε βίον ὁ ἐπὶ γῆς ἔνσαρκος ἄγγελος. πρὸς τῇ ὀροφῇ τοίνυν τῶν λεγομένων ςοῶν, κλειθρίδια καθεῖσαι θυρίδας ἔνιοι καλοῦσι, πρός τε τὸ λελεγμένον ὑπαίθριον,

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὡς ἔφην εἰπὼν] Aſſentior Henrico Savilio, qui in margine ſui codicis emendavit ὡς ἔφθην εἰπών. Idem mendum ſupra correctum eſt in hoc capite, ubi agitur de Synagogis quas Antiocheni Judæis olim ademerant. Atque ita diſerte ſcriptum eſt in codice Telleriano.

2 Μανδρίαν οἱ ἐπιχώριοι καλῦσι] Rectius in Telleriano codice & apud Nicephorum ſcribitur μάνδραν. Sic enim Evagrius ipſe in ſuperiori capite ſæpius nominat. Quod autem addit Evagrius, ſanctum Symeonem id vocabulum loco in quo arctioris Philoſophiæ ſtudiis ſe ſe exercuerat, indidiſſe, amplius inquirendum eſt. Verba Evagrii ſunt hæc. τῆς ἀσκήσεως οἶμαι τὸν παναγίε Συμεῶνος τὴν προσηγορίαν τῷ χώρῳ καταλιπόντος. Chriſtophorſonus quidem & Savilius emendant καταλιπούσης, gravi errore. Scilicet non animadverterunt, Evagrium voces interdum trajicere ſolere. Sic igitur conſtruendus erat hic Evagrii locus. τοῦ παναγίου τὴν προσηγορίαν καταλιπόντος τῷ χώρῳ τῆς ἀσκήσεως. Ita certe Nicephorus hunc Evagrii locum intellexit. Sic enim habet, μάνδραν μὲν ὡς εἴρηται τὸν χῶρον καλῆσιν οἱ ἐπιχώριοι τῆς ἀσκήσεως, τοῦ ὁσίου τὴν κλῆσιν αὐτῷ ἐπιδεδωκότος. Id eſt, *Mandrum, ſicuti dictum eſt, Monaſtici exercitii ejus locum incolæ nominant, appellatione tali ei à ſancto ipſo viro impoſita.* Suſpicari tamen quis poſſit, id vocabulum poſt Symeonis mortem ei loco impoſitum fuiſſe, cum plures Monachi eo confluxiſſent, & Monaſterium illic ædificaſſent. Mandra enim Monaſterium ſignificat, metaphora ſumpta à caulis ovium ſeu caprarum, quæ Mandræ dicuntur. Hinc Archimandritæ dicti ſunt Abbates Monaſteriorum, ut videre eſt in Concilio Chalcedonenſi & in novellis Imperatorum. De hoc Symeonis Monaſterio loquitur Theodorus Lector in lib. 1. Collectaneorum, ubi ait, Δανὴλ ὁ ϛυλίτης ἐκ τῆς Συριῶν Μάνδρας ἐλθὼν, τῷ ϛύλῳ ἐπέβη τῷ ἐν Ἀνάπλῳ. Symeon quoque Metaphraſtes in vita Danielis Stylitæ cap. 7. hujus Monaſterii mentionem facit. *Et venit ad Mandram illam in qua erat ſita columna R. Symeonis. Infra enim circa illam erat quoddam Monaſterium. In quo cum totos quatuordecim dies tranſegiſſet, volebat Symeon Danielem adhuc apud ſe manere.* Quibus verbis indicat Metaphraſtes Symeone adhuc ſuperſtite Monaſterium illud exſtructum fuiſſe. De quo tamen tam Theodoritus, quam Evagrius nihil dicunt. Ceterum non diſſimulabo Tellerianum codicem hoc loco ſcriptum habere καταλιπούσης.

3 Παρατετάχαται δὲ ταῖς ϛοαῖς] Chriſtophorſonus hunc locum ita interpretatur: *Porticibus vero columnæ adjunctæ ſunt.* Nec aliter Muſculus, qui ſic vertit: *Inſunt autem porticibus columnæ.* Sed Græca vox παρατετάχαται aliquid amplius ſignificare videtur. Utitur eodem verbo Evagrius in lib. 4. cap. 31. ubi Eccleſiam Sanctæ Sophiæ deſcribit: locus ſic habet: ἐν δεξιῷ δὲ καὶ κατὰ τὸ εὐώνυμον κίονες αὐτοῖς παρατετάχαται. Quem locum ita verti: *In dextro autem ac ſiniſtro latere, ex adverſo fornicum poſita ſunt columnæ.* Certe hoc verbum omnino ſignificat aut id quod dixi, aut juxta ponere. Langus quidem Interpres Nicephori, hæc Evagrii verba quæ initio retulimus, ita interpretatur: *Juxta porticus has ex ſaxo polito columnæ decentiſſime conſtructæ ſunt.*

4 Τὸ δέ γε μέσον, αὐλὴ] Peſſime hunc locum accepit Chriſtophorſonus. Sic enim vertit: *Verſus medium templum, atrium eſt ſub dio.* Non hoc dicit Evagrius, ſed in medio harum porticuum fuiſſe atrium ſive aream. Atria enim fere quatuor porticibus circumdari ſolebant, ut notavi ad libros Euſebii de vita Conſtantini. Fefellit Chriſtophorſonum id quod paulo ante dixit Evagrius, templum porticibus ex quatuor lateribus circumdatum fuiſſe. Itaque exiſtimavit templum illud medium fuiſſe inter quatuor porticus. In quo longe falſus eſt. Atrium enim erat in medio quatuor illarum porticuum. Idque primum occurrebat intrantibus, poſtquam veſtibulum tranſgreſſi erant. Poſt atrium vero templum erat, contiguum uni ex porticibus. Hanc fuiſſe figuram hujus templi, ſequentia ſatis declarant. Ait enim Evagrius, nefas fuiſſe mulieribus in eam ædem intrare: Eas tamen miraculum illius ſtellæ ſpectaſſe ex porta quæ erat in veſtibulo. Atrium igitur ſtatim occurrebat poſt veſtibulum, nec templum erat in medio. Alioqui templi ipſius parietes aſpectum ſtellæ ademiſſent.

5 Κλειθρίδια] Langus & Chriſtophorſonus Cancellos verterunt, quod probare nullo modo poſſum. Nam Cancelli ſunt κιγκλίδες. Clathros itaque malim vertere. Gloſſæ veteres, Clathri, καννόες, οἱ ἐν ταῖς θυρίσιν ὀθιλίσκοι. Id eſt, Regulæ ſeu verucula quæ ſunt in feneſtris. In aliis vero Gloſſis Clathrare exponitur κλειδοῦν. Eſt igitur eadem origo Latinæ vocis & Græcæ.

πρός

1 πρός τε τὰς φοὰς ἀποκεινόμενα. καὶ τὸ λαιὸν
τοίνυν μέρος τοῦ κίονος, ἐν αὐτῷ τῷ κλειθειδίῳ
πεθέαμαι μὴ παντὸς τοῦ ἁλιαθέντος αὐτόθι λεὼ,
2 τῶν ἀγροίκων δὲ τὸν κίονα χορεύοντων, ἀτρέμα
ὑπερμεγέθη καὶ πᾶν τὸ κλειθείδιον ἀμαθέοντά τε
καὶ στιλαγίζοντα, οὐχ ἅπαξ, οὐ δὶς, οὐ τρὶς, ἀλλὰ
καὶ πολλάκις· παυόμενόν τε αὖ συχνὰς καὶ πάλιν ἐξαπίνης φαινόμενον· ὃ δὴ γίνεται μόνον ἐν
τοῖς τοῦ παναγίου μνημείοις. εἰσὶ δὲ οἱ λέγουσι, καὶ
οὐκ ἀπιστητέον τῷ θαύματι, ἔκ τε τῆς τῶν λεγόντων πίστεως, καὶ τῶν ἄλλων ὧνπερ πεθεάμε-
3 θα, ὅτι καὶ αὐτὸ δὴ τὸ πρόσωπεῖον αὐτῆς πεθέασθαι, ὧδέ τε κἀκεῖσε πετάμενον, τοῦ ὑπηίου καθημένου, τοῦ κεφαλοῦ πάρα κεκαλυμμένου ὥσπερ
εἰώθει. ὧδε τοῦ χώρου γινόμενοι ἄνδρες ἀφυλάκτως
εἰσίασι, μετὰ τῶν σφῶν νωτοφόρων τὸν κίονα πολλάκις περινοστοῦντες. Φυλακὴ δέ τις ἐς τὸ ἀκριβέστατον, οὐκ ἔχω ἀνθ' ὅτου λέγειν, ὡς ἂν γυνὴ μὴ φοιτήσῃ
τοῦ ἀνακτόρου ἔσω. ἔξω δὲ πρὸ τὰς θύρας ἑστῶσαι πεθήπασι τὸ θαῦμα· ἀντικρὺ γὰρ τοῦ στελα-
4 γίζοντος ἀστέρος, ἡ μία τῶν θυρῶν ἐστίν.

ticus vergentes. Ad lævum igitur columnæ latus, ipse cum reliqua populi multitudine ibi collecta, saltantibus circa columnam rusticis, vidi in fenestra stellam immensæ magnitudinis, per totam fenestram discurrentem atque radiantem: neque id semel, aut iterum ac tertio, sed sæpius: eamdemque crebro evanescentem, atque iterum subito apparentem. Quod quidem non nisi diebus festis, quibus sancti viri memoria quotannis recolitur, fieri solet. Sunt etiam qui dicant: nec fides deroganda est miraculo, tum ob auctoritatem eorum qui id affirmant, tum propter alia quæ nos vidimus: se ipsam illius personam vidisse, huc atque illuc volitantem, promissa barba, & capite tiara obvoluto sicuti consueverat. Ac viri quidem qui eo loci venerint, libere ingrediuntur, una cum jumentis suis columnam sæpius circumeuntes. Cavetur autem diligentissime, qua de causa equidem nescio, ne mulier ulla in templum ingrediatur. Itaque illæ extra templum in ipso limine consistentes, miraculum adspectant. Una enim ex portis delubri sita est è regione stellæ radiantis.

Stella juxta columnam Symeonis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου, καὶ Συνεσίου τοῦ Κυρηναίων ἐπισκόπου.

CAPUT XV.

De S. Isidoro Peluſiota, & de Syneſio Cyrenarum Epiſcopo.

a Ἐπὶ τῆς αὐτῆς βασιλείας διέπρεπε καὶ Ἰσίδωρος, ὃν κλέος θὺρὺ κατὰ τὴν ποίησιν, ἔργῳ τε καὶ λόγῳ παρὰ πᾶσι θαμβόητος· ὃς οὕτω μὲν τὴν σάρκα τοῖς πόνοις ἐξέτηξεν, οὕτω δὲ τὴν ψυχὴν τοῖς ἀναγωγικοῖς ἐπίανε λόγοις, ὡς ἀγγελικὸν ἐπὶ γῆς μετελθεῖν βίον, σήμειόν τε ζῶσαν θαμβανθοὺς εἶναι, βίου τε μοναδικοῦ καὶ τῆς ἐς Θεὸν

EJUSDEM Theodosii principatu claruit Isidorus, cujus, ut poëtico verbo utar, latissima est gloria, & qui cum ob res gestas, tum eloquentiæ causa, ubique celebratur. Hic usque adeo corpus suum laboribus maceraverat, & animum arcanis ac sublimioribus doctrinis saginaverat, ut Angelorum vitam in terris duceret, & spirans quædam imago perpetuo esset, tam vitæ monasticæ, quam divinæ contemplationis.

Iſidorus Peluſ.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀποκρινόμενα] Assentior Christophorsono & Savilio, qui ἀποκλινόμενα emendarunt. Nicephorus tamen vulgatam scripturam tuetur. Addit præterea Nicephorus nonnulla quæ in Evagrio nostro hodie non leguntur. Sic enim habet: ἅπερ ὡς αὐταῖς δὴ ταῖς φοαῖς καὶ τὸ ῥηθὲν προαύλιον ὑπαιθρον ἀποκείνεται, καὶ χώρων δίδωσι τοῖς ἱερημένοις ἐντὸς ὁρᾶν ἀπὸ τῶν ἔσωθεν, καὶ ἔσω πάλιν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν. Quem Nicephori locum Langus ita vertit. *Cancelli sunt: Fenestras quidam appellare consuevere, porticibus ipsis & subdiali quæ dicta est aulæ respondentes, locumque volentibus dantes, ut ex ipso templo extra, & rursum ab exteriori templi parte in templum prospicere possint.* Quæ quidem nescio unde hauserit Nicephorus: Utrum ex Symeone Metaphraste qui vitam Symeonis Stylitæ conscripserat. Eam certe à se lectam fuisse testatur idem Nicephorus. Neque enim verisimile est hæc Nicephorum de suo addidisse. Quam autem ob causam adjecta sint, deprehendisse mihi videor. Existimavit scilicet Metaphrastes, aut Nicephorus ipse, si mavis, mulieres quæ in sacram illam ædem ingredi minime sinebantur, ex fenestris illis stellam quam diximus, spectavisse. Sed longe falsus est, ut mox dicemus.

2 Ἀγροίκων δὲ τὸν κίονα χορευόντων] Musculus vertit: *Cum universo collecto illic agrestium circa columnam saltantium populo.* Quem secutus est Christophorsonus, expuncta subdistinctione quæ apposita est post vocem λεὼ. Verum hæc Interpretatio ferri non potest. Neque enim soli rustici tunc erant in templo sancti Symeonis, cum hæc stella visa est ab Evagrio; sed plurimi etiam urbani, ex quorum numero erat Evagrius. Deinde populus quem tunc congregatum illic fuisse dicit Evagrius, erat in porticu ad lævam ipsius columnæ. Rustici vero erant in atrio, circa columnam saltantes.

3 Αὐτὸ δὴ τὸ προσωπεῖον] In Nicephoro legitur προσώπου: Quod rectius puto. In Telleriano codice scriptum inveni προσώπιον mutato accentu.

4 Ἡ μία τῶν θυρῶν] Pro voce θυρῶν Nicephorus restituit θυρίδων, perperam ut supra admonui. Neque enim mulieres per fenestram spectare poterant, cum ipsæ quidem essent in vestibulo, fenestræ vero sitæ essent in ipso porticuum culmine, à quarum ingressu mulieres arcebantur. Merito igitur Joannes Langus Evagrium nostrum secutus, Nicephorum emendavit. Sic enim vertit: *Mulieres quoque, sed extra templum ad postes stantes, miraculum hoc spectant. Janua enim una ex adverso stellæ fulgentis locata est.*

5 Καὶ τῆς ἐς εὐθωρείας] Nicephorus in lib. 14. cap. 53. ubi hæc Evagrii verba transcribit, habet τῆς ἐς Θεὸν θεωρείας. Quomodo etiam in Telleriano codice scriptum inveni. Posset etiam emendari τῆς ἐνθέου θεωρείας. Hujus porro Isidori Peluſiotæ illustre extat elogium apud Ephre-

VARIORUM.

a Ἰσίδωρος] Isidorus, gente Ægyptius, ortu forsan Alexandrinus, Sti. Chrysostomi discipulus, cujus memoriam impense coluit, claruit circa ann. 412. Vitam egit Monasticam juxta Peluſium, ex septem Nili ostiis maximum; inde *Peluſiota* dictus. In vivis adhuc erat anno 431. quod ex ejus Epistola 311. lib. I. constat. *Guil. Cave Vol. I. pag.* 300. Non videtur dubitandum quin Peluſii montis Monachis præfuerit, *inquit Pagius ad annum* 433. *n.* 24. *qui ibidem observat, n.* 23. *post dictum annum nullam amplius occurrere* Sti. *Isidori mentionem.*

θεωρείας.

SÆC. V.

Scripsit autem cum alia plurima, multiplici utilitate referta: tum ad celeberrimum Cyrillum nonnulla, ex quibus manifeste colligitur, illum iisdem temporibus quibus admirandum Cyrillum, floruisse. Sed quoniam hæc, quantum fieri potest, exornare contendo, prodeat jam in medium Synesius Cyrenensis, qui sui nominis claritate historiam nostram illustret. Hic igitur Synesius, tum reliquis disciplinis excultus fuit, tum in philosophia adeo excelluit, ut admirationi esset etiam Christianis, his scilicet qui neque odio, neque gratia adducti, de rebus judicare solent. Persuadent igitur illi, ut salutaris regenerationis lavacrum perciperet, & sacerdotii jugum subiret, tametsi resurrectionis doctrinam nondum suscepisset, neque ita sentire vellet: recte omnino conjicientes, ad reliquas ejus viri virtutes ista esse accessura, cum divina gratia nihil imperfectum habere sustineat. Nec spes eos fefellit. Qualis enim & quantus exstiterit, abunde testantur, tum Epistolæ post susceptam sacerdotii dignitatem eleganter & docte ab eo conscriptæ, tum oratio quam dixit eidem Imperatori Theodosio, tum quicumque ejus libri admodum utiles circumferuntur.

Synesius Cyren.

θεωείας. γέγραπται δ' οὖν αὐτῷ πολλὰ μὲν καὶ ἕτερα, πάσης ὠφελείας ἔμπλεα· γέγραπται δὲ πρὸς Κύριλλον τὸν ἀοίδιμον, ἐξ ὧν μάλιστα δείκνυται τῇ θεοπεσίᾳ συναγωνάσαι τοῖς χρόνοις. ταῦτά μοι κομψῶς ὡς δυνατὸν πονουμένῳ, Φέρε καὶ [a] Συνέσιος ὁ Κυρηναῖος ἐς μέσον ἡκέτω, τῇ οἰκείᾳ μνήμῃ κοσμήσων τὴν ἀλήθειαν. ἦτος ὁ Συνέσιος ἦν μὲν τὰ ἄλλα πάντα λόγιος· Φιλοσοφίαν δὲ οὕτως ἐς τὸ ἀκρότατον ἐξήσκησεν, ὡς καὶ παρὰ Χριστιανῶν θαυμαθῆναι, τῶν μὴ πρὸς πάθος ἢ ἀντιπάθειαν κεινόντων τὰ ὁρώμενα. πείθουσι δ' οὖν αὐτὸν τῆς σωτηριώδους [1] παλιγγενεσίας ἀξιωθῆναι, καὶ τὸν ζυγὸν τῆς ἱερωσύνης ὑπελθεῖν, [2] οὔπω τὸν λόγον τῆς ἀναστάσεως ἀποδεχόμενον, οὐδὲ δοξάζειν ἐθέλοντα· θυθυβόλως δὴ μάλα στοχασάμενοι, ὡς ταῖς ἄλλαις τἀνδρὸς ἀρεταῖς ἕψεται καὶ ταῦτα, τῆς θείας χάριτος μηδὲν ἐλλειπτὲς ἔχειν ἀνεχομένης· καὶ οὐκ ἐψεύσθησαν τῆς ἐλπίδος. οἷος γὰρ καὶ ὅσος γέγονε, τεκμηριοῦσι μὲν αἱ κομψῶς αὐτῷ καὶ λογίως μετὰ τὴν ἱερωσύνην πεποιημέναι ἐπιστολαί, [3] ὅ, τε πρὸς αὐτὸν Θεοδόσιον προσφωνητικὸς λόγος, ἢ ὅσα τῶν ἐκείνου χρηστῶν φέρεται πόνων.

CAPUT XVI.

Quomodo divinus Ignatius ab urbe Roma deportatus, Antiochiæ depositus sit.

EODEM tempore, ut Joannes Rhetor cum aliis pluribus scriptum reliquit,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ις'.

Ὅπως ὁ Θεοφόρος Ἰγνάτιος ἐκ Ῥώμης ἀνακομισθείς, ἐπὶ Θεοδοσίου ἐν Ἀντιοχείᾳ κατετέθη.

[b] Ὅτε καὶ Ἰγνάτιος ὁ θεσπέσιος, [4] ὡς Ἰωάννῃ τῷ Ῥήτορι σὺν ἑτέροις ἱστόρηται, ἐπειδή γε

VALESII ANNOTATIONES.

mium Episcopum Antiochenum in epistola ad Zenobium Scholasticum, quam refert Photius in Bibliotheca. Ubi eum Alexandrinum genere fuisse dicit, & apud Episcopos ipsos venerabilem: Ἀλεξανδρεὺς δὲ οὗτος ἦν τὸ γένος, καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἀοίδιμος.

1 Παλιγγενεσίας ἀξιωθῆναι] Quantum quidem ex his & sequentibus verbis colligitur, existimasse videtur Evagrius Synesium uno eodemque tempore baptizatum & ad Episcopale munus promotum fuisse. Quod tamen falsum esse, multis argumentis convincit Petavius in notis ad Synesium pag. 2. & 3. Evagrium tamen secutus est Photius in Bibliotheca & Nicephorus in lib. 14. Quanquam Nicephorus non uno eodemque tempore utrumque sacramentum à Synesio perceptum esse dicit; sed cum jam ei persuasisset Theophilus ut baptismum Christianorum susciperet, postea conatum esse eidem persuadere ut Episcopale munus capesseret. ἔπειτα ἐπειρᾶτο καὶ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἐκεῖνον δέξασθαι χρέισμα.

2 Οὔπω τὸν λόγον τῆς ἀναστάσεως παραδεχόμενον] Plerosque id sibi persuasisse video, Synesium tunc cum à Ptolemaïdensibus electus est Episcopus, resurrectionem corporum nequaquam credidisse. Id tamen verum non esse testatur ipse Synesius in epist. 105. quam scripsit ad Euoptium fratrem, qui tum erat Alexandriæ. Ubi causas affert cur Episcopatum sibi delatum suscipere non possit. Prima est, uxor, à cujus consortio divelli non poterat. Altera est, corporum resurrectio. De qua quid sentiat, declarat his verbis, τὴν καθωμιλημένην ἀνάστασιν ἱερόν τι καὶ ἀπόῤῥητον ἡγημαι, καὶ πολλῷ δέω τῆς τοῦ πλήθους ὑπολήψεσιν ὁμολογῆσαι, id est, *Decantatam illam resurrectionem sacrum quidpiam & arcanum arbitror, longeque absum ab vulgi comprobandis opinionibus.* Non igitur resurrectionem mortuorum negabat penitus Synesius: sed eam cum Platonicis atque Origene exponebat. Cæterum Baronius ad annum Christi 410. cuncta illa quæ à Synesio dicuntur in hac epistola, tam de uxore retinenda, quam de mortuorum resurrectione, non serio dici censet, sed ficte atque simulate, ut Episcopatus onus declinaret. Verum hanc Baronii sententiam merito improbavit Petavius. Multo enim verisimilius esse dicit, Synesium hæc ad fratrem suum scripsisse, sicut tunc sentiebat. Postea vero à Theophilo aut aliis Sacerdotibus edoctum, antequam Episcopus fieret, veram de resurrectione sententiam amplexum esse. Verum hanc quæstionem fuse examinavit Lucas Holstenius peculiari dissertatione, quam in gratiam studiosorum, ad calcem Annotationum nostrarum edidimus. Interim monendus est Lector, in hujus capitis titulo & in Bibliotheca Photii errorem esse, ubi Synesius Cyrenarum Episcopus dicitur. Fuit quidem Synesius patria Cyrenæus: Sed Episcopus fuit Ptolemaïdis quæ urbs est in Cyrenaica.

3 Ὅ τε πρὸς αὐτὸν Θεοδόσιον προσφωνητικὸς] Intelligit orationem de regno. Quæ tamen non Theodosio juniori, sed Arcadio dicta est, anno Christi quadringentesimo, hoc est decem annis antequam Synesius Episcopatum susceperit, ut recte observavit Dionysius Petavius in notis ad orationem illam Synesii.

4 Ὡς Ἰωάννῃ τῷ ῥήτορι] Hujus Joannis Rhetoris Historiam sæpius laudat Evagrius in sequentibus libris. Verbi gratia in cap. 12. libri secundi, & in cap. 10. ac vicesimo octavo libri tertii, & in cap. 6. libri 4. Longe autem diversus est ab illo Joanne cujus mentionem facit Evagrius in cap. ultimo libri quinti. Hic enim Historiam re-

VARIORUM.

a Συνέσιος] Synesius, natione Ægyptius, genere Pentapolitanus, urbe Cyrenæus, cultu primum Gentilis, Schola Philosophus Platonicus, ordinatus est Episcopus Ptolemaidis à Theophilo Patriarcha Alexandrino, circa ann. 410. *Guil. Cave Vol. I. pag.* 299. Quo anno obierit incompertum. Philosophiæ magistra usus est inprimis Hypatia, de qua Socrates lib. VII. cap. 15.

b Τότε καὶ Ἰγνάτιος] Translatio hæc Reliquiarum Sti. Ignatii Antiocheni, facta est anno 438, ut scribit *Ant. Pagi ad eum annum, n.* 3.

ὡς

ὡς ἐβούλετο [2]τάφων τὰς τοῦ θηείων ἐγχυὰς γα-
στέρας ὁ τοῦ τῆς Ῥώμης ἀμφιθεάτρου, καὶ μετὰ
τοῦ ὑπολειφθέντων ἀδροτέρων ὀστῶν, ἃ δὴ
[1]τῷ Ἀντιόχου ἀπεκομίσθη, ὁ τοῦ καλουμένου
κοιμητηρίου μετατίθεται πολλοῖς ὕστερον χρόνοις,
[2]ὑποθεμένου τοῦ παναγάθου Θεοῦ Θεοδοσίῳ, [3]τὸν
Θεοφόρον μείζοσι τιμῆσαι τιμαῖς, ἱερόν τι πάλαι
τοῖς δαίμοσιν ἀνειμένον, [3]Τυχαῖον τοῖς ὀπιχωρίοις
ὀνόμασι, τῷ ἀθλοφόρῳ καὶ μάρτυρι ἀναθεῖναι· ἡ
σηκὸς θυαγὴς, καὶ τέμενος ἅγιον τῷ Ἰγνατίῳ
τὸ πάλαι τυχαῖον γέγονε, τῶν ἱερῶν αὐτοῦ λει-
ψάνων μετὰ πομπῆς ἱερᾶς ἀνὰ τὴν πόλιν ἐπ'
ὀχήματος ἐνεχθέντων, καὶ κατὰ τὸ τέμενος πεθέν-
των. ὅθεν καὶ δημοτελὴς ἑορτὴ καὶ πάνδημος εὐ-
φροσύνη μέχρις ἡμῶν τελεῖται, πρὸς τὸ μεγα-
λοπρεπέστερον τῷ ἱεράρχου Γρηγορίου ταύτην ἐξά-
[4]γαντος. γέγονε δὲ ταῦτα [4]ἐκεῖθεν, ἔνθεν τοῦ Θεοῦ
τὰς ὁσίας τῶν ἁγίων τιμῶντος μνήμας. Ἰουλια-
νὸς μὲν γὰρ ὁ ἀλιτήριος, ἡ θεοστυγὴς τυραννὶς,
ἄχων καὶ μαντιζόμενος, ἐπειδὴ μὴ ὁ Δαφναῖος
[5]Ἀπόλλων, ὁ φωνῇ καὶ προφητείαν [5]τῇ Κα-
στα λίαν ἔχων, ἀνελεῖν τι ἠδύνατο τῷ βασιλεῖ
χρηστηριαζομένῳ, Βαβύλα τοῦ ἁγίου παντοίως ἐκ
γειτόνων ὀπισθομίζοντος, τιμᾷ μεταθέσει τὸν ἅγιον·

divinus Ignatius, qui ſicut optaverat, ferarum ventres in amphitheatro urbis Romæ pro tumulo habuit: cum robuſtiora ejus oſſa quæ ſuperfuerant, Antiochiam deportata & in cœmeterio collocata fuiſſent, multis poſt annis tranſlatus eſt: cum Deus optimus maximus Theodoſio id ſuggeſſiſſet, ut Deiferum Martyrem majori honore afficeret, utque templum jampridem dæmoniis conſecratum, quod incolæ Tychæum nominabant, fortiſſimo victori ac Martyri dedicaret. Itaque quod olim fuerat delubrum Genii publici, factum eſt templum & ſacra ædes beati Ignatii, cum ſacræ ejus reliquiæ ingenti pompa curru in urbem invectæ & in templo depoſitæ eſſent. Quam ob cauſam publica feſtivitas quotannis ad noſtra uſque tempora communi totius populi lætitia celebratur, quam Gregorius ejuſdem loci Epiſcopus, longe adhuc magnificentiorem reddidit. Hæc idcirco illic facta ſunt, quod Deus Sanctorum reliquias jam exhinc honore afficiat. Nam Julianus quidem ſceleratus ille ac Deo inviſus tyrannus, cum Daphnæus Apollo, qui Caſtalium fontem pro voce atque oraculo habebat, conſulenti Imperatori reſpondere non poſſet, eo quod ſanctiſſimus Babyla de proximo os ei penitus

Ignatii Templum.

S. Babylæ M. tranſlatio.

VALESII ANNOTATIONES.

rum geſtarum ſcripſerat ab extremis temporibus Juſtiniani uſque ad Principatum Mauritii, ut ibidem teſtatur Evagrius. Prior autem ille Joannes, res Theodoſii junioris & Leonis ac Zenonis Principatu geſtas expoſuerat, ut colligitur ex iis quæ ex Joanne illo deſumpſit Evagrius. Et in ruina Antiochiæ quæ contigit anno Juſtini ſenioris nono, Hiſtoriam ſuam clauſerat, ut ſcribit Evagrius. Præterea Joannes ille quem poſteriore loco nominavi, patria fuit Epiphanienſis. Evagrius enim in cap. citato lib. 5. eum civem ſuum & cognatum appellat. Fuit autem Evagrius domo Epiphanienſis, ut in prolegomenis oſtendimus. Joannes vero Rhetor, cujus hoc loco meminit Evagrius, ſi conjicere licet, videtur mihi fuiſſe Antiochenus. Etenim quæcumque ex illo citat Evagrius noſter, ad Antiochenam urbem pertinent. Hæc idcirco fuſius annotavi, ut errorem Joannis Voſſii emendarem, qui in Commentario ſuo de Hiſtoricis Græcis, hos duos Joannes inter ſe confudit.

1 Ἐν τῷ καλουμένῳ κοιμητηρίῳ] Obſcuritas & prava diſtinctio hujus loci, primo Nicephorum, ac deinde Chriſtophorſonum in errorem induxit. Obſcuritas autem ex eo nata eſt, quod Evagrius noſter more ſuo, nimis multa in unam eamdemque periodum incluſit, quæ in plures periodos erant dividenda. Deinde poſt vocem κοιμητηρίῳ pronenda eſt diſtinctio, quod non viderunt Nicephorus & Chriſtophorſonus. Putavit igitur Nicephorus, Ignatii reliquias Theodoſii junioris temporibus Roma Conſtantinopolim perlatas fuiſſe, & juſſu ejuſdem Imperatoris Antiochiam deportatas, illic in cœmeterio eſſe depoſitas. Quod eſt falſiſſimum. Diu enim ante Theodoſii junioris principatum, reliquiæ Ignatii Martyris depoſitæ erant in cœmeterio urbis Antiochiæ, ut diſerte teſtatur Hieronymus in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ubi de Ignatio hæc habet. *Reliquiæ corporis ejus Antiochiæ jacent extra portam Daphniticam in cœmeterio.* Non igitur Roma Conſtantinopolim, ac deinde Antiochiam, reliquias Ignatii tranſtulit Theodoſius junior, ſed ex cœmeterio quod erat extra portas urbis Antiochiæ, eas in urbem deportavit. Ita certe hunc Evagrii locum intellexit Muſculus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Tunc & divinus Ignatius, poſteaquam ſicuti voluerat, beſtiarum ventres ſepulturæ loco in amphitheatro Romano conſecutus, & oſſa illius quæ tanquam robuſtiora relicta fuerant à beſtiis, Antiochiam deportata, & in cœmeterio condita eſſent, multo poſt tempore per Theodoſium transfertur, &c.* Videtur autem Muſculus expunxiſſe articulum ἃ, ut totus locus conſtruatur hoc modo: ἐπειδὴ τάφων ἐγκυὰς ἀπεκομίσθη &c. Quod equidem valde probo.

2 Τὸν Θεοφόρον] Cognomentum hoc videtur fuiſſe beati Ignatii. Idque ex eo colligitur, quod omnibus ejus epiſtolis hunc titulum præfixum legimus, Ἰγνάτιος ὁ καὶ Θεοφόρος. *Ignatius qui & Theophorus.* In Martyrio beati Ignatii quod edidit Jacobus Uſſerius Armachanus, ipſe Ignatius ſeſe Theophorum appellat coram Imperatore Trajano. Et interrogatus, qui eſſet Theophorus, reſpondit: Is qui Chriſtum geſtat in pectore.

3 Τυχαῖον] Gentiles ſingulis civitatibus ſuos genios tribuebant, eiſque templa exſtruebant, quæ Græce Τυχαῖα vel Τυχεῖα dicebantur, ut notavi ad librum nonum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euſebii. Templum Genii publici urbis Antiochiæ memorat Ammianus Marcellinus in lib. 23. p. 238. quod Julianus in Miſopogone τὸ τῆς τύχης ἱερὸν appellat.

4 Ἐκεῖθεν ἔνθεν] In optimo codice Florentino ſcriptum eſt ἔνθεν, quod magis placet. Quamquam alterutra vox videtur ſuperflua. Utrumque enim vocabulum idem ſignificat. Quamobrem Chriſtophorſonus utrumque adverbium in verſione ſua expoſuit hoc modo. *Iſta propterea in eo loco facta fuerunt, quod Deus ſacras Sanctorum ſuorum memorias ibi coli honorarique voluit.* Ego vero ἔνθεν aliquid amplius ſignificare exiſtimo: *Abhinc* ſcilicet, quaſi ἐνθένδε ἤδη diceres. Certe Heſychius ἔνθεν αὐτόθεν exponit & ἐκ τούτου. Senſus igitur eſt, Deum velle, ut Sanctorum Reliquiæ jam ab hoc ſæculo honorentur. Certe Evagrius hæc adverbia ἐκεῖθεν ἔνθεν ſimul jungere ſolet, ut in libro 11. cap. V. ſub finem.

5 Τὴν Καστα λίαν] Caſtalium fontem intelligit. De quo Ammianus Marcellinus, Gregorius Nazianzenus, aliique multa ſcripſerunt. Verba Gregorii ex ſecunda invectiva in Julianum, hæc ſunt. πάλιν ἡ Καστα λία στέγηται καὶ σιγᾷ, καὶ ὕδωρ ἐστὶν οὐ μαντεύμενον, ἀλλὰ γελώμενον. πάλιν ἀνδριὰς ἄφωνος ὁ Ἀπόλλων· πάλιν ἡ Δάφνη φυτὸν, &c. Ad quæ Gregorii verba, vide ſi placet, ea quæ notat Scholiaſtes Nonnus cap. 14. Hæc non monerem, niſi animadverſiſſem utrumque interpretem id non vidiſſe.

VARIORUM.

2 Τάφων] Legendum τάφοι. *W. Lowth.*

Sæc. V.

obturaret: invitus & quasi verbere adactus, Martyrem transferendo honoraverat: quando & maximum ei templum juxta urbem extructum est, quod etiamnum manet: eo consilio, ut dæmones deinceps libere sua ipsorum peragerent, quemadmodum Juliano, ut aiunt, polliciti fuerant. Hæc scilicet Servator noster Deus hunc in modum dispensavit, ut eorum qui martyrio perfuncti erant, vis ac potentia declararetur, & sancti Martyris reliquiæ in sanctum transferrentur locum, ac pulcherrimo delubro honorarentur.

ὅτε καὶ νεὼς αὐτῷ πρὸ τῆς πόλεως παμμεγέθης ἀνίσατο, ὁ καὶ μέχρις ἡμῶν ζωζόμενον· ἵνα λοιπὸν οἱ δαίμονες ἐπ' ἀδείας τὰ οἰκεῖα δρῷεν, ὡς Φασὶν Ἰουλιανῷ φθῆναι τούτους ἐπαγγείλασθαι. τοῦτο δ' ἄρα ἦν τὸ οἰκονομούμενον παρὰ τοῦ Σωτῆρος Θεοῦ, ὡς ἂν καὶ τῶν μεμαρτυρηκότων ἡ δύναμις ἔκδηλος ᾖ, καὶ τοῦ ἁγίου μάρτυρος τὰ θυαγῆ λείψανα, θυαγεῖ μετενεχθεῖεν χώρῳ, καλλίστῳ τεμένει πιμώμενα.

CAPUT XVII.

De Attila Hunnorum rege: & quomodo Orientis atque Occidentis provincias vastaverit: item de horrendo terræ motu, aliisque terribilibus signis quæ toto orbe contigerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ Ἀττίλα τοῦ Σκυθῶν βασιλέως, καὶ ὅπως τὰ ἑῷα καὶ ἑσπέρια κατέφθειρε· καὶ περὶ τοῦ γενομένου ξένου σημείου, καὶ τῶν ἄλλων ἐν κόσμῳ φοβερῶν σημείων.

Attila. ISDEM temporibus, bellum illud multorum sermone celebratum, ab Attila Hunnorum rege excitatum est. Quod quidem *Priscus Rhetor.* Priscus Rhetor accurate simul ac diserte conscripsit, singulari elegantia nobis exponens, quomodo ille adversus Orientalis & Occidentalis imperii partes expeditionem susceperit, quotque & quantas urbes captas sub ditionem suam redegerit: quibus denique rebus gestis ex hac luce migraverit. Eodem Theodosio Romanum imperium administrante, ingens & gravissimus, & qui cunctos superiores magnitudine superavit, per universum propemodum terrarum orbem factus est terræmotus. *Terræ-motus.* Adeo ut multæ ex turribus Regiæ urbis collapsæ sint, & longus murus Cherronesi simul corruerit: terræque hiatu multis in locis facto, complures pagi absorpti fuerint: multi quoque ac prope innumerabiles casus terra marique contigerint. Nam & fontes aliquot penitus exaruerunt; & aliis in locis aquarum copia subito erupit, in quibus antea nulli fuerant fontes. Alibi arbores integræ cum suis radicibus in sublime vibratæ sunt, multisque molibus coacervatis montes subito extiterunt. Mare vero pisces mortuos ad terram projecit, multæque ejus insulæ superfusis aquis inundatæ sunt. Naves quoque in arido destitutæ sunt, aquis videlicet retrocedentibus. Multa porro loca in Bithynia atque Hellesponto, & in utraque Phrygia gravibus damnis affecta sunt. Hæc clades satis diu per orbem terrarum grassata est: non

ΕΝ τούτοις τοῖς χρόνοις [a] ὁ πολὺς τῷ λόγῳ πόλεμος ἐκεκίνητο, Ἀττίλα τοῦ Σκυθῶν βασιλέως· ὃν φιέργως καὶ ἐς τὰ μάλιστα λογίως Πρίσκος ὁ Ῥήτωρ γράφει, μετὰ πολλῆς τῆς κομψείας διηγούμενος, ὅπως τε τῶν ἑῴων καὶ ἑσπερίων ἐπεφράτευε μερῶν, οἵας τε καὶ ὅσας πόλεις ἑλὼν κατήγαγε, καὶ ὅσα πεπραχὼς, τῶν ἐντεῦθεν μετέστη. τοῦ αὐτοῦ τούτου Θεοδοσίου τὰ σκῆπτρα διέποντος, μέγιστος καὶ ἐξαίσιος καὶ τοὺς φθάσαντας ἅπαντας ὑπερπεπόμενος γέγονε σεισμὸς [1] ἀνὰ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν οἰκουμένην· ὥστε καὶ πολλοὺς τῶν πύργων τῶν ἀνὰ τὴν βασιλίδα πρηνεῖς ὀφθῆναι, συμπεσεῖν τε καὶ τὸ Χερρονήσου καλούμενον μακρὸν τεῖχος, διαχανῆναι δὲ τὴν γῆν, καὶ πολλὰς κώμας ἐν αὐτῇ καταδύναι· πολλά τε οὖ καὶ ἀναείθμητα γενέσθαι πάθη ἀνά τε γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν· καὶ οἰκίας μὲν τῶν πηγῶν ξηρὰς ἀναδειχθῆναι· ἑτέρωθι δὲ, ὑδάτων πλῆθος ἀναδοθῆναι, μὴ πρότερον ὄν· δένδρα τε αὐτόπρεμνα σὺν τοῖς σφίσι ῥίζαις ἀναβεβλῦσθαι· καὶ χώματα [2] πλεῖστα ἐς ὄρη χειδιαθῆναι· τὴν δὲ θάλασσαν, ἰχθῦς νεκροὺς ἀποσφενδονήσασθαι, καὶ πολλὰς τῶν ἐν αὐτῇ νήσων ὑπικλυσθῆναι· πλοῖά τε οὖ θαλάττια ἐπὶ τῆς ξηρᾶς ὀφθῆναι, τῶν ὑδάτων ἐς τὸπίσω νοσησάντων· παθεῖν τε καὶ πολλὰ Βιθυνίας τε καὶ Ἑλλησπόντου, Φρυγίας τε ἑκατέρας. ὃ δὴ πάθος καὶ ἐπὶ χρόνον τῆς γῆς ἐπεκράτησεν, οὐχ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Γέγονε σεισμὸς] Hic terræ motus contigit anno Christi 447. Ardabure & Callepio Coss. ut scribit Marcellinus in Chronico, & Auctor Chronici Alexandrini. Verba Marcellini hæc sunt. *Ingenti terræ motu per loca varia imminente, plurimi urbis Augustæ muri recenti adhuc readificatione constructi, cum quinquaginta septem turribus corruerunt.* Quæ verba idcirco hic apposui, ut ostenderem verba Evagrii male intellecta esse ab interpretibus, qui ἀνὰ τὴν βασιλίδα, verterunt *in palatio*, cum vertere debuissent *in urbe Regia*. Sic autem Constantinopolim nominare solet Evagrius.

2 Σὺν τοῖς σφίσι ῥίζαις] Leges Grammaticæ jubent ut scribamus σὺν ταῖς σφῶν ῥίζαις. Certe in codice Telleriano legitur σὺν τοῖς. Paulo ante ubi legitur διαχανῆναι τὴν γῆν, idem codex scriptum habet διαχανῆναι.

VARIORUM.

a Ὁ πολὺς τῷ λόγῳ πόλεμος] De bello & terræmotu hoc capite memoratis, Theodoritus epistola 41 ad Claudianum hæc habet: ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος, καὶ τὴν γῆν κλονεῖ καθ' ἡμῶν, καὶ τὰ φῦλα τῶν βαρβάρων πάντοθεν ἡμῶν ἐπέσησεν. *In præsens vero & terram contra nos concutit* [Deus] *& barbaras undiquaque nationes in nos immisit.* Hanc Epistolam Joannes Garnerius scriptam putat post diem natalem Christi, anno 447. *quo anno*, inquit, *totus fere orbis terræ motu concussus est, & multas Attila Orientis Provincias vastavit, coegitque Theodosium Imp. tributo pacem redimere.* De hoc Attila, qui se *flagellum Dei* appellavit, videantur Cassiodorus, Prosper, Isidorus in Chronicis, Jornandes de origine Gothorum, Paulus Diaconus lib. XV.

ὥσπερ

ὥσθ' ἥρξατο ὕπω σφοδρῶς ἀμαθύνον· ἀλλὰ κτ' μικρὸν λῆγον, μέχρις ὃ καθάπαξ ἐπέπαυτο.

tamen tanta vehemencia perſeveravit, quanta cœperat. Sed paulatim minuebatur, donec penitus deſiit. Sæc. V

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περὶ τῶν οἰκοδομιῶν τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ τίνες οἱ ἐργασάμενοι ταύτας.

CAPUT XVIII.

De operibus publicis Antiochiæ, & de eorum conditoribus.

Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους, Μεμνόνιος, καὶ Ζωΐλος καὶ Κάλλιστος ὑπὸ Θεοδοσίου κτ' τὴν Ἀντιοχέων ἄρξοντες ἐξεπέμφθησαν, τῷ ἡμετέραν θρησκείαν ἁρμόττοντες. καὶ Μεμνόνιος μὲν θαυμασίως τε καὶ θαυμαστῶς τὸ καὶ πρὸς ἡμῶν ψηφίον ὀνομαζόμενον, ἐξ ἐδάφους ἀνοικοδομεῖ, ὑπαίθριον αὐλὴν κτ' τὸ μέσον ἐάσας. Ζωΐλος δὲ, τὴν βασίλειον στοὰν τῷ πρὸς τὸ νότιον τῆς Ῥυφίνου πλευρᾶς, μέχρις ἡμῶν τῷ τούτου προσηγορίαν ἁμαθυνομένῳ, εἰ καὶ τὰς οἰκοδομίας ἐν τοῖς ποικίλων παθημάτων ἠλλαξεν. ἀτὰρ καὶ Κάλλιστος μεγαλοπρεπῆ τε καὶ θαυμαστὴν οἰκοδομίαν ἀνίστη, ἣν Καλλίστου στοὰν οἵτε παλαιοὶ, οἵτε νεῶν ὀνομάζομεν, πρὸς τῶν ἐδῶν ἃ τῇ δίκῃ ἱδρύεται, θύθι τοῦ Φόρου ὃ ἡ θεσπεσία οἰκία, τὰ στρατηγῶν τὰ καταγώγια. μετὰ τούτους Ἀνατόλιος αὖ στρατηγὸς τῶν ἑῴων ταγμάτων πεμφθεὶς, τῷ καλυμμένῳ Ἀνατολίου στοὰν οἰκοδομεῖ, παντοδαπαῖς ὕλαις ταύτην ἀμφικοσμήσας. ταῦτα εἰ καὶ πάρεργα, τοῖς Φιλομαθέσιν οὐκ ἄκομψα.

1 2 3 4 a

Per idem tempus Memnonius, Zoilus & Calliſtus, viri religionis noſtræ ſtudioſiſſimi, ab Imperatore Theodoſio miſſi ſunt ut Antiochiæ præeſſent. Ac Memnonius quidem, opus quod à nobis quoque pſephium dicitur, venuſte ac magnifice à ſolo inſtauravit, atrium relinquens in medio. Zoilus vero regiam porticum ædificavit, quæ ad meridianum latus porticus Rufini ſita, ad noſtram uſque ætatem vocabulum ejus retinuit, licet ob varias calamitates ſæpius mutata fuerint ædificia. At Calliſtus magnificum & illuſtre opus conſtruxit, quod tam veteres, quam noſtræ ætatis homines Calliſti porticum appellarunt: Ante baſilicam in qua jus redditur: è regione fori in quo ædes eſt magnificentiſſima, prætorium Magiſtrorum militiæ. Poſt hos Anatolius Magiſter militum in Orientem miſſus, porticum illam quæ Anatolii dicitur ædificavit, & omnis generis materia eam exornavit. Sunt hæc quidem aliena à propoſito noſtro: ſtudioſis tamen non invenuſta videbuntur.

Memnonius. *Zoilus.* *Calliſtus.* *Anatolius.*

Valesii Annotationes.

1 Κατὰ τὴν Ἀντιοχέων ἄρξοντες] Id eſt, *ut eſſent Conſulares Syriæ.* Conſularis enim Syriæ regebat urbem Antiochiam & reliquas urbes Syriæ Cœles. Cave porro intelligas, hos tres viros, Memnonium ſcilicet, Zoilum, ac Calliſtum ſimul miſſos eſſe à Theodoſio, ut Antiochenæ juriſdictioni præeſſent. Neque enim hic mos erat Romanorum. Singulos igitur variis temporibus ſubinde miſſos à Theodoſio intelligere debemus. Sciendum præterea eſt, moris fuiſſe ut Conſulares Syriæ, ad conciliandam ſibi Antiochenſium gratiam, aliquod opus publicum conderent. Docet id Libanius in Antiochico pag. 370. his verbis. εὐ δὴ θαυμαστὸν εἰ τοῖς μὲν ἄλλοις κρατοῦσα τῶν ἄλλων, τῇ δὲ τῆς σοφίας ἀσκήσει μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὰ αὐτῆς νικῶσα, τοὺς ἐπὶ ἀρχαῖς ἰόντας ἐραστὰς ἑαυτῇ καθίστησιν. ὧν ἐκάστῳ καὶ προοίμιον τῆς διοικήσεως, καὶ μέσα, καὶ τελευτὴ, τὸ τὶ προσθεῖναι τῇ πόλει. Id eſt, *Non itaque mirandum, ſi urbs quæ aliis quidem in rebus reliquas vincit, in ſtudio vero atque exercitatione ſapientiæ, non aliarum ſolum, verum etiam ſua ipſius decora ſuperat, Rectores Provinciæ in ſui amorem rapit. Quorum ſingulis & initium adminiſtrationis & medium & exitus hic eſt, adjicere aliquid civitati.* Idem Libanius paulo ante in eadem pagina, tria fuiſſe dicit tribunalia in urbe Antiochia, ac totidem Advocatorum ſcholas, pro numero ſcilicet tribunalium. Primum tribunal fuiſſe videtur Præfecti Prætorio Orientis, cujus ſedes erat Antiochiæ. Secundum tribunal fuit Comitis Orientis. Tertia fuit juriſdictio Conſularis Syriæ Cœles. Verba Libanii ſunt hæc. ἄνευ γὰρ τῆς ἐν τοῖς πολιτευομένοις παιδείας, τρεῖς χοροὶ ῥητόρων, ἱσταμένοις τοῖς δικαστηρίοις ἀγείροντες. Quæ ſic vertenda ſunt. *Nam præter eruditionem quæ eſt in Decurionibus, tres advocatorum ſcholæ illic congregantur, totidem numero quot ſunt fora.*

2 Τὴν ὑμετέρων θρησκείαν] Scribendum puto τῇ ὑμετέρᾳ θρησκείᾳ ἁρμόττοντες. Id enim poſtulant leges Grammaticæ.

3 Τῆς τῷ παλατίῳ Ῥυφίνου] Sic ediderunt Genevenſes Typographi ex libro Chriſtophorſoni. Savilius quoque in ſuo codice qui penes me eſt, expuncta voce Ῥυφίνου, ejus loco ſubſtituit hæc verba τῷ παλατίου ὄρφον. Atque ita legiſſe Chriſtophorſonum, ex verſione ejus apparet. Sic enim vertit: *Qui ad Auſtrale latus tecti Palatii, quod Rufini nomen obtinet, ſpectat.* Sed cum hæc verba nec in Regio codice, nec in optimo exemplari Florentino & Telleriano legantur, merito expungenda eſſe exiſtimavi.

4 Τῶν στρατηγῶν τὰ καταγώγια] Manſionem Ducum interpretatur Muſculus. Nec aliter Chriſtophorſonus, qui ſic vertit. *E regione fori, in quo pulcherrima domus eſt, quam Præfecti Præſidiorum incolere ſolent.* Ego vero στρατηγοὺς hoc loco intelligendos eſſe arbitror, non Duces aut Magiſtros militum, ſed Magiſtratus ſeu Duumviros qui Græce στρατηγοὶ dicebantur, ut jam pridem obſervavi, tum in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum, tum ad Euſebium. Cur autem ita potius hanc vocem hic accipiendam eſſe exiſtimem, cauſa hæc eſt, quod ædes illa fuiſſe dicitur in foro, è regione Baſilicæ in qua jus reddebatur. Hujuſmodi porro domicilium melius convenire videtur magiſtratui municipali, quam Rectori militiæ. Ædes porro iſtæ στρατήγια Græce dicebantur. Tale fuit ſtrategium Conſtantinopoli, ut notavi ad librum primum Socratis. Quamquam Auctor Chronici Alexandrini in geſtis Imp. Severi, aliam affert rationem hujus vocabuli. Sed nunc re attentius examinata, στρατηγοὺς hic intelligo Magiſtros militum per Orientem, qui prætorium habebant inſigne in foro urbis Antiochiæ. Hujus Prætorii mentionem facit Theoph. in Chronico pag. 147. ἀνῆφθη γὰρ τὸ πῦρ ἀπὸ τοῦ μαρτυρίου τοῦ ἁγίου Στεφάνου, καὶ ἕως τοῦ περαιτερίου τοῦ στρατηλάτου ἔφλασεν.

Variorum.

a Ψηφίον] Forte, *inquit Du-Cangius*, ſic dictum eſt hoc ædificium, quod in eo lapilli pretioſiores, vel certe ψηφίδες, ad opus Muſivum diſtraherentur. *Gloſſar. Med. & inf. Græc.*

SÆC. V.

CAPUT XIX.

De variis bellis quæ tum in Italia, tum in Perſide geſta ſunt, regnante Theodoſio.

EJUSDEM Theodoſii temporibus crebræ in Europa Tyrannorum rebelliones extiterunt, dum Valentinianus Romæ imperium adminiſtraret. Quas Theodoſius oppreſſit miſſis ingentibus auxiliis, tam pedeſtris, quam navalis exercitus. Perſas quoque inſolentia elatos, quorum tunc rex erat Iſdigerdes, pater Vararanis, ſive, ut Socrati placet, Vararanes ipſe; uſque adeo ſuperavit, ut pacem ipſis per legatos poſcentibus concederet, quæ ad duodecimum annum Imperatoris Anaſtaſii permanſit. Quæ res tum ab aliis Scriptoribus proditæ ſunt: tum ab Euſtathio Epiphanienſi Syro admodum eleganter in compendium ſunt redactæ. Qui quidem Amidæ quoque urbis expugnationem ſcripſit. Eodem tempore Claudianum ac Cyrum poetas floruiſſe perhibent. Ex quibus, Cyrus quidem ad ſupremum Præfectorum culmen pervenit, quam dignitatem majores noſtri præfecturam prætorii appellarunt. Fuit etiam Magiſter militum in occidente, quo tempore Carthago capta eſt à Vandalis, quibus præerat Genſerichus.

Euſtathius Epiphanienſis. *Claudianus.* *Cyrus.* *Genſerichus*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Περὶ πολέμων διαφόρων Ἰταλικῶν, καὶ Περσικῶν, οἱ ἐπὶ Θεοδοσίου γεγόνασι.

ΕΝ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις Θεοδοσίου, ἐπαναστάσεις συχναὶ κατὰ τὴν Εὐρώπην γεγόνασιν, Οὐαλεντινιανοῦ Ῥώμης βασιλεύοντος· ἃς καὶ καθεῖλε Θεοδόσιος, μεγάλας δυνάμεις ἐκπέμψας κατά τε γῆν καὶ θάλασσαν, πεζικῷ τε καὶ νηΐτῃ στρατῷ. 1 οὕτω δὲ καὶ Περσῶν παροινησάντων κεκράτηκε, βασιλεύοντος αὐτῶν [a] Ἰσδιγέρδου πατρὸς τοῦ Οὐαραράνου, ἢ ὡς Σωκράτει δοκεῖ, αὐτοῦ Οὐαραράνου βασιλεύοντος· ὡς καὶ πρεσβευσαμένοις αὐτοῖς εἰρήνην χαρίσασθαι, ἣ καὶ διήρκησε μέχρις δύο καὶ δέκα ἐτῶν τῆς Ἀναστασίου βασιλείας· ἅπερ ἱστόρηται μὲν καὶ ἄλλοις· ὑπετέτμηται δὲ μάλα κομψῶς καὶ [b] Εὐσταθίῳ τῷ ἐξ Ἐπιφανείας τῷ Σύρῳ, ὃς καὶ τὴν ἅλωσιν Ἀμίδης συνεγράψατο. τότε φασὶ καὶ [2] Κλαυδιανὸν καὶ [3] Κύρον τοὺς ποιητὰς ἀναδειχθῆναι. Κύρον δὲ καὶ πρὸς τὸν μέγιστον τῶν ὑπάρχων ἀναβῆναι θρόνον, ὃν ὕπαρχον τῆς αὐλῆς οἱ τῶν ἡμῶν κεκλήκασι· καὶ τῶν ἑσπερίων ἐξηγήσασθαι δυνάμεων, Καρχήδονος ἔτι τῶν Βανδίλων κρατηθείσης, [c] Γιζερίχου τε τῶν βαρβάρων ἡγουμένου. a b 2 3 c

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πεζικῶν τε καὶ νηΐτῃ στρατῶν] Si leges Grammaticæ ſequi volumus, ſcribendum erit νηϊτῶν. Sed quoniam νηΐτῃ στρατοὶ in plurali non dicitur, malim equidem ſcribere πεζικῷ τε καὶ νηΐτῃ στρατῷ, ut legitur in Manuſcripto codice Telleriano. Certe in optimo codice Florentino diſerte ſcriptum eſt πεζικῷ. Paulo poſt ſcribendum eſt διήρκεσε, non ut vulgo editum eſt διήρκησε.

2 Κλαυδιανὸν καὶ Κύρον τοὺς ποιητὰς] Hic eſt Claudianus cujus hodie præclara exſtant carmina. Verum hoc loco duplex occurrit difficultas: Quomodo Poeta Latinus hic commemoratur ab Evagrio, & cur ab eodem Evagrio confertur in tempora Theodoſii junioris, cum Claudianus cujus carmina nunc habemus, Arcadio & Honorio regnantibus floruerit, ut docent ejus ſcripta. Quod ad primam quæſtionem attinet, facilis eſt reſponſio. Claudianus enim non Latina ſolum, verum etiam Græca ſcripſit Poemata. Unde in veteri epigrammate quod in baſi ejus ſtatuæ erat inſcriptum, Virgilii ſimul & Homeri animam in ſe transfuſam habuiſſe dicitur. Latinum quidem carmen primum ſcribere aggreſſus eſt anno Chriſti 395. quo Conſules fuerunt Olybrius & Probinus. De quorum Conſulatu elegans carmen conſcripſit, quod etiamnum exſtat. Hic conatus cum feliciter ſucceſſiſſet Claudiano, animos ei addidit ad Latina deinceps carmina conſcribenda; cum antea Græcos dumtaxat verſus edidiſſet, ut ipſe teſtatur in Elegia ad Probinum, his verſibus.

Romanos bibimus primum te Conſule fontes,
Et Latia ceſſit Graia Thalia toga.
Incipienſque tuis à faſcibus omina cepi,
Fataque debebo poſteriora tibi.

Fuit certe Claudianus natione Græcus, ortus ex urbe Alexandria, ut docet Suidas in voce Κλαυδιανός. Idem quoque teſtatur Claudianus ipſe in carmine ad Hadrianum Præfectum Prætorio, qui & ipſe Alexandrinus fuit. Nam de Alexandro Macedone ita ſcribit,

Conditor hic patriæ. Sic hoſtibus ille pepercit.

Et in fine ejuſdem carminis hæc habet,

Sæviet in miſeros cognata potentia cives.
Audiat hæc commune ſolum, longeque carinis
Nota Pharos, &c.

3 Κύρον] Cyrus Poëta fuit natione Ægyptius, ortus ex oppido Panopoli. Qui cum ob Poeticæ artis facultatem gratus eſſet in primis Eudociæ Auguſtæ, conjugi Theodoſii junioris; erat enim hæc mulier φιλοσπής, id eſt carminum ſtudioſiſſima; promotus eſt ab Imperatore, Theodoſio Præfectus Prætorio & urbi. Fuit etiam Ex-Conſul & Patricius, ut ſcribit Suidas. Poſtea vero cum Eudocia Regina ob quaſdam occultas cauſas relicto Palatio Hieroſolymam urbem petiiſſet, Cyrus adempta poteſtate factus eſt Epiſcopus Cotyæi urbis Phrygiæ, ſeu potius Smyrnæ, ut tradit Auctor Chronici Alexandrini & Theophanes. Vixit autem uſque ad tempora Leonis Auguſti, ut teſtatur Suidas. Ejuſdem Cyri Conſulis ac Poetæ mentionem facit Theophylactus in lib. 8. Hiſtoriæ, cap. 8. ubi Eccleſiam Deiparæ Virginis Conſtantinopoli ab eo ædificatam eſſe ſcribit Theodoſii Auguſti temporibus.

VARIORUM.

a Ἰσδιγέρδου] Hic mortuus erat anno 414. neque unquam bellum movit contra Romanos, ſed tantum Perſecutionem contra Chriſtianos; quam à filio Vararane excitatam perperam ſcripſit Socrates, lib. 7. cap. 18. Vid. Pagi ad ann. 408. n. 3. & ad ann. 420. n. 14. *W. Lowth.*

b Εὐσταθίῳ] Claruit ſub Anaſtaſio Imp. circa ann. 496. Scripſit compendium Chronicum, *inquit Suidas*, rerum ab Ænea uſque ad Anaſtaſium, libris IX. Amidæ, urbis præcipuæ Meſopotamiæ, expugnationem deſcripſit, quæ contigit anno 503.

c Γιζερίχου] Genſericus irrupit in Africam anno 429. juxta calculum Antonii Pagi ad ann. 428. n. 3.

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Περὶ τῆς βασιλίσσης Εὐδοκίας, ᾗ Εὐδοξίας τῆς θυγατρὸς, ᾗ ὅπως εἰς Ἀντόχειαν καὶ Ἱεροσόλυμα ἀφίκετο.

Οὗτος τοίνυν ὁ Θεοδόσιος τὴν Εὐδοκίαν ἐσοικίζεται, τοῦ Ζωπυρώδους μεταλαβοῦσαν βαπτίσματος, γένει μὲν Ἀθηναίαν, κάλλιστη δὲ καὶ τὴν ὥραν θαυμαστῇ, μέσης οἱ γενομένης Πουλχερίας τῆς βασιλίδος τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς. ἐκ ταύτης αὐτῷ γίνηται παῖς ἡ Εὐδοξία, ἣν ὕστερον ἐπειδὴ καιρὸν ἤγαγε γάμων, Οὐαλεντινιανὸς ὁ αὐτοκράτωρ ἄγεται, ἀπάρας μὲν ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καταίρας δὲ πρὸς τὴν Κωνσταντίνου. Ἢ χρόνοις ὕστερον ἐπὶ τὴν ἁγίαν ἐπεδημήσῃ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλιν, ἐνταῦθά τε γίνεται, καὶ δημηγορήσασα πρὸς τὸ ἐνταῦθα λεών, ὑπερθύριον ἔπος ἐφθέγξατο,

Ὑμετέρης γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.

Τὰς ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐνταῦθα καλείσας ἀποικίας αἰνιττομένη. εἰ δέ τῳ περισπούδαστον ταύτας εἰδέναι, ἱστορηθήσεται περιέργως Στράβωνι τῷ γεωγράφῳ, Φλέγοντί τε, καὶ Διοδώρῳ τῷ ἐκ Σικελίας, Ἀρριανῷ τε αὖ καὶ Πεισάνδρῳ τῷ ποιητῇ, καὶ πρὸς γε Οὐλπιανῷ, Λιβανίῳ τε, καὶ Ἰουλιανῷ τοῖς πανσεμνοτάτοις Σοφισταῖς. ὅτε καὶ εἰκόνι ἐκ χαλκοῦ τεχνικῶς ἠσκημένῃ, παῖδες Ἀντιοχέων αὐτὴν τεπ-

CAPUT XX.

De Eudocia Augusta, deque ejus filia Eudoxia: & quomodo Eudocia Antiochiam venerit, & Hierosolymam ingressa sit.

PORRO Theodosius Eudociam, domo Athenienſem, forma elegantem, nec ignaram artis poeticæ, interventu Pulcheriæ Auguſtæ ſororis ſuæ, uxorem duxit, cum illa ſalutari lavacro prius tincta fuiſſet. Ex ea Theodoſius filiam ſuſcepit, Eudoxiam nomine. Quæ poſtea cum nubilis evaſiſſet, nupſit Valentiniano Imperatori, qui Roma profectus, Conſtantinopolim uxoris ducendæ cauſa venerat. Eudocia vero diu poſtea, dum ad ſanctam Chriſti Dei ac Domini noſtri civitatem pergeret, venit Antiochiam. Ibi cum publice verba feciſſet ad populum, orationem ſuam hoc verſu clauſit, *Socr. l. VII. cap. 21.* *Socr. l. VII. cap. 44.*

Et cupio, & lætor, veſtro me ex ſanguine natam.

Colonias ſcilicet ſignificans, quæ illuc deductæ fuerant ex Græcia. Quas ſi quis accuratius cognoſcere deſiderat, ſcripſerunt de iis diligenter Strabo Geographus, Phlego, Diodorus Siculus, Arrianus, & Piſander poeta: Ulpianus præterea, & Libanius ac Julianus, Sophiſtarum omnium præſtantiſſimi. Quam ob cauſam Antiochenſes ſtatua ex ære fabrefacta eam hono-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἢ χρόνοις ὕστερον] Addenda videtur particula hoc modo, Ἢ δὲ χρόνοις, &c. Niſi enim hanc particulam addideris, hæc de Eudoxia Eudociæ filia intelligentur, de qua proxime locutus eſt Evagrius. Verum adjectio particulæ δὲ, non jam de Eudoxia, ſed de Eudocia matre ſermonem inſtitui deſignat.

2 Ἐνταῦθα γίνεται] Peſſime Muſculus & Chriſtophorſonus hunc locum intellexerunt. Putarunt enim per vocem ἐνταῦθα ſignificari urbem Hieroſolymam, cum intelligatur urbs Antiochia. Etenim Evagrius Hiſtoriam ſuam ſcripſit Antiochiæ, qua in urbe fortunarum ſuarum domicilium fixerat, ut in Prolegomenis oſtendimus. Sed & Nicephorus in eumdem errorem prolapſus eſt. Nam in cap. 1. libri XIV. ubi hunc Evagrii locum deſcribit, vocem ἐνταῦθα de urbe Hieroſolymitana intelligit. Atqui ex ſequentibus Evagrii verbis facile erat animadvertere, hæc de urbe Hieroſolymitana dici non potuiſſe. Neque enim Hieroſolyma Græcorum fuit colonia, ſed potius Judæorum, & poſtea Romanorum. Nec Ulpianus, Libanius & reliqui ab Evagrio laudati Scriptores, de Hieroſolyma urbe ſcripſerunt. Nec Eudocia Auguſta quæ domo erat Athenienſis, cives Hieroſolymitanos compellare potuit hoc verſu,

Ὑμετέρης γενεῆς καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι

Certe Auctor Chronici Alexandrini ait Eudociam ex aureo curru verba feciſſe ad Antiochenos.

3 Στράβωνι] Locus Strabonis quem indicat Evagrius, extat in lib. decimo ſexto pag. 750. editionis Pariſienſis.

4 Πεισάνδρῳ τῷ ποιητῇ] Duo fuere Piſandri Poetæ. Alter Rhodius, qui Heracleam carmen duobus libris ſcripſit, quod eſt de Herculis rebus geſtis. Hunc quidam Heſiodo antiquiorem faciunt. Alii vero in Olympiadem triceſimam tertiam eum conferunt, ut ſcribit Suidas. Alter fuit Piſander Lycaonius, ortus Larandis oppido Lycaoniæ, Neſtoris Poetæ filius. Suidas eum floruiſſe ſcribit, regnante Alexandro Mammeæ filio. Hic libros ſex ἡρωικῶν θεογαμιῶν heroico carmine conſcripſit, varia omnis generis Hiſtoria refertos, ut teſtatur Suidas. Ejuſdem operis meminit etiam Zoſimus in lib. 5. ubi de Hemonæ urbis conditu loquitur. ὡς ὁ ποιητὴς ἱστορεῖ Πείσανδρος, ὁ τὴν τῶν ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν ἐπιγραφὴν πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, ἱστορίαν περιλαβών. quæ Zoſimi verba ita vertit Leunclavius: *Sicuti Piſander Poeta memoriæ prodidit, qui heroicarum divarumque nuptiarum titulo totam hanc propemodum hiſtoriam complexus eſt.* Non eſt hic ſenſus Zoſimi verborum. Ait enim Zoſimus, Piſandrum Poetam in carmine illo de heroum ac Dearum nuptiis, univerſam propemodum Hiſtoriam complexum fuiſſe. Idem etiam teſtatur Suidas, cum ait de Piſandro, ἔγραψεν ἱστορίαν ποικίλην δι' ἐπῶν· ἦν ἐπιγράφει ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν ἐν βιβλίοις ἓξ. In hoc igitur opere Piſander de Triptolemo Argivo deque Io ſcripſerat, qui primi Antiochiam urbem Syriæ condiderunt. Porro id opus ſexdecim libris comprehenſum fuiſſe videtur, non autem ſex, ut perperam legitur apud Suidam. Nam Stephanus in libro de urbibus, decimum & quartum-decimum Piſandri librum citat.

5 Οὐλπιανῷ] Hic eſt Ulpianus Antiochenus Sophiſta, qui primum quidem Emeſæ, poſtea vero Antiochiæ Rhetoricam docuit principatu Conſtantini, ut teſtatur Suidas. Ejuſdem meminit Eunapius in vita Proæreſii Sophiſtæ. Hic igitur inter reliquas Orationes quas ab illo ſcriptas fuiſſe refert Suidas, peculiarem orationem in laudem patriæ ſuæ conſcripſerat, in qua de coloniis vario tempore in eam deductis loquebatur.

6 Λιβανίῳ] Libanius Antiochenſis Sophiſta ſcripſit orationem quæ Ἀντιοχικὸς inſcribitur, quæ etiamnum exſtat in ſecundo ejus operum tomo edita. Nec dubium eſt quin Evagrius hoc loco eam orationem deſignet. Porro Libanius in ſupradicta oratione cunctas Græcorum colonias quæ Antiochiam variis temporibus deductæ ſunt, accurate recenſet. In his etiam Athenienſes commemorat, quos Seleucus, everſa urbe Antigonia, traduxit Antiochiam.

7 Καὶ Ἰουλιανῷ] Quis ſit hic Julianus Sophiſta, nondum comperi. Fuit quidam Julianus Cappadox, omnium ſui temporis Sophiſtarum qui Athenis Rhetoricam docebant, facile princeps. De quo multa refert Eunapius in libro de vitis Sophiſtarum. Eum Suidas floruiſſe ſcribit Conſtantini magni temporibus. Sed quod eumdem Callinici Sophiſtæ temporibus æqualem fuiſſe dicit, in eo ſecum ipſe pugnat, cum Callinicus Sophiſta Philippi & Gallieni principatu vixerit. Duos igitur Julianos Athenis Sophiſtas fuiſſe crediderim. Quorum prior iiſdem temporibus vixit quibus Callinicus Sophiſta. Alter vero principatu Conſtantini magni.

Sæc. V. rarunt, quæ integra etiamnum manet. Ejus itaque hortatu, Theodosius maximam accessionem fecit civitati, productis muris usque ad portam quæ ducit ad suburbanum Daphnense: id quod rerum istarum studiosi possunt cernere. Etenim nostra quoque ætate, veteris muri vestigia remanent, quæ spectantium oculos quasi manu ducunt. Sunt tamen qui dicant, Theodosium seniorem muros urbis amplificasse, & Valentis lavacro, cujus pars incendio consumpta fuerat, ducentas auri libras donasse.

μήκασιν, ἢ καὶ μέχεις ἡμῶν ζώζεται. ἐξ ἧς προπαπεὶς Θεοδόσιος, μεγίστην μοῖραν τῇ πόλει προσέθηκε, τὸ τεῖχος θυρῶσας μέχρι τῆς πύλης τῆς ἐπὶ Δάφνῃ ἀγούσης τὸ προάστειον, ὡς ὁρᾶν τοῖς ἐθέλουσι πάρεστι· μέχρι γὰρ ἡμῶν τὸ παλαιὸν ἰχνηλατεῖται τεῖχος, τῶν λευφάνων ξεναγούντων τὰς ὄψεις. εἰσὶ δὲ οἱ φασὶ τὸν πρεσβύτερον Θεοδόσιον τὸ τεῖχος θυρῶσαι, καὶ χρυσίου δὲ λίτρας ἑξακοσίας ἔλκον λίβας τῷ Οὐάλεντος ἐδωρήσατο λουτρῷ κατάπ μέρος ἐμπεπρησθέντι.

CAPUT XXI.

Quod Eudocia Augusta Hierosolymis multa præclare gesserit: & de discrepante vita & conversatione Monachorum Palæstinæ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Οτι καλῶς τὰ περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἡ Εὐδοκία διέθηκε· καὶ περὶ διαφόρου βιοτῆς καὶ διαίτης τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μοναχῶν.

Socr. l. VII. c. 47. Ex hac igitur urbe, Eudocia bis venit Hierosolymam. Et cujus quidem rei causa id fecerit, & quidnam præcipue illa spectaverit, Historiæ scriptoribus relinquendum puto: qui tamen haudquaquam mihi videntur verum dicere. Cæterum cum ad sacram Christi urbem venisset, multa in honorem Dei servatoris nostri gessit. Nam & religiosa ædificavit monasteria, & lauras quas vocant construxit. In quibus discrepans quidem est vivendi ratio: ad unum tamen eumdemque pietatis scopum conversatio dirigitur. Alii enim gregatim degentes, nullius rei quæ ad terram vergit, desiderio capiuntur. Quippe nec aurum habent. Et quid dico aurum, quando nec propriam vestem, nec ullum esculentum quisquam proprium habet. Etenim pallio vel tunica quibus quis hodie indutus est, paulo post alius induitur:

Monasteria & Laura ab Eudocia constructa.

[a] Ἐντεῦθεν τοίνυν ἡ Εὐδοκία ἐν Ἱεροσολύμοις [1] δὶς ἀφικνεῖται. καὶ ὅτι μὲν χάριν, ἢ τί πρωτοτύπως ὧν Φασι βουλομένη, τοῖς ἱστορήσασι καλλιπέον, εἰ καὶ μὴ ἀληθίζεσθαί μοι δοκοῦσιν. ὅμως δ' οὖν ἀνὰ τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ πόλιν γενομένη, πολλὰ πρὸς τιμὴν τοῦ Σωτῆρος πέπραχε Θεοῦ. ὥστε καὶ θυαγῆ δείματα Φροντιστήρια, [3] καὶ τὰς καλουμένας λαύρας· ἐν οἷς ἡ μὲν δίαιτα διάφορος· ἡ δέ γε πολιτεία ἐς ἕνα τελοῦσα θεοφιλῆ σκοπόν. οἱ μὲν γὰρ ἀγεληδὸν ζῶντες, οὐδενὶ τῶν ἐς γῆν βεβόντων κεκτῆνται· οὐ χρυσὸς γὰρ αὐτοῖς ἐστιν. τί δ' ἂν Φαίην χρυσὸν, ὅτε οὔτε ἰδικήν τις ἐσθῆτα, οὐδέ τι τῶν ἐδωδίμων. ὁ γὰρ νῦν τις ἀμπέχεται τριβώνιον ἢ ἐξωμίδα, τοῦτο μικρὸν ἕτερος ἀμφιέννυται· ὡς καὶ τὴν

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῷ Οὐάλεντος λουτρῷ] Hujus lavacri meminit Ammianus Marcellinus in lib. 31. haud procul ab initio, ita scribens. *Vocesque præconum audiebantur assidue, mandantium congeri ligna ad Valentini lavacri succensionem, studio ipsius Principis conditi.*

2 Διαφικνεῖται] Nicephorus in lib. 14. cap. 50. legit δὶς ἀφικνεῖται. Sic enim habet. καὶ δὶς δὲ λόγος ἔχει ταύτην ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἀφικέσθαι. Quam scripturam secutus est Christophorsonus, ut ex versione ejus apparet. Ita enim vertit hunc locum. *Eudocia vero Constantinopoli Hierosolymam bis profecta est.* Atque ita in Telleriano codice diserte scriptum inveni. Prior quidem Eudociæ profectio ad urbem Hierosolymam, contigit Theodosio XVI, & Fausto Consulibus, anno Christi 438, ut ex Socrate & ex Marcellini Chronico recte observavit Baronius. Sequente autem anno, Hierosolymis Constantinopolim reversa est, B. Stephani reliquias secum deferens, ut tradit idem Marcellinus in Chronico. Secunda vero ejus Hierosolymitana profectio, quo anno acciderit, non convenit inter Scriptores. Baronius quidem principatu Marciani Augusti eam consignat. Ego vero diu ante Imperium Marciani, superstite adhuc Theodosio, secundam hanc peregrinationem ab Eudocia Augusta susceptam esse contendo. Nam Marcellinus in Chronico, Theodosio Aug. XVIII. & Albino Coss. qui fuit annus Christi 444, ita scribit: *Severum Presbyterum & Joannem Diaconum Eudocia Regina apud Æliam urbem ministrantes, missus ab Imp. Theodosio Saturninus Comes domesticorum occidit. Eudocia nescio quo excita dolore, Saturninum protinus obtruncavit: statimque mariti Imp. nutu regiis spoliata ministris apud Æliam civitatem moritura remansit.* Idem confirmat Auctor Chronici Alexandrini. Iisdem enim Consulibus Paulinum Magistrum Officiorum jussu Theodosii necatum esse scribit: Atque idcirco Eudociam dolore affectam, quippe quæ Paulinum sua causa interfectum fuisse sciret; petiisse à Theodosio ut Hierosolyma proficiscendi facultas ipsi concederetur. Marcellinus tamen in Chronico Paulini cædem refert anno Christi 440. Valentiniano V. & Anatolio Coss. Proinde si ob Paulini cædem Eudocia iterum profecta est Hierosolyma, juxta Marcellini sententiam, id contigit anno Christi 440. Porro de Saturnino Comite quem Eudocia Aug. Hierosolymæ occidi præcepit, locus extat in Historia Prisci Rhetoris pag. 54. quem hic apponam. καὶ ὡσὺς τοῦτο ἐπέδυσε βασιλεὺς, καὶ Σατορνίλου πεπλουσίακε καὶ ὑβρίκει κοσμουμένου, θυγατέρα εἰρήκει σώσειν· τὸν δὲ Σατορνίλον ἀνεῖλε Ἀθηναΐς, ἡ Εὐδοκία. ἀμφοτέρως γὰρ ἐκαλεῖτο τοῖς ὀνόμασιν.

3 Καὶ τὰς καλουμένας Λαύρας] Laura differt à Cœnobio, eo quod Laura quidem constat multis cellis longe à se invicem disjunctis. Cœnobium vero uno clauditur muro. Et in Laura quidem degebant Anachoretæ: In Cœnobio autem Monachi simul vivebant. Docet id Cyrillus Scythopolitanus in vita Euthymii, his verbis. *Te autem oportet venire ad meam Lauram, & fratrum quidem cellas diruere ab ipsis fundamentis. Cœnobium vero ædificare illic, ubi meum ædificasti cœmeterium. Non enim Lauram, sed Cœnobium potius esse locum, Deo placet.* Idem Cyrillus in vita S. Sabæ, discrimen istud inter Lauram ac Cœnobium sæpius designat. Hanc etiam differentiam inter Phrontisteria & Lauras observat Evagrius noster hoc loco. Nam in Phrontisteriis quidem Monachos ait gregatim vixisse, & communi mensa usos esse, & diurnas ac nocturnas precationes simul celebrasse. In Lauris autem separatim vixisse Anachoretas, exiguis cellis inclusos.

VARIORUM.

a Ἐντεῦθεν] Antiochia scilicet, de qua locutus est Evagrius capite superiori. Secunda Eudociæ Hierosolymam profectio contigit anno Chr. 448. ut scribit Ant. Pagi ad ann. 450. n. IV, &c.

παντων

πάντων ἐσθῆτα ἑνὸς εἶναι δοκεῖν, καὶ ἑνὸς ἁπάντων, καὶ κοινὴ τράπεζα παρατίθεται, οὐκ ὄψοις κεκαρυκευμένη, οὐδέ τινι τῶν ἄλλων ἐδεσμάτων· λαχάνοις δὲ καὶ ὀσπρίοις μόνοις δεξιωμένη, ἐς τοσοῦτον χορηγουμένοις ὅσον ἁπὸ ζῆν καὶ μόνον. κοινὰς δὲ τὰς πρὸς Θεὸν λιτὰς διημερεύουσί τε καὶ διανυκτερεύουσιν, οὕτω σφᾶς ἐκθλίβοντες, οὕτω τοῖς πόνοις πιέζοντες, ὡς ταφῶν ἄνευ νεκροὺς αὐτοὺς δοκεῖν ὑπὸ γῆν ὁρᾶν. οἱ πολλάκις μὲν καὶ τὰς καλουμένας ὑφορθεσίμους παράγουσι, δίημεροι καὶ τριήμεροι τὰς νηστείας ἐκτελοῦντες. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ πεμπταῖοι, ἢ καὶ πρὸς, καὶ μόλις τῆς ἀναγκαίας μεταλαμβάνουσι τροφῆς. ἕτεροι δ' αὖ πάλιν ἀπεναντίας ἰόντες, μόνους ἑαυτοὺς καθειρχνύουσιν ἐν οἰκίσκοις, τοσοῦτον βάθος, τοσοῦτον ὕψος ἔχουσιν, ὡς μηδὲ τὰ σώματα ἀνορθοῦν, μηδὲ μὴν ἐπ' ἀδείας τὰς κλίσεις ποιεῖσθαι, σπηλαίοις προσκαρτεροῦντες, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, κατὰ τὸν τοῦ ἀποστόλου Φωνήν. ἄλλοι σύνοικοι θηρίοις γινόμενοι, καί τισι τῆς γῆς ἀτεκμάρτοις ἐνδομυχοῖς τὰς πρὸς τὸν Θεὸν ἐντεύξεις ποιοῦνται. ἀπὸ καὶ ἕτερον εἶδος αὐτοῖς ἐπενοήθη, πάσης ἀνδρείας τε καὶ καρτερίας δυνάμιν ἐκβαῖνον. ἐς ἔρημον γὰρ κεκαυμένην σφᾶς αὐτοὺς ἀφέντες, καὶ μόνα τὰ τῆς Φύσεως ἀναγκαῖα περιειλάντες, ἄνδρες τε καὶ γύναια, τὸ λοιπὸν σῶμα γυμνὸν, κρυμοῖς τε ἐξαισίοις, ἀέρων τε πυρακτώσεσιν ὑπερέπουσιν, ἐπίσης θάλπους τε καὶ ψύχους περιορῶντες. καὶ τὰς μὲν τῶν ἀνθρώπων τροφὰς, τέλεον ἀποστέροῦνται. νέμονται δὲ τὴν γῆν, βοσκοὺς καλοῦσι, μόνον τὸ ζῆν ἐντεῦθεν περιζόμενοι· ὥστε τῷ χρόνῳ καὶ θηρίοις σιναφομοιοῦσθαι, τῆς τε ἰδέας αὐτῶν παρατραπείσης, τῆς τε γνώμης λοιπὸν ἡ συμβαινούσης ἀνθρώποις, οὓς καὶ διδράσκουσιν ἰδόντες, καὶ διωκόμενοι, ἢ τῇ ὠκύτητι τῶν ποδῶν, ἤ τινι τῶν ἐπὶ γῆς δυσόδων χωρίων τὸ λαθεῖν ἑαυτοὺς προέζονται. λέξω δὲ καὶ ἕτερον, ὃ μικροῦ μὴ διέλαθε, καί τοι τὰ πρεσβεῖα κατὰ πάντων ἔχον. εἰσὶ μὲν ἐλάχιστοι· εἰσὶ δ' οὖν ὅμως, οἳ ἐπὰν ἀφ' ἑαυτῆς ἀρετῆς τῆς ἀπαθεῖς εἶναι τύχωσιν, ἐς κόσμον ἐπανίασι, καὶ μέσοις τοῖς θορύβοις. καὶ περιφορὰς σφᾶς ἐπαγγέλλοντες, ὅπως τὴν κενοδοξίαν καταπατῶσιν, ὃν τελευταῖον χιτῶνα κατὰ Πλάτωνα τὸ σοφὸν ἡ ψυχὴ πέφυκεν ἀποτίθεσθαι· οὕτως τὸ

adeo ut quæ eſt omnium veſtis, ea unius eſſe videatur; & quæ eſt unius, omnium. Menſa item communis apponitur, non delicatis obſoniis aut aliis ullis cibis referta: ſed ſolis oleribus ac leguminibus inſtructa: quæ hactenus tantum præbentur, quantum ſatis eſt ad vitam ſuſtentandam. Communes item preces ad Deum fundunt, diu noctuque continuatas, ita ſe atterentes laboribus atque afflictantes, ut ſine ſepulchris mortui quidam ſub terra eſſe videantur. Crebras quoque ſuperpoſitiones faciunt, biduum ac triduum integrum jejunantes. Nec deſunt qui per dies quinque & amplius jejunia continuent, ac tum ægre admodum neceſſarium cibum capiunt. Alii vero contrariam viam ingreſſi, ſolos ſe ſe includunt domiciliis, quæ ejuſmodi latitudinis ſunt atque altitudinis, ut in iis nec corpore erecto conſiſtere, nec accumbere commode poſſint: in ſpeluncis & cavernis ac foraminibus terræ, juxta dictum Apoſtoli, philoſophantes. Alii ſimul cum beſtiis degentes, in ignotis quibuſdam terræ latibulis preces ad Deum fundunt. Aliud quoque vivendi genus excogitarunt, quod omnem fortitudinis ac tolerantiæ modum tranſcendit. In ſolitudinem enim à ſole peruſtam penetrantes, tam viri, quam mulieres, iis duntaxat partibus quas pudor nominari vetat, contectis, reliquum corpus algoribus atque ardoribus immenſis nudum exponunt, æſtum ac frigus pari modo deſpicientes. Ac cibos quidem hominibus uſitatos aſpernantur. Terram autem depaſcuntur, unde & pabulatores cognominati ſunt: tantum carpentes, quantum ad vitam ſufficit. Adeo ut beſtiis tandem ſimiles evadant, ſpecie videlicet corporis immutata, & ſenſu animi nequaquam convenienti cum reliquorum hominum ſenſu. Quos ubi viderint, fugam arripiunt: & ſi quis forte eos inſequatur, aut pedum velocitate, aut inacceſſi cujuſpiam loci latebris ſe subducunt. Aliud inſuper commemorabo, quod pene mihi è memoria exciderat, tametſi præ reliquis omnibus primas ferat. Sunt apud eos quidam, licet oppido pauci, qui poſtquam aſſidua virtutis exercitatione, vacui ab animi perturbationibus evaſerint, ad ſæculum redeunt, & in media hominum multitudine inſanos ſe eſſe ſimulantes, inanem gloriam conculcant, quam tunicam, ut ait ſapientiſſimus Plato, animus poſtremam exuere

Sæc. V.

Heb. 11.

Valesii Annotationes.

1 Αὐτοὺς ὑπὸ γῆν ὁρᾶν] Aſſentior Chriſtophorſono qui ὑπὲρ γῆν legit, quemadmodum etiam legitur apud Nicephorum in cap. 50. lib. 14. Sed & verbum δοκεῖν hic deerat, quod nos ex MS. codice Florentino ſupplevimus. In Telleriano autem codice ſcriptum inveni ὑπὲρ γῆν.

2 Τὰς καλουμένας ὑφορθεσίμους] Peſſime hunc locum interpretati ſunt Muſculus & Chriſtophorſonus. Nicephorus vero optime expoſuit hoc modo. ἔνιοι δὲ πολλάκις καὶ δύω καὶ τρεῖς ὑπερθέμενοι τῶν ἡμερῶν. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ πεμπταῖοι καὶ πρὸς, ἀφαιροῦσιν ἄγευστοι. Id eſt, *Ii ſæpius in biduum & triduum jejunium proferunt. Sunt qui diebus quinque & longius, cibum non attingunt.* Dionyſius quoque Petavius in cap. 5. miſcellanearum exercitationum adverſus Salmaſium, hunc Evagrii noſtri locum recte exponit de ſuperpoſitione, quod exquiſitiſſimum fuit genus jejunii apud Chriſtianos. Sed quod ὑπερθέσεις ſcribendum eſſe ſuſpicatur pro ὑπερθέσμους, in hoc ei aſſentiri non poſſum, cum hæc emendatio à vulgatæ ſcripturæ veſtigiis longius recedat. Equidem ὑπερθεσίμους hoc loco mallem ſcribere. Subaudire autem oportet ἡμέρας, vel νηστείας. Latini ſuperpoſitionem dixerunt pro jejunio, ut videre eſt in Concilio Eliberitano & in Canonibus Pœnitentialibus. Vide ſi placet quæ notavi ad librum v. Hiſt. Eccleſiaſticæ Euſebii. In optimo codice Telleriano ὑπερθεσίμους ſcriptum inveni, prout conjeceram.

3 βοσκοὺς καλοῦσι] Sozomenus in lib. 6. cap. 33. Monachos quoſdam Meſopotamiæ ita dictos eſſe ſcribit, eo quod primi hoc ſtrictioris abſtinentiæ genus excogitaſſent.

4 Τὸ λαθεῖν ἑαυτοὺς προέζονται] Rectius in MS. codice Florentino legitur προέζονται. Sed præterea corrigendum videtur ἑαυτοῖς.

5 Τὸ ἀπαθεῖς εἶναι τύχωσιν] Hunc locum ex MS. codice Florentino reſtitui. Sed pro ἀπαθεῖς, omnino ſcribendum eſt ἀπαθεῖς, ut habet Nicephorus & codex Teller. Et paulo poſt pro περιφορὰς, proculdubio corrigendum eſt παραφορὰς ex eodem Nicephoro.

6 Οὕτως τὸ ἀπαθῶς ἰδιέιν] Addenda videtur particula hoc modo, οὕτως δὲ τὸ ἀπαθῶς ἰδιέιν φιλοσοφοῦσι. Sic enim oratio recte connectitur cum ſuperioribus.

ἀπαθῶς

Sæc. V.

solet. Ita porro sine sensu affectuque edere didicerunt, ut apud Caupones ac Dardanarios, si necesse fuerit, edant, nec locum, nec cultum, nec aliud quidquam reverentes. Balnea item publica frequenter adeunt, & simul cum mulieribus diversantur & lavant. Adeo omni perturbatione animi superiores, ut naturæ ipsi vim inferant, & nec aspectu, nec tactu, nec amplexu ipso mulieris, ad ea quæ naturæ ipsorum propria sunt, inclinari queant. Sed cum viris quidem viri sunt, feminæ vero cum feminis. Non enim unius, sed utriusque simul sexus esse cupiunt. Denique ut compendio dicam, in hoc præstantissimo ac divino vivendi genere, virtus leges naturæ contrarias fert, ut scilicet ex rebus ad victum necessariis nihil eis impertiat ad satietatem. Quippe lex monastica ipsis præcipit, ut esuriant ac sitiant, corpusque eatenus tegant, quoad poscit necessitas. Porro vivendi ratio apud illos, adeo exacta lance librata est, ut quoties in contrarium tendunt, nullam sentiant rerum mutationem, quamvis magna sit inter eas distantia. Res enim contrariæ usque adeo commixtæ sunt, divina gratia ea quæ misceri non possunt, inter se jungente ac rursus separante: ut vita & mors, quæ natura & rebus ipsis inter se maxime pugnant, in illis simul habitent. Quippe ubi perturbatio est, mortuos illos esse oportet ac sepultos. Ubi vero precationis tempus est, tum robusto corpore & alacres, tametsi affecta jam ætate, esse debent. Utraque porro vita in illis adeo conjuncta est, ut quamvis carnem penitus abjecerint, vivant tamen, & una cum viventibus conversentur, ægrorum corporibus medicinam adhibentes, & supplicantium vota Deo offerentes, reliqua denique perinde ac in priore vita peragentes, nisi quod rebus necessariis non indigent, nec loco ullo circumscribuntur; sed omnes audiunt, & cum omnibus conversantur. Sunt apud illos crebræ & indefessæ genuum flexiones, ac rursus stationes laboriosæ, solo desiderio senectutem illorum & voluntariam infirmitatem recreante. Athletæ sunt carnis expertes, luctatores sanguine carentes: qui pro convivio ac deliciis jejunium habent, & pro mensa opipara, ut nihil quoad fieri potest, degustent. Quoties peregrinus ad eos quispiam advenerit, licet matutino tempore, singulari

ἀπαθῶς ἐθέλειν φιλοσοφεῖσθαι, κἂν παρὰ καπήλοις ἢ παλιγκαπήλοις δεῖσθαι, ὑπὲρ τόπου, ὑπὲρ πρόσωπον, οὐδέ τι τῶν πάντων ἐγκαλυπτόμενοι. καὶ βαλανείοις δὲ συχνοῖς ὁμιλοῦσι, τὰ πολλὰ γυναιξὶ συναυλιζόμενοι, καὶ συλλουόμενοι. οὕτω τῶν παθῶν ἐκβεβηκότες, ὡς καὶ τῆς φύσεως τυραννῆσαι, καὶ μηδὲ τῇ ὄψει, μηδὲ τῇ ἁφῇ, μηδὲ μιᾷ αὐτῇ τῇ ἐκπλοκῇ τοῦ θήλεος πρὸς τὸ ἴδιον ἀποκειθῆναι φύσιν· μὴ ἀνδρῶν δὲ, ἄνδρας εἶναι, μὴ γυναικῶν τε αὖ γυναῖκας, ἑκατέρας τε μετέχειν ἐθέλειν φύσεως, καὶ μὴ μιᾶς εἶναι. συνελόντι τοίνυν εἰπεῖν, ᾧ τούτῳ τῷ παναρίστῳ καὶ θεοφόρῳ βίῳ ἡ χρεὼν τῇ φύσει ἀντινομοθετεῖ, οἰκείους πεξαμένη νόμους, ὡς μηδενὸς αὐτοῖς τῶν ἀναγκαίων μεταδιδόναι ὅσα γε κορεσθῆναι. πεινῆν δὲ αὐτοῖς καὶ διψῆν ὁ σφῶν ἐγκελεύεται νόμος, ἐκτείνειν τε τὸ σῶμα τοσοῦτο μόνον, ὅσον ἡ ἀνάγκη βιάζεται. ὅπως τε αὐτοῖς ἡ δίαιτα ἀκριβέσιν ἀντιπαλαίεται ζυγοῖς, ὡς ἐκ μιᾶς μέτρου χωροῦσιν αὐτοῖς τὸ ῥοπὴν ἀνεπαίσθητον εἶναι, καὶ ταῦτά γε πολὺ διεστῶσαν. τοσοῦτον γὰρ αὐτοῖς τἀναντία κέκραται, τῆς θείας τὰ ἄμικτα συναγούσης, καὶ αὖ πάλιν διαιρούσης χάριτος, ὥστε ζωὴν καὶ ἑαυτοῖς καὶ νέκρωσιν συνοικεῖν, τἀναντία καὶ τῇ φύσει καὶ τοῖς πράγμασιν. ἔνθα μὲν γὰρ πάθος, νεκροὺς εἶναι δεῖ καὶ τῶν τάφων ἔσω· ἔνθα δὲ πρὸς Θεὸν ἱκετεία, ῥωμαλέους τὸ σῶμα, σφριγῶντας τὴν ἀκμὴν, κἂν ἔξωροι τὴν ἡλικίαν ὦσι. καὶ ὅπως αὐτοῖς ἑκάτερος συμπλέκεται βίος, ὥστε ἀμέλει καὶ τὴν σάρκα τέλεον ἀποθέμενοι, ζῶσιν ἀεὶ, καὶ τοῖς ζῶσι συναυλίζονται, καὶ σώμασί τε ἄκνη προσφέροντες καὶ ταῖς τῶν ἱκετευόντων φωναῖς τῷ Θεῷ προσάγοντες, τἆλλα ὁμοίως τῇ πρότερᾳ βιοτῇ διεκπελοῦντες, ὅσα μὴ τῶν ἀναγκαίων δεῖσθαι, ἢ τόπῳ περιορίζεσθαι· πάντων δὲ ἀκούειν, καὶ πᾶσι συγγίνεσθαι. εἰσὶ δὲ γονάτων αὐτοῖς συχναὶ καὶ ἀδιάκοποι κλίσεις, ἐπαναστάσεις τε σύμπονοι, μόνης τῆς ἐφέσεως ἀναζωπυρούσης αὐτοῖς τὴν ἡλικίαν, καὶ τὴν ἐκούσιον ἀσθένειαν· ἄσαρκοί τινες ἀθληταὶ, ἀναίμονες παλαισταὶ, οἵ γε πανδαισίαν τε καὶ τρυφὴν τὴν νηστείαν ἔχοντες, καὶ τράπεζαν ἄβρωτον τὸ μηδενὸς ὡς οἷόν τε ἅπτεσθαι. ὁπόταν ξένος παρ' αὐτοὺς ἀφίκηται κἂν ἐξ ἑωθινοῦ, οὕτω πάλιν

VALESII ANNOTATIONES.

1 Κἂν παρὰ καπήλεια ἢ παλιγκαπήλεια] Hunc locum ita vertit Christophorsonus. *Adeo etiam sine delectatione cibum capiunt, inque ea re tam austeram exercent disciplinam, ut sive ad cauponam, sive ad lupanar eos divertere cogat necessitas, nec locum refugiant, &c.* Secutus est sine dubio Christophorsonus expositionem Nicephori, qui hæc Evagrii verba ita reddidit. κἂν ἐν καπηλείῳ ἢ μαιρεπείῳ, εἰ τοῦτο δέοιτο δρᾶν, &c. Ego vero ex optimo codice Florentino hunc locum ita restitui, κἂν παρὰ καπήλοις ἢ παλιγκαπήλοις δέοιτο, &c. Quid sint παλιγκάπηλοι, & quid distent à καπήλοις, cunctis notum esse existimo. Quantum κάπηλος distat à mercatore, tantum à καπήλῳ distat παλιγκάπηλος. Glossæ veteres παλιγκάπηλον Latine dardanarium reddunt.

2 Ἀποκριθῆναι φύσιν] Non displicet conjectura doctorum virorum, qui ἀποκλιθῆναι emendarunt. Quam lectionem secutus est Christophorsonus, ut ex versione ejus apparet. Nicephorus tamen vulgatam scripturam retinuit,

3 Ἐκάτερος συμπλέκεται βίος] Joannes Langus de præsenti & futura vita hæc verba exponit. Sic enim Nicephori sui locum interpretatus est. *Vitam utramque illi, præsentem videlicet & futuram, ita complicant & conjungunt, ut carne, &c.* Ego vero per utramque vivendi rationem, sæcularem & monasticam hic intelligi existimo. Idque sequentia Evagrii verba manifeste confirmant. Sequitur enim τἆλλα ὁμοίως τῇ πρότερᾳ βιοτῇ διεκπλοῦντες.

4 Ὅσα μὴ τῶν ἀναγκαίων δεῖσθαι] Rectius apud Nicephorum legitur hoc modo, πλὴν ὅσα μὴ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς εἶναι ἢ τόπῳ περιορίζεσθαι. Quæ sic vertit Joannes Langus. *Itidem ut in priore vita degentes, præterquam quod rebus necessariis non indigeant, & loco nullo circumscribantur.*

5 Ἐπαναστάσεις τε σύμπονοι] Scribendum videtur συμπόνοι. Hæc enim duo vocabula frequenter inter se confundi in MSS. exemplaribus deprehendi.

ταῖς

ταῖς Φιλοφροσύναις καὶ τῇ Φιλοτησίᾳ δεξιουμένη, ἕτερον εἶδος νηστείας ὑπονοήσαντες τὸ αὖ μὴ βεβλόμενοι ἐαθίειν· ὡς ἔκπληξιν τὸ πρᾶγμα καθεστάναι, 1 πόσον ἐς τροφὴν αὐτάρκη δεόμενοι, ὕπω κομιδῇ βεβαχέσιν ἐγκειμένην· ἐχθροὶ τῶν ἰδίων βουλήσεων καὶ 2 τῆς φύσεως, ἕκδοτοι τοῖς τῶν πέλας θελήμασιν, ἵνα ἀφ' ἁπάντων αὐτοῖς τὸ ἡδὺ τῆς σαρκὸς ἐξωθεῖν, καὶ ψυχὴ διακυβερνᾷν, τὰ κάλλιστα καὶ Θεῷ ἀρέσκοντα νουνεχῶς ἐκλεγομένη τε καὶ φυλάττουσα. μακάριοι τῆς ἐνταῦθα διαίτης, μακαριώτεροι τῆς ἐντεῦθεν μεταβάσεως, εἰς ἣν ἀφ' ἁπάντων σπεύδουσι, 3 τὸν ποθούμενον αὐτοῖς ἰδεῖν ἐπειγόμενοι.

comitate ac benevolentia eum excipiunt, novum jejunandi genus commenti, ut scilicet inviti comedant. Adeo ut ea res stuporem omnibus incutiat, quod cum tot rebus ad victum sufficientem indigeant, tam paucis tamen contenti sint: propriæ voluntatis ac naturæ inimici, proximorum desiderio atque arbitrio mancipati: quo in rebus omnibus voluptas carnis abjiciatur, & anima gubernaculum teneat, optima quæque ac Deo placentia prudenter eligens atque conservans. Felices quidem ob vitam quam hic degunt: feliciores vero, ob migrationem ad alteram vitam: ad quam continuo anhelant, eum cujus amore flagrant, videre properantes. SÆC. V.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Ὅσα ἐδείματο ἡ βασιλὶς Εὐδοκία χτλ. Παλαισίνην, καὶ ἐπὶ τῷ ναῷ τῷ πρωτομάρτυρος Στεφάνου, ἔνθα καὶ ὁσίως ἐτάφη. ἐπὶ δὲ καὶ ἐπὶ τῷ τελευτῇ τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου.

CAPUT XXII.

De operibus ab Eudocia Augusta in Palæstina ædificatis, & de Ecclesia S. Stephani Protomartyris in qua religiose sepulta est. Item de morte Imperatoris Theodosii.

Πολλοῖς τοίνυν τοιούτοις ἐντυχοῦσα ἡ Θεοδοσίου σύμβιος, πολλὰ ὥς μοι λέλεκται, τοιαῦτα Φροντιστήρια δειμαμένη, καὶ μὴν καὶ τὰ τείχη πρὸς τὸ κρεῖττον Ἱεροσολύμων ἀνανεωσαμένη, καὶ τέμενος μέγιστον ἀνίσῃ, ἐξοχῇ τε καὶ κάλλει πρέπον, τοῦ πρώτου διακόνων τε καὶ μαρτύρων Στεφάνου, οὗπερ ἁγιώτατον Ἱεροσολύμων διεστώς· ἐν ᾧ καὶ τίθεται πρὸς τὸν ἀγήρω μεταχωρήσασα βίον. ἀμείψαντος δὲ μετὰ ταῦτα, ἢ καὶ ὥς πῃ δοκεῖ a τοῦ τῆς Εὐδοκίας, καὶ Θεοδοσίου τὴν βασιλείαν b ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα ἔτεσι, τούτῳ διακονησαμένου, Μαρκιανὸς ὁ πανάριστος τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἀναβάλλεται. ἃ δ' ἦν καὶ ὑπ' αὐτῷ πέπρακται τῶν ἐφ' ἡγεμονεύοντι, ἡ ἑξῆς βίβλος μάλα σαφῶς ἱστορεῖ ἅπασι, τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς τὴν οἰκείαν χορηγούσης βούλησιν.

Cum multis igitur ejusmodi viris Eudocia uxor Theodosii collocuta est, multaque, ut jam dixi, ædificavit monasteria. Cumque muros urbis Hierosolymitanæ instaurasset, templum splendore ac pulchritudine eximium in honorem primi omnium diaconi ac Martyris Stephani construxit; quod uno circiter stadio abest ab urbe. In quo etiam ipsa postmodum deposita est, cum ad immortalem vitam commigrasset. Cæterum cum Theodosius aliquanto post, vel, ut aliis placet, ante obitum Eudociæ è vivis excessisset, & imperium quod per annos octo ac triginta Deo ministraverat, cum æterna vita commutasset, præstantissimus Marcianus Imperii Romani administrationem suscepit. Quæ vero illo Orientis imperium gubernante gesta sint, sequens liber apertissime exponet, si divinum numen nobis opitulari voluerit. *Marcianus Imp.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πόσον ἐς τροφὴν δεόμενοι] Non dubito quin scribendum sit πόσων.

2 Τοῖς τῶν πέλας θελήμασιν] Hujus loci emendatio debetur codici Florentino, in quo diserte scribitur τοῖς τῶν πέλας θελήμασιν. Savilius quidem in suo codice hunc locum lineola subnotaverat, mendum scilicet hic subesse significans. Sed qua ratione locus emendandus esset, non viderat. Sed & Nicephorus vulgatam scripturam retinuit.

3 Πρὸς τὸν ποθούμενον] Magis placet Telleriani codicis scriptura, quæ est τὸ ποθούμενον, id enim mihi videtur elegantius.

VARIORUM.

a Περὶ τῆς Εὐδοκίας] Theodosius e vivis excessit anno 450. ut inter omnes convenit; mense Julio. *Pagius ad eum annum*, n. 8. Eudocia obiit anno Chr. 460. Mense Octobri. *Idem ad eum ann. n. 7.*

b Ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα ἔτη] Certe ab anno 408, quo obiit Arcadius, ad annum 450, sunt 42 anni. Regnavit itaque Theodosius solus annos 42. & menses tres, juxta rationes Cl. Pagi ad ann. 450. n. 8. *W. Lowth.*

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΔΕΥΤΕΡΩ ΤΟΜΩ ΤΗΣ
ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Εὐαγρίου.

ά Περὶ Μαρκιανοῦ βασιλέως, καὶ οἷα σύμβολα προηγήσαντο τὴν βασιλείαν αὐτοῦ μηνύοντα.

β′ Περὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου, καὶ πόθεν τὴν αἰτίαν τῆς συνελθύσεως ἔσχεν.

γ′ Ἔκφρασις τοῦ εὐκτηρίου οἴκου τῆς μεγαλομάρτυρος Εὐφημίας, τῆς ἐν Καλχηδόνι· καὶ διήγησις τῶν γενομένων ἐν αὐτῷ θαυμάτων.

δ′ Περὶ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ κινηθέντων καὶ τυπωθέντων, καὶ ὡς Διόσκορος ὁ Ἀλεξανδρείας καθῃρέθη· Θεοδώρητος δὲ καὶ Ἴβας, καὶ τινες ἕτεροι ἀνεκλήθησαν.

ε′ Περὶ τῆς γενομένης στάσεως ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, χάριν τῆς χειροτονίας Προτερίου, ὁμοίως καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις.

ϛ′ Περὶ τῆς γενομένης ἀνομβρίας, λίμου τε καὶ λοιμοῦ· ὅπως τε παραδόξως ἔν τισι χώραις αὐτομάτως ἡ γῆ τοὺς καρποὺς ἐβλάστησεν.

ζ′ Περὶ τῆς ἀναιρέσεως Οὐαλεντινιανοῦ καὶ ἁλώσεως Ῥώμης· καὶ περὶ ἑτέρων βασιλευσάντων αὐτῆς.

η′ Περὶ τοῦ θανάτου Μαρκιανοῦ, καὶ τῆς βασιλείας Λέοντος· καὶ ὡς οἱ τῶν Ἀλεξανδρέων αἱρεσιῶται τὸν Προτέριον ἀποσφάξασι· Τιμοθέῳ δὲ τῷ Αἰλούρῳ τὴν ἀρχιερωσύνην παραδίδασιν.

θ′ Περὶ τῶν ἐγκυκλίων Λέοντος βασιλέως.

ι′ Περὶ ὧν οἱ ἐπίσκοποι, καὶ Συμεὼν ὁ κιονίτης ἀντέγραψεν.

ια′ Περὶ τῆς ἐξορίας Τιμοθέου τοῦ Αἰλούρου, καὶ τῆς χειροτονίας Τιμοθέου τοῦ Σαλοφακιάλου. καὶ περὶ Γενναδίου καὶ Ἀκακίου, τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν.

ιβ′ Περὶ τοῦ γεγονότος ἐν Ἀντιοχείᾳ σεισμοῦ μετὰ ἔτη τριακόσια μζ′. τοῦ μετὰ Τραϊανόν.

ιγ′ Περὶ τοῦ ἐμπρησμοῦ τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει.

ιδ′ Περὶ καθολικῶν παθημάτων.

ιε′ Περὶ τοῦ γάμου Ζήνωνος, καὶ Ἀριάδνης.

ις′ Περὶ Ἀνθεμίου βασιλέως Ῥώμης, καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ βασιλέων.

ιζ′ Περὶ τοῦ τελευτῆς Λέοντος, καὶ βασιλείας τοῦ μικροῦ Λέοντος, καὶ αὖθις Ζήνωνος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

ιη′ Ἐπιτομὴ τῶν κινηθέντων ἐν τῇ εἰς Καλχηδόνα συνόδῳ, ἐν τῷ τέλει τοῦ δευτέρου τόμου τεθειμένη.

IN SECUNDO LIBRO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
Evagrii hæc continentur.

CAP. I. De Marciano Imperatore, & quæ ſigna Imperii ejus præceſſerint.
II. De Synodo Chalcedonenſi, & quam ob cauſam congregata ſit.
III. Deſcriptio templi magnæ martyris Euphemiæ in urbe Chalcedonenſi, & miraculorum quæ illic fiunt narratio.
IV. De iis quæ in Synodo agitata ſunt & ſancita: & quomodo Dioſcorus Alexandriæ Epiſcopus depoſitus ſit: Theodoritus autem & Ibas aliique nonnulli, reſtituti ſint.
V. De ſeditione quæ Alexandriæ facta eſt ob ordinationem Proterii: & de ea quæ contigit Hieroſolymis.
VI. De ſiccitate, & de fame ac peſte. Et quomodo in quibuſdam locis tellus ſua ſponte fructus ediderit.
VII. De cæde Imperatoris Valentiniani, & quomodo capta ſit Roma: & de Imperatoribus qui poſt Valentinianum regnarunt.
VIII. De obitu Marciani, & de Imperio Leonis: & quomodo hæretici Alexandriæ Proterium quidem occiderunt, Timotheum autem Ælurum Epiſcopum elegerunt.
IX. De circularibus litteris Leonis Auguſti.
X. De his quæ Epiſcopi & Symeones Stylita Leoni reſcripſerunt.
XI. De exilio Timothei Æluri, & de Ordinatione Timothei Salofacioli. Item de Gennadio & Acacio Conſtantinopolitanis Epiſcopis.
XII. De terræ motu qui contigit Antiochiæ, trecentis & quadraginta ſeptem annis poſt illum qui temporibus Trajani contigerat.
XIII. De incendio quod accidit Conſtantinopoli.
XIV. De Univerſalibus calamitatibus.
XV. De Nuptiis Zenonis & Ariadnæ.
XVI. De Anthemio Imperatore urbis Romæ, & de iis qui poſt illum imperarunt.
XVII. De morte Leonis, & de Imperio Leonis Junioris, & Zenonis patris ejuſdem.
XVIII. Compendium Actorum Synodi Chalcedonenſis, poſitum in fine libri ſecundi.

ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΕΩΣ Καὶ ἀπὸ ἐπάρχων, ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΤΟΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

EVAGRII SCHOLASTICI EPIPHANIENSIS Et ex præfectis, ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER SECUNDUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ Μαρκιανῦ βασιλέως, ϗ οἷα σύμβολα προηγήσαντο, τὴν βασιλείαν αὐτοῦ μηνύοντα.

CAPUT I.

De Marciano Imperatore, & quæ signa imperii ejus præcesserint.

Ἃ μὲν ἐπὶ τοῖς Θεοδοσίῳ γενέσθαι χρόνοις, τῇ πρώτῃ διεληπτάμεθα βίβλῳ. Φέρε δὲ Μαρκιανὸν ἐς μέσον ἄγοντες τ ἀοίδιμον Ῥωμαίων αὐτοκράτορα, πρότερον ἱστορήσωμεν, τίς τε ἦν ϗ ὅθεν, ϗ ὅπως τ βασιλείαν Ῥωμαίων ἀνεδήσατο· οὕτω τε τὰ ὑπ' αὐτῦ γεγενημένα ϗ τὰς ἰδίας ἀποθώμεθα χαράς. Μαρκιανὸς τοίνυν ὡς ἄλλοις τε πολλοῖς ϗ μὴν ϗ Πρίσκῳ ἱστορηϑ τῷ ῥήτορι, ἦν μ Θρᾴξ τὸ γένος, ἀνδρὸς γραπωτικοῦ παῖς· ὅς γε τῆς ϗ παλαιὸς βιοτῆς μεταλαχεῖν ἐπειγόμενος, ϖρὸς τ Φιλίππου πόλιν τὰς ὁρμὰς ἔσχεν, ἔνθα ϗ γραπωτικοῖς ἐδύνατο συντεταχθαι τάγμασιν. ἀνὰ δὲ τ ὁδὸν θεᾶται νεοσφαγὲς σῶμα ἐπὶ γῆς ἐῤῥιμμένον. ᾧ παρεστὼς, ἦν γὰ τά τε ἄλλα πανάριστος, ϗ ἐς τὰ μάλιστα φιλανθρωπότατος, ᾤκτειρε τὸ γεγονὸς, ϗ ἐπὶ πολὺ τ πορείαν ἐπεῖχε, τ εἰκότων μεταδοῦναι βυλόμενος. ἐπειδὴ δέ τινες τοῦτο τεθέαντο, ταῖς ὀν τῇ Φιλιππουπόλει προσήγγελλον ἀρχαῖς· αἱ τ Μαρκιανὸν ϖροσλαβεῖσαι, τὰ ϖερὶ τῆς μιαιφονίας ἀνηρώτων. ϗ δὴ τ ϖροχασμῶν, ϗ τ εἰκότων πλέον τ ἀληθείας ϗ τῆς γλώττης ἐχηκότων, τ φόνον τοῦ ἀνδρὸς ἀναιρουμένου, ϗ μιαιφόνῳ γε ποινὰς μέλλοντος ἀποτίσειν, θεία πις ἐξαπίνης ῥοπὴ τὸν μιαιφόνον ϖροδίδωσιν· ὃς τῷ κεφαλὴν ἀποθέμενος ποινὼ τοῦ δράματος, τῷ κεφαλιῷ τῷ Μαρκιανῷ χαρίζεται. οὕτως παραδόξως σωθεὶς, ἔν τινι τ αὐτόθι 2 ϖραιτωλικῶν τελῶν ἀφικνεῖτο, ἐν αὐτῷ παραγγέλλειν

Ea quæ Theodosii junioris temporibus gesta sunt, superiore libro complexi sumus. Jam vero Marcianum celebrem illum Romanorum Imperatorem, in medium producentes, primum exponamus quis & unde fuerit, & quonam modo ad imperium pervenerit. Deinde res ab illo gestas, suo loco ac tempore referemus. Igitur Marcianus, sicut cum ab aliis multis, tum à Prisco rhetore proditum est, oriundus fuit ex Thracia, patre militari. Qui cum paternum vivendi genus sequi cuperet, Philippopolim perrexit: ibi militaribus numeris adscribi se posse confidens. Dum vero iter faceret, offendit cadaver hominis recens cæsi, quod humi projectum jacebat. Cui adsistens; erat enim cum alia egregius, tum admirabili humanitate ac misericordia præditus; casum ejus miseratus est, satisque diu illic substitit, cupiens homini justa persolvere. Id factum conspicati quidam, retulerunt Magistratibus Philippopoleos. Qui mox comprehensum Marcianum de cæde hominis interrogarunt. Cumque conjecturæ & indicia plus quam veritas ipsa, & quam lingua rei cædem pernegantis valuissent, jamque Marcianus homicidii pœnas daturus esset, repente divina providentia cædis autorem prodidit. Qui capite suo pœnas sceleris persolvens, Marciani caput servavit. Hoc modo præter expectationem servatus, ad quemdam illic militarem numerum venit, ut in eo militiæ no-

Marciani origo.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πατρίσκῳ ἱστορηται τῷ ῥήτορι] Scribendum est Πείσκῳ ut legitur in codice Telleriano, & apud Nicephorum in lib. 15. Hic est Priscus ex cujus Historiarum libris excerptas legationes habemus.

2 Ἐν αὐτῷ παραγγέλλειν βυλόμενος] Recte Musculus vertit, *ut in eo militiæ nomen daret.* Non quod παραγγέλλειν ad verbum, idem sit ac nomen dare: Nam παραγγέλλειν proprie significat petere atque ambire. Sic Dio-

SÆC. V.

men daret. Illi hominem admirati, & magnum ac præpotentem quandoque futurum certissimis conjecturis augurati, eum libentissime susceperunt, atque in suum numerum cooptarunt, non tamen postremo loco, ut militaris lex postulat: sed in quodam gradu militis recens defuncti, cui nomen erat Augustus, Marcianum qui & Augustus, adscripserunt in albo militari. Adeo ut Marcianus nomine suo prævenerit appellationem Imperatorum nostrorum, qui nuncupationem Augustorum simul cum purpura induunt. Prorsus quasi nomen in illo permanere noluerit absque dignitate, nec dignitas aliud nomen quo ipsa exornaretur requisierit. Ita ut idem nomen, & proprium illi, & appellativum extiterit, uno eodemque vocabulo dignitatem illius & nomen designante. Accidit præterea aliud quidpiam, ex quo conjicere licuit Marcianum aliquando imperaturum esse. Nam cum sub Aspare militaret adversus Vandalos; Romanis ingenti prœlio victis, ipse una cum aliis pluribus captus, & in campum perductus est cum reliqua multitudine captivorum, quam Geisericus spectare cupiebat. Qui cum in unum collecti essent, Geisericus in solario sedens, tantæ captivorum multitudinis spectaculo se se oblectabat. Porro cum tempus extraheretur, singuli pro arbitratu suo libere agebant: Nam Custodes mandatu Geiserici, captivos vinculis absolverant. Atque alii quidem ex captivis aliud quidpiam agebant: Marcianus vero humi procumbens, sub sole ferventi, & plus quam tempestas anni ferebat torrido, dormiebat. Tum aquila superne adveniens, volatu soli perpendiculariter oppositο, instar cujusdam nubis, umbram illi fecit, eumque hoc facto non mediocriter refrigeravit. Quo miraculo obstupefactus Geisericus, statim quid eventurum esset conjecit: accitumque ad se Marcianum libertate donavit, gravibus prius sacramentis eum adstringens, ut postquam imperium adeptus esset, fidem servaret Vandalis, nec adversus eos expeditionem moveret. Quod quidem à Marciano reipsa servatum fuisse Procopius scribit. Verum relictis diverticulis, ad propositum redeamus. Fuit Marcianus, erga Deum quidem pius: in subditos autem justissimus. Divitias veras existimans, non eas quæ reconditæ sunt, aut quæ ex tributis colliguntur: sed eas solum quæ indigentium penuriam sublevare possint, & locupletibus tutas ac securas opes suas præstare. Formidabilis, non tam propterea quod puniret, quam quod metuebatur ne puniturus esset. Itaque imperium, non quidem hereditario

Marcianus à Vandalis captus.

Marciani laudes.

βελόμενος. οἱ τ' ἄνδρα θαυμάσαντες, μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον εἰκότως τεκμηράμενοι, ἥδιστα προσεδέξαντο, καὶ σφίσιν αὐτοῖς ἐγκαταλέγουσιν, ὅπερ ἔφατον, ὡς ὁ στρατιωτικὸς ἐθέλει νόμος· ἐς δέ τινα βαθμὸν ἅρτι τετελευτηκότος ἀνδρὸς, Αὔγουστος ὄνομα τούτῳ, Μαρκιανὸν τ' καὶ Αὔγουστον ἐς τὴν στρατιὰν ἐγγράψαντες· ὡς φθάσαι τοὔνομα τ' προσηγορίαν τ' ἡμετέρων βασιλέων, τὸ καλεῖσθαι Αὔγουστοι μετὰ τῆς ἁλουργίδος προσβαλλομένων. ὥσπερ οὐκ ἀναχωρούσης τῷ ὀνόματος ἐπ' αὐτῷ χρεὶς τ' ἀξίας μείναι, μηδ' αὖ πάλιν τῆς ἀξίας ἕτερον ὄνομα ζητησάσης ἐς σημειολόγημα· ὥστε κύριον, καὶ προσηγορικὸν τὸ αὐτὸ καθεστάναι, ἀφ' μιᾶς κλήσεως, τ' τε ἀξιώσεως τῆς τε προσηγορίας σημαινομένων. καὶ ἕτερον ἂν συνέπεσε τ' βασιλείαν τῷ Μαρκιανῷ τεκμηριῶσαι δυνάμενον. ἐπειδὴ γὰρ Ἀσπάρι συνεστράτευσε κατ' Βανδίλων, δορυάλωτος τε γέγονε σὺν ἑτέροις πλείοσι, πρὸς πολὺ τ' Βανδίλων ἡττηθέντος καὶ Ἄσπαρος, ἀνὰ τὸ πεδίον ἤχθη μετ' τ' ἄλλων ἀνδραπόδων, Γιζερίχου τὸν ζωγρηθέντας ἰδεῖν βουληθέντος· οἵπερ ἐπειδὴ ἠλίσθησαν, ἔν τινι τ' ὑπερῴων ὁ Γιζέριχος καθῆστο, τῷ πλήθει τ' ζαγνυθθέντων ἡδόμενος. καὶ ᾗ καιρὸς τελοῖτο, ὡς ἂν ἑκάστοις ἐδόκει, διετέλουν· ἀνεῖσαν γὰρ οἱ Φύλακες τὰ δεσμὰ, Γιζερίχου προστάξαντος. ἄλλος μὲν οὖν ἄλλο τι ἐπετήδευε. Μαρκιανὸς δὲ καθεὶς ἑαυτὸν ἐς τὸ πεδίον, ὑπὸ τῷ ἡλίῳ ἐκάθευδε, θέρμῃ τε ὄντι καὶ διαπύρῳ πρὸς τὴν ὥραν τοῦ ἔτους. ἀετὸς δὲ τῆς ὑπερθεν ἐπιστὰς, καὶ κατὰ κάθετον τῷ ἡλίῳ ἀντιμέτωπον τ' πτῆσιν ποιησάμενος νεφέλης δίκην σκιὰν, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ψυχρὰν τῷ Μαρκιανῷ ἐπεχάσατο. ὡς θαυμάσαντα Γιζέριχον, συμβαλεῖν θύραθεν τὰ ἐσόμενα, μεταπεμπόν τε τὸν Μαρκιανὸν ποιησάμενον ἀφεῖναι τῆς αἰχμαλωσίας, ὅρκοις δεινοῖς καταφαλισάμενον, ἢ μὴν τὰ πρὸς Φυλάξειν Βανδίλοις ἐς βασιλείαν παιόντα, καὶ ὅπλα καθ' αὐτῶν μὴ κινεῖν· καὶ Φυλάξαι τὸν Μαρκιανὸν ἐπὶ τοῖς ἔργοις, ὁ Προκόπιος ἱστορεῖ. ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανίωμεν, τὴν ἐκτροπὴν ἐάσαντες. ὁ Μαρκιανὸς τὰ πρὸς Θεὸν εὐσεβὴς, τὰ πρὸς πολιτευομένους δίκαιος· πλοῦτον ἡγούμενος οὐ τὸν ἀπόθετον, οὐδὲ μὴν τὰ ἀπὸ δασμολογιῶν συμφορούμενον· ἕνα δὲ μόνον τὸν τοῖς δεομένοις ἐπαρκεῖν δυνάμενον, καὶ τοῖς πολλὰ κεκτημένοις ἀσφαλῆ παρέχειν τὸν πλοῦτον. φοβερὸς οὐκ ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι, ἀλλ' ἐν τῷ τιμωρήσεσθαι· δι' ἃ καὶ τ' ἀρχὴν ἆθλον ἀρετῆς, ἣ κληρονομίαν ἔσχε, τῆς τε

VALESII ANNOTATIONES.

nysius Halicarnasseus in libro XI sub finem, παραγγέλλειν τὴν ἀρχὴν dicit, quod est ambire magistratum. Apianus vero παραγγέλλειν εἰς τὴν ἀρχὴν solet dicere. Sic & vetus Auctor apud Suidam in voce παραγγέλλονδας. Solebant autem Candidati cum magistratum peterent, nomen suum profiteri. Joannes Langus militare sacramentum dicere interpretatur. Quod minus probo. Nam παραγγελία est album militare, in quod nomina singulorum militum referebantur. Vegetius in lib. 2. cap 5. matriculam vocat. Evagrius infra in hoc capite παραγγελίαν usurpat hoc sensu: Μαρκιανὸν τὸν ἐξ Αὔγουστον ἐς τὴν παραγγελίαν ἐγγράψαντες. Porro militum nomina prius matriculis inserebantur, quam sacramentum dixissent, ut testatur Vegetius ibidem. Eadem voce utitur Candidus Isaurus in lib. 1. Historiarum, de Leone ita scribens, ὃς ἦν ἐκ Δακίας μὲν τῆς ἐν Ἰλλυρίοις, στρατιωτικῷ παραγγελίας τάγματι. [Et Joannes Lydus in libello de Mensibus, quem MS. habeo, in Mense Decembri de dupondiis seu tyronibus ita scribit: διπονδίους δὲ αὐτοὺς ἐκάλουν ἀπὸ τῶν ἅρπ παραγγελλόντων ἐν στρατείᾳ.]

1 Ὁ Προκόπιος ἱστορεῖ] Verba Procopii quæ hic designat Evagrius, exstabant olim in lib. primo Vandalicorum. Sed hodie desiderantur in editione Augustana pag. 96. Illic enim lacuna est post verba illa ἅρᾳ θέρμῃ ἀχθόμενοι.

γερουσίας

γερουσίας τῶν τε ἄλλων τῶν πᾶσαν πληρούντων τύχιν, ἁπάσαις ψήφοις τὴν βασιλείαν αὐτῷ
a ἁρμοζομένων, γνώμῃ Πουλχερίας· a ἣν ἡ ἐσάκισατο μὲν ὡς βασιλίδα· ἡ μὲν ἔγνω, ἀείπαιδος ἐκείνης μέχρι γήρως μενούσης. γέγονε δὲ ταῦτα, οὔπω μὲν Οὐαλεντινιανοῦ τῆς τῆς Ῥώμης αὐτοκράτορος τὴν ψῆφον ἐπικυρώσαντος· ὅμως δ' οὖν ἀφ' ἑτοίμου ἐπιψηφίσαντος. ἠβούλετο δὲ ὁ Μαρκιανὸς καὶ τῷ Θεῷ κοινὸν παρὰ πάντων σέβας προσάγεσθαι, τῶν ἀφ' ἑτοίμου ἀσέβειαν συγχυθεισῶν γλωττῶν αὖθις εὐσεβῶς ἑνουμένων, καὶ ἀφ' μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς δοξολογίας τὸ θεῖον γεραίρεσθαι.

jure, ſed præmium virtutis adeptus eſt: cum Senatus & omnes omnium Ordinum viri, communi conſenſu hunc ei honorem detuliſſent, ſuaſu Pulcheriæ. Quam ille, ut pote Auguſtam, uxorem quidem duxit: nunquam tamen cum ea rem habuit, quippe quæ in perpetua virginitate ad obitum uſque permanſerit. Atque hæc geſta ſunt, antequam Valentinianus qui Romæ imperabat, electionem illam ſuo ſuffragio comprobaſſet. Quam tamen ille, ob virtutem Marciani, poſtea confirmavit. Porro Marciano id maxime in votis erat, ut unus idemque cultus ab omnibus exhiberetur Deo, linguis quæ per impietatem confuſæ fuerant, rurſus pie unitis: utque divinum numen una eademque glorificatione laudaretur.

Marciani cum Pulcheria connubium.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου, καὶ πόθεν τὴν αἰτίαν τῆς συνελεύσεως ἔσχεν.

CAPUT II.

De Synodo Chalcedonenſi, & quam ob cauſam congregata ſit.

ΠΡοσίασι τοίνυν αὐτῷ ταῦτα βουλομένῳ, οἵ τε Λέοντος τοῦ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπισκόπου ἀφικνούμενοι ταῖς ἀποκρίσεσι, φάσκοντες Διόσκορον ἀνὰ τὸ δεύτερον ἐν Ἐφέσῳ συνέδριον, μὴ δέξασθαι τὸν Λέοντος τόμον, ὀρθοδοξίας ὅρον τυχάνοντα· οἵ τε παρ' αὐτῆς Διοσκόρου καθυβρισθέντες, τὰ κατ' σφᾶς ἱκετεύοντες συνοδικῶς κριθῆναι. παρώτρυνε δὲ μάλιστα Εὐσέβιος ὁ τῆς Δορυλαίου γενόμενος
1 ἐπίσκοπος, φάσκων ἐπιβουλεύεσθαι Χρυσαφίου τοῦ Θεοδοσίου ὑπασπιστοῦ, αὐτόν τε καὶ Φλαβιανὸν καθαιρεθῆναι, διότι χρυσίον τῷ Χρυσαφίῳ ζητοῦντι, ὁ Φλαβιανὸς ἐπὶ τῇ οἰκείᾳ χειροτονίᾳ, ἐς ἐνδοπὴν
2 a ἱερὰ πέπομφε σκεύη, καὶ ὅτι παραπλήσιος τὴν κακοδοξίαν Εὐτυχεῖ καθεστήκοι ὁ Χρυσάφιος. ἔλεγε δὴ τὸν Φλαβιανὸν καὶ δεινοπαθῶς ἀναιρεθῆναι, πρὸς Διοσκόρου ὠθούμενόν τε καὶ λακτιζόμενον. ἐξ ὧν
b b ἡ ἐν Καλχηδόνι σύνοδος ἀλίζεται, ἀγγελιῶν τε καὶ ἀγγελιαφόρων πεμφθέντων, καὶ τῶν ἑκάστου ἱερέων εὐσεβέσι γράμμασι κληθέντων, πρῶτα μὲν ἐν Νικαίᾳ· ὡς καὶ τὸν Ῥώμης πρεσβύτερον Λέοντα τοῖς ἐν Νικαίᾳ συνελθοῦσιν ἐπιγράψαι, ἐς αὐτοὺς ἐπιστέλλοντα, εἰ ὧν ἐς τὸν οἰκεῖον πέπομφε τόπον, Πασκασιανοῦ καὶ Λυκενσίου καὶ λοιπῶν· ὕστερον δὲ
3 ἐν Καλχηδόνι τῆς Βιθυνῶν χώρας. καὶ 3 Ζαχαρίας μὲν ἐμπαθῶς ὁ Ῥήτωρ καὶ Νεστόριον ἐκ τῆς ὑπεροχίας

CUM hæc in votis haberet, accedunt ad illum, tum reſponſales Leonis Romanæ urbis Epiſcopi, affirmantes Dioſcorum in ſecundo Epheſino Concilio non ſuſcepiſſe Epiſtolam Leonis, quæ doctrinam veræ fidei continebat: tum ii quos idem Dioſcorus injuria affecerat, ſupplicantes ut ipſorum cauſa in Epiſcopali Concilio judicaretur. Sed præ cæteris urgebat Euſebius, Epiſcopus quondam Dorylæi, aſſerens ſe ac Flavianum inſidiis Chryſaphii protectoris Theodoſii depoſitos eſſe, eo quod Flavianus Chryſaphio aurum pro ordinatione ipſius poſtulanti, ad pudorem ei incutiendum ſacra vaſa miſiſſet: Et quod Chryſaphius in doctrina fidei cum Eutyche conſentiret. Aiebat præterea Flavianum à Dioſcoro pulſum & calcibus appetitum, miſerabili modo interfectum eſſe. His de cauſis Synodus Chalcedone congregata eſt, cum nuntii ac tabellarii miſſi fuiſſent; & ſingularum urbium Epiſcopi literis piiſſimi Imperatoris acciti eſſent, primum quidem Nicæam: adeo ut Romanus Epiſcopus Leo cum ad eos ſcriberet de Legatis quos ad Concilium miſerat, Paſchaſino ſcilicet, Lucentio ac reliquis, literas ſuas inſcriberet ad Epiſcopos qui Nicææ convenerant; poſtea vero Chalcedonem. Et Zacharias quidem Rhetor Neſtorio favens, ab exſilio eum ipſum mitteret. Cumque Flavianus mundos panes miſiſſet benedictionis nomine, Chryſaphium reſpondiſſe, aureas Eulogias principem poſtulare. Tum vero reſcripſiſſe Flavianum, pecunias ſe quas mitteret non habere, niſi ſacra Eccleſiæ vaſa pecuniæ loco offeret. Atque ea res, ut ait Theophanes, inter Chryſaphium & Flavianum graviſſimam ſimultatem excitavit.

Synodi cauſa.

Legati Ep. Rom.

Zacharias Rhetor.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Χρυσαφίου τοῦ Θεοδοσίου ὑπασπιστοῦ] Ita etiam Priſcus Rhetor in excerptis legationum Chryſaphium appellat. Auctor Chronici Alexandrini eum Spatharium vocat. Sic etiam dicitur in geſtis de nomine Acacii, quæ edidit Jacobus Sirmundus.

2 Ἱερὰ πέπομφε σκεύη] Theophanes in Chronico ſcribit Theodoſium juniorem, qui tum Chalcedone degebat, impulſu Chryſaphii mandaſſe Flaviano recens ordinato Conſtantinopolis Epiſcopo, ut pro ordinatione ſua Eulogias ad

3 Ζαχαρίας μὲν ἐμπαθῶς ὁ Ῥήτωρ] Zacharias Rhetor Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſcripſit ab exordio Marciani Im-

VARIORUM.

a Ἣν ἡ ἐσωκίσατο] *Duxit* Marcianus *Pulcheriam Auguſtam Theodoſii Imperatoris ſororem, virginem annos natam quatuor & quinquaginta:* inquit auctor Chronici Alexandrini. Pagius tamen oſtendit, Pulcheriam annum ætatis quinquageſimum ſecundum non abſolviſſe, ineunte Imperium Marciano, quando hæc acta ſunt, anno Chr. 450.

b Ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος] Concilium Chalcedonenſe II. Oecumenicum IV. anno Chr. 451. VIII Idus Octob. inchoatum, Kalendis Novembris abſolutum. Aderant, ut ex Veterum auctoritate conſtat, antiſtites DC. In ea Hæreſis Eutychiana damnata. Vid. Ant. Pagi & Guil. Cave ad ann. 451.

Sæc. V.

ad Conciliuṁ evocatum eſſe dicit. Sed rem aliter ſe habere ex eo liquet, quod Neſtorius in illa Synodo paſſim anathemate damnatus eſt. Idem etiam diſerte teſtatur Euſtathius Epiſcopus Beryti, in literis quas ad Joannem Epiſcopum & ad alterum Joannem presbyterum de rebus in Synodo geſtis ſcripſit his verbis. Occurrentes denuo ii qui Neſtorii reliquias poſtulabant, contra Synodum vociferati ſunt: qua de cauſa viri ſancti anathemate damnantur? Adeo ut Imperator indignatione commotus, protectoribus ſuis mandaverit ut eos procul expellerent. Quomodo igitur Neſtorius evocatus ſit, qui jampridem è vivis exceſſerat, equidem non video.

Euſtathius Beryti Ep.

μετάπεμπτον γενέσθαι φησί. τὰ δέ γε μὴ ταῦθ' οὕτως ἔχειν, τεκμηριοῖ τὸ πανταχοῦ τῆς συνόδου τοῦ Νεστορίου ἀνατεθεματίσθαι. δηλοῖ δὲ σὺν μάλα καὶ Εὐσάθιος ὁ τῆς Βηρυτῶν ἐπίσκοπος, γεγράφων πρὸς Ἰωάννην ἐπίσκοπον, καὶ πρὸς Ἰωάννην ἕτερον πρεσβύτερον, περὶ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ κεκινημένων, ἐπὶ λέξεως ὧδε. ὑπαντήσαντες δὲ πάλιν οἱ ζητοῦντες Νεστορίου τὰ λείψανα, τῆς συνόδου κατεβόων· οἱ ἅγιοι λέγουσι ἀναθεματίζονται; ὡς ἀγανακτήσαντα τὸν βασιλέα τοῖς δορυφόροις ἐπιτρέψαι, μακρὰν αὐτοὺς ἀπελάσαι. πῶς οὖν ὁ Νεστόριος μετεκαλεῖτο, τί ἐντεῦθεν μεταξὺ, οὐκ ἔχω λέγειν.

CAPUT III.

Deſcriptio templi magnæ Martyris Euphemiæ in urbe Chalcedonenſi: & miraculorum quæ illic fiunt narratio.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ἔκφρασις τοῦ νεκτηρίου οἴκου τῆς μεγαλομάρτυρος Εὐφημίας, τῆς ἐν Καλχηδόνι· καὶ διήγησις τῶν γινομένων ἐν αὐτῷ θαυμάτων.

De Euphemia Socr. p. 316. n. a.

CONGREGANTUR itaque in Baſilica Euphemiæ Martyris, Chalcedone, quæ urbs eſt provinciæ Bithyniæ. Diſtat autem hæc Baſilica à Boſporo duobus circiter ſtadiis, ſita in loco quodam amœno & molliter acclivi: adeo ut qui in Martyris templum aſcendunt, nullum ambulationis laborem ſentiant, ſed repente ſublimes appareant, intra ipſam Baſilicam conſiſtentes. Ex qua, tanquam è ſpecula, oculos demittentes, ſubjectos campos cernunt in planitiem porrectos, viridi gramine veſtitos, ac ſegetibus veluti fluctuantes, atque omni arborum genere exornatos: montes præterea ſilvoſos, ſenſim ſe ſe attollentes atque incurvantes. Diverſa denique maria: hæc quidem ſerenitate renidentia, & litoribus ſuaviter ac placide alludentia: ubi ſcilicet tranquilla ſunt loca, abſque ventis ac tempeſtatibus. Alia vero æſtuantia & fluctibus infrementia, cochleas, algam, & ex teſtaceis leviſſimos quoſque piſciculos reciproco æſtu deferentia ac denuo retrahentia. Porro templum ipſum ſitum eſt è regione Conſtantinopoleos: adeo ut tantæ urbis aſpectu templum non mediocriter venuſtetur. Conſtat autem ex tribus ampliſſimis ædibus. Prima eſt ſub dio, longo atrio & columnis undique exornata. Poſt hanc altera, longitudine ac latitudine, & columnis propemodum ſimilis: hoc uno diſcrepans, quod culmen habet impoſitum. In cujus Boreali latere ad ortum ſolis, ædes eſt rotunda in modum teſtudinis, admodum artificioſe elaborata, columnis & materia & magnitudine inter ſe paribus in-

ΑΛίζονται τοίνυν ἀνὰ τὸ ἱερὸν τέμενος Εὐφημίας τῆς Μάρτυρος· ὅθεν ἵδρυται μὲν ἐπὶ τῆς Καλχηδονέων τῆς Βιθυνῶν ἔθνους· ἀπέχει δὲ τῆς Βοσπόρου σταδίοις ὡς πλείοσι δυσί, ἔν τινι τῶν ὑφῶν χωρίων ἠρέμα προσάντει· ὥστε τοὺς ἐπὶ πάτους ἀνεπαισθήτους εἶναι τοῖς εἰς τὸν νεὼν ἀπιοῦσι τῆς μάρτυρος, ἐξαπίνης τε μετεώρους εἶναι εἴσω τῶν ἀναχτόρων γενομένοις. ὥστε τὰς ὄψεις ἐχέοντας ἐκ θεωπῆς, ἅπαντα θεωρεῖν ὑπεστρωμένα πεδία, ὁμαλῆ καὶ ὕπλια τῇ πόᾳ χλοάζοντα, λιήοις τε κυμαινόμενα, καὶ παντοδαπῶν δένδρων τῇ θέᾳ ὡραϊζόμενα· ὄρη τε λάσια ἐς ὕψος ὑπρεπῶς μετεωριζόμενά τε καὶ κυρτούμενα· ἄπας καὶ πελάγη ἀφρόεντα, τὰ μὲν τῇ γαλήνῃ πορφυρούμενα, καὶ ταῖς ἀκταῖς προσπαίζοντα ἡδύ τε καὶ ἥμερον, ἔνθα νήνεμα τὰ χωρία καθεζᾶσι· τὰ δὲ παφλάζοντά τε καὶ τοῖς κύμασιν ἀγριαίνοντα, κάχληκάς τε καὶ Φυκία καὶ τῶν ὀστρακοδέρμων τὰ κουφότερα μετὰ τῆς ἀνταναπλάσεως τῶν κυμάτων αὐτῆς ἀναστρέφοντα. ἀντικρὺ δὲ τῆς Κωνσταντίνου τὸ τέμενος· ὥστε καὶ τῇ θέᾳ τῆς τοσαύτης πόλεως, τὸν νεὼν ὡραΐζεσθαι. τρεῖς δ' ὑπερμεγέθεις οἶκοι τὸ τέμενος· εἷς μὲν ὑπαίθριος, ἐπιμήκει τῇ αὐλῇ καὶ κίοσι πάνυθεν κοσμούμενος· ἕτερός τε αὖ μετὰ τοῦτον τό τε θῦρος τό τε μῆκος, τούς τε [2] κίονας μικρῷ παραπλήσιος· μόνον δὲ τῷ ὑπκειμένῳ ὀρόφῳ διαλλάττων. ὃς κατὰ τὸν Βόρειον πλευρὸν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, οἶκος προφερὴς [a] ἐς θόλον δὴ μάλα τεχνικῶς ἐξησκημένος κίοσιν, ἴσοις τὸν ὕλιν, ἴσοις τὰ μεγέθη

VALESII ANNOTATIONES.

peratoris, ut ex hoc loco conjicere licet, uſque ad Principatum Anaſtaſii. Scripſit autem non ſincere atque moderate, quemadmodum Hiſtoriam ſcribere decet, ſed gratia atque odio corruptus, hoc eſt ἐμπαθῶς ut ait Evagrius. Idem de eo teſtatur in lib. 3. cap. 7, his verbis. καὶ ταῦτα μὲν ἃ φησιν ἀντεγκύκλια, παρῆκεν, ἐμπαθῶς τὴν ὅλου πραγματείαν συγχέας. Sed & in cap. XVIII. ejuſdem libri, eumdem Zachariam negligentiæ arguit.

1 Μεταπεμπτὸν γενέσθαι] In Manuſcripto codice Florentino hic locus integrior legitur hoc modo: ἐκ τῆς ὑστεροῦς μεταπεμπτὸν γενέσθαι φησί.

2 Κίονας μικροὺς παραπλησίους] Hunc locum correxi ex Manuſcripto codice Florentino in hunc modum μικροῦ παραπλήσιον. Nicephorus tamen vulgatam lectionem ſecutus eſt. In Telleriano codice ſcriptum inveni μικρῷ παραπλήσιος.

VARIORUM.

a Ἐς θόλον] Harpocration ait, *Tholum* ab Athenienſibus vocari locum ubi Prytanes convivantur: à quibuſdam vero σκιὰς, à rotunda ædificii forma, quæque pilei inſtar eſt. ab Italis dicitur *cuppalo*.

καθε-

1 καθεζῶσιν, ἔνθεν κυκλούμενος. [1]ὑπὸ τούτοις, ὑπαι-
θρόν τι μετεωρίζεται τοῦ τ αὐτοῦ ὀροφήν. ἐς ὃν
καὶ ἔστιν ὅτε ἐξῆν τοῖς βουλομένοις ἱκετεύειν τε τ μάρ-
τυρα, καὶ τοῖς τελουμένοις παρεῖναι. εἴσω δὲ ἰόντι
2 πρὸς τὰ ἑῷα, [2]θυρεπής ἐστι σηκὸς, ἔνθα τὰ παν-
άγια τῆς μάρτυρος ἀπόκειται λείψανα ἔν τινι σορῷ
3 τ ὀπιμήκων, [3]μακρὰν ἔνιοι καλοῦσιν, ἐξ ἀργύρου
δὴ μάλα σοφῶς ἠσκημένῃ. καὶ ἃ μὲν ὑπὸ τῆς παναγίας ἐπί τισι χρόνοις θαυματουργεῖται, πᾶσι χριστιανοῖς ἔκδηλα. πολλάκις γὰρ ἡ τοῖς κτ καιρὸν τ αὐτὴν ἐπισκοποῦσι πόλιν ὄναρ ἐπιστᾶσα ἀφικνεῖται, ἢ καί τισι τῶν ἄλλως ἐς βίον ἐπισήμων
4 παραγινομένοις [4]αὐτῇ κτ τὸ τέμενος τρυγᾶν. ὅθεν ἐπειδὴ τοῖς τε βασιλεῦσι, τῷ τε ἀρχιερεῖ καὶ τῇ πόλει κατάδηλον ἦν, φοιτῶσι κτ τὸν νεὼν, οἵ τε τὰ σκῆπτρα, οἵ τε τὰ ἱερὰ καὶ τὰς δεχὰς διέποντες, ἅπας τε ὁ λοιπὸς ὅμιλος, μετασχεῖν τ πλουμένων βουλόμενοι. πάντων τε ἤδη ὁρώντων ὁ τ Κωνσταντίνου πρόεδρος μετ τ ἀμφ' αὐτὸν ἱερέων, εἴσω τ ἀναχώρων χωρεῖ, ἔνθα τὸ λελεσμένον μοι παν-
5 άγιον ἀπόκειται σῶμα. [5]ἔστι δέ τι κλειθρίδιον μικρὸν κτ τ αὐτοῦ σορὸν ἐν τῷ λαιῷ μέρει. θύρις μικρῆς κατησφαλισμένον, ὅθεν σίδηρον ὀπιμήκη κτ τὰ παν άγια λείψανα σπόγγον προσαρτήσαντες ἐπαφιᾶσι, καὶ τ σπόγγον προσιέντες, ἐς ἑαυτοὺς τὸν σίδηρον ἀνέλκουσιν, αἱμάτων πλήρη, θρόμβων τε πολλῶν. ὅθεν ἐπὰν ὁ λεὼς ἴδοι, αὐθέως προσκύνησε τ Θεὸν γεραίρων. τοσαύτη ἢ καθέστηκε τῶν ἐνφερομένων ἡ πληθὺς, ὥστε καὶ τοὺς εὐσεβεῖς βασιλεῖς, καὶ πάντας τοὺς ἁλιζομένους ἱερέας, καὶ μὴν καὶ πάντα τ ἀθροιζόμενον λεών, πλησίως τ ἀναδιδομένων μεταλαμβάνειν, ἐκπέμπεσθαί τε καὶ ἀνὰ τ ὑφήλιον πᾶσαν τ πιστῶν τοῖς βουλομένοις, καὶ διὰ παντὸς τούς τε θρόμβους σώζεσθαι, τό τε πανάγιον

terius circumdata. Super his cœnaculum est sublime, sub eodem culmine. Ex quo licet iis qui voluerint, Martyri supplicare, & sacris intereſſe myſteriis. Intra teſtudinem vero ad orientem ſolem tumulus eſt magnificus, in quo ſanctæ Martyris reliquiæ jacent in arca quadam oblonga reconditæ, quam nonnulli μακρὰν vocant, ex argento pulcherrime fabricata. Ac miracula quidem quæ ſubinde patrantur à ſanctiſſima Martyre, nota ſunt omnibus Chriſtianis. Frequenter enim aut Epiſcopis illius civitatis, aut viris pietate illuſtribus qui ad ipſius baſilicam advenerint, in ſomnis apparens, præcipit ut in templo vindemient. Quod ubi tum Imperatori, tum Patriarchæ, totique civitati innotuit, ſtatim omnes ad Baſilicam pergunt, tam Auguſti ſcilicet, quam pontifices & magiſtratus, & reliqua populi multitudo, ut ſacrorum myſteriorum participes fiant. Cunctis deinde ſpectantibus, Epiſcopus urbis Conſtantinopolitanæ una cum ſuis ſacerdotibus in ſacrarium ingreditur, in quo ſacrum illud de quo dixi, corpus depoſitum eſt. In eadem arca foramen eſt exiguum in læva parte, parvis quibuſdam oſtiolis obfirmatum. Per quod, ferrum oblongum cui ſpongia adnexa eſt, uſque ad ſacras reliquias demittunt. Et poſtquam ſpongiam hac illac verſaverint, ferream virgam ad ſe retrahunt, cruore plenam & coagulato ſanguine. Quod ubi populus viderit, confeſtim Deum cum laudibus adorat. Tanta autem eſt cruoris qui illinc extrahitur copia, ut non ſolum piiſſimi Imperatores, & Sacerdotes illic congregati, univerſa denique populi multitudo ibidem collecta, abunde ex eo accipiant: ſed & fidelibus quicumque cupierint, per univerſum terrarum orbem guttas ejus mittant. Porro coagulatus ille ſanguis perpetuo durat,

Euphemiæ corpus.

SÆC. V.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὑπὸ τούτοις ὑπαιθρῶον] Mirum eſt Interpretes mendum hujus loci non animadverſiſſe: quis enim ſenſus eſt horum verborum? *Sub his columnis tabulatum eſt ſublime*, &c. quemadmodum vertit Chriſtophorſonus. Omnino ſcribendum eſt ἐπὶ τούτοις, ut legitur apud Nicephorum in loco ſupra citato. Verba Nicephori ſunt ἐφ' οἷς ὑπαιθρόν τι, &c. Quæ Langus ita vertit: *Super quibus porticus ſublimis eadem ſub teſtudine conſtructa eſt.*

2 Ἐυπρεπής ἐστι σηκὸς] Langus & Chriſtophorſonus *ſacrarium* interpretati ſunt. Muſculus vero *adytum*: Quod non probo. Ego *tumulum* interpretari malui. Id enim ſignificat vox σηκὸς, ut teſtantur Heſychius ac Suidas. Per tumulum autem intelligo locum ſeptum ac munitum cancellis, in cujus medio arca erat argentea, in qua depoſitæ erant reliquiæ ſanctæ Martyris Euphemiæ. Id enim ita ſe habuiſſe, patet ex ſequentibus Evagrii verbis. [Eadem voce utitur Theophylactus in lib. 8. cap. 14. de Euphemiæ martyris ſepulchro ita loquens perinde ac Evagrius: ἔνθα πρεσβύτης λόγος καθέστηκε, τὸ πανιερὸν σῶμα ἐπὶ σηκῷ καθεστάναι τῆς μάρτυρος. Idem Theophylactus in cap. 5 ejuſdem libri loquens de Eccleſia Deiparæ quæ erat in Blachernis, eandem vocem uſurpat. λέγεται γὰρ ὡς ἐκεῖσόλια τ παρθένου Μαρίας, ἐν σηκῷ χρυσοπάστῳ ἀποτεθήναι ἐνταῦθα. Interpres tamen utrobique *arcam* vertit.]

3 Μακρὰν ἔνιοι καλοῦσιν] Scribendum puto ἄρκαν. Certe non video quiſnam ſenſus ſit in vulgata lectione, cum μακρὰ & ἐπιμήκης idem ſit, neque id nomen proprium ſit, ſed adjectivum. Præſtat igitur ἀρκὰν legere. Quidam, inquit Evagrius, eam Martyris capſam, arcam vocabant. Sic enim Latini dicunt. Gloſſæ veteres σορὸς, arca funebris.

4 Αὐτῇ κατὰ τὸ πάμεγος τρυγᾶν] Hunc locum non intellexerunt Interpretes. Nam Muſculus quidem & Chriſtophorſonus τρυφᾶν emendarunt. Muſculus enim ita vertit: *ut circa templum ad honorem ejus jucundentur præcipit.* Chriſtophorſonus vero ſic interpretatus eſt: *Jubet ut in ipſo templo feſtum deliciis & opiparis epulis celebrent.* Sed quæ ſequuntur Evagrii verba, hanc emendationem prorſus refellunt. Neque enim Evagrius hoc loco quidquam ſubjicit, quod ad luxum ac delicias pertineat. Nicephorus vero vulgatam quidem ſcripturam retinuit. Sed perperam expoſuit hoc modo: ἀφθόνως τῶν θαυμάτων τρυγᾶν ἐνεκελεύετο. Id eſt, ut vertit Langus; *Ut miraculorum talium fructum perciperent, eſt cohortata.* Verum Nicephorus hæc verba addidit de ſuo: nec Evagrii mentem aſſecutus eſt, cum Evagrius non de pluribus miraculis hic loquatur, ſed de uno duntaxat miraculo, ſanguinis ſcilicet ex ſanctæ Martyris tumulo ſcaturientis. Ego vero vulgatam ſcripturam ſecutus, ſimplici atque obvio ſenſu hunc locum de vindemiatione expoſui. Quod quidem optime convenit cum ſequentibus Evagrii verbis. Cruor enim qui ex beatæ Martyris reliquiis copioſiſſime exprimebatur, haud abſimilis erat vino quod ex uvis compreſſis elicitur. Adde quod dies feſtus ſanctæ Euphemiæ in tempus vindemiæ incidebat, in XVI. ſcilicet menſis Septembris, ut diſcimus ex Græcorum Menologio.

5 Ἔστι δὲ κλειθρίδιον μικρὸν] Aſſentior viris doctis, qui jampridem emendarunt ἔστι δὲ, &c. Quam emendationem confirmat etiam codex Tellerianus & Nicephorus. Porro κλειθρίδιον Langus feneſtellam vertit: Chriſtophorſonus vero tranſennam. Ego cum Muſculo foramen malui vertere. Nam & Sozomenus ita appellat in lib. 9. cap. 2. ubi plura notavi de hujuſmodi feneſtellis quæ fiebant in capſis Martyrum.

αἷμα,

Sæc. V.

nec in alium colorem mutatur ſacer cruor. Hoc autem miraculum fit, non certo aliquo ac definito temporis ſpatio, ſed prout Epiſcopi vita & morum gravitas promeruerit. Ferunt enim quoties vir probus atque honeſtus omnique virtutum genere exornatus, Eccleſiam rexerit, id miraculum fieri, & quidem frequentiſſime: quoties vero non ejuſmodi Antiſtes fuerit, raro hæc ſigna evenire. Jam vero aliud miraculum commemorabo, quod nec tempore, nec ulla ex cauſa interrumpitur, nec diſcrimen facit inter fideles atque infideles: ſed omnibus ex æquo proſtat. Ubi quis ad eum locum acceſſerit, in quo eſt arca illa pretioſa quæ ſacras continet reliquias, ejuſmodi odoris ſuavitatem ſentit, quæ omnes conſuetos odores longe ſuperat. Nam neque odori qui ex pratis colligitur, neque ei qui ex rebus fragrantiſſimis exhalat, ſimilis eſt odor ille, nec qualis ab unguentariis conficitur: ſed peregrinus quidam & excellens, per ſe ipſum declarans quanta ſit virtus reliquiarum quæ ipſum emittunt.

αἷμα, μηδαμῶς ἐς ἑτέραν μεταχωροῦν ὄψιν. ἄῤῥ θεοπρεπῶς τελεῖται, οὐ κατά τινα διωρισμένῳ τῷ εἰσόδου, ἀλλ' ὡς ἂν ἡ τοῦ προεδρεύοντος βιοτὴ, καὶ ἡ τῶν τρόπων σεμνότης βούλεται. Φασὶ δ' οὖν ὅτι μὲ τῶν θυσιμόνων τὶς κυβερνᾷ καὶ ταῖς χρεταῖς ἐπίσημος, τοῦτο τὸ θαῦμα καὶ μάλιστα συχνῶς γίνεσθαι· ὅτι δὲ τῶν οὐ τοιούτων, σπανίως τὰς τοιαύτας θεοσημείας προϊέναι. λέξω δέ τι, ὅπερ οὐ χρόνος, οὐ καιρὸς ἀφαιρήσεται· οὐδὲ μὲν πιστοῖς τι καὶ ἀπίστοις ἀφαιρεῖται, πᾶσι δὲ ἐξ ἴσης ἀνεῖται· ὅταν ὧδε τοῦ χώρου τὶς γένηται ἔνθα ἡ τιμία σορὸς οἱ ἦ τὰ πανάγια λείψανα, ὀδμῆς θυώδους ἐμπίπλαται, πάσης συνήθους ἀνθρώποις εὐφροσύνης. οὐδὲ γὰρ τῇ ἐκ λημμάτων ἀθροιζομένῃ παρέοικεν, οὐδέ γε τῇ ἔκ τινος τῶν θυωδεστάτων ἀναπεμπομένῃ, οὐδὲ οἵαν μυρέψης ἐργάσαιτο· ξένη δέ τις καὶ ὑπερφυὴς, ἐξ αὐτῆς [1] περιστᾶσα τὴν ἀναδιδόντων τὴν δύναμιν.

CAPUT IV.

De iis quæ in Synodo agitata ſunt & ſancita: & quomodo Dioſcorus Alexandriæ Epiſcopus depoſitus ſit: Theodoritus autem & Ibas aliique nonnulli reſtituti ſint.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ κινηθέντων καὶ τυπωθέντων, καὶ ὡς Διόσκορος ὁ Ἀλεξανδρείας καθῃρέθη· Θεωδόρετος δὲ καὶ Ἴβας, καί τινες ἕτεροι ἀνεκλήθησαν.

Hoc igitur in loco ſupradicta Synodus congregata eſt, Paſchaſino quidem & Lucentio Epiſcopis cum Bonifatio presbytero, vices, ut dixi, gerentibus Leonis Archiepiſcopi ſenioris Romæ: Anatolio vero Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopatum gubernante, Alexandrinæ autem præſidente Dioſcoro: Præſentibus etiam Maximo quidem Antiochiæ, Juvenale autem Hieroſolymorum Epiſcopis. Aderant item Epiſcopi quos illi circa ſe habebant, & ii qui in ſenatu urbis regiæ principem locum obtinebant. Quibus Vicarii Leonis dixerunt, non debere Dioſcorum una cum ipſis in Concilio ſedere. Id enim ſibi mandatum eſſe ab Epiſcopo ſuo. Quod niſi fieret, ſe protinus Eccleſia exceſſuros. Cumque Senatores interrogaſſent, quænam eſſent crimina quæ objiciebantur Dioſcoro, reſponderunt, debere illum judicii ſui rationem reddere, qui contra fas perſonam judicis ſuſcepiſſet, abſque permiſſu Romani Pontificis. Quibus dictis, cum Dioſcorus ex decreto Senatus in medium proceſſiſſet, ibique reſideret, Euſebius poſtulavit ut libellus precum quem Imperatori obtulerat, recitaretur, his verbis uſus. Injuria affectus ſum à Dioſcoro. Fides injuria affecta eſt. Occiſus eſt Flavianus Epiſcopus, & mecum injuſte

Quinam Synodo interfuerunt.

Dioſcorus reus ab Euſebio factus.

Ἐνταῦθα ἡ λελεγμένη μοι σύνοδος ἀλίζεται, τοῦ τόπου Λέοντος ἀρχιερέως τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης διεπόντων ὡς εἴρηται Πασκασίνου καὶ Λουκεντίου ἐπισκόπων, καὶ Βονιφατίου πρεσβυτέρου· τοῦ Κωνσταντίνου μὲν προεδρεύοντος Ἀνατολίου· Διοσκόρου δὲ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπισκοποῦντος· Μαξίμου τε Ἀντιοχείας, καὶ Ἰουβεναλίου Ἱεροσολύμων· οἷς παρῆσαν οἵ τε ἀμφ' αὐτοὺς ἱερεῖς, καὶ οἱ τὰ κορυφαῖα τῆς ὑπερφυοῦς γερουσίας ἔχοντες. πρὸς οὓς οἱ τὸν τόπον πληροῦντες Λέοντος, ἔφασκον μὴ δεῖν Διόσκορον συνκάθεδρον σφίσι γενέσθαι· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἐπιτέτραφθαι πρὸ τοῦ σφῶν ἐπισκόπου Λέοντος, καὶ εἰ τοῦτο μὴ φυλάξωσιν, αὐτοὺς τῆς ἐκκλησίας ἀπαλλάττεσθαι. καὶ πυθομένης τῆς γερουσίας, τί ἄρα εἴη τὰ ἐπαγόμενα τῷ Διοσκόρῳ, διεξῆλθον· λόγον ὀφείλειν αὐτὸν ὑποσχεῖν τῆς οἰκείας κρίσεως, κριτοῦ πρόσωπον [a] πρὸ τοῦ εἰκὸς ἀνειληφότα. ὧν εἰρημένων, ἐπειδὴ Διόσκορος ψήφῳ τῆς συνκλήτου ἀνὰ τὸν μέσον καθῆστο χῶρον, Εὐσέβιος ἐξῄτει τὰς ἐπιδεδομένας παρ' αὐτοῦ τῇ βασιλείᾳ δεήσεις ἀναγνωσθῆναι, φήσας ἐπὶ λέξεως ταῦτα. ἠδίκημαι πρὸ Διοσκόρου, ἠδίκηται ἡ πίστις, ἐφονεύθη Φλαβιανὸς ὁ ἐπίσκοπος, ἅμα ἐμοὶ ἀδίκως

Valesii Annotationes.

1 Περιστᾶσα λειψάνων] Vox λειψάνων deeſt in Manuſcriptis codicibus, Florentino, Telleriano & Regio, & in editione Roberti Stephani. Nec recte fecerunt Typographi Genevenſes, qui ex libris Chriſtophorſoni eam hic vocem ſuppleverunt, cum minime neceſſaria ſit hoc loco, nec ullius ſcripti exemplaris teſtimonio confirmetur. Nam variæ illæ lectiones quæ ex Chriſtophorſoni libris proferuntur, nihil aliud ſunt plerumque quam conjecturæ doctorum virorum. Totus igitur hic locus ita ſcribi debet, prout legitur in codice Florentino ac Telleriano: ἐξ αὐτῆς παραστᾶσα τῶν ἀναδιδόντων τὴν δύναμιν. Atque ita legit Nicephorus. Sic enim hunc Evagrii locum expreſſit; παμμηριοῦσα τοῦ ἀναδιδόντος τὴν δύναμιν.

Variorum.

a Παρὰ τὸ εἰκὸς ἀνειληφότα] Addit in verſione ſua Valeſius, *abſque permiſſu Romani Pontificis*, quæ verba ſupplevit ex Actis Synodi commemoratis infra, cap. 18. *W. Lowth.*

καθῃρέθη

κεθηρέθη παρ' αὐτῷ· κελθύσατε τὰς δεήσεις μου ἀναγνωσθῆναι. ὅπερ ἐπειδὴ διελαλήθη, ἡ δέησις ἀναγνώσεως ἔτυχε, ταυτὶ Φθεγξαμένη τὰ ῥήματα.

1 Τοῖς Φιλοχείστοις τε καὶ θεοσεβεστάτοις καὶ εὐσεβεστάτοις βασιλεῦσιν ἡμῶν Φλαβίοις Οὐαλεντινιανῷ καὶ Μαρκιανῷ τοῖς ἀεὶ Αὐγούστοις· ὑπὲρ Εὐσεβίου τοῦ ἐλαχίστου ἐπισκόπου Δορυλαίου, ποιουμένου τὸ λόγον ὑπέρ τε ἑαυτοῦ καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ ὑπὲρ τοῦ ὁσίου Φλαβιανοῦ τοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς Κωνσταντινουπόλεως. σκοπὸς τῷ ὑμετέρῳ κράτει, ἁπάντων μὲν τῶν ὑπηκόων φροντίζειν, καὶ χεῖρα ὀρέγειν πᾶσι τοῖς ἀδικουμένοις· μάλιστα δὲ

23 τοῖς ἱερωσύνῃ τετιμημένοις. καὶ ὅτι τούτῳ γε 3τὸ θεῖον θεραπεύεται, παρ' οὗ τὸ βασιλεύειν ὑμῖν καὶ κρατεῖν τῆς ὑφ' ἥλιον δεδώρηται, ἐπεὶ οὖν πολλὰ καὶ δεινὰ παρὰ πᾶσαν ἀκολουθίαν καὶ εἰς Χριστὸν πίστιν, καὶ ἡμεῖς πεπόνθαμεν παρὰ Διοσκόρου τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως, προσιμεν τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ τῆς δικαίων ἀξιοῦντες τυχεῖν. τὰ δὲ τοῦ πράγματος ἐν τούτοις· ἐπὶ τῆς ἔναγχος γενομένης συνόδου ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, ἣν ὄφελόν γε ἦν μὴ γενέσθαι, ἵνα μὴ κακῶν καὶ ταραχῆς τὴν οἰκουμένην ἐμπλήσῃ, ὁ χρηστὸς Διόσκορος παρ' οὐδὲν ἔθεμενος τὸν δικαίου λόγον, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ Φόβον· ὁμόδοξος ὢν καὶ ὁμόφρων Εὐτυχοῦς τοῦ μαλακοφρονος καὶ αἱρετικοῦ, λανθάνων δὲ τοὺς πολλούς, ὡς ὕστερον ἑαυτὸν ἐφανέρωσεν· θύραν καιρὸν τὴν γεγενημένην παρ' ἐμοῦ κατ' Εὐτυχοῦς τοῦ ὁμοδόξου αὐτοῦ κατηγορίαν, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῷ ἐξενεχθεῖσαν ψῆφον τοῦ τὴν οὐσίας λήξεως Φλαβιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου, πλῆθος ἀτάκτων ὄχλων συναγαγὼν, καὶ δυναστείαν ἑαυτῷ διὰ χρημάτων ποιησάμενος, καὶ εὐσεβῆ θρησκείαν τὴν ὀρθοδόξων τόγε ἦκον εἰς αὐτὸν ἐλυμήνατο, καὶ τὴν κακοδοξίαν Εὐτυχοῦς τοῦ μονάζοντος, ἥπερ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς τοῦ τῶν ἁγίων πατέρων ἀπεκηρύχθη, ἐβεβαίωσεν. ἐπεὶ οὖν τὰ μικρὰ τὰ πολυμνημόνευτα αὐτῷ καθάπερ εἰς Χριστὸν πίστεως καθ' ἡμῶν, δεόμεθα καὶ προσπίπτομεν τῷ ὑμετέρῳ κράτει, θεσπίσαι τὸν αὐτὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Διόσκορον, ἀπολογήσασθαι τοῖς παρ' ἡμῶν αὐτῷ ἐπαγομένοις· δηλαδὴ τῶν παρ' αὐτοῦ καθ' ἡμῶν πεπραγμένων ὑπομνημάτων ἀναγινωσκομένων ἐπὶ τῆς ἁγίας συνόδου· δι' ὧν δυνάμεθα ἀποδεῖξαι, καὶ ἀλλότριον ὄντα τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ αἱρέσεως ἀσεβείας πεπληρωμένον κρατύνοντα, καὶ ἀδίκως ἡμᾶς καθελόντα, καὶ τὰ δεινὰ ἡμᾶς κατειργασμένον· θείων καὶ προσκυνουμένων ἡμῶν μανδάτων καταπεμπομένων τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, ἐφ' ᾧ τε τὰ ἡμῶν καὶ τὰ προειρημένα Διοσκόρου ἀκουσαι, καὶ ἀνενεχθεῖν εἰς

deposítus est ab illo. Jubete ut preces meæ recitentur. Cumque Judices interlocuti essent, recitatus est libellus precum qui sic habet. Christi amantibus, religiosissimis ac piissimis Imperatoribus nostris, Flavio Valentiniano, & Flavio Marciano, perpetuis Augustis, ab Eusebio humillimo Episcopo Dorylæi, verba faciente pro se ipso, & pro Orthodoxa fide, & pro Sanctæ memoriæ Flaviano qui fuit Episcopus Constantinopoleos. Propositum est Majestati vestræ, omnibus quidem subditis providere, & cunctis qui injuria affecti sunt manum porrigere: præcipue vero iis qui sacerdotio funguntur. Ita enim Deum colitis, à quo imperium & dominium orbis terrarum vobis concessum est. Quoniam igitur fides Christi, & nos ipsi multa gravia contra jus fasque perpessi sumus à Dioscoro Reverendissimo Episcopo magnæ civitatis Alexandriæ, accedimus ad Pietatem vestram, postulantes ut jus nobis reddatur. Causa autem hujusmodi est. In Concilio quod paulo ante celebratum est in metropoli Ephesiorum, quod utinam celebratum nunquam fuisset, ne orbis terrarum malis ac tumultibus impleretur: bonus ille Dioscorus, nullam justitiæ rationem habens, nec Dei timorem considerans, cum ejusdem opinionis ac sententiæ esset cum Eutyche, perditæ mentis homine atque hæretico; occultus autem esset, sicut postea apertissime declaravit; occasione arrepta ex accusatione quam ego adversus Eutychem erroris ipsius consortem instituera, & ex sententia à piæ memoriæ Flaviano Episcopo contra eundem Eutychem prolata, turbam incompositam seditiosorum hominum collegit. Cumque tyrannicam dominationem pecunia sibi comparasset, piam quidem religionem Orthodoxorum, quantum in ipso fuit, labefactavit: pravam autem opinionem Eutychis Monachi, quæ jampridem & ab exordio à sanctis Patribus condemnata fuerat, confirmavit. Cum igitur non levia sint, quæ adversus fidem Christi, & contra nos facere tentavit, provoluti ad pedes Majestatis vestræ rogamus, ut eundem religiosissimum Episcopum Dioscorum respondere jubeatis iis quæ à nobis illi objiciuntur: lectis scilicet coram sanctissima Synodo monumentis actorum quæ ille contra nos confecit. Ex quibus demonstrare possumus, illum & à recta fide alienum esse, & hæresim plenam impietatis confirmasse, & nos injuste deposuisse, & gravissimis malis affecisse: missis videlicet divinis & adorandis mandatis vestris ad sanctam & universalem synodum Deo carissimorum Episcoporum, ut causam quæ est inter nos & supra memoratum Dioscorum, audiat, & ad notitiam pietatis vestræ cun-

Dioscori in Synodo Ephesina gesta.

SÆC. V.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τοῖς φιλοχείστοις] Totum hoc exordium usque ad voces illas: τοῖς ἀεὶ αὐγούστοις, deest in codice Regio, Florentino ac Telleriano. Primus Christophorsonus ex actis Chalcedonensis Concilii hæc verba supplevit: quæ tamen minime necessaria videntur hoc loco.

2 Τοῖς ἱερωσύνῃ πλεῦσι] Scribendum est procul dubio τοῖς εἰς ἱερωσύνῃ πλεῦσι, ut legitur in actione prima Concilii Chalcedonensis, ubi hic libellus precum Eusebii Episcopi Marciano Imp. oblatus refertur.

3 Τὸ θεῖον θεραπεύεται] Non dubito quin Evagrius scripserit θεραπεύετε. Certe in actione prima Concilii Chalcedonensis scriptum est θεραπεύοντες. Quod licet corruptum sit, nostram tamen emendationem confirmat.

γνῶσιν

Sæc. V.

cta referat quæ geruntur, juxta id quod placuerit immortali culmini veſtro. Hoc ſi conſecuti fuerimus, continuas ad Deum preces fundemus pro ſempiterno imperio veſtro, diviniſſimi Imperatores. Poſt hæc juxta petitionem tam Dioſcori, quam Euſebii, acta ſecundæ ſynodi Epheſinæ publice recitata ſunt. Quorum particularem expoſitionem, quæ multis quidem verbis comprehenſa eſt, habetur autem in actis Chalcedonenſis Concilii, ne iis qui ad exitum rerum geſtarum pervenire feſtinant, nimium verboſus videar, huic ſecundo hiſtoriæ noſtræ libro ſubjunxi: his qui cuncta exacte cupiunt cognoſcere, iſta legendi poteſtatem faciens, & accuratam rerum notitiam percipiendi. Interim vero ea quæ majoris momenti ſunt percurrens, ſtrictim commemorabo: convictum ſcilicet eſſe Dioſcorum, quod Epiſtolam Leonis Epiſcopi ſenioris Romæ non ſuſcepiſſet; & quod Flavianum Epiſcopum junioris Romæ intra unius diei ſpatium depoſuiſſet, & quod Epiſcopos qui erant congregati, in charta pura ſubſcribere curaſſet, quaſi Flaviani nomen in ea perſcriptum eſſet. Poſt hæc hi qui ex ſenatu erant, iſta decreverunt. De recta quidem & Catholica fide craſtino die, conveniente majore Concilio, diligentiorem inquiſitionem fieri oportere perſpicimus. Quoniam vero piæ memoriæ Flavianus, & Euſebius religioſiſſimus Epiſcopus, ex ſcrutatione actorum ac decretorum, & ex ipſa voce eorum qui in ſynodo quæ tunc facta eſt, præſederunt: qui quidem confeſſi ſunt erraſſe ſe, & fruſtra illos depoſuiſſe, cum nullatenus erraſſent in fide; injuſte depoſiti eſſe noſcuntur: videtur nobis juxta id quod Deo placet, juſtum eſſe, modo id placuerit diviniſſimo ac piiſſimo domino noſtro, ut Dioſcorus reverendiſſimus Epiſcopus Alexandriæ, & Juvenalis reverendiſſimus Epiſcopus Hieroſolymorum, & Thalaſſius reverendiſſimus Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, & Euſebius reverendiſſimus Epiſcopus Ancyræ, & Euſtathius reverendiſſimus Epiſcopus Beryti, & Baſilius reverendiſſimus Epiſcopus Seleuciæ Iſauriæ, qui tunc poteſtate ſuccincti Concilio præfuerunt, eidem pœnæ ſubjaceant, ſacroſancti Concilii ſententia, juxta ſacros canones, alieni ab Epiſcopali dignitate judicati: cunctis quæ conſequenter geſta ſunt, ad notitiam ſacratiſſimi Imperatoris noſtri perlatis. Exinde libel-

γνῶσιν ὑμετέρας θυσεβείας πάντα τὰ πραττόμενα πρὸς τὸ παρισάμενον τῇ ἀθανάτῳ ὑμῶν κορυφῇ. ᾧ τούτου τυχόντες, ἀδιαλείπτους εὐχὰς ἀναπέμψομεν ὑπὲρ τῆς αἰωνίου ὑμῶν κράτους, θειότατοι βασιλεῖς. Μετὰ ταῦτα ἐκ κοινῆς δεήσεως Διοσκόρου τε καὶ Εὐσεβίου, τὰ ὑπ' τοῦ δευτέρου συνεδρίου πεπραγμένα τὰ ὑπ' Ἐφέσου, ἀφ' ἧς ἀναγνώσεως ἐδημοσιεύετο· ὧν τὴν λεπομέρειαν ἀφ' πολλῶν μὲν ἀπειλημμένοις, ἐμπεριεχομένοις ἢ τοῖς ἐν Καλχηδόνι κεκινημένοις, ὡς ἂν μὴ ἀδολεσχεῖν δόξω τοῖς πρὸς τὸ πέρας τῶν πραγμάτων ἐπειγομένοις, ὑπέταξα τοῦ παρόντος τῆς ἱστορίας βιβλίου, ἄδειαν δοὺς τοῖς πάντα λεπτῶς εἰδέναι βουλομένοις, καὶ τυγχάνειν, καὶ τὴν πάντων ἀκρίβειαν ἀναμάξασθαι. Ὑποτρέχων ἢ τὰ κεφαλαιώτερα φημί, ὡς ἐφωράθη Διόσκορος, μὴ δεξάμενος τὰ Λέοντος ὑποστολὴν ἐπισκόπου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ πρός γε τὴν καθαίρεσιν Φλαβιανοῦ τῆς νέας Ῥώμης ἐπισκόπου, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ποιησάμενος, ἐν ἀγράφῳ τε χάρτῃ παρασκευάσας τοὺς ἀλιθέντας ἐπισκόπους ὑπογράψαι, ὡς τὴν καθαίρεσιν Φλαβιανοῦ ποιέχοντι. ἐφ' οἷς οἱ ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐψηφίσαντο τάδε. Περὶ μὲν τῆς ὀρθοδοξου καὶ καθολικῆς πίστεως, τελεωτέρας συνόδου γενομένης τῇ ὑστεραίᾳ ἀκριβεστέραν ἐξέτασιν συγγενέσθαι συνορῶμεν. ἐπειδὴ δὲ Φλαβιανὸς ὁ τῆς θυσεβοῦς μνήμης καὶ Εὐσέβιος ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος, ἐκ τῆς τῶν πεπραγμένων καὶ ἀναγνωσθέντων ἐρεύνης καὶ αὐτῆς τῆς φωνῆς τῶν γενομένων ἐξάρχων τότε συνόδου, φησάντων ἐσφάλθαι καὶ μάτην αὐτοὺς καθηρηκέναι, οὐδὲν περὶ τῆς πίστιν σφαλέντες δείκνυνται ἀδίκως καθαιρεθέντες· φαίνεται ἡμῖν κτλ. τὸ τῷ Θεῷ ἀρέσκον, δίκαιον εἶναι εἰ παραχαίη τῷ θεοτάτῳ καὶ θυσεβεστάτῳ ἡμῶν δεσπότῃ, τῷ αὐτῷ ἐπιτιμίῳ Διόσκορον τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰουβενάλιον τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων, καὶ Θαλάσσιον τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ Εὐσέβιον τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Ἀγκύρας, καὶ Εὐστάθιον τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Βηρυτοῦ, καὶ Βασίλειον τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Σελευκείας Ἰσαυρείας, τοὺς ἐξουσίαν ἐχηκότας, καὶ ἐξάρχοντας τότε συνόδου, ὑποπεσεῖν, παρὰ τὴν ἱερᾶς συνόδου κτλ. τοὺς κανόνας τοῦ ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος ἀλλοτρίους γενομένους· πάντων τῶν παρακολουθησάντων τῇ θείᾳ κορυφῇ γνωριζομένων. εἶτα

VALESII ANNOTATIONES.

1 Περὶ μὲν τῆς ὀρθοδόξου] Hæc eſt ſententia, quam magnificentiſſimi Judices qui Concilio Chalcedonenſi intererant, cauſa cognita protulerunt: quæ iiſdem verbis refertur in actione prima Concilii Chalcedonenſis pag. 152. editionis Binii. Miror tamen id Chriſtophorſonum non vidiſſe, qui hoc loco cuncta miſcuit ac turbavit, adeo ut ex ejus interpretatione nihil ſani poſſis elicere. Turbatus eſt ſcilicet, cum videret ſæculares Magiſtratus in Concilio Epiſcoporum, tanquam judices ſententiam proferre. Verum animadvertere debuerat, illos in cauſa fidei nullas ſibi partes vindicaſſe: ſed ſolis Epiſcopis ea de re ſtatuendi liberum jus reliquiſſe. Certe tunc cum regula fidei ab Epiſcopis Chalcedone congregatis conſcripta eſt, ipſi qui ut id fieret Concilium antea ſæpius interpellaverant, conſeſſui Epiſcoporum intereſſe noluerunt. In negotio vero inter Euſebium Epiſcopum Dorylæi & Dioſcorum Alexandrinum, in quo non de fide agebatur, ſed de violentia & fraude, deque aliis criminibus: merito ſententiam protulerunt. Quæ tamen non definitiva fuit ſententia, ſed tantum interlocutio, ut patet ex actis Concilii.

2 Τελεωτέρας συνόδου γενομένης] In actione prima Concilii Chalcedonenſis legitur τελεώτερον. In compendio autem actorum hujus Synodi, quod ad calcem hujus libri ſubjecit Evagrius, ſcriptum eſt τελειότερον. Certe codic. Florent. & Tellerianus hoc loco ſcriptum habent τελεώτερον.

3 Ἐπίσκοπον ἀγκύρας] Idem mendum eſt in compendio geſtorum Chalcedonenſium quod exſtat ad calcem hujus libri. Conſtat tamen ἀγκύρας legendum eſſe, ut ſcribitur in actione prima Concilii Chalcedonenſis.

λιβέλλων

λιβέλλων εἰς ἑτέραν ἐπιδεδομένων τῷ Διοσκόρῳ, ἐγκλημάτων τε χάριν καὶ χρημάτων, ὡς δίς τε καὶ τρὶς κληθεὶς ὁ Διόσκορος οὐχ ὑπήντησεν ἐπὶ προφάσισιν αἷς εἰρήκει, οἱ τὸν τόπον πληροῦντες Λέοντος τοῦ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπισκόπου, ἐπὶ λέξεως ἀπεφήναντο ταῦτα. Δῆλα γεγένηται τὰ τετολμημένα Διοσκόρῳ τῷ γενομένῳ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως ἐπισκόπῳ καὶ τῆς τῶν κανόνων τάξεως, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, ἐκ τῶν ἤδη ἐξεταζέντων ἐν τῷ πρώτῳ συνεδρίῳ, καὶ ἀπὸ τῶν σήμερον πεπραγμένων. ἵνα γὰρ, ἵνα τὰ πολλὰ παραλείπωμεν, Εὐτυχῆ τὸν ὁμόδοξον αὐτῷ, καθαιρεθέντα κανονικῶς παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τοῦ ἐν ἁγίοις Φλαβιανοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ ἐπισκόπου, ἀυθεντήσας ἀκανονίστως εἰς κοινωνίαν ἐδέξατο, πρὶν ἢ συνεδρεῦσαι ἐν τῇ Ἐφεσίων μετὰ τῶν θεοφιλῶν ἐπισκόπων. ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ὁ ἀποστολικὸς θρόνος συγγνώμην ἀπένειμεν, ἐπὶ τοῖς ἐκεῖθεν μὴ καθ' ἑκουσίαν ὑπ' αὐτῶν πεπραγμένοις· οἱ καὶ διετέλεσαν μέχρι τοῦ παρόντος ἑπόμενοι τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Λέοντι καὶ πάσῃ τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ· οὓς δὴ χάριν, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ κοινωνίᾳ, αὐτοὺς ὁμοπίστους ἐδέξατο. οὗτος δὲ καὶ μέχρι τοῦ παρόντος διέμεινε, στενυόμενος ἐπ' ἐκείνοις, οἷς ἔδει γένυ καὶ εἰς γῆν κεκυφέναι. πρὸς τούτοις δὲ, οὐδὲ τῷ θεοφιλεστάτῳ ἀναγνωσθῆναι συνεχώρησε τοῦ μακαρίου πάπα Λέοντος, τὰ γραφεῖσαν παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις τῷ μνήμην Φλαβιανὸν, καὶ ταῦτα πολλάκις παρακληθεὶς ἀναγνωσθῆναι ταύτῃ ὑπὸ τῶν κεκομικότων, καὶ μεθ' ὅρκου ποιήσασθαι τὰ ἀνάγνωσιν ὑποσχόμενος. ἧς μὴ ἀναγνωσθείσης, σκανδάλων καὶ βλάβης τὰς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἀγιωτάτας ἐκκλησίας ἐπλήρωσεν. ἀλλ' ὅμως τοιούτων παρ' αὐτοῦ τολμηθέντων, ἐσκοποῦμεν πρὸς τὴν πρώτερας αὐτοῦ ἀνοσίας πράξεως φιλανθρωπίας τινος αὐτὸν ἀξιῶσαι, ὡς καὶ τοὺς λοιποὺς θεοφιλεῖς ἐπισκόπους, καίτοι μηδεμίαν αὐθεντίαν αὐτῷ παραπλησίως τῆς κρίσεως ἐσχηκότας. ἐπειδὴ δὲ τοῖς δευτέροις τὴν πρώτεραν παρανομίαν ὑπερβέβηκεν, ἐτόλμησε δὲ καὶ ἀκοινωνησίαν ὑπαγορεῦσαι κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς μεγάλης Ῥώμης Λέοντος· πρὸς δὲ τούτοις καὶ λιβέλλων βλασφημιῶν μετ' αὐτοῦ πρωτενεχθέντων τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ τρὶς ὑπὸ θεοφιλῶν ἐπισκόπων κανονικῶς κληθεὶς, ἐκ ὑπήκουσεν, ὑπὸ τοῦ οἰκείου συνειδότος δηλονότι κεντούμενος· καὶ τοὺς πρὸ συνόδων ἀμφόρων ἀθέσμως καθαιρεθέντας, βλασφήμως ἐδέξατο· αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τὸν ψῆφον ἐξιώσατο ἀμφόρως τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς πατήσας θεσμούς. ὅθεν ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος ἀρχιεπίσκοπος τῆς μεγάλης καὶ πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέων, διὰ ἡμῶν καὶ τῆς παρούσης

lis altero die datis adversus Dioscorum de variis criminibus, & de pecuniis ab eo direptis: cum ille iterum ac tertio vocatus non comparuisset ob inanes causas quas prætendebat: ii qui Leonis Romanæ urbis Episcopi vices agebant, hæc ad verbum decreverunt. Quæ Dioscorus, antehac Episcopus magnæ civitatis Alexandriæ, contra ordinem canonum & contra disciplinam Ecclesiasticam attentavit, manifesta sunt, tam ex his quæ jam examinata sunt in primo consessu, quam ex his quæ hodie sunt gesta. Hic enim, ut plurima alia prætermittamus, Eutychem eadem cum ipso sentientem, regulariter à proprio depositum Episcopo, sanctissimo scilicet patre nostro & Episcopo Flaviano, propria auctoritate contra sacros Canones in communionem susceptit, priusquam Epheſi consedisset una cum reliquis Deo carissimis Episcopis. Sed istis quidem Apostolica sedes veniam concessit ob ea quæ illic ab iisdem non sponte gesta erant. Qui quidem hactenus permanserunt, sanctissimo Archiepiscopo Leoni & sanctæ universali synodo obsequentes. Qua de causa eos, ut pote ejusdem cum ipso fidei assertores, in communionem suam recepit. Hic vero usque in hodiernum diem ob ea gloriari non desinit, propter quæ gemere & ad terram usque sese inclinare debuerat. Præterea Epistolam beati Papæ Leonis quam ille ad sanctæ memoriæ Flavianum scripserat, legi minime permisit. Idque quamvis sæpius rogatus esset ab his qui Epistolam attulerant, & quamvis ipse adjecto jurejurando pollicitus esset, se eam recitari jussurum. Qua minime perlecta, sanctissimas per universum orbem terrarum Ecclesias scandalis ac detrimentis complevit. Sed tamen, quamvis tot ac tanta ab eo præsumpta sint, propositum nobis erat, ob prius ejus impium facinus clementer eum ac benigne tractare, sicut & reliquos Deo dilectos Episcopos, licet ii non eandem ac ille judicandi potestatem habuissent. Sed quoniam priorem injustitiam posterioribus factis longe superavit: ausus quippe est excommunicationem dictare adversus sanctissimum ac religiosissimum Magnæ Romæ Archiepiscopum Leonem: præterea cum libelli pleni criminum & flagitiorum sancto & magno Concilio contra illum oblati essent, semel, iterum ac tertio vocatus juxta Canonum præscripta per Dei amantissimos Episcopos, minime obtemperavit, propria videlicet conscientia ipsum pungente. Eos denique qui à diversis synodis juste depositi fuerant, illegitime in communionem susceptit: contra semetipsum sententiam protulit, Ecclesiasticis legibus sæpius proculcatis. Idcirco sanctissimus ac beatissimus magnæ & senioris Romæ Archiepiscopus Leo, per nos & per præsentem synodum, una cum Bea-

Dioscorus Leonem excommunicavit.

SÆC. V.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Δῆλα γεγένηται] Hæc sententia à Vicariis sedis Apostolicæ prolata, exstat in actione 3. Concilii Chalcedonensis, pag. 192.

2 Τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας] In actione tertia Concilii Chalcedonensis hic locus ita legitur, οἱ ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἐπισκοπήσαν ἁγιώτατην ἐκκλησίαν.

3 Περὶ τῆς πρώτερας αὐτοῦ ἀνοσίας πράξεως] In actis Chalcedonensis Concilii legitur ἐκ τῆς πρώτερας.

4 Αὐθεντίαν αὐτῷ παραπλησίως τῆς κρίσεως] Hæc verba τῆς κρίσεως desunt in codice Regio, Telleriano & Florentino,

Sæc. V.

tissimo & omni laude dignissimo Petro Apostolo, qui Petra & Basis est Ecclesiæ Catholicæ, rectæque fidei fundamentum, Episcopali eum dignitate exuit, & ab omni sacerdotali officio alienum censuit. Sancta igitur & magna hæc synodus, ea quæ Canonibus placita sunt super memorato Dioscoro decernat. His à synodo confirmatis & quibusdam aliis gestis, ii quidem qui cum Dioscoro depositi fuerant, rogatu Concilii & annuente Imperatore, in pristinum locum restituti sunt. Cumque alia quædam superioribus gestis adjuncta essent, definitio fidei promulgata est his omnino verbis. Dominus & servator noster Jesus Christus cum fidei notitiam discipulis confirmaret, dixit:

Joan. 14. Pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vobis: ne scilicet quisquam in pietatis decretis à proximo dissentiret; sed ut veritatis prædicatio omnibus ex æquo ostenderetur. Post hæc cum recitatum esset sanctum Symbolum Nicænum, & præterea Symbolum sanctorum Patrum centum & quinquaginta, ista subjunxerunt. Sufficiebat quidem ad perfectam pietatis notitiam & confirmationem, sapiens istud ac salutare divinæ gratiæ Symbolum. De Patre enim & de Filio ac Spiritu sancto perfectam tradit doctrinam, & incarnationem Domini adstruit iis qui cum fide illam suscipiunt. Sed quoniam veritatis inimici, prædicationem illius per proprias hæreses subvertere molientes, quasdam vocum novitates pepererunt: alii quidem mysterium dominicæ dispensationis quæ propter nos facta est, corrumpere ausi, & vocem Deiparæ in Maria Virgine denegantes: alii vero confusionem & mixtionem introducentes, & unam esse naturam carnis ac Deitatis stulte fingentes, & divinam Unigeniti naturam passioni obnoxiam esse per confusionem somniantes: idcirco sancta hæc magna & Universalis synodus, omnem illis viam fraudis & machinationis adversus veritatem volens præcludere, & prædicationis jam inde ab initio inconcussum robur vindicans, definivit: ante omnia ut fides trecentorum & octodecim sanctorum Patrum intemerata permaneat, ac propter illos quidem qui Spiritum sanctum impugnant, de substantia Spiritus sancti doctrinam, quæ postmodum tradita est à centum quinquaginta Patribus qui in Regia urbe congregati sunt, confirmat: quam illi omnibus promulgarunt, non tanquam aliquid adjicientes quod prioribus deesset, sed ut suam de Spiritu sancto sententiam adversus eos qui dominationem illius evertere conabantur, scripturarum testimoniis

Nicæna fides stabilitur.

συνόδου, μετὰ τῶ τρισμακαρίου καὶ πανθρήμου Πέτρου τῦ ἀποστόλου, ὅς ἐστι πέτρα καὶ κρηπὶς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως θεμέλιος, ἐγύμνωσεν αὐτὸν τοῦ τε ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἀλλοτρίωσεν ἐνεργείας. τοιγαροῦν ἡ ἁγία αὕτη καὶ μεγάλη συνόδος τὰ δόξαντα τοῖς κανόσιν, ἐπὶ τῷ μνημονευθέντι Διοσκόρῳ ψηφίζεται. Τύπων δὲ τῆς συνόδου κυρωθέντων καί τινων ἑτέρων πεπρασμένων, οἱ μὲν ἅμα Διοσκόρῳ καθαιρεθέντες, παρακλήσει τῆ συνόδου καὶ νεύμασι τῆ βασιλείας, ἀνακλήσεως ἔτυχον. ἑτέρων δὲ τοῖς πεπρασμένοις ἐπισυνενεχθέντων, ὅρος ἐξεφωνήθη λέγων αὐτοῖς ὀνόμασι ταῦτα. Ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Σωτὴρ Ἰησοῦς Χριστὸς, τῆ πίστεως τὴν γνῶσιν τοῖς μαθηταῖς βεβαιῶν ἔφη· εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν· ὡς μηδένα περὶ τὸν πλησίον διαφωνεῖν ἐν τοῖς δόγμασι τῆς θεοσεβείας, ἀλλ' ἐπίσης τὸ τῆς ἀληθείας ἐπιδεικνυσθαι κήρυγμα. καὶ μὲν ταῦτα ἀναγνωσθέντος τῆ ἐν Νικαίᾳ ἁγίᾳ συμβόλου, καὶ περὶς γε τὰ ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων, ἐπήγαγον. ἤρκει μὲν οὖν εἰς ἀπαρτὴ τῆς θεοσεβείας ἐπίγνωσίν τε καὶ βεβαίωσιν τὸ σοφὸν καὶ σωτήριον τοῦτο τῆ θείας χάριτος σύμβολον. περί τε γὰρ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διδάσκει τὸ τέλειον, καὶ τοῦ Κυρίου τὴν ἀνθρώπησιν τοῖς πιστῶς δεχομένοις παρίστησιν. ἀλλ' ἐπειδήπερ οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ ἀθετεῖν ἐπιχειροῦσι τὸ κήρυγμα διὰ τῶν οἰκείων αἱρέσεων, καὶ κενοφωνίας ἀπέτεκον, οἱ μὲν, τὸ τῆς δι' ἡμᾶς τοῦ Κυρίου οἰκονομίας μυστήριον διαφθείρειν τολμήσαντες, καὶ τὴν Θεοτόκον ἐπὶ τῆς παρθένου Φωνὴν ἀπαρνήμενοι· οἱ δὲ, σύγχυσιν καὶ κρᾶσιν εἰσάγοντες, καὶ μίαν εἶναι τὴν φύσιν τῆς σαρκὸς καὶ τὴν θεότητος ἀνοήτως ἀναπλάττοντες, καὶ παθητὴν τοῦ μονογενοῦς τὴν θείαν φύσιν τῇ συγχύσει πειρατευόμενοι· διὰ τοῦτο πᾶσαν αὐτοῖς ἀποκλείσασα τῆς ἀληθείας μηχανὴν βεβλομένη ἡ παροῦσα νῦν αὕτη ἁγία μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ συνόδος, τὸ τοῦ κηρύγματος ἄνωθεν ἀσάλευτον ἐκδικοῦσα, ὥρισε φυλαττομένους τοὺς τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων τὴν πίστιν μένειν ἀπαρεγχείρητον· καὶ διὰ μὲν τοὺς τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ μαχομένους, τὴν χρόνοις ὕστερον παρὰ τῶν ἐπὶ τῆς βασιλευούσης πόλεως ἑκατὸν πεντήκοντα συνελθόντων πατέρων περὶ τῆς τοῦ Πνεύματος οὐσίας παραδοθεῖσαν διδασκαλίαν κυροῖ, ἣν ἐκεῖνοι πᾶσιν ἐγνώρισαν, οὐχ ὡς πλεῖστον τοῖς προλαβοῦσιν ἐπεισάγοντες, ἀλλὰ τὴν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτῶν ἔννοιαν κατὰ τοῦ αὐτοῦ δεσποτείαν ἀθετεῖν πειρωμένων γραφικαῖς

VALESII ANNOTATIONES.

& ex Christophorsoni libris adjecta sunt in editione Genevensi. Habentur quidem in actis Chalcedonensis Concilii: mihi tamen non videntur admodum necessaria.

1 Ψηφίζεται] In gestis Chalcedonensis Concilii legitur ψηφίσεται. Recte meo quidem judicio. Futurum enim hoc loco ponitur pro imperativo. Nam cum Legati sedis Apostolicæ Synodum hic alloquantur, imperativo uti noluerunt; quippe quod arrogantius videtur. Futurum igitur posuerunt, ut mollius ac modestius. Vetus tamen Interpres Concilii Chalcedonensis, non aliter quam nos interpretatus est hoc modo. *Igitur sancta hæc & magna Synodus, quæ placent regulis super memorato Dioscoro decernat.* Apud Nicephorum in libro 15. cap. 30. legitur ψηφίσηται.

2 Ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ σωτὴρ] Hæc definitio fidei habetur in actione quinta Synodi Chalcedonensis. Exstat etiam apud Nicephorum in lib. 15. cap. 6.

3 Οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ] Postrema vox deest in actis Synodi Chalcedonensis: Et totus hic locus ita legitur, οἱ τῆς ἀληθείας ἀθετεῖν ἐπιχειροῦντες τὸ κήρυγμα, &c. Quæ quidem lectio longe melior mihi videtur.

μαρτυείας,

μαρτυρίαις τραπώσαντες. Οἱ δὲ τὸν τῆς οἰκονομίας ἀφανίζειν τολμῶντας μυστήριον, καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τεχθέντα Μαρίας, 1 Ἀναιδῶς ληρωδοῦντας, τὰς τοῦ μακαρίου Κυρίλλου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας γενομένου ποιμένος συνοδικὰς ἐπιστολὰς πρός τε Νεστόριον καὶ πρὸς τοὺς τῆς ἀνατολῆς ἀρμοδίους ὄσας ἐδέξατο, εἰς ἔλεγχον μὲν τῆς Νεστορίου φρενοβλαβείας, ἑρμηνείαν δὲ τῶν ὀρθοδοξεῖν ζήλῳ τοῦ σωτηρίου συμβόλου ποθούντων τὴν ἔννοιαν· αἷς καὶ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ τῆς μεγίστης καὶ πρεσβυτέρας Ῥώμης προέδρου, τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Λέοντος, τὴν γραφεῖσαν πρὸς τὸν ἁγίοις ἀρχιεπίσκοπον Φλαβιανὸν ἐπ' ἀναιρέσει τῆς Εὐτυχοῦς κακονοίας, 2 ἣν πινα τῇ τοῦ μεγάλου Πέτρου ὁμολογίᾳ συμβαίνουσαν, κοινήν πινα φήλην ὑπάρχουσαν κατὰ τῶν κακοδοξούντων, εἰκότως συνήρμοσε πρὸς τὴν τῶν ὀρθῶν δογμάτων βεβαίωσιν. τοῖς τε γὰρ εἰς ἡμῶν δυάδα τὸ τῆς οἰκονομίας διασπᾶν ἐπιχειροῦσι μυστήριον παραλάττει· καὶ τοὺς παθητὸν τοῦ μονογενοῦς λέγειν τολμῶντας τὴν θεότητα, τοῦ τῶν ἱερῶν ἀπωθεῖται συλλόγου, καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν δύο Φύσεων τοῦ Χριστοῦ κρᾶσιν ἢ σύγχυσιν ἐπινοοῦσιν ἀνθίσταται· καὶ τοὺς οὐρανίου ἢ ἑτέρας τινος οὐσίας τὸν ἐξ ἡμῶν ληφθεῖσαν αὐτῷ τοῦ δούλου μορφὴν παραπαίοντας ἐξελαύνει· καὶ δύο μὲν πρὸ τῆς ἑνώσεως Φύσεις τοῦ Κυρίου μυθεύοντας, μίαν δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀναπλάττοντας, ἀναθεματίζει. ἑπόμενοι τοίνυν τοῖς ἁγίοις πατράσιν, 3 ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν υἱὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν, τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι, θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς, τὸν αὐτὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν χωρὶς ἁμαρτίας· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα· ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου καὶ θεοτόκου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστὸν Υἱὸν Κύριον μονογενῆ ἐν δύο Φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον οὐδαμοῦ τῆς τῶν Φύσεων διαφορᾶς ἀνηρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν· σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας Φύσεως καὶ εἰς ἓν πρόσωπον, καὶ μίαν ὑπόστασιν συνδεχούσης· οὐχ ὡς εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον ἢ διαιρούμενον· ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Υἱὸν μονογενῆ Θεὸν λόγον, Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καθάπερ ἄνωθεν οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὁ Χριστὸς ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸ τῶν πατέρων ἡμῖν παραδέδωκε σύμβολον. τούτων τοίνυν μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ ἐμμελείας παρ' ἡμῶν διατυπωθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, εἴτ' οὖν συγγράφειν, ἢ συντιθέναι, ἢ φρονεῖν, ἢ διδάσκειν ἑτέρους.

declararent. Propter eos vero qui diſpenſationis myſterium audent corrumpere, & eum qui ex ſancta Virgine Maria natus eſt, purum hominem eſſe impudenter delirant, beati Cyrilli qui Alexandrinæ Eccleſiæ Paſtor fuit, ſynodales Epiſtolas ad Neſtorium & ad Orientales Epiſcopos ſcriptas ſuſcepit, quippe quæ idoneæ ſint tum ad veſaniam Neſtorii confutandam, tum ad exponendum ſalutare Symbolum, in gratiam eorum qui pio zelo adducti, intelligentiam illius aſſequi deſiderant. Quibus Epiſtolam quoque beatiſſimi & ſanctiſſimi Leonis, maximæ & ſenioris Romæ Archiepiſcopi, extinguendæ Eutychis malevolentiæ cauſa ſcriptam ad ſanctum Archiepiſcopum Flavianum: quæ cum beati Petri confeſſione conſentit, & communis quædam columna eſt adverſus eos qui male ſentiunt, jure merito conjunxit, ad rectorum dogmatum confirmationem. Nam & iis qui diſpenſationis Myſterium in duos Filios diſtrahere conantur, repugnat: & eos qui Unigeniti deitatem perpeſſioni obnoxiam dicere non verentur, à conventu ſacrorum expellit: illis quoque qui in duabus Chriſti naturis mixtionem ſeu confuſionem comminiſcuntur, reſiſtit: eos item qui formam ſervi quam ille ex nobis aſſumpſit, cœleſtis aut alterius cujuſpiam ſubſtantiæ eſſe delirant, ejicit. Illos denique qui ante unitionem quidem duas Domini naturas fabulantur, unam vero poſt unitionem fuiſſe confingunt, Anathemate percellit. Sanctorum igitur Patrum veſtigiis inſiſtentes, unum eundemque Filium confiteri oportere Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, uno conſenſu omnes docemus; eundem perfectum in deitate, & eundem perfectum in humanitate: vere Deum, & vere hominem eundem, ex anima rationali conſtantem & corpore: conſubſtantialem Patri ſecundum Deitatem, eundem vero nobis conſubſtantialem ſecundum humanitatem: per omnia ſimilem nobis, excepto peccato: ante ſæcula quidem genitum ex Patre ſecundum Deitatem: in extremis autem temporibus eundem propter nos & propter noſtram ſalutem ex Maria Virgine ac Deipara natum: unum eundemque Jeſum Chriſtum, Filium, Dominum, unigenitum; in duabus naturis inconfuſe, immutabiliter, indiviſe atque inſeparabiliter cognitum: naturarum differentia neutiquam extincta per unitionem: ſed ſervata potius utriuſque naturæ proprietate, & in unam perſonam ſeu hypoſtaſim concurrente: non in duas partitum aut diviſum perſonas, ſed unum eundemque Filium unigenitum Deum Verbum Dominum Jeſum Chriſtum, ſicut olim Prophetæ, & ipſe nos de ſe Chriſtus edocuit, & Patrum Symbolum nobis tradidit. His igitur cum omni cura ac diligentia à nobis conſtitutis, ſancta & univerſalis ſynodus decrevit, ut nemini liceat aliam fidem proferre, aut conſcribere, aut componere, aut ſentire, vel alios docere.

SÆC. V.

Quomodo de Chriſto credendum.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀναιδῶς λοιδορῶντας] Scribendum eſt procul dubio ληρωδοῦντας, ut legitur in Manuſcripto codice Florentino & in actis Synodi Chalcedonenſis.

2 Ἣν πινα τῇ τοῦ μεγάλου Πέτρου] Sic etiam legitur apud Nicephorum. Verum orationis ſeries omnino poſtulat ut legamus ἅπερ δὴ τῇ τοῦ μεγάλου, &c. Quemadmodum ſcribitur in actis Synodi Chalcedonenſis.

3 Ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν] In actis Synodi Chalcedonenſis, aliter ſcribitur hic locus, hoc ſcilicet modo: ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν υἱὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν. Quæ quidem ſcriptura longe rectior mihi videtur.

SÆC. V.

Quicunque vero auſi fuerint aliam fidem componere, aut proferre, aut docere, vel aliud Symbolum tradere iis qui à gentilium ſuperſtitione vel Judaïſmo, vel ab alia qualibet ſecta ad veritatis cognitionem convertere ſe voluerint: ſi quidem Epiſcopi ſint, ab Epiſcopali dignitate: ſi vero clerici, à Clero cenſeantur alieni. Quod ſi monachi fuerint aut laici, Anathemati ſubjiciantur. Cum hæc definitio lecta eſſet, Imperator Marcianus Chalcedonem ingreſſus, ſynodo interfuit, & oratione ad Epiſcopos habita, mox receſſit. Juvenalis item & Maximus controverſias quæ inter ipſos erant de quibuſdam provinciis, certis conventionibus diremerunt. Præterea Theodoritus & Ibas reſtituti ſunt in integrum. Alia quoque tractata ſunt, quæ, ut ſupra dixi, ad calcem hujus libri ſcripta Lector inveniet. Denique decretum eſt, ut ſedes Archiepiſcopalis junioris Romæ, eo quod ſecunda ſit poſt ſeniorem Romam, prærogativam ſupra reliquas ſedes obtineat.

Marcianus Synodo interfuit.

Canon 28. hujus Concilii.

τοὺς ἢ τολμήσαντας ἢ συντιθέναι πίστιν ἑτέραν ἢ λόγον προσκομίζειν ἢ διδάσκειν, ἢ παραδιδόναι ἕτερον σύμβολον τοῖς ἐθέλουσιν ἐπιστρέφειν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐξ Ἑλληνισμοῦ καὶ Ἰουδαϊσμοῦ ἢ ἐξ ἑτέρας αἱρέσεως οἵας δήποτε, τούτους εἰ μὲ εἶεν ἐπίσκοποι, ἢ κληρικοί, ἀλλοτρίους εἶναι, τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ τοὺς κληρικοὺς τῆ κλήρου· εἰ δὲ μοναζοντες ἢ λαϊκοὶ εἶεν, ἀναθεματίζεσθαι. μετὰ τοίνυν τ ἀνεγνωσμένον ὅρον, καὶ βασιλεὺς Μαρκιανὸς ἀνὰ τὴν Καλχηδονέων τῆ συνόδῳ παρεγενόμην, δημηγορήσας τε αὖ ἐπανέζευξε. καί πη συμβάσιαν Ἰουβενάλιός τε καὶ Μάξιμος τὰ περὶ τῆς κατ' αὐτοὺς ἐπαρχίας διώκησαν, καὶ Θεοδώρετος καὶ Ἴβας ἀνεκλήθησαν, καὶ ἕτερα κεκίνητο, ἅπερ ὡς ἔφθην εἰπών, μετ' αὐτλὴ τλὴ ἰσοείαν ἐξήνεγκα πάλαι. ἐδόκει δὲ καὶ τὸν θρόνον τῆς νέας Ῥώμης ἐκ τῆς δευτερείων τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, τῆς ἄλλων τὰ πρεσβεῖα φέρειν.

CAPUT V.

De ſeditione quæ Alexandriæ facta eſt ob ordinationem Proterii: & de ea quæ contigit Hieroſolymis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τῆς γενομένης ϛάσεως ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, χάριν τῆς χειροτονίας Προτερίου, ὁμοίως καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις.

Dioſcoro relegato Proterius ſuffectus.

POSTHÆC Dioſcorus quidem in urbem Paphlagoniæ Gangram eſt relegatus: Proterius vero communi totius ſynodi ſuffragio Alexandrinum Epiſcopatum ſortitur. Qui cum ſedem ſuam capeſſiviſſet, ingens atque intolerabilis exortus eſt tumultus in civitate, populo in diverſas ſententias diſtracto. Alii enim Dioſcorum requirebant, ut in hujuſmodi occaſionibus fieri ſolet. Alii Proterium pertinaciter defendebant: Adeo ut multa admodum gravia, ac prope inſanabilia inde profluxerint.

Priſci hiſtoria de ſeditione Alexandriæ.

Certe Priſcus Rhetor in hiſtoria ſua ſcribit, his temporibus veniſſe ſe Alexandriam ex provincia Thebaide, & populi multitudinem impetum in Magiſtratus facientem vidiſſe. Cumque milites ſeditionem inhibere vellent, populum eos lapidibus appetiviſſe & in fugam vertiſſe: & cum milites in templum quod olim fuerat Serapidis, ſe recepiſſent, populum eos illic obſediſſe & vivos concremaſſe. Ea re cognita, Imperatorem duo millia militum qui recens conſcripti erant, eo miſiſſe: qui

ΕΠὶ τούτοις [a] Διόσκορος μὲν τλὴ Γαγγρηνῶν τ a
Παφλαγόνων οἰκεῖν καταλέλειπται· Προτέριος δὲ τλὴ ἐπισκοπλὴ, ψήφῳ κοινῇ τῆς συνόδου, τῆς Ἀλεξανδρέων κληροῦται· ὃς ἐπειδὴ τὸν οἰκεῖον κατειλήφει θρόνον, μέγιστος καὶ ἀνύποιστος τάραχος τῷ δήμῳ διανέστη περὶ διαφόροις κυμαινομένῳ γνώμας. οἱ μὲν γὰρ Διόσκορον ἐπεζήτουν, οἷά περ εἰκὸς ἐν τοῖς τοιούτοις γίνεσθαι· οἱ δὲ, Προτερίου μάλα γενικῶς ἀντείχοντο, ὡς καὶ πολλὰ καὶ ἀνήκεστα προσελθεῖν. ἱστορεῖ δ' οὖν Πρίσκος ὁ Ῥήτωρ, φθῆναι τυγχάνοντα τλὴ Ἀλεξάνδρᾳ τῆς Θηβαίων ἐπαρχίας, ἰδεῖν τε τ δῆμον ὁμόσε I
χωροῦντα τῶν ἐχόντων· τῆς τε στρατιωτικῆς δυνάμεως τλὴ ϛάσιν διακωλύειν βουλομένης, λίθοις βολαῖς αὐτοὺς χρήσασθαι· τρέψασθαί τε τούτους καὶ [a] ἀνὰ τὸ ἱερὸν τὸ πάλαι Σαραπίδος 2
ἀναδραμόντας ἐκπολιορκῆσαι, καὶ πυρὶ ζῶντας παραδοῦναι. ταῦτά τε τὸν βασιλέα μαθόντα, διχιλίους νεολέκτους ἐκπέμψαι· καὶ τῇ πνεύματος ἐπιτυχόντας θεοδρομῆσαι, ὡς ἀνὰ τλὴ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῶν Θηβαίων ἐπαρχίαν] Hunc locum reſtitui ex codice Florentino, cui conſentit etiam Nicephorus in cap. 8. libri 15. Peſſime Chriſtophorſonus emendaverat τὸν τῶν Θηβαίων ἔπαρχον. Neque enim Thebais Provincia à Præfecto regebatur; ſed à Præſide, ut docet Notitia Imperii Romani. Deinde non Rectorem Provinciæ Thebaidis, ſed ſeipſum Alexandriam tunc veniſſe ſcribit Priſcus Rhetor. Certe Priſcus in Provincia Thebaide diu verſatus fuerat cum Maximino Duce, cujus erat conſiliarius & aſſeſſor, tunc cum ille adverſus Nubas & Blemmyas bellum gereret, ut ipſemet docet in excerptis legationum. In Telleriano codice hunc locum ita ſcriptum inveni, φθῆναι δ' Ἀλεξάνδρου τῆς Θηβαίων ἐπαρχίας. Malim tamen ſcribere φθῆναι ἐς τὴν Ἀλεξάνδρου ἐκ τῆς, &c.

2 Ἀνὰ τὸ ἱερὸν τὸ πάλαι Σαράπιδος] De Serapidis Templo quædam hoc loco addit Nicephorus, ſatis recondita, & quæ alibi legiſſe me non memini. Itaque ſuſpicor Nicephorum ex Priſci Rhetoris Hiſtoria, quæ tunc integra exſtabat, ea deſcripſiſſe.

VARIORUM.

a Διόσκορον μὲν τὴν Γαγγρηνῶν] Certum eſt Dioſcorum Gangram Aſiæ minoris civitatem deportatum eſſe anno 451. ibique interiiſſe anno 454. Vide Ant. Pagi ad ann. 451. n. 66.

ἐκτὸς

ἕκτῳ τῶν ἡμερῶν τῇ μεγάλῃ τῆς Ἀλεξανδρέων πρόσχεῖν πόλει. κἀντεῦθεν τῆς φρατριῶν παροινούντων ἔς τε ταὶς γαμετὰς καὶ θυγατέρας τῆς
1 Ἀλεξανδρέων, ' τῆς πρότερον πολλὰ δεινότε-
2 ρα προσελθεῖν. ὕστερόν τε δεηθῆναι τὸν δῆμον ' τῷ Φλώρου τῆς φρατρικῶν ταγμάτων ἡγουμένου, ὁμοῦ τε καὶ τῷ πολιτικῷ διέποντος ἄρχῃ ἀνὰ τὴν ἱπποδρομίαν ἀλισθέντα, ὅτε καταπεφ-
3 ῆναι αὐτοῖς ' τὴν τοῦ σιτηρεσίου χορηγίαν, ἣν παρ' αὐτῶν ἀφῄρητο, τά τε βαλανεῖα, καὶ τὴν θέαν, καὶ ὅσα διὰ τὴν γενομένην παρ' αὐτῶν ἀταξίαν ἀπεκόπησαν. καὶ ὕπως τὸν Φλώ-
4 ρον ' ἐσηγήσαι τῇ αὐτῇ φανέντα τῷ δήμῳ, ὑποχέαι ταὐτῷ, καὶ τὴν φάσιν πρὸς βραχὺ διαλῦ-
a σαι. ' ἀλλ' οὐδὲ τὰ κατ' τὸ ἔρημον τὸ πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα, τὴν ἠρεμίαν εἶχεν. ἔνιοι γὰρ τῶν μοναχῶν τῶν ἀνὰ τὴν συνοδον θορυβέντων, καὶ τἀναντία ταύτῃ βεβουλημένων φρονεῖν, πρὸς τὴν Παλαιστίνην ἀφικνοῦντο· καὶ προδοσίαν τῆς πίστεως ὀδυρόμενοι, τὸ μοναδικὸν ἔσπευδον ἀναῤῥιπίσαι καὶ ἀνασῶσαι. καὶ ἐπειδὴ ὁ Ἰουβενάλιος τὸν οἰκεῖον κατειλήφει θρόνον, καὶ βιαζόμενος πρός τῶν ἀνασυρόντων τὰ οἰκεῖα ἀνασκευάσαί τε καὶ ἀναθεματίσαι, τῆς βασιλέως πόλιν ἀνέδραμον, ἀλισθέντες οἱ τἀναντία τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου, ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, φρονοῦν-
5 τες, χειροτονοῦσιν ' ἀνὰ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν Θεοδόσιον, τὸν μάλιστα κυκήσαντα τὴν ἐν Καλχηδόνι συνοδον, τὸν καὶ πρῶτον περὶ ταύτης αὐτοῖς ἀγγείλαντα. περὶ οὗ ὕστερον τὸ ἐν Παλαιστίνῃ μοναχικὸν

secundo vento usi, adeo prospere navigarunt, ut sexta post die ad magnam Alexandrinorum urbem appulerint. Deinde cum milites petulantius illuderent uxoribus & filiabus Alexandrinorum, multo graviora quam antehac perpetrata esse. Tandem vero populum in circo congregatum, rogasse Florum qui tunc dux rei militaris per Ægyptum, & præfectus simul erat Alexandriæ, ut præbitionem Annonæ quam ipsis ademerat, restitui curaret, balnea item ac spectacula, & quæcumque ipsis ablata fuerant ob seditionem ab ipsis concitatam. Florum vero, suasu & consilio Prisci Rhetoris, in conspectum populi prodiisse, seque id facturum promisisse, atque ita seditionem paulatim dissolvisse. Sed neque solitudo quæ est juxta Hierosolymam, tranquillo in statu erat. Etenim nonnulli ex Monachis qui Concilio interfuerant, & contrariam ejus decretis opinionem imbiberant, in Palæstinam venerunt: fidemque proditam conquesti, universos Monachos concitare atque inflammare cœperunt. Et quoniam Juvenalis propriam sedem receperat, cumque à seditiosis compelleretur ut sententiam suam retractaret, atque Anathemate damnaret, ad urbem regiam contenderat, ii qui Chalcedonensi synodo contraria sentiebant, uti supra dixi, in unum coeuntes, in Ecclesia sanctæ Resurrectionis Episcopum ordinant Theodosium, eum qui in Chalcedonensi synodo maximos tumultus excitaverat, primusque ipsis de eadem synodo nuntiaverat. De quo postea Monachi Palæstinæ cum ad

Turba in Palæstina.

Theodosius in sedem Hierosol. intrusus.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῶν πρότερον πολλὰ δεινότερα] Scribendum est πολλῷ δεινότερα, ut legitur apud Nicephorum in c. supra citato.

2 Τῷ Φλώρῳ] Hujus Flori Præfecti Augustalis simul ac Ducis Ægypti meminit Jordanes in lib. de successione Regnorum, ubi de Marciano Imperatore ita scribit. *Nobades Blemmyesque Æthiopia prolapsos, per Florum Alexandrinæ urbis procuratorem sedavit, & pepulit à sedibus Romanorum.* Successerat autem Theodoro Augustali, ut discimus ex Breviario Liberati Diaconi cap. 14. Sub quo Proterius ordinatus est Episcopus, & seditio illa quam hic describit Evagrius, facta est Alexandriæ anno Christi 452. ob quam seditionem cum annona publica, Alexandrinis erogari solita, balnea item ac spectacula, populo Alexandrinorum jussu Principis adempta fuissent, plebs in Circum conveniens, Florum Præfectum Augustalem, qui paulo ante Alexandriam venerat, rogavit ut ea ipsis restituerentur. Id ergo contigit anno Christi 453.

3 Τὴν τοῦ σιτηρεσίου χορηγίαν] Alexandriæ perinde ac Romæ & Constantinopoli, diurni panes civibus erogabantur, ut discimus ex libro 14. codicis Theodosiani, titulo de frumento Alexandrino. Quisnam autem hujus rei auctor fuerit, incertum est. Primus quidem Diocletianus Castrensem panem Alexandrinis donavit, ut scribit Auctor Chronici Alexandrini, Constantio Cæsare IV. & Maximiano Jovio Cæsare IV. Coss. τούτῳ τῷ ἔτει ὁ Καισαρίσιος ἄρτος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ Διοκλητιανοῦ ἐδωρήθη. Quæ iisdem verbis leguntur in Excerptis Chronologicis quæ ad calcem Eusebiani Chronici edidit Scaliger. *Constantio & Maximiano novorum Cæsarum quarto. In eodem anno Castritius in Alexandria donatus est.* Procopius in Anecdotis pag. 119. ait hanc annonam pauperibus duntaxat urbis Alexandrinæ à Diocletiano constitutam fuisse. Quam cum cives illius urbis inter se postea partiti essent, eam deinde ad posteros suos transmittebant. Verba Procopii sunt hæc. Διοκλητιανὸς Ῥωμαίων μεγάλους αὐτοκράτωρ σίτου μέγα τι χρῆμα δίδοσθαι παρὰ τοῦ δήμου τῶν Ἀλεξανδρέων τοῖς δημόσιος ἀνὰ πᾶν ἔτος διώρισε. παῦται ὁ δῆμος τὴνικάδε ἀφθονα-σάμμοι ἐν σφίσιν αὐτοῖς, ἐς ἀπογόνους τὸς μέχρι δεῦρο παρέπεμψαν. Quibus in verbis mendum est gravissimum, quod Nicolaus Alemannus, vir alioqui doctissimus, non animadvertit. Nam pro verbis illis παρὰ τοῦ δήμου, scribendum est procul dubio παρὰ τοῦ δημοσίου. Et paulo post scribendum est παῦται ὁ δῆμος τηνικάδε ἰδίᾳ ἀθασάμμοι ἐν σφίσιν αὐτοῖς &c. Qua quidem emendatione nihil certius. Porro longe ante Diocletianum, Dionysii scilicet Alexandrini temporibus, Omogerontes urbis Alexandrinæ annonam ex publico accipiebant, ut docet Dionysius Alexandrinus in epist. ad Hieracem Episcopum, quam refert Eusebius in lib. 7. historiæ cap. 21. Itaque Diocletianus hanc frumenti Alexandrini præbitionem auxit potius quam instituit.

4 Ἐσηγήσαι τῇ αὐτοῦ] Hunc locum non intellexerunt Interpretes, ut ex versione eorum apparet. Putarunt enim vocem αὐτοῦ, ad Florum esse referendam, cum tamen ad Priscum Rhetorem referatur, ex cujus historia hæc cuncta descripsit Evagrius. Hic enim cum tunc Alexandriæ versaretur, id consilium suggessit Floro, ut ad circum pergeret, quo in loco collecta plebs Alexandrinorum, magnis clamoribus Florum eo advenire poscebat.

5 Ἀνὰ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν] Male Christophorsonus hunc locum interpretatus est hoc modo. *In sancto die festo Resurrectionis, Theodosium designant Episcopum.* Rectius Musculus, *ordinarunt in Ecclesia sancta Resurrectionis, Theodosium illum* &c. De hac Ecclesia sanctæ Resurrectionis, multa olim observavi in Annotationibus Eusebianis. De Theodosio autem isto Hierosolymitanæ sedis invasore, consulendus est Baronius ad annum Christi 452.

VARIORUM.

a Ἀλλ' οὐδὲ τὰ κατὰ τὸ ἔρημον] Horum Palæstinæ tumultuum mentio habetur in Actis Danielis Stylitæ; quorum causa idem cupiens ad sancta invisenda loca pergere, fuit à proposito revocatus, utpote quod non sine vitæ periculo hoc tempore illuc accedere Catholicis fas esset. *Hæc Baronius ad ann. 452. pag. 170. De his etiam, & præsertim de Theodosio sedis Hierosolymitanæ invasore, fusius agit Nicephorus, Hist. lib. XV. cap. 9.*

πρὸς

Sæc. V.

Alciſonem ſcriberent, hæc retulerunt: eum, cum à proprio Epiſcopo in maleficiis deprehenſus eſſet, Monaſterio ſuo expulſum fuiſſe: cumque Alexandriam veniſſet, adortum eſſe Dioſcorum, & tanquam ſeditioſum multis conciſum verberibus, & camelo impoſitum per univerſam urbem, inſtar malefici, traductum fuiſſe. Ad hunc igitur multi ex urbibus trium Palæſtinarum accedentes, Epiſcopos ab illo ſibi ordinari curarunt. Inter quos fuit Petrus quidam oriundus ex Hiberia, cui Majumæ, quod oppidum eſt juxta urbem Gazæorum, Epiſcopatus commiſſus eſt. Hæc ubi comperit Marcianus, primo quidem Theodoſium ad ſe in comitatum perduci jubet. Deinde Juvenalem mittit, ut ea quæ geſta fuerant corrigeret: Mandans ut cunctos qui à Theodoſio ordinati fuerant, expelleret. Poſt adventum igitur Juvenalis, multa triſtia atque acerba contigerunt, cum ex utraque parte fierent quæcumque furor ipſis ſuggerebat. Quippe invidus, Deoque inviſus Dæmon, unius litteræ mutationem adeo maligne commentus ac perperam interpretatus fuerat, ut cum unius litteræ prolatio alteram omnino ſimul inducat, multum tamen inter eas eſſe diſcriminis, & ſenſus utriuſque ex diametro inter ſe pugnare, ac ſe ſe invicem perimere, à pleriſque exiſtimentur. Nam qui Chriſtum in duabus naturis confitetur, illum ex duabus naturis eſſe aperte dicit. Si quidem dum Chriſtum in deitate & humanitate confitetur, ex deitate & humanitate eum conſtare concedit. Rurſus qui ex duabus naturis dicit, idem conſequenter in duabus etiam confitetur. Quippe dum ex deitate & humanitate Chriſtum eſſe dicit, in deitate & humanitate eum conſiſtere profitetur, nec carne in deitatem converſa, nec deitate item in carnem mutata: quarum ineffabilis exiſtit unitio. Adeo ut per vocem hanc, ex duabus, ſimul etiam commode intelligatur in duabus; & per vocem hanc, in duabus, intelligatur quoque ex duabus, nec alterum diſtet ab altero. Quandoquidem juxta abundantem loquendi uſum, non ſolum ex partibus, verum etiam in partibus totum cognoſcitur. Nihilominus tamen hæc inter ſe adeo eſſe diſ-

Petrus Majumæ Ep.

πρὸς Ἀκλίσωνα γράφον εἴρηκεν, ὡς καὶ θεῖ τῷ 1
οἰκείῳ ἐπισκόπῳ ἐπὶ κακουργίαις ἁλοὺς, τῷ καθ'
αὐτὸν ἀπηλάθη μοναστηρίῳ, καὶ ὅπ γε κτ' τλω'
Ἀλεξάνδρειαν γενόμενος ἀπελάβετο τῷ Διοσκόρου, 3
καὶ πολλαῖς ὡς φασιάδης καταξανθεὶς πληγαῖς,
ἐπὶ καμήλου ἵστα κακούργοις, ἀνὰ τὴν πόλιν θεω-
ηνέχθη. πρὸς ὃν πολλαὶ τ' ἐν Παλαιστίναις πό- 4
λεων ἀφικνούμεναι, χειροτονεῖας σφίσιν ἐπισκόπους
παρεσκεύαζον. ἐν οἷς καθεστήκει ὁ Πέτρος ὁ ἐξ Ἰ-
βηρίας, τῷ καλουμένῳ Μαϊουμᾶ τῷ πρὸς τῇ Γα-
ζαίων πόλει τοὺς οἴακας τῆς ἐπισκοπῆς πιστευθείς.
ἅπερ ἐπειδὴ Μαρκιανὸς ἔγνω, πρᾶτα μὲν ἀχθῆναι
παρ' αὐτῷ κτ' τὸ στρατόπεδον τὸν Θεοδόσιον κελεύει.
ἐκπέμπει δὲ τ' Ἰουβενάλιον, θεὸς διόρθωσιν τ γε-
νημένων, ἀπελαθῆναι πάντας τοὺς ὑπὸ Θεοδοσίου
χειροτονηθέντας ἐξελθυσάμενος. μετὰ γοῦν τὴν ἄφι-
ξιν Ἰουβεναλίου, πολλὰ καὶ ἀνιαρὰ γεγόνασιν ἐκεῖ-
θεν ἔνθεν θεομότων, ὅσαπερ ὁ θυμὸς αὐτοῖς ὑπη-
γόρευε. τῷ βασκάνου δὲ θεομισοῦς δαίμονος, οὕτως
ἑνὸς γράμματος ἀλλαγὴν κακούργως τεχνά- 5
σαντός τε καὶ παρερμηνεύσαντος, ὥστε τῆς θα- 6
τέρᾳ τούτων ἐκφωνήσεως, πάντως ἐπαγούσης ἐν-
ταῦθα τὸ ἕτερον, πολὺ τὸ διαλλάττον παρὰ τοῖς
πλείοσι νομίζεσθαι, καὶ ἀντικρὺ τὰς ἐννοίας ἐκ δι-
αμέτρου φέρεσθαι, καὶ ἀλλήλων ἀναιρετικὰς καθε-
στάναι. ὅ, τε γὰρ ἐν δύο φύσεσι τὸν Χριστὸν ὁμο-
λογῶν, ἐκ δύο ἀντικρὺς λέγει, εἴπερ ἐν θεότητι καὶ
ἀνθρωπότητι συνομολογῶν τὸν Χριστὸν, ὁμολογῶν 7
ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος συντεθεῖσθαι λέγει.
ὅ, τε ἐκ δύο λέγων, τὴν ἐν δύο πάντως ὁμολο-
γίαν ἐπάγει, εἴπερ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότη-
τος τὸν Χριστὸν λέγων, ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότη-
τι ὁμολογεῖ αὐτὸν καθεστάναι· ὅτε τῆς σαρκὸς ἐς
θεότητα μεταβληθείσης, οὔτε αὖ τῆς θεότητος
ἐς σάρκα χωρησάσης, ἐξ ὧν ἡ ἄῤῥητος ἕνωσις. ὡς
ἀφ' τῆς ἐκ δύο φωνῆς ἐνταῦθα νοεῖσθαι προσ-
φόρως τλω ἐν δύο, ἀφ' τῆς ἐν δύο τλω ἐκ
δύο, καὶ θάτερον τῷ ἑτέρου μὴ ἀπολιμπάνεσθαι.
ὅπου γε κατὰ τὸ θειότιον, οὐ μόνον τὸ ὅλον
ἐκ μερῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν μέρεσι τὸ ὅλον γνωρί-
ζεται· καὶ ὅμως οὕτως ἀλλήλων ἀπεχοινίσθην

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πρὸς Ἀκλίσωνα γράφον] Scribendum procul dubio eſt πρὸς ἀλκίσωνα, ut legitur apud Nicephorum. Hæ literæ Monachorum Palæſtinæ ad Alciſonem referuntur ab Evagrio in cap. 31. libri 3. ad quem locum plura de Alciſone dicturi ſumus.

2 Ὡς καὶ θεῖ τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου] Henricus Savilius in ſuo codice ad latus annotarat: *forte παρὰ*. Ita certe legerunt Muſculus & Chriſtophorſonus. Nec aliter Evagrium ſcripſiſſe pro certo habeo. Sed Antiquarii in his duabus præpoſitionibus frequenter labi ſolent, ut ſciunt ii qui Manuſcriptos codices evolverunt.

3 Ἀπελάβετο τοῦ Διοσκόρου] Savilius ad oram ſui codicis notavit, forte legendum eſſe ἐπιλάβετο, quod non diſplicet. Mallem tamen ſcribere ἐπιβάλετο τῷ Διοσκόρῳ. Quam ſcripturam in interpretatione mea ſum ſecutus. Nec aliter videtur legiſſe Nicephorus, qui hunc Evagrii locum ſic expreſſit, καὶ ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου ἀμάξης Διοσκόρου καθίσης. At Muſculus & Chriſtophorſonus in hujus loci verſione nihil viderunt.

4 Πρὸς ὃν πολλοὺς τῶν, ἐν Παλαιστίνῃ πόλεων ἀφικνούμενοι] Hunc locum correxi ex MS. codice Florentino, in quo ita legitur, πολλαὶ τῶν ἐν Παλαιστίναις πόλεων ἀφικνούμεναι. Sic convenerat in ſynodo Chalcedonenſi inter Epiſcopos Antiochenum & Hieroſolymitanum, ut tres Palæſtinæ eſſent ſub diſpoſitione Epiſc. Hieroſolymitani.

5 Ἑνὸς γράμματος ἀλλαγὴν] Intelligit Evagrius præpoſitiones illas ἐν & ἐκ, quæ una litera inter ſe diſtant. Et Catholici quidem Chriſtum in duabus naturis confitebantur. Hæretici vero ex duabus naturis eum conſtare aiebant, ſed quæ in unam coaluiſſent. Poſt unitionem enim Verbi, unam duntaxat Chriſti naturam eſſe affirmabant.

6 Τῆς θαλέρου τούτων ἐκφωνήσεως] Aſſentior viris doctis qui ἐκφωνήσεως emendarunt, quemadmodum legitur apud Nicephorum. Atque ita legit Chriſtophorſonus; qui tamen in hujus loci interpretatione mentem Evagrii minime eſt aſſecutus. Certe in codice Telleriano ſcriptum inveni ἐκφωνήσεως.

7 Ὁμολογῶν ἐκ θεότητος] Delenda eſt vox ὁμολογῶν ut pote ſuperflua. Certe apud Nicephorum non legitur, & Savilius in ſuo codice eam lineola ſubnotarat.

ταῦτα

ταῦτα νομίζουσιν ἄνθρωποι, συνηθείᾳ τινὶ περὶ τὰ Θεοῦ δόξης, ἢ καὶ τὸ οὕτω βούλεσθαι περιλημμένοι, ὡς πάσης ἰδέας θανάτου περιφρονεῖν, ἢ πρὸς τιν᾽ τοῦ ὄντος ἴσην συγκατάθεσιν· ὅθεν τὰ λελεγμένα μοι γεγόνασι. καὶ ταῦτα μὲν ἔχει οὕτως.

junctа ac ſeparata homines arbitrantur, conſuetudine quadam de Deo ſentiendi, vel certe inductione animi præoccupati; ut quodvis mortis genus ſubire malint, quam veritati conſenſum accommodare. Atque hinc orta ſunt mala quæ ſupra commemoravi. Verum hæc quidem ita ſe habuere. SÆC. V.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Περὶ τῆς γενομένης ἀνομβρίας, λιμοῦ τε καὶ λοιμοῦ· ὅπως τε παραδόξως ἔν τισι χώραις αὐτομάτως ἡ γῆ τοὺς καρποὺς ἐβλάστησεν.

CAPUT VI.

De ſiccitate, & de fame ac peſte. Et quomodo in quibuſdam locis tellus ſua ſponte fructus ediderit.

Ὑπὸ τούτοις δὲ τοῖς χρόνοις, καὶ ὀμβρίων ὑδάτων σπάνις γέγονεν ἔν τε Φρυγίαις, Γαλατίαις τε αὖ καὶ Καππαδοκίαις, καὶ Κιλικίαις, ὡς σφόδρα τῆς ἀναγκαίων καὶ ὀλεθριωτέρας τροφῆς μεταλαμβάνειν τοὺς ἀνθρώπους· ὅθεν καὶ λοιμὸς γέγονεν. σὺν ὄσοις τε τῇ μεταβολῇ τῆς διαίτης, καὶ οἰδαίνοντος σφίσι τοῦ σώματος δι᾽ ὑπερβολὴν τῆς φλεγμονῆς, τὰς ὄψεις ἀπέβαλλον· βηχός τε συγγενομένης, τελευταῖοι τὸν βίον ἀπελίμπανον. καὶ τοῦ μὲν λοιμοῦ τέως βοήθειαν ἐξευρεῖν οὐκ οἷόν. ἄκος δὲ τοῦ λιμοῦ τοῖς ὑπολειφθεῖσιν ἡ πάντων σώτειρα δέδωκε πρόνοια· καὶ μὲν τὸ ἄγονον ἔτος τροφὴν ἐκ τοῦ ἀέρος ὑπερέξασα, ἴσα τοῖς ἰσραηλίταις μάννα παρασυγόρευται· ἀνὰ δὲ τὸ ἑξῆς ἔτος αὐτομάτως βύδοκήσασα τοὺς καρποὺς τελεσιουργηθῆναι. ταῦτα δὲ τὴν Παλαιστινὴν χώραν ἐνεμήθη, ἄλλας τε πολλὰς καὶ ἀναριθμήτους, τὴν γῆν τῶν παθῶν περιοδευούτων.

IISDEM temporibus ingens ſiccitas fuit in utraque Phrygia, & in utraque Galatia, Cappadocia ac Cilicia. Adeo ut ſecuta exinde rerum neceſſariarum penuria, homines noxiis uſi ſint cibis. Unde peſtis etiam exorta eſt. Ex victus enim mutatione in morbum delapſi, corporibus ob nimiam inflammationem tumeſcentibus, oculos amittebant: ſimulque tuſſi vexati, tertio die moriebantur. Ac peſtis quidem nullum tunc remedium potuit inveniri. Contra famem vero, iis qui reſidui erant, remedium præſtitit Dei providentia omnium conſervatrix. Quippe anno illo qui ſterilis fuerat, cibus è cælo depluit, quod manna vocant, non ſecus atque olim Iſraëlitis. Inſequente autem anno tellus ſua ſponte maturos fructus protulit. Porro hæc calamitas Palæſtinam quoque & alias regiones prope innumerabiles depaſta eſt, duobus his malis per univerſum terrarum orbem pervagantibus.

Siccitas.

Fames & Peſtis.

Terra ſponte fruges parit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ τῆς ἀναιρέσεως Οὐαλεντινιανοῦ καὶ ἁλώσεως Ῥώμης· καὶ περὶ ἑτέρων βασιλευσάντων αὐτῆς.

CAPUT VII.

De cæde Imperatoris Valentiniani, & quomodo capta ſit Roma: & de Imperatoribus qui poſt Valentinianum regnarunt.

Τούτων ἐν τοῖς ἑφοις προϊόντων, ἀνὰ τὴν πρότερον Ῥώμην [a] Ἀέτιος δειλαίως ἐξ ἀνθρώπων μεθίσταται· Οὐαλεντινιανός τε ὁ τῆς ἑσπερίων μερῶν βασιλεὺς, σὺν αὐτῷ τε Ἡράκλειος, πρός τινων Ἀετίου δορυφόρων, ἐπιβουλῆς καταθύσεως καθ᾽ αὐτῶν παρὰ Μαξίμου τοῦ καὶ τὴν ἀρχὴν περιζωσαμένου, διότι ἐς τὴν Μαξίμου γαμετὴν Οὐαλεντινιανὸς ὕβρισε, πρὸς βίας αὐτῆ συμφθαρείς. οὗτος ὁ Μάξιμος τὴν Εὐδοξίαν τὴν Οὐαλεντινιανοῦ γαμετὴν συμπάσῃ ἀνάγκῃ ἐσοικίζεται. ἡ δέ γε ὕβριν καὶ πᾶσαν ἀτοπίαν ἐκ τοῦτος τὸ πρᾶγμα λογισαμένη, καὶ πάντα κύβον, τὸ δὴ λεγόμενον, ῥίψασα αἱρετισαμένη, ὑφ᾽ ὧν ἔς τε τὸν γαμέτην ἐπεπόνθει, καὶ ἐς τὴν ἐλευθερίαν ἐξύβριστο· δεινὴ γὰρ γυνὴ

DUM hæc in Orientis partibus geruntur, Romæ Aëtius crudeliter interfectus eſt. Valentinianus quoque Occidentalium partium Imperator, & cum eo Heraclius à quibuſdam Aetii ſatellitibus occiduntur, inſidiis à Maximo qui poſtea imperium arripuit, adverſus eos ſtructis, eo quod Valentinianus conjugem Maximi per vim conſtupraſſet. Porro hic Maximus Eudoxiam Valentiniani uxorem, invitam ſibi nubere coegit. Quæ cum id factum, contumeliæ loco & extremæ nequitiæ merito eſſe duceret, jacta, ut dicitur, alea quodvis periculum ſubire conſtituit, ut cædem viri ſui, & contumeliam libertati ſuæ illatam ulciſceretur. Acris enim

Aëtius, Valentini Heraclius Impp. interfecti.

Maximus tyrannus.

VARIORUM ANNOTATIONES.

a Ἀέτιος] *Mortem Aëtii* [anno Chr. 454] *mors Valentiniani non longo poſt tempore* [ſcil. anno 455] *conſecuta eſt, tam imprudenter non declinata, ut interfector Aëtii amicos armigeroſque ejus ſibimet conſociaret, qui concepti facinoris opportunitatem diſſimulanter occupantes, egreſſum extra urbem Principem, & ludo geſtationis intentum inopinatis ictibus confoderunt, Heraclio ſimul, ut erat proximus, interempto, & nullo ex multitudine regia ad ultionem tanti ſceleris accenſo. Ut autem hoc parricidium perpetratum eſt, Maximus, vir gemini conſulatus, & patriciæ dignitatis, ſumpſit Imperium, qui cum periclitanti reipublicæ per omnia profuturus crederetur, non ſero documento quid animi haberet, probavit: Siquidem interfectores Valentiniani non ſolum non plecterit, ſed etiam in amicitiam receperit, uxoremque ejus Auguſtam, amiſſionem viri lugere prohibitam, intra pauciſſimos dies in conjugium ſuum tranſire coegerit. Sed hac incontinentia non diu potitus eſt: nam poſt alterum menſem nunciatur ex Africa Genſerici regis adventus; multiſque nobilibus ac popularibus ex urbe fugientibus, cum ipſe quoque data cunctis abeundi licentia, trepide vellet recedere, ſeptuageſimo ſeptimo adepti Imperii die à famulis regiis dilaniatus eſt, & membratim dejectus in Tiberim, ſepultura quoque caruit.* Proſper in Chronico ſub conſulibus anni 455.

καὶ

SÆC. V

est fœmina, & implacabilis iracundiæ, quoties pudicitia quam inviolatam servare vult, per vim ipsi erepta fuerit, ac præcipue ab illo qui maritum ipsius interfecerit. Mittit ergo in Africam ad Gizericum: donisque illi quam plurimis illico datis, & de reliquo bene sperare eum jubens, persuadet ut ex improviso Romanum imperium invadat, cuncta se illi proditurum pollicita. Quibus ita perpetratis, capta est urbs Roma. At Gizericus, ut pote Barbarus & ingenio inconstans atque mutabilis, ne illi quidem fidem servavit. Sed urbe incensa, & cunctis opibus direptis, in Africam reversus est, Eudoxiam una cum duabus filiabus secum abducens. Ex his majorem natu, Eudociam nomine, Hunerico filio suo conjugem dedit. Juniorem vero, Placidiam nomine, una cum matre Eudoxia, aliquanto post cum regio cultu ac satellitio Byzantium misit, ut Marcianum Imperatorem placaret. Indignabatur enim Marcianus, tum quod urbs Roma incendio consumpta esset, tum quod Augustæ tanta contumelia affectæ fuissent. Cæterum Placidia jussu Marciani nupsit Olybrio, qui inter Senatores Romanos nobilissimus habebatur, & capta urbe Roma Constantinopolim se receperat. Post Maximum Avitus Romæ imperavit menses octo. Qui cum peste vitam finiisset, Majorianus biennio imperium obtinuit. Hic cum à Recimere Magistro militum per fraudem interfectus esset, Severus imperium occupavit annis tribus.

Gizericus Romam capit.

Avitus Rom. Imp.

Majorianus Imp.

Severus Imp.

ἡ ἀδυσώπητος λύπης, ζωφροσύνης ἀντεχομένη, εἰ ταύτῃ ἀφαιρεθείη, ἡ μάλιστα παρ' ἣν τὸν ἄνδρα ἔτυχεν ἀπολέσασα· κατ' τὴν Λιβύην ἐκπέμπει, ἡ δῶρα πλεῖστα παραυτίκα δοῦσα, τό, τε εὐέλπι καὶ τοῖς ἐξῆς ὑποχομένη, πείθει Γιζέριχον ἐπανελθεῖν ἀδοκήτως τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ, πάντα οἱ προδώσειν ὑποχομένην· ἃ δὴ γεγονότος, ἡ Ῥώμη ἁλίσκεται. ὁ δὲ Γιζέριχος οἷα βάρβαρος ἡ τὸν τρόπον ἀσταθής τε ἡ παλίμβολος, οὐδὲ ταύτῃ τὸ πιστὸν ἐφύλαξεν. ἀλλὰ [a] τὴν πόλιν πυρπολήσας, πάντα τε ληϊσάμενος, λαβὼν τὴν Εὐδοξίαν σὺν ἡ ταῖς δύο θυγατράσιν, ἐς τυῤῥίσω τὴν ἔλασιν ποιεῖται· καὶ κατ' τοῦ Λιβύων ἀπιὼν, ᾤχετο· ἡ τῇ μὲν πρεσβυτέραν τῶν Εὐδοξίας θυγατέρων Εὐδοκίαν, Ὀνωρείχῳ συνάπτει τῷ οἰκείῳ παιδί· Πλακιδίαν δὲ τὴν νεωτέραν, ἅμα Εὐδοξίᾳ τῇ μητρὶ σὺν θεραπείαις ὕστερον βασιλικαῖς ἐς Βυζάντιον ἐκπέμπει, [b] Μαρκιανὸν ἠμερώμενος. ὠῆγε γὰρ αὐτὸν ἐς ὀργὴν, τό, τε τὴν Ῥώμην ἐμπεπρῆσθαι, τό, τε τὰς βασιλίδας οὕτω προϋβεβλῆσθαι. ἡ μὲν οὖν Πλακιδία γάμοις ὁμιλεῖ κελθύσμασι Μαρκιανοῦ Ὀλυβρίῳ ταύτῃ ἐσοικισαμένῳ· ὃς ἐπίσημος τῆς γερουσίας ἐτύγχανεν ὢν, ἐκ τῆς Ῥώμης ἁλούσης ἀνὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀφικόμενος. μετὰ δὲ αὖ Μάξιμον, βασιλεύει Ῥωμαίων [1] Ἄβιτος [c] μῆνας ὀκτώ. τοῦτον δὲ τὸν βίον [2] λιμῷ μεταλλάξαντος [3] Μαϊορῖνος δεύτερον ἔτος τὴν βασιλείαν κατέσχεν· Μαϊουρίνου δὲ τοῦ Ῥεκιμέρους τῶν Ῥωμαίων στρατηγοῦ δολοφονηθέντος, κατέσχε τὴν ἀρχὴν Σέβηρος ἔτεσι τρισίν.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἄβιτος μῆνας ὀκτὼ] Post Valentiniani Placidi interitum, & post cædem Maximi, Avitus primum Tolosæ, ac deinde Arelate Imperator levatus est Consulatu Valentiniani VIII & Anthemii, anno Christi 455. die sexto Idus Julias, ut habet vetus Chronicum quod primus edidit Cuspinianus in Fastis. Sequenti autem anno idem Avitus Consul fuit, ut legitur in Fastis quos sub Idatii nomine publicavit Jacobus Sirmondus: eodemque anno depositus est Placentiæ, ut tradunt Marius & Cassiodorus in Fastis, & vetus ille Chronographus à Cuspiniano editus. Verum quo die & quo mense Avitus Imperium deposuerit, ab Antiquis proditum non invenio. Sigonius quidem in libro 14. de Occidentali Imperio, Avitum die decimo sexto Calendas Junias Imperium deposuisse scribit. Verum Sigonius nullum hujus rei laudat Auctorem. Vetus quidem ille Chronographus Cuspiniani ita scribit: *Joanne & Varane Coss. captus est Imp. Avitus Placentiæ à Magistro militum Ricimere. Et occisus est Messianus Patritius ejus, decima sexta Calendas Junias.* Ex hoc igitur loco conjectura adductus Sigonius, uno eodemque die Avitum purpuram deposuisse & Messianum necatum esse existimavit, licet vetus Chronographus id non dicat. Dies enim ille decimus sextus Calendas Junias ad cædem Messiani refertur, non ad Aviti depositionem. Certe si verum est quod hic scribit Evagrius, octo mensium spatio Avitum regnasse, ejus exauctoratio in mensem Martium anni 456 cadat necesse est. Idatius in Chronico tres annos Imperii Avito tribuere videtur. Sic enim scribit: *Avitus tertio anno posteaquam à Gallis & à Gothis factus fuerat Imperator, caret Imperio, Gothorum promisso destitutus auxilio, caret & vita.* Verum in MS. codice quo usus est Jacobus Sirmundus, hic locus ita legitur, *Tertio anno Avitus, septimo mense posteaquam à Gallis & a Gothis factus fuerat Imperator &c.* Jacobus Sirmundus cum hæc duo simul stare non posse intelligeret, has duas voces *septimo Mense*, in editione sua omisit, melius facturus si duas illas *tertio anno*, expunxisset. Neque enim Avitus tres annos imperavit, sed septem dumtaxat aut octo mensibus, qui sub duobus Consulatibus cucurrerunt. Unde à quibusdam Scriptoribus biennium regnasse dicitur. Certe Cedrenus in Chronico ita scribit.

2 Λιμῷ μεταλλάξαντος] Musculus & Christophorsonus λοιμῷ legerunt. Quam scripturam veriorem puto. Neque enim probabile est, Avitum, qui post depositum Imperium Episcopus Placentiæ factus est, ut scribit Victor Tunonensis & Marius in Chronico, fame interiisse. Vulgatam tamen lectionem retinuit Nicephorus.

3 Μαϊουρῖνος δεύτερον ἔτος] Majorianus quatuor annos ac totidem menses Imperium Romanum administravit, ut docet vetus Chronographus editus à Cuspiniano, cui subscribit Idatius & Marcellinus in Chronico. Huic succedens Severus, pari fere annorum spatio imperavit, ut iidem Scriptores tradunt. Verum hæc post mortem Imperatoris Marciani contigerunt, Leone Aug. Orientis Imperium administrante.

VARIORUM.

a Τὴν πόλιν πυρπολήσας] Ait Prosper *Genserico occurrisse extra portas Leonem Episcopum, cujus supplicatio ita eum Deo agente lenivit, ut cum omnia potestatis ipsius essent, tradita sibi civitate, ab igne tamen & cæde atque supplicüs abstineretur.*

b Μαρκιανὸν ἠμερώμενος] Theophanes ad ann. 457 ait; *Hoc anno Eudoxia, Theodosii Imperatoris filia, Valentiniani vero tertii conjux, cum Placidia filiarum altera, Olybrii uxore, ex Africa remeavit.* Hoc vero anno Majorianus Imperium adeptus est, ut Priscus etiam notavit, p. 74.

c Μῆνας ὀκτώ] Regnavit menses 10 & dies 8. juxta Pagium ad ann. 456, n. 6. *W. Lowth.*

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Περὶ τ θανάτυ Μαρκιανοῦ, κ τ βασιλείας Λέοντος· κ ὡς οἱ τ Ἀλεξανδρέων αἱρεσιῶ τ Προτέριον ἀποσφάξασι, Τιμοθέῳ δὲ τῷ Αἰλύρῳ τὴν ἀρχιερωσύνην παραδιδόασι.

CAPUT VIII.

De obitu Marciani, & de Imperio Leonis: & Quomodo Hæretici Alexandriæ Proterium quidem occiderunt: Timotheum autem Aelurum Archiepiscopum elegerunt.

1a ΕΓΓΙ δὲ [1]βασιλεύοντος Ῥωμαίων Σεβήρου, [a]Μαρκιανὸς τῷ βασιλείαν ἐναλλάξαι, τοῖς τὴν 2 κρείττονα μεταχωρήσας λῆξιν, [2]ἑπτὰ μόνοις ἔτε- 3 σι τῷ βασιλείαν διακυβερνήσας, [3]μνημεῖον δὲ ὄντως βασιλικὸν καταλελοιπὼς παρὰ πᾶσιν ἀν- θρώποις. ὅπερ οἱ τῆς Ἀλεξανδρέων πυθόμενοι, τῷ κζ' Προτερίῳ μᾶ μείζονος θυμοῦ καὶ πλείστης θερμότητος ἀνεκαινοῦντο μιῶν. εὐέξαπτον γάρ τι χρῆμα τοῖς ὀργῇ ὁ δῆμος, κ τὰς τυχούσας ἀφορμὰς ὑπέκκαυμα τ θορύβων ἔχων· ᾗ κ ἥκιστα δὲ πάντων b [b]ὁ τῆς Ἀλεξάνδρυ, πλήθει τε πολλῷ κομῶν, κ 4 μάλιστα [4]ἀφανεῖ τε κ συγκλύδι, καὶ τοῖς γελοίοις 5 θέσι [5]τὰς ὁρμὰς γαυρούμενος. ὅθεν ἀμέλει φασὶν 6 ἐξὸν τῷ βουλομένῳ [6]τὸ τοιοῦτον καταῤῥῆξαι, τοῖς δημοτικοῖ φάσιν τ πόλιν ἐκκαλεῖν, ἄγειν τε καὶ φέρειν ὅπῃ καὶ καθ' οὗ βούλεται. τὰ πολλὰ δὲ καὶ παιγνίδια καθεζόμενοι, [7]καθὼς 7 Ἡρόδοτος περὶ Ἀμάσιδος ἱστορεῖ. καὶ τοιαῦτα μὴ

Marciani obitus.

Alexandrini seditiosi.

PORRO dum Severus Romæ Imperium administraret, Marcianus ex terrestri regno ad meliorem sortem translatus est, cum septem dumtaxat annis imperasset, monumentum autem prorsus regium cunctis mortalibus reliquisset. Morte ejus audita, cives Alexandrini iram adversus Proterium conceptam acrius ac violentius renovarunt. Plebs quidem omnis suopte ingenio prona est ad iracundiam, & ex levissimis causis ansam tumultuandi arripit. Sed præ reliquis omnibus, hujusmodi est populus Alexandrinus, quippe qui maxima multitudine abundat, eaque obscura & promiscua hominum convenarum, & præcipiti quadam audacia atque impetu effertur. Itaque aiunt licere illic cuivis, si voluerit, levissima occasione arrepta, populum ad publicam seditionem concitare, & quo voluerit & contra quem voluerit ducere. Sed & jocis ac ludicris ut plurimum delectantur, quemadmodum de Amasi scribit Herodotus. Et populus quidem Alex-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Βασιλεύοντος Σεβήρου] Errat Evagrius. Mortuus est Marcianus Augustus Constantino & Rufo Coss. anno Christi 457 Mense Februario. Majorianus vero Ravennæ Imperator levatus est eodem anno, Calendis Aprilibus, id est duobus fere mensibus post obitum Marciani. Cui deinde successit Severus anno Christi 461. Severino & Dagalaifo Coss. quinque fere annis post obitum Imperatoris Marciani. Porro hic Severus alio nomine Serpentius dictus est, ut docet Theophanes in Chronico p. 97. his verbis. καὶ ἐπήρξη Σευήρῳ, ὁ καὶ Σερπέντιος. Sic enim legendum est, ut recte conjecit vir doctissimus Franciscus Combefisius. Certe in Chronico Alexandrino ita dicitur. Indictione enim decima quinta, Leo Augustus Consul iterum ponitur cum Serpentino. Constat autem hoc anno Consulem fuisse Severum Augustum cum Leone. Sic enim scribit Cassiodorus in Fastis, & vetus auctor à Cuspiniano editus.

2 Ἑπτὰ μὲν μόνοις ἔτεσι] Marcianus imperavit annis sex ac totidem mensibus, ut scribit Marcellinus & Victor Tunonensis in Chronico. Imperium iniit anno Christi 450. die octavo Calendas Septembris, feria 5. ut scribitur in Chronico Alexandrino. Obiit autem anno Christi 457. sub exitum mensis Januarii, ut scribit Theodorus Lector, cui consentit Auctor Chronici Alexandrini. Hic enim Leonem qui successit Marciano, levatum esse scribit mense Peritio, die septimo Idus Februarias. Ita Marcianus imperavit sex annos, menses quinque, & dies aliquot.

3 Μνημεῖον δὲ ὄντως βασιλικὸν] Hunc locum interpolavit Nicephorus hoc modo, καὶ μνημεῖον πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν βασιλείαν καταλελοιπὼς. Eumdem sensum secutus est Christophorsonus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit hunc locum. *Exemplari vere Regio omnibus ad intuendum relicto.* Musculus vero sic interpretatus est. *Et memoriam sui vere Imperialem apud cunctos mortales reliquisset.* Verum id non dicit Evagrius, sed monumentum plane regium à Marciano relictum esse apud cunctos mortales. Id autem monumentum aliud esse non potest, quam aut vita ipsius religiose acta, aut certe synodus Chalcedonensis, quam ille ad tollendas Ecclesiæ dissensiones congregari jussit, & cui ipse, exemplo Constantini Maximi, interesse voluit. Cum igitur ejus potissimum opera ac studio collecta atque perfecta fuerit hæc synodus, jure merito opus ac monumentum Marciani Imp. vocari potest.

4 Ἀφανεῖ τε κὴ συγκλύστι] In MS. codice Florentino legitur καὶ συγκλύδι. Leges tamen grammaticæ postulant ut scribamus σύγκλυδι, quemadmodum Savilius ad oram sui codicis annotarat. Suidas in Lexico συγκλύδων ἀνθρώπων, inquit, συμμίκτων, ἐπηλύδων, παρεισάκτων. Subjicit deinde locum antiqui Scriptoris qui ea voce usus fuerat. τῷ δὲ ἀσήμου κὴ σύγκλυδος ὄχλου παχέως πρὸς αὐτὸν σωισαμένου, διαμυρίων ἃ πολὺ ἀπεδέοντας ἔχει. Nicephorus hanc vocem eleganter expositi hoc modo: μυρίῳ πλήθει ἔθνη δὴ πόλει ἥκοντα.

5 Τὰς ὁρμὰς γαυρούμενος] Deesse videtur hic aliquid, quod fortasse suppleri potest unica præpositione adjecta in hunc modum, κατὰ τὰς ὁρμὰς.

6 Τὸ τοιοῦτον καταῤῥῆξαι] In optimo codice Florentino & in Tell. hic locus ita scribitur, τὸ τοιοῦτον καθαῤῥῆξαι. Nicephorus vero optime hunc locum exposuit hoc modo, ἐξὸν φασὶν εἶναι βουλομένῳ παντὶ τὸ τοιοῦτον αἰτίαν ποιησαμένῳ θᾶττον εἰς στάσιν ἀναβακχεύειν τ δῆμον. Id est, *Aiunt quippe, cuivis liberum ibi esse, quacumque temere arrepta causa & occasione, populum celeriter ad seditionem inflammare.* Christophorsonus autem legit καθάῤῥαι. Sic enim vertit: *Aiunt plebeium quemque, modo ipse voluerit principium dare, civitatem illam ad popularem ac civilem seditionem posse incendere.* Verum hæc emendatio mihi quidem non probatur. Quid enim fiet his verbis, τὸ τοιοῦτον. Amplector itaque scripturam codicis Florentini & Telleriani, τὸ τοιοῦτον καταῤῥῆξαι. Id est, *Aiunt licere illic cuilibet, vile aliquid fractum conquerenti, puta vas vitreum aut ollam aut quid simile, quod ipse bajulet, populum ad seditionem concitare.* Idem confirmat Pollio in Æmiliano, ubi de Ægyptiis generaliter ita loquitur. *Et hoc familiare est populo Ægyptiorum, ut velut furiosi ac dementes de levibus quibusque ad summa Reipublicæ pericula perducantur. Sæpe illi ob neglectas salutationes, locum in balneis non concessum, carnem & olera sequestrata, calceamenta servilia, & cætera talia, usque ad summum Reip. periculum seditionis pervenerunt.*

7 Καθὼς Ἡρόδοτος περὶ Ἀμάσιδος] Locus Herodoti quem

VARIORUM.

a Μαρκιανὸς τὴν βασιλείαν ἐναλλάξαι] De tempore obitus Marciani vide plura in annotationibus ad Theodorum Lectorem, lib. I. initio.

b Ὁ τῆς Ἀλεξάνδρου] Vocat Ammianus Alexandriam, *civitatem quæ suopte motu, & ubi causæ non suppetunt, seditionibus crebris agitatur.* Amm. Marc. Lib. XXII. cap. XI. citante *Matthæo Shorting.* Vide etiam Euseb. Hist. lib. VII. cap. 21. Socr. lib. IV. cap. 16. & lib. VII. cap. 13.

SÆC. V.

andrinus istiusmodi est. In aliis autem rebus haudquaquam spernendus. Igitur Alexandrini, captato tempore quo Dionysius Dux rei militaris, in superiore Ægypto morabatur, Timotheum quemdam cognomento Ælurum, Alexandrinæ urbis Episcopum eligunt, qui prius quidem monasticam vitam excoluerat, postea vero in numerum presbyterorum Alexandrinæ Ecclesiæ fuerat adscriptus. Hunc ergo ad majorem Ecclesiam quæ Cæsaris dicitur, cum duxissent, Episcopum sibi constituunt; Proterio adhuc superstite, & Episcopale munus obeunte. Interfuerunt autem ordinationi, Eusebius Episcopus Pelusii, & Petrus ex Hiberia oriundus, Episcopus Majumæ, quemadmodum commemorat is qui vitam Petri litteris mandavit. Qui quidem scribit, Proterium non à plebe Alexandrina, sed à milite quopiam interfectum fuisse. Porro cum Dionysius celerrime advenisset Alexandriam, urgente scilicet atrocitate rerum quæ illic perpetrabantur: quidam ex Alexandrinis incitati à Timotheo, sicut scriptum est in litteris ad Leonem Augustum, Proterium interficiunt, gladio in ejus viscera adacto, cum is ad sacrum baptisterium confugisset. Eumque fune circum ligatum ac suspensum, in loco qui Tetrapylum dicitur cunctis ostentant, irridentes ac vociferantes Proterium esse eum qui occisus fuisset. Posthæc cadaver ejus per universam urbem raptatum incenderunt, viscera quoque ejus ferarum more degustare non veriti: sicut continet Libellus precum, quem Episcopi Ægypti, & universus Clerus urbis Alexandrinæ miserunt ad Leonem, qui mortuo Marciano, ut jam dixi, Romanum imperium administrabat. Libellus autem sic habet. Pio & Christi amantissimo, & à Deo designato, Victori ac Triumphatori & Augusto Leoni, preces oblatæ ab universis Episcopis Ægyptiacæ Diœceseos vestræ, & à Clericis maximæ & sanctissimæ Ecclesiæ Alexandrinorum vestrorum. Cum cœlesti gratia tanquam eximium quoddam munus orbi terrarum concessus fueris, jure merito quotidie post Deum Reipublicæ providere non cessas, omnium Imperatorum sanctissime Auguste. Et Post alia. Dumque tranquilla pax Orthodoxæ plebis, tum apud nos, tum in urbe Alexandria esset, rursus turbæ excitatæ sunt, cum Timotheus statim post san-

Timotheus Ælurus Ep. Alex.

Proterius interfectus.

Cleri Alex. ad Leonem Imp. Epistola.

ὁ δῆμος ἐκεῖνος· οὐ μὴν τάγε ἄλλα οἷόν ἄν τις καὶ καταφρόνησιν. ἐπιτηρήσαντες δ' οὖν καιρὸν οἱ τῆς Ἀλεξάνδρου, καθ' ὃν Διονύσιος τῶν στρατιωτικῶν ταγμάτων ἡγούμενος, ἀμφὶ τὴν ἄνω διέτριβεν Αἴγυπτον, ψηφίζονται Τιμόθεον τὸν ἐπίκλην Αἴλουρον ἐς τὴν τῆς ἀρχιερωσύνης ἀναβῆναι βαθμὸν, πρώην μὲν τὸν μοναδικὸν ὑπιτηδεύσαντα βίον, ὕστερον δὲ τοῖς πρεσβυτέροις ἐναριθμηθέντα τῆς Ἀλεξανδρέων· καὶ οἱ δὴ τὴν μεγάλην ἀγαγόντες ἐκκλησίαν, ἣ Καί- 1
σαρος προσαγορεύεται, ἐπίσκοπον σφίσιν προχειρίζονται, ἔτι Πρωτερίου θρόνου τε, καὶ τὰ τῆς ἱερατείας αὐτουργοῦντος. παρῆσαν δὲ τῇ χειροτονίᾳ Εὐσέβιος ὁ τοῦ Πηλουσίου πρόεδρος, Πέτρος τε ὁ ἐξ Ἰβηρίας Μαϊουμᾶ τῆς πολιχνίου, ὡς τὰ περὶ τούτων ἱστόρηται τῷ τὸν βίον συγγράψαντι Πέτρου· ὅς φησι τὸν Πρωτέριον μὴ τὸν δῆμον, ἀλλά τινα τῶν στρατιωτῶν ἀναχρεῖσαι. κατειληφότος δὲ Διονυσίου τὴν πόλιν μετὰ πλείστου τάχους, τὰ γενομένων ἀτοπημάτων συνωθούντων αὐτὸν, σπεύδοντός τε τὴν διαναῦσαν τὰ σαίσεως πυρὰν σβέσαι, ἔνιοι τῶν Ἀλεξανδρέων παροξυνόντος Τιμοθέου, ὡς ἐγράφη τῷ Λέοντι, ἐπελθόντα τὸν Πρωτέριον ἀναχρεῖζονται, a
ξίφεσι καὶ τοῖς σπλάγχνοις ὠθέντος, καὶ τὸ πανάγιον βαπτιστήριον καταφυγόντα· ὃν ἐν χαλκείῳ περιαρτήσαντες, ἀνὰ τὸ καλούμενον Τετράπυλον τοῖς πᾶσιν ἐπεδείκνυον, ἐπιπωθάζοντές τε καὶ χραυγάζοντες, Πρωτέριον εἶναι τὸν ἀνηρημένον. ἐν μὲν ταῦτα τὸ σῶμα ἀνὰ πάσης τῆς πόλεως περιελκύσαντες, πυρὶ παρέδοσαν· ἁδὲ τῶν σπλάγχνων αὐτῶν ἴσα θηρίοις ἐπαγευσάμενοι νικήσαντες, ὡς πᾶν ταῦτα πάντα ἡ δέησις περιέχει τῶν ἐπισκόπων τῶν ἀνὰ τὴν Αἴγυπτον, ἐν τῷ σύμπαντος κλήρου τῆς Ἀλεξάνδρου, πρὸς Λέοντα τὸν μέγαν Μαρκιανὸν, ὡς εἴρηται, τὴν ἐπικρατίαν τῶν Ῥωμαίων περιθέμενον γαληνιαίᾳ, ἥπερ γέγραπται ὀνόμασι τούτοις. Τῷ θεοσεβεῖ καὶ Φιλοχρίστῳ καὶ παρὰ Θεοῦ ἀναδειχθέντι, νικητῇ τροπαιούχῳ καὶ Αὐγούστῳ Λέοντι, δέησις παρὰ τῶν ἐπισκόπων πάντων τῶν ὑμετέρας Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως, ἐν κληρικῶν τῶν ἐν τὴν μεγίστην ὑμετέραν Ἀλεξανδρέων ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν. Ἐκ τῆς ἄνωθεν χάριτος δῶρον τῷ βίῳ παραχθεὶς, εἰκότως ἐν λήγεις ὁσημέραι ἐν κοινῇ μὲν τὸν Θεὸν προμηθούμενος διαγέγραπται πάντων αὐτοκρατόρων Αὔγουστε. ἐν μεθ' ἕτερα. ἀσφαλείᾳ τε εἰρήνης τῶν ὀρθοδόξων λαῶν παρ' ἡμῖν τε καὶ ἐν τῷ τῶν Ἀλεξανδρέων ὑπαρχούσης, πάλιν Τιμοθέου ἀποχωρίσαντος ἑαυτὸν τῆς

VALESII ANNOTATIONES.

hic designat Evagrius, habetur in lib. 2. ejus historiæ p. 157. καὶ ἦν μαστιγός τε καὶ παιγνίμων, Id est, *Ludicris ac jocis deditus erat.*

1 Τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, ἣ Καισάρεως] Magna Ecclesia urbis Alexandrinæ Cæsaria dicebatur, ut docet Epiphanius in hæresi Arianorum, & Liberatus in Breviario cap. 18. Socrates vero in lib. 7. hist. Ecclesiasticæ cap. 15. eam Ecclesiam Καισάρειον cognominatam esse dicit. Causam autem hujus appellationis docet Athanasius in epist. ad Solitarios, eo quod scilicet Ecclesia illa constructa fuisset in loco qui Cæsarium antea dicebatur, id est Cæsarum templum. Ibidem etiam Gymnasium fuerat ac Palatium Imperatoris Adriani, ac postea Licinii nomine appellatum, ut testatur Epiphanius.

VARIORUM

a Τὸν Πρωτέριον ἀναχρεΐζοντες] S. Proterium Patriarcham Alexandrinum, ab Eutychianis occisum anno 457. commemorat *Ant. Pagi n.* 4.

καθολικῆς

καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ πίστεως, ᾗ ἀπιτιμόγτος αὐθὺς μὲν ἦ ὁ Καλχηδόνι ἁγίαν συνόδον, τὸ τηνικαῦτα δῆθεν πρεσβυτέρᾳ τυγχάνοντος, ἅμα τέτταρσιν ἢ πέντε μόνοις ποτὲ ἐπισκόποις, καὶ ὀλίγοις μοναζουσι, συὼ αὐτῷ τῷ αἱρετικῷ Ἀπολιναείῳ καὶ τῷ καθ' ἐκεῖνον νοσοῦντων κακοδοξίαν· δι' ἣν καθαιρεθέντες τότε κανονικῶς ὑπὸ τῆ τῆς θείας μνήμης Προτερίυ καὶ πάσης Αἰγυπτιακῆς συνόδου, βασιλικῆς εἰκότως σὺν ἐξοελίᾳ κινήσεως ἐπειράθησαν. καὶ μεθ' ἕτερα. Ὀπτηρήσας τε τῷ ὀντεῦθεν τοῦς Θεὸν ἐκδημίαν τοῦ τῆς θυαγῦς λήξεως Μαρκιανοῦ τοῦ γενομθνου βασιλέως, βλασφήμοις τε φωναῖς, ὡς αὐτόνομος, ἀναιδῶς καθ' αὐτῦ θρασυνόμθνος, ᾗ τ ἁγίαν ᾗ οἰκυμθνικὴν τ ὀ Καλχηδόνι συνόδον ἀναθεματίζων ἀπερυθριασμένως, πλῆθος δήμυ ὠνητῶν τε καὶ ἀτάκτων ἐπισυρόμθνος, ᾗ στρατεύσας κατά τε τ θείων κανόνων ᾗ τ ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως ᾗ τ κοινῆς πολιτείας ᾗ τ νόμων, ἐπεσέφρησεν ἑαυτὸν τῇ ἁγίᾳ τ Θεῦ ἐκκλησίᾳ, ἐχθυσῃ ποιμένα τε ᾗ διδάσκαλον, τ ἀξιώτατον ἡμῶν τ τηνικαῦτα παλέρα ᾗ ἀρχιεπίσκοπον Προτέριον, τάς τε συνήθεις συνάξεις ἐπιτελθντα, ᾗ λιτὰς ἀναπέμποντα τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ ὑπὲρ τ θυσεβθς ὑμῶν βασιλείας, ᾗ τ φιλοχρίστου ὑμῶν παλατίυ. ᾗ μεθ' ὀλίγα. ᾗ μόνης ἀφαγενομένης ἡμέρας, ὁ τῷ ἐπισκοπίῳ κτ' τὸ ἔθος ἀφήγοντος τ θεοφιλεστάτυ Προτερίυ, λαβὼν μεθ' ἑαυτῦ ὁ Τιμόθεος τὺς καθαιρεθέντας ἐνδίκως δύο ἐπισκόπυς, ᾗ κληρικοὺς ὁμοίως τῷ ἐξοελίαν, ὡς ἔφημθ, οἰκεῖν καθαιρεθέντας, ' ὡς δὴ χροτονίαν παρὰ τ δύο δεξάμθνος, μηδενὸς τὸ σμικρὸν τ κτ' τ Αἰγυπτιακὴν διοίκησιν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων παρόντος κτ' τὸ εἰωθὸς ἐπὶ ταῖς τοιαύταις τ Ἀλεξανδρέων τῦ ἐπισκόπου χροτονίαις, ἐπιλαμβάνε ὡς νόμιστε, τ ἀρχιερατικῆς καθέδρας, μοιχείαν φανερῶς τολμήσας κτ' τ ἐχθυσης ἐκκλησίας τ ἑαυτῆς νυμφίον, ᾗ [a] ἐνεργθντος ἐν αὐτῇ τὰ θεῖα, ᾗ κανονικῶς τ οἰκεῖον διέποντος θρόνον. ᾗ μεθ' ἕτερα. ᾐδὲν ἕτερον ἦν ποιεῖν τ μακάριον ἐκεῖνον, ἢ τόπον δοῦναι τῇ ὀργῇ κτ' τὸ γεγραμμένον, ᾗ τὸ σέπλον καταλαβεῖν βαπτιστήριον, φθύγοντα τ ἐπ' αὐτῷ τρεχόντων φανῆς φόνον τῷ ἔφοδον· ἐν ᾧ μάλιστα τόπῳ ᾗ βαρβάροις ᾗ πᾶσιν ἀγρίοις ἀνθρώποις ἐσγίνε δέος, τοῖς ᾗ μὴ εἰδόσι τὸ σέβας τῦ τόπυ, ᾗ τὴν ἐκεῖθεν βρύουσαν χάριν. ὅμως οἱ τ ἐξ ἀρχῆς Τιμοθέυ σκοπὸν εἰς ἔργον φαναγεῖν σπυδάζοντες, οἱ μηδὲ ἐν τοῖς ἀχράντοις ἐκείνοις σηκοῖς αὐτὸν ἀνεχόμθνοι σώζεσθ, ὅτε τὸ σέβας αἰδεσθέντες τῦ τόπυ, ὅτε τ καιρόν·

ctum Chalcedonenſe Concilium, quo tempore dumtaxat presbyter erat, ab Eccleſiæ Catholicæ communione & pace ſeparaſſet ſe ac præcidiſſet, una cum quatuor aut quinque quondam Epiſcopis & paucis Monachis, qui peſtifero Apollinaris & Eutychis errore perinde ac ipſe impliciti tenebantur. Quam ob cauſam tunc canonice depoſiti à beatæ memoriæ Proterio, & ab univerſo Concilio Epiſcoporum Ægypti, imperialem quoque merito vindictam exſilio experti ſunt. Et paulo poſt. Cumque tempus captaſſet obitus divæ recordationis Marciani Auguſti, impiis vocibus ac maledictis nomen illius impudenter inceſſens, tanquam nullis legibus ſubjectus: ſanctum præterea & univerſale Chalcedonenſe Concilium perfricta fronte anathematizans, multitudinem hominum venalium ac ſeditioſorum poſt ſe trahens, quos contra divinas regulas & Eccleſiaſticam diſciplinam, contra leges & rempublicam armaverat, in ſanctam Dei Eccleſiam irrupit, quæ paſtorem & doctorem tunc temporis habebat ſanctiſſimum noſtrum Patrem & Archiepiſcopum Proterium, qui tum ſolemnes collectas celebrabat, & Servatori omnium noſtrum Chriſto preces ac vota faciebat pro religioſo Imperio veſtro & pro Chriſti amantiſſimo Palatio. Et poſt pauca. Deinde unico die elapſo, cum Proterius Deo cariſſimus juxta morem in Epiſcopali domo moraretur, Timotheus aſſumptis ſecum duobus Epiſcopis qui legitime fuerant deſtituti, & Clericis qui ſimiliter, ut jam diximus, exilio damnati fuerant; perinde ac ſi ordinari poſſet à duobus Epiſcopis: nemine omnino ex Orthodoxis Epiſcopis Ægyptiacæ Diœceſis præſente, quemadmodum in hujuſmodi ordinationibus Epiſcopi Alexandrini fieri ſolet, Archiepiſcopalem ſedem, ſicut ipſe quidem putavit, occupat: adulterium palam inferre auſus Eccleſiæ, ſuum ipſius ſponſum habenti, qui ſacra in ipſa faciebat, & qui ſedem ſuam juxta canonum præcepta adminiſtrabat. Et aliquanto poſt. Nihil aliud facere potuit Beatus Proterius, quam ſicut ſcriptum eſt, dare locum iræ, & ad venerandum baptiſterium confugere, ut eorum qui ad cædem faciendam irruebant, impetum declinaret: quo maxime in loco, ipſis etiam barbaris, & univerſis feris hominibus, qui ſanctitatem ejus loci & promanantem inde gratiam ignorant, terror quidam oboriri ſolet. Nihilominus tamen hi qui Concilium quod Timotheus ab initio habuerat, ad effectum perducere ſtudebant, qui ne in immaculatis quidem illis ſeptis Proterium ſervari ſuſtinebant; nec loci ſanctitatem reveriti, nec tempus ipſum:

SÆC. V.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ δὴ χειροτονίαν παρὰ τῶν δυὸ δεξάμθνος] Hunc locum emendavi ex codice Florentino in hunc modum: ὡς δὴ χειροτονίαν &c. Id eſt, *Perinde ac ſi ordinari potuiſſet à duobus Epiſcopis.* Certe in Canone quarto Concilii Nicæni diſerte ſancitum eſt, ut Epiſcopus à tribus ut minimum provinciæ ſuæ Epiſcopis ordinetur. Atque ita legit vetus Interpres hujus epiſtolæ, qui extat in parte 3. ſynodi Chalcedonenſis. Sic enim vertit: *Tanquam manus impoſitionem ſuſcepturus à duobus*, &c.

VARIORUM.

a Ἐνεργθντος — διέποντος] Legendum ἐνεργθντα — διέποντα. *W. Lowth.*

Sæc. V.

erat enim tum dies festus Paschæ salutaris: nec sacerdotii dignitatem reformidantes, quæ inter Deum atque homines sequestra est; insontem occidunt, cumque eo sex alios crudeliter mactant. Et cadaver illius undequaque vulneratum circumducentes, per cuncta fere civitatis loca raptant atrociter, miserandum in modum ei insultantes, & corpus sensus omnis expers absque ulla misericordia verberantes, ac membratim secantes. Ac nequidem veriti sunt ferarum more viscera illius degustare, quem paulo ante inter Deum atque homines interpretem ac sequestrum habere videbantur. Postremo quod reliquum erat corporis cum in rogum conjecissent, cinerem in ventos sparserunt, quasvis bestias crudelitate longe superantes. Quorum omnium malorum auctor atque architectus fuit Timotheus. Porro Zacharias hæc in historia sua narrans, horum pleraque ita ut dixi gesta esse fatetur; sed Proterii culpa, qui gravissimos tumultus in urbe Alexandria excitaverat. Nec à Populo, verum à quibusdam militaribus ea perpetrata esse contendit, nisus auctoritate Epistolæ quam Timotheus ad Leonem Imperatorem scripsit. Cæterum ad hæc vindicanda Leo Imperator Stilam misit.

Ἦν γὰρ τοῦ σωτηρίου πάσχα πανήγυρις· ὅτε τῷ ἱερωσύνῳ αὐτὴν φείξαντες μεσιτεύουσαν Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, ἀποκτείνυσι τὸν ἀνθύπατον, σφάττουσιν αὐτὸν ἀπηνῶς μὲ καὶ ἄλλων ἓξ. καὶ περιαγόντες τοῦτο τὸ λείψανον πανταχοῦ καλαλετρωμένον, ὁμῶς τε περισύραντες κατ' πάντα σχεδὸν τόπον τῆς πόλεως, καὶ καταπομπεύσαντες σκετλίως, ἠκίζοντο ἀνηλεῶς τὸ τοῦ πληγῶν ὐκ αἰσθανόμενον σῶμα, διατομόν τε καλαμέλος· καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἀπο- 2
γεύεσθαι κατ' τὰς θήρας φειδόμενοι ἐκείνου, ὃν ἔχθν μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἔναγχος ὡμολόγησαν. πυρί τε παραδόντες τὸ ὑπολειφθὲν αὐτοῦ σῶμα, τὴν ἐκ τούτου κόνιν τοῖς ἀνέμοις παρέπεμπον, θηρίων πᾶσαν ὑπερακοντίσαντες ἀγριότητα. ὧν ἁπάντων αἴτιος καὶ τῶν κακῶν σοφὸς οἰκοδόμος καθειστήκει Τιμόθεος. Τῷ μὲντοιγε Ζαχαρίᾳ τὰ περὶ τούτων διηγουμένῳ δοκεῖ, πεπεῖσθαι μὲ τὰ τούτων πλείω, ἐξ αἰτίας ἣν Προτερίου, μεγίστας ταραχὰς τῇ Ἀλεξάνδρου ἐμποιήσαντος· ὐκ ἐκ τοῦ δήμου ταῦτα πολμηθῆ, ἀλλ' ἔκ τινων στρατιωτικῶν, ἐξ ἐπιστολῆς Τιμοθέου πισθέντος πρὸς Λέοντα γεγενημένης. τούτοις μὲν ἂν ἐπιθέσθαι δίκην Σπίλας πρὸς τοῦ βασιλέως Λέοντος ἐκπέμπεται.

1

CAPUT IX.

De Circularibus literis Leonis Augusti.

Scripsit etiam circulares literas ad omnes orbis Romani Episcopos, & ad eos qui in vita monastica excellebant, interrogans eos tum de Chalcedonensi synodo, tum de ordinatione Timothei cognomento Æluri. Simul etiam misit ad eos exemplaria libellorum precum, qui ipsi oblati fuerant tam ex parte Proterii, quam ex parte Timothei Æluri. Porro Circulares Leonis literæ sic habent. Exemplar Epistolæ sacræ Piissimi Imperatoris Leonis, missæ ad Anatolium Constantinopolis Episcopum, & ad Metropolitanos, & reliquos totius orbis Episcopos.

Imperator Cæsar Leo, Pius, Victor, Triumphator, Maximus, semper Augustus, Anatolio Episcopo. Erat hoc quidem in votis pietati meæ, ut omnes Orthodoxæ & sanctissimæ Ecclesiæ, cunctæ

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Περὶ τῶν ἐγκυκλίων Λέοντος βασιλέως.

Ἐγκυκλίοις δὲ χρῆται γράμμασιν ὁ Λέων, τοῦ ἀνὰ τὴν Ῥωμαϊκὴν πολιτείαν ἐπισκόπων πυθανόμενος, καὶ τῶν ἐν τῷ μοναδικῷ διαπρεπόντων βίῳ, περὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου, καὶ τοῦ Τιμοθέου τοῦ ἐπίκλην Αἰλούρου χειροτονίας, διαπεμψάμενος καὶ τὰ ἴσα τῶν ἐπιδεδομένων αὐτῷ δεήσεων ἔκ τε τοῦ μοίρας Προτερίου, ἔκ τε τῆς Τιμοθέου τοῦ Αἰλούρου. σύγκεινται δὲ τὰ ἐγκύκλια τούτοις τοῖς ῥήμασιν. Ἴσον θείου γράμματος τοῦ θεοσεβεστάτου βασιλέως Λέοντος, πεμφθέντος [a] Ἀνατολίῳ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν μητροπολίταις, καὶ λοιποῖς ἐπισκόποις. a

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λέων, θεοσεβὴς, νικητὴς, τροπαιοῦχος, μέγιστος, ἀεισέβαστος Αὔγουστος, Ἀνατολίῳ ἐπισκόπῳ. Διὰ θύρας μὲν ἦν τῇ ἐμῇ θεοσεβείᾳ, ἁπάσας τὰς ὀρθοδόξους ἁγιωτάτας ἐκκλησίας,

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἦν γὰρ τοῦ σωτηρίου πάσχα πανήγυρις] Liberatus in breviario cap. 15. non die Festo Paschæ, sed ante triduum, occisum esse Proterium scribit. Sic enim ait. *Et ante triduum Paschæ, quo cœna Domini celebratur, ab ipsis turbis concluditur in Ecclesia S. Memoriæ Proterius, quo se timore contulerat. Ibique eadem die in baptisterio occiditur, laniatur, ejicitur, & funus ejus incenditur, sparguntur & cineres ejus in ventos.* Quæ omnia Liberatus pene ad verbum descripsit ex gestis de nomine Acacii, quæ Jacobo Sirmondo debemus.

2 Διατομόν τε καταμέλες] Scribendum est proculdubio διαπεμόντες κατὰ μέλη, ut ipsa orationis series demonstrat. Pro μέλη in codice Florentino legitur μέλῳ levi discrimine. Emendationem nostram confirmat Nicephorus in capite 17. lib. 15. qui ita diserte scriptum habet, ut conjeceram. Porro hic libellus precum Episcoporum Ægyptiacæ Diœcesis ad Leonem Imp. si quis eum integrum legere desiderat, habetur Latine in parte 3. synodi Chalcedonensis, cap. 11.

VARIORUM.

a Ἀνατολίῳ] Anatolius, Dioscuri Alexandrini apud Constantinopolim Apocrisiarius, ab eo in Latrocinio Ephesino, Flaviano patriarchæ CP. deposito, nondum autem defuncto, suffectus anno 449. Episcopus CP. factus: quo tutius sedem suam retineret, ac Theodosii Imp. & Leonis Papæ favorem captaret, anno 450 collecta Constantinopoli Synodo, Eutychis & Nestorii errores damnavit, & Leonis epistolam ad Flavianum subscriptione sua comprobavit. Obiit anno 458. *Guil. Cave.*

ἐπι

ἔτι γε μὴν ἡ τὰς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν πόλεις, μεγίστης ἡσυχίας ἀπολαύειν, μηδεὶ ἂν συμβαίνειν τὴν αὐτῶν καταίσασιν ἢ γαλήνην ἀφανίσαι. οἷα δὲ κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων ἔναυχος συνέβη, εἰδέναι μὲν ἤδη πεπείσμεθα τὴν σὴν ὁσιότητα. ἵνα δὲ τελεώτερον περὶ πάντων διδαχθῇς, ποῖα αἴτια τῇ τοσούτῳ θορύβῳ καὶ τῆς συγχύσεως γέγονε, τὰ ἴσα τῶν δεήσεων ἃς οἱ βυλαβέστατοι ἐπίσκοποι καὶ κληρικοὶ ἀπὸ τῆς προλεχθείσης πόλεως καὶ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως εἰς τὴν βασιλίδα Κωνσταντίνου πόλιν παραγενόμενοι κατὰ Τιμοθέου τῆς ἐμῆς εὐσεβείας ἐκόμισαν· οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἴσα τῶν δεήσεων, ἃς εἰς τὸ θεῖον ἡμῶν πρατόπεδον μετὰ Τιμοθέου ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρέων παραγενόμενοι, τῇ ἡμετέρᾳ ὑπεδεδώκασι γαληνότητι, πρὸς τιμὴν σὴν θεοσέβειαν ἀπεστείλαμεν. ὥστε τί πέπρακται περὶ τοῦ εἰρημένου Τιμοθέου, ὅν τε ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων δῆμος, καὶ ἀξιωματικοὶ, καὶ πολιτευόμενοι, καὶ ναύκληροι, ἐπίσκοπον ἑαυτοῖς αἰτοῦσι, καὶ περὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων τῶν ὑφὴ τῶν δεήσεων παρεχομένων, καὶ πρὸς τούτοις, περὶ τῶν ἐν Καλχηδόνι συνόδου, ἢ τινι ὑδαμῶς συναινοῦσι, καθὰ αἱ ὑποτεταγμέναι δήσεις αὐτῶν σημαίνουσι, φανερὰς δυνηθῆναι μαθεῖν τὴν σὴν ὁσιότητα. ἡ σὴ τοιγαροῦν βυλάβεια ἅπαντας τοὺς ὀρθοδόξους ὁσίους ἐπισκόπους τοὺς ἐπὶ τοῦ παρόντος τῆς τήνδε τὴν βασιλίδα πόλιν διαγούσας, ἔτι γε μὴν καὶ τοὺς βυλαβεστάτους κληρικοὺς πρὸς ἑαυτὸν παραχρῆμα ποιησάτω συνελθεῖν· καὶ πάντων ἐπιμελῶς τραχλευθέντων καὶ δοκιμασθέντων, ἐπειδὴ νῦν ἡ Ἀλεξάνδρου πόλις τετάρακται, ἧς τινος τῆς καταστάσεως καὶ τῆς ἡσυχίας μεγίστη ἐστὶν ἡμῖν φροντὶς, εἰπάτω τὸ δοκοῦν περὶ τοῦ προειρημένου Τιμοθέου καὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου, ἄνευ τινὸς ἀνθρωπίνου φόβου, καὶ μίσους παντὸς καὶ ἀπεχθείας, μόνον τὸν τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ φόβον πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενοι, ἐπειδὴ οἴσθα ὡς περὶ τοῦ πράγματος τούτου τῇ ἀχράντῳ θεότητι λόγον δώσετε· ἵνα περὶ πάντων δι' ὑμετέρων γραμμάτων τελείως διδαχθέντες, τὴν ἁρμόζουσαν τύπον δῶναι δυνηθῶμεν. Καὶ αὐτὴ μὲν πρὸς Ἀνατόλιον. τὰ πλείονα δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἐπισκόπους γέγραφε, καὶ πρὸς τοὺς ἐπισήμους, ὡς λέλεκταί μοι, τὸν καθ' ἐκεῖνο καιρὸν τὸν ἄσκυλον καὶ ἄυλον ἀφ-

item urbes Imperii Romani, maximâ quietè fruerentur, nec quidquam accideret, quod earum ſtatum tranquillitatemque turbaret. Quæ vero nuper Alexandriæ contigerint, ea ſanctitati tuæ nota jam eſſe equidem non dubito. Sed tamen ut rem omnem accuratius poſſis cognoſcere, quæ cauſa tanti tumultus, tantæque perturbationis extiterit, exemplaria libellorum precum quos religioſiſſimi Epiſcopi & Clerici ex ſupra dicta urbe Alexandria & ex Ægyptiaca Diœceſi ad urbem Regiam Conſtantinopolim venientes, adverſus Timotheum Pietati meæ obtulerunt: exemplaria item libellorum precum, quos quidam ex parte Timothei ad ſacrum noſtrum comitatum ab eadem urbe Alexandria venientes, tranquillitati noſtræ porrexerunt, ad ſanctitatem tuam miſimus. Ita ut quid factum ſit à Timotheo, quem populus & honorati ac decuriones & navicularii urbis Alexandrinæ ſibi Epiſcopum poſtulant: de aliis item rebus quæ in precum textu continentur: præterea de Chalcedonenſi ſynodo, cui ſupra memorati neutiquam conſentiunt, ſicut preces eorumdem ſubjectæ demonſtrant: ſanctitas tua apertè poſſit cognoſcere. Tua igitur reverentiâ omnes ſanctos Epiſcopos Orthodoxos, qui nunc in hac urbe Regia commorantur, ſed & Reverendiſſimos Clericos quamprimum ad ſe faciat convenire. Et cunctis accuratè tractatis atque examinatis, quando quidem Alexandrina civitas jam perturbata eſt, de cujus ſtatu ac tranquillitate plurimum ſolliciti ſumus, certiores nos facite quidnam de ſupra memorato Timotheo & de Chalcedonenſi Synodo ſentiatis: idque omni humano timore procul amandato, ſine odio cujuſquam aut gratia: ſolum omnipotentis Dei timorem præ oculis habentes: quippe qui probè ſciatis, vos rationem hujus rei intemeratæ divinitati eſſe reddituros. Quo nos per literas veſtras perfectè de omnibus edocti, competentem formam edere valeamus. Et hæc quidem Epiſtola miſſa eſt ad Anatolium. Similia verò Imperator ſcripſit, tum ad reliquos Epiſcopos, tum ad celeberrimum quemque eorum qui tunc temporis, ut jam dixi, vitam à materia remotam, omnique apparatu de-

SAC. V.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ ἀξιωματικοὶ καὶ πολιτευόμενοι] Quinam ſint ἀξιωματικοὶ, & quinam dicantur πολιτευόμενοι, jam pridem obſervavi in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum p. 14. Et pag. 225. Utroſque ſimiliter jungit Gregorius Nazianzenus in Epiſtola 49. ad Olympium ita ſcribens, πάντας πολίτας τε καὶ πολιτευομένους καὶ ἀξιωματικούς. Id eſt, *univerſos cives & Decuriones & Honoratos.* Idem Gregorius in epiſt. 22. ad Cæſarienſes, eoſdem ſimul jungit his verbis, τοῖς ἐκ τοῦ ἀξιωματικοῦ καὶ βουλευτικοῦ τάγματος. Id eſt, his qui ſunt ex Honoratorum aut ex Decurionum ordine. Rectè ergo vetus Interpres hujus epiſtolæ vertit, *Honorati & Curiales & Naucleri.* Naucleri ſunt Navicularii Niliaci, qui Annonam ex Ægypto Conſtantinopolim convehebant. Eorum corpus inſtituiſſe videtur Aurelianus, ut ipſemet indicat in epiſtola ad Arabianum, quam citat Vopiſcus. In veteribus Gloſſis ναύκληρος exponitur Navicularius. Heſychius verò, dominum navis ita dici ſcribit. Hi navicularii Alexandrini, fiſcales ſpecies, ac præcipuè onus frumentarii commeatus ex Ægypto & ex urbe Alexandria Conſtantinopolim ſuo periculo tranſportabant, ut docet lex 32 cod. Theod. de navicularis, & lex ſexta cod. Juſtiniani de navicularis & Naucleris. Porro eorum prædia obnoxia erant navicularis functioni, ita ut quiſquis ea quolibet modo comparaſſet, eidem functioni ſeu tranſlationi teneretur obnoxius, pro ea parte quam poſſidebat, ut docet titulus de prædiis navicularium. Ex quo intelligendus eſt Auguſtini locus in Sermone primo de vita clericorum ſuorum, ubi dicit: *Bonifacii hæreditatem ſuſcipere nolui: non miſericordia, ſed timore. Naviculariam nolui eſſe Eccleſiam Chriſti. Multi ſunt quidem qui de navibus acquirunt. Tamen una tentatio eſt, ſi iret navis & naufragaret. Homines ad tormenta daturi eramus, ut de ſubmerſione navis ſecundum conſuetudinem quæreretur, & torquerentur à judice qui eſſent de fluctibus liberati. Sed non eos daremus. Nullo enim pacto hoc facere deceret Eccleſiam. Onus ergo fiſcale perſolveret.* Id eſt, fiſcales ſpecies quas navis tranſferebat ex Africa in portum urbis Romæ. Id enim diſerte jubet Imperator in lege 32. citata, his verbis: *Ita ut ſuper naufragiorum quæ contigerint caſibus, uſitato more habita quæſtione, ſi qui calculus modiationis dicatur tempeſtate maris deperiſſe, ſub tuæ ſedis auditione nequaquam feratur acceptus: Sed hæc diſpendii lacuna in omne navicularium Concilium, pro rata ſcilicet contingentis muneris deferatur.* Vide legem 2 in codice Theodoſiano de naufragiis.

2 Τῷ ὑφὲν τῶν δήσεων παρεχομένων] Aſſentior Henrico Savilio, qui in margine ſui codicis annotavit legendum ſibi videri ὑφειχομένων, quemadmodum legit etiam Chriſtophorſonus. Atque ita ſcriptum habet Niceph. in c. 18. l. 15.

ἁλευόντων

SÆC. V. ſtitutam agebant. Ex quorum numero fuit Symeones, qui primus ſtationem in columna excogitavit, de quo in ſuperiore libro mentionem fecimus. Inter illos fuerunt etiam Baradatus & Jacobus Syri.

Lib. 1. cap. 13.

CAPUT X.

De his quæ Epiſcopi & Symeones Stylita reſcripſerunt.

PRIMUM igitur Leo Epiſcopus ſenioris Romæ ſcripſit pro defenſione ſynodi Chalcedonenſis, & ordinationem Timothei, ut pote illegitime factam, improbavit. Quam Leonis Epiſtolam, Imperator Leo ad Timotheum Alexandrinum Epiſcopum miſit per Diomedem ſilentiarium, Regalium bajulum præceptorum. Cui reſcripſit Timotheus, Chalcedonenſem Synodum & Leonis Epiſtolam reprehendens. Harum Epiſtolarum exemplaria exſtant in collectione Epiſtolarum quæ vocantur Encyclicæ. A me autem conſulto prætermiſſa ſunt, ne hoc opus multitudine Epiſtolarum oneraretur. Aliarum quoque civitatum Epiſcopi decretis Chalcedonenſis ſynodi firmiter adhæſerunt, & ordinationem Timothei uno conſenſu omnes condemnarunt. Solus Amphilochius Epiſcopus Sidæ, in Epiſtola quam ſcripſit ad Imperatorem, Timothei quidem ordinationem graviter reprehendit: Chalcedonenſem autem ſynodum non admi-

Diomedes Silentiarius.

Amphilochius Ep. Sidæ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Περὶ ὧν οἱ ἐπίσκοποι, καὶ Συμεὼν ὁ χωνίτης ἀντέγραψεν.

ΤΟιγαροῦν πρῶτον ὁ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπίσκοπος Λέων, ὕστερόν τι τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου γέγραφε, τήν τε Τιμοθέου χειροτονίαν ἀποδοκίμασεν, καὶ ἀθέσμως γινομένην· ἣν τινα τῷ Λέοντος 2
βιβλιοφύλακι, Λέων αὐτοκράτωρ Τιμοθέῳ ἀπέπεμψε τῷ τῆς Ἀλεξανδρέων πρεσβέρῳ, Διομήδους [3a] σιλεντιαρίου τοῖς βασιλικοῖς κελεύσμασι διακονησαμένου· πρὸς ὃν ἀντέγραψε Τιμόθεος, μεμφόμενος τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον, καὶ τὴν Λέοντος ἐπιστολήν· ὧν τὰ ἀντίγραφα σώζεται [4] ἐν τοῖς καλουμένοις ἐγκυκλίοις. 4
ἐμοὶ δὲ παρεῖται, ἵνα μὴ πλῆθος ἐπαγάγω τῷ παρόντι πόνῳ. καὶ οἱ τῶν ἄλλων δὲ πόλεων ἐπίσκοποι, τοῖς ἐν Καλχηδόνι τυπωθεῖσιν ἐμέμειναν, καὶ τὴν Τιμοθέου χειροτονίαν ἀπάσαις καλέκειναν ψήφοις. [5] Ἀμφιλόχιος 5
δὲ μόνος ὁ Σίδης, ἐπιστολὴν γέγραφε πρὸς τὸν βασιλέα, καθαιροῦσαν μὲν τὴν Τιμοθέου χειροτονίας, οὐκ ἀποδεχομένην δὲ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον. ἄμφω δὲ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Βαράδατος καὶ Ἰάκωβος] Nicephorus Calliſtus Jacobum hunc Niſibenum nominat, additque, tam ejus, quam Varadati mentionem fieri a Theodorito in hiſtoria Philotheo. Theodoritus tamen in capite 21 Philothei, Jacobum Niſibenum fuiſſe non dicit, nequaquam id omiſſurus, ſi revera Niſibenus fuiſſet. Nam cum poſteriorem hunc Jacobum priori illi Jacobo Niſibeno ſimilem fuiſſe notet, non ſolum nomine, verumetiam moribus ac dignitate; uterque enim Sacerdos fuit: Si Niſibenus etiam fuiſſet, nequaquam id omiſiſſet eo loco Theodoritus. Sed neque Theodorus Lector in lib. primo Collectaneorum, Jacobum hunc poſteriorem qui Leonis Aug. circularibus literis reſcripſit, Niſibenum facit, nec Theophanes in Chronico pag. 96. Exſtat etiam epiſtola Theodoriti ad hunc Jacobum ſcripta, in qua illum Presbyterum ac Monachum appellat. Pro Baradato Theophanes Bardam dicit; corrupte ut opinor. In 3. parte ſynodi Chalcedonenſis. pag. 375. inter Monachos quibus Leo Imp. ſcripſit literas, primus nominatur Jacobus Monachus Niſibenus, deinde Symeones & Baradatus. Eorum meminit etiam Ephremius Antiochenus Epiſcopus in epiſt. ad Monachos λουκιανούς, id eſt Severianos, & in oratione tertia quam ſcripſit ad Domnum & Joannem Monachos, ut legitur apud Photium.

2 Καὶ ἀθέσμως] Aſſentior Chriſtophorſono & Savilio, qui pro καὶ, emendarunt ὡς. Senſus enim prorſus ita poſtulat. Certe in his Evagrii libris, καὶ pro ὡς frequentiſſime poſitum erat, quod nos Manuſcripti exemplaris auctoritatem ſecuti emendavimus. Hic vero cum MS. codex ab editis exemplaribus nihil diſcreparet, religio nobis fuit quidquam immutare.

3 Σιλεντιαρίου] Hujus Silentiarii nomen in vulgatis editionibus & apud Nicephorum deſiderabatur. Nos vero ex optimo codice Florentino illud reſtituimus, in quo diſerte ſcriptum habetur Διομήδους Σιλεντιαρίου. De Silentiariis nonnihil obſervavi jampridem in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum.

4 Ἐν τοῖς καλουμένοις ἐγκυκλίοις] Peſſime hunc locum intellexit Chriſtophorſonus, ut ex verſione ejus apparet: ſic enim vertit. *Iſtarum epiſtolarum exemplaria exſtant in literis Leonis Imperatoris, generatim ad omnes ſcriptis* &c. Verum Liberatus Diaconus in Breviario cap. 15. quænam ſint Encyclicæ iſtæ optime declarat his verbis. Imperator ſcripſit ſingularum civitatum Epiſcopis de utroque negotio, conſulens quid fieri oporteret &c. Qui reſcribunt, Chalcedonenſem ſynodum uſque ad ſanguinem vindicandam; Timotheum vero non ſolum inter Epiſcopos non haberi, ſed etiam Chriſtiana appellatione privari. Et hæ epiſtolæ vel relationes Epiſcoporum omnium, in uno codicis corpore vocantur Encyclicæ. Cæterum hæ Encyclicæ pene omnes in Latinum ſermonem converſæ, habentur in parte 3. ſynodi Chalcedonenſis pag. 372, editionis Colonienſis & ſequentibus deinceps paginis, opus eximium Eccleſiaſticæ antiquitatis, quod utinam Græce quoque exſtaret. Earum mentio fit apud Victorem Tunonenſem in Chronico.

5 Ἀμφιλόχιος] Hujus Amphilochii Sidæ Epiſcopi mentio fit apud Photium in Bibliotheca cap. 52. Ubi Attici & Siſinnii Epiſcoporum Conſtantinopolis, epiſtolæ ad eum ſcriptæ referuntur. Interfuit idem Amphilochius ſynodo Epheſinæ & ſynodo Chalcedonenſi, ut ex actis ſynodicis apparet. Cæterum Eulogius Alexandrinus Epiſcopus, in libro 9. teſtatur Amphilochium hunc Epiſcopum Sidæ, quamvis initio affirmaſſet in literis ſuis ad Leonem Imp. ſe Chalcedonenſi Synodo minime aſſentiri, paulo poſt tamen eidem Synodo conſenſiſſe ac ſubſcripſiſſe. Eulogii verba refert Photius in Bibliotheca, pag. 879.

VARIORUM.

a Σιλεντιαρίου] Silentiarius, circa ſilentium occupatus; qui in palatio vel alibi ſilentium indicit. Eſt & nomen dignitatis. Horum duo ordines: prior vilior, atque idem cum eo qui in patriarchalibus ſecretis ὁ ἐπὶ τῶν σεκρήτων dicebatur, & ſilentium ac quietem populo indicebat. Hinc eſt in Gloſſis vett. Græco-Latinis ἡσυχαστὴς *Silentiarius*. Alter ordo erat longe honoratior, præeratque ſecretis Imperatoris, & inter clariſſimos recenſetur, l. *jubemus*, S. C. de Silent. & Decur. Sic Meurſius in Gloſſ. Græcobarb. Videtur ergo prior dici, quod ſilentium jubeat: at alter, quod ſilentium præſtet, nempe ſilendis & arcanis præfectus. *Martinius & Suicerus in Lexicis.* Nicolaus Alemannus Notis in Procopii Hiſtoriam Arcanam pag. 103. ait, Cubiculum anterius ex quo ſtatim in ipſum Imperatoris ibatur cubiculum, ob ſilentium quod principis reverentia ſervabatur, vocatum fuiſſe *Silentium*; & intimi illi cubicularii, *Silentiarii*.

ταὐτὰ

ταῦτα Ζαχαρίας τῷ ῥήτορι πεπόνηται, τῷ καὶ τὴν ἐπιστολὴν αὐτὴν Ἀμφιλοχίου συγκαταχόπτει τῷ αὐτῷ συγγράμματι. γεγράφηκε δὲ καὶ Συμεώνης ὁ τῆς ὁσίας λήξεως περὶ τούτων ἐπιστολὰς δύο, πρός τε Λέοντα τὸν αὐτοκράτορα, πρός τε Βασίλειον ἐπισκοποῦντα τὴν Ἀντιόχου· ὧν τὴν πρὸς Βασίλειον βραχυλογοῦσαν, ὑποτίθημι τῇδε μου τῇ συγγραφῇ, ὧδέ πως ἔχουσαν. Τῷ δεσπότῃ μου τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ ἁγιωτάτῳ Φιλοθέῳ Βασιλείῳ ἀρχιεπισκόπῳ, ὁ ἁμαρτωλὸς καὶ ταπεινὸς Συμεώνης ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Νῦν εὔκαιρον εἰπεῖν δέσποτα, εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἀπέστησε τὴν προσευχὴν ἡμῶν, καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀφ' ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν. δεξάμενος γὰρ τὰ γράμματα τῆς ὑμετέρας ἀξιότητος, ἐθαύμασα τὸν ζῆλον καὶ τὴν εὐσέβειαν τοῦ θεοφιλεστάτου ἡμῶν βασιλέως, τὴν πρὸς τοὺς ἁγίους πατέρας καὶ τὴν τούτων βεβαίαν πίστιν, ἣν ἐπέδειξε καὶ ἐπιδείκνυται. καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ἡμῶν τὸ δῶρον, καθὼς καὶ ὁ ἅγιος Ἀπόστολος λέγει, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ, τοῦ ταύτην αὐτῷ δεδωκότος τὴν προθυμίαν διὰ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν. καὶ μετολίγα. διὸ κἀγὼ ὁ ταπεινὸς καὶ εὐτελὴς, τὸ ἔκτρωμα τῶν μοναχῶν, ἐγνώρισα τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ τὴν ἐμὴν πρόθεσιν, καὶ περὶ τῆς πίστεως τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Καλχηδόνι συνεληλυθότων ἑξακοσίων τριάκοντα, ἐμμένων καὶ ὑποστηριζόμενος ὑπ' αὐτῆς τῆς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φανερωθείσης. εἰ γὰρ μεταξὺ δύο ἢ τριῶν συνελθόντων διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, πάρεστιν ὁ Σωτὴρ, πῶς μεταξὺ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἁγίων πατέρων ἀπεχώρει, εἰ μὴ ἦν ἀπ' ἀρχῆς μετ' αὐτῶν τὸ ἅγιον Πνεῦμα; καὶ μεθ' ἕτερα. διὸ ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου ὑπὸ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας, καθάπερ καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ ὁ δοῦλος Κυρίου ὑπὲρ τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ λαοῦ. πάντα τὸν ὑπὸ τὴν ὁσιότητα εὐλαβῆ κλῆρον, καὶ τὸν εὐλογημένον καὶ πιστότατον λαὸν, ἐξ ἐμοῦ προσφωνεῖν παρακλήθητι.

sit. Scripsit de istis rebus Zacharias Rhetor, qui Epistolam quoque Amphilochii historiæ suæ intexuit. Sed & sanctæ memoriæ Symeones duas Epistolas de hoc argumento scripsit: alteram ad Leonem Imperatorem, alteram ad Basilium Episcopum urbis Antiochiæ. Ex quibus eam quæ ad Basilium scripta est, ut pote breviorem, hic apponam. Sic autem habet. Domino meo Religiosissimo & sanctissimo, Dei amantissimo Basilio Archiepiscopo, peccator & humilis Symeones in Domino salutem. Nunc merito dicere possumus Domine: Benedictus Deus qui non amovit precationem nostram, nec misericordiam suam avertit à nobis peccatoribus. Acceptis enim literis amplitudinis vestræ, admiratus sum zelum ac pietatem Deo charissimi Imperatoris nostri, quam erga sanctos patres & erga illorum firmissimam fidem, cum antea semper, tum nunc quoque ostendit. Atque hoc donum non ex nobis, sicut sanctus Apostolus dicit, sed ex Deo qui hoc illi studium per vestras preces largitus est. Et paulo post. Quapropter ego quoque humilis & exiguus, abortus monachorum, animi mei sententiam imperiali ejus majestati significavi, de fide sexcentorum triginta sanctorum patrum qui Chalcedone congregati sunt, persistens & fundatus in ea fide quæ à Sancto Spiritu revelata est. Etenim si Servator noster, ubi duo tresve in nomine ipsius congregati sunt, adest in medio illorum, quomodo fieri posset inter tot ac tantos sanctos Patres, ut Spiritus Sanctus prorsus cum illis non esset? Et aliquanto post. Quamobrem fortis esto, & viriliter age, quemadmodum Jesus Nave servus Domini, pro populo Israelitarum. Universum religiosum Clerum qui sub tua est sanctitate, & benedictam ac fidelissimam plebem, meo nomine salutes velim.

Sym. Stylita Epistola ad Basilium.

SÆC. V.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Περὶ τῆς ἐξορίας Τιμοθέου τοῦ Αἰλούρου, καὶ τῆς χειροτονίας Τιμοθέου τοῦ Σαλοφακιάλου, καὶ περὶ Γενναδίου καὶ Ἀκακίου, τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν.

CAPUT XI.

De exilio Timothei Æluri, & de ordinatione Timothei Salofacioli. Item de Gennadio & Acacio Constantinopolitanis Episcopis.

a Ἐπὶ τούτοις Τιμόθεος [a] ἐξορίαν καταγινώσκεται, κελευσθεὶς καὶ αὐτὸς τὴν Γαγγρηνῶν οἰκεῖν. οἱ δ' ἐν τῆς Ἀλεξανδρέων, ἀντίδοχον Προτερίου Τιμόθεον
1 ἐπίσκοπον ἕτερον προχειρίζονται· ὃν οἱ μὲν ἐκάλουν Βασιλικὸν, οἱ δὲ Σαλοφακίαλον. Ἀνατολίου δὲ τελευτήσαντος, τὸν θρόνον τῆς βασιλευούσης διαδέχεται

Post hæc Timotheus damnatur exilio, & in Gangrensium civitate perinde ac Dioscorus, jussus est degere. Igitur Alexandrini alterum Timotheum, Proterii successorem elegerunt: quem alii quidem Basilicum, alii vero Salofaciolum nominabant. Interim mortuo Anatolio, Episcopatum urbis regiæ sor-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Οἱ μὲν Βασιλικὸν] Sic etiam scriptum habet Nicephorus. Verum in Breviario Liberati, cap. 16. id cognomentum Timothei longe aliter scribitur. Sic enim ait Liberatus. *Et exilio relegatur Timotheus Ælurus Chersonam arcta custodia, & fit pro Proterio Timotheus cognomento Salophaciolus sive Albus.* Verum in Liberato scribendum est *Albus*, quemadmodum docet Theophanes in Chronico iis verbis. Τιμόθεον δὲ ἄλλοι ἐπίκλην λευκὸν, ὁ καὶ Σαλοφακίαλον ἐχειροτονήθη. Idem scribit Cedrenus. Quid ergo dicendum est? Utrum in Evagrio λευκὸς scribendum esse dicemus pro Βασιλικὸς? An fortasse Salofaciolus regium significat? Certe φακιόλιον Græcis est fascia, quod pro diademate regio accipi potest. Verum nihil certi ex hoc cognomento elici potest, cum varie scribatur apud veteres scriptores.

VARIORUM.

a Ἐξορίαν καταγινώσκεται] Gangram Paphlagoniæ urbem, ac deinde Chersonesum relegatus est Timotheus, & in Exilio octodecim annos exegit, ut testatur Evagrius libro III. cap. 4. Exilium ejus cœpisse anno 457. Caveus, anno 459. Pagius scribit.

Γεν-

SÆC. V.

titus est Gennadius; cui successit Acacius qui orphanorum hospitio præfectus fuerat.

[a] Γενν́αδιος· καὶ μετ' αὐτὸν Ἀκάκιος, ὃς τῆ χαλα- a
γωγίᾳ τῶν ὀρφανῶν προειστήκει τῆ τὸτε βασιλευ-
ούσαν πόλιν.

CAPUT XII.

De terræ motu qui contigit Antiochiæ, trecentis & quadraginta septem annis post illum qui temporibus Trajani contigerat.

PORRO anno secundo imperii Leonis, ingens terræ motus ac succussio contigit Antiochiæ, cum quædam à populo civitatis illius facta essent, plena furoris ac dementiæ, ipsamque bestiarum feritatem longe superantia. Quæ quidem tantæ cladis velut procœmium quoddam extiterunt. Accidit autem ingens hæc calamitas, anno quingentesimo sexto à conditu urbis Antiochiæ, circa horam noctis quartam, die quartodecimo mensis Gorpiæi, quem Romani Septembrem vocant; imminente die dominica, indictione undecima. Sextus hic terræ motus accidisse dicitur, trecentis quadraginta & septem annis elapsis ab illo terræ motu qui Trajani temporibus contigerat. Nam ille quidem terræ motus sub Trajano, accidit anno centesimo & quinquagesimo nono, ex quo civitas libera & sui juris fuerat appellata. Hic

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Περὶ τῆ γεγονότος ἐν Ἀντιοχείᾳ σεισμῆ μὴ ἔτη τριακόσια μζ', τῆ τὸτε Τραϊανόν.

[b] ΑΝὰ δὲ τὸ δεύτερον ἔτος Λέοντος τῆ βασιλείας, b
κλόνος τῆ γῆς ἐξαίσιος καὶ βρασμὸς ἀνὰ τὴν
Ἀντόχειαν γίνεται, τινῶν μὲν παρὰ τῆ καθ' αὐτὴν
δήμου προγεγενημένων, πρὸς πᾶσαν ἐκβακχευθέν-
των μανίαν, πάσης τε θηριώδους ἐπέκεινα γενομένων
γνώμης, ὥστε καὶ προοίμιον τοῖς τοιούτοις κακοῖς
προσκομιδῆναι. γίνεται γοῦν χαλεπώτατος ἕκτον
καὶ πεντακοσιοστὸν ἔτος [c] χρηματιζούσης τῆς πόλεως, c
περὶ τετάρτην ὥραν τῆς νυκτὸς, τετάρτην καὶ δε-
κάτην ἄγουσι ἡμέραν τῆ Γορπιαίου μηνὸς, ὃν Σε-
πτέμβριον Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσι, κυρίας ἐπικα-
λουμένης ἡμέρας, ἀνὰ τ ἐνδεκάτην ἐπινέμησιν τῆ 1
κύκλου, [d] ἕκτος τυγχάνειν ἱστορούμενος [e] ἐπὶ καὶ [2] τεσ- de2
σαρακοστὰ καὶ τριακοσίων διωχημότων ἐνιαυτῶν,
ἐξότου ὁ ΧΤ' Τραϊανὸν γέγονεν· [3] ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἔννατον 3
καὶ πεντηκοστὸν καὶ ἑκατοστὸν ἀγούσης τῆ πόλεως ἔτος τῆ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τοῦ κύκλου ἐκτὸς] Pessime hunc locum interpretatus est Musculus. Christophorsonus vero cum hæc verba non intelligeret, in versione sua prætermisit. Me quidem diu multumque torsit hic locus. Tandem tamen hunc ejus sensum esse deprehendi. Postquam Evagrius tempus quo terræ motus contigit Antiochiæ, principatu Leonis Augusti, certis notis designavit, anni scilicet, mensis, hebdomadis, ac diei, & indictionis: addit postremo τοῦ κύκλου ἐκτὸς. Id est, sine ulla Cyclorum ambage terræ motum illum contigisse, exactis trecentis quadraginta ac septem annis post terræ motum illum qui temporibus Trajani acciderat. Quippe hæc temporis nota nullum habet cyclum, Priores vero temporis notæ ab Evagrio assignatæ, cyclorum sunt seu periodorum. Nam & indictio cyclus est quindecim annorum, & hebdomas ac mensis & annus circuli sunt ac periodi perpetuo recurrentes. Hæc igitur est mea de hujus loci expositione sententia. Si quis tamen certiora attulerit, eam mutare non detrectabo. Vide cap. 33, lib. 3. Potest etiam aliter accipi hic locus, mutato tantum accentu hoc modo: ἕκτος τυγχάνειν ἱστορούμενος. Ut sit sensus est, *Sextus hic esse dicitur terræ motus qui Antiochiam concussit.* Nec jam dubito quin hæc vera sit interpretatio hujus loci. Certe in MS. codice Telleriano ἕκτος diserte scribitur cum aspiratione, & accentu in prima syllaba.

2 Μ' καὶ τριακοσίων] Hunc locum restitui ex optimo codice Florentino, in quo diserte ita scribitur, ζ' καὶ μ'. Id est ἑπτὰ καὶ τεσσαρακοντα. Atque ita prorsus legitur apud Nicephorum in capite vicesimo libri 15. †

3 Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἔννατον καὶ πεντηκοστὸν] Baronius in Annalibus Ecclesiasticis ad annum Christi 111. Evagrium falli dicit, qui terræ motum illum qui regnante Trajano factus est Antiochiæ, accidisse scribat anno juxta Antiochenos 159. Nam terræ motus ille contigit Messala & Pedone Consulibus, ut ex Dione constat, qui Pedonem Consulem in illo terræ motu periisse asserit. Porro Messalæ ac Pedonis Consulatus incidit in annum Christi 115. ut convenit inter omnes Chronologos. Erat tunc annus juxta Antiochenos centesimus sexagesimus tertius, non autem quinquagesimus nonus, ut ait Evagrius. Anni enim Antiochenorum, quadraginta & octo annis natalem Christi antevertunt. Porro de his annis Antiochenorum, ex antiquis quidem auctor Chronici Alexandrini optime locutus est in rebus gestis Julii Cæsaris: ex recentioribus vero, Dionysius Petavius

† Atqui ζ' καὶ μ' exhibet etiam codex Roberti Stephani. quod observavit Matt. Shorting.

VARIORUM.

a Γενν́αδιος] Gennadius, primum Ecclesiæ CP. presbyter, anno 458 Anatolio in Episcopatum ejusdem Ecclesiæ successit. Collapsam Ecclesiæ suæ disciplinam omni mox studio redintegrare cœpit. vir erat lingua nitidus & ingenio acer. plura de eo apud Theodorum Lect. lib. I. è vita excessit anno 471. *Caveus. Pagius.*

b Ἀνὰ τὸ δεύτερον ἔτος Λέοντος] Hunc terræ motum ad annum primum Leonis Imp. annumque Christi 457. retrahit Pagius: quo anno 14 dies Septembris in Sabbatum incidit. Vid. ipsum ad ann. 458. n. 6. *W. Lowth.*

c Χρηματιζούσης τῆς πόλεως] Cum Romani gentem devictam in formam Provinciæ redegerant, mos erat ut Imperator illico edictum scriberet & publicaret, quo primum renunciatus erat ipse Imperator gentis subactæ dominus & triumphator; deinde statutum erat ut Provinciales novis quibusdam privilegiis uterentur. Hujus rei exemplum, quod ad hanc ipsam Antiochiæ civitatem spectat, citatur à Joanne Gregorio Oxonienfi, ex Joannis Antiocheni Geographia MS. lib. 9. his verbis: Προεῖδη οὖν Ἀντοχείας ἡ ἐλευθερία αὐτῆς, ὅτε ἐγένετο ὑπὸ Ῥωμαίους, τῆ εἰκάδι τοῦ Ἀρτεμησίου μηνὸς, πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ αὐτοῦ Καίσαρος Ἰουλίου. Τὸ οὖν ἡδικῆον προεῖδη, προεῖχον οὕτως. Ἐν Ἀντοχείᾳ τῆ μητροπόλει ἱερᾷ καὶ ἀσύλῳ καὶ αὐτονόμῳ, καὶ ἀρχούσῃ καὶ προκαθημένῃ τῆς Ἀνατολῆς, Ἰούλιος Γάϊος Καῖσαρ, κ. τ. λ. Provinciales autem, ut hanc Imperatoris benevolentiam æterna memoria conservarent, publica sua negotia à tempore hujus Edicti censebant. χρηματίζει οὖν (ut pergit idem Joannes Antiochenus) ἡ μεγάλη Ἀντόχεια κατὰ τιμὴν ἔτους πρῶτον ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ Καίσαρος Γαΐου Ἰουλίου. Ob hanc rationem hæc Antiochensium æra, quæ annum nativitatis Dominicæ spatio quadraginta & octo annorum præcedit, peculiari modo dicitur χρηματισμὸς τῶν Ἀντοχέων. *Vide inter opera Joannis Gregorii, pag. 161. Ed. London. an. 1684. citante Matthæo Shorting.*

d Ἕκτος τυγχάνειν ἱστορούμενος] Quartus erat hic terræ motus juxta Malelam à Pagio citatum. *W. Lowth.*

e Ἑπτὰ καὶ τεσσαρακοντα καὶ τριακοσίων] Revera elapsi sunt tantum 343 anni, scilicet ab anno Chr. 115, ad annum 457. Sed & lapsus est Evagrius, cum terræ motum qui sub Trajano contigit, in annum Antiochenum 159 conjicit, adeoque cum anno Christi centesimo undecimo copulat, qui revera ad annum æræ Antiochenæ 163 referendum erat, ut observavit hic Valesius. *W. Lowth.*

αὐτονο-

αὐτονομίας γέγονεν. ὁ δέ γε ἐπὶ Λέοντος, ἕκτον καὶ πεντακοσιοστὸν, ὡς τοῖς Φιλοπονήσασιν ἐκπέθεται. ἔτος τοίνυν ὁ σεισμὸς τῆς καινῆς τὰς οἰκίας ἁπάσας σχεδὸν καταβέβληκε, πολυανθρώπῳ ταύτης γεγενημένης, καὶ οὐδὲν ἐχούσης ἔρημον, ἢ ὅλως ἠμελημένον, ἀλλὰ καὶ λίαν ἠξησκημένης τῇ φιλοτιμίᾳ τῶν βασιλέων πρὸς ἀλλήλους ἀμιλλωμένων. τῶν τε βασιλείων ὁ πρῶτος καὶ δεύτερος οἶκος κατεβλήθησαν, τῶν ἄλλων σὺν τῷ προκειμένῳ βαλανείῳ μεινάντων, τῷ γε καὶ λούσαντι τὴν πόλιν παρὰ τὴν συμφορὰν ἐκ τῆς πρότερον ἀχρηστίας, ἀνάγκη τ' τοῖς ἄλλοις βαλανείοις συμβεβηκότων. κατέρριψε δὲ καὶ τὰς στοὰς τὰς πρὸ τῶν βασιλείων, καὶ τὸ ἐπ' αὐταῖς Τετράπυλον, τοῦ καὶ ἱπποδρόμου δὲ τοὺς παρὰ τὰς θύρας πύργους, καί τινας τῶν ἐπ' αὐτοὺς στοῶν. κατὰ δὲ τὴν παλαιὰν, τῶν μὲν στοῶν ἢ οἰκημάτων πᾶσις ὅλως οὐκ ἔψαυσε. τῶν δὲ Τραϊανοῦ καὶ Σεβήρου καὶ Ἀδριανοῦ βαλανείων, μικρὰ κατασείσας, ἀνέτρεψε· καὶ τῆς γε Ὀστρακίνης οὕτω καλουμένης γυτονίας, πινὰ συγκατέβαλε σὺν ταῖς στοαῖς, καὶ τὸ καλούμενον Νυμφαῖον ῥίψας. ὧν τὸ καθέκαστον πρεσβύτερος Ἰωάννης ἱστόρηται τῷ Ῥήτορι. Φησὶ δ' οὖν ὡς χίλια χρυσίου τάλαντα πρὸς τοῦ βασιλέως ἐκ τῶν φόρων ἀφείθη τῇ πόλει, καὶ τοῖς δὲ πολίταις τ' ἠφανισμένων τῷ πάθει τὰ τέλη· ἐπιμεληθῆναι δὲ τούτων καὶ τῶν δημοσίων οἰκοδομιῶν.

autem Leonis Auguſti temporibus, contigit anno ſexto & quingenteſimo, ut produnt ſcriptores diligentiſſimi. Porro hic terræ motus univerſas propemodum ædes ſubvertit urbis Novæ, quæ quidem incolarum multitudine abundabat, nec ullam partem vacuam habebat aut neglectam: ſed magnopere exculta erat atque ornata, ob ſuperiorum Imperatorum magnificentiam, qui ſe invicem ea in re ſuperare contenderant. Palatii quoque prima & ſecunda ædes corruit. Reliquæ vero incolumes manſere una cum vicino balneo: quod cum antea inutile fuiſſet, hujus calamitatis tempore abluendæ civitati neceſſario inſerviit, ob ruinam videlicet reliquorum balneorum. Everſæ ſunt etiam porticus quæ erant ante palatium, & quod poſt illas erat Tetrapylum. Cecideruntetiam turres circi quæ erant juxta portas, & quædam porticus quæ ad turres illas ducebant. In veteri autem urbe, domus quidem & porticus ruinæ prorſus expertes fuerunt. Balneorum vero Trajani, Severi, & Hadriani, exigua pars concuſſa ac ſubverſa eſt. Oſtracinæ quoque regionis ita dictæ, vicinias quaſdam idem terræ motus proſtravit, & Nymphæum una cum porticibus evertit. Quæ quidem ſingula à Joanne Rhetore diligenter commemorata ſunt. Scribit igitur ille, mille auri talenta ab Imperatore civitati remiſſa eſſe ex functione tributaria; civibus vero remiſſas eſſe penſiones earum ædium quæ terræ motu proſtratæ fuerant. Imperatorem præterea publicorum operum reficiendorum curam ſuſcepiſſe.

Joannes Rhetor.

VALESII ANNOTATIONES.

in libris de Doctrina temporum, & in ſecunda parte Rationarii cap. 14. Cui tamen in eo non aſſentior, quod dicit horum annorum initium ab Octobri menſe deduci, quod apud Antiochenos populare anni fuit initium. Ego vero in Annotationibus Euſebianis abunde, ut opinor, demonſtravi, Antiochenos à Dio ſeu Novembri menſe annum inchoaſſe. Sed neque illud verum eſt quod ibidem ſcribit Petavius, auctorem Chronici Alexandrini horum annorum initium à Maio menſe deducere videri. Non enim id dicit Auctor Alexandrini Chronici; ſed tantum ait, Senatus conſultum quo civitas Antiochia libera ac ſui juris pronunciata eſt, menſe Maio acceptum fuiſſe ab Antiochenſibus, ac publice propoſitum.

1 Τινὰς τ' ἀπ' αὐτῶν στοῶν] In optimo codice Florentino totus hic locus ita ſcribitur, καὶ τ' ἱπποδρόμου δὲ τοὺς περὶ τὰς θύρας πυργοὺς, καὶ τινὰς τῶν ἐπ' αὐτοὺς στοῶν. Melius procul dubio. Portæ circi binis utrimque turribus munitæ erant. Erant & porticus quædam quæ ad turres illas ducebant, à portis circi, ut opinor. In codice Tell. ſcriptum inveni τινὰς τῶν ἐπ' αὐτὰς στοῶν.

2 Καὶ τῆς Ὀστρακινίας] Rectius in codice Florent. & Telleriano & apud Nicephorum ſcribitur Ὀστρακίνης. Hujus loci iterum mentio fit ab Evagrio noſtro in cap. 8. lib. 6. Quid autem fuerit Oſtracine, difficile eſt dicere. Evagrius quidem hoc loco ait γειτονίαν ita appellatam fuiſſe, ſitam in urbe veteri. Eſt autem γειτονία ædium continuatio, quæ porticus publicas excipiebant. Quod confirmat etiam Libanius in Antiochico pag. 372. Dicta porro eſt Oſtracine eo quod figlinæ ibi eſſent. Gloſſæ veteres *fictile* reddunt Ὀστράκινον.

3 Τὸ καλούμενον Νυμφαῖον] Sic Græci vocabant templum Nympharum, quod deſcribit Libanius in Antiochico pag. 372. Νυμφῶν ἱερὸν οὐρανόμηκες &c.

4 Τῶν ἠφανισμένων τῷ πάθει τὰ τέλη] In hujus loci verſione lapſi ſunt ambo Interpretes. Nam Muſculus quidem ita vertit. *Dicit etiam mille auri Talenta civitati illi ab Imperatore de tributis eſſe remiſſa: Et ex tributis quoque conſtitutum eſſe, ut civibus illis qui ea calamitate adfecti erant, ædes ipſorum ſimulque publica ædificia reſtaurarentur.* Chriſtophorſonus vero ſic interpretatur. *Ait porro, tum civitati de tributis mille auri Talenta ab Imperatore eſſe condonata, tum civibus etiam vectigalia, qui ea clade afflicti erant.* Ubi vides, utrumque interpretem hæc verba, τῶν ἠφανισμένων, ad cives retuliſſe: quod ferri nullo modo poteſt. Neque enim dixiſſet Evagrius τοῖς πολίταις τ' ἠφανισμένοις, ſed potius τοῖς ἠφανισμένοις. Rectius ergo Nicephorus ea verba de privatorum ædificiis intellexit, quorum vectigalia Imperator Antiochenis civibus remiſit. Nec tamen ille Evagrii ſenſum penitus aſſecutus eſt. Sic tamen hunc Evagrii locum expreſſit. καί γε λέγω τ' σεισμὸν τοῦτον χίλια χρυσοῦ τάλαντα βασιλέα φασὶν ἀφεῖναι τῇ πόλει τ' ἐτησίων φόρων τὰ τέλη, τ' ἠφανισμένων χάριν κτισμάτων. Id eſt, ut Langus vertit, *Terræ motus iſtius gratia, & propter ædificia diruta, Imperatorem ferunt urbi ei mille auri Talenta tributi annui remiſiſſe.* Verum Evagrius, ſeu potius Joannes Rhetor plus dicit. Ait enim Imperatorem ex functione quidem tributaria mille auri talenta Antiochenſibus remiſiſſe: Singulis vero civibus indulſiſſe vectigalia ædium quæ terræ motu ſubverſæ fuerant. Hæc autem vectigalia dupliciter intelligi poſſunt, aut de penſione annua quæ dominis ædium a conductoribus ſolvebatur; aut de pecunia quæ fiſco pendebatur, eo quod ædes illæ in ſolo publico conſtructæ eſſent. Quemadmodum apud nos ab ædium poſſeſſoribus tam in urbe, quam in agris, cenſus annuus dominis ſoli præſtari ſolet. Atque hoc poſteriore ſenſu τὰ τέλη hic accipi malim. Hæc enim vox frequentius ſumitur pro Vectigalibus quæ publico penduntur. Quod ſi pro pretio ædium quod à conductore præſtari ſolet, hic ſumeretur, nulla in eo fuiſſet Imperatoris liberalitas. Nihil enim de ſuo dediſſet civibus, ſed de alieno.

5 Ἐπιμεληθῆναι δὲ τούτων] Procul dubio ſcribendum τοῦτον, ſupple τὸν βασιλέα. Atque ita legiſſe videtur Chriſtophorſonus. Porro de hoc terræ motu Elegiam ſcripſerat Iſaac Syrus, ut teſtatur Marcellinus in Chronico his verbis. *Patricio & Ricimere Coſſ. Iſaac Antiochenæ Eccleſiæ Presbyter ſcripſit Syro ſermone multa, præcipueque adverſus Neſtorianos & Eutychianos. Ruinam etiam Antiochiæ elego Carmine planxit, quemadmodum Ephrem Diaconus Nicomediæ lapſum.*

Sæc. V.

CAPUT XIII.

De incendio quod accidit Constantinopoli.

HUIC non dissimilis, immo longe gravior calamitas contigit Constantinopoli, initio mali orto in maritima civitatis parte, quam Bosporum vocant. Aiunt autem Dæmonem quemdam exitiosum, mulieris speciem ementitum; aut certe pauperculam quamdam mulierem à dæmone impulsam; utrumque enim dicitur; circa id tempus quo lucernæ accendi solent, lucernam ad forum rerum venalium detulisse, tanquam salsamenta sibi emptura esset: depositaque ibi lucerna, protinus abscessisse. Ignem vero, cum stuppam corripuisset, maximum incendium excitasse, & momento temporis totam domum combussisse: Post hæc adjacentia quæque facilius consumpta esse, cum ignis non ea solum quæ facile incenduntur, sed ædificia quoque ex lapidibus constructa depasceretur, & usque in quartum diem perseverasset, nec ulla ratione extingui potuisset. Totum igitur civitatis meditullium, à Septentrionali latere ad meridianam partem, longitudine quidem stadiorum quinque, quatuordecim vero latitudine, ita consumptum est, ut tam ex publicis, quam ex privatis ædibus nihil omnino remanserit; non columnæ, non lapidei fornices: sed prædura omnis materia, perinde ac stipula, concremata sit. Porro hæc clades in septentrionali quidem parte, in qua sunt urbis navalia, grassata est, a Bosporo usque ad vetus Apollinis fanum. In meridiana autem regione, a portu Juliani usque ad domos quæ haud procul absunt ab Ecclesia quæ dicitur Homoncæ. In media autem urbis parte, a Constantini foro usque ad forum Tauri, miserabile & horrendum cunctis spectaculum reliquit. Nam quæcumque ornamenta

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ τῆ ἐμπρησμῆ τῆ ἐν Κωνσταντινουπόλ.

[1a] Συνηνέχθη δὲ τούτοις ὅμοια ἢ καὶ δεινότερα ἀπὸ τῆ Κωνσταντινούπολιν, ἀρχῆς τ κακῆ γενομένης ἐν τῷ παραθαλασσίῳ τ πόλεως μέρει, [2] ὅπερ βοὸς καλοῦσι πόρον. ἱστορῆ δὲ ὡς ἐπ' τὰς [2] ὀπαδυχνίους ὥρας δαίμων τις κακοῦργος παλαμναῖος γυναικὶ εἰκαθεὶς, εἴτε καὶ ταῖς ἀληθείαις γυνὴ χερνῆτις ὑπὸ δαίμονος οἰστρουμένη, λέγεται γὰρ ἐπ' ἀμφότερα, λύχνον πρὸς παντοπώλιον ἐνεγκεῖν, ὠνησομένη τι τῶν τεταριχευμένων· τεθέντος δ' αὖ τῆ λύχνῃ τὸ γύναιον ὑπαναχωρῆσαι. τὸ δὲ πῦρ, φυπίῃ λαβόμενον, φλόγα μεγίστην ἐξᾶραι, λόγῳ τε θᾶττον ἐμπρῆσαι τὸ οἴκημα· ἐκ τούτῳ δὴ τὰ παρακείμενα ῥᾴδιον ἀφανισθῆναι, τῆ πυρὸς ἀμφινεμομένῃ, ᾗ μόνον τὰ ὑξάπλα, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐκ λίθων οἰκοδομὰς, ᾗ ἄχει τετάρτης ἡμέρας ἀναμείναντος, ᾗ πᾶσαν ἄμυναν ὑποδεδεκότος, τὸ μεσαίτατον ἅπαν τ πόλεως ἀπὸ τ ἀρκτῴῳ μέχει τῆ νοτίῳ κλίματος διαπανηθῆναι, ἐπὶ πέντε μὲν σταδίῳς τὸ μῆκος, δεκατέσσαρας δὲ τὸ πλάτος· ὡς μηδὲν μεταξὺ καταλιφθῆναι, μὴ δημοσίων, μὴ ἰδιωτικῶν οἰκοδομιῶν, μὴ κίονας, μὴ τὰς ἐκ λίθων ψαλίδας· ἀλλὰ πᾶσαν ἀπεσκληκυῖαν ὕλην, ὥσπερ π τ ὑξάπλων καταφανῆναι. τῦτο δὲ τὸ κακὸν γενέσθ ἐν μὲ τᾷ βορείῳ κλίματι, ἐν ᾧ ᾗ νεώρια τῆς πόλεως καθεστᾶσιν, ἀπὸ τῆ καλυμένης βοὸς πόρυ, μέχει τῆ παλαιῆ Ἀπόλλωνος ἱερῆ. ἐν ᾗ τῷ νοτίῳ, [b] ἀπὸ τῆ Ἰυλιανῆ λιμένος μέχει οἰκιῶν [b] ᾗ πολὺ κειμένων τ θύκτηείῃ [3] τῆς ἐπίκλην Ὁμοίας ἐκκλησίας. ἐν δὲ τῷ μεσαιτάτῳ τ πόλεως μέρᾳ, ἀπὸ τοῦ Κωνσταντίνῃ προσαγορευομένῃ φόρυ μέχει τῆς τῆ Ταύρῃ καλυμένης ἀγορᾶς, οἰκτρὸν πᾶσι θέαμα ᾗ εἰσδεχθέσατον. ὅσα γὰρ ἐπηώρητο

VALESII ANNOTATIONES.

1 Συνηνέχθη δὲ] De anno quo incendium istud contigit Constantinopoli, non convenit inter Auctores. Nam Theophanes quidem & Cedrenus anno quinto Leonis, Indictione 15. illud referunt, Leone Augusto iterum & Severo Coss. qui fuit annus Christi 462. Marcellinus autem Comes, & Auctor Alexandrini Chronici, incendium illud Constantinopolitanum conferunt Basilisco & Hermenerico Consulibus, hoc est anno Christi 465. Priorem sententiam sequutus videtur Evagrius noster. Verbum enim συνηνέχθη, quo utitur hoc loco, indicat id quod dixi, conflagrationem scilicet illam urbis Constantinopolitanæ non longo tempore post terræ motum Antiochenum contigisse. Cæterum de incendio illo quo urbs Constantinopolis Leonis Aug. temporibus conflagravit, scribit etiam Candidus Isaurus in libro primo historiæ, multaque in eo ab Aspare Patritio utiliter ordinata esse refert.

2 Ὅπερ βοὸς καλοῦσι πόρον] Portum Phosphorianum intelligit, qui erat in regione quinta urbis, ut docet vetus descriptio urbis Constantinopolitanæ. Græci φωσφόριον & βοσπόριον dicebant, ut docet Constantinus Porphyrogennetus in lib. 2 de Thematibus sub finem, & Georgius Codinus in lib. de originibus Constantinopolitanis p. 57.

3 Τῆς ἐπίκλην ὁμοίας] Ecclesia Homoncæ erat in regione nona urbis Constantinopolitanæ, ut docet vetus descriptio ejus urbis. Cur autem ita dicta sit hæc Ecclesia, docet Theodorus Lector in libro quarto Historiæ Ecclesiasticæ; cujus verba citantur à Joanne Damasceno in libro 3 de Imaginibus. Dicta est enim ὁμόνοια, eo quod centum & quinquaginta patres Synodi Constantinopolitanæ, principatu Theodosii senioris, illuc convenientes, in unam eandemque sententiam de Trinitate consubstantiali conspiraverint. [Verba Theodori habentur versus finem ultimi Fragmenti. Utrum autem Synodus Constantinopolitana in Homoncæ Templa habita fuerit, amplius quærendum censeo. Certe autor vitæ S. Stephani junioris scribit eam Synodum celebratam fuisse in Ecclesia Irenes. Sic enim ait Stephanus: οὐχὶ πᾶσιν, ἔφη, αἱ ἐξ ἁγίαν σύνοδοι ἐν ἱεροῖς ναοῖς συνηθροίσθησαν; ᾗ πρώτη μὲν ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν μητροπόλει, ἐν τῷ ὀκτῶ μεγίστῳ καθ' ἡ δευτέρα δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐν τῷ τῆς ἁγίας Εἰρήνης σηκῷ.]

VARIORUM.

a Συνηνέχθη] Valesius putat hoc verbum indicare, conflagrationem hanc CP. non longo tempore post terræ motum Antiochenum anni 457. accidisse. Verum in his loquendi modis tempus exprimentibus, explicandis tam hic quam alibi, non raro vir doctissimus aliique passim hallucinantur, non animadvertentes similes loquendi formulas magnam latitudinem habere, & quandoque non tantum decem aut duodecim, sed etiam plures annos designare, *inquit Ant. Pagi ad ann.* 465. *n.* 2. *qui probat ibidem ex Chronico Alexandrino, incendium CP. hoc anno accidisse.*

b Ἀπὸ τοῦ Ἰουλιανοῦ λιμένος] Julianus Imp. portum maximum Constantinopoli ædificavit, qui D. Juliani portus dicitur in leg. ult. cod. Th. de calc. coct. ut observavit Valesius noster in notis ad Amm. Marcell. lib. 22. cap. 9. *M. Shorting.*

τῇ

τῇ πόλῃ κάλλη, ἢ πρὸς τὸ μεγαλοπρεπὲς ϗ ἀπαράβλητον ἐξησκημένα, ἢ πρὸς κοινὰς ἢ ἰδιωτικὰς καλῶν χρείας, ὑφ' ἓν ἐς ὄρη τε ϗ βυθὸς ἀπεχεδιάθη δυσβάτους τε ϗ δυσδιαπορεύτους, ϗ παντοίων ὑλῶν πλήρεις, ϗ προλέγειν συγχέοντας ὄψιν· ὡς μὴ ϗ τοῖς οἰκήτορσι τ' τόπων ἐπιζέπειν εἰδέναι, τί τε ἢ ὅπη τ' πρωτέρων ἐτύγχανεν ὤν.

urbis eminebant, aut incomparabili quadam magnificentia exculta, aut publicis & privatis uſibus accommodata, in montes coacervata ſunt ac tumulos inacceſſos, atque impervios, omnique materiæ genere refertos, ac priorem urbis ſpeciem deformantes. Adeo ut ne ipſis quidem locorum incolis facile eſſet dignoſcere quid & quo in loco unumquodque ex prioribus illis ædificiis extitiſſet. SÆC. V.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ καθολικῶν παθημάτων.

CAPUT XIV.

De univerſalibus calamitatibus.

12 1 Ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις, 2 τοῦ Σκυθικοῦ πολέμου συνιϛαμένου πρὸς τοὺς ἑῴους Ῥωμαίους, ἥτε Θρᾳκία γῆ, ϗ ὁ Ἑλλήσποντος ἐσείσθη, ϗ Ἰωνία, ϗ αἱ καλούμεναι Κυκλάδες νῆσοι· ὡς Κνίδου, ϗ τῆς Κῶ τ' νήσων τὰ πολλὰ κατενεχθῆναι. καὶ ὄμβροις δὲ ἐξαισίους ὁ Πείσκος ἱστορεῖ γενέσθαι ἀνὰ τ' Κωνϛαντινούπολιν ϗ τὴν Βιθυνῶν χώραν, ἐπὶ τρεῖς ϗ τέσσαρας ἡμέρας ποταμηδὸν τῶν ὑδάτων ἐξ οὐρανοῦ φερομένων. ϗ ὄρη μὲν ἐς πεδία κατενεχθῆναι· κατακλυσθείσας δ' κώμας ϖολλαπλάσιον γενέσθαι ϗ νήσους ἐν τῇ Βοάνῃ λίμνῃ, ἐ μακρὰν τῆς Νικομηδείας 2 ἀφεστώσης, ἐκ τ' συνενεχθέντων ἐς αὐτὴν ϖαμπόλλων φορυτῶν. ἀλλὰ ταῦτα μὲ ὕστερον ἐπεγένετο.

SUB idem tempus cum bellum Scythicum contra Orientales Romanos motum eſſet, Thracia & Helleſpontus terræ motu concuſſæ ſunt. Ionia quoque & inſulæ Cyclades eamdem calamitatem ſunt expertæ; ita ut in Cnido & Co Inſulis, pleraque ædificia corruerint. Præterea immenſos imbres Conſtantinopoli & in Bithyniæ partibus accidiſſe refert Priſcus, cum trium aut quatuor dierum ſpatio aqua è cælo, fluviorum inſtar decidiſſet. Ac montes quidem in planitiem depreſſos eſſe: vicos vero complures aquis obrutos periiſſe. Inſulas quoque in Boanenſi lacu qui eſt juxta Nicomediam, exortas eſſe ex quiſquiliis quamplurimis quæ alluvione illuc delatæ fuerant. Verum hæc quidem aliquanto poſt contigerunt. *Terræ motus.* *Immenſi imbres.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ τῦ γάμου Ζήνωνος ϗ Ἀριάδνης.

CAPUT XV.

De nuptiis Zenonis & Ariadnæ.

Λέων δὲ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ Ἀριάδνῃ προσλαμβάνεται Ζήνωνα, 3 Ἀριϗμήσιον μὲν ἐκ σπαργάνων καλούμενον, ϖερὶ δὲ τῦ γάμου ϗ τ' προσηγορίαν ϖεϖσκημένον 4 ἔκ τινος ϖαρὰ τοῖς Ἰσαύροις ἐς μέγα κλέος ἐληλυθότος, ὅτω προσαγορευομένου. ὅθεν ἦν προήχθη ἕτος ὁ Ζήνων, τίνος τε χάριν πάντων ϖαρὰ τῦ Λέοντος ϖρὸ ἐκείθη, Εὐϛαθίῳ ἐκτέθεται τῷ Σύρῳ.

PORRO Leo Zenonem ſibi generum adſcivit, data ei in conjugium Ariadne filia. Qui cum ab incunabulis Aricmeſius dictus eſſet, ſimul cum nuptiis nomen Zenonis aſſumpſit, ex quodam viro ita appellato, qui apud Iſauros ad ſummam gloriam pervenerat. Undenam vero hic Zeno ad tantum faſtigium proceſſerit, & qua de cauſa Leo cunctis eum prætulerit, ab Euſtathio Syro relatum eſt.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις] Melius ſcriberetur, τοὺς αὐτοὺς χρόνους &c.

2 Σκυθικοῦ πολέμου] Intelligit Evagrius bellum quod Hunni geſſere adverſus Romanos Orientales duce Dengizich Attilæ filio, Zenone & Marciano Coſſ. anno Chriſti 469, ut tradit Marcellinus Comes in Chronico. Auctor tamen Alexandrini Chronici id refert ſuperiore anno, quo Conſul fuit Anthemius Aug. ἐπὶ τούτου δ' ὑπάτου μιζέριχος υἱὸς Ἀτιλᾶ ἐσφάγη ὑπὸ ἀναγάϛου τοῦ ϛρατηλάτου θράκης &c. lego δεγγίζιχος * ex Priſco Rhetore, qui bellum iſtud deſcribit pag. 44, 45. editionis Regiæ. Porro hic Anagaſtus Magiſter militum per Thracias, qui Dengizichum Hunnorum regem in prælio occidit, Arnegiſclo Magiſtro militum ſucceſſerat.

3 Ἀελικμῆσιον] In optimo codice Florentino & apud Nicephorum ſcribitur Ἀελικμήσιον. Porro Ariadne Zenoni nupſit anno Leonis Aug. tertio, ut ſcribit Theophanes in Chronico.

4 Ἔκ τινος παρὰ τοῖς ἰσαύροις] Flavium Zenonem intelligit, qui Conſul fuit principatu Theodoſii Auguſti, anno Chriſti 448. & Magiſter militum per Orientem. De cujus ſingulari potentia vide quæ ſcripſi in Annotationibus ad Excerpta Legationum Priſci Rhetoris, pag. 207. Editionis Regiæ.

VARIORUM.

* Filius hic Attilæ à Priſco vocatur *Dengiſich*, à Marcellino *Denzices*, à Jornande de reb. Get. cap. 53. *Dinſic*: Inde per corruptionem *Genſericus* in Chronico Alexandrino.

a Ἀφεϛώσης] Legendum ἀφεϛώσῃ. *W. Lowth.*

SÆC. V.

CAPUT XVI.

De Anthemio Imperatore urbis Romæ, & de iis qui post illum imperarunt.

PER idem tempus cum Romani Occidentales legationem ad Leonem misissent, Anthemius à Leone missus est ut Romanis imperaret, cui Marcianus Imperator propriam filiam desponderat. Nec multo post Basiliscus frater Verinæ, conjugis Leonis Augusti, Magister militum adversus Gizericum mittitur cum lectissimis copiis. Quæ omnia a Prisco Rhetore diligentissime conscripta sunt: ac præterea quemadmodum idem Imperator Leo Asparem qui imperium ipsi tradiderat, fraude circumventum interfecerit, hanc ei mercedem reddens promotionis suæ: filios quoque Asparis sustulerit, Ardaburium ac Patricium: quem quidem Leo paulo ante Cæsarem creaverat, ut Asparis benevolentiam sibi conciliaret. Post cædem vero Anthemii qui imperium Romanum per annos quinque administraverat, Olybrius a Recimere Imperator renuntiatus est. Post quem Imperator factus est Glycerius. Quo expulso, Nepos quinque annis imperium obtinuit Romanorum: Et Glycerium apùd Salonas Dalmatiæ Episcopum ordinavit.

Anthemius Rom. Imp.

Aspar & filii à Leone interfecti.

Olybrius Imp.

Glycerius Imp.

Nepos Imp.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ιϛ'.

Περὶ Ἀνθεμίου βασιλέως Ῥώμης, καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ βασιλέων.

ΕΚ πρεσβείας ἣν τὰ ἑσπερίων Ῥωμαίων, [a] Ἀνθέμιος βασιλεὺς τῆς Ῥώμης ἐκπέμπεται· ᾧ Μαρκιανὸς ὁ πρώην βεβασιλευκὼς τὴν οἰκείαν κατενεγώνητε παῖδα. ἐκπέμπεται δὲ στρατηγὸς [1] ἐπὶ Γιζερίχου Βασιλίσκος, ὁ τῆς Λέοντος γυναικὸς Βερίνης ἀδελφὸς, μετὰ στρατευμάτων ἀρισίνδην συνειλεγμένων. ἅπερ ἀκριβέστατα [2] Πείσκῳ τῷ ῥήτορι πεπόνηται· ὅπως τε δόλῳ περιελθὼν ὁ Λέων, μισθὸν ὥσπερ ἀποδιδοὺς τῆς εἰς αὐτὸν προαγωγῆς, ἀναιρεῖ Ἀσπαρα, τὴν ἀρχὴν αὐτῷ περιθέντα, παῖδάς τε αὐτοῦ Ἀρδαβούριον καὶ Πατρίκιον, ὃν Καίσαρα πεποίητο πρότερον, [3] ἵνα τὴν Ἀσπαρος εὔνοιαν κτήσηται. μετὰ δὲ τὴν Ἀνθεμίου σφαγὴν, πέμπτον ἔτος τῆς Ῥώμης βασιλεύσαντος, ἐπὶ Ῥεκίμερος βασιλεὺς Ὀλύβριος ἀναγορεύεται, καὶ μετ' αὐτὸν βασιλεὺς προχειρίζεται Γλυκέριος. ὃν ἐκβαλὼν [4] Νέπως μετὰ πέμπτον ἔτος τῆς ἀρχῆς κρατεῖ, [5] ἐπίσκοπόν τε Ῥωμαίων τὸν Γλυκέριον ἐς Σάλωνας πόλιν τῆς

a

1

2

3

4

5

VALESII ANNOTATIONES.

1 Κατὰ Γιζερίχου βασιλίσκου] De ingenti exercitu quem Leo Imperator contra Vandalos in Africam misit, consulendi sunt Theophanes, Cedrenus, & Idatius in Chronico. De ejusdem belli apparatu scribit etiam Candidus Isaurus in libro primo historiæ, cujus locum, quia nondum editus est, hic apponam. Κανδιδὸς ἱστοριογράφος φησὶν ὅτι ὁ Λέων ὁ Μακέλλης, ὁ μετὰ Μαρκιανὸν βασιλεύσας, περὶ τὴν στρατείαν τὴν κατὰ Βανδίλων ἄπειρα χρήματα δεδαπάνηκε. ἦσαν γὰρ ὡς οἱ ταῦτα ἐφανέρωσαν κεχειρικότες, ἀφ' μὲν τῶν ὑπαρχόντων χρυσίου λίτραι πεντακισμύριαι ὡσὲι ἑπτακισχιλιάδες. ἀφ' δὲ τοῦ κόμητος τῶν θησαυρῶν, ἑπτακισχιλίαι ὡσὲι μυριάδες, καὶ ἀργυρίου λίτραι ἑπτακόσιαι χιλιάδες. ἅτε τῶν ἀνηλωμένων ἀρχόντων ἐκ τῶν δημευσίμων καὶ ἐκ τοῦ βασιλέως Ἀνθεμίου. Id est: Candidus Historicus ait, *Leonem qui Macelles cognominatus est, qui post Marcianum imperavit, innumerabilem vim pecuniæ in expeditione adversus Vandalos consumpsisse. Nam ut testantur ii qui pecuniam illam administrarunt, per Præfectos quidem prætorio impensa sunt auri librarum quadraginta septem millia: per comitem vero largitionum impensa sunt auri librarum septemdecim millia, & argenti librarum septingenta millia: cum sumptus abunde suppeterent, partim ex bonis proscriptorum, partim ex ærario Imperatoris Anthemii.* Extat hic illustris locus apud Suidam in voce χειρίζω, sed corrupto Auctoris nomine. In eodem Suidæ loco scribendum est, τῶν ἀνηλωμένων ἀρκούντων &c. Porro hæc expeditio Vandalica contigit anno Christi 468, ut recte Baronius observat, quod confirmant Cedrenus, Idatius & Marcellinus. Biennio post, altera expeditio adversus Vandalos susceptа est à duce Heraclio, & Marso, ut scribit Theophanes in Chronico, qui solus quod sciam, hujus expeditionis mentionem facit. Nam Procopius in Vandalicis secundam hanc expeditionem cum priore illa confudit. Porro hæc secunda expeditio exitum satis felicem sortita est. Gizerichus enim metu perculsus, pacem cum Romanis Orientalibus facere compulsus est.

2 Πείσκῳ τῷ ῥήτορι] Hoc bellum Vandalicum fuse descripserat Priscus in ultimo libro historiarum, ut præter Evagrium docet Theophanes in Chronico pag. 100. Sed locus corruptus est, quem hic apponam. ὕστερον δὲ δώρεις ὑπὸ Γιζερίχου καὶ πλείοσις χρήμασι δελεασθεὶς ἐνέδωκεν καὶ ἠπίθη ἑκὼν, ὡς περσικὸς ἱστόρησεν ὁ ῥήτωρ. Scribendum est procul dubio ὡς Πείσκος &c. Priscus enim historicus id bellum descripsit teste Evagrio. Fuit autem Priscus Thrax, ex Panio Thraciæ Oppido, cujus meminit Hierocles. *Provincia Europa sub Consulari urbes quatuordecim. Eudoxia, Heraclia, Arcadiopolis, Bisue, Panion, Orni, &c.* Certe & Suidas Priscum historiarum scriptorem Panitem fuisse dicit.

3 Ἵνα τὴν Ἀσπαρ. ἄνοιαν] Hunc locum non infeliciter mihi videor restituisse hoc modo. ἵνα τὴν Ἀσπαρ. εὔνοιαν κτήσηται, Id est, *ut Aspari benevolentiam sibi conciliaret.* Emendationem nostram confirmat Cedrenus his verbis, anno duodecimo Leonis Aug. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ ὁ Ἀσπαρος υἱὸς Παλαίκι., Καίσαρ παρὰ τοῦ Λέοντος γίνεται, καὶ ἐν Ἀλεξανδρίᾳ πέμπεται ἀφ' τὸ ἑλκύσαι τὸν Ἀσπαρ. ἐκ τῆς Ἀρειανικῆς δόξης, καὶ εὐνοεῖν ποιῆσαι τῷ βασιλεῖ. Theophanes vero sic habet: τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Παλαίκι. υἱὸς Ἀσπαρος, ὃν Καίσαρα ὁ βασιλεὺς Λέων πεποίηκεν, ἀφ' τὸ ἑλκύσαι τὸν Ἀσπαρα ἐκ τῆς Ἀρειανικῆς δόξης, καὶ εὐνοεῖν τῷ βασιλεῖ, παρεγένετο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ &c. Supplendum est ex Cedreno verbum hoc modo, καὶ εὐνοεῖν ποιῆσαι τῷ βασιλεῖ. Id est, *Hoc anno Patricius Asparis filius, quem Leo Augustus Cæsarem nuncupaverat, eo consilio ut Asparem ab Arianorum secta revocaret, & Imperatori fidum efficeret ac benevolum,* &c.

4 Νέπως μετὰ πέμπτον ἔτος] Delenda est præpositio μετὰ, quæ Interpretes in errorem induxit. Neque enim anno quinto post depositionem Glycerii, Nepos factus est Imperator, sed eodem anno quo abdicatus fuerat Glycerius, ut legitur in veteribus Fastis quos edidit Cuspinianus, hoc est anno Christi 474. Nepos deinde quinque annis Imperium obtinuit. Occisus est enim Basilio solo Consule, anno Christi 480. ut testatur Marcellinus in Chronico, & vetus Auctor Fastorum quem primus edidit Cuspinianus. Ex quo discimus, Julium Nepotem Imperatoris nomen usque ad exitum retinuisse.

5 Ἐπίσκοπόν τε Ῥωμαίων τὸν Γλυκέριον] Falsum est, Glycerium ex Imperatore Episcopum urbis Romæ factum esse. Sed neque verum est, eum Portuensem Episcopum factum esse, quod quidam scripserunt, Marcellinum auctorem secuti. Marcellinus tamen id non dicit. Sic enim habet. *Leone solo Cos. Glycerius Cæsar Romæ Imperium tenens, à Nepote, Marcellini quondam Patricii sororis filio, Imperio expulsus, in portu urbis Romæ ex Cæsare Episcopus ordinatus est.* Verum in Marcellino mutanda est distin-

VARIORUM.

a Ἀνθέμιος] Anthemius creatus est Romæ Imperator prid. Idus Aprilis anni 467. Romanorum infausta adversus Vandalos expeditio, duce Basiliſco, accidit anno 468. Aspar cum filiis occisus est anno 471. Olybrius Anthemium in Imperio excepit anno 472. Glycerius Olybrium anno 473. Nepos Glycerium anno 474. Augustulus Nepotem anno 475. Augustulum depositit Odoacer Gothus anno 476. *Pagius ad dictos annos.*

Δαλματίας

Δαλματίας χειροτονεῖ· ἐκβάλλει δέ τε τὸν Ὀρέστου, καὶ μετ' ἐκεῖνον ὁ τούτου παῖς Ῥωμύλλος, ὁ ἐπίκλην Αὐγουστοῦλος, ὃς ἔσχατος τῆς Ῥώμης αὐτοκρατῶς κατέστη, [1] μετὰ τρεῖς καὶ τριακοσίους καὶ χιλίους σφαυτοὺς τῆς Ῥωμύλλου βασιλείας. μεθ' [2] ὃν Ὀδόακρος τὰ Ῥωμαίων [2] μεταχειρίζεται πράγματα, τῆς μὲν βασιλέως προσηγορίας ἑαυτὸν ἀφελών, ῥῆγα δὲ προσφών.

Nepotem deinde Oreſtes imperio expulit. Cujus filius Romulus, cognomento Auguſtulus, poſtremus Romæ factus eſt Imperator, mille & trecentis ac tribus annis elapſis a regno Romuli. Poſt quem Odoacer, rejecto Imperatoris nomine, Regis vocabulum adſumens, res Romanas gubernavit.

Sæc. V. *Romulus Auguſtulus ult. Imp.* *Odoacer rex Rom.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ τῆς τελευτῆς Λέοντος, καὶ βασιλείας τοῦ μικροῦ Λέοντος, καὶ αὖθις Ζήνωνος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

CAPUT XVII.

De morte Leonis, & de Imperio Leonis junioris & Zenonis patris ejuſdem.

[a] Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον [2] Λέων ὁ βασιλεὺς ἐν Βυζαντίῳ τῆς βασιλείαν ἀποτίθεται, ἐπὶ καὶ δέκα ταύτην ἔτη ἰθύνας, Λέοντα τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς Ἀριάδνης καὶ Ζήνωνος υἱὸν ὄντα νήπιον, βασιλέα χειροτονήσας. μεθ' ὃν Ζιλῶν ὁ πατὴρ, τὸ ἀληθὲς σχῆμα ἀποτίθεται, Βερίνης τῆς Λέοντος γυναικὸς ὡς γαμβροῦ συνεπιλαβούσης. τελευτήσαντος δὲ τοῦ παιδὸς μετὰ χρόνον βραχύν, ὁ Ζήνων μόνος διέμεινε κρατῶν τῆς ἡγεμονίας. ἃ δὲ πρὸς αὐτοῦ ἢ καθ' αὐτοῦ πέπρακται, καὶ ὅσα ἕτερα ξυνηνέχθη, τὰ ἑξῆς παραστήσει, τοῦ κρείττονος ἐπινεύοντος.

EODEM tempore Imperator Leo Conſtantinopoli Imperium depoſuit, cum per annos ſeptemdecim regnaviſſet, & Leonem Ariadnæ filiæ ſuæ ac Zenonis filium, Imperatorem renuntiaſſet. Poſt quem Zeno purpuram ſumpſit, Verina Leonis conjuge eum tanquam generum adjuvante. Nec multo poſt mortuo Leone filio, Zeno ſolus imperium obtinuit. Quæ autem ab illo vel adverſus illum geſta ſunt, & quæcumque ejus temporibus evenerunt, ſequens liber, Deo juvante, explicabit.

Leo junior Imp. *Zeno Imp.*

[3] Τέλος τοῦ β'. λόγου.

Finis Libri ſecundi.

Εἰσὶν ὡς ἐν ὀπτομῇ τὰ ἐν τῇ συνόδῳ τῇ ἐν Καλχηδόνι συλλεγείσῃ κεκινημένα ἐν τούτοις.

Geſta Chalcedonenſis Concilii, in compendium redacta, ſunt hujuſmodi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Ἐπιτομὴ τῶν κινηθέντων ἐν τῇ εἰς Καλχηδόνα συνόδῳ, ἐν τῷ τέλει τοῦ δευτέρου τόμου τεθειμένη.

CAPUT XVIII.

Compendium actorum Synodi Chalcedonenſis, poſitum in fine libri ſecundi.

Τὸν τόπον Λέοντος ἀρχιερέως τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπλήρουν Πασκασῖνος καὶ Λουκέντιος ἐπίσκοποι, καὶ Βονιφάτιος πρεσβύτερος· Ἀνατολίου τῆς Κωνσταντίνου προεδρεύοντος, καὶ τῆς Ἀλεξανδρέων Διοσκόρου ἐπισκοποῦντος, Μαξίμου τε αὖ Ἀντιοχείας,

LEONIS Romani Pontificis vices agebant Paſchaſinus & Lucentius Epiſcopi, & Bonifatius presbyter. Anatolius vero Conſtantinopolitanæ ſedis Antiſtes, & Dioſcorus Alexandrinæ: Maximus item Antio-

Valesii Annotationes.

ctio in hunc modum. *Imperio expulſus in portu urbis Romæ, ex Cæſare Epiſcopus ordinatus eſt.* Emendationem noſtram confirmat vetus ille Auctor Faſtorum quem ſuperius laudavi. *Domino Leone Juniore Auguſt. Coſ. dejectus de Imperio Glycerius in portu urbis Romæ.* Certe Jordanes in libro de ſucceſſione regnorum, Glycerium Salonæ Epiſcopum factum eſſe ſcribit. Verba Jordanis hæc ſunt. *Occiſoque Romæ Anthemio Nepotem filium Nepotiani, copulata nepte ſua in Matrimonio, apud Ravennam per Domitianum clientem ſuum Cæſarem ordinavit. Qui Nepos regno potitus legitime, Glycerium, qui ſibi tyrannico more regnum impoſuiſſet, ab imperio expellens, in Salona Dalmatiæ Epiſcopum fecit.* Delenda igitur eſt hoc loco vox Ῥωμαίων, vel potius tranſponenda in hunc modum. τῆς ἀρχῆς Ῥωμαίων κρατεῖ, ἐπίσκοπόν τε τὸν Γλυκέρειον, &c.

1 Μετὰ τρεῖς καὶ τριακοσίους καὶ χιλίους] Verior eſt computatio Marcellini Comitis, qui de hoc Romulo ita ſcribit in Chronico, Baſiliſco & Armato Conſulibus. *Heſperium Romanæ gentis Imperium, quod ſeptingenteſimo nono urbis conditæ anno primus Auguſtorum Octavianus Auguſtus tenere cœpit, cum hoc Auguſtulo periit, anno deceſſorum regni Imperatorum* DXXII. Eadem verba habet Jordanes in libro de ſucceſſione regnorum. Hæc autem ſumma annos efficit mille ducentos triginta & unum. Corrigendus igitur eſt Cedrenus, qui à Romulo urbis conditore ad hunc uſque Romulum Auguſtulum, annos tantum numerat mille & octoginta.

2 Ἐπιχειρίζεται πράγματα] Scribendum eſt procul dubio ἐγχειρίζεται, ut habet Nicephorus in libro 15. cap. 11. In codice Telleriano ſcriptum inveni μεταχειρίζεται, quod magis placet.

3 Ante hoc caput in optimo codice Florentino hæc ſcripta ſunt, τέλος τοῦ β' λόγου. Deinde à capite hæc habentur: εἰσὶν ὡς ἐν ἐπιτομῇ τὰ ἐν τῇ συνόδῳ τῇ ἐν Καλχηδόνι συλλεγείσῃ κεκινημένα ἐν τούτοις.

Variorum.

a Λέων] Photius in excerptis Candidi hæc ex iſto Hiſtorico refert: *Leonem multa volentem molientemque, quo Zenonem generum Imperatorem renuntiaret, ſubditis repugnantibus, minime id quidem efficere potuiſſe: Sed paulo ante obitum nepotem ex Zenone & Ariadna natum creaſſe: ita poſt Leonis exceſſum, à Leone filio Zenonem patrem, aſſentiente Senatu, eſſe Imperatorem coronatum.* Imperavit Leo junior non ultra decem menſes poſt avum: Uterque enim obiit anno 474. *Ant. Pagi ad eum annum, n. 2.*

πρεσβείας,

SÆC. V.

chiæ, & Juvenalis Hieroſolymorum Archiepiſcopi reſidebant, una cum Epiſcopis quos ſecum adduxerant. Aderant etiam ex Senatoribus urbis Regiæ nobiliſſimi quique. Quibus Leonis Papæ Vicarii dixerunt, non debere Dioſcorum una cum ipſis in Concilio reſidere. Id enim ſibi mandatum eſſe ab Epiſcopo ſuo. Quod niſi fieret, ſe protinus Eccleſia exceſſuros. Cumque ſenatores interrogaſſent, quænam eſſent crimina quæ objiciebantur Dioſcoro, reſponderunt, debere illum judicii ſui rationem reddere, qui contra fas perſonam Judicis ſuſcepiſſet, abſque permiſſu Romani Pontificis. Quibus dictis, cum Dioſcorus ex decreto Senatus in medio conſtitiſſet, Euſebius Epiſcopus Dorylæi poſtulavit, ut libellus precum quem Imperatori obtulerat, recitaretur, his verbis uſus. Injuria affectus ſum a Dioſcoro. Fides injuria affecta eſt. Occiſus eſt Flavianus Epiſcopus, & mecum injuſte depoſitus ab illo. Jubete ut preces meæ recitentur. Cumque judices interlocuti eſſent, recitatus eſt libellus precum qui ſic habet. Libellus oblatus ab Euſebio humillimo Epiſcopo Dorylæi, verba faciente pro ſeipſo, & pro Orthodoxa fide, & pro ſanctæ memoriæ Flaviano qui fuit Epiſcopus Conſtantinopoleos. Propoſitum eſt Majeſtati veſtræ, omnibus quidem ſubditis providere, & cunctis qui injuria affecti ſunt, manum porrigere: Præcipue vero iis qui ſacerdotio funguntur. In hoc enim Deum colitis, a quo Imperium ac dominium orbis terrarum vobis conceſſum eſt. Igitur quoniam fides Chriſti, & noſmetipſi multa gravia contra jus faſque perpeſſi ſumus à Dioſcoro reverendiſſimo Epiſcopo magnæ Civitatis Alexandriæ, adimus pietatem veſtram, poſtulantes ut jus nobis reddatur. Cauſa autem eſt hujuſmodi. In Concilio quod paulo ante celebratum eſt in metropoli Epheſiorum, quod utinam celebratum nunquam fuiſſet, ne orbis terrarum malis ac tumultibus impleretur; bonus ille Dioſcorus, nullam juſtitiæ rationem habens, nec Dei timorem ante oculos ſtatuens, cum ejuſdem opinionis ac ſententiæ eſſet cum Eutyche inſano atque hæretico, occultus autem adhuc eſſet, ſicut poſtea apertiſſime declaravit: occaſione arrepta ex accuſatione quam ego adverſus Eutychem erroris ipſius conſortem inſtitueram, & ex ſententia à piæ memoriæ Flaviano Epiſcopo contra eumdem Eutychem prolata, turbam in-

Dioſcoro intentata crimina.

Euſebii Ep. Dorylæi libellus.

ποχείας, ϗ Ἰυβεναλίυ Ἱεροσολύμων, ϗ τ ἀμφ' a
αὐτὸς ἐπισκόπων. οἷς παρῆσαν οἱ τὰ κορυφαῖα τ
ὑφ' ὑμᾶς γερουσίας ἔχοντες. πρὸς ὃς οἱ τὸν τόπον
πληρῶντες Λέοντος ἔφασκον, μὴ δεῖν Διόσκορον συ-
κάθεδρον σφίσι γενέσθ. τῦτο γὰρ αὐτοῖς ἐπιτρέψαι
τ Λέοντα· ἢ εἰ τῦτο γένηται, αὐτὸς ἔξω τῆς ἐκ-
κλησίας γενέσθ. ϗ πυθομένης τῆς γερυσίας, τίνα
τὰ ἐπαγόμενα τῷ Διοσκόρῳ εἴη, διεξῆλθον λόγον
ὀφείλειν τ Διόσκορον δοῦναι τ ἰδίας κρίσεως, πρόσ-
ωπον κρίνειν παρὰ τὸ εἰκὸς ἀνειληφότα, τ ἐπι-
τροπῆς ἄνευ τῦ τ ἐπισκοπὴν Ῥώμης πρυτανεύον-
τος. ὧν εἰρημένων, ϗ Διοσκόρυ κρίσει τῆς συγκλήτυ
ἀνὰ τὸ μέσον στάντος χῶρον, [b] Εὐσέβιος ὁ τῦ Δορυ- b
λαίυ ἐπίσκοπος ἐξήτησε τὰς ἐπιδεδομένας παρ' αὐ-
τῦ τῇ βασιλείᾳ δεήσεις ἀναγνωσθῆναι, φήσας ἐπὶ
λέξεως ταῦτα. ἠδίκημαι παρὰ Διοσκόρυ, ἠδίκηται
ἡ πίστις. [c] ἐφονεύθη Φλαβιανὸς ὁ ἐπίσκοπος, ἅμα c
ἐμοὶ ἀδίκως καθηρέθη παρ' αὐτῦ· κελεύσατε τὰς
δεήσεις μυ ἀναγνωσθῆναι. ἧς δὴ διαλαληθέντος γε-
νέσθ, ἡ δέησις ἀναγνώσεως ἔτυχε, ταυτὶ φθεγγομένη
τὰ ῥήματα. Παρὰ Εὐσεβίυ τ ἐλαχίστυ ἐπισκόπυ
Δορυλαίυ, ποιυμένυ τ λόγον ὑπέρ τε ἑαυτῦ ϗ
τ ὀρθοδόξυ πίστεως, ϗ ὑπὲρ τ ἐν ἁγίοις Φλαβιανῦ
τ γενομένυ ἐπισκόπυ Κωνσταντινυπόλεως. σκοπὸς
τῷ ὑμετέρῳ κράτει, ἅπάντων μὲν τ ὑπηκόων φρο-
νοῦντι, ϗ χεῖρα ὀρέγειν ἅπασι τοῖς ἀδικυμένοις, μά-
λιστα δὲ τοῖς ἐς ἱερωσύνην τελῦσι. ϗ ἐν τύτῳ τὸ
θεῖον θεραπεύοντες, παρ' ὃ τὸ βασιλεύειν ὑμῖν, ϗ
κρατεῖν τ ὑφ' ἥλιον δεδώρηται. ἐπεὶ οὖν πολλὰ ϗ
δεινὰ παρὰ πᾶσαν ἀκολυθίαν ἡ ἐς Χριστὸν πίστις ϗ
ἡμεῖς πεπόνθαμεν παρὰ Διοσκόρυ τ βλασφήμυ
ἐπισκόπυ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως, πρόσι-
μεν τῇ ὑμετέρᾳ θυσεβείᾳ τ δικαίων ἀξιῦντες τυ-
χεῖν. τὰ δὲ τ πράγματος ἐν τύτοις. ἐπὶ τ ἔναγχος
γενομένης συνόδυ ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, ἣν ὄ-
φελον γε ἦν μὴ γενέσθαι, ἵνα μὴ κακῶν ϗ ταραχῆς
τ οἰκυμένην ἐμπλήσῃ, ὁ χρηστὸς Διόσκορος, παρ'
οὐδὲν θέμενος τ τ δικαίυ λόγον ϗ τ τ Θεοσ φό-
βον, ὁμόδοξος ὢν ϗ ὁμόφρων Εὐτυχῆ τ μαθητῇ
φρονος ϗ αἱρετικῷ, λανθάνων ἤ τὲς πολλὲς ὡς ἐς ὕ-
στερον ἑαυτὸν ἐφανέρωσεν· βύρων καιρὸν, τ γεγενημέ-
νῳ παρ' ἐμῦ κτ' Εὐτυχῆ ὁμοδόξυ αὐτῦ κατη-
γορίαν, ϗ τ ἐπ' αὐτῷ ἐξενεχθεῖσαν ψῆφον παρὰ
τῦ τ ὁσίας λήξεως Φλαβιανῦ ὁπισκόπυ, πλῆθος

VARIORUM ANNOTATIONES.

a Ἰυβεναλίου] Juvenalis, Epiſcopus primo Epheſinus, deinde Hieroſol. Concilio Epheſino interfuit, & pro Cyrillo contra Neſtorium ſtetit, ut illius ope ambitionem ſuam contra Joannem Antiochenam tueretur. Patriarchatus enim jura ſibi injuſte vindicarat; nec eo contentus, Arabiam & duas Phœnicias ab Eccleſiæ Antiochenæ regimine ſubtractas, ſuæ ditioni ſubjicere molitus eſt. Unde factum eſt etiam, ut in Latrocinio Epheſino anno 449. & Concilio Chalcedonenſi anno 451. pro Eutyche & Dioſcoro contra Flavianum CP. pugnaret. *Guil. Cave.*

b Εὐσέβιος] Euſebius hic, Laicus adhuc & Scholaſticus, Neſtorio in Eccleſia CP. concionanti, & blaſphemias ſuas effutienti, palam ſe oppoſuerat. Evagr. lib. 1. c. 9. Tandem in Clerum cooptatus, Eccleſiæ Dorylæenſis in Phrygia ſalutari Epiſcopus factus eſt. Anno 448 libellum accuſationis adverſus Eutychem, quem amice ſæpius antea erroris admonuerat, Synodo CP. exhibuit. Vid. Evagr. loc. cit. Anno 449. ad Synodum Epheſinam profectus, à Dioſcoro ſumma injuria excluſus eſt, damnatus, depoſitus, demum verberibus male mulctatus. *Guil. Cave.*

c Ἐφονεύθη Φλαβιανὸς] Zonaras Annal. Tom. 3. pag. 36. & Nicephorus lib. 14. cap. 47. tradunt, Flavianum Epiſc. CP. à Dioſcoro, Chryſaphio, aliiſque pietatis ac veritatis hoſtibus, pugnis & calcibus pectus & ora adeo graviter cæſum, ut tertio poſt die vitam finierit. Subdit Nicephorus Dioſcorum calcibus in demortui Flaviani ventrem inſiluiſſe. Diogenes Ep. Cyzici Barſumam monachum paulo infra accuſat, ut qui Flaviani cædem vociferatione procuraſſet. Alii tamen Flavianum à latrocinali Synodo Epheſina in exilium pulſum Hypæpas Lydiæ urbem perveniſſe, ibique die 18. Februarii anni 450 calamitatibus & miſeriis fractum obiiſſe tradunt. Qua de re vide ſis Cl. Garnerium, accurate, ut ſolet, diſputantem, Diſſert. de libris Theodoriti, pag. 208.

ἀτάκτων

ἀτάκτων ὄχλων συναγαγὼν, καὶ δυναστείαν ἑαυτῷ διὰ χρημάτων ποιησάμενος, τὴν θύσεβῆ θρησκείαν τῶν ὀρθοδόξων, τό γε ἧκον ἐς αὐτὸν ἐλυμήνατο, καὶ τὴν κακοδοξίαν Εὐτυχοῦς τοῦ μονάζοντος, ἥτις ἄνωθεν καὶ ἐξαρχῆς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἀπεκηρύχθη, ἐβεβαίωσεν. ἐπεὶ οὖν ἃ μικρὰ τὰ τετολμημένα αὐτῷ καλά τε καὶ ἐς Χριστὸν πίστεως, καὶ καθ' ἡμῶν, δεόμεθα καὶ προσπίπτομεν τῷ ὑμετέρῳ κράτει, θεσπίσαι τὸν αὐτὸν θυλαβέστατον ἐπίσκοπον Διόσκορον ἀπολογήσασθαι τοῖς παρ' ἡμῶν αὐτῷ ἐπαγομένοις, δηλαδὴ τὰ παρ' αὐτοῦ καθ' ἡμῶν πεπραγμένων ὑπομνημάτων ἀναγινωσκομένων ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου· δι' ὧν δυνάμεθα ἀποδεῖξαι αὐτὸν καὶ ἀλλότριον τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ αἵρεσιν ἀσεβείας πεπληρωμένην κρατύνασθαι, καὶ ἀδίκως ἡμᾶς καθελόντα, καὶ τὰ δεινὰ ἡμᾶς καθηργασμένον· θείων καὶ προσκυνημένων ὑμῶν μανδάτων καταπεμπομένων τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ
1 τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, ἐφ' ᾧ τε ἡμῶν καὶ τοῦ προειρημένου Διοσκόρου διακοῦσαι, καὶ ἀνενεχθεῖν ἐς γνῶσιν τῆς ὑμετέρας θύσεβείας πάντα τὰ πραττόμενα πρὸς τὸ παρισάμενον τῇ ἀθανάτῳ ὑμῶν κορυφῇ. καὶ τύτου τυχόντες, ἀδιαλείπτους θυχὰς ἀναπέμψομεν ὑπὲρ τοῦ αἰωνίου ὑμῶν κράτους, θεόθεοτοι βασιλῆς. Ἐκ κοινῆς τοίνυν δεήσεως Διοσκόρου τε καὶ Εὐσεβίου, τὰ μὲν τῇ δευτέρᾳ ἐν Ἐφέσῳ συνόδῳ πεπραγμένα διὰ τῆς ἀναγνώσεως ἐδηλώθη. δι' ὧν ἐδείκνυτο, τὴν ἐπιστολὴν Λέοντος μὴ ἀναγνωσθῆναι, καὶ ταῦτα διαλαλιᾶς ἐξενεχθείσης ἅπαξ καὶ δὶς περὶ τύτου. ἐφ' οἷς Διόσκορος τὴν αἰτίαν ἀπαιτηθεὶς εἰπεῖν, διεξῆλθεν αὐτὸν ἅπαξ καὶ δὶς τοῦτο διαλαλῆσαι γενέσθαι, ἠτήσατό τε καὶ Ἰουβενάλιον τὸν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπον καὶ Θαλάσσιον τῆς πρώτης Καππαδοκῶν Καισαρείας, τὰ περὶ τύτων διασαφῆσαι· σὺν αὐτῷ γὰρ καὶ τύτους τὴν αὐθεντείαν λαβεῖν. Ἰουβενάλιος μὲν οὖν ἔφησεν, ὡς θείου
2 γράμματος ἠγησαμένου διελάλησεν, ἐκεῖνο τῇ ἀναγνώσει καθυποβληθῆναι· ὕστερον δὲ μηδένα τῆς ἐπιστολῆς μνημονεῦσαι. Θαλάσσιος δέ, μὴ κωλύσαι ταύτην ἀναγνωσθῆναι, μηδὲ τοσαύτην ἐσχηκέναι παῤῥησίαν, ὥστε καὶ μόνον οἷόν τε γενέσθαι τυπῶσαι τὴν ἀνάγνωσιν προελθεῖν. τὰ τοίνυν τῶν πεπρασμένων ἀναγνώσεως προϊούσης, καί τινων ῥήσεων ὡς πλαγῶν ὑπολαβομένων εἶναι τῶν ἐπισκόπων, ἐρωτηθεὶς Στέφανος ὁ τῶν Ἐφεσίων πρόεδρος, τίνες τῶν ὑπογραφόντων

compositam seditiosorum hominum collegit. Cumque tyrannicam dominationem pecunia sibi comparasset, piam quidem religionem Orthodoxorum, quantum in ipso fuit, labefactavit: pravam autem opinionem Eutychis Monachi, quæ jam pridem & ab exordio à sanctis Patribus condemnata fuerat, confirmavit. Cum igitur non levia sint, quæ adversus fidem Christi, & contra nos facere tentavit, provoluti ad pedes Majestatis vestræ rogamus, ut eumdem religiosissimum Episcopum Dioscorum respondere jubeatis iis quæ a nobis illi objiciuntur: lectis scilicet coram sanctissima synodo monumentis actorum quæ ille contra nos confecit. Ex quibus demonstrare possumus, illum & a recta fide alienum esse, & hæresim plenam impietatis confirmasse, & nos injuste deposuisse & gravissimis malis affecisse: missis videlicet sacris & adorandis mandatis vestris ad sanctam & universalem synodum Deo carissimorum Episcoporum, ut causam quæ est inter nos & supra memoratum Dioscorum, cognoscat, & ad notitiam pietatis vestræ cuncta referat quæ geruntur, juxta id quod placuerit immortali culmini vestro. Hoc si consecuti fuerimus, continuas ad Deum preces fundemus pro sempiterno Imperio vestro, Sacratissimi Imperatores. Post hæc juxta petitionem tam Dioscori, quam Eusebii, acta secundæ synodi Ephesinæ publice recitata sunt. Ex quibus ostensum est, Epistolam Leonis lectam non fuisse, idque tametsi semel atque iterum ea de re interlocutio extitisset. Et cum Dioscorus hujus rei causam exponere juberetur, respondit ille, se semel atque iterum jussisse ut id fieret: postulavitque ut Juvenalis Hierosolymorum & Thalassius Cæsareæ Cappadocum Episcopus rem istam manifestius edocerent: Istos enim una cum ipso, synodo præfuisse. Ac Juvenalis quidem testatus est, cum sacræ Imperatoris literæ præivissent, jussisse se ut recitarentur: postea vero neminem Leonis Epistolæ mentionem feciisse. Thalassius vero dixit se non obstitisse quo minus ea legeretur: sed neque tantum in se auctoritatis fuisse, ut solus ipse posset decernere ut legeretur. Cumque actorum lectio ulterius progrederetur, & quidam Episcopi voces aliquas, tanquam falsas reprehenderent, Stephanus Ephesiorum Episcopus interrogatus quinam ipsius Notarii

Acta Synodi Ephesinæ recitata.

Juvenalis.

Thalassius.

Stephanus. Ep. Ephes.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὧν τε ἡμῶν] In optimo codice Florentino hic locus ita legitur. ἐφ' ᾧ τε ἡμῶν καὶ τοῦ προειρημένου διοσκόρου ἀκηκοῦσαι. Quemadmodum etiam legitur in actis Chalcedonensis Concilii. Christophorsonus quidem ac Savilius ad oram sui codicis emendavit, ἐφ' ᾧ τὰ ἡμῶν καὶ τὰ &c. Malim tamen scribere ἐφ' ᾧ ἡμῶν τε καὶ τοῦ πρ.

2 Διελάλησεν ἐκείνῳ] Procul dubio scribendum est, ἐκεῖνο, supple τὸ θεῖον γράμμα. Quam emendationem confirmant acta Chalcedonensis Concilii pag. 52. & 53. editionis Binii, ubi ita legitur. *Glorioſiſſimi Judices & amplisſimus Senatus dixerunt: Dicat beatiſſimus Epiſcopus Juvenalis, cur interloquente Reverendiſſimo Epiſcopo Dioſcoro ob recitandam Epiſtolam Sanctiſſimi Rom. Archiep. lectio ejus non eſt facta. Juvenalis Rever. Epiſc. Hieroſol. dixit: ſtatim reſpondit Presbyter & primicerius Notariorum Joannes, habere ſe præ manibus ſacras literas Religioſiſſimorum & piiſſimorum Imp. & reſpondi imperiales literas relegi.* Porro verba ipsa quibus usus fuerat Juvenalis in secunda illa synodo Ephesina, habentur in superiore pag. 52. ubi acta secundæ synodi Ephesinæ referuntur. Sed & Niceph. emendationem nostram confirmat in cap. ultimo lib. 15. ubi compendium actorum Chalcedonensis Concilii refert, magna parte transcriptum ex Evagrio. Hæc ideo fusius annotavi, quia Christophorsonus in hujus loci interpretatione longe à vero aberravit. Notabis autem obiter fraudem quæ facta est in secundo illo Ephesino Concilio. Nam cum Hilarus Diaconus, Legatus sedis Apostolicæ, renuntiasset Episcopis qui aderant, habere se epistolam Leonis Papæ, & postulasset ut legeretur in Concilio: Joannes Presbyter & primicerius Notariorum, surgens dixit habere se præ manibus alias literas ab Imperatore scriptas ad Dioscorum. Tum Juvenalis præcepit ut literæ illæ Imp. legerentur, nulla epistolæ Leonis mentione facta. Vides igitur lectionem epistolæ Leonis de industria impeditam esse, per fraudem Dioscori qui pro epistola Leonis, epistolam Imp. Theodosii recitari fecit in synodo. Porro emendationem nostram confirmat codex Tellerianus, in quo ita scriptum inveni ut conjeceram.

αὐτῷ

Sæc. V.

eo tempore illas excepiſſent, reſpondit, Notarios ipſius fuiſſe Julianum qui poſtea Lebedi fuit Epiſcopus, & Criſpinum. Verum Notarios Dioſcori non permiſiſſe ſuis ut exciperent, ſed digitos eorum dum ſcriberent apprehendiſſe: ita ut parum abfuerit quin turpiſſima paterentur. Idem porro Stephanus teſtatus eſt, ſe & reliquos Epiſcopos uno eodemque die depoſitioni Flaviani ſubſcripſiſſe. His adjecit Acacius Epiſcopus Ariarathiæ, in charta pura omnes ſubſcripſiſſe, vi ac neceſſitate compulſos, & innumeris malis affectos, cum milites tela & gladios geſtantes, ipſos circumdediſſent. Deinde cum aliæ voces rurſus lectæ eſſent, Theodorus Claudiopolis Epiſcopus dixit, neminem iſta acclamaſſe. Cumque actorum lectio ulterius proceſſiſſet, ubi ventum eſt ad locum in quo Eutyches dixerat, damnare ſe eos qui dicerent carnem Dei ac Domini & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti ex Cælo deſcendiſſe: indicabant acta, Euſebium adverſus hæc dixiſſe, damnatos quidem eſſe ab Eutyche eos qui dicerent carnem Chriſti è cælo deſcendiſſe, ſed non additum eſſe ab illo, undenam eſſet caro. Addebant etiam eadem acta, Diogenem Epiſcopum Cyzici hæc verba ſubjunxiſſe: Dic igitur unde? nec tamen permiſſum illis fuiſſe ut amplius inquirerent. Deinde eadem acta indicabant, Baſilium Seleuciæ in Iſauria Epiſcopum hæc dixiſſe: Adoro unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum, Deum Verbum, qui poſt incarnationem & unitionem, in duabus naturis cognoſcitur. Et adverſus iſta Ægyptios exclamaſſe: eum qui impartibilis eſt, nemo dividat. Unum Filium non oportet dicere duo. Orientales vero clamaſſe: Anathema ei qui partitur: Anathema ei qui dividit. In iiſdem actis continetur, Eutychem interrogatum eſſe, utrum duas in Chriſto naturas diceret. Reſpondiſſe autem illum, ſe ante unitionem quidem, Chriſtum ex duabus naturis conſtantem aſſerere: Poſt unitionem vero, unicam in eo naturam agnoſcere. Baſilium vero hæc dixiſſe: Niſi poſt unitionem duas naturas indiviſas & inconfuſas dixeris, confuſionem dicis & commixtionem. Quod ſi addideris, incarnatam & inhumanatam, & perinde ac Cyrillus, intellexeris incarnationem & inhumanationem, eadem dicis quæ nos dicimus. Aliud enim eſt divinitas quæ

Acacius Ep. Ariarathiæ.

Theodorus Ep. Claudiopolis.

Diogenes Ep. Cyzici

Baſilius Ep. Seleuciæ.

Eutychis hareſis.

αὐτῷ τηνικαῦτα συνεξελάμβανον, διεξῆλθεν Ἰουλιανὸν ὑπογράψαι αὐτῷ ἐπίσκοπον ὕστερον γενόμενον Λεβίδου, καὶ Κρισπῖνον· τοὺς δέ γε ὑπογράφοντας Διοσκόρῳ τοῦτο μὴ συγχωρῆσαι γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ τῶν δακτύλων ἁπλαῖς τοῖς ὑπογραφόντων, ὡς καὶ τὰ αἴσχιστα αὐτοὺς κινδυνεῦσαι παθεῖν. ὁ αὐτὸς τοίνυν Στέφανος καλέσθαι, ὅτι μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῇ καθαιρέσει Φλαβιανοῦ ὑποσημήνασθαι. τούτοις ἐπῆγεν Ἀκάκιος Ἀριαραθείας ἐπίσκοπος, ἀγράφῳ χάρτῃ πάντας ὑπογράψαι, πρός βίας τε καὶ ἀνάγκης, μυρίοις κακοῖς περιβληθέντας, γραπτῶν αὐτοῖς μὴ φοινικῶν ὀργάνων περιστοιχισάντων. εἶτα πάλιν ἑτέρας φάσεως ἀνεγνωσμένης, Θεόδωρος ἐπίσκοπος Κλαυδιουπόλεως ἔφη, μηδένα ταῦτα φθέγξασθαι. προκοπείσης δὲ καὶ ὕστερον τῆς ἀναγνώσεως, ἐπειδὴ π 1 χωρίον περιεῖχεν Εὐτυχῆ διεξελθεῖν, [a] καὶ τοὺς λέ- a γοντας ἐκ σάρκα τοῦ Θεοῦ καὶ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐξ οὐρανῶν κατεληλυθέναι, Εὐσέβιον ἔλεγε τὰ γράμματα πρὸς ταῦτα διεξελθεῖν, ὡς εἰρήκῃ μὲν τὸ ἐξ οὐρανῶν, οὐ προστεθεικῇ δὲ πόθεν. [2] ἐπεῖξαι δὲ Διογένην ἐπίσκοπον Κυζίκου, [3] πόθεν 2 3 οὖν εἶπε, καὶ μὴ συγχωρηθῆναι αὐτοὺς πρότερον τούτων ἐπιζητῆσαι. εἶτα δηλοῦσι τὰ αὐτὰ πεπραγμένα, [b] Βασίλειον ἐπίσκοπον Σελευκείας Ἰσαυρίας, b εἰπεῖν· προσκυνῶ τὸν ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν μόνον Θεὸν λόγον μετὰ τὴν σάρκωσιν καὶ τὴν ἕνωσιν, ἐκ δύο Φύσεσι γνωριζόμενον. καὶ πρὸς ταῦτα τοὺς Αἰγυπτίους ἀναβοῆσαι· τὸν ἀμέριστον μηδεὶς χωριζέτω, τὸν ἕνα Υἱὸν οὐ δεῖ λέγειν δύο. τοὺς δὲ ἀνατολικοὺς κραυγάσαι, ἀνάθεμα τῷ μερίζοντι, ἀνάθεμα τῷ διαιροῦντι. ἐρωτηθῆναι δὲ τὸν Εὐτυχῆ τὰ αὐτὰ πεπραγμένα λέγειν, εἰ φησὶ δύο Φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ· εἰπεῖν τε ἐκεῖνον, ἐκ δύο μὲν Φύσεων εἰδέναι τὸν Χριστὸν πρὸ τῆς ἑνώσεως· [c] μετὰ c δὲ τὴν ἕνωσιν, μίαν· εἰπεῖν τε Βασίλειον, ὡς εἰ μὴ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀχωρίστους καὶ ἀσυγχύτους λέγῃ δύο Φύσεις, σύγχυσιν λέγῃ καὶ σύγκρασιν· εἰ μέντοι προσθήσῃ σεσαρκωμένην καὶ ἐνανθρωπήσασαν, καὶ νοήσει παραπλησίως Κυρίλλῳ τὴν σάρκωσιν καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν, τὰ αὐτὰ λέγειν αὐτοῖς. ἄλλο μὲν γάρ τι εἶναι τὴν θεότητα τὴν ἐκ τοῦ Πατρός·

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐπειδή π χωρίον] Locus iſte quem indicat Evagrius, exſtat in actione prima ſynodi Chalcedonenſis pag. 58. [2 Ἐπεῖξαι] Lego ἐπῆξαι.]

3 Πόθεν εἶν εἶπε] Melius in actis Chalcedonenſis Concilii, pag. 58. εἰπέ. in Imperativo.

VARIORUM.

a Καὶ τοὺς λέγοντας] Supplenda eſt vox ἀναθεματίζων ex integris Actis. *W. Lowth.*

b Βασίλειον] Baſilius Seleuciæ in Iſauria Metropolita, anno 448 Synodo CP. interfuit; ubi de Chriſti naturis orthodoxam admodum ſententiam tulit, & Eutychis damnationi non invitus ſubſcripſit. Anno autem ſequente in Latrocinio Epheſino, ſive à Dioſcoro vi compulſus, ſive inſita animi levitate motus, priorem ſententiam palam revocavit, Flavianum ſuffragio ſuo damnavit, & duas in Chriſto naturas confeſſos anathematizavit. Quo nomine cum Synodo Chalcedonenſi anno 451 intereſſet, à Concilii Patribus Seſſione prima una cum primariis Latrocinii ducibus munere epiſcopali ſubmotus eſt, vim ſibi à Dioſcoro illatam fruſtra cauſatus. Seſſione tamen quarta, cum Catholice ſenſiſſe & nunc & olim compertus fuerit, in Concilium admiſſus ac dignitati priſtinæ reſtitutus fuit. *Guil. Cave, Vol. I. pag.* 354.

c Μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν, μίαν] Eutychiani aſſerebant, humanam Chriſti naturam, virtute unitionis, à divina adeo abſorptam eſſe, ut humanitas in eo non amplius exſtiterit. Sic Eraniſtes apud Theodoritum in Dialogo: Ἐγὼ τὴν θεότητα λέγω μεμιγμένην· καταποθῆναι δὲ ὑπὸ ταύτης τὴν ἀνθρωπότητα. Quando autem hæc abſorptio facta fuerit, inter eos haud convenit. Alii enim tempore Conceptionis Dominicæ, alii Reſurrectionis, alii Aſcenſionis effectam fuiſſe opinantur.

ἄλλο

ἄλλο δέ π, τὸ ἀνθρωπότης ἢ ἐκ τῆς μητρός.
1 Ὧν ἐρωτηθέντων ὅτι χάριν τῇ καθαιρέσῃ τῇ κατὰ
Φλαβιανοῦ ὑπέγραψαν, τοὺς ἀνατολικοὺς δηλοῦσι
τὰ γράμματα βοῆσαι, πάντες ἡμάρτομεν, πάντες
συγγνώμην αἰτοῦμεν. εἶτα πάλιν ἡ ἀνάγνωσις προ-
κόπτουσα, δηλοῖ τοὺς ἐπισκόπους ἐρωτηθῆναι, τίνος
χάριν τὸν Εὐσέβιον ἐσελθεῖν βεληθέντα, οὐκ εἴασαν. πρὸς ἃ Διόσκορος ἔφη, κομμονητόριον τὸ Ἐλ-
πίδιον ἐπιφέρειν· κἀκεῖνον βεβαιώσαι, Θεο-
δόσιον κελεύσαι τὸ βασιλέα, τὸ Εὐσέβιον παρόδου
μὴ τυχεῖν. τὰ αὐτὰ καὶ Ἰουβενάλιον εἰπεῖν δηλοῦσι
2 τὰ πεπραγμένα. ὁ μέντοι γε Θαλάσσιος ἔφη τὴν
αὐθεντίαν μὴ ἔχειν· ἅπερ πρὸς τῶν ἀρχόντων
κατεγνώσθη ἔτυχε· μηδὲ γὰρ ἀπολογίαν εἶναι ταύ-
3 την πίστεως προκειμένης. ἐφοῖς τὸν Διόσκορον πέμ-
ψαθαι δηλοῦσι τὰ κεκινημένα διεξελθόντα· νυνὶ
ποῖοι κανόνες σώζονται, ὅπ ἐσῆλθε Θεοδώρητος; τήν
τε σύγκλητον ἀποφῆναι ὡς κατήγορον Θεοδώρη-
τον ἐπελθεῖν. ἐπισημήναθαί τε τὸ Διόσκορον ὡς ἐν
τάξει ἐπισκόπε καθέζεται· καὶ τὸ σύγκλητον πάλιν
εἰπεῖν, ὡς καὶ Εὐσέβιος καὶ Θεοδώρητος κατηγόρων
τάξιν ἐπέχουσιν, ὥσπερ οὖν καὶ Διόσκορος κατη-
γορουμένου τάξιν ἐκληρώσατο. πάντων τοίνυν τῶν
κτὶ τὸν δευτέραν συνοδον ἐν Ἐφέσῳ ἀνεγνωσμέ-
νων, καὶ τῆς ἀποφάσεως αὐτῆς κτὶ Φλαβιανοῦ καὶ
Εὐσεβίου ὡσαύτως ἀναγνωσκομένης πρὸς τῇ ῥήσει,
4 ἔνθα γε Ἱλάριος ἐπίσκοπος εἶπεν. οἱ τῆς ἀνατο-
λῆς ἐπίσκοποι καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς, ἐβόησαν, ἀνάθεμα
5 Διοσκόρῳ. ταύτῃ τῇ ὥρᾳ, 5 Διόσκορον ὁ Χριστὸς
καθεῖλεν. Φλαβιανὸς παρὰ Διοσκόρου καθῃρέθη. ἄγιε
Κύριε, σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον. ὀρθόδοξε βασιλεῦ, σὺ
αὐτὸν ἐκδίκησον. Λέοντι πολλὰ τὰ ἔτη. τοῦ
6 πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη. εἶτα καὶ τὸ ἑξῆς ἀνε-
γνωσμένων, τὸ δηλοῦντα πάντας τοὺς συνειλεγμένους
ἐπισκόπους συναινέσαι τῇ καθαιρέσῃ Φλαβιανοῦ καὶ

est à Patre: aliud humanitas quæ est à matre. Cumque interrogatus esset cujusnam rei gratia depositioni Flaviani subscripsissent, testantur eadem acta Orientales Episcopos exclamasse: Omnes peccavimus, omnes veniam deprecamur. Sequens deinde eorundem actorum lectio docet, Episcopos interrogatos esse, qua de causa Eusebium introire cupientem non admisissent. Dioscorum vero ad hæc ita respondisse: Allatum esse commonitorium ab Elpidio, eumque affirmasse, Imperatorem Theodosium jussisse ut Eusebio aditus intercluderetur. Idem quoque à Juvenale dictum esse, eadem acta testantur. Thalassius vero dixit, se auctoritatem non habuisse. Quæ responsa à Judicibus improbata sunt. Neque enim hanc excusationem valere, ubi agitur de fide. Post hæc Dioscorum conquestum esse indicant eadem acta, ita dicentem: Quales nunc observantur regulæ, cum Theodoritus ingressus sit? Senatores vero respondisse, Theodoritum ut accusatorem ingressum esse. Cumque Dioscorus subjecisset, illum inter Episcopos residere: rursus Senatores dixerunt, Eusebium ac Theodoritum accusatorum locum obtinere, perinde ac Dioscorus locum rei obtineret. Cum igitur universa acta secundæ synodi Ephesinæ perlecta essent, & sententia damnationis contra Flavianum & Eusebium similiter recitaretur, ubi ventum est ad locum in quo scriptum est, Hilarius Diaconus dixit, Contradicitur: Orientales Episcopi & qui cum illis erant, exclamarunt. Anathema Dioscoro. Eodem tempore Christus Dioscorum deposuit. Flavianus depositus est à Dioscoro: sancte Domine, tu illum vindica. Catholice Imperator, tu illum vindica. Leoni multos annos. Patriarchæ multos annos. Post hæc cum sequentia perlecta essent, ex quibus apparebat universos Episcopos qui tunc congregati erant, depositioni Flaviani atque Euse-

SÆC. V.

Dioscori contra Eusebium defensio.

Thalassius.

Theodoritus.

Anathema Dioscoro.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὧν ἐρωτηθέντων] In actis Chalcedonensis Concilii solus Basilius à Judicibus & Senatoribus interrogatus fuisse dicitur; & quidnam interrogationi illorum responderit, ibidem subjicitur. Vulgatam tamen scripturam confirmat Niceph. quam si retinere voluerimus, dicendum erit Basilium & eos qui cum illo erant, interrogatos esse à Judicibus.

2 Τὴν αὐθεντίαν μὴ ἔχειν] In hujus loci Interpretatione lapsi sunt ambo Interpretes. Sic enim vertit Musculus. *Thalassius vero dixit, non habere auctoritatem ea quæ à principibus in hujusmodi causis judicantur.* Eundem quoque sensum secutus est Christophorsonus. Sed & Langus Interpres Nicephori in eundem errorem incidit. Atqui ex actis Chalcedonensis Concilii facile est hanc Interpretationem confutare. Thalassius enim interrogatus à Judicibus, hoc tantum respondit: ἐγὼ οὐκ ἤμην αὐθέντης. Id est, Omnis auctoritas ac potestas penes me non erat. Etsi enim Juvenalis ac Thalassius una cum Dioscoro Ephesinæ secundæ synodo præsidere jussi erant ab Imperatore Theodosio, revera tamen omnis potestas penes Dioscorum erat. Porro judices responsionem Dioscori & Juvenalis ac Thalassii condemnarunt his verbis: In causa fidei, hæc defensio non admittenda est.

3 Τὸν Διόσκορον πέμψαθαι] Assentior Christophorsono & Savilio, qui pro πέμψασθαι emendarunt μέμψασθαι. Quod quidem mendum in Manuscriptis codicibus sæpius admissum deprehendi.

4 Ἱλάριος ἐπίσκοπος εἶπεν] Hic locus corrigendus est ex actione prima synodi Chalced. pag. 142. ubi post pronuntiatam à Dioscoro adversus Flavianum & Eusebium damnationis sententiam, cum Flavianus dixisset παραιτοῦμαί σε, id est, recuso te: Hilarius Diaconus Ecclesiæ Romanæ dixit, Contradicitur. Quæ verba descripta sunt ex actis secundæ synodi Ephesinæ.

5 Διόσκορον ὁ χριστὸς καθεῖλε] Sic etiam scribitur apud Nicephorum. Verum in actis Concilii Chalced. longe aliter scribitur, hoc scilicet modo, ταύτῃ τῇ ὥρᾳ καθεῖλε. ταύτῃ τῇ ὥρᾳ καθαιρεθῇ. Id est, hac hora Dioscorus deposuit. Hac hora deponatur. Quam scripturam equidem magis probo. Verum ut ex actis Chalced. Concilii corrigendus est hic Evagrii locus, sic vicissim acta Chalced. Concilii emendanda sunt ex Evagrio nostro. Nam pro his verbis quæ sequuntur, ἄγιε Κύριε, σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον, scribendum est, Φλαβιανὸς παρὰ Διοσκόρου καθῃρέθη· ἄγιε Κύριε σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον. ὀρθόδοξε βασιλεῦ σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον, ut habet Evagrius ac Niceph. atque ita legisse videtur vetus Interpres Concilii Chalced. sic enim vertit. *Sancte Domine tu illum vindica. Domine Domine tu illum vindica. Catholice Imperator, tu illum vindica.* Ex qua versione colligimus, necessario præcedere debere verba quæ diximus, Φλαβιανὸς παρὰ Διοσκόρου καθῃρέθη. Alioqui quo referentur hæc verba: *tu illum vindica.*

6 Πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη] Quæret hic aliquis, quisnam hoc loco intelligatur Patriarcha. Ego Anatolium Constantinop. Episcopum intelligi affirmo. Porro duo hic notanda sunt. Primo quod Orientales Episcopi multos annos precantur, non suo Patriarchæ sed alteri. Deinde quod Episcopum Constantinopolitanum simpliciter & absolute vocant Patriarcham, ob sedis scilicet prærogativam hunc illi honorem deferentes. Etenim in synodo Constantinopolitana secundus locus sedi Constantinop. assignatus fuerat.

Sæc. V.

bii consensisse, Gloriosissimi Judices interlocuti sunt his verbis. De recta quidem & Catholica fide, crastino die perfectius conveniente Concilio diligentiorem inquisitionem fieri oportere perspicimus. Quoniam vero piæ memoriæ Flavianus, & Eusebius Reverendissimus Episcopus Dorylæi, ex scrutatione actorum ac decretorum, & ex ipsis vocibus eorum qui in synodo quæ tunc facta est præsederunt: qui quidem confessi sunt errasse se, & frustra illos deposuisse, cum nullatenus errassent in fide, injuste depositi esse noscuntur: videtur nobis juxta id quod Deo placet, justum esse, modo id placuerit sacratissimo ac piissimo Domino nostro, ut Dioscorus Reverendissimus Episcopus Alexandriæ, & Juvenalis Reverendissimus Episcopus Hierosolymorum, & Thalassius Reverendissimus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, & Eusebius Reverendissimus Episcopus Ancyræ, & Eustathius Reverendissimus Episcopus Beryti, & Basilius Reverendissimus Episcopus Seleuciæ Isauriæ, qui tunc auctoritate præditi Concilio præfuerunt, eidem pœnæ subjaceant, sacrosancti Concilii sententia, juxta sacros canones alieni ab Episcopali dignitate judicati: cunctis quæ consequenter gesta fuerint ad Sacratissimi Principis notitiam perferendis. Post hanc interlocutionem acclamatum est ab Orientalibus Episcopis: Justum est hoc judicium. Illyriciani vero exclamarunt: Universi peccavimus: Universi veniam consequamur. Cumque Orientales iterum acclamassent: Hæc sententia justa est: homicidam Christus deposuit: Christus Martyras vindicavit. Senatores interloquentes pronuntiarunt, ut Episcoporum qui convenerant unusquisque seorsum fidem suam exponeret: pro certo habens, sacratissimum Imperatorem juxta expositionem fidei trecentorum & octodecim Patrum qui Nicææ congregati sunt, & centum ac quinquaginta illorum qui Constantinopolim convenere; item juxta Epistolas sanctorum Patrum Gregorii, Basilii, Hilarii, Athanasii, Ambrosii; & juxta duas Cyrilli Epistolas quæ in prima Synodo Ephesina recitatæ sunt, credere. Nam & Reverendissimum Senioris Romæ Episcopum Leonem, juxta eamdem fidem Eutychem deposuisse. Hunc in modum finita hac actione, cum Religiosissimi Episcopi ad alteram actionem soli

Leo P.

Εὐσεβίῳ, οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες διελάλησαν ἐπὶ λέξεως ὕπως. Περὶ μὲ τῆς ὀρθοδόξου καὶ καθολικῆς πίστεως, πλειότερον συνόδου γενομένης τῇ ὑστεραίᾳ, ἀκριβεστέραν ἐξέτασιν δεῖν γενέσθαι σωφρονοῦμεν. ἐπεὶ δὲ ὁ Φλαβιανὸς ὁ τῆς θεοσεβοῦς μνήμης, καὶ Εὐσέβιος ὁ τῆς Δορυλαίου θεοφιλεστάτος ἐπίσκοπος, ἐπὶ τῶν πεπραγμένων καὶ διαγνωσθέντων ἐρεύνης, καὶ αὐτῆς τῆς φωνῆς τῶν γενομένων ἐξάρχων τότε συνόδου, ὁμολογησάντων ἐσφάλθαι, καὶ μάτην αὐτοὺς καθηρηκέναι, ὄντες περὶ τὴν πίστιν σφαλέντες δείκνυνται, ἀδίκως ἂν καθαιρεθέντες· φαίνεται ἡμῖν κατὰ τὸ Θεῷ ἀρέσκον δίκαιον εἶναι, εἰ παραιτήσαιτο τὸν θεοφιλάτῳ καὶ θεοσεβεστάτῳ ἡμῶν δεσπότῃ, τῷ αὐτῷ ἐπιτιμίῳ, Διόσκορον τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰουβενάλιον τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων, καὶ Θαλάσσιον τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Καισαρείας, καὶ Εὐσέβιον τὸν θεοφιλέστατον [1] ἐπίσκοπον Ἀρμενείας, καὶ Εὐστάθιον τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Βηρυτοῦ, καὶ Βασίλειον τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Σελευκείας τῆς Ἰσαυρίας, τοὺς ἐξουσίαν ἐσχηκότας καὶ ἐξάρχοντας τότε συνόδου, [2] ἐκπεσεῖν ἀφ' τῆς ἱερᾶς ταύτης συνόδου κατὰ τοὺς κανόνας καὶ ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος ἀλλοτρίους γινομένους, πάντων τῶν συνακολουθησάντων τῇ θείᾳ κορυφῇ γνωριζομένων. Ἐφ' οἷς ἐπεβόησαν οἱ ἀνατολικοί, αὕτη δικαία κρίσις. οἱ δὲ τοῦ Ἰλλυριῶν ἐπίσκοποι ἐπεκραύγασαν, πάντες ἐσφάλημεν, πάντες συγγνώμης ἀξιωθῶμεν. καὶ πάλιν τῶν ἀνατολικῶν ἐπιβοησάντων, αὕτη δικαία ψῆφος· τὸν Φονέα ὁ Χριστὸς καθεῖλε, τοὺς μάρτυρας ὁ Χριστὸς ἐξεδίκησεν· οἱ συγκλητικοὶ διελάλησαν, ὥστε ἕκαστον τῶν ἐπισκόπων τὸν συνειλεγμένων ἰδιαζόντως τὴν οἰκείαν ἐκθέσθαι πίστιν, γινώσκοντα ὡς θειότατος βασιλεὺς κατὰ τὴν ἔκθεσιν τῶν ἐν Νικαίᾳ τριακοσίων ιη', καὶ [3] τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ρν' πατέρων, καὶ τὰς ἐπιστολὰς τῶν ἁγίων πατέρων, Γρηγορίου, Βασιλείου, Ἱλαρίου, Ἀθανασίου, Ἀμβροσίου, καὶ τὰς δύο τὰς Κυρίλλου, τὰς ἐπὶ τῇ πρώτῃ συνόδῳ τῇ [a] ἐν Ἐφέσῳ δημοσιευθείσας πιστεύῃ. καὶ δὴ καὶ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέοντα, Εὐτυχῆ ἐπὶ τούτοις καθελεῖν. οὕτω τοίνυν καὶ ταύτης τῆς συνελεύσεως καταπαυθείσης, εἰς ἑτέραν [4] συνελθόντων μόνων τῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων, λιβέλλους

Valesii Annotationes.

1 Ἐπίσκοπον Ἀρμενίας] Scribendum est Ἀγκύρας ex actis Chalced. Concilii pag. 152. ubi hæc Judicum interlocutio refertur.

2 Ἐκπεσεῖν] Rectius in actione prima Chalcedonensis Concilii pag. 152. scribitur ὑποπεσεῖν. Refertur enim ad id quod præcessit, τῷ αὐτῷ ἐπιτιμίῳ, atque ita etiam legitur supra in cap. 4. hujus libri, ubi hæc Judicum interlocutio integra refertur. In 4. autem actione synodi Chalced. pag. 217. ἐκπεσεῖν quidem legitur: sed verbum additum est in superioribus hoc modo, τῷ αὐτῷ ὑποκεῖσθαι ἐπιτιμίῳ. Quod si verbum ἐκπεσεῖν retineamus, tum superfluæ erunt duæ voces quæ sequuntur, ἀλλοτρίους γινομένους. Certe hæ duæ postremæ voces desunt in nostris codicibus, Flor. & Tell. nec habentur apud Nicephorum,

3 Τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ρν'] In optimo codice Florentino desunt hæc verba ἐν Κωνσταντινουπόλει: quæ quidem nec in actis Chalc. Concilii habentur, ut videre est pag. 152. editionis Binii.

4 Συνελθόντων μόνων] In actione tertia Chalced. Concilii soli convenerunt Episcopi, nec ulli ex secularibus Judicibus ac Senatoribus Concilio interfuerunt. Nam in ea sessione agendum erat de fide: quam ut exponerent, invitati prius fuerant Episcopi à Gloriosissimis Judicibus. Episcopi vero diu quidem id præstare recusaverant, cum dicerent sufficere formulam fidei Nicenæ, quæ in Constantinopolitana & in prima Ephesina synodo fuerat confirmata. Tandem tamen postulationi Judicum cesserant, seque id facturos promiserant. Porro ubi de fide agitur, nullæ sunt partes Judicum sæcularium. In tertia igitur actione in qua agendum erat de fide. nulli adfuerunt Judices sæculares, Ceterum notandum est, Evagrium hoc loco prætermisisse gesta actionis secundæ. Tertiam igitur actionem pro secunda cepisse videtur Evagrius. Idque confirmant acta ipsius synodi pag. 177. ubi secunda congregatio sive actio videtur quæ nunc est tertia.

Variorum.

a Ἐν Ἐφέσῳ δημοσιευθείσας πιστεύειν] Legendum πιστεύει. *W. Lowth.*

ἑπτέδων

ἐπέδωκεν Εὐσέβιος ὁ τοῦ Δορυλαίου ἐπίσκοπος ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ Φλαβιανοῦ, δι' ὧν ἐπεμέμψατο Διοσκόρῳ ὡς τὰ αὐτὰ Εὐτυχεῖ φρονήσαντι, καὶ ὅπερ γε αὐτοὺς τῆς ἱερωσύνης ἀφείλετο. προσέθεικε δὲ ὅπως καὶ φωνάς μὴ εἰρημένας τῇ τότε συνελθούσῃ συνόδῳ προσεθήκεν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι, καὶ ὡς ἀγράφους χάρτας παρεσκεύασεν αὐτοὺς ὑποσημήνασθαι. καὶ ἐδεήθη ὥστε ἐκ ψήφου τῶν συνειλεγμένων ἀκυρωθῆναι πάντα τὰ ἐν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Ἐφέσῳ πεπραγμένα, καὶ ἔχειν αὐτὸν τιμὴν ἱερωσύνου, καὶ ἀναθεματισθῆναι τὸ μιαρὸν ἐκεῖνο δόγμα. καὶ ἠξίωσε μετὰ τιμῆς ἀνάγνωσιν, καὶ τὸν ἀντίδικον παρεῖναι. οὗ δὴ μεταληθέντος γενέσθαι, εἶπεν Ἀέτιος ἀρχιδιάκονος καὶ πριμικήριος Νοταρίων, ὡς διέβη πρὸς Διόσκορον, ὥστε οὗ καὶ τοὺς ἄλλους, καὶ εἶπε, μὴ συγχωρεῖσθαι ὑπὸ τῶν φυλαττόντων αὐτὸν παραγενέσθαι. καὶ διελαλήθη ζητηθῆναι τὸν Διόσκορον πρὸ τῆς συνεδρίου. καὶ μὴ θυρεθέντος αὐτοῦ, Ἀνατόλιος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως διελάλησεν, ὀφείλειν αὐτὸν μετακληθῆναι, καὶ ἐν τῇ συνόδῳ παραγενέσθαι. καὶ τοῦτο γενομένου, παραγενόμενοι οἱ ἀποταλέντες, εἰρήκασι εἰπεῖν αὐτόν, Φυλάττομαι ἐγώ. εἰ δὲ συγχωρεῖσί μοι καταλθεῖν, εἰπάτωσαν. καὶ εἰπόντων αὐτῷ τοῦ ἀπεσταλμένου, ὡς πρὸς αὐτόν, ὅτι πρὸς τοὺς μαγιστριανοὺς ἀπεστάλησαν, διεξῆλθον εἰπεῖν αὐτόν, ἕτοιμός εἰμι παραγενέσθαι εἰς τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον· ἀλλὰ κωλύομαι. οἷς προσέθεικεν Ἱμέριος, ὡς καταλθόντων αὐτῶν παρὰ Διοσκόρῳ, ὑπήντησεν ὁ Βοηθὸς τοῦ μαγίστρου τῶν θείων ὀφφικίων, καὶ μεθ' αὐτοῦ πάλιν γενέσθαι πρὸς Διόσκορον οἱ ἐπίσκοποι, καὶ μετὰ τοῦτον ἐν σημείοις τινὰ ἔχειν. ἅμα ἀναγνωσθέντα, ἐδήλωσεν ἐπὶ λέξεως τὸν Διόσκορον εἰπεῖν ταῦτα· συναγαγὼν ἐμαυτὸν, καὶ γνοὺς τὸ συμφέρον, τάδε ἀποκρίνομαι· ἐπειδὴ ἐν τῇ μετὰ ταύτης συνόδῳ καθεζόμενοι οἱ μεγαλοπρεπέστατοι ἄρχοντες, ὥρισαν πολλὰ μὴ πολλὴν ἐχέτου διαλαλιὰν, νῦν δὲ εἰς δευτέραν καλοῦμαι σύνοδον, εἰς τὴν τῶν προφρημένων ἀνασκευὴν, παρακαλῶ τοὺς πρώην ἐν τῇ συνόδῳ γενομένους μεγαλοπρεπεστάτους ἄρχοντας, καὶ τὴν ἱερὰν σύγκλητον, καὶ νῦν παρεῖναι ἵνα πάλιν τὰ αὐτὰ γυμναθῇ. πρὸς ὃν Ἀκάκιον δηλοῖ τὰ πεπραγμένα διεξελθεῖν ἐπὶ λέξεως ταῦτα. ἐκ ὅτου ἐκέλευσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος τὴν ὑμετέραν ἀγιότητα παρεῖναι, ὥστε ἀνασκευασθῆναι τὰ ἐπὶ τῶν μεγαλοπρεπεστάτων ἀρχόντων καὶ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου πραχθέντα· ἀλλ' ἡμᾶς ἀπέστειλεν, ὥστε καταλαβεῖν σε τὸ συνέδριον, καὶ μὴ ἀπολειφθῆναι αὐτοῦ τὴν ὁσιότητα. πρὸς ὃν Διόσκορος εἰρήκει, ὡς τὰ ὑπομνήματα λέγουσιν, εἰρήκατέ μοι νῦν ὅτι λιβέλλους ὑπεδέδωκεν Εὐσέβιος. προσκαλῶ πάλιν παρόντων ἐκείνων καὶ τῆς συγκλήτου δοκιμασθῆναι τὰ καθ' ἐμέ. εἶτα ἑτέρων τοιούτων ἐγκειμένων, αὖθι

convenissent, Eusebius Episcopus Dorylæi libellos porrexit pro se & pro Flaviano; quibus Dioscorum accusabat, quod eadem cum Eutyche sentiret, & quod Sacerdotium ipsis ademisset. Adjecit etiam, voces quasdam quæ in synodo tunc congregata minime dictæ essent, à Dioscoro Actis insertas fuisse: curasse præterea eundem Dioscorum, ut Episcopi in charta pura subscriberent. Postulavitque ut Acta omnia secundæ synodi Ephesinæ, Episcoporum qui congregati erant judicio infirmarentur, utque ipsi dignitatem Sacerdotii recuperarent, utque nefarium illud dogma Anathemate damnaretur. Petiit etiam post recitationem libelli sui, ut Adversarius adesset. Cumque Episcopi jussissent ut id fieret, Aëtius Archidiaconus & Primicerius Notariorum dixit, profectum se esse ad Dioscorum, itidemque ad reliquos: Dioscorum vero respondisse, prohiberi se à custodibus ne ad Concilium veniat. Facta iterum interlocutione jussum est, ut Dioscorus pro foribus Concilii quæreretur. Et cum repertus non esset, Anatolius Constantinopolis Episcopus interloquens dixit, debere illum evocari & Concilio interesse. Quod cum executioni mandatum fuisset, redeuntes ii qui missi fuerant ad Dioscorum, renuntiarunt eum dixisse: Sub custodia sum. Dicant custodes, velint ne mihi permittere ut ad Concilium pergam. Cumque Legati Concilii responderent, se ad illum missos esse, non vero ad Magistrianos: retulerunt Dioscorum hæc dixisse: Paratus sum venire ad sacrum & universale Concilium: sed prohibeor. Quibus adjecit Himerius, redeuntibus ipsis à Dioscoro occurrisse adjutorem magistri sacrorum officiorum, & Episcopos una cum illo reversos esse ad Dioscorum, deque illis quædam se habere quæ notis excepisset. Ea perlecta indicabant, Dioscorum hæc ad verbum dixisse. Postquam me ipse recollegi, & quid mihi expediret consideravi, ista respondeo. Quandoquidem in superiore consessu, magnificentissimi judices post multas cujusque interlocutiones multa decreverunt; nunc vero ad secundum consessum vocor, ut prædicta infirmentur; rogo ut magnificentissimi judices & amplissimi Senatores, qui priori conventui interfuerunt, nunc quoque intersint quo eadem iterum examinentur. Cui Acacius, ut in iisdem actis refertur, respondit his verbis. Sancta & magna Synodus non ideo sanctitatem tuam adesse jussit, ut ea quæ coram magnificentissimis Judicibus & sacro Senatu gesta sunt, infirmentur: sed nos misit ad te, mandans ut ad Consessum venias, nec absit ab eo Sanctitas tua. Cui Dioscorus ita respondit, ut in iisdem actis habetur. Modo dixistis mihi, Eusebium libellos porrexisse. Iterum postulo ut coram judicibus ac Senatu mea causa examinetur. Et post alia ejusdem modi quæ actis inserta leguntur, rursus

Sæc. V.

Eusebius Dioscorum Eutychianismi incusat.

Dioscorus citatus custodia se detineri causatur.

Himerius.

Acacius.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Βοηθὸς τῷ μαγίστρῳ] Langus & Christophorsonus Boethum interpretati sunt, quasi id nomen proprium esset. Atqui βοηθὸς nomen est Officii. Sic enim dicebatur princeps Officii Magistri officiorum, qui erat ex Schola agentium in rebus, ut docet Notitia Imperii Romani. Porro adjutor iste Magistri officiorum, Eleusinius proprio nomine dicebatur, ut scribitur in actione tertia Concilii Chalced.

SÆC. V.

missi sunt qui Dioscorum hortarentur ut gestis interesset. Quod ubi factum est, hi qui missi erant, reversi dixerunt, se responsionem Dioscori notis exceptam habere, quæ est hujusmodi. Jam antea pietati vestræ significavi, me morbo laborare, & postulare ut magnificentissimi judices & sacer Senatus nunc quoque intersint judicio eorum quæ examinanda sunt. Sed quoniam morbus meus increvit, idcirco adesse non potui. Tum vero Cecropius, ut in iisdem actis legitur, Dioscoro dixit, paulo ante nullam mentionem morbi ab illo factam fuisse: proinde sacris regulis satisfacere eum debere. Cui Dioscorus respondit his verbis. Semel dixi, Judices adesse oportere. Ad hæc Rufinus Samosatensis Episcopus Dioscoro dixit, Canonicum constitutum esse Judicium, & posse Dioscorum, si adesset, cuncta quæ vellet libere dicere. Cumque Dioscorus interrogasset, utrum Juvenalis & Thalassius atque Eustathius ad Concilium venissent, respondit Pergamius, nihil istud ad rem pertinere. Quibus verbis Dioscorum hæc subjecisse, eadem acta testantur: postulasse se à Christi amantissimo Imperatore, ut juberet magnificentissimos Judices interesse Concilio, & eos qui una cum ipso judicaverant. Quibus legati à Concilio missi responderunt, eum solum ab Eusebio accusatum esse, nec reliquos adesse debere. Tum vero Dioscorum intulisse, alios quoque adesse oportere qui una cum ipso judicavissent. Neque enim Eusebium privatam adversus ipsum causam habere, sed communem, ob ea quæ omnes simul judicavissent. Et cum legati in iisdem perstarent, Dioscorus respondit. Quæ dixi, semel dixi, nec amplius habeo quod dicam. Quibus renuntiatis, Eusebius Episcopus Dorylæi dixit, se adversus unum Dioscorum causam habere, adversus alium præterea neminem. Postulavitque ut tertia vocatione Dioscorus citaretur. Post hæc Aetius retulit, quosdam qui se Clericos esse dicerent, una cum aliis Laicis ab urbe Alexandria venientes, nuper libellos porrexisse adversus Dioscorum, & nunc pro foribus Concilii stantes vociferari. Cum ergo libellos obtulisset primum quidem Theodorus qui sanctæ Alexandrinorum Ecclesiæ Diaconus fuerat: Deinde Ischyrio similiter, & ipse Diaconus: tum Athanasius presbyter & Cyrilli sororis filius: Ac postremo Sophronius; quibus Dioscorum partim ob blasphemias, partim ob corporalia quædam damna & violentas pecuniæ exactiones accusabant:

Dioscorus morbum absentiæ suæ causam allegat.

Cecropius.

Rufinus Samosatæ Ep.

Pergamius.

Aetius.

Theodorus.

Ischyrio.

Athanasius.

Sophronius.

ἀπεζάλησαν οἱ ὀφείλοντες τ αὐτὸν προτρέψασθαι Διόσκορον τοῖς πραττομένοις παρεῖναι. ᾗ τάυτ γενομένοις, ἐπαναζυξαντες οἱ πεμφθέντες εἰρήκασιν ἔχειν σημείοις τ αὐτῆ φωνὴν, ἃ δηλῶσιν αὐτὸν εἰπεῖν· ἤδη φθάσας δεδήλωκα τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ ὡς ὅπ ᾗ ἀῤῥωστίᾳ συνέχομαι, ᾗ ἐξαιτῶ ὥστε ᾗ τοὺς μεγαλοπρεπεστάτους ἄρχοντας, ᾗ τ ἱερὰν σύγκλητον ᾗ νῦν παρεῖναι τῇ τ ἐξεταζομένων κρίσει. ἐπειδὴ δέ μοι τὰ τ ἀῤῥωστίας ἐπεζάθη, τάυτ χάριν τ ὑπέρθεσιν πεποίημαι. ᾗ Κεκρόπιον εἰπεῖν τὰ ὑπομνήματα δηλοῖ πρὸς τ Διόσκορον· πρώην μηδὲν περὶ ἀῤῥωστίας εἰπεῖν ὀφείλειν ἓν αὐτὸν τοῖς κανόσι τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι. πρὸς ὃν ὁ Διόσκορος ἀπεφήνατο, ἅπαξ εἶπον ὀφείλειν παρεῖναι τοὺς ἄρχοντας. εἶτα τ Ῥεφίνον εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν ἐπίσκοπον Σαμοσάτων, κανονικὰ τὰ κινήματα καθεζάναι, ᾗ δύνασθαι αὐτὸν παραγενόμενον ἃ βέλεται διεξελθεῖν. πυθομένου δ τῦ Διοσκόρου εἰ Ἰουβενάλιος ᾗ Θαλάσσιος παρεγένοντο ᾗ Εὐςάθιος, ἀπεκρίνατο, ὡς οὐδὲν πρὸς ἔπος. πρὸς ἃ Διόσκορον εἰπεῖν τὰ πεπραγμένα δηλοῦσι παρακαλέσαι τ Φιλόχειστον βασιλέα, ὥστε ᾗ τοὺς ἄρχοντας παρεῖναι, ᾗ τοὺς σὺν αὐτῷ δεδικακότας. ᾗ πρὸς ταῦτα τοὺς πεμφθέντας εἰπεῖν, μόνον κατηγορεῖν αὐτῆ τ Εὐσέβιον, καὶ ᾗ πάντας ὀφείλειν παραγενέσθαι. ᾗ πρὸς ταῦτα τὸν Διόσκορον εἰπεῖν, ὀφείλειν καὶ τοὺς ἄλλους παρεῖναι τοὺς σὺν αὐτῷ δεδικακότας. μηδὲ γὰρ ἰδικὸν ἔχειν πρᾶγμα πρὸς αὐτὸν τὸν Εὐσέβιον· [a] ἀλλ' εἰ ἄρα περὶ ὧν πάντες δεδικάκασι. καὶ πάλιν ἐπιμενάντων τῶν πεμφθέντων περὶ τάυτ, ἀπέφησιν ὁ Διόσκορος εἰπὼν, ἅπαξ εἶπον· ἃ εἶπον καὶ περαιτέρω τούτων εἰπεῖν οὐκ ἔχω. πρὸς ἃ Εὐσέβιος ὁ τῆ Δορυλαίου διεξῆλθε, πρὸς μόνον Διόσκορον ἔχειν. ᾗ πρὸς μηδένα ἕτερον· καὶ ἠξίωσε τρίτῃ κλήσει κληθῆναι τὸν Διόσκορον. ᾗ Ὑπολαβὼν Ἄετος, ἐδίδασκε, πρώην πινὰς λέγοντας ἑαυτοὺς κληρικοὺς μᾶ καὶ ἑτέρων λαϊκῶν τῆς Ἀλεξανδρέων ὁρμωμένους, ἐπιδοῦναι λιβέλλους κτ' Διοσκόρυ, καὶ τούτους πρὸ γ συνεδρίυ ἑστῶτας ἐνβοήσαι κεχρῆσθαι. καὶ πρῶτα μ ἐπιδεδωκότος [b] Θεοδώρου Διακόνυ γενομένυ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἁγίας ἐκκλησίας, εἶτα δὲ καὶ Ἰσχυρίωνος Διακόνυ, καὶ Ἀθανασίυ πρεσβυτέρυ καὶ ἀδελφιδοῦ Κυρίλλου, καὶ πρός γε Σωφρονίυ, δι' ὧν πρί τι βλασφημιῶν ἐγκάλεσαν Διοσκόρῳ, περί τε σωματικῶν [2] καὶ βιαίας ἀφαιρέσεως χρημάτων,

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐν σημείοις] In actis Concilii Chalcedonensis pro his verbis scriptum est ἐν ἐκλήψει, quod vetus Interpres ita vertit: *Et certa locuti sunt quæ in exceptis habeo.* Certe Himerius erat Notarius & Lector, missus à Concilio una cum Episcopis ad Dioscorum, ut notis exciperet ea quæ ab utraque parte dicerentur, id enim erat officium Notariorum. Solebant autem Episcopi quoties ad synodum proficiscerentur, Notarium suum secum deducere, qui gesta synodalia notis exciperet: Quo scilicet finita synodo codicem actorum singuli referrent in patriam. Cæterum quod vetus ille Interpres σημεῖα vertit excepta, equidem valde probo. Unde & σημειώσεις Origenis, Latine excepta dici debere existimo. Scio quidem Origenis σημειώσεις a Ruffino & Hieronymo excerpta vulgo appellari, sed vitiose ita scribi existimo, cum excepta potius debeant nominari.

2 Καὶ βίας ἀφαιρέσεως] Assentior viris doctis, qui βιαίας emendarunt ex conjectura, ut opinor. Nam libri nostri nihil mutant. Codex tamen Tellerianus, quem dum editio nostra sub prelo esset, opportune nactus sum, diserte scriptum habet βιαίας ἀφαιρέσεως.

VARIORUM.

a Ἀλλ' εἰ ἄρα] Videtur legendum ἀλλ' ἢ ἄρα. *W. Lowth.*

b Θεοδώρυ] Theodorus & Ischyrion, Ecclesiæ Alexandrinæ Diaconi, Athanasius ibidem Presbyter, & Sophronius Laicus, mala quæ à Dioscoro passi sunt, exposuerunt libellis qui exstant Concil. Tom. IV. pag. 396, 400. 405, 411. Edit. Labbé.

τείτῃ

τέτη κλῆσις γέγονε ϖϱοτϱέψασα τὸν Διόσκοϱον ϖϱοσελθεῖν. τοιγαϱοῦν ἐπαναζεύξαντες οἱ ἐπὶ τούτῳ ἀφωϱισμένοι, εἰϱήκασιν εἰπεῖν τὸν Διόσκοϱον, αὐτάϱκως ἐδίδαξα τὴν ὑμετέϱαν θεοσέβειαν, οἷς ϖϱοσθεῖναί τι ἡ δύναμις. καὶ αὖθις δὲ τὰ αὐτὰ εἰϱηκότος τοῦ αὐτοῦ Διοσκόϱου, ὑπομενόντων τῇ ϖϱοτϱοπῇ τοῦ ἐπὶ τοῦτο καλέντων, Πασκασῖνος ὁ ἐπίσκοπος εἶπεν· καὶ ἤδη τέτον κληθεὶς Διόσκοϱος, 1 ὃ ϖαϱεγένετο, ὑπὸ συνειδήσεως βαλλόμενος, ἐπυνθάνετο τίνος ἄξιος εἴη· ϖϱὸς ὃ τῶν ἐπισκόπων ἀποκεκναμμένων, ὡσϖεϱεϖωκέναι αὐτὸν τοῖς κανόσι, a [a] Προτέϱιος δὲ ἐπίσκοπος Σμύϱνης εἰπόντος, ὅτε ἐφονεύετο ἅγιος Φλαβιανὸς, οὐδὲν ἀκόλυθον ἐπράχθη ἐπ' αὐτῷ· οἱ τὸν τόπον ἐπέχοντες Λέοντος ἐπισκόπου τῆς ϖϱεσβυτέϱας Ῥώμης, ἀϖεφήναντο ἐπὶ λέξεως ταῦτα. δῆλα γεγένηται τὰ ϖεπολυμένα Διοσκόϱῳ τῷ γενομένῳ τῆς Ἀλεξανδϱέων μεγαλοπόλεως ἐπισκόπῳ κατὰ τῆς τῶν κανόνων τάξεως, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως ὧν τὰ ἤδη ἐξεταθέντων ἐν τῷ ϖϱώτῳ συνεδϱίῳ, καὶ ἀϖὸ τῆς σήμεϱον ϖεπϱαγμένων. ἦν γὰϱ, ἵνα τὰ ϖολλὰ ϖαϱαλείϖωμεν, Εὐτυχῆ τὸν ὁμόδοξον αὐτῷ, καθαιϱεθέντα κανονικῶς ϖαϱὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τοῦ ἐν ἁγίοις Φαμὲν ϖατϱὸς ἡμῶν καὶ ἀϱχιεπισκόπου Φλαβιανοῦ, αὐθεντήσας ἀκανονίστως εἰς κοινωνίαν ἀνεδέξατο, ϖϱὶν ἢ συνεδϱεῦσαι ἐν τῇ Ἐφεσίων μητϱὶ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου. ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ὁ ἀϖοστολικὸς θϱόνος συγγνώμην ἀϖένειμεν ἐπὶ τοῖς ἐκεῖσε μὴ κατὰ γνώμην ὑϖ' αὐτῶν ϖεϖεϱασμένοις· οἳ καὶ διετέλεσαν μέχϱι τοῦ ϖαϱόντος ἐϖόμενοι τῷ ἁγιωτάτῳ ἀϱχιεπισκόπῳ Λέοντι, καὶ ϖάσῃ τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ. ὃν δὴ χάϱιν καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ κοινωνίᾳ αὐτοὺς ὁμοπίστους ἐδέξατο. οὗτος δὲ καὶ μέχϱι τοῦ ϖαϱόντος διέμεινε στεναζόμενος ἐϖ' ἐκείνοις, ἐφ' οἷς ἔδει ϖένθει, καὶ εἰς γῆν κεκυφέναι ὀφείλει. ϖϱὸς τούτοις δὲ, οὐδὲ τὴν ἀϖοστολικὴν ἀναγνωσθῆναι συνεχώϱησε τοῦ μακαϱιωτάτου ϖάϖα Λέοντος, τὴν γϱαφεῖσαν ϖαϱ' αὐτοῦ ϖϱὸς τὸν ἐν ἁγίοις τοῦ μνήμου Φλαβιανὸν, καὶ ταῦτα ϖολλάκις ϖϱοσκληθεὶς ἀναγνῶναι ταύτην ὑϖὸ τῶν κεκομικότων, καὶ μεθ' ὅϱκων ϖοιήσασθαι τοῦ ἀνάγνωσιν ὑϖοχόμενος· ἧς μὴ ἀναγνωσθείσης, σκανδάλων καὶ βλάβης ἀνὰ τοῦ οἰκουμένην ἀνιάτων ἐϖληϱώθησαν ἐκκλησίαι. ἀλλ' 2 ὅμως τοιούτων ϖαϱ' αὐτοῦ ϖολμηθέντων, [2] ἐϖισκοϖοῦμεν τῇ ϖϱοτέϱας ἀνοσίας αὐτοῦ ϖϱάξεως, φιλανθϱωϖίας ϖινὸς αὐτὸν ἀξιῶσαι, ὡς καὶ τοὺς λοιποὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόϖους, καίτοι μηδὲ τοῦ αὐθεντίαν ϖϱοσϖλησίως αὐτῷ τῆς κϱίσεως ἐχηκότας. ἐϖειδὴ δὲ τοῖς δευτέϱοις τοῦ ϖϱοτέϱαν ϖαϱα-

tertia vocatione citatus est Dioscorus, monituſque est ut ad Concilium accederet. Regreſſi igitur qui ad hoc miſſi fuerant, nuntiarunt Dioſcorum iſta dixiſſe. Satis ſuperque docui pietatem veſtram: nec iis aliud quidquam adjicere poſſum. Rurſus inſtantibus legatis, eumque ut veniret hortantibus, cum idem ſemper reſpondiſſet Dioſcorus, Paſchaſinus Epiſcopus dixit. Jam ter vocatus Dioſcorus haudquaquam comparuit, torquente ipſum conſcientia. Et interrogavit Epiſcopos qui aderant, quam pœnam commeruiſſet. Cumque Epiſcopi ad hæc reſpondiſſent illum in canones commiſiſſe, & Proterius Epiſcopus Smyrnæ dixiſſet: Quando ſanctus Flavianus occiſus eſt, nihil recte neque ordine factum eſt ſuper illo: Vicarii Leonis Epiſcopi Senioris Romæ ita decreverunt ad verbum. Quæ Dioſcorus, antehac Epiſcopus magnæ civitatis Alexandriæ, contra ordinem canonum & contra diſciplinam Eccleſiaſticam attentavit, manifeſta ſunt, tam ex his quæ jam ſunt examinata in primo conſeſſu, quam ex his quæ hodierno die ſunt geſta. Hic enim, ut plurima alia prætermittamus, Eutychem eadem cum ipſo ſentientem, regulariter à proprio depoſitum Epiſcopo, ſanctiſſimo ſcilicet patre noſtro & Archiepiſcopo Flaviano, propria auctoritate contra ſacros canones in communionem ſuſcepit, priuſquam Epheſi conſediſſet una cum reliquis Deo cariſſimis Epiſcopis. Verum Epiſcopis quidem Apoſtolica ſedes veniam conceſſit ob ea quæ illic ab iiſdem non ſponte geſta fuerant. Qui quidem hactenus permanſerunt, ſanctiſſimo Archiepiſcopo Leoni & ſanctæ univerſali ſynodo obſequentes. Qua de cauſa eos, ut pote ejuſdem cum ipſo fidei cultores, in communionem ſuam recepit. Hic vero, in hodiernum uſque diem ob ea gloriari non deſinit, quorum cauſa gemere & ad terram uſque ſe ſe inclinare debuerat. Præterea Epiſtolam beatiſſimi Papæ Leonis, quam ille ad ſanctæ memoriæ Flavianum conſcripſerat, legi minime permiſit: idque quamvis ſæpiſſime rogatus eſſet ab iis qui Epiſtolam attulerant, & quamvis ipſemet adjecto jurejurando pollicitus eſſet, ſe eam recitari juſſurum. Qua minime perlecta, ſanctiſſimas per univerſum orbem terrarum Eccleſias ſcandalis ac detrimentis complevit. Sed tamen, quamvis tot ac tanta ab eo præſumpta ſint, propoſitum nobis erat, quod quidem ad prius ejus impium facinus pertinet, clementer illum ac benigne tractare, ſicut & reliquos Deo dilectos Epiſcopos, licet iſti non eamdem ac ille judicandi poteſtatem habuiſſent. Sed quoniam priorem injuſtitiam poſterioribus factis

Sæc. V.

Dioſcorus tertio vocatus non venit.

Vicariorum Leonis P. decretum adverſus Dioſcorum.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐπυνθάνετο] Niceph. hic aliquot verba inſerit hoc modo: καὶ τῶν ἐπισκόπων ἀνεπυνθάνετο &c.

2 Ἐπισκοπῶμεν τῆς] Ita legitur etiam apud Nicephorum. Verum in actis Chalced. Concilii & in c. 4. lib. 2. ubi hæc damnationis ſententia refertur, rectius ſcriptum eſt ἐσκοπῶμεν &c. Ego vero tranſpoſitis præpoſitionibus mallem ſcribere ϖϱεισκοπῶμεν ἐπὶ τῆς &c. Quæ ſcriptura longe eſt elegantior.

VARIORUM

a Προτέϱιος ἐπισκόπου Σμύϱνης] Loco Προτερίου legendum Αἰθερικῦ, ut recte monet Pagius ad annum 446. n. 6. quo nomine in Actis Concilii appellatur. *W. Lowth.*

νομίαν

Sæc. V.

longe ſuperavit: auſus quippe eſt excommunicationem dictare adverſus ſanctiſſimum ac religioſiſſimum magnæ Romæ Archiepiſcopum Leonem: Præterea cum libelli pleni criminum ac flagitiorum ſancto & magno Concilio contra illum oblati eſſent, ſemel, iterum, ac tertio vocatus juxta canonum præſcripta per Dei amantiſſimos Epiſcopos, minime obtemperavit, propria videlicet conſcientia ipſum lancinante. Eos denique qui à diverſis Synodis juſte depoſiti fuerant, illegitime in communionem ſuſcepit: contra ſemetipſum ſententiam protulit, Eccleſiaſticis legibus ſæpius proculcatis. Idcirco ſanctiſſimus ac beatiſſimus magnæ & ſenioris Romæ Archiepiſcopus Leo, per nos, & per præſentem Synodum, una cum beatiſſimo & omni laude digniſſimo Apoſtolo Petro, qui petra & baſis eſt Eccleſiæ Catholicæ, rectæque fidei fundamentum; Epiſcopali eum dignitate exuit, & ab omni Sacerdotali officio alienum pronunțiavit. Sancta igitur & māgna hæc ſynodus, ſuper memorato Dioſcoro ea quæ canonibus placita ſunt decernat. Quæ cum ab Anatolio & Maximo, & à reliquis Epiſcopis confirmata eſſent, exceptis iis qui una cum Dioſcoro à Senatu fuerant depoſiti, relatio de his rebus ad Marcianum Principem ſcripta eſt à Concilio, & libellus depoſitionis ab eodem Concilio miſſus eſt ad Dioſcorum in hæc verba. Scias te ob deſpectum ſacrorum canonum, & ob contumaciam qua uſus es erga hanc ſanctam & univerſalem Synodum: eo quod præter alia crimina de quibus convictus es, tertio vocatus ab hoc ſancto & univerſali Concilio juxta ſacros canones, ut accuſationibus reſponderes, minime occurriſti, Octobris menſis præſentis die tertiodecimo à ſancta & univerſali ſynodo depoſitum eſſe, & ab Epiſcopatu omnique Eccleſiaſtico munere ſubmotum. Poſt hæc cum de his rebus ad religioſiſſimos etiam Clericos ſanctiſſimæ Alexandrinorum Eccleſiæ ſcriptæ eſſent litteræ, (& Edictum contra Dioſcorum propoſitum fuiſſet, con-

Vicariorum ſententia nomine Leonis prolata.

Libellus depoſitionis ad Dioſcorum miſſus.

νομίαν ὑφηκόντισεν, ἐτόλμησε δὲ καὶ ἀκκινωνισίαν ὑπαγορεῦσαι κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς μεγάλης Ῥώμης Λέοντος· πρὸς δὲ τούτοις, καὶ λιβέλλων βεβηλομιῶν μεστῶν κατ' αὐτοῦ βεβασανισθέντων τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ τρὶς ἀφ' ἑκάστου θεοφιλῶν ἐπισκόπων κανονικῶς κληθεὶς οὐκ ὑπήκουσεν, ὑπὸ τῆς ἰδίας συνειδότος ἑαυτὸν ἑλκούσης κεντούμενος, καὶ τὰς παρὰ συνόδων διαφόρων ἀθέσμως καθαιρεθέντας, παρανόμως ἐδέξατο, αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τὴν ψῆφον ἐξήνεγκε, διαφόρως τὰς ἐκκλησιαστικὰς παλήσας θεσμούς. ὅθεν ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος ἀρχιεπίσκοπος τῆς μεγάλης καὶ πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέων δι' ἡμῶν καὶ τῆς παρούσης συνόδου, μετὰ τοῦ τρισμακαρίου καὶ πανευφήμου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, ὅς ἐστιν πέτρα καὶ κρηπὶς ἡ καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ ἡ ὀρθοδόξου πίστεως θεμέλιος τυγχάνῃ, ἐγύμνωσεν αὐτὸν τοῦ τε ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἠλλοτρίωσεν ἐνεργείας. τοιγαροῦν ἡ ἁγία αὐτὴ καὶ μεγάλη σύνοδος, τὰ δόξαντα τοῖς κανόσιν ἐπὶ τῷ μνημονευθέντι Διοσκόρῳ ψηφίσηται. ὧν δὴ κυρωθέντων παρὰ Ἀνατολίου, Μαξίμου τε αὖ καὶ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων, ἄνευ ἐκείνων τῶν ἅμα Διοσκόρῳ βεβαλημένων τῆς συγκλήτου καθαιρεθέντων, ἀναφορὰ περὶ τούτων πρὸς Μαρκιανὸν ἐγράφετο βεβαλημένη τῆς συνόδου, καὶ ἡ καθαίρεσις ἐπέμπετο Διοσκόρῳ βεβαλημένη τῆς αὐτῆς συνόδου, ἔχουσα ὧδε. γίνωσκε σαυτὸν [a] ἀφ' ἧς καὶ τῶν θείων κανόνων ὑφοψίαν, καὶ διὰ τὴν ἀπείθειάν σου τὴν περὶ τὴν ἁγίαν ταύτην καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον, ὑφ' ὧν καὶ τοῖς ἄλλοις πλημμελήμασιν οἷς ἔλαβες, καὶ τρίτον κληθεὶς παρὰ τῆς ἁγίας ταύτης καὶ μεγάλης συνόδου, καὶ τοὺς θείους κανόνας ἐπὶ τὸ ἀποκείναβαλ τοῖς ἐπαγομένοις, οὐκ ἀπήντησας μηνὶ Ὀκτωβρίῳ τῷ ἐνεστῶτι τρισκαιδεκάτῃ, παρὰ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου καθῃρῆσθαι τοῦ ἐπισκοπῆς, καὶ παντὸς ἐκκλησιαστικοῦ θεσμοῦ ὑπάρχειν ἀλλότριον. εἶτα τῶν περὶ τούτων γεγραφέντων καὶ τοὺς θεοφιλεῖς [2] ἐπισκόπους τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, καὶ [3] προθέματος καὶ τοῦ Διοσκόρου γενομένου, τὰ τοιαύτης

a

Valesii Annotationes.

1 Παντὸς ἐκκλησιαστικοῦ θεσμοῦ] Hoc vocabulum varie exponunt Interpretes. Nam Langus conſuetudinem vertit. Muſculus vero & Chriſtophorſonus ita interpretati ſunt. *Et ab omni Eccleſiaſtico jure eſſe abalienatum.* Vetus autem Interpres Chalcedonenſis Concilii pag. 214. functionem vertit, rectius meo quidem judicio. In libello autem depoſitionis ejuſdem Dioſcori, quem Chalced. ſynodus iiſdem fere verbis miſit ad Clericos Alexandrinæ Eccleſiæ qui tum erant Chalcedone, pro θεσμοῦ ſcriptum eſt βαθμοῦ hoc modo. καθαιρεῖσθαι τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ παντὸς ἐκκλησιαστικοῦ βαθμοῦ γενέσθαι ἀλλότριον. In ſententia vero damnationis quam Legati ſedis Apoſtolicæ contra eundem Dioſc. pronunciarunt, pro eodem ponitur ἐνέργεια. Sic enim ibi legitur: ἐγύμνωσεν αὐτὸν τοῦ ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἀλλοτριώσεως ἐνεργείας. Idcirco autem hæc verba adjecta ſunt a Synodo, ut ſignificarent Dioſcorum ad laicam communionem redactum eſſe. Non enim ſolum Epiſcopali dignitate exutus eſſe dicitur, verum etiam ab omni Eccleſiaſtico officio ſubmotus: ne quis forte exiſtimaret eum ab actu Epiſcopali remotum in Presbyterii gradum detruſum eſſe. Id enim facere, ſacrilegium eſt, ut dicitur in act. 4. Synodi Chalcedonenſis pag. 247.

2 Ἐπισκόπους τῆς Ἀλεξανδρείας] Scribendum videtur Κληρικούς. Libellus enim depoſitionis Dioſcori miſſus eſt ad Clericos Alexandrinæ Eccleſiæ qui tunc erant Chalcedone, ut videre eſt in actis Chalced. Concilii pag. 214. Ordo quidem legitimus poſtulabat, ut Dioſcori depoſitio Epiſcopis quoque Ægypti a Synodo indicaretur. Verum id poſtea præſtituri erant Epiſcopi Chalced. Concilii in ſua Synodica. Tunc vero ſatis habuerunt, depoſitionem Dioſcori Alexandrinis clericis qui tum erant Chalcedone, ſignificare, Eleemoſyno ſcilicet Presbytero & œconomo, & Euthalio Archidiacono, ac reliquis clericis. Certe hic de Epiſcopis Ægypti ſermonem non eſſe, ſatis declarant Evagrii verba. Epiſcopos enim Alexandrinæ Eccleſiæ eos appellat: quæ appellatio non convenit Epiſcopis Ægypti.

3 Προθέματος] In Niceph. ſcriptum eſt προθέματος. In actis tamen Chalced. Concilii ſcribitur πρόθεσμα. In Telleriano codice ſcriptum inveni προθέματος.

Variorum.

a Διὰ τὴν κατὰ τῶν θείων κανόνων ὑστεροψίαν] Pagius aliique obſervarunt ex Anatolii verbis paulo infra, Dioſcorum depoſitum non fuiſſe quod hæreſin propugnaſſet, (quanquam revera Eutychianiſta fuit & hæreticus pertinaciſſimus) ſed ob contumaciam, violationem canonum, & contemptum legum Eccleſiaſticarum.

συνελθό-

συνελθόντως πέρας ἐδέχετο. οὕτω μὲν οὖν τὰ τῆς Φθασάσης συνελθόντως ἐπερατώθη· μετὰ ταύτην δὲ ἡ αὖθις συναλισθέντες ἔφασκον πρὸς πεῦσιν τῶν ἀρχόντων,
1 διδαχθῆναι βουλόμενοι τὰ τῆς ὀρθῆς θρησκείας, Καὶ ὡς οὐ δέοι τὶ περαιτέρω τυπωθῆναι ἅπαξ τῶν καθ' Εὐτυχῆ πέρας δεξαμένων, ἡ ἅπαξ τυπωθέντων παρὰ τῷ ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ, οἷς ἅπαντες ἐφοίτησαν· βοῶντάς τε αὖ πάντων τῶν ἐπισκόπων πάντας τὰ αὐτὰ λέγειν, καὶ τῶν δεχόντων διαλαλησάντων ἕκαστον πατριάρχῃ συλλεγόμενον ἓν ἢ δεύτερον τῆς ἰδίας διοικήσεως προέσθαι, εἰς μέσον παρελθεῖν, ὡς τὴν
2 ἑκάστου φανερωθῆναι γνώμην, Φλωρέντιος ἐπίσκοπος Σάρδεων ἐνδόσιμον ᾔτησεν, ἐφ' ᾧ μετὰ σκέμματος προσελθεῖν αὐτοὺς τῇ ἀληθείᾳ. καὶ Κεκρόπιος ἐπίσκοπος Σεβαστοπόλεως ἔφη ταῦτα· Ἡ πίστις καλῶς εἴρηται τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων, καὶ ἐβεβαιώθη παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων, Ἀθανασίου, Κυρίλλου, Κελεστίνου, Ἱλαρίου, Βασιλείου, Γρηγορίου, καὶ νῦν πάλιν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Λέοντος. καὶ ἀξιοῦμεν καὶ τὰ τῶν ἁγίων πατέρων τὴν καὶ τὰ τοῦ ὁσιωτάτου Λέοντος ἀναγνωσθῆναι. ὧν ἀναγνωσμένων ἡ πᾶσα συνόδος ἐπεκραύγασε ταῦτα. αὕτη ἡ πίστις τῶν ὀρθοδόξων. οὕτως πάντες πιστεύομεν. ὁ Πάπας Λέων οὕτω πιστεύει· Κύριλλος οὕτως ἐπίστευσεν· ὁ Πάπας οὕτως ἡρμήνευσεν. ἑτέρας τε διαλαλιᾶς ἐνεχθείσης, ὥστε καὶ τὰ ἐκτεθειμένα παρὰ τῶν ἁγίων ρν' τυχεῖν ἀναγνώσεως, ἀνεγνώσθη καὶ ταῦτα. πρὸς ἃ πάλιν οἱ τῆς συνόδου βοήσαντες, ἔφησαν. αὕτη ἡ πάντων πίστις· αὕτη ἡ πίστις τῶν ὀρθοδόξων· οὕτως
3 πάντες πιστεύομεν. 3 μεθ' οὓς Αἴπιος ὁ διάκονος ἔφη ἔχειν μὲν χεῖρας τινὰ πρὸς Νεστόριον ἐπιστολὴν Κυρίλλου τοῦ θεσπεσίου, ἣν πάντες οἱ ἐν Ἐφέσῳ συλλεγέντες ἐκύρωσαν οἰκείαις ὑποσημιώσεσιν· ἔχειν τε καὶ τινὰ ἑτέραν ἐπιστολὴν αὐτοῦ Κυρίλλου, γεγραμμένην πρὸς Ἰωάννην τὸν Ἀντιοχείας, καὶ αὐτὴν βεβαιωθεῖσαν, ἃς ἐξῆτει ἀναγνώσεως τυχεῖν. διαλαλιᾶς τε περὶ ταῦτα γεγενημένης, ἄμφω ἀνεγνώσθησαν· καὶ ἡ μὲν προτέρας αὐτῆς ἔνια τοῖς ὀνόμασιν ἐχὶ ταῦτα. Τῷ βλασφήμῳ συλλειτουργῷ Νεστορίῳ Κύριλλος. Καταφλυαροῦσιν, ὡς μανθάνω, τινὲς τῆς ἐμῆς ὑπολήψεως ἐπὶ τὴν σὴν θεοσέβειαν, καὶ τοῦτο συχνῶς, τὰς τῶν ἐν τέλει συνόδους καιροφυλακτοῦντες μάλιστα, καὶ τάχα που καὶ τέρπειν οἰόμενοι τινὰ σὴν ἀκοήν. καὶ μετ' ἔτερα· ἔφη τοίνυν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς κατ' Φύσιν γεννηθέντα Υἱὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἀληθινοῦ Θεὸν ἀληθινόν, τὸ Φῶς τὸ ἐκ τοῦ Φωτός, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ πατήρ, κατελθεῖν, σαρκωθῆναι, ἐνανθρωπῆσαι, παθεῖν, ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀνελθεῖν εἰς οὐρανούς. τὸν-

sessus iste finem accepit. Hunc in modum finito superiore consessu, Episcopi denuo congregati, ad interrogationem Judicum qui rectam fidem exponi postulaverant, responderunt, nihil amplius esse statuendum, cum causa Eutychis finem accepisset, & Episcopi Romani judicio esset terminata, cui universi acquievissent: Rursus vero cum omnes Episcopi clamarent se cunctos eadem dicere, & Judices facta interlocutione pronuntiassent, ut singuli Patriarchæ cum uno aut altero Episcopo quem ex sua Diœcesi elegissent, in medium prodirent, quo uniuscujusque sententia palam fieret: Florentius Sardianus Episcopus inducias postulavit, ut cum deliberatione ad veritatis notitiam pervenirent. Tum Cecropius Episcopus Sebastopoleos dixit: Fides recte exposita est à trecentis & octodecim sanctis Patribus, & confirmata à sanctis Patribus, Athanasio, Cyrillo, Cœlestino, Hilario, Basilio, Gregorio, & nunc denuo per sanctissimum Leonem. Petimus igitur, ut verba trecentorum & octodecim sanctorum Patrum, & sanctissimi Leonis scripta recitentur. Quibus perlectis, universa synodus exclamavit in hæc verba. Hæc fides Orthodoxorum. Sic omnes credimus. Leo Papa ita credit. Cyrillus ita credidit. Papa sic exposuit. Postea vero cum alia interlocutio prolata fuisset, ut expositio fidei centum & quinquaginta Patrum recitaretur, statim recitata est: & completa lectione, universa synodus exclamavit. Hæc est omnium fides. Hæc fides Orthodoxorum. Sic omnes credimus. Posthæc Aëtius Archidiaconus dixit, habere se præ manibus Epistolam divini Cyrilli ad Nestorium, quam universi Episcopi in Ephesina synodo congregati subscriptionibus suis comprobassent. Alteram item Epistolam ejusdem Cyrilli se habere, scriptam ad Joannem Episcopum Antiochiæ, quæ similiter fuisset confirmata. Petiitque ut ambæ recitarentur. Facta igitur hac de re interlocutione, utraque Epistola recitata est. Prioris autem Epistolæ pars ad verbum sic habet. Reverendissimo & Piissimo comministro Nestorio Cyrillus. Nonnulli, ut audio, apud sanctitatem tuam obtrectant famæ nostræ, idque sæpissime: tempus illud præcipue captantes, cum honoratos ac primores viros in unum collectos viderint: ac fortasse existimantes, aures tuas hujusmodi sermonibus oblectari. Et aliquanto post. Sancta igitur & magna synodus ait, illum ex Deo Patre secundum naturam genitum Filium unicum, Deum verum ex Deo vero, lumen ex lumine: per quem omnia fecit Pater; descendisse, incarnatum esse, hominem factum, & passum esse, tertio die resurrexisse, in Cælum ascendisse. His nos

Florentius Sardianus Ep.

Cecropius.

Aetius.

Cyrilli ad Nestorium literæ.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ ὡς οὐ δέοι] Proculdubio delenda est particula καὶ, quippe quæ hoc loco prorsus superflua est. Porro locus quem designat Evag. extat in actione secunda Concilii Chalced. pag. 159. editionis Binii. Cæterum notandum est id quod jam monui, exemplaria Synodi Chalced. quibus usus est Evagrius, diversa fuisse ab iis quæ nunc habemus. Nam quæ nobis est actio tertia, secunda est Evagrio, ut jam vidimus. Quæ vero in nostris exemplaribus inscribitur secunda actio, tertia est Evagrio, ut ex hoc loco & sequentibus manifestum fiet.

2 Φλωρέντιος ἐπίσκοπος] Locus quem hic designat Evagrius, legitur in actione secunda Chalced. Concilii p. 159. Verba item Cecropii Episcopi Sebastopoleos habentur in eadem pagina.

3 Μεθ' οὓς Αἴπιος] Extat etiam hic locus in actione secunda Chalced. Concilii pag. 160.

SÆC. V.

verbis atque decretis inhærere oportet, considerantes quid sit incarnatum esse, & hominem factum Deum Verbum. Non enim dicimus naturam Verbi immutatam, carnem esse factam: sed neque in totum hominem conversam esse, qui constat ex anima & corpore. Verum illud potius dicimus, Verbum, cum carnem anima rationali animatam sibi personaliter univisset, ineffabili quadam & incomprehensibili ratione hominem factum esse, & filium hominis vocatum, non juxta voluntatem dumtaxat ac beneplacitum, sed nec solius personæ assumptione. Et diversas quidem esse naturas quæ in veram unitatem convenerint: unum autem esse Christum & Filium: non quod naturarum diversitas sublata sit per unitionem: sed potius divinitate simul & humanitate unum nobis Dominum & Christum ac Filium perficiente per ineffabilem & arcanum illum concursum ad unitatem. Et paulo post. Quoniam vero propter nos & propter nostram salutem humana natura sibi personaliter unita, processit ex muliere, idcirco natus dicitur secundum carnem. Neque enim primum natus est homo vulgaris ex sancta Virgine, ac deinde Verbum in eum descendit: sed ab ipso utero unitus carnalem nativitatem subiisse dicitur, ut pote qui carnis suæ nativitatem sibi propriam adsciscat. Eodem modo illum passum esse dicimus & resurrexisse, non quasi Deus Verbum in sua natura plagas passus sit, aut clavorum transfixiones, aut alia quælibet vulnera: Deus enim perpessionis expers est, ut pote qui careat corpore. Sed quoniam corpus illud quod proprium ejus erat, passum est, idcirco passus idem dicitur esse pro nobis. Nam in corpore quod patiebatur, inerat Deus impatibilis. Altera autem Cyrilli Epistola, majore quidem ex parte jam relata est in primo hujus historiæ libro. Extat autem in ea dictum quoddam, quod Joannes quidem Antiochensis Episcopus in literis suis exposuerat: Cyrillus vero omnibus suffragiis approbavit. Id sic habet. Confitemur sanctam Virginem, Deiparam, propterea quod Deus Verbum ex ea carnem sumpserit & homo factus sit, & ab ipso conceptionis exordio templum ex ea assumptum sibi univerit. Evangelicas autem & Apostolicas voces quæ de Domino dicuntur, scimus divinos illos viros alias quidem communiter accipere, ut de una persona dictas: alias vero dividere, ut quæ de duabus naturis proferantur. Et has quidem Deo dignas, juxta deitatem Christi: alias vero humiles atque abjectas, juxta ejusdem humanitatem tradidisse. Quibus hæc subjungit Cyrillus. His sacris vocibus vestris perlectis, cum nos ipsos idem sentire intelligeremus: unus enim Dominus, una fides, unum baptisma: Servatorem omnium Deum glorificavimus, invicem gratulantes, quod tam nostræ,

Ad Joannem Antioch. Ep.

τοις ϗ ἡμᾶς ἔπεϛϑ δεῖ, καὶ τοῖς λόγοις καὶ τοῖς ϖϖϛδείγμασιν, ἐνοουῦντας τί τὸ Ϛαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι δηλοῖ τὸν Θεὸν λόγον. ϗ γὰϱ Φαμὲν ὅτι ἡ τοῦ λόγου Φύσις μεϛαποιηθεῖσα, γέγονε σάρξ· ἀλλ' ϗδὲ εἰς ὅλον ἄνθρωπον μεταξεληθῆναι τὸν ἐκ ψυχῆς ϗ σώματος· ἐκεῖνο ϑ μᾶλλον, ὅτι σάρκα ἐμψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ ἑνώσας ὁ λόγος ἑαυτῷ καθ' ὑπόϛασιν, ἀφϱάϛως ϗ ἀϖϖεινοήτως γέγονεν ἄνθϱωπος, καὶ κεχϱημάτικεν Υἱὸς ἀνθϱώπου, ϗ οχ̣ὶ θελήσει μόνῃ, ἢ βουλήσει· ἀλλ' ϗδὲ ὡς ἐν ϖϖοσωλήψει ϖϖοσώπου μόνου· καὶ ὅτι ϑιάφοϱοι μὲν αἱ πϱὸς ἑνότηϛα τὴν ἀληθινὴν συνενεχθεῖσαι φύσεις, εἷς ϑ ἐξ ἀμφοῖν Χϱιϛὸς, καὶ Υἱός, ϗχ ὡς τῆς Φύσεων διαφοϱᾶς ἀνηϱημένης ϑιὰ τὴν ἕνωσιν· ἀποτελεσασῶν δὲ μᾶλλον ἡμῖν τὸν ἕνα Κύϱιον καὶ Χϱιϛὸν καὶ Υἱὸν ἐκ ϑεότητός τε καὶ ἀνθϱωπότητος, ϑιὰ τῆς ἀφάϱτου καὶ ἀϖοῤῥήτου πϱὸς ἑνότηϛα συνδϱομῆς. καὶ μετ' ὀλίγα. ἐπειδὴ δὲ δι' ἡμᾶς καὶ ϑιὰ τὴν ἡμετέϱαν Ϛωτηϱίαν ἑνώσας ἑαυτῷ καθ' ὑπόϛασιν τὸ ἀνθϱώπινον ϖϖοσῆλθεν ἐκ γυναικὸς, ταυτὶ λέγεται καὶ γεννηθῆναι Ϛαρκικῶς. ϗ γὰϱ ϖϖῶτον ἄνθϱωπος ἐγεννήθη κοινὸς ἐκ τῆς ἁγίας ϖαϱθένου, εἶθ' ὕϖως καταϖεφοίτηκεν ἐϖ' αὐτὸν ὁ λόγος· ἀλλ' ἐξ αὐτῆς μήτϱας ἑνωθεὶς, ὑϖομένειν λέγεται γέννησιν Ϛαρκικὴν, ὡς τῆς ἰδίας Ϛαρκὸς τὴν γένησιν οἰκειούμενος. οὕτω Φαμὲν αὐτὸν ϖαθεῖν, καὶ ἀναϛῆναι, ϗχ ὡς τοῦ Θεοῦ λόγου ϖαθόντος εἰς ἰδίαν Φύσιν, ἢ πληγὰς, ἢ ϑιαῤῥήσεις ἥλων, ἢ γοῦν τὰ ἕτεϱα τῶν τϱαυμάτων. ἀϖαθὴς γὰϱ τὸ Θεῖον, ὅτι καὶ ἀσώματον. ἐπειδὴ δὲ τὸ γενητὸς αὐτῷ ἴδιον σῶμα ϖέϖονθε, ταῦτα ϖάλιν αὐτὸς λέγεται ϖαθεῖν ὑϖὲϱ ἡμῶν. ἰδοὺ γὰϱ ὁ ἀϖαθὴς, ἐν τῷ ϖάσχοντι σώματι. τῆς δέ γε ἑτέϱας τὰ ϖολλὰ μὲν χϱὶ τὴν ϖϖοτέϱαν ἰσοτίαν ἐϖήνεγκαν. ἔϛι δὲ ἐν αὐτῇ ῥῆσις τοιάδε, ἣν γέγϱαφε μὲν Ἰωάννης ὁ τῆς Ἀντιοχέων, ϖϖοσήκατο δὲ ϖάσαις ψήφοις Κύϱιλλος. ὁμολογοῦμεν τὴν ἁγίαν ϖαϱθένον Θεοτόκον, ϑιὰ τὸ τὸν Θεὸν λόγον Ϛαρκωθῆναι ἐξ αὐτῆς καὶ ἐνανθϱωϖῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἑνῶσαι ἑαυτῷ τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν. τὰς ϑ εὐαγγελικὰς καὶ ἀϖοϛολικὰς ἐϖὶ τοῦ Κυϱίου φωνὰς, ἴσμεν τοὺς Θεοφόϱους ἄνδϱας τὰς μὲν κοινοϖοιοῦντας, ὡς ἐφ' ἑνὸς ϖϖοσώϖου· τὰς δὲ ϑιαιϱοῦντας, ὡς ἐϖὶ δύο Φύσεων· ϗ τὰς μὲν Θεοϖϱεϖεῖς, χϱὶ τὴν Θεότητα τοῦ Χϱιϛοῦ· τὰς δὲ ταϖεινὰς, χϱὶ τὴν ἀνθϱωϖότηϛα αὐτοῦ ϖϖοσδιδόντος. οἷς ἐϖήγαγεν· ταύταις ὑμῶν ταῖς ἱεϱαῖς ἐντυχόντες φωναῖς, ὕϖως μὲν καὶ αὐτοὶς Φϱονοῦντας ϑιείσκομεν. εἷς γὰϱ Κύϱιος, μία ϖίϛις, ἓν βάϖτισμα. ἐδοξάσαμεν οὖν τὸν τῶν ὅλων Σωτῆϱα Θεὸν, ἀλλήλοις συγχαίϱοντες

VALESII ANNOTATIONES.

1 Αἱ ϖϖοσωϖότητα τὴν ἀληθινὴν συνενεχθεῖσαι φύσεις] Divina enim & humana natura simul junctæ, unum Christum ac Dominum nobis constituerunt. Atque ita verum est quod ait Cyrillus, duas naturas inter se diversas, in veram unitatem coivisse: quod tamen non intellexit Christoph. non quod ex duabus naturis una facta sit, quemadmodum Eutyches asseruit: Sed quod ex duabus naturis unus extiterit Christus. Atque ita Cyrillus sententiam suam paulo post exponit, cum ait, ϑιὰ τῆς ἀφάϱτου καὶ ἀϖοῤῥήτου ϖϖὸς ἑνότηϛα συνδϱομῆς. Ex his apparet halucinatum esse Joannem Langum, doctum alioqui Nicephori Interpretem, qui ἑνότης unionem vertit.

ροντες

ροντες, ὅτι ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς καὶ τῇ τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων συμβαίνουσαν ἔχουσι πίστιν αἵ τε παρ' ἡμῖν, καὶ αἱ παρ' ὑμῖν ἐκκλησίαι. ὧν ἀνεγνωσμένων, οἱ τῆς αὐτῆς ἐπεβόησαν συνόδου ῥήμασι τοιούτοις. πάντες οὕτως πιστεύομεν· ὁ πάπας Λέων οὕτως πιστεύει. ἀνάθεμα τῷ μερίζοντι, καὶ τῷ συγχέοντι· αὕτη ἡ πίστις Λέοντος τοῦ ἀρχιεπισκόπου· Λέων οὕτως πιστεύει, Λέων καὶ Ἀνατόλιος οὕτως πιστεύουσι· πάντες οὕτως πιστεύομεν· ὡς Κύριλλος οὕτως
1 πιστεύομεν· αἰωνία ἡ μνήμη Κυρίλλου· ὡς αἱ ἐπιστολαὶ Κυρίλλου εἰσὶν, οὕτως φρονοῦμεν· οὕτως ἐπιστεύσαμεν, οὕτως πιστεύομεν. Λέων ὁ ἀρχιεπίσκοπος οὕτως φρονεῖ, οὕτως πιστεύει, οὕτως ἔγραψε. διαλαλιᾶς δὲ γενηθείσης καὶ τῆς Λέοντος ἐπιστολὴν ἀναγνωσθῆναι, μεταφρασθεῖσα τῆς ἀναγνώσεως ἔτυχεν. ἥτις τοῖς πραχθεῖσιν ἐμφέρεται. μετὰ γοῦν τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ἐπισκόπων ἐπιβοησάντων, αὕτη ἡ πίστις τῶν πατέρων, αὕτη ἡ πίστις τῶν ἀποστόλων· πάντες οὕτως πιστεύομεν, οἱ ὀρθόδοξοι οὕτως πιστεύομεν· ἀνάθεμα τῷ μὴ οὕτως πιστεύοντι· Πέτρος διὰ Λέοντος ταῦτα ἐξεφώνησεν. οἱ ἀπόστολοι οὕτως ἐδίδαξαν· θύσεβῶς καὶ ἀληθῶς Λέων ἐδίδαξε, Κύριλλος οὕτως ἐδίδαξε, Λέων καὶ Κύριλλος ὁμοίως ἐδίδαξαν. ἀνάθεμα τῷ μὴ οὕτως πι-
2 στεύοντι· αὕτη ἡ ἀληθὴς πίστις, οἱ ὀρθόδοξοι οὕτως φρονοῦσιν, αὕτη ἡ πίστις τῶν πατέρων· ταῦτα ἐν Ἐφέσῳ διὰ τί οὐκ ἀνεγνώσθη. ταῦτα Διόσκορος ἔκρυψεν; ἐμφέρεται ἐν τοῖς αὐτοῖς πεπραγμένοις, ὡς νίκα τὸ μέρος τῆς ἐπιστολῆς Λέοντος ἀνεγνώσθη, περιέχον, καὶ πρὸς τὸ τὸ χρεωστούμενον ὄφλημα τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐκτεθῆναι, ἡ θεία Φύσις ἡνώθη τῇ Φύσει τῇ παθητῇ, ἵνα τοῦτο δὴ τὸ ταῖς ἡμετέραις ἰάσεσιν ὑπάρχον ἁρμόδιον, ὁ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὢν μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς, καὶ ἀποθνήσκειν ἐκ μὲν ἑνὸς δυνηθῇ, καὶ τελευτᾶν ἐκ δὲ ἑτέρου μὴ δυνηθῇ· πρὸς τὴν τοιαύτην ῥῆσιν ἀμφιβαλλόντων τῶν Ἰλλυριανῶν καὶ Παλαιστινῶν ἐπισκόπων, Ἀέτιος ἀρχιδιάκονος τῆς Κωνσταντίνου ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ῥῆσιν παρήγαγεν Κυρίλλου περιέχουσαν οὕτως. ἐπειδὴ ἴδιον πάλιν τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα χάριτι Θεοῦ, καθά φησιν
3 ὁ ἀπόστολος Παῦλος, ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου, λέγεται παθεῖν αὐτὸς τὸ ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον, οὐχ ὡς εἰς πεῖραν ἐλθὼν θανάτου, τό γε εἰκὸν εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν· ἀπόπληξία γὰρ τοῦτο λέγειν, ἢ φρονεῖν· ἀλλ' ὅτι, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἐγεύσατο θανάτου. καὶ πάλιν περὶ τὴν ῥῆσιν τῆς ἐπιστολῆς Λέοντος τὴν ἔχουσαν· ἐνεργεῖ γὰρ ἑκατέρα μορφὴ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας, ὅπερ ἴδιον ἔσχηκε· τοῦτο μὲν λόγου κατεργαζομένου τοῦτο ὅπερ ἐστὶ τοῦ λόγου· τοῦτο δὲ σώματος ἐκτελοῦντος, ἅπερ ἐστὶ τοῦ σώματος.

quam veſtræ regionis Eccleſiæ, fidem cum ſcripturis divinitus inſpiratis & cum traditione ſanctorum Patrum conſentientem profiteantur. Quibus perlectis, Epiſcopi qui aderant exclamarunt his verbis. Univerſi ita credimus: Leo Papa ita credit. Anathema ei qui dividit, & ei qui confundit. Hæc eſt fides Leonis Archiepiſcopi. Leò ſic credit. Leo & Anatolius ita credunt. Univerſi ita credimus. Ut Cyrillus, ſic nos credimus. Cyrilli æterna memoria. Ut Epiſtolæ Cyrilli habent, ſic ſentimus. Ita credidimus, ita credimus. Leo Archiepiſcopus ita ſentit, ita credit, ita ſcripſit. Poſtea cum interlocutio prolata eſſet, ut Epiſtola quoque Leonis recitaretur, in Græcum ſermonem converſa publice recitata eſt, & monumentis actorum inſerta habetur. Hac Epiſtola perlecta, cum Epiſcopi acclamaſſent: Hæc fides Patrum: hæc fides Apoſtolorum: omnes ita credimus. Orthodoxi ita credunt. Anathema ei qui ſic non credit. Petrus per Leonem iſta locutus eſt. Apoſtoli ita docuerunt. Pie ac vere docuit Leo. Cyrillus ita docuit. Leo & Cyrillus ſimiliter prædicarunt. Anathema ei qui ſic non credit. Hæc vera fides. Orthodoxi ita ſentiunt. Hæc fides Patrum. Hæc Epheſi cur lecta non ſunt? Hæc Dioſcorus occultavit. Refertur in actis ejuſdem Concilii, quod cum legeretur pars ſupradictæ Epiſtolæ Leonis quæ ſic habet: Et ad reſolvendum conditionis noſtræ debitum, Natura inviolabilis, naturæ eſt unita paſſibili: * ut quod noſtris remediis congruebat, unus atque idem mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Jeſus, & mori poſſet ex uno, & mori non poſſet ex altero. Dubitantibus ad has voces Illyricianis & Palæſtinis Epiſcopis, Aëtius Archidiaconus ſanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ protulit locum Cyrilli qui ſic habet. Rurſus vero quoniam proprium ejus corpus gratia Dei, ſicut ait Apoſtolus Paulus, Pro omnibus mortem guſtavit, ideo pro nobis ipſe mortem paſſus eſſe dicitur: non quaſi mortem expertus fuerit quantum quidem ad naturam ipſius pertinet. Id enim vel dicere vel ſentire, extremæ dementiæ eſt. Sed quia caro ejus, ut paulo ante dixi, mortem deguſtavit. Rurſus cum legeretur pars ejuſdem Epiſtolæ Leonis quæ ſic habet: Agit enim utraque forma cum alterius communione, quod proprium eſt: Verbo ſcilicet operante quod Verbi eſt, & carne exequente quod carnis

Heb. 2. 9

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὡς αἱ ἐπιστολαὶ Κυρίλλου εἰσὶν] In actione ſecunda Chalcedonenſis Concilii pag. 161. pro εἰσὶν, ſcribitur ἔχουσιν.

2 Οἱ ὀρθόδοξοι οὕτως πιστεύομεν] In actione ſecunda Chalcedonenſis Concilii pag. 169. ſcribitur πιστεύσει: quod magis probo, licet Nicephorus vulgatam ſcripturam confirmet.

* *Ut quod noſtris remediis*] Eadem verba repetuntur in Sermone primo Leonis Papæ de Nativitate.

3 Ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου] Aſſentior viris doctis qui ὑπὲρ παντὸς emendarunt, quemadmodum ſcribitur etiam apud Nicephorum, & in actione ſecunda Concilii Chalced. pag. 170.

SÆC. V.

est. Unum horum coruscat miraculis, alterum succumbit injuriis. Dubitantibus ad hæc Illyricianis & Palæstinis Episcopis, idem Aetius legit capitulum Cyrilli quod sic habet. Ex vocibus quæ de Christo loquuntur, aliæ sunt Deo convenientes quam maxime. Aliæ vero conveniunt homini. Quædam vero medium obtinent locum, Filium Dei Deum simul atque Hominem esse indicantes. Post hæc cum supra memorati Episcopi dubitassent ad alteram partem ejusdem Epistolæ quæ sic habet. Quamvis enim in Domino Jesu Christo Dei & hominis una persona sit, aliud tamen est unde in utroque communis est contumelia, aliud unde communis est gloria. De

Theodoritus.

nostro enim illi est minor Patre humanitas: de Patre est illi æqualis cum Patre divinitas. Theodoritus re perpensa, Cyrillum quoque ita locutum esse dixit his verbis. Qui homo factus est, & quod proprium ipsius erat, non dimisit. Mansit enim id quod erat. Intelligitur autem omnino & aliud inhabitans in alio, hoc est divina natura in homine. Post hæc cum amplissimi Judices interrogassent, num quis adhuc dubitaret, omnes Episcopi responderunt, neminem amplius dubitare. Tum

Atticus Nicopolis Ep.

XVI. De Calendione Antiochiæ Episcopo. Utque exilio damnatus sit ob amicitiam quam cum Illo & Leontio habuisse credebatur. Item quomodo Petrus Fullo Mongo & Episcopis Constantinopolis & Hierosolymorum sociatus fuerit.
XVII. De his quæ Petrus scripsit ad Acacium, qui Chalcedonensem Synodum susceperat.
XVIII. Quomodo Joannes Alexandrinus Episcopus Felici Papæ persuaserit, ut depositionis libellum mitteret Acacio Constantinopolitano.
XIX. De Cyrillo præposito Monasterii Acœmitensium: quomodo Romam ad Felicem quosdam direxerit, incitans illum ut ea quæ adversus fidem commissa erant, ulciscerentur.
XX. De iis quæ Felix ad Zenonem, & Zeno ad Felicem scripsit.
XXI. Quomodo Symeones Monachus Acœmitensis, Romam veniens, Legatos Ecclesiæ Rom. qui Constantinopolim venerant, coarguit quod cum hæreticis communicassent: & quomodo Legati & omnes communicatores Petri à Romanis depositi sint.
XXII. De turbis quæ Alexandriæ & variis in locis excitatæ sunt ob Chalcedonense Concilium.

XXIII. De Fravita & Euphemio Conſtantinopolis Epiſcopis: & de Athanaſio ac Joanne Alexandrinis: & de Palladio ac Flaviano Antiochenis: item de aliis quibuſdam.
XXIV. De cæde Armati qui cognatus fuit Verinæ Auguſtæ.
XXV. De Theodorici Scythæ rebellione, deque ejuſdem interitu.
XXVI. De rebellione Marciani, & quid eidem acciderit.
XXVII. De Tyrannide Illi ac Leontii.
XXVIII. De Mammiano, & de operibus ab eo conſtructis.
XXIX. De Zenonis obitu, & de Anaſtaſii Imperatoris nuncupatione.
XXX. De Anaſtaſio Imperatore: & quomodo, cum ille nihil in Eccleſiaſtico ſtatu ſineret innovari, totius orbis Eccleſiæ innumeris perturbationibus repletæ ſunt, multique Epiſcopi eam ob cauſam expulſi.
XXXI. Epiſtola Monachorum Palæſtinæ ad Alciſonem de Xenaia Monacho, & de aliis quibuſdam.
XXXII. De expulſione Macedonii Conſtantinopolitani Epiſcopi, & Flaviani Antiocheni.
XXXIII. De Severo Epiſcopo Antiochiæ.
XXXIV. De libello depoſitionis ad eundem Severum miſſo à Coſma & Severiano.
XXXV. De extincta Iſaurorum Tyrannide.
XXXVI. Quomodo Saraceni pacem cum Romanis fecerunt.
XXXVII. De expugnatione Amidæ, & de conditu urbis Daras.
XXXVIII. De longo muro.
XXXIX. De Vectigali quod Chryſargyrum vocant, & quomodo ſublatum ſit ab Anaſtaſio.
XL. De his quæ Zoſimus ſcripſit de Chryſargyro & de Conſtantino Imperatore.
XLI. Invectiva in Zoſimum ob ejus in Conſtantinum & Chriſtianos maledicta.
XLII. De auraria penſione.
XLIII. De Vitaliani Tyrannide.
XLIV. Quomodo ingens ſeditio in populo excitata ſit, cum Anaſtaſius iu Hymno Triſagio has voces addere voluiſſet: qui crucifixus eſt pro nobis. Quod metuens Anaſtaſius, ſimulatione uſus, ſtatim plebis animos commutavit. Item de obitu ejuſdem Anaſtaſii.

ΕΥΑΓΡΙΟΥ

ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΕΥΑGRII

ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ SCHOLASTICI

ΕΠΙΦΑΝΕΩΣ EPIPHANIENSIS

Καὶ ἀπὸ ἐπάρχων, Et ex præfectis,

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ECCLESIASTICÆ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ HISTORIÆ

ΤΟΜΟΣ ΤΡΙΤΟΣ. LIBER TERTIUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'. CAPUT I.

Περὶ τῆς βασιλείας Ζήνωνος, καὶ τοῦ βίου αὐτοῦ. *De Imperio Zenonis, deque ejusdem vitâ.*

Ζήνων δὲ, ἐπεὶ τὴν βασιλείαν τοῦ παιδὸς οἱ τελευτήσαντος μόνος ἐδιεβάλετο, ὥσπερ οὐκ οἰόμενος τῶν ὅλων ἐγκρατὴς γενέσθαι, εἰ μὴ καὶ πάσαις ταῖς ὀπυίσαις ἡδοναῖς μετ' ἐξουσίας ἐπεξέλθοι, τοσοῦτον ἐκ προοιμίων ἑαυτὸν ταῖς ἐπιθέσεσι τῶν ἐπιθυμιῶν ἐκδέδωκεν, ὡς μηδὲν αὐτὸν ἐπισχεῖν τῶν ἀπρεπῶν τε καὶ ἀθέσμων· ἀλλ' οὕτως τούτοις ἐμπολιτεύεσθαι ὡς τὸ σκοπὸς ταῦτα καὶ ἐν ἐδάφους γίγνεσθαι, χαμερπὲς εἶναι νομίζειν. τὸ δέ γε ἀναφανδὸν καὶ ὥσπερ ἐξ ἀπόπλου, βασιλικὸν, καὶ αὐτοκράτορι μόνῳ πρέπον· κακῶς καὶ δουλοπρεπῶς κεῖνος.

1 Οὐκ ἐξ ὧν ἑτέρων κρατεῖν πέφυκεν, ὁ αὐτοκράτωρ γνωρίζεται· ἀλλ' ἐξ ὧν ἑαυτοῦ πρῶτον ἄρχῃ 2 τε καὶ κρατεῖ, μηδενὶ τῶν ἀτόπων παρείσδυσιν 3 ἑαυτῷ διδούς· οὕτως δὲ ἀνάλωτος ταῖς ἀκρασίαις ὑπάρχων, ὡς ζῶν ἄγαλμα τῶν χρεττόνων εἶναι πρὸς μίμησιν, ἐκπαιδεύων τὸ ὑπήκοον. ὁ δὲ ταῖς ἡδοναῖς ἑαυτὸν ἀνοιγνὺς, λέληθε κατὰ σμικρὸν δοῦλος αἴσχιστος δορυάλωτος ἀνάπους νόμων, δεσποτείας συχνὰς ἀμείβων, ἴσα τοῖς ἀχρείοις τῶν δούλων· εἴπερ ἀναείθμητοι τῶν ἡδονῶν αἱ δέσποιναι καθεζοῦσιν, ἥκιστα πέρας τῆς συνεχείας τε καὶ τῆς σφῶν ἀλληλουχίας ἔχουσαι. ἀεὶ τῆς ἐν χερσὶν ἡδονῆς οὐχ ἱσταμένης, ὑπέκκαυμα δὲ καὶ προοί-

AT Zeno, simulatque mortuo ipsius filio solus imperium obtinuit, quasi persuasum habens se nequaquam summo imperio præditum esse, nisi in omne genus libidinis, quodcumque obvium esset, summa cum licentia effunderetur: statim ab ipso exordio illecebris cupiditatum ita se totum dedidit, ut nihil esset tam turpe tamque illicitum, quod impetum ejus cohiberet. Sed sic in flagitiis volutabatur, ut clam quidem ac remotis arbitris ea committere, vile ac plebeium existimaret: palam vero & sub oculis omnium ea patrare, regium quiddam & Imperatore dignum censeret. Verum hac in re perperam, ac prorsus servorum more judicavit. Neque enim Imperator ex eo quod aliis imperat, dignoscitur: sed ex eo quod se ipse regit atque moderatur, nihil pravi sinens in animum suum irrepere: sed adversus libidines adeo invictus, ut spirans quædam imago virtutis esse videatur, subditos omnes ad imitationem sui erudiens. Is vero qui voluptatibus se mancipaverit, paulatim imprudens efficitur servus turpissimus & captivus, nulla unquam pecunia redimendus: tanquam inutilia mancipia, multos subinde dominos mutans. Quippe innumerabiles voluptates, ejus dominæ efficiuntur, quæ continuatæ ac sibi invicem succedentes, nunquam exitum sortiuntur: dum voluptas quæ præsens est, nequaquam subsistit, sed quasi irritamentum est ac pro-

Boni Imperatoris character.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὅπ οὐκ ἐξ ὧν] In Manuscriptis exemplaribus Regio, Telleriano, & Florentino, & in editione Roberti Stephani, deest adverbium ὅπ, quod viri docti ex conjectura supplerunt, satis infeliciter. Ego vero non dubito quin scribendum sit ὃ γὰρ ἐξ ὧν ἑτέρων κρατεῖν πέφυκεν ὁ αὐτοκράτωρ γνωρίζεται. Porro non omittendum videtur scholium, quod in optimo codice Florentino adnotatum erat ad verba illa quæ paulo ante præmissa sunt, ὡς μηδὲν αὐτὸν ἐπισχεῖν. Ad eum locum eruditus quidam Scholiastes hæc appinxerat, παπαὶ τῆς νυνὶ ὀμβιότητος.

2 Παρείσδυσιν] Scribendum videtur παρεισδύνειν. Idque confirmat Nicephorus in cap. primo libri decimi sexti.

3 Οὕτως δὲ ἀνάλωτος] Assentior viris doctis qui jampridem emendarunt οὕτως δὲ ἀνάλωτος, &c. licet libri manuscripti nihil mutent. Nicephorus vero cum hunc locum corruptum videret, hoc modo interpolavit: κἀνταῦθεν ἀνάλωτος, &c.

μιον

Sæc. V. cæmium ſubſequentis. Donec Imperator quiſpiam vere effectus, turbulentam illam voluptatum dominationem procul expellat, regnans deinceps, non autem tyrannide oppreſſus: aut certe ad extremum uſque ſpiritum ſerviens, ad inferos detrudatur.

CAPUT II.

De Barbarorum incurſionibus, tam in Orientis, quam in Occidentis partibus.

HUJUSMODI ſub initium principatus fuit Zeno, vita intemperans ac diſſolutus. Qui vero ejus imperio parebant, tam in Orientis, quam in Occidentis partibus, graviſſima perpeſſi ſunt mala: Hinc Saracenis cuncta vaſtantibus: illinc Hunnis qui olim Maſſagetæ dicebantur, in Thracias irrumpentibus & Iſtrum trajicientibus, nemine obſiſtente: ipſo etiam Zenone reliqua barbaricum in morem deprædante.

CAPUT III.

De Tyrannide Baſiliſci, & de Zenonis fuga.

PORRO cum Baſiliſcus Verinæ frater adverſus ipſum inſurrexiſſet: erat enim Zeno etiam propinquis ſuis inviſus, eo quod omnes turpiſſimam ejus vitam averſarentur: nullum virile conſilium animo concepit. Ignava quippe ac puſilli animi res eſt nequitia, infirmitatem animi ex eo ſatis prodens, quod voluptatibus ſuccumbit. Sed contentiſſimo curſu aufugit, tali tantoque principatu citra pugnam cedens Baſiliſco. Obſidionem quoque diutiſſime ſuſtinuit in

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ ἐφόδων Βαρβαρικῶν, ἔντε τῇ ἕῳ καὶ τῇ δύσει.

ΤΟιαῦτα μὲν οὖν καταρχὰς ὁ Ζήνων, ἐκ- 2
δεδιητημένῳ τὸν βίον. οἱ δέ γε ὑπήκοοι
ᾗ τε ἀνίσχοντα, πρός τε δυόμενον ἥλιον, κα-
κῶς ἔπασχον· ἔνθεν μὲν τῆς σκηνητῶν βαρβάρων
πάντα λῃζομένων· Θρᾴκιόν δὲ πλῆθος Οὔννων τῶν
πάλαι Μασσαγετῶν ὀνομαζομένων, καὶ τὸν Ἴστρον
διαβάντων μηδενὸς ἀμύνοντος, αὐτοῦ δέ γε Ζήνω-
νος τὰ ἐπίλοιπα βαρβαρικῷ τρόπῳ πρὸς βίας 3
ἁφαιρουμένου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ τῆς τυραννίδος Βασιλίσκου, καὶ Φυγῆς Ζήνωνος.

ΕΠαναστάντος δὲ οἱ Βασιλίσκου τοῦ Βερίνης ἀ- a
δελφοῦ, καὶ τὰ οἰκεῖα γὰρ αὐτῷ ἐκπεπο-
λέμωτο, πάντων ἐπίσης τὸν αἴσχιστον αὐτοῦ βίον
διαστρεφομένων, ἀνδρικὸν μὲν οὐδὲν ὅλως ἐφρόνησεν.
ἀγεννὲς γὰρ καὶ δύσελπι ἡ ἀνοσιουργία, ἐκ τῆς
πρὸς τὰς ἡδονὰς ἥττης τεκμηριοῦσα τὸ ἄνανδρον.
φθύγει δὲ προστροπάδην, τῆς τοιαύτης δεσποτείας
ἀκονιτὶ παραχωρήσας τῷ Βασιλίσκῳ. καὶ πολι- 4
ορκίαν ὑπέσχη κατὰ τὴν αὐτῶν τῶν Ἰσαύρων 5

VALESII ANNOTATIONES.

1 Αὐτοκρότωρ τὶς ὕπως γιγνόμμῳ] Procul dubio ſcribendum eſt ὄντως γιγνόμμῳ, quemadmodum legitur apud Niceph.

2 Ἐκδεδιητημμένῳ τὸν βίον] Hoc verbum non intellexit Chriſtophorſonus, ut ex verſione ejus apparet. Sic enim vertit: *Ad hunc modum Zeno in initio Imperii ſui vitam inſtituit.* Græci ἐκδεδιητημένον βίον pro ſoluta & intemperante vita accipiunt. Quod verbum hoc ſenſu ſæpius occurrit in Dione Cocceiano & aliis. Hinc ἐκδιαίτησις pro luxu ac deliciis ſumitur, teſte Suida. Porro Græci diſſolutos ac luxurioſos homines ita appellant, eo quod illi nullam vivendi legem ſervare ſoleant. Sic Dionyſius Halicarnaſſenſis in libro quinto de Rege juſto loquens ait: μηδὲν ἐκδιαιτώμμῳ τῶν πατρίων, id eſt, *nuſquam diſcedens ab inſtitutis majorum.* Recte ergo Nicephorus hunc Evagrii locum expoſuit hoc modo. ἄρρυθμός τις καὶ ἀνάγωγος, καὶ τὸν βίον μάλιστα ἐκδεδιητημένῳ; id eſt, vir incompoſitus & inordinatus, & in vita maxime diſſolutus.

3 Πρὸς βίαν ἁφαιρουμένου] Mirum eſt, neutrum interpretem ſenſum hujus loci aſſecutum eſſe. Muſculus enim ita vertit: *Zenone deinceps ad Barbaricum morem violenter abrepto.* Chriſtophorſonus autem ita interpretatur: *Zeno vero reliquis etiam Imperii partibus per vim barbaro quodam more ac modo ſpoliatus eſt.* Atqui ſi Nicephorum conſuluiſſent, rectam hujus loci intelligentiam ab eo haurire poterant. Sic enim Nicephorus hæc Evagrii verba expoſuit. ὅσα δὲ τούτοις καταλιμπάνετο, ζήνωνι ὡσὸς βίαν ἀφῄρητο, ἐχ' ἧττον ἢ οἱ βάρβαροι ἐπιόντι, id eſt, *Si quid autem reliquerant barbari, id Zeno per vim abſtulit, qui non minus quam ipſi barbari, provinciales hoſtiliter vaſtavit.* Cæterum in Manuſcripto codice Florentino & Telleriano, legitur πρὸς βίας, quod quidem mihi videtur elegantius.

4 Καὶ πολιορκίαν ὑπέσχη] Zeno audita Baſiliſci defectione, metu territus cum Ariadne uxore in Iſauriam fugit, & intra caſtrum munitiſſimum cui nomen eſt Ubara, ſe recepit: poſtea vero cum Baſiliſcus Hillum & Trocondum cum ingentibus copiis contra eum miſiſſet, in Theſſædem ſe contulit, ſive ut ait Nicephorus, in urbem Seleuciam quæ caput erat totius Iſauriæ. Illic ab Hillo & Trocundo diu obſeſſus eſt, ut ſcribit Theophanes in Chronico pag. 104. Cedrenus item ac Nicephorus. Verum in Theophane corruptum eſt nomen Trocondi. Vulgatæ enim editiones habent. ἴλλου καὶ σεκούνδου, cum ſcribendum ſit τροκούνδου, ut recte legitur apud Nicephorum. Certe idem Theoph. pag. 106. Procundum vocat; quod propius accedit ad veram ſcripturam. Fuit hic Hilli frater, & Conſulatum geſſit anno Chriſti 482. ut legitur in Chronico Marcellini. tandem vero cum Hillus tyrannidem arripuiſſet, Trocondus qui à fratre ad parandas copias miſſus fuerat, à Joanne magiſtro militum captus, capite truncatus eſt, ut ſcribit Theophanes pag. 112. Quo tamen loco Trocondi nomen etiam corruptum eſt.

5 Κατὰ τὴν αὐτῶν τῶν Ἰσαύρων] Tranſpoſita ſunt voca-

VARIORUM.

a Βασιλίσκου] Auctor Chronici Alexandrini rem ita geſtam narrat: *Zeno Imp. petitus rem quampiam à Socru ſua Verina negavit. Appetitus deinde ab ea inſidiis, veritusque ne ab aliquo Palatinorum interficeretur (in regia enim cum genere ſuo Verina Socrus habitabat) Chalcedonem ſe contulit, atque inde veredis per equos diſpoſitos velut Imperator properavit in Iſauriam; quem fugiens matrem ſuam Ariadna Imperatrix ſecuta eſt in Iſauriam, ibique cum viro ſuo degit. Poſt fugam Zenonis Imp. & Ariadnæ Auguſtæ, extemplo Domina Verina Imperatorem creavit Baſiliſcum fratrem ſuum, qui imperavit annos duos, adſcriptos annis primis & poſterioribus Zenonis. Porro Baſiliſcus ſimul ac cœpit imperare, coronavit filium ſuum Marcum, & Imperatorem renunciavit*: Simulque ambo Imperitarunt. Geſta ſunt hæc anno Chr. 476.

προσαγαγοῦσαν χώραν, ἔχων ἅμα οἱ Ἀριάδνην τὴν γαμετὴν, ὕστερον τὴν μητέρα Φυγοῦσαν, καὶ εἴ τι ἕτερον εὔνουν αὐτῷ μεμνήκει. οὕτω γοῦν ὁ Βασιλίσκος τὸν στέφανον τῶν Ῥωμαίων ἀναδησάμενος, καὶ τὸν παῖδα Μάρκον ἀνειπὼν Καίσαρα, ἀπεναντίας τῷ Ζήνωνι, καὶ τοῖς προβεβασιλευκόσιν, ἦει.

ipsa Isaurorum regione, quæ illum in lucem ediderat, Ariadnem uxorem, quæ post mariti fugam matrem suam reliquerat, secum habens, & quotquot amici ac fidi erga ipsum remanserant. Ita Basiliscus Romanum imperium adeptus; cum filium suum Marcum Cæsarem renuntiasset, Zenoni & iis qui ante Zenonem imperaverant, contrariam viam inire cœpit. SÆC. V.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὡς Τιμόθεον τὸν Αἴλουρον ὁ Βασιλίσκος ἀνεκαλέσατο, καὶ πεισθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἐγκυκλίους ἐπιστολὰς εἰς ἀθέτησιν τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου παντα-χοῦ ἐξαπέστειλε.

CAPUT IV.

Quomodo Basiliscus Timotheum Ælurum revocaverit, & ab eodem inductus, circulares Epistolas ad eversionem Chalcedonensis Synodi quaquaversum miserit.

1 Ἐκ πρεσβείας δὲ οἵων τε ἐκ τῆς Ἀλεξανδρέων, ἀνακαλεῖται τὸν Τιμόθεον ἐκ τῆς ὑπερορίας, 2 ὄγδοον καὶ δέκατον ἔτος αὐτῇ συγγενόμενον, [2] Ἀκακίου τὴν ἐπισκοπὴν τῆς Κωνσταντινουπόλεως πρυτανεύοντος. καὶ δὴ τὴν βασιλέως κατειληφὼς πόλιν ὁ Τιμόθεος, πείθει τὸν Βασιλίσκον ἐγκυκλίοις χρήσασθαι συλλαβαῖς πρὸς τοὺς ἑκάστοχοῦ ἱερέας, ἀναθέματί τε ὑποβαλεῖν τὰ ἐν Καλχηδόνι πεπραγμένα, καὶ τὸν τόμον Λέοντος· ὧν ἡ συνθήκη λέγει τάδε.

Ac primum quidem missa ad ipsum Legatione quorundam urbis Alexandrinæ, Timotheum Ælurum ab exilio revocavit, in quo octodecim annos transegerat, Acacio tunc temporis Episcopatum Constantinopolis administrante. Igitur Timotheus cum in urbem Regiam venisset, persuasit Basiliscо ut Encyclicas literas ad omnes ubique Episcopos mitteret, & ea quæ Chalcedone gesta fuerant, & Leonis librum Anathemati subjiceret. Literæ autem sic habent. *Timotheus Ælurus. Acacius.*

Ἐγκύκλιον Βασιλίσκου.

Encyclica Epistola Basiliſci.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Βασιλίσκος, εὐσεβὴς, νικητὴς, τροπαιοῦχος, μέγιστος, ἀεισέβαστος, Αὔγουστος· καὶ Μάρκος ὁ ἐπιφανέστατος Καῖσαρ, Τιμοθέῳ τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως. Ὁπόσους μὲν ὑπὲρ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀποστολικῆς πίστεως ἐθέσπισαν νόμους οἱ πρὸ ἡμῶν εὐσεβέστατοι βασιλεῖς, ὅσοι τε μακαρίαν καὶ ἀγήρω καὶ ζωοποιὸν Τριάδα θεραπεύοντες ὀρθῶς διετέλεσαν, τούτους ὡς τῷ παντὶ κόσμῳ ζωτηρίους ἀεί ποτε γεγονότας, οὐδένα χρόνον ἀρρῆξαι ἐθέλομεν· μᾶλλον δὲ ὡς οἰκείους αὐτῶν ἐκφωνοῦμεν νόμους. ἡμεῖς δὲ πάσης τῆς περὶ τὰ ἀνθρώπινα πράγματα σπουδῆς προτιμήσαντες τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ζῆλον, ὅ τε πεποιηκότος, καὶ δεδοξακότος ἡμᾶς· ἔτι δὲ πιστεύοντες τὸν σύνδεσμον τῆς τοῦ Χριστοῦ ποιμνίων σωτηρίαν ἑαυτῶν εἶναι καὶ ὑπηκόου πάντος, θεμέλιόν τε κραγῆ καὶ ἀσάλευτον τεῖχος τῆς ἡμετέρας βασιλείας, ἐντεῦθεν εἰκότως θείῳ ζήλῳ κινούμενοι ζήλῳ, καὶ ἀπαρχὴν τῆς ἡμετέρας βασιλείας τῷ Θεῷ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ τιμῶ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἕνωσιν προσομίζοντες, θεσπίζομεν τιμῶ κρηπίδα καὶ βεβαίωσιν τῆς ἀνθρωπίνης βιώσεως, τουτέστι τὸ σύμ-

Imperator Cæsar Basiliscus, Pius, Victor, Triumphator, Maximus, semper Augustus: & Marcus Nobilissimus Cæsar, Timotheo Reverendissimo & Dei amantissimo Archiepiscopo magnæ urbis Alexandrinorum. Quotquot leges pro recta atque Apostolica fide sanxerunt religiosissimi qui ante nos fuerunt Imperatores, quicumque sanctam & beatam & immortalem ac vivificam Trinitatem perpetuo coluere: eas, ut pote quæ universo orbi salutares semper extiterint, nullo unquam tempore irritas esse volumus: sed potius tanquam leges proprias promulgamus. Nos vero qui pietatem ac zelum pro Deo ac Servatore nostro Jesu Christo, à quo conditi & ad hanc gloriam evecti sumus, omni curæ ac sollicitudini rerum humanarum longe anteponimus: & qui præterea credimus concordiam gregis Christi, tum ipsius gregis, tum omnium subditorum salutem existere, firmumque nostri Imperii fundamentum & inexpugnabilem murum esse: idcirco divino interius zelo commoti, & velut quasdam Imperii nostri primitias, sanctæ Ecclesiæ unitionem Deo ac Servatori nostro Jesu Christo offerentes, sancimus ut basis ac firmamentum felicitatis humanæ, Sym-

VALESII ANNOTATIONES.

bula; quæ pristino ordini restituenda sunt in hunc modum: κατὰ τὴν αὐτὸν προσαγαγοῦσαν τῶν ἰσαύρων χώραν, quæ Evagrii verba Nicephorus ita expressit: φρατὸν δὲ ἀξιόμαχον εὐτρεπίσας, εἰς πολιορκίαν ζήνωνος ἔπεμπεν ἀνὰ τὴν Ἰσαυρίας Σελεύκειαν· ἥπερ πρότερον εἰς φῶς ἀγαγοῦσα τοῦτον, καὶ φυγάδα κατέκρυπτεν. Id est, *Collectumque ingentem exercitum misit ad Zenonem obsidendum in urbe Isauriæ Seleucia, quæ illum in lucem ediderat, ac tum profugum occultabat.*

1 Ἐκ πρεσβείας δὲ] Scribendum est procul dubio ἐκ πρεσβείας δή: quod licet exiguum esse videatur ac levis momenti, est tamen prorsus necessarium. Certe Nicephorus habet δῆθεν.

VARIORUM.

2 Ἀκακίου] Acacius Gennadio in Episcopatu CP. successit anno Chr. 471. vid. Evagr. lib. II. c. 11. Invicta animæ constantia fidem Catholicam propugnavit contra Basiliscum & quingentos Episcopos, inquit *Guil. Cave in Acacio.*

Colon

SÆC. V.

Nicæna fides laudata.

bolum videlicet trecentorum & octodecim ſanctorum Patrum qui olim Sancti Spiritus inſtinctu Nicææ congregati ſunt, in quod cum nos, tum majores noſtri credentes, baptizati ſumus, ſolum in cunctis ſanctiſſimis Dei Eccleſiis & Orthodoxorum populorum conventibus uſurpetur atque obtineat; quippe quod unum regula ſit rectæ ac ſinceræ fidei, ſufficiens tum ad everſionem cujuſlibet hæreſeos, tum ad perfectam ſanctarum Dei Eccleſiarum unitionem. Ita tamen ut ſuum robur ac vigorem obtineant etiam ea, quæ in hac regia urbe à centum & quinquaginta ſanctis Patribus geſta ſunt ad confirmationem ejuſdem ſanctiſſimi Symboli, adverſus eos qui in Spiritum ſanctum blaſphemabant: ea inſuper quæ in Epheſiorum Metropoli contra impium Neſtorium acta ſunt, & contra eos qui ejus errorem poſtea ſunt ſecuti. Ea vero quæ ſanctarum Dei Eccleſiarum conſenſum ac tranquillitatem, & totius orbis pacem diſruperunt; tomum ſcilicet Leonis,

Concilium Chalced. damnatum.

& cuncta quæ Chalcedone in definitione fidei aut expoſitione Symbolorum, docendi vel interpretandi vel diſputandi cauſa, ad innovationem ſupra memorati ſacri Symboli trecentorum & octodecim ſanctorum Patrum dicta & geſta ſunt, hic & ubique per ſingulas Eccleſias ab univerſis ſanctiſſimis Epiſcopis anathematizari decernimus, & ubicumque reperta fuerint, flammis abſumi. Sic enim piæ ac beatæ memoriæ Imperatores qui ante nos vixere, Conſtantinus ſcilicet ac Theodoſius junior, de cunctis hæreticis dogmatibus præceperunt. Hoc igitur modo confirmata atque abrogata, ex Catholica atque Apoſtolica Orthodoxa Eccleſia quæ unica eſt, penitus ejiciantur, ut pote quæ æternos ac ſalutares trecentorum & octodecim ſanctorum Patrum, & beatorum centum ac quinquaginta Patrum qui de Spiritu ſancto pronuntiarunt: eorum denique qui Epheſi congregati ſunt, terminos commutent. Nulli igitur omnino, nec Sacerdoti, nec laico liceat, divinam illam ſacroſancti Symboli Conſtitutionem ullo modo tranſgredi. Porro una cum omnibus novitatibus quæ apud Chalcedonem factæ ſunt contra divinum Symbolum, anathematizari quoque decernimus hæreſim eorum qui Filium Dei u-

Chriſtus ex B. Maria natus.

nigenitum ex ſancto Spiritu, de Maria ſemper virgine ac Deipara incarnatum vere & hominem factum eſſe negant, ſed aut ex cœlo, aut phantaſtice ac putative carnem ſumpſiſſe fabulantur: omnem denique hæreſim, & ſi quid aliud quocum-

ὅλον τῶν πὶ ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ πάλαι μὲν ᾧ ἁγίῳ πνεύματος ἐκκλησιαθέντων, εἰς ὃ ἡμεῖς τε καὶ πάντες οἱ πρὸ ἡμῶν πιστεύσαντες, ἐβαπτίσθημεν, μόνον πολιτεύεσθαι, καὶ κρατεῖν ἐν πάσαις ταῖς ἁγιωτάταις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις τ' ὀρθόδοξον λαὸν, ὡς μόνον τῆς ἁπλανοῦς πίστεως κυρίως ὅρον, καὶ πρὸς ἀναίρεσιν μὴ καθόλου πάσης αἱρέσεως, ἕνωσιν δὲ ἄκραν τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν· ἐχόντων δηλαδὴ τιὴ οἰκείαν ἰσχὺν, καὶ τῶν εἰς βεβαίωσιν αὐτοῦ τοῦ θείου συμβόλου πεπερασμένων, ἔνθα τῇ βασιλευούσῃ πόλει ταύτῃ κτ' τῶν βλασφημούντων εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παρὰ τῶν ρν' ἁγίων πατέρων· ἔτι δὲ καὶ πάντων τῶν πεπερασμένων ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει κτ' τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου, καὶ τῶν μὴ ταῦτα τὰ ἐκείνου φρονησάντων. τὰ δὲ διελόντα τιὴ ἕνωσιν καὶ διάταξίαν τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν καὶ εἰρηνίλω τοῦ κόσμου παντὸς, δηλαδὴ τὸν λεγόμενον τόμον Λέοντος, καὶ πάντα τὰ ἐν Καλχηδόνι ἐν ὅρῳ πίστεως, ἐκθέσει συμβόλων, ἢ ἑρμηνείας, ἢ διδασκαλίας, ἢ ἀγαλέξεως εἰρημένα καὶ πεπερασμένα εἰς καινοτομίαν τιὴ κτ' τοῦ μνημονευθέντος ἁγίου συμβόλου τῶν πὶ ἁγίων πατέρων, θεσπίζομεν ἐνταῦθά τε καὶ παντάχου καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν, πρὸς τῶν ἁπανταχοῦ ἁγιωτάτων ἐπισκόπων ἀναθεματίζεσθαι, καὶ που προδιδόναι παρ' οἷς ἂν θεύσκηται, διὰ τὸ ὕπω διατεταχέναι περὶ πάντων τ' αἱρετικῶν δογμάτων, καὶ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐν θεσεβεῖ καὶ μακαρίᾳ τῇ λήξει γενομένους βασιλέας, Κωνσταντῖνον καὶ Θεοδόσιον τὸν νέον. ἄκυρά τε οὕτως γινόμενα, παντελῶς ἐκβάλλεσθαι τῆς μιᾶς καὶ μόνης καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ὀρθοδόξου ἐκκλησίας, ὡς μεταίρονται τὰ αἰώνια καὶ σωτήρια τῶν πὶ ἁγίων πατέρων ὅρια, καὶ τὰ τῶν μακαρίων πατέρων τῶν ἁγίῳ πνεύματι διαγορευσάντων· κατὰ τιὴ Ἐφεσίων· ὅλως δὲ μὴ ἐξεῖναί ποτε μήτε ἱερῶν, μήτε λαϊκῶν τινι, τῆς τοῦ ἁγίου συμβόλου θειοτάτης ἐκείνης νομοθεσίας ποιεῖσθαί τινα παρέκβασιν· ἀναθεματίζεσθαι δὲ σὺν πάσαις ταῖς γεγενημέναις ἐν Καλχηδόνι καινοτομίαις κατὰ τοῦ θείου συμβόλου, καὶ τιὴ αἵρεσιν τῶν μὴ ὁμολογούντων τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐκ τῆς ἁγίας καὶ ἀεὶ παρθένου Θεοτόκου Μαρίας κατὰ ἀλήθειαν σαρκωθέντα καὶ ἀνθρωπήσαντα, ἀλλ' ἢ ἐξ οὐρανοῦ, ἢ κατὰ φαντασίαν καὶ δόκησιν πεπλασμένους, πᾶσάν τε ἁπλῶς αἵρεσιν, καὶ εἴ τι ἕτερον ἐν οἱῳδήποτε καιρῷ καὶ

VALESII ANNOTATIONES.

1 *Κωνσταντῖνον καὶ Θεοδόσιον*] Imperatoris quidem Conſtantini Conſtitutio, qua libri dogmatici ab Ario conſcripti cremari jubentur, extat in libro primo Hiſtoriæ Eccleſ. Socratis noſtri pag. 32. Aliam tamen legem deſignare videtur hoc loco Imp. Baſiliſcus, quæ generaliter contra omnes hæreticos à Conſtantino promulgata eſſet. Verum ea lex vetuſtatis injuria periit. Ejus tamen pars adhuc ſupereſt apud Euſebium in libro tertio de vita Conſtantini cap. 64. & 66. Imperatoris autem Theodoſii junioris extant duæ Conſtitutiones de cremandis Neſtorii libris. Quarum prior mentionem facit legis divæ memoriæ Conſtantini adverſus impios Arii libros. Habentur porro hæ Conſtitutiones Theodoſii in 3. parte Epheſini Concilii. Eas autem Theodoſii leges Baſiliſcus edicto ſuo circulari ſubjecerat, ſicut infra teſtatur.

2 *Κατὰ τὴν ἐφεσίων*] Recte omnino Nicephorus hoc loco duas voces ſupplevit in hunc modum, *καὶ τῶν κατὰ τὴν ἐφεσίων*. Ego vero tertiam quoque vocem addendam eſſe affirmo hoc modo: *καὶ τὰ τῶν κατὰ τὴν ἐφεσίων*. Subauditur enim *ὅρια*, ut in præcedentibus.

τρόπῳ,

τρόπῳ, καὶ τόπῳ τῆς οἰκουμένης καὶ διάνοιαν καὶ λέξιν ἐπὶ τὸ βλαβάσῃ τῷ θείῳ συμβόλῳ κεκαινοτόμηται. ἐπειδὴ δὲ τὸ προνοίας βασιλικῆς ἴδιον, μὴ τοῦ παρόντος χρόνου μόνου, ἀλλὰ καὶ τοῦ μέλλοντος τὴν ἀσφάλειαν ἐκ τῆς προσκέψεως ἐπιδαψιλεύεσθαι τοῖς ὑπηκόοις, θεσπίζομεν τοὺς ἀπανταχοῦ ἁγιωτάτους ἐπισκόπους, ἐμφανίζομένῳ τῷ θείῳ τούτῳ ἡμῶν ἐγκυκλίῳ γράμματι καθυπογράφειν, σαφῶς καταμηνύοντας, ὅτι δὴ μόνῳ τῷ θείῳ φρονοῦσι συμβόλῳ τὰ τριακόσια καὶ δέκα ἁγίων πατέρων, ὅπερ ἐπεσφράγισαν οἱ μακάριοι πατέρες ἅγιοι, ὡς ἔδοξεν ὁμοίως καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα συνελθοῦσι καὶ τὰ ἑκατὸν καὶ τὰ Ἐφεσίων μητροπόλιν ὁσιωτάτοις πατράσιν, ὅτι δὴ μόνῳ τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ τὰ τριακόσια καὶ δέκα ἁγίων πατέρων φρονεῖν, εἰς ὅρον πίστεως ἀναθεματίζοντες ἅπαν τὸ γενόμενον ἐν Καλχηδόνι τῆς ὀρθοδόξων λαῶν πρόσκομμα, καὶ ὁλοτελῶς τῶν ἐκκλησιῶν ἐκβάλλοντες ὡς παρεμπόδων γενόμενον τῇ οἰκουμενικῇ καὶ ἡμετέρᾳ εὐπραγίᾳ. τοὺς δὲ μετὰ ταύτας ἡμᾶς τὰς θείας συλλαβὰς, ἃς καὶ Θεὸν ἐκπεφωνήκαμεν πιστεύομεν, καὶ ὅπως θυμητὸν πᾶσιν ἕνωσιν πρασμαλευομένας ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις, ὁπηχροῦντάς ποτε προφέρειν ἢ ὅλως ὀνομάζειν, εἴτε ἐν διαλέξει ἢ διδασκαλίᾳ ἢ ἐν συγγράμμασι καθ' οἱονδήποτε καιρὸν, ἢ τρόπον ἢ τόπον τὸ ἐν Καλχηδόνι γεγενημένην καινοτομίαν τῆς πίστεως, τοὺς τοιούτους ὡς ταραχῆς καὶ ἀκαταστασίας ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις καὶ τῷ ὑπηκόῳ παντὶ παραιτίους, θεσμῷ τε καὶ ἡμετέρᾳ σωληνείᾳ πολεμίους, κελεύομεν καὶ τὰς ἤδη πρὸ ἡμῶν θεσπισθείσας παρὰ τοῦ ἐν μακαρίᾳ καὶ θείᾳ τῇ λήξει γενομένου βασιλέως Θεοδοσίου καὶ τοιαύτης κακονοίας νόμους, τοὺς ὑποπεσμένους τῷδε ἡμῶν τῷ θείῳ Ἐγκυκλίῳ, εἰ μὲν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ εἶεν, καθαιρεῖσθαι· εἰ δὲ μοναζοντες ἢ λαϊκοὶ, ἐξορίᾳ καὶ δημεύσει παντοίᾳ καὶ τοῖς ἐσχάτοις ὑποπίπτειν ἐπιπλήξεσιν. οὕτω γὰρ ἀεί ποτε τῷ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας προσκυνουμένη ἁγία καὶ ὁμοούσιος, δημιουργός τε καὶ ζωοποιὸς τῶν ὅλων τριὰς, θεραπευθεῖσα καὶ νῦν παρ' ἡμῶν διὰ τὴν ἀναιρέσεως μὲν τῶν μνημονευθέντων ζιζανίων, βεβαιώσεως δὲ τῶν ὀρθῶν καὶ ἀποστολικῶν τοῦ ἁγίου συμβόλου παραδόσεων, ἵλεως καὶ εὐμενὴς γενομένη, ταῖς τε ἡμετέραις ψυχαῖς, καὶ τῷ ὑπηκόῳ παντὶ, ἕξει διὰ παντὸς συνδιοικοῦσα ἡμῖν καὶ εἰρηνεύουσα τὰ ἀνθρώπινα.

que tempore, vel modo, vel loco orbis terrarum, aut in ſenſu, aut in verbis, ad divini Symboli tranſgreſſionem innovatum eſt. Quoniam vero imperialis providentiæ proprium eſt, non præſenti ſolum, ſed futuro etiam tempore ſecuritatem ſubditis ſuis provida mente largiri, decernimus ut omnes ubique locorum ſanctiſſimi Epiſcopi, Encyclicæ Epiſtolæ noſtræ ipſis exhibitæ ſubſcribant, perſpicue declarantes, ſe ſoli trecentorum & octodecim ſanctorum Patrum divino Symbolo inhærere, quod centum & quinquaginta ſancti patres poſtea confirmarunt. Quemadmodum ſanctiſſimi Patres qui in Epheſiorum Metropoli poſtea convenerunt, decreto ſuo definierunt; ſolum videlicet ſacrum Symbolum trecentorum & octodecim ſanctorum Patrum, tanquam regulam fidei ſequi oportere: Anathematizantes ac penitus rejicientes à ſanctis Eccleſiis, quidquid apud Chalcedonem factum eſt offendiculum Orthodoxæ plebis, quippe quod totius orbis, noſtræque privatim felicitati fuerit impedimento. Qui vero poſt hoſce noſtros divinos apices, quos ex Dei ſententia promulgatos à nobis eſſe confidimus, quippe qui optatam ab omnibus unitatem ſanctiſſimis Dei Eccleſiis conciliant, novitatem quæ adverſus fidem Chalcedone facta eſt, aut inter diſputandum, aut inter docendum, aut in ſcriptis ſuis quocumque demum tempore & modo ac loco proferre unquam, aut omnino nominare tentaverint, eos tanquam tumultus ac ſeditionum ſanctis Dei Eccleſiis & univerſis qui noſtro imperio parent, auctores, Deique ac noſtræ ſalutis hoſtes; juxta leges quæ jam pridem de hujuſmodi improbitate latæ ſunt à beatæ ac divæ memoriæ Imperatore Theodoſio, quas etiam huic noſtræ ſacræ Epiſtolæ Encyclicæ ſubjecimus: ſi quidem Epiſcopi ſunt aut Clerici, deponi præcipimus: ſi vero Monachi aut laici, exilio & bonorum omnium publicationi & extremis pœnis ſubjacere. Ita enim ſancta & conſubſtantialis Trinitas, omnium conditrix ac vivificatrix, quæ à Pietate noſtra perpetuo adoratur, nunc quoque tam per abolitionem eorum quæ ſupra diximus zizaniorum, quam per confirmationem rectarum & Apoſtolicarum ſancti Symboli traditionum, à nobis culta, animabus noſtris & ſubditis omnibus propitia ac benigna deinceps futura eſt, & res humanas nobiſcum gubernans, pacatas ac tranquillas efficiet.

Qui huic Epiſtolæ contra eunt, puniendi.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὅτι δὴ μόνῳ τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ] Rectius apud Nicephorum ſcribitur ὅτι δεῖ μόνῳ, &c. quam lectionem amplexi ſunt Chriſtophorſonus & Savilius. Paulo poſt, ubi antea legebatur ὡς ὅρον πίστεως, ex Manuſcripto codice Florentino & Telleriano reſtitui εἰς ὅρον πίστεως, quemadmodum etiam ſcribitur in Nicephoro.

2 Τῇ οἰκουμένῃ καὶ ἡμετέρᾳ εὐπραγίᾳ] Rectius in Manuſcripto codice Telleriano & apud Nicephorum ſcriptum inveni τῇ οἰκουμενικῇ.

SÆC. V.

CAPUT V.

De iis qui Encyclicis Basiliſci litteris conſenſerunt, & Synodum rejecerunt.

HIS Encyclicis litteris, ut ſcribit Zacharias Rhetor, Timotheus qui paulo ante reverſus ab exilio fuerat, conſenſit. Petrus quoque cognomento Fullo, Epiſcopus Antiochiæ, qui una cum Timotheo erat Conſtantinopoli. His ad hunc modum geſtis, ut Paulus quoque Archiepiſcopalem Epheſi ſedem ſuſciperet, decreverunt. Porro idem Zacharias refert, Anaſtaſium etiam Hieroſolymorum Epiſcopum, qui Juvenali ſucceſſerat, iiſdem Encyclicis ſubſcripſiſſe, alioſque item complures: adeo ut circiter quingenti numero fuerint, qui Leonis Epiſtolam & Chalcedonenſe Concilium damnaverunt. Refertur etiam ab eodem Scriptore libellus precum, oblatus Baſiliſco ab Epiſcopis Aſiæ qui Epheſi in unum convenerant. Cujus libelli pars ſic habet. Piiſſimis per omnia, Chriſtique amantiſſimis Dominis noſtris, Baſiliſco & Marco, perpetuis Victoribus Auguſtis. Et poſt pauca. Perpetuo viſi eſtis Imperatores piiſſimi omnino Chriſtique amantiſſimi, una cum fide quæ odio habebatur & oppugnabatur, diverſis modis oppugnari. Et aliquanto poſt. Terribilis quædam expectatio

Libellus precum Baſiliſco ab Epiſcopis oblatus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τ̃ συνθεμένων τοῖς ἐγκυκλίοις Βασιλίσκου, καὶ τ̃ σύνοδον ἀθετησάντων.

Ὡς μὲν οὖν Ζαχαρίας γέγραπται τὰ ῥήτορι, ταύταις ταῖς Ἐγκυκλίοις συλλαβαῖς συνετίθετο ὁ Τιμόθεος, ἅρπ τ̃ ὑπερορίας, ὡς ἔφην, ἐπανηγμένος· καὶ πρός γε [a]Πέτρος ὁ τ̃ Ἀντιόχου πρόεδρος, ὁ ἐπίκλην κναφεὺς, ὡς καὶ Τιμοθέῳ παρῆν ἀνὰ τ̃ βασιλεύουσαν. τούτων ἔτι γενομένων, ψηφίζονται καὶ Παῦλον τὸν τ̃ Ἐφεσίων ἀρχιερατικὸν ὑπελθεῖν θρόνον. Φησὶ δ' οὖν ὡς καὶ Ἀναστάσιος ὁ μὲν Ἰουβεναλίου Ἱεροσολύμων προέδρος, ὑποσημαίνει τοῖς Ἐγκυκλίοις, ἕτεροί τε πάμπολλοι· ὡς περὶ τοὺς πεντακοσίους καθεστάναι, τοὺς τὸν Λέοντος τόμον, καὶ τ̃ ἐν Καλχηδόνι συνόδου ἀποκηρύξαντας. καὶ πως καὶ δέησιν ἐγγραφῆ γενομένην παρὰ τ̃ ἐν Ἀσίᾳ προέδρων [2]τ̃ ἐν Ἐφέσῳ συνεληλυθότων πρὸς Βασιλίσκον, ὧν ἔνια τούτοις σύγκειται τοῖς γράμμασι. τοῖς κατὰ πάντα θυσεβεστάτοις καὶ φιλοχρίστοις δεσπόταις ἡμῶν, Βασιλίσκῳ καὶ Μάρκῳ, αἰωνίοις νικηταῖς [3]Αὐγούστοις. καὶ μετ' ἕτερα· Ἁπὰ πάντων ἐδείχθητε πανθυσεβέστατοι καὶ φιλόχριστοι βασιλεῖς, μισημονῇ καὶ πολεμημονῇ τῇ πίστει ἀμφοτέρως συμπολεμούμενοι. καὶ μεθέτερα· Φοβερά τις ἐκδοχὴ

a

VALESII ANNOTATIONES.

1 Κάρπου καὶ Δίωνι ἐγχαφῇ] Procul dubio ſcribendum eſt ἐγχάφει; quod miror ab interpretibus animadverſum non fuiſſe. Subauditur autem Ζαχαρίας, qui in Hiſtoria ſua Eccleſiaſtica libellum hunc precum integrum retulerat, quem Epiſcopi Aſiæ apud Epheſum congregati, ad Baſiliſcum Imperatorem miſerant.

2 Ἐν Ἐφέσῳ συνελημλυθότων] De hoc Concilio Epheſino, quod Baſiliſci Imp. temporibus celebratum eſt, leviter admodum ac perfunctorie ſcribit Baronius in Annalibus ad annum Chriſti 476: id tantum obſervans, ab Eutychianis celebratum illud fuiſſe. Sed neque quam ob cauſam congregatum ſit, nec quid in eo geſtum fuerit, commemorat; noſtri itaque officii eſt, ea quæ ab illo prætermiſſa ſunt, cura noſtra ac diligentia ſupplere. Poſt editas à Baſiliſco Imp. encyclicas literas adverſus Concilium Chalcedonenſe, Acacius Conſtantinop. Epiſcopus ſolus ex Patriarchis qui Orientali Imperio ſubjacebant, his literis ſubſcribere recuſavit, nec Chalcedonenſe Concilium ex Eccleſiaſticis tabulis expungere unquam ſuſtinuit. Sed & monachi Conſtantinopolitani Baſiliſco fortiter reſtiterunt. Denique plebs Conſtantinopolitana graviſſime tumultuari cœpit, urbis ac Palatii incendium minitans, ſi Imperator vim inferre Acacio & Catholicis perſeveraret. Qua re territus Baſiliſcus ex urbe Regia aufugit: & Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ jura ſua ac privilegia ademit, & Senatoribus interdixit ne Acacium alloquerentur. Poſtea vero cum Zenonem ex Iſauria redire didiciſſet, metu perculſus, una cum uxore & liberis in Eccleſiam venit: ſeque Acacio & Clero urbis Regiæ excuſans, Eccleſiæ Conſtantinop. jura ſua reſtituit, & antencyclicas literas promulgavit, ut ſcribit Theodorus Lector in lib. 1. Eutychiani igitur cum viderent Acacium pro confirmatione Chalcedonenſis Synodi tam acriter decertare, nec monaſteria ſolum, verum etiam plebem urbis Regiæ, alioſque paſſim ſacerdotes ab eo adverſus Baſiliſcum concitari, Epiſcoporum partis ſuæ Concilium in urbe Epheſo congregarunt: in quo tum Acacium & alios quoſdam Epiſcopos idem cum illo ſentientes damnarunt ac depoſuerunt: tum Baſiliſcum Imperatorem rogarunt ut in priſtina ſententia maneret, nec contrariam encyclicis ſuis conſtitutionem promulgaret. In eadem Synodo Paulus Epheſiorum Epiſcopus à comprovincialibus Epiſcopis eſt ordinatus; & jus Patriarchicum Epheſinæ ſedi reſtitutum, ut ſcribit Evagrius in cap. 6. hujus libri. Porro celebratum eſt hoc Concilium Epheſinum anno Chriſti 477. poſt Conſulatum Baſiliſci & Armati. Id autem ex eo colligo, quod hæc Synodus congregata eſt paulo antequam Baſiliſcus literas ſuas antencyclicas promulgaret. Eas autem Baſiliſcus eo quem dixi anno publicavit, cum Zenonem ex Iſauria reverti cum exercitu didiciſſet, ut ex Theodoro Lectore ſuperius obſervavi. Certe hoc innuunt Epiſcopi Aſiani in epiſtola ad Baſiliſcum his verbis: μηδὲν οὖν ἕτερον παρὰ τὰ θεῖα ὑμῶν ἐγκύκλια φερομένην θελήσατε: Id eſt, *Nihil igitur contrarium divinis encyclicis veſtris proponi jubeatis.* Cæterum huic Concilio præfuiſſe videtur Timotheus Ælurus. Hic enim regnante Baſiliſco Epheſum venit, & Paulum in ſede Epiſcopali collocavit, ut ex Zacharia ſcribit Evagrius. Nec eſt veriſimile, Acacium Patriarcham CP. ab alio depoſitum fuiſſe quam ab Alexandrino Epiſcopo, qui æqualem Acacio dignitatem Patriarchæ obtinebat. Quis enim credat CP. Epiſcopum depoſitum eſſe ab Epiſcopis Aſiæ, qui jam inde à temporibus Joannis Chryſoſtomi, CP. Epiſcopo ſubjacebant?

3 Αὐγούστοις] Marcus à Baſiliſco patre primum Cæſar creatus eſt, ut ſcribit Marcellinus in Chronico & Theoph. ac reliqui. Certe in encyclicis Baſiliſci literis nobiliſſimus Cæſar tantummodo appellatur. Poſtea vero Auguſtus à patre appellatus eſt, ut docet hæc epiſtola Epiſcoporum Epheſini Concilii. In antencyclica quoque Baſiliſci epiſtola idem Marcus Imperator cum patre nominatur. Fallitur ergo Auctor Chronici Alexandrini, * qui * Baſiliſcum, ſimul atque Imperator renuntiatus eſt, Marcum filium ſuum Imperatorem coronaſſe ſcribit. Rectius Candidus in lib. 2. Hiſtoriæ apud Photium.

VARIORUM.

a Πίτρῳ] De Petro Fullone vid. Theodor. Lector. lib. I. circa med.

* At non Auctor Chronici Alex. ſed Valeſius hallucinatur. Præterquam enim quod Chronicon Alex. rem geſtam compendio narrat, nomen *Regis* quo utitur, & *Imperatoris* quod uſurpat Raderus in ſua verſione, ex uſu illorum temporum tam Cæſarem quam Imperatorem ac Auguſtum ſignificat. *Ant. Pagi ad ann. 476. n. VI.*

χείστους

κείσεως ϗ θείᾳ πυρὸς ζῆλος, ϗ ἡ δικαία τ ὑμετέρας γαληνότητος κίνησις, τοὺς ἀντιδιατεθεμένους ϖϖδαπόδας συμπλέξῃ τὲς τ Θεὸν τ δυνατὸν ϗ τ ἠμελέραν τῇ πίσει κεκλυνομένην βασιλείαν ἀλα-
1 ζονικῇ πιωείᾳ καταξοβλεῖν ἐπιχειρούντας, ϗ τ ἡμετέρας βραχύτηλος πολυτρόπως μὴ φειδομένης· ἀλλ' ἀεὶ συκοφαντοῦντας ϗ καταψευδομένους ἡμῶν, ὡς ἀνάγκῃ τινὶ, ϗ βίᾳ καθυπογραψάντων ἡμῶν ἐν τοῖς θείοις ὑμῶν ϗ ἀποστολικοῖς Ἐγκυκλίοις, ἐν οἷς μετὰ πάσης χαρᾶς ϗ ϖϖθυμίας καθυπεγράψαμεν. καὶ μεθ' ἕτερα· μηδὲν οὖν ἕτερον ϖϖρὸ τὰ θεῖα ὑμῶν ἐγκύκλια ϖϖεβληθῆναι θελήσατε, εἰδότες ὅ ϖϖρ ἔφημεν, ὅτι πᾶς ὁ κόσμος ἀναστατήσει πάλιν, καὶ μικρὰ θύρεθήσεται τὰ ϖϖρὸ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου γενόμενα κακὰ, ἅπινα καὶ τοὺς ἀναριθμήτους ἐκείνους εἰργάσατο φόνους, καὶ τὰ αἵματα τῶν ὀρθοδόξων ἀδίκως ϗ ϖϖανόμως ἐξέχεε. καὶ μεθ' ἕτερα· Διαμαρτυρόμεθα ἐνώπιον τ Σω-
2 τῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, [2]ἐλευθέραν τὴν ὑμετέραν θυσέβειαν εἶναι δεόμεθα τῆς ἐπενεχθείσης αὐτοῖς δικαίας καὶ κανονικῆς καὶ ἐκκλησιαστικῆς καταχρίσεως καὶ καθαιρέσεως, καὶ μάλιστα τῷ τὴν βασιλεύουσαν οὐχ ὁσίως ἐπισκοπεῖν διὰ πολλὰ φωραθέντι. ὁ αὐτὸς Ζαχαρίας καὶ τάδε πρὸς ῥῆμα γράφει· ὡς τῶν Ἐγκυκλίων ϗ βασιλικῶν γραμ-
3 μάτων ἐκδοθέντων, [3]οἱ τὴν Εὐτυχοῦς φαντασίαν νοσοῦντες ἀνὰ τὴν βασιλεύουσαν, καὶ τὸν μονήρη διώκοντες βίον, ὥσπερ ἑρμαίῳ τινὶ ϖϖεντυχεῖν οἰηθέντες Τιμοθέῳ, καὶ τοῖς Ἐγκυκλίοις τὸ ἴδιον ἐπιχρῶσαι ἐλπίσαντες, δρομαῖοι παρ' αὐτὸν ἀφικνοῦνται· καὶ ὡς διελεγχθέντες πρὸς Τιμοθέου ὁμοούσιον ἡμῖν εἶναι κατὰ σάρκα τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιον κτ τὴν θεότητα, ἐς τὸ πίσω ἀνεχώρουν.

judicii, & divini ignis ardor, & Serenitatis vestræ justa indignatio, adversarios brevi corripiet, qui præpotentem Deum & imperium vestrum recta fide roboratum, superba quadam dementia, quasi jaculis impetere conantur, nec tenuitati nostræ ullo modo parcunt: sed calumniis ac mendaciis assidue nos insectantur, quasi vi quadam ac necessitate compulsi, sacris vestris & Apostolicis Encyclicis litteris subscripserimus: quibus tamen cum omni gaudio & alacritate animi subscripsimus. Et post alia. Nihil igitur aliud præter sacras vestras Encyclicas literas proponi sinatis: pro certo habentes id quod jam dixi, universum orbem rursus eversum iri, & quod mala quæ à Chalcedonensi Synodo importata sunt, levia esse videbuntur, quæ tamen innumerabiles hominum cædes pepererunt, & Orthodoxorum sanguinem injuste & illegitime effuderunt. Et iterum paucis interjectis. Protestamur coram Servatore nostro Jesu Christo; liberam esse pietatem vestram rogamus ab ea quæ illis irrogata est, justa & canonica & Ecclesiastica condemnatione ac depositione: præsertim vero ab ea quæ irrogata est ei, qui per multa facinora deprehensus est regiæ urbis Episcopatum non rite administrare. Cæterum idem Zacharias hæc etiam scribit ad verbum. Simul atque editæ sunt Encyclicæ atque imperiales literæ, eos qui Eutychis phantasiam in urbe regia sectabantur, & Monasticum vitæ genus profitebantur, cum insperatum quoddam lucrum sibi obvenisse in Timotheo, & per Encyclicas literas maximam se utilitatem percepturos esse sperarent, celeri cursu ad Timotheum se contulisse. Cumque à Timotheo convicti essent, Verbum Dei nobis quidem consubstantiale esse secundum carnem: Patri vero consubstantiale quoad divinitatem, eos ad sua rediisse.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀλαζονικῇ πιωείᾳ] Sic etiam legitur apud Nicephorum. Ubi Joannes Langus πιωείαν vindictam interpretatus est. Ego vero minima mutatione locum hunc ita restituendum esse existimo: ἀλαζονικῇ τινὶ ιωείᾳ, id est, *superba quadam dementia.*

2 Ἐλευθέραν τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν] Christophorsonus ἡμετέραν legit, contra fidem atque auctoritatem omnium exemplarium, & absque ullo sensu. Sed & sequentia pessime interpretatus est. Quo fit ut Baronius qui interpretationem ejus passim sequitur, hujus Ephesini Concilii gesta perspicere haudquaquam potuerit. Tantum obest perversa interpretatio. Sed nec Joannes Langus fœlicius hanc clausulam interpretatus est. Sic enim vertit: *Atteſtamur coram Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, liberam eſſe & innocentem pietatem veſtram. A qua juſtam & Cononicam & Eccleſiaſticam adverſus illos, & maxime contra eum qui impie Epiſcopatum in urbe Imperante gerere multis modis deprehenſus eſt, condemnationis & exauctorationis ſententiam ferri petimus.* Atqui non hoc dicunt Episcopi Asiæ: Sed petunt ab Impp. Basilisco & Marco, ne amplius communicare velint Acacio & aliis Episcopis, quos ipsi Ecclesiastico judicio damnaverant ac deposuerant: id enim sonant verba illa: ἐλευθέραν τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν εἶναι δέομεθα τῆς, *&c.* Quæ uno tenore scribenda sunt, absque ulla distinctione. Interpretes vero, Nicephorum, & Roberti Stephani editionem secuti, post verbum εἶναι subdistinctionem apposuerunt, quæ illos in errorem induxit.

3 Οἱ τὴν Εὐτυχοῦς φαντασίαν νοσοῦντες] Hæc Zachariæ Rhetoris verba non intellexerunt Interpretes. Sed neque Nicephorus ea videtur intellexisse. Pro his enim verbis hæc substituit: οἱ τὰ Εὐτυχοῦς φαντιζόμενοι. Per phantasiam autem intelligit Zacharias opinionem Eutychis, qui carnem Christi non veram nec consubstantialem nobis, sed phantasticam asserebat, ut videre est in actis Concilii Chalcedonensis. Hinc epistolæ Aviti Viennensis Episcopi, quibus errorem Eutychis refutat, inscribuntur *contra phantasma*, ut testatur Sirmundus. Cæterum ex hoc loco colligitur, Zachariam Rhetorem non fuisse Eutychianum, sicut Baronius existimavit ad annum Christi 476. Nunquam enim ita locutus esset, si Eutychetis sectam secutus fuisset. Aut igitur dicendum est hæc non esse Zachariæ Rhetoris verba; quod tamen affirmat Evagrius: aut illum Eutychianistam non fuisse. Vide infra cap. 14. Porro hic Zachariæ locus in primis notandus est. Ex eo enim colligitur Timotheum Ælurum, licet Chalcedonensem Synodum publice anathematizaret, Eutychis tamen dogma minime approbasse. Idem de Timotheo Æluro scribit Leontius Scholasticus p. 464. ἔτος δὲ ὁ Τιμόθεος ἀνεθεμάτιζε καὶ τὴν σύνοδον καὶ τὸν Εὐτυχῆ· τὸνμὲν Εὐτυχῆ, ἐπειδὴ μὴ ἔλεγεν ὁμοούσιον ἡμῖν τὸ σῶμα τ Χριστ· τὴν δὲ ἐν Καλχηδόνι σύνοδον, ὅτι δύο φύσεις ἔλεγε τοῦ Χριστ. Id est: *Hic Timotheus Synodum ſimul & Eutychem anathematizabat. Hunc quidem, propterea quod corpus Chriſti ejuſdem negaret eſſe ſubſtantiæ cum noſtris. Synodum vero, quod duas Chriſti naturas eſſe diceret.*

SÆC. V.

CAPUT VI.

Quomodo Timotheus Ælurus Alexandrino Episcopatu recuperato, Ephesiorum Ecclesiæ jus Patriarchicum restituit, & Chalcedonensem Synodum anathematizavit.

Timotheus. IDEM Zacharias ait Timotheum Constantinopoli digressum, in Ephesiorum urbem venisse, atque illic Paulum in Archiepiscopali sede collocasse. Qui cum jam prius ab Episcopis illius provinciæ juxta antiquiorem consuetudinem ordinatus fuisset, sede sua exciderat. Reddidit etiam Timotheus Ephesinæ Ecclesiæ jus Patriarchicum, quod illi ademptum fuerat à Chalcedonensi synodo, uti supra commemoravi. Illinc profectus Alexandriam venit, & à cunctis ipsum adeuntibus, ut Chalcedonensem Synodum sub Anathemate damnarent, exigere perseveravit. Recesserunt tamen ab eo, tum alii complures ejusdem factionis, sicut à *Theodotus.* Zacharia proditum est, tum Theodotus Episcopus Joppæ, unus ex eorum numero *Theodosius.* qui ordinati fuerant à Theodosio illo, qui Hierosolymorum Episcopus à quibusdam *Juvenalis.* factus fuerat, cum Juvenalis Constantinopolim profectus esset.

Paulus.

CAPUT VII.

Quomodo Basiliscus, cum Monachi impulsu Acacii seditionem movissent, timore perculsus, contrarias prioribus Encyclicis litteras promulgavit.

Acacius CP. monachos in Basiliscum concitat. SCRIBIT etiam idem Zacharias, Acacium Constantinopolitanum Episcopum ob eas res dolore perculsum, Monachos & populum urbis Regiæ adversus Basiliscum, ut qui hæreticus esset, concitasse. Basiliscum vero literas suas Encyclicas tandem abnegasse, & lege

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Ὡς τοῦ Αἰλύρου Τιμοθέου τῷ Ἀλεξανδρέων ἀπολαβόντος, καὶ τῇ Ἐφεσίων τὸ πατριαρχικὸν δίκαιον ἀποδόντος, ἀναθέματι τῷ ἐν Καλχηδόνι συνόδου καθυπέβαλεν.

Ὁ αὐτός φησι τὸν Τιμόθεον ἐξορμήσαντα τῆς βασιλίδος, τῷ Ἐφεσίων καταλαβεῖν, ἐνθρονίσαί τε τὸν Παῦλον ἀρχιερέα τῇ Ἐφεσίων· ὃς ἤδη κεχειροτόνητο μὲν ἀνὰ τὴν ἀρχαιοτέραν συνήθειαν ὑπὸ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων, ἐκπεπτώκει δὲ τοῦ θρόνου. Ἀποδίδωσι δὲ τῇ Ἐφεσίων, καὶ τὸ πατριαρχικὸν δίκαιον, ὅπερ αὐτῷ ἀφεῖλεν ἡ ἐν Καλχηδόνι σύνοδος, ὥς μοι λέλεκται. Ἐκεῖθεν δὲ ἀπάρας, ἀνὰ τὴν Ἀλεξανδρέων ἀφικνεῖται, καὶ τοὺς προσιόντας ἅπαντας ἀναθεματίζειν τῷ ἐν Καλχηδόνι συνόδου, οὕτω διετέλει. Ἀπαιτοῦσι δ' οὖν παρ' αὐτοῦ ἐκ τῆς κατ' αὐτὸν μοίρας, ὡς τῷ αὐτῷ Ζαχαρίᾳ ἱστόρηται, ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ Θεόδοτος εἷς τῶν ὑπὸ Θεοδοσίου ἀνὰ τὴν Ἰόππην κεχειροτονημένων, τοῦ τῆς Ἱεροσολύμων ἐπισκόπου πρός τινων γεγονότος, ὅτε πρὸς τὸ Βυζάντιον Ἰουβενάλιος ἀνέδραμεν.

CAPUT VIII.

Quomodo Basiliscus, cum Monachi impulsu Acacii seditionem movissent, timore perculsus, contrarias prioribus Encyclicis litteras promulgavit.

Ὡς τῶν μοναχῶν Ἀκακίου γνώμῃ ταραξάντων, Φοβηθεὶς ὁ Βασιλίσκος, ἐναντία τῷ πρότερον γράψας ἐξαπέστειλεν ἀντεγκύκλια.

Acacius CP. monachos in Basiliscum concitat. Ἀκάκιον δέ φησι τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως πρόεδρον ἐπὶ τούτοις περιπατήσαντα, συγκινῆσαι τὸ μοναδικὸν καὶ τὸν δῆμον τῆς βασιλευούσης, ὡς αἱρετικοῦ τοῦ Βασιλίσκου τυγχάνοντος· ἐκεῖνον τ' αὖ ἐξαρνήσασθαι τὰ Ἐγκύκλια, καὶ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐνθρονῆσαί τε τὸν Παῦλον] Paulo ante Timotheus Ælurus & Petrus Fullo una cum aliis Episcopis Constantinopoli congregati, decreverant ut Paulus iste Ephesinam sedem ex qua ejectus fuerat, recuperaret. Sic enim scribit Evagrius in cap. 5. hujus libri, ψηφίζονται καὶ Παῦλον τὸν τῶν Ἐφεσίων ἀρχιεραπικὸν ὑπελθεῖν θρόνον. Quem locum non recte vertit Christophorsonus hoc modo: *His rebus ita constitutis, Paulus ad sedem Archiepiscopatus Ephesiani capessendam deligitur.* Non enim Paulus ab Ælluro & Petro Fullone Constantinopoli electus est, ut Ephesinam sedem capesseret: Sed cum ex Ephesina sede expulsus fuisset, Constantinopolim venit: Ubi collecto Eutychianistarum istarum Concilio, decretum est ut Archiepiscopatum Ephesinæ urbis reciperet. In cap. 5. hujus libri, vulgatæ editiones habebant ἐπελθεῖν θρόνον. Ego vero ex MS. codice Florentino & Telleriano, ὑπελθεῖν emendavi. Mallem tamen scribere ἐπανελθεῖν, adjecta præpositione. [Hic Paulus postea damnatus est ab Acacio & à Simplicio Papa, ut docet Epistola Simplicii in collectione Romana, p. 197.]

2 Ἀνὰ τὴν ἀρχαιοτέραν συνήθειαν] Mallem scribere κατὰ τὴν, &c. Porro verissimum est id quod hoc loco ait Zacharias, vetustiorem scilicet consuetudinem fuisse, ut Episcopus Ephesi ab Episcopis Provinciæ suæ ordinaretur. A beato enim Timotheo qui primus fuit Ephesiorum Episcopus, usque ad Castinum & Heraclidem quem Joannas Chrysostomus ordinavit, omnes Ephesiorum Episcopi in eadem civitate ordinati sunt ab Episcopis ejus Provinciæ, ut patet ex actione undecima Concilii Chalcedonensis.

3 Τὸ Πατριαρχικὸν δίκαιον] Patriarchicum jus hic appellat Zacharias jus primatus, seu jus ordinandi Metropolitanos. In hoc enim proprie consistit jus Patriarchicum, ut notavi in libello de interpretatione sexti Canonis Concilii Nicæni, qui editus est ad calcem Socratis nostri. Quod autem addit Zacharias sive Evagrius, hoc jus ademptum fuisse sedi Ephesinæ a Concilio Chalcedonensi, intelligit actionem decimam sextam Synodi Chalcedonensis, in qua decretum est ut Constantinopolitanus Episcopus in Asiana Diœcesi Metropolitanos ordinaret.

4 Περιπατήσαντα] Jampridem conjeceram scribendum esse ἐκπαθήσαντα. Conjecturam meam Tellerianus codex tandem confirmavit, in quo scriptum inveni παραπαθήσαντα.

VARIORUM.

a Ὅπερ αὐτὴν ἀφεῖλεν —] Sedi Constantinopolitanæ à Synodo Chalcedonensi tres diœceses in unam compactæ subjiciebantur, scil. Pontica, Asiana, & Thracica. Erat autem Ephesus Asianæ Diœceseos metropolis. Vid. Can. 28. Concilii Chalcedonensis.

b Ἀκάκιον δὲ] Theophanes ait: *Acacium territum Cleri, Monachorumque CP. agmine, pro Chalcedonensi Synodo decertante, & in unam cum eis ire sententiam dissimulantem, ea de causa adversus Basiliscum & Zenonem ex Ecclesia suggestu peroraſſe. Quo comperto, populi furorem Basiliscus metuens excessit civitate.* Gesta sunt hæc anno 477. Regnavit Basiliscus menses 20. *Ant. Pagi ad ann.* 477. *n. III.* &c. De Acacio vero meliora refert Evagrius, cui Caveus noster suffragatur.

ἀφάξιν γεάψαι τὰ ὲκ σωαρπαγῆς γεγονότα τέλεον ἀργεῖν, Ἀντεσκύκλιά τε ἀφαπέμπεσθαι σωιζῶντα τῳ ὲ Καλχηδόνι σωόδον. καὶ ταῦτα μὲ ἃ φησὶν ἀντεσκύκλια, παρῆκεν, ἐμπαθῶς τῳ ὅλῳ πεφσματείαν συγγεάψας. ἔστι δὲ ἐπὶ λέξεως ταῦτα.

lata constituisse, ut ea quæ per subreptionem facta fuerant, irrita essent: literas denique prioribus Encyclicis contrarias misisse, quibus Chalcedonensis Synodus confirmabatur. Et has quidem Antencyclicas, ut vocat, literas prætermisit Zacharias, qui partibus suis nimium favens, universam historiam conscripsit. Sunt autem hujusmodi.

SÆC. V.

Ἀντεσκύκλιον Βασιλίσκου.

Αὐτοκράτορες Καίσαρες Βασιλίσκος καὶ Μάρκος. τῳ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ὲ ταῖς καθολικαῖς ὲκκλησίαις κραλήσασαν ἀποστολικὴν καὶ ὀρθόδοξον πίστιν, τῳ καὶ μέχει τῆς ἡμετέρας βασιλείας κρατήσασαν, καὶ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας βασιλείας κρατοῦσαν, καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς κρατεῖν ὀφείλουσαν, εἰς ἣν ἐβαπτίσθημεν καὶ πιστεύομεν, αὐτῳ μόνῳ ἄτρωτον καὶ ἀσάλευτον κρατεῖν καὶ διηνεκῶς πολιτεύεσθαι ὲ πάσαις ταῖς καθολικαῖς καὶ ἀποστολικαῖς τῶν ὀρθοδόξων ὲκκλησίαις θεσπίζομεν, καὶ μηδὲν ἕτερον ζητεῖσθαι. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας βασιλείας γεγενημένα, εἴτε Ἐφύκλια, εἴτε καὶ ἕτερα, ἢ εἴ τι ἀπροτομῆς πίστεως ἕνεκεν, ἢ καταφάσεως ἐκκλησιαστικῆς, ἀργεῖν καὶ πεπαῦσθαι προσάπτομεν· ἀναθεματιζομένων Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς, καὶ πάσης ἑτέρας αἱρέσεως, καὶ πάντων τῶν τὰ αὐτὰ φρονούντων· καὶ περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως, μὴ σύνοδον γίνεσθαι ἢ ἑτέραν ζήτησιν· ἀλλὰ 1 ταῦτα μένειν βέβαια καὶ ἀσάλευτα. Ἀποδοθῆναι δὲ καὶ τὰς ἐπαρχίας τῳ βλαβεστάτῳ καὶ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ καὶ ἀρχιεπισκόπῳ Ἀκακίῳ, ὧν τῳ χειροτονίαν εἶχεν ὁ θρόνος ταύτης τῆς βασιλίδος καὶ ὲδόξου πόλεως· δηλαδὴ τοὺς νῦν ὄντων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων μενόντων ἐπὶ τῶν οἰκείων θρόνων, μηδενὸς ὲκ τούτου προσκείματος γινομένου μὲ τῳ τούτων τελευτῇ τῷ δικαίῳ τῆς χειροτονίας τοῦ θαυμοῦς θρόνου ταύτης τῆς βασιλίδος καὶ ὲδόξου πόλεως. τοῦτο δὲ τὸ θεῖον ἡμῶν θέσπισμα δύναμιν ἐπέχειν θείας διατάξεως, οὐδενὶ ἀμφίβολον καθέστηκε. καὶ ταῦτα μὲν ὧδε προῆλθε.

Antencyclicæ literæ Basiliſci.

Imperatores Cæsares Basiliscus & Marcus. Apostolicam & Orthodoxam fidem quæ ab initio in Catholicis Ecclesiis viguit, & quæ ad nostrum usque imperium obtinuit, quæ & nunc sub imperio nostro obtinet, & in perpetuum deinceps prævalitura est, in quam nos & baptizati sumus & credimus: solam illæsam & inconcussam prævalere, & in omnibus Catholicis atque Apostolicis Orthodoxorum Ecclesiis perpetuo manere decernimus, nec quidquam aliud præterea requiri. Hanc igitur ob causam, cuncta quæ fidei vel disciplinæ Ecclesiasticæ causa, sub principatu nostro facta sunt, sive Encyclicas sive alias Epistolas, sive aliud quodlibet, irrita & cassa esse præcipimus: Nestorio simul & Eutyche, & cunctis aliis hæresibus, nec non & iis qui idem cum illis sentiunt, Anathemate damnatis. Ac de hoc argumento nec synodum fieri, nec amplius quæstionem ullam moveri volumus, sed ea firma atque inconcussa remanere. Provincias quoque quarum ordinationem sedes hujus regiæ & glorioſæ urbis habuerat, reverendissimo ac sanctissimo Patriarchæ & Archiepiscopo Acacio restitui jubemus: manentibus scilicet in suis sedibus, his qui nunc sunt Dei amantissimis Episcopis: ita ut post illorum obitum, nullum ex ea re præjudicium fiat juri ordinationis quod competit sedi Regiæ hujus atque inclytæ civitatis. Hoc autem divale præceptum nostrum, vim Constitutionis habere nemini dubium est. Atque hæc quidem gesta sunt in hunc modum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Περὶ τῆς ἐπανόδου Ζήνωνος.

CAPUT VIII.

De reditu Zenonis.

2 Ζήνων δὲ παροτρυνθέντα, ὡς φασὶ, θεασάμενος τῳ ἁγίαν καὶ πολύαθλον πρωτομάρτυρα Θέκλαν, καὶ τὴν τῆς βασιλείας ἀποκατάστασιν ὑπισχνουμένῳ, ἐπὶ τὸ Βυζάντιον στρατεύει· δώροις

At Zeno, cum sanctam ac multis certaminibus illustrem Protomartyrem Theclam vidisset in somnis, ut perhibent, ipsum incitantem, & restitutionem Imperii ipsi pollicentem; Byzantium versus castra mo-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀποδοθῆναι δὲ καὶ τὰς ἐπαρχίας] Cum per encyclicas literas Imp. Basiliſci, Chalcedonensis Synodus penitus abrogata fuisset, privilegia Constantinopolitanæ sedis quæ in illo Concilio sancita fuerant, sublata per eandem sanctionem videbantur. Qua re præcipue impulsus Acacius, omni ope elaboravit ut Basiliscus Imperator constitutionem suam revocaret. Præterea in Ephesina Synodo jus Patriarchicum Ephesinæ sedi restitutum fuerat à Timotheo Æluro, uti supra vidimus. Quo facto Asiana Diœcesis, cujus ordinationes decreto Chalcedonensis Synodi attributæ fuerant Episcopo Constantinopolitano, eidem sedi adempta fuerat. Itaque opus fuit nova Constitutione, qua sedi Constantinopolitanæ jura sua ac privilegia redderentur. Id ergo nunc præstat Basiliscus Imp. datis antencyclicis literis. Idem quoque testatur Theodorus Lector in lib. 1. Collectaneorum sub finem.

2 Πρωτομάρτυρα Θέκλαν] Græci qui epithetis gaudent, propriis ac peculiaribus titulis singulos Sanctos insignire solent. Sic Theclam Apostolum & Protomartyrem vulgo appellant. Apostolum quidem, eo quod fidem Christi instar Apostoli multis locis prædicaverit: Protomartyrem vero, propterea quod, ut Stephanus inter viros primus, sic ipsa inter mulieres prima, Christi martyr extiterit, ut testatur Basilius Seleucienſis in libro primo de vita & miraculis beatæ Theclæ. Dicta est autem Thecla per syncopen pro Theoclia. Ita enim non raro eam appellat idem Basilius.

τὸ τοὺς

SÆC. V.

Basiliscus Imperio pulsus.

vit. Cumque eos à quibus obsidebatur, muneribus corrupisset, Basiliscum qui jam biennio regnaverat, Imperio expulit; & ad sacrarium Ecclesiæ confugientem, hostibus dedidit. Quamobrem Zeno amplissimum templum, opibus ac venustate eximium,

S. Theclæ Templum.

Protomartyri Theclæ in urbe Isauriæ Seleucia dedicavit, multisque Imperialibus donariis illud exornavit, quæ ad nostram usque ætatem illic servantur. Et Basiliscus quidem in Cappadociam abductus est. In statione vero quæ Acusus dicitur, una cum uxore & liberis est interfectus. Zeno autem lege lata, cuncta quæ à Basiliſco tyranno in Encyclicis literis constituta fuerant, abrogavit. Tunc etiam Petrus cognomento Fullo ex Antiochena Ecclesia, & Paulus ex Ephesina sede exturbati sunt.

Petrus Fullo & Paulus Eph. Ep. Sedibus suis depulsi.

τε τοὺς πολιορκοῦντας ὑπελθὼν, καὶ δεύτερον ἔτος τῆς ἀρχῆς κρατήσαντα τὸν Βασιλίσκον ἐξωθεῖται· ἁγίοις τε προσπελάσαντα σηκοῖς, τοῖς ἐχθροῖς ἐκδίδωσιν. ὅτως ὁ Ζήνων μέγιστον τέμενος, ἐξοχῇ τε καὶ κάλλει πρῶτον, ἀνατέθεικε τῇ πρωτομάρτυρι Θέκλῃ ἀνὰ τὴν Σελευκέων τὴν πρὸς τῇ Ἰσαύρῳ χώρᾳ κειμένην, πλείοσι καὶ βασιλικοῖς ἀναθήμασι διακοσμήσας, τοῖς καὶ μέχρις ἡμῶν ζωζομένοις. πέμπεται μὲν οὖν ἀνὰ τὴν Καππαδοκῶν τεθνηξόμενος χώραν ὁ Βασιλίσκος· ἐν Ἀκουσσῷ δὲ τῷ 1
ϛαθμῷ ἅμα γυναικὶ καὶ τέκνοις ἀποσφάττεται. καὶ 2
νόμον ὁ Ζήνων τίθησιν ἀναιρῶν τὰ ἐπὶ τοῖς Ἐγκυκλίοις συντεθειμένα Βασιλίσκῳ τῷ τυράννῳ. καὶ Πέτρος μὲν ὁ ἐπίκλην ναφεὺς, τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ἀπελαύνεται· Παῦλος δὲ, τῆς Ἐφεσίων.

CAPUT IX.

Quomodo post mortem Basiliſci, Episcopi Asiæ ut Acacium placarent, libellum pœnitentiæ ei porrexerunt, veniam petentes quod Chalcedonensem Synodum damnassent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ὡς μετὰ τὸν θάνατον Βασιλίσκου, οἱ τῆς Ἀσίας ἐπίσκοποι τὸν Ἀκάκιον ἱκετεύοντες, μετανοίας βιβλίον ἐπιδεδώκασιν, οἷς ἐξήμαρτον ἐν Καλχηδόνι συνόδου ἀθετήσαντες.

INTERIM vero Episcopi Asiæ, ut Acacium placarent, excusatione apud eum usi sunt, veniamque petierunt missis ad illum pœnitentiæ libellis: quibus asseverabant se necessitate adactos, non autem sua sponte, Encyclicis literis subscripsisse: jurabantque rem ita se habere, nec se aliter quam juxta Chalcedonensis synodi formulam credere nunc, & antea credidisse. Harum autem literarum sensus est hujusmodi. Epistola seu petitio missa ab Episcopis Asiæ ad Acacium Constantinopolitanum Episcopum. Acacio sanctissimo ac religiosissimo Patriarchæ sanctissimæ Ecclesiæ Regiæ urbis Constantinopoleos junioris Romæ. Et post alia. Venit ad vos, recte atque ordine faciens, qui nostram quoque vicem impleturus est. Et paulo post. His libellis significamus, non ex animi sententia, sed necessitate adductos nos subscripsisse: verbis quidem ac literis, sed non ex animo consensum iis accommodantes. Adjuvantibus enim precationibus vestris Deo acceptis, & divino numine, ita credimus sicut à luminaribus orbis terrarum trecentis illis & octodecim, & à centum & quinquaginta sanctis Patribus accepimus. Credimus præterea iis

Epistola Episcoporum Asiæ ad Acacium CP.

Οἱ δὲ τῆς Ἀσίας ἐπίσκοποι τὸν Ἀκάκιον ἱκετεύοντες, παρητοῦντο, καὶ συγγνώμην ᾔτουν, βιβλία μετανοίας ἀποπεμπόμενοι, δι' ὧν ἔφασκον, πρὸς ἀνάγκης τοῖς Ἐγκυκλίοις, καὶ μὴν ἑκουσίως ὑποσημήνασθαι, καὶ διώμνυντο ἢ μὴν ὅτως ἔχειν, καὶ μὴ ἑτέρως, ἢ κατὰ τὸν ἐν Καλχηδόνι συνόδον πεπιστευκέναι τε καὶ πιστεύειν. ἡ δὲ τῶν γραμμάτων δύναμις ἐστὶν ἐν τούτοις. Ἱκετηρία ἤτοι δέησις, ἀποταλεῖσα Ἀκακίῳ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως παρὰ τῶν τῆς Ἀσίας ἐπισκόπων. Ἀκακίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ πατριάρχῃ καὶ κατὰ τὴν βασιλεύουσαν Κωνσταντινούπολιν νέαν Ῥώμην ἁγιωτάτης ἐκκλησίας. καὶ μετέπειτα· Ἔφθασεν ἐφ' ἡμᾶς πρεπόντως ποιῶν ὁ καὶ τὸν ἡμέτερον ἀναπληρώσων τόπον. καὶ μετολίγα· Ἀφ' ὧν δὲ τῶν λιβέλλων γνωρίζομεν, ὑποχεχαραγμένην ἐν τῇ τοιᾷδε θέσει, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης, γράμμασιν, καὶ ῥήμασιν, ἀλλ' οὐ καρδίᾳ συνθέμενοι τούτοις. Ταῖς γὰρ ἡμῶν ὑπερσεβάστοις πρεσβείαις, σὺν 4
ἐπινοίᾳ τοῦ χρείττονος, ὡς παρειλήφαμεν παρὰ τῶν τῆς οἰκουμένης φωστήρων τριακοσίων, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων, πιστεύομεν· πρὸς τούτοις δὲ, καὶ τοῖς

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐν Ἀκουσσῷ] Sic etiam scribitur hujus stationis nomen apud Nicephorum. Cedrenus vero ac Theophanes Cucusum nominant. Marcellinus vero & Auctor Chronici Alexandrini Limnas castrum Cappadociæ appellant, quo trusus est Basiliscus una cum uxore & liberis: portaque unius turris qua inclusus fuerat, obstructa, fame ibidem ac frigore interiit.

2 Ἀποσφάττεται] Cum Evagrio consentit Malchus in libro primo Historiæ Byzantinæ, & Candidus Isaurus in secundo libro Historiarum, qui Basiliscum gladio peremptum esse scribunt. Reliqui tamen tradunt eum una cum uxore & liberis fame ac frigore contabuisse. Hanc scriptorum discrepantiam in morte Basiliſci referenda, notat Theophanes in Chronico pag. 107.

3 Ἔφθασεν ἐφ' ἡμᾶς] Christophorsonus & Savilius emendarunt ὑμᾶς, absque ullo sensu. Certe Nicephorus vulgatam scripturam confirmat. Verum in verbis proxime sequentibus, ὑμέτερον restitui debet pro ἡμέτερον. Vidit hoc ante nos Joannes Langus, qui Nicephori locum ex Evagrio transcriptum ita interpretatus est: *Recte sane ad nos venit, qui locum etiam vestrum obtinebit.* Quibus verbis Episcopi Asiæ designant legatum quem ad ipsos miserat Acacius Constantinopolitanus Episcopus, Presbyterum scilicet aut Diaconum Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Quod si quis cum Christophorsono legere maluerit ἐφ' ὑμᾶς, de legato id intelligemus quem Episcopi Asiæ ad Acacium miserant, ut libellum satisfactionis ei offerret. Atque id verius puto.

4 Ταῖς γὰρ ἡμῶν πρεσβείαις] Procul dubio scribendum est ὑμῶν, ut legitur apud Nicephorum. Ex quo etiam corrigendum est paulo post σὺν ἐπινοίᾳ, divisis vocabulis quæ perperam inter se cohærebant. Utramque emendationem confirmat codex Tellerianus.

τὸν Καλ-

ὁ Καλχηδόνι θεσπεσίως καὶ ὀρθῶς τυπωθεῖσι παρὰ τῶν ἁγίων ἐν αὐτῇ συναχθέντων ἁγίων πατέρων. εἴτε οὖν Ζαχαρίας ὁ ῥήτωρ ἐσυκοφάντησε τούτοις, εἴτε αὐτοὶ διεψεύσαντο, φήσαντες, ὡς οὐκ ἠβούλοντο ὑπογράψαι, λέγειν οὐκ ἔχω.

quæ Chalcedone pie ac recte definita sunt à sanctis Patribus illic congregatis. Vtrum porro Zacharias Rhetor istos calumniatus sit, an ipsi mentiti fuerint, cum dicerent se invitos subscripsisse, equidem affirmare non possum. SÆC. V.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Περὶ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπισκοπησάντων.

CAPUT X.

De Iis qui Antiochiæ Episcopatum gessere.

1a Μετὰ γοῦν Πέτρον, [a] Στέφανος τὸν Ἀντιοχείας θρόνον παραλαμβάνει· b [b] ὃν παῖδες Ἀντιοχέων καλάμοις διεχρήσαντο, ἴσα δόρασιν ὀξυνθεῖσιν, ὡς Ἰωάννῃ τῷ ῥήτορι γέγραπται. μετὰ Στέφανον δὲ Καλανδίων τοὺς τῆς αὐτῆς καθέδρας οἴακας ἐπιτρέπεται· ὃς τοὺς πανταχοῦ παρεσκεύαζε τὸν Τιμόθεον ἀναθεματίζειν, σὺν καὶ τοῖς ἐγκυκλίοις Βασιλίσκου.

EJECTO autem Petro, Stephanus Antiochensis Ecclesiæ Episcopatum sortitus est; Quem Antiochensium pueri calamis instar telorum præacutis interfecerunt, ut scribit Joannes Rhetor. Post Stephanum vero, ejusdem sedis administratio Calendioni commissa est. Hic omnibus qui ipsum adibant, persuasit ut Timotheum una cum Encyclicis Basiliſci literis sub anathemate damnarent. *Stephanus & Calendion Ep. Antioch.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ὡς ὁ βασιλεὺς Ζήνων ἐβουλήθη τὸν Αἴλουρον διῶξαι· ἀφ' ὃ δὲ τὸ γῆρας αὐτὸν κατελέησας εἴασε· καὶ ὡς αὐτῷ τελευτήσαντος, Πέτρος ὁ Μογγὸς πρὸς τῶν Ἀλεξανδρέων κεχειροτόνηται· Τιμόθεος δὲ ὁ μὲν Προτερίου, νεύματι τοῦ βασιλέως τὸν τῶν Ἀλεξανδρέων θρόνον κατέσχε.

CAPUT XI.

Quomodo Zeno cum Ælurum prosequi voluisset, ob senectutem eum miseratus dimisit. Et ut post mortem ejusdem Æluri, Petrus Mongus ab Alexandrinis ordinatus est: Timotheus vero successor Proterii, jussu Imperatoris sedem Alexandrinam obtinuit.

Ὁ δὲ γε Ζήνων ἐβουλήθη μὲν τὸν Τιμόθεον ἀπελάσαι τῆς Ἀλεξανδρέων· πρός τινων δὲ μαθὼν ἤδη πρεσβύτην εἶναι, καὶ ὅσον οὔπω τὸ πάντων ὑπελθεῖν καταγώγιον, τὸ βάλθυμα διεκώλυσε· καὶ c δὴ μετ' ὀλίγον τὸ [c] κοινὸν ἀπέπισε χρέος· καὶ 2 Πέτρον αὐθεντίᾳ πρεχειρίζονται σφῶν [2] οἱ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοποι, τὸ ἐπίκλην d Μογγόν. ὅπερ ἐς Ζήνωνα ἀφικόμενον, ἐξεπύρωσε. καὶ τὸν μὲν ὁ Ζήνων 3 θανάτου [3] ζημίαν πρεστίμησε. Τιμόθεον δὲ τὸν

AT Zeno, in animo quidem habebat Timotheum Alexandria expellere. Sed cum à quibusdam admonitus esset, eum jam grandævum esse & prope diem fatali sorte periturum, sententiam mutavit. Nec multo post, cum Timotheus naturæ debitum persolvisset, Episcopi Alexandrinæ sedi subjecti, Petrum quemdam cognomento Mongum sua sibi auctoritate Episcopum eligunt. Quod ubi Zenoni nuntiatum est, vehementer eum conturbavit. Ac Petrum quidem Zeno morte multandum censuit. Timothe- *Petrus Mongus Ep. Antioch.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Μετὰ Πέτρον Στέφανος] Post Petrum Fullonem Episcopus Antiochiæ fuit Joannes Apamenus. Quo post tres menses pulso, subrogatus est Stephanus, ut scribit Theophanes in Chronico pag. 107. cui consentit Gelasius in gestis de nomine Acacii, & Liberatus in Breviario cap. 18. Ejusdem Joannis meminit Felix Papa in sententia damnationis quam dictavit in Acacium, & in epistola quam nomine Synodi Romanæ scripsit universis Presbyteris & Archimandritis Constantinopoli & Bithyniæ consistentibus.

2 Οἱ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοποι] Mallem scribere ἐπίσκοποι, atque ita Evagrium scripsisse existimo: certe οἱ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοποι de Suffraganeis dici nequeunt. Adde quod Petrus Mongus ab uno duntaxat Episcopo ordinatus est, ut scribitur in gestis de nomine Acacii, & in epistola Acacii ad Simplicium Papam.

3 Ζημίαν πρεστίμησε] Non dubito quin scribendum sit πρεστέτιμησε. Nam πρεστιμᾶν est multare. Unde πρόστιμον pœnam significat, teste Suida. πρετιμᾶν vero, prorsus contrarium significat. Hoc mendum cum in exemplari suo deprehendisset Nicephorus, præpositionem expunxit, & Evagrii locum ita expressit: τοὺς μὲν ψηφισαμένους θανάτου ζημίαν ἔπμα, id est, eos quidem qui Mongum Episcopum elegerant, capitali supplicio damnavit. Evagrius tamen id non dicit. Non enim Episcopos qui Mongum elegerant, sed Mongum ipsum à Zenone damnatum esse scribit. Apparet igitur Nicephorum in Evagrio nostro legisse καὶ τοὺς μὲν ὁ Ζήνων θανάτου ζημίαν προστέτιμησε: & de Episcopis hæreticis qui Mongum elegerant, id intellexisse. Certe graviore supplicio digni erant Episcopi qui Mongum elegerant, quàm Mongus ab iis electus. Ipsi enim

VARIORUM.

a Στέφανον τὸν Ἀντιοχείας θρόνον παραλαμβάνει] Duo erant Stephani, Episcopi Antiocheni: alter qui successit Joanni Apameno; cui, cum circiter tres annos sedisset, successit alter Stephanus calamis acutis interfectus. Vid. Pagi ad ann. 482. n. 2, &c. *W. Lowth.*

b Ὃν παῖδες Ἀντιοχέων] *Hunc Stephanum fidei perduelles, pro sua in Petrum Fullonem propensione, in amentiæ subsidium furorem armantes, in Sancti martyris Barlaam Baptisterio acutis calamis perfossum & necatum in Orontem fluvium projecerunt. Zeno porro facinus attentatum ulturus, Acacio Constantinopoli præsuli, ut Antiochiæ crearet Episcopum, mandavit: qui consecravit Calandionem. Antiochenses ordinationis facta nescii, Joannem nomine Codonatum sibi præfecerunt; quem Episcopum Calandion postmodum in Tyri sedem, quæ post Antiochiam prima est, transtulit.* Hæc scribit Theophanes in Chronico ad ann. secundum Alex. 473. vulg. ær. 480. Valesius in lib. I. Observat. Eccles. arbitratur Stephanum Seniorem ab Hæreticis interemptum, anno 479. vide etiam not. ejus in cap. 16. hujus lib.

c Κοινὸν ἀπέπισε χρέος] Liberatus in Breviario cap. 16. ait, Timotheum Ælurum, præ metu Zenonis, veneno mortem sibi consciviſſe. *W. Lowth.*

d Μογγὸν] Diaconus fuit Ecclesiæ Alexandrinæ, Eutychianus, Timothei Æluri assiduus sectator. Vir nequam, & olim depositus, ab uno Episcopo hæretico depositio consecratur anno 479. *Caveus. Pagius.* Vid. Val. not. ult. in cap. 20. hujus lib.

μετὰ

Sæc. V. um vero ſucceſſorem Proterii, qui ob ſeditionem populi tunc Canopi degebat, revocavit. Timotheus igitur Imperatoris juſſu ſedem ſuam recuperavit.

μετὰ Προτέριον ἀναχαλεῖται, ὃν τῷ Κανώβῳ διά τινα φάσιν τοῦ δήμου διάγοντα· καὶ ὁ μὲν Τιμόθεος πρὸς τοῦ βασιλέως κελεύσμασι, τὸν οἰκεῖον κατελήφει θρόνον.

CAPUT XII.

De Joanne qui Epiſcopatum Alexandriæ poſt Timotheum gubernavit. Quomodo eum Zeno tanquam perjurum ejecit, & Petro Mongo eamdem ſedem reſtituit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Περὶ Ἰωάννου τοῦ μετὰ Τιμόθεον τῆς Ἀλεξανδρέων τοὺς οἴακας καθαρχόντος, ὅπως τε τοῦτον ὁ Ζήνων ὡς ἐπιορκήσαντα ἀπελαύνει, Πέτρῳ δὲ τῷ Μόγγῳ τῷ Ἀλεξανδρέων ἐγχειρίζει.

JOANNES vero presbyter & Oeconomus venerabilis Eccleſiæ ſancti Joannis Præcurſoris & Baptiſtæ, conſilio quorundam Alexandrinorum, Legatus miſſus eſt Conſtantinopolim, petiturus à Principe, ut ſi forte Epiſcopus ipſorum è vivis abiiſſet, liceret civibus Alexandrinis eum quem vellent Epiſcopum eligere. Hic tamen, ſicuti Zacharias ſcribit, Epiſcopatum ſibimet ipſi ambire ab Imperatore deprehenſus eſt. Cumque ſe jurejurando obſtrinxiſſet, nunquam ſe Alexandrinam ſedem affectaturum eſſe, in patriam reverſus eſt. Imperator vero lege latâ ſanxit, ut poſt mortem Timothei is eſſet Epiſcopus, quem Clerus & Populus ſuffragiis ſuis elegiſſent. Haud multo poſt mortuo Timotheo, idem Joannes data pecunia, ut ab eodem Zacharia relatum eſt, & jurejurando quo ſe apud Principem obſtrinxerat contempto, E-

ΕΚ βουλῆς δὲ οἰῶν, [a] Ἰωάννης πρεσβύτερος καὶ οἰκονομεῖν τεταγμένος τὸν σεβάσμιον ναὸν τοῦ ἁγίου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, τῷ βασιλέως καταλαμβάνῃ, πρεσβεύσων ἵν' εἰ συμβῇ τὸν ἐπίσκοπον ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν, [3] ἐξὸν ᾖ τοῖς τῷ Ἀλεξάνδρου οἰκοῦσι προβάλλεσθαι πρόεδρον ὃν ἂν ἐθέλοιεν. ὃς ἑαυτῷ μνάμονος τῷ ἐπισκοπῷ, ὡς Ζαχαρίας φησὶν, ἐφωράθη παρὰ τοῦ βασιλέως. καὶ ὅρκους παραχὼν μή ποτε τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπιζητήσειν θρόνον, ἀνὰ τῷ οἰκίαν ἐπανεζεύξας. καὶ θεσπίζει γε βασιλεὺς, μετὰ τελευτῷ Τιμοθέου, ἐκεῖνον ἐπίσκοπον γενέσθαι ὃν ἂν ὁ κλῆρος καὶ τὸ κοινὸν ψηφίσωνται. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ τελευτήσαντος τοῦ Τιμοθέου, ὁ Ἰωάννης χρήματα δοὺς, ὡς τῷ αὐτῷ Ζαχαρίᾳ γέγραπται, [4] καὶ ἐς τὰ ὠμοσμένα τῷ βασιλεῖ ἀλογήσας, ἐς

VALESII ANNOTATIONES.

ſua auctoritate, inconſulto Imperatore id fecerant: cum moris eſſet ob magnitudinem urbis Alexandriæ, ut Epiſcopus Alexandrinus non niſi conſulto prius Imperatore, eligeretur. Præterea ſede non vacante, ſed ſuperſtite adhuc Timotheo Salophaciolo, ipſi alium Epiſcopum ordinare præſumpſerant. Quo facto ſeditiones & diſcidia quæ morte Timothei Æluri ſopita eſſe videbantur, denuo recrudeſcebant. Has ob cauſas, Epiſcopi illi capitali ſupplicio potius afficiendi erant quam Mongus. Neutrum tamen verum eſſe exiſtimo. Mongus enim exilio dumtaxat multatus eſt. Epiſcopi vero qui illum ordinaverant, ab Anthemio Auguſtali puniri juſſi ſunt, ut ſcribit Liberatus in Breviario capite XVI.

1 Ἐκβουλῆς δὲ ἐνίων] Aſſentior Chriſtophorſono & Savilio, qui οὐκ βουλῆς emendarunt: quam emendationem confirmat etiam Nicephorus & codex Teller. Cæterum Liberatus in Breviario capite decimo ſexto longe alia de cauſa Joannem Oeconomum miſſum fuiſſe dicit Conſtantinopolim. Ait enim Timotheum Salofaciolum, cum Epiſcopalem ſedem decreto Zenonis Aug. recuperaſſet, miſiſſe Clericos quoſdam Conſtantinopolim, inter quos erat Joannes Oeconomus, qui gratias agerent Imperatori ob ipſius reſtitutionem. Simul autem petierunt ab Imperatore, ut ſi quid Timotheo humanitus contigiſſet, non alius quam Catholicus in ejus locum ſubrogaretur à clero & populo Alexandrino, ut habetur in geſtis de nomine Acacii. Quod quidem Zeno conſultis Salofacioli reſpondens, ſcripta ad clerum Alexandrinum epiſtola fieri mandavit, ut teſtatur Felix in epiſtola prima ad Acacium, & Gelaſius in geſtis de nomine Acacii. Porro in Manuſcripto codice Florentino ad marginem leguntur hæc verba: περὶ Ἰωάννου τοῦ Ταβεννησιώτου. Certe Joannes hic Tabenneſiota dicitur etiam à Theophane in Chronico, eo quod monachus fuiſſet in cœnobio Tabennenſium apud Canopum, ubi etiam Timotheus Salophaciolus olim monaſticam vitam ad diſciplinam excoluerat, ut ſcribit Theophanes.

2 Οἰκονομεῖν πεπαγμένον τὸν ναὸν Ἰωάννου] Victor Tunonenſis in Chronico, & Liberatus in Breviario, Joannem hunc ſimpliciter œconomum appellant. In geſtis autem de nomine Acacii, œconomus Timothei Catholici dicitur. Cur ergo Evagrius hoc loco, ſeu potius Zacharias (ex eo enim deſumpſit Evagrius) Joannem Oeconomum fuiſſe dicit Eccleſiæ ſancti Joannis? Neque enim hujus tantum Eccleſiæ erat œconomus: ſed omnium Eccleſiarum quæ erant ſub Epiſcopo urbis Alexandriæ, reditus ac pecunias adminiſtrabat, ut docet Liberatus in capite decimo ſexto his verbis: *Porro Joannes ex œconomo amicus factus eſt Hillo magiſtro; qui cum reliquis deſcendit Alexandriam. Factuſque eſt iterum œconomus habens cauſas omnium Eccleſiarum.* Scribendum puto, *habens gazas omnium Eccleſiarum.* Quam emendationem confirmant ſequentia Liberati verba, quæ ſic habent: *Qui multa & pretioſa Xenia direxit Hillo magiſtro*, &c. An dicendum eſt, Eccleſiam S. Joannis Baptiſtæ fuiſſe tunc maximam Eccleſiam Alexandriæ? Olim quidem major Eccleſia Alexandriæ Cæſarea dicebatur, ut ad Socratem obſervavi. Fieri tamen poteſt, ut Eccleſia S. Joannis quæ poſt deſtructionem Serapei illic à Theodoſio ædificata eſt, major Eccleſia extiterit, tranſlata illuc Epiſcopali ſede. De hac S. Joannis Baptiſtæ Eccleſia loquitur Ruf. in libro II. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 27. *Nam & in Serapis ſepulcro, prophanis ædibus complanatis, ex uno latere martyrium, ex altero conſurgit Eccleſia. Occaſio autem martyrii conſtruendi unde data ſit, dignum arbitror memorare.* Subjicit deinde de reliquiis beati Joannis Baptiſtæ, tempore S. Athanaſii Alexandriam allatis. Quibus poſtea, everſo Serapio, aurea tecta, ut Ruffini verbis utar, Imperante Theodoſio, conſtructa ſunt. Certe in hac Eccleſia S. Joannis, Patriarcha Alexand. Collectas agebat, ut de Dioſcoro docet Theophanes pag. 139.

3 Ἐξὸν ᾖ τοῖς τὴν Ἀλεξάνδρου οἰκοῦσι] Electio igitur Epiſcoporum adempta fuerat Clero ac populo urbis Alexandrinæ, & Imperator jus nominandi Alexandriæ Epiſcopi ad ſe tranſtulerat, ut ex hoc loco apparet. Quod per vim quidem & contra leges Eccleſiaſticas factum fuiſſe non diffitemur. Non ſine cauſa tamen Principes Romani id juris ſibi vindicaverant poſt cædem Proterii Epiſcopi Alexandrini, cum urbs Alexandrina ſuopte nutu ad ſeditiones propenſa, in eligendis Epiſcopis graviſſimos ſubinde motus excitaret.

4 Καὶ ἐς τὰ ὠμοσμένα τῷ βασιλεῖ ἀλογήσας] In optimo codice Florentino ſcriptum inveni καὶ ἐς τὰ ὠμοσμένα &c. Porro de hoc Sacramento quo Joannes Tabenneſiota ſeſe

VARIORUM.

a Ἰωάννης] *Talaia*, ſive *Talaida* dictus, Salophaciolo à Catholicis ſuffectus anno 481. Ei tamen inter alia objecit Acacius Ep. CP. quod Salophaciolo ſuaſiſſet ut nomen Dioſcori ſacris Diptychis inſereret.

ἐπίσκοπον

ἐπίσκοπον τῆς Ἀλεξανδρέων πρεσβύτερος. ἅτε δὲ βασιλεὺς γνοὺς, ἐκεῖνον μὲν ἀπελαθῆναι κελεύει: ἐπιθήκη δέ τινων προσφώνησιν πρὸς τοὺς Ἀλεξανδρέας γράφει, ἣν πινα Ἑνωτικὸν κέκληκε, θεσπίσας ἀποδοθῆναι Πέτρῳ τὸν θρόνον τῆς Ἀλεξάνδρου, ἐφ' ᾧ τούτῳ καθυποσημήνοιτο, καὶ τοὺς τῆς μοίρας Προτερίου ἐς κοινωνίαν δέξοιτο.

piscopus Alexandriæ constituitur. Quod ubi comperit Imperator, illum quidem ejici præcepit. Quorundam autem suasu, allocutionem scripsit ad Alexandrinos, quam Henoticum appellavit. Jussitque ut Alexandrina sedes Petro restitueretur, dummodo ille Henotico suo subscribere, & Proterianos in communionem suscipere voluisset. *Joannes Ep. Alex.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Ὡς Πέτρος ὁ Μογγὸς δέχεται τὸ ἑνωτικὸν Ζήνωνος, καὶ τοῖς ἀπὸ Προτερίου συνάπτεται.

CAPUT XIII.

Quomodo Petrus Mongus Henoticum Zenonis amplexus est, & Proterianis se conjunxit.

1 Ταύτην τὴν οἰκονομίαν γνώμῃ συνθεμένην 2 Ἀκακίου τοῦ τῆς βασιλίδος ἐπισκόπου, Περγάμιος ἐπεκομίζετο, ὕπαρχος τῆς Αἰγύπτου χειροτονηθείς· ὅστις ἐπεὶ τῇ Ἀλεξάνδρου, πεφευγότα τὸν Ἰωάννην θύραζε, συντυγχάνει τῷ Πέτρῳ, καὶ πείθει δέξασθαι τὴν προσφώνησιν Ζήνωνος, ἐφίστησί τε καὶ τοὺς διεστῶτας. δέχεται τοίνυν τὴν εἰρημένην προσφώνησιν, ἐπιγράφει τε ταύτῃ. ὑπισχνεῖται δὲ καὶ τοὺς ἀπ' ἐναντίας δέξεσθαι. μετὰ δ' οὐ πανηγύρεως δημοτελοῦς ἀνὰ τὴν Ἀλεξανδρέων οὔσης, πάντων τε τὸ καλούμενον Ἑνωτικὸν Ζήνωνος προσεμένων, δέχεται Πέτρος καὶ τοὺς ἐκ τῆς Προτερίου μοίρας· καί πινα προσφώνησιν πρὸς τὸν λεὼν συνταξάς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, ἀναγινώσκει τὴν Ζήνωνος προσφώνησιν, ἔχουσαν ὧδε.

Hanc dispositionem, consilio Acacii Regiæ urbis Episcopi factam, Pergamius qui Præfectus Ægypti constitutus fuerat, secum detulit. Is cum Alexandriam appulisset, Joannemque fuga elapsum esse didicisset, in colloquium venit cum Petro: suasitque ei, ut Zenonis allocutionem, & eos qui ab ipso dissentiebant, susciperet. Petrus itaque supra memoratam allocutionem suscepit, eique subscripsit. Eos vero qui ab ipso dissidebant, susceturum se in communionem pollicitus est. Nec multo post, cum publica festivitas ageretur Alexandriæ, & Zenonis Henoticum omnes communi consensu amplecterentur, Petrus Proterianos quoque in communionem recepit. Cumque ipse in Ecclesia alloçutionem fecisset ad populum, Zenonis quoque allocutionem recitavit, quæ sic habet. *Pergamius.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Τὸ ἑνωτικὸν τοῦ Ζήνωνος.

CAPUT XIV.

Zenonis Henoticum sive unitivum edictum.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Ζήνων, εὐσεβὴς, νικητὴς, τροπαιοῦχος, μέγιστος, ἀεισέβαστος, Ἄνγουστος, τοῖς κτ' Ἀλεξάνδρειαν καὶ Αἴγυπτον καὶ Λιβύην καὶ Πενταπόλιν 3 εὐλαβεστάτοις ἐπισκόποις καὶ κληρικοῖς, καὶ μοναχοῖς καὶ λαοῖς. δέχομαι καὶ σύγκρασιν,

Imperator Cæsar Flavius Zeno, pius, victor, triumphator, maximus, semper Augustus, Reverendissimis Episcopis & Clericis ac Monachis & Populis, per Alexandriam & per Ægyptum & Libyam ac Pentapolim constitutis. Cum initium & confir-

VALESII ANNOTATIONES.

olim obstrinxerat apud Imperatorem, nunquam sedem Alexandrinam consensurum se esse, loquitur Simplicius Papa in epistola 17. ad Acacium, ita scribens. *Cum ecce secundum consuetudinem mihi talia disponenti tranquillissimi Principis scripta sunt reddita, quibus memoratum Joannem tanquam perjurii reum, quod fraternitati quoque tuæ non esse diceretur incognitum, sacerdotio perhiberet indignum.* Idem quoque testatur Liberatus in cap. 17.

1 Ταύτην τὴν οἰκονομίαν] Unitivum scilicet edictum Zenonis, quod paulo ante προσφώνησιν vocavit Evagrius. Et προσφώνησις quidem ideo vocatur ab Evagrio hic & infra, propterea quod Imperator in eo edicto alloquitur omnes Clericos & laicos, eosque quasi concionando ad unitatem amplectendam hortatur instar sacerdotis. οἰκονομία vero ideo dicitur, quod salubri quadam, ut prima fronte apparet, dispensatione universos Catholicos ad unam eandemque communicationem invitat, suppressa Chalcedonensis Synodi mentione. Porro hoc Zenonis edictum datum est anno Christi 482. Trocondo & Severino Coss. ut scribit Baronius. Idque plane confirmat Victor Tunonensis in Chronico Trocundio viro C. Coss. *Zenon Imp. Eutychiani poculo erroris sopitus, Acacium Constantinop. Episc. damnatoribus Concilii Chalced. Petro Alexandrino & Petro Antiocheno Episcopis per henoticon socians, eorum communione polluitur, & cum eis à Catholica fide recedit.*

2 Περγάμιος ὕπαρχος τῆς Αἰγύπτου] Pergamium non Præfectum Ægypti, sed ducem fuisse scribit Liberatus in cap. 17. Breviarii. *Acacius*, inquit, *persuasit Zenoni, ut scriberet Apollonio Augustali, & Pergamio Duci, ut Joannem ab Alexandrina sede, quasi eam contra suum jusjurandum quod in regia civitate dedit, arripuisset, expellerent, & cooperarentur Petro Mongo ut remaneret in sede.*

3 Εὐλαβεστάτοις ἐπισκόποις] Facundus Hermianensis in lib. 12. hoc Zenonis edictum citans ὀρθοδόξοις legit. Sic enim habet. *Flavius Zeno Pius, victor, triumphator, maximus, semper Augustus, orthodoxis Episcopis, Archimandritis & populis, per Alexandriam, & per Ægyptum & Pentapolim & Libyam constitutis.* Arguit deinde Facundus vocem illam *orthodoxis*, eamque pluribus verbis exagitat, quod Imperator Acephalos hæreticos Orthodoxorum nomine afficere veritus non esset. Porro hoc Zenonis edictum promulgatum est anno Christi 482. ut scribit Baronius.

VARIORUM.

a Τὴν τῆς μοίρας Προτερίου] Proterius Petrum, dum Ecclesiæ Alexandrinæ Diaconus fuit, anno 453. ob Eutychianismi studium damnaverat & deposuerat.

Sæc. V.

mationem, vim & ſcutum inexpugnabile Imperii noſtri eſſe intelligamus ſolam rectam ac veram fidem, quam trecenti quidem & octodecim ſancti Patres Nicææ congregati, divina inſpiratione expoſuerunt: centum vero & quinquaginta itidem ſancti Patres Conſtantinopoli collecti confirmarunt, diu noctuque, omni ſtudio ac diligentia & legibus noſtris id agimus, ut ubique locorum ſancta Catholica & Apoſtolica Dei Eccleſia, quæ incorrupta atque immortalis eſt mater ſceptrorum noſtrorum, per illam quam dixi fidem multiplicetur: utque pii populi, in pace & in ea quæ circa Deum eſt concordia perſeverantes, una cum Deo chariſſimis Epiſcopis, & Religioſiſſimis Clericis, & Archimandritis & Monachis, acceptas Deo preces offerant pro Imperio noſtro. Quamdiu enim magnus Deus & Servator noſter Jeſus Chriſtus, qui ex ſancta Virgine ac Dei genitrice Maria incarnatus & natus eſt, concinentem omnium noſtrum glorificationem cultumque approbaverit & benigne ſuſceperet, omnes quidem hoſtes conterentur ac delebuntur: univerſæ autem gentes noſtræ quæ ſecundum Deum eſt poteſtati colla ſubmittent: Pax denique, & quæ ex pace proveniunt bona, cœli temperies, frugum ubertas, & quæcumque alia commoda, hominibus donabuntur. Cum ergo irreprehenſibilis fides, & nos, & rempublicam Romanam ita conſervet, preces nobis oblatæ ſunt à religioſiſſimis Archimandritis & Eremitis & aliis reverendis hominibus, qui cum lacrymis ſupplicabant, ut unitas fieret ſanctiſſimis Eccleſiis, & membra membris conjungerentur, quæ boni totius inimicus jamdudum à ſe invicem disjungere conatus eſt: ſciens ſe, ſi integrum Eccleſiæ corpus impugnaverit, facile eſſe ſuperandum. Ex hoc enim contigit, ut innumerabilis hominum multitudo, quam tot annorum ſpatio temporis longinquitas ex hac luce ſubtraxit, partim regenerationis lavacro fraudata interierit, partim abſque divinæ communionis perceptione ex hac vita migraverit: utque innumeræ cædes perpetratæ ſint, & effuſi ſanguinis copia non terra ſolum, ſed etiam aer ipſe ſit contaminatus. Quæ quidem, quotuſquiſque eſt qui non optaverit in meliorem ſtatum commutari? Quapropter ſcire vos volumus, nec nos, nec eas quæ ubique ſunt Eccleſias, aliud Symbolum aut Mathema, aliamve definitionem fidei aut fidem, præter ſupra memoratum ſanctum Symbolum trecentorum & octodecim ſanctorum Patrum, quod à jam dictis centum & quinquaginta ſanctis Patribus confirmatum eſt, habuiſſe, vel habere, vel habituros eſſe, nec ſcire quoſ-

Recta fidei Chriſtianæ beneficia.

Diſſenſionis religioſæ incommoda.

Fides Nicæna laudata.

δύναμίν τε καὶ ὅπλον ἀκαταμάχητον τῆς ἡμετέρας εἰδότες βασιλείας τὸ μόνιμον ὀρθὴν καὶ ἀληθινὴν πίστιν, ἣν τινα διὰ τὴν θείας ὑποφοιβήσεως ἐξέθεντο οἱ ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντες τριακόσιοι καὶ δέκα ἅγιοι πατέρες, ἐβεβαίωσαν ἢ καὶ οἱ ἐν Κωνσταντίνου πόλει ρν' ὁμοίως ἅγιοι πατέρες συνελθόντες, νύκτωρ τε καὶ καθ' ἡμέραν, πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σπουδῇ καὶ νόμοις κεχρήμεθα, πληθύνεσθαι δι' αὐτῆς τὸ ἀπαράσχετον ἁγίαν τοῦ Θεοῦ καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν, τὸ ἄφθαρτον καὶ ἀτελεύτητον μητέρα τῶν ἡμετέρων σκήπτρων, εἰρήνῃ τε καὶ τῇ περὶ Θεοῦ ὁμονοίᾳ τοὺς εὐσεβεῖς λαοὺς ἁγαλλιῶντας, εὐπροσδέκτους τοὺς ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας βασιλείας ἱκεσίας προσφέρειν, σὺν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις καὶ θεοσεβεστάτοις κλερικοῖς, καὶ Ἀρχιμανδρίταις καὶ μονάζουσι. τοῦ γὰρ μεγάλου Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας σαρκωθέντος, καὶ τεχθέντος, τὸ ἐκ συμφωνίας δοξολογίαν τε καὶ λατρείαν ἡμῶν ἐπαινοῦντος, καὶ ἑτοίμως δεχομένου, τὰ μὲν τῶν πολεμίων ἐκτεινήσεται καὶ ἐξαλειφθήσεται γένη· πάντες δὲ τὸ οἰκεῖον ὑποκλινοῦσιν αὐχένα τῷ ἡμετέρῳ μετὰ Θεὸν κράτει· εἰρήνη δὲ, καὶ τὰ ἐκ ταύτης ἀγαθὰ, ἀέρων τε εὐκρασία, καὶ τῶν καρπῶν εὐφορία, καὶ τὰ ἄλλα δὲ τὰ λυσιτελοῦντα τοῖς ἀνθρώποις φιλοτιμηθήσεται. οὕτως οὖν τῆς ἀμωμήτου πίστεως ἡμᾶς τε καὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ σωζούσης πράγματα, δεήσεις ἡμῖν προσεκομίσθησαν παρὰ θεοσεβῶν Ἀρχιμανδριτῶν καὶ ἐρημιτῶν, καὶ ἑτέρων αἰδεσίμων ἀνδρῶν, μετὰ δακρύων ἱκετευόντων, ἕνωσιν γενέσθαι ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, σωαφθῆναί τε τὰ μέλη τοῖς μέλεσιν, ἅπερ ὁ μισόκαλος ἀπὸ πλείστων χρόνων χωρίσαι κατεπείχθη· γινώσκων ὡς εἰ ὁλοκλήρῳ τῷ τῆς ἐκκλησίας σώματι πολεμοῖτο, ἡττηθήσεται. συμβαίνει γὰρ ἐκ τούτου καὶ γενεὰς ἀναριθμήτους εἶναι, ὅσας ὁ χρόνος ἐν τοσούτοις ἔτεσι τῆς ζωῆς ὑπεξήγαγεν· καὶ τοὺς μὲν τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας ἐστερημένους ἀπελθεῖν, τοὺς δὲ τῆς θείας κοινωνίας μὴ μεταλαχόντας, πρὸς τοῦ τῶν ἀνθρώπων ἀπαραίτητον ἐκδημίαν ἀπαχθῆναι. Φόνους τε τολμηθῆναι μυρίους, καὶ αἱμάτων πλήθει κολυνθῆναι μὴ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ἀέρα. ταῦτα τίς οὐκ ἂν εἰς τὸ ἄμεινον μεταβληθῆναι προσεύξοιτο; ἀλλ' ἵστε τοῦτο, γνῶναι ὑμᾶς ἐσπουδάσαμεν, ὅτι καὶ ἡμεῖς καὶ αἱ πανταχοῦ ἐκκλησίαι ἕτερον σύμβολον ἢ μάθημα, ἢ ὅρον πίστεως, ἢ πίστιν πλὴν τῆς εἰρηνικῆς ἁγίας συμβόλου τε τῶν ἁγίων πατέρων, ὅσοι ἐβεβαίωσαν οἱ μνημονευθέντες ρν' ἅγιοι πατέρες, ὅτε ἐσχήκαμεν, ὅτε ἔχομεν, ὅτε ἕξομεν, ὅτε ἔχοντας ὑπειλήφαμεν. εἰ δὲ καὶ ἔχοι τις,

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σπουδῇ] Sic etiam legitur apud Nicephorum. Nec aliter legerat vetus interpres ejus edicti apud Liberatum in cap. 18. Ita enim vertit: *noctibus ac diebus oratione & ſtudio & legibus nitimur multiplicari per eam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam.* Mihi tamen potius videtur ſcribendum eſſe πάσῃ εὐσυχῇ. quid ſit εὐσυχὴ docet Suidas, qui veteris Scriptoris locum affert. Certe hæc emendatio magnopere mihi arridet.

2 Σώματι πολεμοῖτο] Scribendum eſt procul dubio πολεμοῖ, ut habet Nicephorus & codex Tellerianus. Savilius quoque ad oram ſui codicis adnotarat, forte πολεμοίη.

3 Καὶ τοὺς μὲν τοῦ λουτροῦ] Ad hunc locum Edicti Zenonis alludit Felix Papa in Epiſtola ad Zenonem Auguſt. ita ſcribens. *Dolet certe pietas tua, quod per diuturnos partis alternæ graveſque conflictus, multi ex hoc ſæculo videantur ablati aut baptiſmatis aut communionis expertes.*

ἀλλότριον

ἀλλότριον αὐτὸν ἡγούμεθα. τοῦτο γὰρ καὶ μόνον, ὡς ἔφαμεν, τῷ ἡμετέραν βασιλείαν σῴζειν πεπαῤῥήκαμεν· καὶ πάντες δὲ οἱ λαοὶ τῷ σωτηριώδει ἀξιούμενοι φωτίσματος, αὐτὸ τὸ μόνον προσλαμβάνοντες βαπτίζονται· ᾧ καὶ ἐξηκολούθησαν οἱ ἅγιοι πατέρες οἱ ἐν τῇ Ἐφεσίων συνελθόντες, οἵ τε καθελόντες τὸν ἀσεβῆ Νεστόριον, καὶ τοὺς τὰ ἐκείνου μετὰ ταῦτα φρονοῦντας. ὃν πινα καὶ ἡμεῖς Νεστόριον ἅμα Εὐτυχεῖ τἀναντία τοῖς εἰρημένοις φρονοῦντας, ἀναθεματίζομεν, δεχόμενοι τὰ ιε' κεφάλαια τὰ εἰρημένα παρὰ τῆς τῆς ὁσίας μνήμης Κυρίλλου γενομένου ἀρχιεπισκόπου τῶν Ἀλεξανδρέων ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας. ὁμολογοῦμεν δὲ τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν καὶ Θεὸν, τὸν κτ' ἀλήθειαν σεσαρκωπήσαντα τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κτ' τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κτ' τὴν ἀνθρωπότητα, κατελθόντα γὰρ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς παρθένου καὶ θεοτόκου, ἕνα τυγχάνειν καὶ οὐ δύο. ἑνὸς γὰρ εἶναι φαμὲν, τά τε θαύματα, καὶ τὰ πάθη ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκί. τοὺς γὰρ διαιροῦντας ἢ συγχέοντας, ἢ φαντασίαν εἰσάγοντας, οὐδὲ ὅλως δεχόμεθα· ἐπεὶ οὖν ἡ ἀναμάρτητος κτ' ἀλήθειαν σαρκωσις ἐκ τῆς θεοτόκου, πεποίηκεν Υἱοῦ οὐ πεποίηκε. μεμένηκε γὰρ τριὰς, ἡ τριὰς, καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς τριάδος Θεοῦ λόγου. εἰδότες οὖν ὡς οὔτε αἱ ἅγιαι πανταχοῦ τῆς Θεοῦ ὀρθόδοξοι ἐκκλησίαι, οὔτε οἱ τῆσδε πεφιλήμενοι θεοφιλέστατοι ἱερεῖς, οὔτε ἡ ἡμετέρα βασιλεία ἑτέρου συμβόλου ἢ ὅρου πίστεως πρὸ τὸ εἰρημένον ἅγιον μάθημα προσέχοντο, ἢ ἀνέχονται, [1] ἡνώσαμεν ἑαυτοὺς μηδὲν διαιροῦντες. ταῦτα δὲ γεγράφαμεν οὐ καινίζοντες πίστιν, ἀλλ' ὑμᾶς πληροφοροῦντες. πάντα δὲ τὸν ἕτερόν τι φρονήσαντα, ἢ φρονοῦντα, ἢ νῦν, ἢ πώποτε, ἢ ἐν Καλχηδόνι, ἢ οἱᾳδήποτε συνόδῳ, ἀναθεματίζομεν· ἐξαιρέτως δὲ τοὺς εἰρημένους Νεστόριον, καὶ Εὐτυχῆ, καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονοῦντας. συνάφθητε τοίνυν τῇ πνευματικῇ μητρὶ τῇ ἐκκλησίᾳ, τῆς αὐτῆς ἡμῖν ἐν αὐτῇ θείας ἀπολαύοντες κοινωνίας κατὰ τὸν εἰρημένον ἕνα καὶ μόνον ὅρον τῆς πίστεως τῶν τριακοσίων ἁγίων πατέρων. ἡ γὰρ παναγία μήτηρ ὑμῶν ἡ ἐκκλησία, [2] καὶ γνησίους ὑμᾶς υἱοὺς ἀπεκδέχεται περιπύξασθαι, καὶ τῆς χρονίας καὶ γλυκείας ὑμῶν ὀπὸς ἐπιθυμεῖ φωνῆς ἀκροάσασθαι. ἐπείξατε οὖν ἑαυτούς. ταῦτα γὰρ ποιοῦντες, καὶ τὴν

quam qui habeant. Quod si quis habeat, hunc extraneum esse judicamus. Hoc enim symbolo solo, ut jam dictum est, Imperium nostrum servari confidimus. Sed & omnes populi qui salutarem baptismum percipiunt, hoc solo accepto symbolo baptizantur. Idem etiam secuti sunt sancti Patres qui Ephesi convenerunt, & qui impium Nestorium una cum iis qui ejus sententiam postea amplexi sunt, deposuerunt. Quem quidem nos simul cum Eutyche, ut pote contraria memoratis Patribus sentientes, Anathematizamus, suscipientes etiam duodecim capitula, quæ à sanctæ memoriæ Cyrillo, sanctæ Catholicæ Alexandrinorum Ecclesiæ quondam Archiepiscopo, dictata sunt. Confitemur autem unigenitum Dei Filium & Deum, vere hominem factum, Dominum nostrum Jesum Christum, consubstantialem Patri secundum Deitatem, eumdemque nobis consubstantialem quoad humanitatem: Qui descendit & incarnatus est ex Spiritu Sancto de Maria Virgine ac Dei genitrice, unum esse, non duos. Unius enim esse dicimus, tum miracula, tum passiones quas sponte sua in carne sustinuit. Eos vero qui dividunt aut confundunt, aut phantasiam introducunt, nullatenus suscipimus. Si quidem vera illa & peccati expers incarnatio ex Dei genitrice, accessionem alterius Filii non effecit. Trinitas enim semper manst Trinitas, etiamsi unus ex Trinitate, Deus scilicet Verbum incarnatus sit. Scientes itaque, sanctas & orthodoxas quæ ubique sunt, Ecclesias Dei, & qui illis præsunt Dei amantissimos Episcopos, nostrum denique Imperium, nullum aliud Symbolum aut definitionem fidei præter supra memoratum sanctum Mathema admisisse vel admittere, absque ulla cunctatione nos adunavimus. Hæc autem scripsimus vobis, non innovantes fidem, sed ut vobis satisfaceremus. Quicumque vero aliter sentit aut sensit, vel nunc vel quandocumque alias, sive Chalcedone, sive in alia qualibet synodo, eum Anathematizamus: præcipue tamen Nestorium & Eutychem, & eos qui idem cum illis sentiunt. Conjungimini igitur Matri spiritali Ecclesiæ, ut in ea, una eademque nobiscum divina communione fruamini, juxta memoratam fidei definitionem trecentorum & octodecim sanctorum Patrum, quæ una ac sola est fidei definitio. Sanctissima enim mater nostra Ecclesia, vos tanquam proprios filios expectat ut amplectatur, & post diuturnum tempus, suavem vocis vestræ concentum audire desiderat. Festinate igitur concito cursu. Quod si fe-

Trinitas semper manst.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἡνώσαμεν ἑαυτοὺς] Ita etiam scribitur apud Nicephorum. Aliter tamen legisse videntur Facundus & Liberatus. Nam Facundus quidem pag. 551. hunc locum ita vertit. *Adunate ergo vos in nullo dubitantes. Hæc enim scripsimus vobis, non innovantes fidem, sed ut vobis satisfaceremus*, &c. Liberatus autem sic interpretatur, *unite vosmetipsos, nihil dubitantes. Hæc enim scripsimus non innovantes fidem, sed vobis satisfacientes.* Ex quibus apparet eos legisse ἐνώσατε μὲν ἑαυτοὺς &c. Melior tamen est nostrorum codicum scriptura. Sequitur enim paulo post ἀναθεματίζομεν.

2 Καὶ γνησίους ὑμᾶς υἱοὺς] Quod in his Evagrii libris sæpius accidit, id hoc quoque loco factum est, ut καὶ pro ὡς poneretur. Certe Liberatus hic legit ὡς, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Sanctissima namque mater nostra Ecclesia, tanquam quæ genuit vos, filios expectat amplecti ex longo post tempore, dulcemque vocem vestram concupiscit audire.* Nec aliter legit Facundus in libro 12. Ita enim habet ejus versio. *Sancta enim mater nostra Ecclesia, sicut proprios filios suos suscipit. Amplectimini eam. Desiderat enim post longum tempus dulcem vestram vocem audire.* Sed & Niceph. scriptum habet καὶ ὡς γνησίους. Porro ex supradictis apparet, Liberatum & Facundum in Zenonis edicto legisse μήτηρ ἡμῶν, quod quidem magis placet. Præterea Facundus legit περιπύξασθε: non ut vulgo legitur περιπύξασθαι. Quæ tamen scriptura nullo modo tolerari potest. Denique liberatus legisse videtur ἐκ τῆς χρονίας, non autem καὶ τῆς χρονίας.

Sæc. V.

ceritis, tum Domini & Servatoris ac Dei noſtri Jeſu Chriſti benevolentiam vobis conciliabitis, tum à noſtra Majeſtate maximam laudem referetis. His perlectis, Alexandrini omnes ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ ſe ſe adunarunt.

τῷ δεσπότῃ καὶ Σωτῆρος καὶ Θεῷ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐμένειαν πρὸς ἑαυτὸς ἐφελκύσητε, καὶ πρὸ τῆς ἡμετέρας βασιλείας ἐπαινεθήσεσθε. [a] τούτων ἀνεγνωσμένων, ἠνοῦντο μιᾷ πάντες οἱ τῆς Ἀλεξάνδρου τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ. a

CAPUT XV.

Quomodo Joannes Alexandriæ Epiſcopus Romam veniens, perſuaſit Simplicio ut ad Zenonem ſcriberet de iis quæ acciderant: & quid Zeno reſcripſerit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ὡς Ἰωάννης ὁ Ἀλεξανδρείας καταλθὼν εἰς Ῥώμην, πείθῃ Σιμπλίκιον πρὸς Ζήνωνα περὶ τῶν συμβάντων γράψαι Ζήνωνι.

JOANNES vero cujus ſupra mentionem fecimus, cum fugiſſet ex urbe Alexandria, Romam ſe contulit, & ibi maximas excitavit turbas, aſſerens quidem ſe ob Leonis decretorum & Chalcedonenſis ſynodi defenſionem ſua ſede exturbatum eſſe; alium vero ſubſtitutum, qui iiſdem decretis adverſaretur. Quibus commotus cum eſſet Simplicius Epiſcopus ſenioris Romæ, & his de rebus ad Zenonem Imperatorem ſcripſiſſet, reſcripſit Zeno, Joannem accuſans perjurii, nec ullam aliam ob cauſam eum Epiſcopatu expulſum fuiſſe.

Simplicius Ep. Rom.

Ὁ δέ γε Ἰωάννης ὃς πρότερον ἐμνήσθημεν, τὸν Ἀλεξάνδρου πεφυγὼς, τὸν ἀρχαιοτέραν καταλαμβάνει Ῥώμην· καὶ διετάραξε, Φάσκων ὑπὲρ τῶν Λέοντος δογμάτων καὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου, τὸν οἰκεῖον ἐκπεπολεμωκέναι θρόνον· ἕτερον δὲ ἀντεισελθεῖν, ἀντίπαλον τούτοις καθεζῶντα. πρὸς τοῦτο ταραχθέντος [b] Σιμπλικίου τῆς τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπισκόπου, καὶ πρὸς βασιλέα Ζήνωνα γράψαντος, ἀντιγράφει ὁ Ζήνων, ἐπορκίαν τῷ Ἰωάννῃ ἐγκαλῶν, καὶ ὡς τούτου χάριν ὁ ἐπίσκοπος, καὶ δι' ἕτερον ἀπηλάθη. 1 b

CAPUT XVI.

De Calendione Antiochiæ Epiſcopo, utque exilio damnatus ſit ob amicitiam quam cum Illo & Leontio habuiſſe credebatur. Item quomodo Petrus Fullo Petro Mongo & Epiſcopis Conſtantinopolis ac Hieroſolymorum ſociatus fuerit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ις'.

Περὶ Καλανδίωνος τῆς Ἀντιοχείας, καὶ ὅτι ἐξορίᾳ κατεδικάθη διὰ τὸν πρὸς Ἴλλουν καὶ Λεόντιον συνοικειωθεῖσαν φιλίαν, καὶ ὡς Πέτρος ὁ κναφεὺς ἠνώθη τῷ Μογγῷ, καὶ τῷ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῷ Ἱεροσολύμων.

SED & Calendio Epiſcopus Antiochiæ, literas ſcripſit ad Zenonem Imperatorem, & ad Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quibus Petrum adulterum vocabat: aſſerens eum, cum eſſet Alexandriæ, Chalcedonenſem ſynodum publice anathematizaſſe. verum Calendio alidicio ad Simplicium provocavit Joannes, quippe qui non ſynodali ſententia, ſed per vim ex propria ſede expulſus fuiſſet: Nec libellum obtulit Simplicio Papæ, ſed Felici ejus ſucceſſori, ut poſtea videbimus.

Calendio exulat.

Καλανδίων δὲ ὁ Ἀντιοχείας πρόεδρος, γράφων τῷ βασιλεῖ Ζήνωνι, Ἀκακίῳ τε τῷ Κωνσταντινουπόλεως προέδρῳ, [2] μοιχὸν τὸν Πέτρον ἀπεκάλει· λέγων, ὡς τὴν ἐν Καλχηδόνι συνόδον ἀνατεθεμάτικεν ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρέων γενόμενος. ὃς 2

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καταλαμβάνει Ῥώμην] Liberatus in Breviario c. 18, ait Joannem pulſum Alexandrina ſede, primùm quidem Antiochiam veniſſe: poſtea vero acceptis à Calendione Antiocheno Patriarcha interceſſionis literis, Romam veniſſe, & Romanum Pontificem Simplicium appellaſſe, ſicut & beatus fecerat Athanaſius. In geſtis autem de nomine Acacii quæ à Gelaſio Papa conſcripta eſſe exiſtimo, ſuffugium duntaxat Romanæ Eccleſiæ, quemadmodum prædeceſſores ejus fecerant, dicitur expetiſſe. Quod quidem verius puto. Nec enim ab ullo Eccleſiaſtico ju-

2 Μοιχὸν τὸν Πέτρον ἀπεκάλει] Sic etiam Simplicius Papa in Epiſtola ad Acacium, appellat Petrum Moggum, ut teſtis eſt Liberatus in Breviario cap. 18. Eo quod ſcilicet ſuperſtite Timotheo Salophaciolo qui legitime fuerat ordinatus, Alexandrinam Eccleſiam invaſiſſet.

VARIORUM.

a Τούτων ἀνεγνωσμένων—] Eccleſia Catholica Zenonis Henoticum non diſerte damnavit, tum ne ipſius animum exacerbaret, & graviora inde Schiſmata & mala orirentur, quorum difficilior eſſet ſanatio: tum quia Zeno Synodum Chalcedonenſem diſerte non damnavit, nec hæreſin ullam adſtruxit Henotico ſuo; imo damnavit Eutychianum dogma, & aliunde privatis literis ad Pontifices Romanos datis Synodum Chalcedonenſem profeſſus eſt. Natalis quidem Alexander in parte prima Seculi V. cap. 3. & in Diſſert. XVIII. tam ex ipſius Henotici verbis, quam ex Epiſtola Zenonis ad Felicem Papam, cujus fragmentum refert Evagrius, cap. 20. hujus lib. illud nullam hæreſim continere oſtendit. Cauſæ tamen Fidei nocuit, fovitque hæreſim, ſilendo tum de ſancti Leonis Epiſtola, tum de Synodi Chalcedonenſis definitione, tum denique de his vocabulis, *ex duabus*, & *in duabus naturis*; quæ Catholicæ fidei contra Eutychianam perfidiam nota ſingularis erat. Hinc Facundus Hermianenſis in Henoticum prolixe invehitur, Lib. XII. cap. 4.

b Σιμπλικίου] Simplicius ſucceſſor erat Hilari P. Rom. Hilarus quidem ſucceſſit S. Leoni die duodecima menſis Novembris anni 461. die ſeptimo poſt Leonis mortem. Seditque Hilarus annos ſex, menſes tres, dies decem. Obiit die 21. menſis Februarii anni 468. ceſſavitque ſedes dies quatuor. Tum vero ordinatus eſt Sanctus Simplicius die viceſima quinta ejuſdem menſis Februarii, juxta calculum Ant. Pagi, Seditque uſque ad diem ſecundum menſis Martii anni 483.

ὕστερον

1 ὕστερον τὴν ἐς Ὄασιν οἴκησιν καταικέται, ἀμύ-
2 ναι νομισθεὶς [a]Ἴλλου καὶ Λεοντίῳ καὶ Παμπρε-
πίῳ περὶ τῷ κατὰ Ζήνωνος τυραννίδα. Πέτρος
3 δὲ ὁ ναφεὺς, ὁ [3]τοῦ Καλανδίωνος καὶ Στεφά-
νου, ὡς μοι λέλεκται, τὸν ἴδιον ἀπειλήφει θρόνον·
4 ὃς καὶ τῷ Ἑνωτικῷ Ζήνωνος καθυπεσημήνατο, [4]καὶ
συνοδικοῖς δὲ τοῦτον τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων ἐχρή-
5 σατο· [5]ἠνώθη δὲ τούτῳ ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως
τοῦ θρόνου Ἀκάκιος. καὶ Μαρτύριος δὲ ὁ Ἱεροσο-
λύμων ἐπίσκοπος, συνοδικαῖς τοῦς τὸν Πέτρον
6 ἐχρήσατο συλλαβαῖς. μετὰ ταῦτά [6]τινες τῆς
Πέτρου κοινωνίας ἑαυτοὺς ἀπέκειναν· ὡς ὀντεῦθεν
τὸν Πέτρον τῷ τῆς Καλχηδόνι συνόδου ἀναφανδὸν
ἀναθεματίσαι. ὅθεν ἐς Ἀκάκιον ἐλθὸν τὸν Κωνσταν-
τινουπόλεως συνετάραξε. πέμψαντε πεποίηκε τινας

quanto post Oasim in exilium relegatus est, eo quod Illi & Leontii ac Pamprepii qui adversus Zenonem tyrannidem sumpserant, partes foviſſe existimaretur. Petrus autem cognomento Fullo, qui ante Calendionem ac Stephanum, ut jam dixi, Episcopus fuerat Antiochiæ, sedem suam recuperavit. Qui quidem & Zenonis Henotico subscripsit, & synodicas literas dedit ad Petrum Alexandrinæ urbis Episcopum. Cum eodem Petro Alexandriæ Episcopo Acacius quoque Constantinopolitanus Episcopus communionem iniit. Sed & Martyrius Episcopus Hierosolymorum ad eumdem Petrum synodicas suas misit. Postea tamen quidam à communione Petri se se abjunxerunt: atque exinde Petrus Chalcedonensem synodum publice anathematizavit. Quæ res cum nuntiata esset Acacio Constantinopoleos Episcopo, non mediocriter eum conturbavit. Missi sunt igitur ab Acacio, *Petrus Fullo sedi Antioch. restitutus.*

SÆC. V.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀμύναι νομισθεὶς ἴλλου] Hunc prætextum fuisse condemnandi Calendionis testatur Liberatus in Breviario cap. 18. Verâ autem causa cur damnatus fuerit ac depositus, hæc erat, quod synodum Chalcedonensem defenderet, nec Zenonis edicto acquiesceret. Verba Liberati sunt hæc. *Interea Calendion Archiepiscopus Antiochenus deponitur. Accusatus in aperto tanquam indevotus principi, mittens populum in rebellionem cum Illo: Latenter autem quia se non suspenderet & à Felicis Papæ, & Joannis cummunione.* Gelasius quoque in Epistola 13. ad Dardanos ait, Calendionem idcirco à Zenone pulsum fuisse, quod ejus nomen è Diptychis sustulisset, substituto in ejus locum Leontii nomine.

2 Ἴλλου] In manuscripto codice Florentino & Telleriano scriptum inveni ἴλλου. Hic est Hillus, natione Isaurus, dignitate Magister officiorum, ut ait Marcellinus in Chronico: qui cum apud Imperatorem plurimum valuisset, tandem nescio quas ob causas ei infensus, Tyrannidem in Oriente arripuit una cum Leontio, anno Christi 484. ut scribit Marcellinus, seu potius 483. ut recte Baronius observavit. Porro hic Hillus à Candido Isauro & à Damascio in vita Isidori Philosophi ἰλλοῦς semper vocatur cum accentu in ultima. Ita etiam scribitur apud Suidam. ἰλλῶ, inquit, ὄνομα κύριον, ὃς ἦν μάγιστρος ζήνωνος. ὁ καὶ ἰλλοῦς. εὑρὼν δὲ ἰλλοῦς τὸν φθορέα ἐκτέμασεν ἐπὶ διδύμου ξύλου. Sic legendus est ille Suidæ locus.

3 Πρὸ Καλανδίωνος καὶ Στεφάνου] Petrus Fullo paulo post reditum Zenonis Augusti, ex Antiochena sede dejectus est anno post Consulatum Basiliſci & Armati. Ejus sedem Joannes quidam quem Petrus Apamiæ ordinarat Episcopum, invasit, ut supra notavi. Quo dejecto, Orientalis synodus Stephanum ordinavit, ut scribit Theophanes in Chronico. Hic cum Antiochenam sedem anni circiter spatio gubernasset, ab hæreticis in Ecclesia crudeliſſime necatus est anno Christi 479. post Consulatum Illi viri Clariſſimi; ut ex Epistolis Simplicii Papæ recte observavit Baronius. Quam ob cædem graviter commotus Zeno, misit Antiochiam qui hoc facinus vindicarent, & in auctores seditionis animadverterent. Quin etiam ad vitandos tumultus, mandavit Acacio Constantinopolitano Episcopo, ut Antiochenum Antistitem in urbe regia ordinaret. Idque factum pacis Ecclesiasticæ causa, tam Imperator, quam Acacius apud Simplicium Papam excusavit, polliciti ordinationem Antiocheni Antistitis juxta Canonum præcepta à Comprovincialibus Episcopis posthac esse faciendam. Ordinatus est igitur ab Acacio Stephanus Junior, qui cum tres annos sedisset, in ejus locum Calendio ab Orientali synodo creatus est Episcopus Trocundo & Severino Coss. anno Christi 482. ut ex epistola Simplicii Papæ docte observavit Baronius. Theophanes quidem Calendionem ab Acacio ordinatum esse scribit Constantinopoli, jussu Zenonis Imperatoris. Theophanis sententiam confirmare videtur Candidus in libro tertio historiæ ita scribens. ὡς Πέτρου τῦ δυσεβοῦς τὰς τῆς Ἀνατολῆς παράσοντος ἐκκλησίας, Καλανδίωνα ζήνων ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ἱερᾶσθαι Ἀντιοχείας ἀπέστελλε. Id est, *Quemadmodum Zeno, dum Petrus ille impius Orientis turbaret Ecclesias, misit Calendionem ut Episcopus esset Antiochiæ.* Sed & in gestis de nomine Acacii diserte scribitur, Calendionem ab Acacio Constantinop. Episcopo ordinatum fuisse. Simplicius quoque idem dicit in Epistola citata, si verba attentius expendamus. Quid enim aliud sonant hæc verba: *Antiocheni exordium Sacerdotis qua ratione serius fuerit indicatum, quamvis minime nos latere potuerit, tamen & ipse vel synodus ejus indicavit. Quod sicut non optavimus fieri, ita faciles excusationi quam necessitas fecit extitimus; quia quod voluntarium non est, non potest vocari in reatum, &c.* Quis enim reatus, quæ necessitas excusanda fuit apud Simplicium, nisi quod Calendionem contra leges Ecclesiasticas Constantinopoli ordinarat Acacius. Jam vero quod de Joanne Codonato subjicit idem Theophanes, qui ab Antiochensibus ordinationis apud Constantinopolim factæ ignaris, Episcopus est ordinatus, & quem Calendio postmodum ad sedem Tyriorum transtulit; vereor ne in eo hallucinatus sit. Non enim Calendio, sed Acacius Joannem ad Tyriorum Ecclesiam transtulit, uti testatur Felix Papa in libello damnationis Acacii, & Gelasius ac Liberatus.

4 Καὶ συνοδικοῖς δὲ ὑστέρου] Scribendum est procul dubio καὶ συνοδικοῖς δὲ πρὸς Πέτρον τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων ἐχρήσατο. quemadmodum legit Nicephorus. Christophorsonus tamen & Savilius ad marginem sui codicis emendat πρὸς Πρωτέρου, ineptissime. Jam pridem enim Proterius è vivis excesserat. Certe Petrum Fullonem Petro Mongo communicasse constat ex epistolis Gelasii Papæ.

5 Ἠνώθη δὲ τούτῳ] Petro scilicet Mongo. Huic enim, pulso Joanne Tabennesiota, communicavit Acacius, & synodicas ab eo literas accepit & vicissim ad eum misit, ut docet Liberatus. Cum Petro autem Fullone numquam communicavit Acacius: Immo gloriari solebat quod ejus communioni nunquam sociatus fuisset: Cum tamen per hoc quod Petro Mongo communicabat, qui communicator erat Petri Fullonis, ipse quoque Fulloni communicaret, ut scribit Gelasius Papa in epistola ad Orientales, quam primus edidit Jacobus Sirmundus.

6 Τινες τῆς Πέτρου κοινωνίας ἑαυτοὺς ἀπέκειναν] Cur se isti à communione Petri Mongi sejunxerint, causam non affert Evagrius. Sed & Liberatus in Breviario cap. 18. admodum obscure id refert his verbis. *Igitur Petrus Mongus ab Abbate Ammone & Joanne Episcopo Magileos, & ab Abbatibus Monachorum inferioris Ægypti bella passus, & seditione ei in Cæsarea Basilica ut dicitur facta, Anathematizavit synodum Chalcedonensem & tomum Papæ Leonis. Et hæc fecit, cum jam scripsisset Acacio & Simplicio quia communicator eorum esset & sanctæ synodi. Et his ita gestis, abscesserunt quidam à Petri communione, & Romam nunciaverunt Papæ Romano.* Quæ cum sint satis obscura, ita exponenda esse mihi videntur. Petrus Mongus cum in sedem Alexandrinam pulso Joanne restitutus esset, primo quidem simulate egit, & synodicas literas ad Acacium & ad Simplicium misit, quibus se communicatorem esse Chalced. synodi affirmabat. Eos quoque qui erant ex parte Timothei Salophacioli, in communionem suam admisit, uti testatur Liberatus. Postea vero cum ob hanc simulationem exagitatus esset ab Eutychianis Monachis, publice in Ecclesia synodum Chalcedonensem Anathematizavit.

VARIORUM.

a Ἴλλου] Legendum Ἴλλῳ. *W. Lowth.*

τὰ

Sæc. V.

qui rei veritatem inquirerent. Quibus cum Petrus perſuadere vellet, nihil hujuſmodi à ſe factum eſſe, acta confici curavit, in quibus quidam teſtati ſunt, nihil hujuſmodi quod quidem ſcirent, à Petro factum fuiſſe.

τὰ περὶ τούτων εἰσομένους· οὓς δὴ Πέτρος πληροφορεῖν βουλόμενος ὡς οὐδὲν τοιοῦτο πεπραχὼς εἴη, ὑπομνήματα γέγραφεν, ἐν οἷς τινὲς εἰρήκασι μηδὲν τοιοῦτο σωειδέναι γεγραφότι τῷ Πέτρῳ. 1

CAPUT XVII.

De his quæ Petrus ſcripſit ad Acacium, qui Chalcedonenſem ſynodum ſuſceperat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ ὧν ἔγραψε Πέτρος Ἀκακίῳ δεξαμενῷ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον.

Petrus Mongus veterator.

HIC enim Petrus, veluti cothurnus quidam ac veterator, & qui temporibus ſe ſe accommodaret, in eadem ſententia minime perſeveravit. Sed nunc Chalcedonenſem ſynodum ſub anathemate damnabat: nunc palinodiam canens, eamdem omnibus ſuffragiis amplectebatur. Itaque Epiſtolam ſcripſit ad Acacium Conſtantinopolitanum Antiſtitem, quæ ad verbum ſic habet. Deus altiſſimus Sanctitati tuæ mercedem rependet pro tantis laboribus ac moleſtiis, quas per tot annorum curricula ſuſtinuiſti, ſanctorum Patrum fidem conſervans: quam quidem aſſidue prædicans confirmaſti. Qua in fide ſymbolum quoque trecentorum & octodecim ſanctorum Patrum recte atque ordine poſitum invenimus: in quo olim baptizati credidimus, & nunc credimus: quod quidem etiam confirmatum eſt à centum & quinquaginta ſanctis Patribus qui Conſtantinopoli convenerunt. Tu ergo ſine intermiſſione viam omnibus monſtrans, ſanctam Dei Eccleſiam adunaſti. Quippe qui certiſſimis argumentis nobis perſuaſeris, nihil contra hæc actum eſſe in ſanctiſſima & univerſali Synodo quæ Chalcedone congregata eſt: ut pote quæ cum ſanctis Patribus olim Nicææ collectis conſentiat, eorumque decreta confirmet. Cum igitur nihil in ea novatum deprehenderimus, ultro ac ſponte conſenſum ac fidem ei accommodavimus. Cognovimus autem, monachos quoſdam fraternitati noſtræ invidentes, ad ſanctiſſimas aures veſtras quædam detuliſſe convitia, quæ ſanctitatem tuam haud facile adverſum nos concitare potuerunt. Primum quidem quod ſancti Patris noſtri & Archiepiſcopi, beati Timothei reliquias alium in locum transtulerimus. Quod quidem facinus, nec Deo acceptum nec legibus conſentaneum

Οὗτος ὁ Πέτρος ὡς κόθορνος καὶ παλίμβολος 2
καὶ τοῖς καιροῖς συνδιαπθέμενος, ἤκμαζε πρὸς μίαν ἔχει γνώμην. νυνὶ μὲν ἀναθεματίζων τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον· νυνὶ δὲ, παλινῳδίαν λέγων, καὶ ταύτῃ ψήφοις ἁπάσαις δεχόμενος. γέγραφε τοίνυν ὑπομνηστικὸν ὁ αὐτὸς Πέτρος πρὸς Ἀκάκιον τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως πρόεδρον, ἐπὶ λέξεως ἔχουσαν οὕτως. Ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος τὴν σὴν ἁγιωσύνην ἀμείψηται, 3 ὑπό τε πόνων καὶ καμάτων τοσούτων, ὧν προὔδοις χρόνων ἐφύλαξας τὴν τῶν ἁγίων πατέρων πίστιν, ἣν ἀκαταπαύστως κηρύττων ἐβεβαίωσας. ἐν ᾗ καὶ τὸ σύμβολον κείμενον τῶν πη ἁγίων πατέρων θεσπίζοντες ἀκολούθως, ἐν ᾧ βαπτισθέντες ἐπιστεύσαμεν καὶ πιστεύομεν. ὅπερ καὶ ἐβεβαίωσαν οἱ συνελθόντες ἐν Κωνσταντινουπόλει ἅγιοι πατέρες ρν'. ἀκαταπαύστως τοίνυν πάντας ὁδηγῶν, ἥνωσας τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, πείσας ἡμᾶς ἀφ' μεγίστων ὑποδειγμάτων ὡς οὐδὲν ὅτι παρὰ ταῦτα πεπραγμένον ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τῇ ἐν Καλχηδόνι γενομένῃ, 2 συμφωνούσης καὶ βεβαιούσης τὰ τοῖς 3
ἐν Νικαίᾳ ἁγίοις πατράσιν. οὐδὲν γὰρ θεσπίσαντες καινὸν αὐτοτελῶς συνεφήσαμεν καὶ πεπιστεύκαμεν. μεμαθήκαμεν δὲ, ὡς τινὲς μονάζοντες Φθονοιῶντες τῇ ἡμῶν ἀδελφότητι, εἰς τὰς ὑμῶν ὁσίας ἀκοὰς εἰσήνεγκαν λοιδορίας πινὰς, οὐκ εὐχερῶς μεταγέσας εἰς λύπην τὴν ὑμῶν ὁσιότητα. καὶ πρῶτον μὲν 4 ὡς τὰ λείψανα τοῦ ἐν ἁγίοις ἡμῶν πατρὸς 4
τοῦ μακαρίου ἀρχιεπισκόπου Τιμοθέου μετηνέγκαμεν εἰς ἕτερον τόπον. ὅπερ πρᾶγμα οὔτε Θεῷ, οὔτε

VALESII ANNOTATIONES.

1 Γεγραφότι τῷ Πέτρῳ] Scribendum mihi videtur πεπραχότι. Atque ita legit Nicephorus in cap. 13. lib. 16.

2 Πέτρος ὁ σκόθρωνος] Hunc locum partim ex Nicephoro, partim auctoritate Florentini codicis & Telleriani emendavi. Porro de Petri ingenio mobili ac fraudulento, idem teſtatur Liberatus his verbis. *Sed permanſit Petrus in Epiſcopatu, ſcribens Acacio quia eſſet ſynodi communicator, & fallens Alexandrinos quia non communicaret ſynodo: ita ut quidam communicatorum ejus Clerici, Monachi & Laici, cognoſcentes ejus fallaciam, ſeparaverint ſe ab ejus communione. Et extra collectas facientes non paſſi ſunt nomini ejus communicare.*

3 Ὑπό τε πόνων] Scribendum eſt procul dubio ὑπέρ τε πόνων. Pro ἀμείψηται legendum eſt ἀμείψεται, ut habet codex Tellerianus & Niceph.

4 Ὡς τὰ λείψανα τοῦ ἐν ἁγίοις] Objectum quidem ſibi dicit hoc crimen Mongus, quod Reliquias Timothei Salophacioli in alium locum tranſtuliſſet. Sed id factum nec excuſat, nec negat; hoc ſolum dicere contentus, iſtud facinus coram Deo & coram hominibus impium eſſe. Quippe humanæ leges ſepulchrorum violatores graviter puniunt. Certe Victor Tunonenſis in Chronico de Mongo ita ſcribit. "Poſt Conſulatum Zenonis tertium: qui "confeſtim favore Zenonis Principis, Synodum Chalce- "donenſem de pulpito coram populis damnat. Nomina "Proterii & Timothei Salafatiatii de Eccleſiaſticis dipty- "chis tollit; & Dioſcori & Æluri, qui Proterium inter- "fecit, ſcribit: corpuſque Timothei Salafatiatii de Eccleſia "ejiciens, in loco deſerto foris civitatem projecit." Idem quoque teſtatur Liberatus in Breviario, cap. 18. his verbis. "Sed & Petrum Alexandrinum anathematizantem Sy- "nodum Chalcedonenſem & tomum Papæ Leonis, qui ſub- "lato nomine Proterii & Timothei Catholici de diptychis, "Dioſcori & Timothei Æluri nomina ſcripſit: qui ejuſ- "dem Timothei Catholici corpus de terra levavit, & foras "projecit, qui inter Epiſcopos Catholicos ſepultus fuerat, "miris eum laudibus proſecutus eſt Acacius, de quo ſe "tanta crimina antea meminerat retuliſſe. Denique Felix Papa, in ſententia damnationis adverſus Acacium, id- ipſum diſerte confirmat: ut jam de hujus facinoris veritate dubitari non poſſit.

VARIORUM.

2 Συμφωνέσης καὶ βεβαιέσης] Legendum συμφωνέσῃ & βεβαιέσῃ. *W. Lowth.*

νόμοις

νόμοις πρέπον ἐστί. καὶ ἐπὶ τούτοις εἰς ἕτερον μετιπτήσαν ἀσύστατον καὶ τοῦ πρότερου χεῖρον. πῶς γὰρ ἀναθεματίζειν εἴχομεν τὴν ἐν Καλχηδόνι ἁγίαν συνοδον, ἣ πιστεύσαντες ἐβεβαιώσαμεν; οὐκ ἀγνοεῖται δὲ, οὐδὲ λέληθε τὴν ὑμῶν θεοφίλειαν τῶν παρ' ἡμῖν λαῶν ὁ ζῆλος, καὶ ἡ ἐλαφεία, καὶ τῶν νεωτερίζειν ἐθελόντων μοναζόντων, οἵ τινες μελετήσαντες ἅμα τισὶν ἐθελοκάκοις τῆς ἐκκλησίας ἀποσχιρτήσασι, τοὺς λαοὺς ἀποσπᾶν ἐπιχειροῦσι. καὶ
1 ἀφ' ὑμετέρων δὲ χάριν, ἐσκεψάμεθα λόγον
θεραπείας ἐχόμενον, μηδὲν βλάπτοντα τὴν ἁγίαν συνοδον τὴν ἐν Καλχηδόνι, εἰδότες οὐδὲν καινὸν ἔχειν αὐτὴ πεπραγμένον. καὶ τοῖς πεισμοσύνῃ
2 τῶν ἀκεραίων καὶ ἀπλογίαν, τοὺς ἐπισυνελθόντας
3 ἡμῖν τοῦτο λέγειν πεποιήκαμεν. καὶ τοῦτο μὲν πολὺς γενόμενος, ταχέως ἐκώλυσα. γνωρίζω δὲ τῇ ὑμῶν ἁγιωσύνῃ, ὡς καὶ μέχρι νῦν οὐ παύονται οἱ τὰ ζιζάνια σπείροντες ἀεὶ μοναζόντες,
4 ὄργανα ἑαυτοῖς ἐγκαταμίξαντες τινῶν μοναστηρίων ποτὲ μὲν οἰκησάντων, καὶ περιέρχονται φήμας θρυλοῦντες ἀφόρους καθ' ἡμῶν, καὶ κατὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς τοῦ Χριστοῦ εἰρήνης, καὶ μηδὲν ἡμᾶς συγχωροῦντες κανονικῶς καὶ πρεπόντως τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ πράττειν· παρασκευάζοντες τοὺς παρ' ἡμῖν λαοὺς μᾶλλον ἄρχειν ἡμῶν ἢ πείθεσθαι ἡμῖν, καὶ θέλουσι ποιεῖν ὅσα μὴ πρέπει Θεῷ. πιστεύομεν δὲ ὡς ἡ ὑμῶν ἁγιωσύνη διδάξει πάντα τὸν θειότατον δεσπότην τῆς οἰκουμένης, καὶ παρασκευάσῃ, ὥστε τύπον αὐτοῖς παραχθῆναι περὶ τῆς αὐτοῦ γαληνότητος, τὸν δέοντα περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, πρέποντα Θεῷ τε καὶ βασιλεῖ· ὥστε πάντας ἐν τούτοις κατευνάζειν.

est. Deinde ad alterum crimen transiliunt, quod nec verisimile est, & priore illo longe deterius videtur. Quo enim modo sanctam Chalcedonensem Synodum anathematizare potuimus, cui credidimus, & quam confirmavimus? Neque vero ignoras, ut arbitror, nec tuam latet Sanctitatem, quanta sit æmulatio ac levitas populorum nostrorum, & monachorum novis rebus studentium. Qui conjuratione facta cum quibusdam malevolis hominibus qui ab Ecclesia recesserunt, populum secum avellere conantur. At nos precationibus vestris adjuti, rationem excogitavimus quæ huic malo mederetur; nec sanctam Chalcedonensem Synodum ullatenus offenderet; quippe qui sciamus, nihil in ea novi gestum esse. Atque ut persuaderemus & satisfaceremus simplicioribus, curavimus ut idem diceretur ab iis qui una nobiscum conventus agunt. Atque id quidem, cum totus eo incubuissem, celeriter compressi. Cæterum Sanctitatem tuam certiorem facio, ne nunc quidem cessare monachos, qui zizania serunt, sibique quosdam, qui nunquam monasteria incoluerunt, tanquam seditionis instrumenta adjungunt: & hac illac discursantes, varios rumores contra nos & contra pacem Ecclesiæ Christi disseminare. Nec permittunt ut quidquam regulariter, & prout decet, in sancta Dei Ecclesia geramus: id agentes, ut populus qui nobis commissus est, imperet potius quam obediat nobis. Omnia denique moliuntur quæ Deo indigna sunt. Verum Sanctitatem vestram sacratissimo Imperatori cuncta suggesturam esse confidimus, perfecturamque, ut ab illius clementia competens forma istis tribuatur, pro Ecclesiastica pace, quæ Deo & Imperatore digna est: adeo ut omnes iis quæ statuta fuerint, acquiescant.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐσκεψάμεθα λόγον] Varie hunc locum exposuerunt interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit. *Libellum considerate concinnavimus, mali hujus medelam habentem.* Christophorsonus autem hoc modo. *Literas hasce excogitavimus, quæ huic malo remedio sint.* Joannes vero Langus, Nicephori Interpres ita transtulit. *Re deliberata, rationem quæ mederi malo imminenti posset, invenimus.* Ex his tribus interpretationibus, secunda quidem penitus respuenda est: prima autem ac tertia ferri possunt. Commodius tamen mihi videtur, λόγον orationem interpretari, seu sermonem ad populum, quem Petrus habuit in Ecclesia tunc cum acta Ecclesiastica confici jussit coram Legatis Acacii, de quibus supra locutus est Evagrius.

2 Τοὺς ἐπισυνελθόντας ἡμῶν] Joannes Langus hunc locum ita vertit: *Fecimus ut ab iis qui nobiscum conventus agunt, ista dicerentur.* Musculus vero sic interpretatur. *Eos qui ad nos venerunt, hoc idem dicere fecimus.* Christophorsoni autem interpretatio sic habet: *Tum ut illi qui nobiscum una accersebantur, pro defensione idem ipsum dicerent, effecimus.* Verbum igitur ἐπισυνελθόντας nihil aliud significare existimarunt, quam συνελθόντας. Ego vero per vocem ἐπισυνελθόντας intelligi puto Clericos & laicos partis Timothei Salofacioli, qui aggregati erant Petro Mongo jussu Zenonis Augusti. Nam Imperator Zeno suasu & consilio Acacii, scripserat Apollonio Augustali & Pergamio Duci, ut pellerent quidem Joannem Talaiam, inthronizarent autem Petrum, suscipientem Henoticon & Clericos Timothei Catholici, ut scribit Liberatus in Breviario, cap. 18. Scripserat etiam Zeno literas ad Petrum Mongum, quibus ei mandabat, ut clericos partis Timothei ipsi consentientes susciperet, quemadmodum idem Liberatus affirmat his verbis. *Et quidem Petrus inthronizatur ab omnibus. Scriptum est ab Imperatore, ut consentientes susciperet eos qui erant à parte Timothei Catholici.* Id est, tam Clericos, quam laicos, qui Zenonis edicto consentire voluissent. Hos igitur, cum Ecclesiastica acta conficeret Petrus Mongus, quibus Acacio probaret se Chalcedonensem Synodum nunquam damnasse, testes adhibuit, fecitque ut testimonio suo confirmarent, Chalcedonensem Synodum nunquam à Petro fuisse damnatam. Eorum porro testimonium fide dignum videbatur, eo quod fuissent ex parte Timothei Catholici, qui Synodum Chalcedonensem perpetuo defenderat. Vide caput 16. in fine, ex quo hæc intelligenda sunt. De iisdem loquitur Felix Papa in sententia damnationis adversus Acacium, ubi ait: *Quid enim sunt aliud, qui post obitum sanctæ memoriæ Timothei, ad Ecclesiam sub Petro redeunt,* &c.

3 Καὶ τοῦτο μὲν] Id est, crimen illud quod à malevolis quibusdam mihi objiciebatur: Chalcedonensem scilicet Synodum à me rejici atque damnari.

4 Τινῶν μοναστηρίων] Jampridem viri docti μοναστήρια emendarunt, quomodo etiam legitur apud Nicephorum.

Sæc. V.

CAPUT XVIII.

Quomodo Joannes Alexandrinus Episcopus Felici Papæ persuaserit, ut depositionis libellum mitteret Acacio Constantinopolitano.

INTEREA Joannes qui Romam confugerat, Felicem Romanæ urbis Episcopum qui Simplicio successerat, de rebus à Petro gestis assidue interpellare non cessabat. Tandemque ei persuasit, sicut à Zacharia proditum est, ut sententiam depositionis mitteret ad Acacium, eo quod Petro communicaret. Cui quidem sententiæ, ut quæ non ex præscripto canonum lata esset; tradita enim est Acacio à quibusdam monachis Acœmitensis ut vocant monasterii; non acquievit Acacius. Atque hæc quidem scripta sunt à Zacharia in hunc modum. Porro Zacharias nihil eorum quæ tunc gesta sunt, explorate cognitum habuisse mihi videtur, sed ea dumtaxat quæ auditione acceperat, mutila atque imperfecta nobis retulisse. Ego vero totius rei seriem accurate exponam. Cum libelli à Joanne Felici porrecti essent adversus

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Ὅπως Ἰωάννης ὁ Ἀλεξανδρείας πείθει Φίληκα τῷ Πάπᾳ Ῥώμης καθαίρεσιν Ἀκακίῳ τῷ Κωνσταντινουπόλεως πέμψαι.

Ὁ δὲ Ἰωάννης ὁ ἐν Ῥώμῃ πεφυγὼς, [a] Φίληκα τὸν μετὰ Σιμπλίκιον τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον παρωώχλει περὶ τῶν κατὰ Πέτρον γενομένων, καὶ πείθει, ὡς Ζαχαρίας λέγει, καθαιρετικὸν Ἀκακίῳ ἀπενεχθῆναι παρὰ τοῦ αὐτοῦ Φίληκος τὸν κατὰ Πέτρον ἕνεκα κοινωνίας. ὅπερ ὡς ἀκανονίστως γενόμενον, καθὼς ἱστόρηται τῷ αὐτῷ Ζαχαρίᾳ· ἔδοξεν γάρ ἔνιοι τῶν ἐν τῇ μονῇ τῶν ἀκοιμήτων καλουμένων τὸν μοναδικὸν μετιόντες βίον, ὃν Ἀκάκιος ὑπεδέξατο. ἃ ταῦτα μὲν Ζαχαρίας γέγραπται. δοκεῖ δέ μοι μηδὲν τῶν ἐπὶ τοῦτο πραχθέντων εἰδέναι· μόνῃ δὲ ἀκοῇ ἠκροατηριασμένῳ ἀφηγήσασθαι. ἐγὼ δὲ τῶν γεγενημένων τὴν ἀκρίβειαν ἔρχομαι λέξων. [2] Λιβέλλων ἐπιδεδομένων τῷ Ἰωάννου τῷ Φίληκι κατ' Ἀκακίου, ὡς

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὡς ἀκανονίστως γενόμενον] In damnatione ac depositione Acacii, duo maxime reprehendebant Græci. Primum quod in Synodo damnatus ac depositus non fuisset: sed solus Felix Papa nomen suum sententiæ depositionis præfixisset. Alterum, quod nec convictus, nec discussus juxta Ecclesiasticas regulas, damnationis sententiam excepisset. Priori quidem objectioni ita respondebant Romani: non opus fuisse nova Synodo ad condemnandum Acacium. Omnes enim sectatores & communicatores hæreticorum, qui speciali sententia olim condemnati sunt, simul cum eisdem hæreticis damnatos intelligi. Ita Gelasius Papa in epistola ad Orientales, quam primus edidit Jacobus Sirmundus, in gestis de nomine Acacii. Scio quid respondeat Baronius ad annum Christi 484. cap. 21. Gelasium scilicet loqui de Oecumenica Synodo. Sed pace ejus dixerim, hæc responsio non satisfacit. Neque enim Græci in hoc negotio discrimen ullum faciebant inter generale ac particulare Concilium. Sed generaliter affirmabant, Acacium nulla in Synodo specialiter ob ipsum congregata fuisse damnatum. Sic enim scribit Gelasius Papa in epistola supra memorata, Orientales alloquens his verbis. *An de uno dolet Acacio, quod speciali Synodo non fuerit confutatus; cum proprium crimen suis literis ipse detexerit, nec audiri debuerit jam sponte confessus; & de tantis Pontificibus Catholicis non dolet sine ulla discussione secluſis.* Fatetur ingenue Gelasius Papa, Acacium in nulla speciali Synodo convictum atque auditum fuisse. Certe ex duabus Synodis Romanis, in quibus damnatus est Acacius, neutra ipsius causa congregata est. Sed prior quidem ob Vitalem ac Misenum Legatos sedis Apostolicæ collecta est: in qua Vitalis quidem ac Misenus damnati: Petrus vero Alexandrinus & Acacius, perstricti tantum obiter ac notati, ut docet Evagrius paulo infra. Posterior vero, causa Antiochenæ Ecclesiæ collecta est eodem anno, ut docet Felix Papa in Epistola synodica ad universos Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam consistentes. Qua in Synodo Petrus quidem Antiochenus præcipue, ac προηγέμων damnatus est; qui pulso Calendione sedem Antiochenam invaserat. Petrus vero Alexandrinus, & Acacius Constantinopolitanus, ut socii & communicatores ejusdem Petri damnati sunt, ut subscriptio eidem Epistolæ subjecta declarat. *Candidus Tiburtinæ civitatis Episcopus, Petro Alexandrinæ Ecclesiæ pervasori, & Acacio quondam Ecclesiæ Constantinop. necnon etiam Petro Antiocheno, ab Episcopali & Christianorum numero olim jure & merito segregatis, omnibusque sequacibus eorum, sequens auctoritatem sedis Apostolicæ, omnium nostrum, juxta Ecclesiæ statum, Catholica deliberatione prolatam, anathema dicens subscripsi*, &c. Quod vero Felicem Papam, solum ei sententiæ nomen suum præfixisse querebantur Græci, huic objectioni ita respondet Felix in Epistola supra citata, his verbis. *Unde nunc causa Antiochenæ Ecclesiæ apud B. Petrum Apostolum collecti, rursum dilectioni vestræ morem qui semper apud nos obtinuit, properavimus indicare. Quoties intra Italiam propter Ecclesiasticas causas præcipue fidei colliguntur Domini Sacerdotes, consuetudo retinetur, ut successor Præsulum sedis Apostolicæ, ex persona cunctorum totius Italiæ Sacerdotum, juxta sollicitudinem sibi Ecclesiarum omnium competentem, cuncta constituat.* Idem ante Felicem dixerat Julius Papa in Epistola ad Orientales, quam refert Athanasius in Apologetico. Jam vero quod spectat ad secundam objectionem Orientalium, de Acacio sine ulla discussione damnato, satis responsum est à Gelasio Papa in Epistola ad Orientales, cujus verba supra protulimus.

2 Λιβέλλων ἐπιδεδομένων τῷ Φίληκι] Jam quidem antea Joannes Tabennesiota, cum ex sede sua dejectus fuisset, Romam veniens, Simplicium Papam appellaverat. Libellum tamen ei non obtulit; sed tantum suasit, ut pro sua causa ad Acacium scriberet. Quod quidem prompto ac libenti animo fecit Simplicius Papa. Acacius vero, acceptis Simplicii literis respondit, se Joannem quidem Episcopum Alexandriæ minime agnoscere. Petrum vero Mongum in communionem suscepisse jussu Zenonis Augusti. Quibus literis graviter commotus Simplicius rescripsit, Acacium non recte neque ordine egisse, qui Petrum communi amborum sententia damnatum, in communionem recepisset. Cumque Joannes Simplicio Papæ libellum pararet offerre varia in Acacium crimina continentem, Simplicius interim morte præventus est, antequam Acacius postremis ejus literis respondisset, ut scribit Liberatus in Breviario. Sed cum Felix in locum Simplicii subrogatus fuisset, Joannes libellum, quem Simplicio ante paraverat porrigendum, obtulit Felici Papæ. Qui mox per Vitalem ac Misenum Episcopos, libellum citationis misit ad Acacium, mandans ut quamprimum Romam veniret, coram Apostolica sede libello Joannis Episcopi responsurus, ut legitur in gestis de nomine Acacii, & in libello citationis ad Acacium transmisso. Libellus quidem citationis sic incipit: *Episcopali diligentia commonente debuerat dilectio tua, Ecclesiasticum morem secuta, quid responsio sanctæ memoriæ prædecessoris mei per virum devotum U-*

VARIORUM

a Φίληκα τὸν μετὰ Σιμπλίκιον] Post Simplicii mortem Anastasius ait, sedem vacasse dies VI. quod & in variis catalogis nostris legitur: Sed Interpontificium fuisse tantum dierum quinque recte scripsit Auctor Chron. Vit. Pontif. Sanctum enim Felicem hujus nominis III. natione Romanum, die sexta mensis Martii ordinatum esse, ex ejus sedis duratione constabit. *Ant. Pagi ad ann.* 483. *n.* III.

ἀθέσμως

ἀθέσμως Πέτρῳ κοινωνοῦντος, καὶ ἄλλα ἑτέρων ἀκανονίστως παρ' αὐτοῦ γινομένων, στέλλονται πρὸς τοῦ Φίλικος παρὰ τὸν Ζήνωνα Βιτάλιος καὶ Μισῖνος ἐπίσκοποι, ἐφ' ᾧ τὴν ἐν Καλχηδόνι συνόδου κρατεῖν, ἀπελαθῆναί τε τὸν Πέτρον ὡς αἱρετικόν, καὶ Ἀκάκιον πεμφθῆναι πρὸς τὸν Φίλικα, παρ' ὧν Ἰωάννης ὃν πολλάκις ἐμνήσθημεν ὑπάρχει, τὰς εὐθύνας παρέξοντα.

Acacium, ut qui illicite Petro communicaret, & alia quædam gereret contra ſacrorum canonum præſcriptum, Felix Vitalem ac Miſenum Epiſcopos ad Zenonem miſit, poſcens ut Chalcedonenſis Synodus firmaretur, & Petrus tanquam hæreticus expelleretur: utque Acacius Romam mitteretur, rationem redditurus eorum quæ Joannes, cujus toties mentionem fecimus, ei objiciebat. SÆC. V. *Vitalis & Miſenus,*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Περὶ Κυείλλου ἡγουμένου μονῆς τῶν Ἀκοιμήτων, ὅπως πρὸς Ῥώμην ἀπέστειλε πρὸς Φίλικά τινας, ὑπάγων αὐτὸν πρὸς ἔκδικησιν τῶν τολμωμένων κατὰ τὴν πίστεως.

CAPUT XIX.

De Cyrillo Præpoſito monaſterii Acœmitenſium, quomodo Romam ad Felicem quoſdam direxerat, incitans illum ut ea quæ adverſus fidem commiſſa erant, ulciſceretur.

Πρὶν δὲ τούτοις φθάσαι τὸ βασιλείαν, Κύειλλος ὁ τῶν ἀκοιμήτων καλουμένων ἡγούμενος, στέλλει πρὸς Φίλικα, καταμεμφόμενος τὴν βραδυτῆτα, τηλικούτων ἐξ' τῆς ὀρθῆς πίστεως ἁμαρτανομένων· καὶ γράφει Φίληξ τοῖς περὶ Μισῖνον, μηδὲν πρᾶξαι πρὶν τῷ Κυείλλῳ συντυχόντες, καὶ παρ' αὐτοῦ τὸ πρακτέον μάθοιεν.

SED priuſquam iſti ad urbem regiam veniſſent, Cyrillus Acœmitenſium monachorum Præpoſitus, quoſdam cum literis ad Felicem miſit, de ejus cunctatione conquerens, cum tam gravia adverſus rectam fidem committerentur. Felix itaque ad Miſenum & collegas ejus ſcripſit, ne quidquam agerent, priuſquam cum Cyrillo eſſent collocuti, & ab eo quid agendum eſſet didiciſſent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Περὶ ὧν ἔγραψε Φίληξ πρὸς Ζήνωνα, καὶ αὖ πάλιν Ζήνων πρὸς Φίληκα.

CAPUT XX.

De iis quæ Felix ad Zenonem, & Zeno ad Felicem ſcripſit.

Ἐγράφησι πρὸς αὐτοὺς καὶ ἕτερα πρὸς τοῦ Φίλικος ὑπομνηστικά, καὶ πρὸς τὸν Ζήνωνα γράμματα περί τε τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου, καὶ τοῦ ἐν Ἀφρικῇ διωγμοῦ τοῦ κατὰ Ὀνώριχον. ἐπέστειλε δὲ καὶ πρὸς Ἀκάκιον. πρὸς ὃν ὁ Ζήνων ἀντέγραφε, μάτην τὸν Ἰωάννην αὐτὸν ἀγανακτῆξαι, διομοσάμενον μὴ μηδαμῇ μηδαμῶς παρίεναι ἀπὸ τοῦ θρόνου τῆς Ἀλεξανδρέων, παραβάντα δὲ, καὶ τὰ ὠμοσμένα ἀλογήσαντα, πᾶσαν ἱεροσυλίαν ἐργάσασθαι· καὶ Πέτρον δὲ μὴ ἀβασανίστως παρεληλυθῶτα, ἀλλ' αὐτοχειρίᾳ ὑπογράψαντα δέχεσθαι τὴν πίστιν τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνε-

SCRIPSIT etiam Felix alias ad eoſdem commonitorias. Literas quoque dedit ad Zenonem, quibus eum commonebat, tum de Chalcedonenſi Synodo, tum de perſecutione quæ in Africa excitata fuerat ab Hunerico. Scripſit item ad Acacium. Imperator autem Zeno reſcripſit Felici, fruſtra illum perturbatum eſſe verbis Joannis, quippe qui olim quidem juraſſet ſe Alexandrinam ſedem nullo unquam modo ambiturum eſſe: poſtea vero neglecto jurejurando, nullum non ſacrilegii genus admiſiſſet. Petrum porro non abſque diligenti examine promotum fuiſſe: quippe qui propria manu ſubſcripſiſſet, amplecti ſe fidem trecentorum atque octodecim ſanctorum Patrum qui Ni-

VALESII ANNOTATIONES.

ranium Subdiaconum apud clementiſſimum Principem: quid apud te quoque litera ipſius in cauſa Alexandrinæ Eccleſiæ profuerint, indicare. Ubi obiter ſcribendum eſſe moneo, *Uranium Subadjuvam.* Sic enim dicitur in geſtis de nomine Acacii. *Joannes œconomus Catholicus à Catholicis ordinatur Epiſcopus. Qui cum de conſuetudine majorum ad Apoſtolicam ſedem Synodica per Iſidorum Presbyterum, & Petrum Diaconum ſcripta miſiſſet, ſuperveniente Uranio Subadjuva, & contra Joannem jam Epiſcopum ſacra Principis deferente, ab Epiſcopatus illius confirmatione Papa ſuſpenſus eſt,* &c.

1 Πρὸς τοῦ φίλικος παρὰ τὸν ζήνωνα] Tranſpoſita ſunt vocabula. quæ ſic reſtituo: στέλλονται παρὰ τῦ φίλικος πρὸς τὸν ζήνωνα.

2 Πρὶν ἢ δὲ τούτοις φθῆναι τὴν βασιλείαν] Hunc Evagrii locum optime expoſuit Nicephorus, his verbis: πρὶν δὲ Βιτάλιον καὶ Μισῆνον τοὺς ἐν Ῥώμῃ ἥκοντας φθάσαι τὴν βασιλεύουσαν, &c. Id eſt, *Priuſquam Vitalis ac Miſenus Roma miſſi, in urbem regiam adventaſſent* &c. Scribendum igitur eſt in Evagrio, πρὶν δὲ τούτους φθῆναι τὴν βασίλειον. Sic enim Evagrius vocare ſolet Conſtantinopolim: ut infra, cap. 25.

3 Ὁ τῶν ἀκοιμήτων] Duo erant Monaſteria Conſtantinopoli, quæ ἀκοιμήτων vocabantur, Baſſiani ſcilicet ac Dii. Et Baſſiani quidem ac Dii vocabulum à conditoribus ſuis ſumpſerant. Acœmitarum vero nomen illis inditum eſt, propterea quod noctu atque interdiu divinas laudes celebrarent, alternis vicibus ſibi ſuccedentes: adeo ut inſomnes eſſe viderentur. Sic olim in Galliis jugis laus in quibuſdam Monaſteriis viguiſſe dicitur.

4 Ὑπομνηστικὰ] Nicephorus hæc commonitoria, (ſic enim Latini vocant, quæ Græcis dicuntur ὑπομνηστικὰ) ad Zenonem Imperatorem ſcripta eſſe exiſtimavit. Verum Evagrius ad Vitalem ac Miſenum ſedis Apoſtolicæ Legatos ea ſcripta fuiſſe dicit. Certe commonitoria ad Legatos & hujuſmodi perſonas mitti ſolebant, non autem ad Imperatorem Romanum. Erant enim quaſi mandata & inſtructiones, quas ſtudioſe obſervare debebant Legati.

VARIORUM.

a Τοῦ ἐν Ἀφρικῇ διωγμοῦ] Cœpta eſt Perſecutio Africana anno 483. Duo illic Edicta emiſit Hunnericus adverſus Catholicos: primum die Aſcenſionis Dominicæ anni 483. Secundum VI Kal. Martias anni 484. *Ant. Pagi.*

SÆC. V.

cæam olim convenerunt: quam fidem Chalcedonensis quoque Synodus comprobavit. Verba epistolæ Zenonis hæc sunt. Pro certo habere debes, & pietatem nostram, & supra memoratum sanctissimum Petrum, & universas sacrosanctas Ecclesias, sanctissimum Chalcedonense Concilium amplecti atque venerari, quod cum fide Concilii Nicæni prorsus consentit. In iisdem actis leguntur epistolæ, tum Cyrilli supra memorati, & aliorum Archimandritarũ urbis regiæ, tum Episcoporum & Clericorum Ægyptiacæ Diœcesis, ad Felicem scriptæ, de Petro tanquam hæretico, & de iis qui Petro communicabant. Porro monachi Acœmitensis monasterii, cum ad Felicem venissent, Misenum ac Vitalem accusarunt, quod ante adventum quidem illorum in urbem regiam, Petri nomen in sacris diptychis occulte recitaretur: exinde vero publice recitari cœpisset: atque ita Misenus ac Vitalis ei communicassent. Ægyptii vero in suis literis tum ista quæ dixi, de Petro referebant: tum quod Joannes quidem qui erat Orthodoxus, legitime ordinatus fuisset: Petrus autem à duobus solum Episcopis, eamdem cum illo hæresim profitentibus, creatus esset: & quod post Joannis fugam, omni suppliciorum genere vexati fuissent Orthodoxi. Atque hæc omnia Acacium didicisse per quosdam, qui ab urbe Alexandrina Constantinopolim venissent. Denique eundem Acacium, Petri administrum atque adjutorem in omnibns deprehendi.

Zenonis ad Felicem Epistola.

Misenus ac Vitalis mala fide agunt.

Petrus haud canonice ordinatus.

λελυθότων, ἥπνι καὶ ἡ ἐν Καλχηδόνι ἁγία συνόδος ἠκολούθησε. καὶ ταῦτα γέγραπται ἐπὶ ῥήματος. ¹ὀφείλειν ἀσφαλῶς ἔχειν, καὶ τὴν ἡμετέραν θεσέβειαν, καὶ τὸν προλεχθέντα ἁγιώτατον Πέτρον, καὶ πάσας τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας, τ' ²Καλχηδονέων ἁγιωτάτην συνόδον δέχεσθαι καὶ σέβειν, ἥτις συνέζη τῇ πίστει τῇ ἐν τῇ Νικαίων συνόδῳ. ³ἐμφέρονται τοῖς τε πεπραγμένοις ἐπιστολαὶ παρά τε Κυρίλλου τοῦ λεχθέντος, καὶ ἑτέρων ἀρχιμανδριτῶν τῆς βασιλίδος, καὶ παρὰ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν τοῦ Αἰγυπτιακοῦ κλίματος πρὸς Φίλικα, τὸν Πέτρου ὡς αἱρετικόν, καὶ τῶν κοινωνούντων αὐτῷ. ⁴οἳ καὶ διήλεγξαν οἱ ἐκ τῆς μονῆς τῶν Ἀκοιμήτων ἀφιγμένοι πρὸς Φίλικα, τοὺς περὶ Μισῆνον, ὡς μέχρι τῆς αὐτῶν παρουσίας τῆς ἀνὰ τὸ Βυζάντιον, ἐν παρεβύστῳ Πέτρος ἐν ταῖς ἱεραῖς δέλτοις ἀνεγινώσκετο, καὶ ἐξ ἐκείνου ἕως νῦν ἀναφανδόν· καὶ οὕτως τοὺς περὶ Μισῆνον κοινωνῆσαι. καὶ ἡ ἐπιστολὴ δὲ τῶν Αἰγυπτίων, τὰ αὐτὰ περὶ Πέτρου ἔλεγεν· καὶ ὡς Ἰωάννης μὲν ὀρθόδοξος ὢν, ἐνθέσμως κεχειροτόνητο· Πέτρος δὲ ⁵ὑπὸ δύο καὶ μόνων ἐπισκόπων παραπλησίων αὐτῷ τὴν κακοδοξίαν ἐχειροτονήθη· καὶ ὡς ἅρπι μετὰ τὴν Φυγὴν Ἰωάννου, πάσης αἰκίας ἰδέα κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐπινέχθη· ταῦτα τε πάντα γνῶναι τὸν Ἀκάκιον δι' ἑτέρων αὐτῷ κατὰ τὴν βασιλέως ἀφιγμένων, καὶ συνεργὸν ἐν πᾶσιν εὑρεῖν Πέτρῳ τ' Ἀκάκιον.

CAPUT XXI.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Quomodo Symeones monachus Acœmitensis, Romam veniens, Legatos Ecclesiæ Rom. qui Constantinopolim venerant, coarguit, quod cum hæreticis communicassent: & quomodo legati & omnes communicatores Petri, à Romanis depositi sint.

Ὡς Συμεώνης μοναχὸς μονῆς τῆς Ἀκοιμήτων, εἰς Ῥώμην κατελθὼν, τοὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀποσταλέντας ἐπισκόπους παρὰ Ῥωμαίων διήλεγξε κοινωνήσαντας τοῖς αἱρετικοῖς· καὶ ὡς αὐτοί τε καὶ οἱ κοινωνήσαντες Πέτρῳ, παρὰ Ῥωμαίων καθηρέθησαν.

Symeones Legatos Rom. accusat.

AUXIT ista non mediocriter Symeones monachus Acœmitensis, Romam à Cyrillo missus. Hic enim Misenum ac Vitalem coarguit, quod hæreticis communicassent, Petri nomine in sacris diptychis publicè recitato: atque ita multos ex simplicioribus in fraudem inductos esse ab hæreticis, cum dicerent Petrum à Romana etiam sede susceptum esse in communionem. Adjecit etiam Symeones, Misenum ac Vitalem, cum variæ quæstiones propositæ essent,

ΕΠηύξησε δὲ ταῦτα Συμεώνης μοναχὸς τῶν Ἀκοιμήτων ὁ παρὰ Κυρίλλου σταλείς. διήλεγξε γὰρ τοὺς περὶ Μισῆνον καὶ Βιτάλιον κοινωνήσαντας τοῖς αἱρετικοῖς, παῤῥησίαν ἐκφωνηθέντος τοῦ ὀνόματος Πέτρου ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις, καὶ ταύτην ὑπαχθεῖσαν πολλοὺς τῶν ἁπλουστέρων ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν, λεγόντων δεχθῆναι τὸν Πέτρον καὶ παρὰ τῆς Ῥώμης θρόνου. καὶ πρὸς πύσεις δὲ παφόρους ἔλεγεν ὁ Συμεώνης, μὴ ἀναχέσθαι τοὺς περὶ Μισῆνον

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὀφείλειν ἀσφαλῶς ἔχειν] Rectius apud Nicephorum scribitur ὀφείλεις, id est, *pro certo habere debes.*

2 Καλχηδονίων] In optimo codice Florentino scriptum inveni, Καλχηδονιάων: quomodo etiam alibi scriptum habet idem codex, ut supra notavi. Sane veteres nummi eam scripturam confirmant, & Author Etymologici in voce Καλχηδών.

3 Ἐμφέρονται τοῖς τε πεπραγμένοις] Assentior Henrico Savilio, qui in codice suo emendavit, ἐμφέρονταί τε τοῖς πεπραγμένοις. Sed probare non possum interpretationem Christophorsoni, qui hunc locum ita vertit: *Extant præterea in actis ejusdem Concilii, &c.* Neque enim Evagrius ullius Concilii mentionem facit, sed collectionem duntaxat Epistolarum recenset, quæ ad causam Acacii pertinebant. Putavit scilicet Christophorsonus, ex eo quod actorum mentionem ab Evagrio fieri viderat, statim consequi, ut hæc in Concilio acta fuerint. Verum non ita perpetuo se res habet. Acta enim simpliciter vocari possunt quæcunque in aliquo negotio gesta sunt, etiam si nullum Concilium aut judicium intervenerit.

4 Οἳ καὶ διήλεγξαν] Delendus est articulus postpositivus, quem nec Nicephorus agnoscit.

5 Ὑπὸ δύο καὶ μόνων ἐπισκόπων] Ab uno Episcopo, eoque hæretico Mongum ordinatum esse reliqui omnes scribunt. Ita Acacius in Epistola ad Simplicium Papam, & Felix in epistola synodica ad omnes Monachos & Archimandritas Constantinopoli & in Bithynia consistentes. Idem etiam testatur Theophanes in Chronico, pag. 207. & Gelasius in gestis de nomine Acacii. Liberatus tamen à pluribus ordinatum dicit Petrum, licet numerum eorum non exprimat.

φὶτυχεῖν

οὐτυχεῖν ὀρθοδόξῳ τινί, ἢ γραμμάτων ἀπόδοσιν ποιήσασθαι, ἢ τι τῶν τολμωμένων κατὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως ἀκριβῶσαι. παρήχθη καὶ Σιλβανὸς πρεσβύτερος, συνὼν Μισήνῳ καὶ Βιταλίῳ ἀνὰ τὴν Κωνσταντίνου, ὃς τῷ τῶν μοναχῶν Φωτὶν ἐπεβεβαίωσεν. ἀνεγνώσθη καὶ [1]Ἀκακίου ἐπιστολὴ πρὸς Σιμπλίκιον, λέγουσα πάλαι καθηρῆσθαι Πέτρον, καὶ υἱὸν νυκτὸς καθεζάναι. ᾧ ἐπὶ τούτοις τὰ ἱερωσύνης ἀπεκινήθησαν, καὶ τῆς ἀχράντου κοινωνίας ἐχωρίσθησαν Μισῖνός τε καὶ Βιτάλιος, πάσης τῆς συνόδου ψηφισαμένης ἐπὶ λέξεως ταῦτα. Πέτρον τὸν αἱρετικὸν τε καὶ [a]πάλαι τῇ ψήφῳ τῆς ἱερᾶς καθέδρας καθαιρεθέντα, ἀποκηρυχθέντα τε καὶ ἀναθεματισθέντα, ἡ Ῥωμαίων ἐκκλησία οὐ δέχεται. ᾧ τινὶ εἰ καὶ μὴ ἄλλο τι ἀντετίθετο, τοῦτο ἦρκεσεν, ὅτι ἀπὸ αἱρετικῶν χειροτονηθείς, τῶν ὀρθοδόξων ἡγεῖσθαι οὐκ ἠδύνατο. περιέχει δὲ καὶ τοῦτο, [2]Ἀκάκιον δὲ τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως μεγίστης θυθύνης ἄξιον τὸ πρᾶγμα ἀπέδειξε, διότι πρὸς Σιμπλίκιον γράφων, καὶ αἱρετικὸν καλέσας τὸν Πέτρον, νυῦ τῷ βασιλεῖ οὐ πεφανέρωκε· δέον εἴπερ ἠγάπα τὸν Ζήνωνα, τοῦτο πεῖξαι. ἀλλὰ μᾶλλον τῷ πόθῳ ἀγαπᾷ τὸν βασιλέα, [3]οὐ τὴν πίστιν ἀγαπᾷ. [4]ἀλλ' ἐπὶ τὰ ἑξῆς

noluisse unquam colloqui cum ullo orthodoxorum, aut literas eis tradere, nec quidquam eorum quæ contra rectam fidem tentabantur, examinare. Inductus est etiam Sylvanus presbyter, qui una cum Miseno ac Vitale versatus fuerat Constantinopoli, qui monachorum dicta suo testimonio confirmavit. Lecta est præterea Acacii ad Simplicium epistola, in qua Acacius Petrum jampridem depositum fuisse dicebat, eumque noctis filium esse. His de causis, Misenus ac Vitalis sacerdotio pulsi, & à mystica communione remoti sunt, cum universa Synodus ita ad verbum pronuntiasset. Petrum hæreticum, qui olim sacræ sedis decreto damnatus, excommunicatus & anathematizatus est, Ecclesia Romana non recipit. Cui etiamsi nihil aliud objiceretur, vel hoc unum sufficeret, quod ab hæreticis ordinatus, orthodoxis præesse non potuit. Istud quoque complectebatur sententia: Acacium vero Constantinopoleos Episcopum, gravissima reprehensione dignum res ipsa indicavit. Quippe qui cum ad Simplicium scribens, Petrum hæreticum vocasset, idipsum Zenoni haudquaquam significaverit: cum tamen, si quidem Zenonem amabat, id præstare debuisset. Verum ille, ut apparet, Zenonem

Silvanus.

Hæretica ordinatio non valet.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀκακίου ἐπιστολὴ πρὸς σιμπλίκιον] Extat hæc epistola Acacii, Latine edita inter Epistolas Simplicii Papæ. Ejusdem epistolæ mentio fit in epistola Felicis Papæ, quæ sententiam depositionis Acacii continet.

2 Ἀκάκιον δὲ τὸν τῆς] Particulam δὲ addidimus ex codice Florentino, quæ multum lucis affert huic loco. In eodem codice Florentino ad marginem horum verborum, hoc scholium adscriptum est. ὁ λέγει ἕτως συνταῦθα τέως τεθανῶς τὸν Ἀκάκιον ὑπὸ τῆ Ῥώμης καθαιρεθῆναι. Θεόδωρος δὲ μέντοι καὶ ὁ Κίλιξ Βασίλειος τεθανῶς αὐτὸ φασι. Id est, *Evagrius quidem hoc loco aperte non dicit, Acacium ab Episcopo Romano depositum fuisse. Verum Theodorus Lector, & Basilius Cilix diserte id affirmant.* De Basilio Cilice idem testatur Nicephorus, in cap. 17. libri 16. Porro Evagrius noster immerito reprehenditur ab illo Scholiaste, quod Acacii depositionem hoc loco reticuerit. Refert hic Evagrius cuncta quæ gesta sunt in Synodo Romana, quæ collecta est anno Christi 484 adversus Vitalem & Misenum sedis Apostolicæ Legatos. In ea Synodo Vitalis quidem ac Misenus Sacerdotii honore privati sunt. Acacius vero tantum notatus ac perstrictus est, ut ex decreto Synodi apparet, quod hic refertur ab Evagrio. Post hæc Felix literas synodicas misit ad Acacium, in quibus ita scriptum erat: *Peccasti, ne adjicias, & de prioribus supplica.* Quibus acceptis, cum Acacius adhuc recalcitraret, & prioribus deteriora committeret, Felix Papa congregatis iterum Episcopis apud sanctum Petrum, depositionis sententiam in Acacium promulgavit, eamque per Tutum defensorem Ecclesiæ Romanæ direxit Acacio, quæ sic incipit: *Multarum transgressionum reperiris obnoxius.* Hæc ita gesta esse docet Felix Papa, in epistola synodica ad Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam consistentes. Postquam enim de Vitale ac Miseno, & de Acacio damnatis in synodo Romana scripsit, hæc addit: *Post illam sententiam quæ in Acacium perturbatorem totius Orientis Ecclesiæ dicta est, his quoque nunc congregati adjecimus literis, &c.* Et paulo post: *Unde nunc causa Antiochenæ Ecclesiæ apud beatum Petrum Apostolum collecti, rursum dilectioni vestræ morem qui apud nos semper obtinuit, properamus indicare.* Ex quibus verbis apparet hanc Epistolam scriptam esse à Felice, nomine Synodi tertiæ Romanæ, quæ collecta erat causa Antiochenæ Ecclesiæ, quam pulso Calendione Petrus Fullo invaserat. In hac igitur Synodo Felix sententiam adversus Acacium, quæ incipit, *Multarum transgressionum &c.* dictavit, & per Tutum defensorem ad Acacium transmisit. Nec est quod quis dicat, eam sententiam jam antea latam fuisse in secunda Synodo Romana, tunc cum Vitalis ac Misenus damnati sunt: sed aliquanto post missam fuisse à Felice, ex præcepto Synodi tertiæ Romanæ. Id enim refutat Evagrius, qui in Synodo Romana qua Vitalis ac Misenus damnati sunt, sententiam depositionis in Acacium latam esse non dicit. Præterea Liberatus in Breviario cap. 18. manifeste docet, sententiam illam depositionis adversus Acacium diu post damnationem Vitalis ac Miseni prolatam fuisse. Audi enim quid dicat Liberatus. *Redeunt aliquando Legati. Sed præcesserant Monachi, qui eos graviter de proditione arguebant. Auditi cominus & convicti ex ipsis literis quas detulerunt, à locis propriis sunt remoti.* Et paulo post: *Ubi ergo ad plenum detectus est Acacius hæreticus, Papa Felix in literis suis synodicis sic posuit: Peccasti, ne adjicias, & de prioribus supplica. Susceptis his Acacius literis perseverat, neque recedens à communione Petri, neque suadens ei palam suscipere Synodum Chalcedonensem, & tomum Papæ Leonis. Hæc cognoscens Papa Felix, damnationis scripturam misit Acacio per Tutum defensorem, cujus est principium: Multarum transgressionum reperiris obnoxius.*

3 Καὶ τὴν πίστιν ἀγαπᾷ] In MSS. codicibus Florentino ac Telleriano, & apud Nicephorum scribitur, ὃ τὴν πίστιν ἀγαπᾷ. Melius tamen scriberetur, ἢ τῷ. Quomodo etiam legisse videtur Christophorsonus. Sed & in superiori linea libentius ita legerem, εἴπερ ἠγάπα τὴν πίστιν μᾶλλον ἢ τὸν Ζήνωνα, &c. Id est, *Cum tamen, si quidem fidem magis quam Zenonem amabat, id præstare debuisset.*

4 Ἀλλ' ἐπὶ τὰ ἑξῆς] Post Synodum Romanam quæ ob causam Vitalis ad Miseni collecta fuerat, & in qua Vitalis quidem ac Misenus damnati sunt; Petrus vero & Acacius notati ac perstricti; consequens erat ut Evagrius de sententia depositionis in Acacium lata, & per Tutum defensorem Constantinopolim missa loqueretur. Nec tamen id hoc loco fecit Evagrius. Cujus rei duæ possunt afferri rationes. Aut enim ob reverentiam sedis Constantinopolitanæ id factum est ab Evagrio: aut propterea quod id jam supra retulerat Evagrius ex Zacharia Rhetore, ut videre est in cap. 18. Quod igitur illic retulerat, id hoc loco repetere superfluum duxit.

VARIORUM.

a Πάλαι τῇ ψήφῳ τῆς ἱερᾶς καθέδρας καθαιρεθέντα] Petrum Fullonem à Simplicio Papa damnatum fuisse ostendit Valesius in Dissert. de Petro Antiocheno ad finem notarum edita, cap. 2. Vide etiam *Pagi* ad ann. 478. n. 4. ubi contendit Epistolam Petro Fulloni inscriptam, quæ inter Epistolas Felicis PP. recensetur, & incipit, *Quis dabit capiti meo aquam* &c. revera à Simplicio PP. conscriptam fuisse. Vide plura hac de re in Annotationibus ad Dissertationem Valesii de Petro Fullone, notis ejus subjunctam. *W. Lowth.*

Sæc. V. magis amat quam fidem. Sed redeamus ad ordinem geſtorum. Exſtat epiſtola ejuſdem Acacii ad Epiſcopos, & ad Clericos ac Monachos Ægypti, & ad univerſam plebem: qua Schiſma quod factum fuerat, reſarcire conatus eſt. Qua de re literas etiam ſcripſit ad Petrum Epiſcopum Alexandriæ.

τὸν λόγον ἐπανάγωμεν. Φέρεται Ἀκακίου ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ πρεσβύτερους, κληρικούς τε καὶ μοναχοὺς καὶ πρὸς ἅπαντα τὸν λεών, δι' ἧς ἐπειρᾶτο τὸ γενόμενον ἀνακαλέσασθαι σχίσμα. φέρεται οὖν καὶ πρὸς Πέτρον τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον γέγραφε.

CAPUT XXII.

De turbis quæ Alexandriæ & variis in locis excitatæ ſunt ob Chalcedonenſe Concilium.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Περὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κινηθέντων, καὶ ἐν διαφόροις τόποις, χάριν τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου.

Petrus Alex. turbas concitat.

Porro invaleſcente ſchiſmate Alexandriæ, Petrus, cum Leonis epiſtolam, & acta Chalcedonenſis Synodi, eoſque qui Dioſcori ac Timothei ſcripta minime ſuſciperent, iterum ſub anathemate damnaviſſet, Epiſcopis quibuſdam & Archimandritis perſuaſit, ut ſibi communicarent. Et quoniam aliis idem perſuadere non potuerat, plurimos monaſteriis ſuis exegit. Quas ob cauſas Nephalius ad urbem regiam profectus, rem omnem Zenoni nuntiavit. Ille graviter commotus, Coſmam, unum ex ſuis Protectoribus, Alexandriam miſit, qui unitatis cauſa graviſſimas minas Petro intentaret, utpote qui maximam diſſenſionem aſperitate ſua excitaſſet. Verum Coſmas, cum nihil ipſi ex voto ſucceſſiſſet, Conſtantinopolim revertitur, monachis qui expulſi fuerant, in ſua domicilia reſtitutis. Rurſus itaque Imperator Arſenium mittit, quem Præfectum Ægypti & Ducem rei militaris ſimul promoverat. Qui una cum Nephalio Alexandriam ingreſſus, verba fecit de concordia. Sed cum perſuadere eis non potuiſſet, nonnullos eorum miſit Conſtantinopolim. Ac multa quidem de Concilio Chalcedonenſi diſputata ſunt coram Zenone. Nihil tamen perfectum eſt, propterea quod Zeno Chalcedonenſi Concilio minime aſſentiebatur.

Nephalius.

Coſmas.

Arſenius.

Ἀκμάζοντος τοίνυν τοῦ σχίσματος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, Πέτρος οὗτος τῶν ἐπισκόπων τῶν ἀρχιμανδριτῶν κοινωνεῖν αὐτῷ πέπεικε, τὸν Λέοντος αὖθις ἀναθεματίσας τόμον, καὶ τὰ ἐν Καλχηδόνι πεπραγμένα, τούς τε μὴ δεχομένους τὰ συγγράμματα Διοσκόρου καὶ Τιμοθέου. καὶ ὡς τοὺς ἄλλους πεῖθειν οὐκ ἴσχυε, τοὺς πλείστους ἐκ τῶν οἰκείων ἀπήλαυνε μοναστηρίων· ἐφ' οἷς Νηφάλιος ἀνὰ τὴν βασιλέως γενόμενος, τὰ περὶ τούτων ἀνήγγειλε τῷ Ζήνωνι. ὃς συνταραχθείς, Κοσμᾶν ἐκπέμπει ἕνα τῶν ὑπασπιζόντων αὐτῷ, μυρίας κατὰ Πέτρου τῆς ἑνώσεως χάριν ἐπιφερόμενον ἀπειλάς, ὡς δὴ ἀφ' οἰκείας τεταχύτητος ἀφέξασιν μεγάλου εἰργασμένης. καὶ μηδενὸς τοῦ κτ' σκοπὸν οἱ παραχωρήσαντος, ἀνεχώρει πρὸς τὸν βασιλέως ὁ Κοσμᾶς, μόνοις τοῖς ἀπελαθεῖσιν ἀποδοὺς οἰκεῖα καταγώγια· καὶ πέμπεται αὖθις πρὸς τὸν βασιλέως Ἀρσένιος, ἡγεμὼν Αἰγύπτου τε καὶ τῶν στρατιωτικῶν τασμάτων παραβεβλημένος· ὃς σὺν Νηφαλίῳ τῷ Ἀλεξάνδρου κατειληφὼς, λόγους περὶ τῆς ἑνώσεως ἐκίνει· καὶ μὴ πείσας, οὐ μόνον τούτων ἐκπέμπει ἀνὰ τὴν βασιλίδα πόλιν. πλεῖστοι μὲν οὖν παρὰ τῷ Ζήνωνι περὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου κεκίνηντο λόγοι· ἐκβέβηκε δὲ πρὸς ἔργον οὐδέν, παντελῶς δὲ συνθεμένου Ζήνωνος τῇ ἐν Καλχηδόνι συνόδῳ.

CAPUT XXIII.

De Fravita & Euphemio Conſtantinopolitanis Epiſcopis: Et de Athanaſio ac Joanne Alexandrinis: Et de Palladio ac Flaviano Antiochenis: Item de aliis quibuſdam.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ τοῦ Φραυίτου καὶ Εὐφήμου τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν, καὶ Ἀθανασίου καὶ Ἰωάννου τῶν Ἀλεξανδρέων, καὶ Παλλαδίου καὶ Φλαβιανοῦ τῶν Ἀντιοχέων, καὶ ἑτέρων τινῶν.

Fravita Ep. CP.

Inter hæc Acacio Conſtantinopolitano fatali ſorte ſublato, Fravita in ejus locum

Ἐν τοσούτῳ δὲ [2] Ἀκακίου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως [3] τὸν κοινὸν στειλαμένου πορείαν, Φραυίτας τὸν ἐπι-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Λέοντος ἀναθεματίσας] Hunc locum ſupplevi ex codice Florentino, in hunc modum, Λέοντος αὖθις ἀναθεματίσας. Non enim ſemel, ſed ſæpius Petrus Mongus Chalcedonenſem Synodum cum Leonis Epiſtola damnavit.

2 Ἐφ' οἷς νηφαλίῳ ἀνὰ τὴν βασιλέως] Hujus Abbatis Nephalii meminit Liberatus in Breviario cap. 18. ita ſcribens: *Porro Petrus de propriis civitatibus Catholicos expulit Sacerdotes, ex quibus nonnulli apud Conſtantinopolim perſecutionem graviſſimam pertulerunt. Scandalizabat autem Imperator & illos, qui à parte Abbatis Nephalii erant, & qui circa Joannem Epiſcopum, Egumenum Monaſterii Diolchon. Et agens contra ipſum Joannem, præpoſituram ei abſtulit, & eam tradidit Monaſterio Abbatis Amonis.*

3 Ἐν τοσούτῳ δὲ Ἀκακίου] Malim ſcribere, ἐν τούτῳ δὲ, &c. Porro notandum eſt, Evagrium primo loco referre mortem Acacii. Ex tribus enim illis Schiſmaticis qui Orientis Eccleſiam laceraverunt; Acacio ſcilicet Conſtantinopolitano, Petro Alexandrino, & Petro Antiocheno, primum ait Acacium ex hac vita migraſſe: Petrum deinde Alexandrinum, qui Mongus dictus eſt: poſtremum

VARIORUM.

a Ἀκακίου] Acacio in ſede CP. defuncto anno Chr. 489. poſt annorum 17. & menſium 9 Epiſcopatum, ſucceſſit Phravita ſeu Flavita. Cui poſt tres menſes & dies ſeptemdecim demortuo, ſucceſſit Euphemius eodem anno. *Ant. Pagi ad dictum annum.*

σκοπὸν

1 σκοπὸν ἀφαδέχε). καὶ [1]συνοδικοῖς χρησαμένου τῷ Φραυίτᾳ πρὸς τὸν Ἀλεξανδρείας Πέτρον, ἀμοιβαίοις ὁ Πέτρος ἐχρήσατο γράμμασι, τὰ αὐτὰ περὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι πεπραγμένων διεξελθών. ἐπειδὴ δὲ καὶ Φραυίτας τὴν ἀπ' ἐκείνου ἐξεδήμησε, τέτταρας καὶ μόνους ὅλους ἐπισκοπήσας μῆνας, Εὐφήμιος μετ' αὐτὸν ἐπίσκοπος κεχειροτόνητο. οὗτος τὰς συνοδικὰς ἐπιστολὰς δέχε) Πέτρου, τὰς πρὸς Φραυίταν γεγενημένας. καὶ θύρηκὼς τὸν κατ' ἐκείνου Καλχηδόνι πεπραγμένων ἀνάθεμα, λίαν ἐβαρύνετο, καὶ ἑαυτὸν τοῦ πρὸς Πέτρον κοινωνίας ἀπέρρηξε. καὶ φέρε) τούτων ἑκατέρα ἐπιστολή, ἥτε παρὰ Φραυίτου πρὸς Πέτρον, ἥτε παρὰ Πέτρου πρὸς Φραυίταν, ἃς ἀφὼ τὸ μακρὸν τῆς λέξεως, παείμι. μελλόντων τοιγαροῦν Εὐφημίου καὶ Πέτρου πρὸς ἀλλήλους ἀντιφέρεσθαι, καὶ συνόδους ἐφ' a ἑαυτοῖς καλεῖν, [2]φθάνει τελευτήσας ὁ Πέτρος, καὶ ἀφαδέχεται τούτου τὸν θρόνον Ἀθανάσιος· ὃς ἐπειρά- 2 θη τοὺς ἀφεστῶτας συνάψαι· καὶ ἴσχυσε μέν, [2]πρὸς ἀφόρους γνώμας τῶν μερῶν ἀποκεκλεισμένων. ὅθεν Ἀθανάσιος μετὰ ταῦτα συνοδικὰς ἐπιστολὰς ἀφα- 3b πεμπόμενος [3b]Παλλαδίῳ τῷ μετὰ Πέτρον ἐπισκο-

succedit. Qui cum Synodicas ſuas ad Petrum miſiſſet, reſcripſit ei viciſſim Petrus, de Chalcedonenſi Synodo eadem dicens quæ ſupra commemoravi. Mortuo deinde Fravita, qui quatuor dumtaxat menſes epiſcopatum geſſit, Euphemius ejus loco Epiſcopus eſt ordinatus. Hic accepit Synodicas epiſtolas, quas Petrus ad Fravitam ſcripſerat. Cumque in illis anathematizari geſta Chalcedonenſis Synodi deprehendiſſet, magnopere conturbatus eſt, ſeque à Petri communione ſejunxit. Exſtant etiamnum utriuſque epiſtolæ, tam Fravitæ ad Petrum, quam Petri ad Fravitam. Quas ob nimiam prolixitatem prætermiſi. Cum igitur Euphemius ac Petrus adverſus ſe invicem contendere, & Synodos alter contra alterum convocare jam pararent, Petrus fatali morte præripitur; eique ſuccedit Athanaſius. Qui cum diu multumque laboraſſet ut eos qui inter ſe diſſidebant reconciliaret, id tamen perficere non potuit, partibus in varias ſententias diſciſſis. Poſtea idem Athanaſius, cum Synodicas literas mitteret ad Palladium Antiochenſem Epiſcopum qui Petro ſucceſſerat, de Chal-

Euphemius Ep. CP.

Athanaſius Ep. Alexand.

Palladius Ep. Antioch.

VALESII ANNOTATIONES.

vero Petrum Fullonem ex hac luce ſublatum. Verum Victor Thunonenſis in Chronico, ex tribus illis quos dixi, primum obiiſſe ſcribit Petrum Antiochenum. Sic enim ſcribit: *Poſt Conſulatum ſecundum Longini, Petrus Antiochenus ſub damnatione moritur, & in ejus loco Calendion ordinatur. Orientales autem Epiſcopi tanquam neſcientes, Joannem cognomento Codonatum eidem Antiochenæ Eccleſiæ conſecrant Epiſcopum, cui Petrus ſucceſſit hæreticus.* Hic erat annus Chriſti 488. Dynamio & Siſidio Conſulibus. Sequente vero anno, quo Conſules fuerunt Probinus & Euſebius, idem Victor Thunonenſis Acacii obitum commemorat his verbis: *Euſebio V. C. Coſ. Acacius Conſtantinopolitanus Epiſcopus ſub damnatione moritur, & pro eo Flavita Epiſcopus ordinatur, cui tertio promotionis ſuæ menſe mortuo, Euphemius Synodi Chalcedonenſis decretorum cuſtos in Epiſcopatu ſuccedit.* Anno autem ſequenti, Longino iterum & Fauſto Conſulibus, Petrum Alexandrinum ſub damnatione mortuum eſſe idem Victor ſcribit. At Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis, horum trium Schiſmaticorum interitum, eodem quidem ordine refert quo Victor Thunonenſis, ſed non eodem anno. Petrum enim Fullonem obiiſſe ſcribit anno Natalis Dominici 486. Acacium vero biennio poſt, id eſt anno Chriſti 488. In Mongi autem interitu prorſus conſentit cum Victore. Ego vero Victoris ſententiam ſequi malim, qui Fullonis interitum refert anno Chriſti 488. Nam Calendio Epiſcopus Antiochiæ creatus eſt anno Natalis Dominici 482. ut conſtat ex Epiſtola Simplicii Papæ, qui cum Epiſcopatum illum quatuor annis obtinuerit, ſicut teſtatur Theophanes, neceſſario dicendum eſt Petrum Fullonem, qui pulſo Calendione, in ejus locum ſubrogatus eſt, anno Chriſti 486. Antiochenam ſedem occupaſſe. Quis autem credat Petrum Fullonem, qui tot ac tanta facinora Epiſcopatus ſui tempore perpetravit, paucis poſt promotionem ſuam menſibus interiiſſe? Non igitur anno Chriſti 486. obiit Petrus Fullo, ut putavit Baronius. Sed hoc argumentum facile refellitur: ſola enim Theophanis authoritate nititur, qui quatuor annos Epiſcopatus tribuit Calendioni. Atqui Calendio anni duntaxat ſpatio Sacerdotium geſſit. Dejectus enim eſt per inſidias Ordinatoris ſui Acacii, paulo poſt Synodum Romanam, anno Chriſti 483. ut docet Epiſtola Felicis Papæ ad univerſos Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentes, & Author geſtorum de nomine Acacii. Graviſſime autem falluntur Theophanes ac Cedrenus, qui Petrum Fullonem poſt Petrum Mongum è vivis abiiſſe ſcribunt. Quos refellit Gelaſius Papa in Epiſtola ad Orientales, qui Fullonem priorem obiiſſe teſtatur his verbis: *Docete igitur Petrum Alexandrinum ab Antiocheni Petri unquam communione deſiiſſe, & non uſque ad diem, cum Antiochenus Petrus in hac luce verſatus eſt, individuum utriſque fuiſſe conſortium.* Et iterum pag. 215. *Sed donec advixit Antiochenus Petrus, qui utique poſt Acacianum cum Petro Alexandrino fœdus initum defunctus oſtenditur, nunquam Antiocheno Petro Alexandrinus Petrus communicare deſiit, quod Catholicorum continet relatio Sacerdotum.*

1 Συνοδικοῖς χρησαμένου τῷ φραυίτᾳ] Scribit Theophanes Fravitam Synodicas literas ſcripſiſſe ad Petrum Alexandrinum, quibus negabat ſe Felici Epiſcopo Romano communicare. Rurſus vero Synodicis ad Felicem miſſis, ei ſignificaſſe, nullam ſe communionis ſocietatem habere cum Petro Alexandrino. Eidem Fravitæ tres dumtaxat menſes Epiſcopatus aſſignat Theophanes, ſicut & Victor Thunonenſis; non autem quatuor, ut Evagrius.

2 Πρὸς ἀφόρους γνώμας τῶν μερῶν] Erant Alexandriæ tunc duo genera hæreticorum; Dioſcoritæ ſcilicet, & Eſaiani: de quibus Liberatus in Breviario. Ex his Dioſcoritæ quidem Chalcedonenſem Synodum prorſus damnabant & anathematizabant. Eſaiani vero, Zenonis Edictum ſequentes, eam quidem Synodum haud quaquam admittebant: non tamen anathema ei dicebant.

3 Παλλαδίῳ τῷ μετὰ Πέτρον] Quo anno mortuus ſit Petrus Antiochenus, Evagrius diſerte non dicit: nec ex ejus verbis colligi poteſt eum obiiſſe poſt Petrum Alexandrinum. Immo contrarium potius ex Evagrii verbis elicitur. Nam ſi Petrus Antiochenus ſuperſtes fuiſſet Alexandrino Petro, certe Athanaſius qui Alexandrino Petro ſucceſſit, Synodicas ſuas Antiocheno Petro miſiſſet. Hæ enim literæ in ipſo Epiſcopatus exordio à Patriarchis mitti conſueverant. Cum igitur Synodicas ſuas ad Palladium Antiochenum miſerit Athanaſius, ex eo apparet Antiochenum Petrum diu ante Alexandrinum obiiſſe. Porro de Synodicis Athanaſii literis ita ſcribit Liberatus in Breviario. *Non poſt multum tempus moritur & Petrus Moggus Alexandriæ, & poſt eum in ea Sede ordinatur Athanaſius: qui & ipſe in Edicto Conſtantinopolitanæ & Antiochenæ & Hieroſolymitanæ communicavit Eccleſiæ.*

VARIORUM.

a Φθάνει τελευτήσας ὁ Πέτρος] Petrus Mongus Alexandriæ deceſſit è vivis anno Chr. 490. & Athanaſius II. cognomento Celites (hæreticus) in ejus locum promotus eſt, die nona Februarii. Poſt annos VI. & dies 223. obiit Athanaſius, anno 496. & in ejus locum ſuffectus eſt Joannes Mela, ſive Hemula. Sedit hic annos VIII, & dies 224, quem fato functum anno 505. excepit alter Joannes cognomento *Nicæota*. Pagius ad eos annos.

b Παλλαδίῳ τῷ μετὰ Πέτρον] Petrus Fullo, favore Zenonis Aug. Epiſcopatum Antiochenum tenuit uſque ad mortem, quæ contigit anno 488. & Palladium hæreticum ſucceſſorem habuit. Huic, poſtquam decem annos ſederat, demortuo ſucceſſit Flavianus Orthodoxus, anno 498. *Ant. Pagi ad annos* 486 & 496.

σκοπίσαντι

SÆC. V.

cedonenſi ſynodo idem fecit quod Petrus. Idem quoque factum eſt à Joanne, qui poſt Athanaſium Alexandrinam ſedem obtinuit. Mortuo poſthæc Palladio Antiochenſis Eccleſiæ antiſtite, Flavianus, cum in ejus locum ſucceſſiſſet, Salomonem Antiochenum presbyterum miſit Alexandriam, qui Synodicas ipſius perferret, & Joannis viciſſim literas flagitaret. Poſt hunc autem Joannem alter ejuſdem nominis Joannes Epiſcopatum Alexandriæ ſortitus eſt. Et hæc quidem ad eum quem dixi modum evenerunt, uſque ad primordia Imperatoris Anaſtaſii. Hic enim Euphemio Epiſcopatum abrogavit. Quæ quidem continua ſerie commemorare neceſſarium duxi, tum perſpicuitatis cauſa, tum ut facilius memoriæ mandarentur.

Joannes Ep. Alex.

Flavianus Ep. Antioc.

Joannes Ep. Alex.

σκοπήσαντι τ᾽ Ἀντόχου, τὰ παραπλήσια πέπραχε περὶ τ᾽ ἐν Καλχηδόνι συνόδου. ταυτὸ δ᾽ τοῦτο καὶ Ἰωάννης ὁ μετὰ Ἀθανάσιον τ᾽ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ θρόνον διαδεξάμενος. καὶ Παλλαδίου τελευτήσαντος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ προέδρου, καὶ Φλαβιανὸν τὸν ἐκείνου θρόνον διαδεξαμένου, πέμπεται πρὸς αὐτὸν κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν Σολομὼν Ἀντιοχείας πρεσβύτερος, συνοδικά τε κομίζων, καὶ ἀμοιβαίους συλλαβὰς ζητῶν Ἰωάννου πρὸς Φλαβιανόν. καὶ μετὰ Ἰωάννου δὲ, ἕτερος Ἰωάννης τὸν Ἀλεξανδρείας διαδέχεται θρόνον. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω συνεχωρήκει μέχει πινῶν τοῦ Ἀναστασίου χρόνων. Εὐφήμιον γὰρ αὐτὸς ἐκβεβλήκει· ἀφ᾽ οὗ διάστασιν καθ᾽ εἰρμὸν συνάψαι Σαφωνείας τε καὶ θυμαθείας ἕνεκα.

CAPUT XXIV.

De cæde Armati, qui cognatus fuit Verinæ Auguſtæ.

CÆTERUM Zeno ſuaſu Illi, Armatum quoque interfecit, cognatum Verinæ Auguſtæ. Quem quidem antea donis corruperat, cum adverſus ipſum à Baſiliſco miſſus fuiſſet, & pro hoſte ſocium atque amicum reddiderat. Filium quoque ejus Baſiliſcum, in urbe Nicæa Cæſarem renuntiaverat. Sed cum Conſtantinopolim veniſſet, Armatum quidem per fraudem interemit. Baſiliſcum vero ejus filium, ex Cæſare presbyterum fecit. Qui poſtea ad Epiſcopalem dignitatem pervenit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ΄.

Περὶ τῆς ἀναιρέσεως Ἀρμάτου συγγενοῦς Βερίνης τ᾽ βασιλίδος.

Ὁ δὲ Ζήνων Ἰλλοῦ γνώμῃ καὶ τὸν [a] Ἀρμάτον ἀναιρεῖ, συγγενῆ Βερίνης τῆς βασιλίδος· ὃν καὶ καταπεμφθέντα πρὸς Βασιλίσκου, [1] δώροις ὁ Ζήνων ἁλίσκει, καὶ σύμμαχον αὐτὸν ἀντὶ πολεμίου ποιεῖται, καὶ Βασιλίσκον τὸν αὐτοῦ παῖδα Καίσαρα χειροτονεῖ ὁ Νικαίᾳ τῇ πόλει. παρελθὼν δὲ ἐς Βυζάντιον, τὸν μὲν Ἀρμάτον δολοφονεῖ· Βασιλίσκον δὲ τὸν αὐτοῦ παῖδα, ἀντὶ Καίσαρος ἱερέα δείκνυσιν· ὃς ὕστερον καὶ τῆς ἀχειροτονησίας ἠξίωτο.

a

CAPUT XXV.

De Theodorici Scythæ rebellione, deque ejuſdem interitu.

INSURREXIT quoque adverſus Zenonem Theodericus, natione Gothus: collectiſque in Thracia ſuis copiis, expeditionem ſuſcepit adverſus Zenonem. Et cum cuncta quæ obvia erant, uſque ad fauces Ponti late vaſtaſſet, parum abfuit quin ipſam urbem regiam caperet. Cepiſſetque omnino, niſi quidam ex ejus familiaribus, donis corrupti, ipſum interficere moliti eſſent. Itaque ille, cognita ſuorum malevolentia, retro abſceſſit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ΄.

Περὶ τῆς ἐπαναστάσεως Θευδερίχου τοῦ Σκύθου, καὶ τῆς τούτου τελευτῆς.

Ἐπανίσταται δὲ τῷ Ζήνωνι καὶ Θευδέριχος Σκύθης ὢν γένος· καὶ τὰς οἰκείας δυνάμεις ἀνὰ τ᾽ Θρᾳκῶν ἀθροίσας, ἐπιστρατεύει κατὰ τοῦ Ζήνωνος· καὶ μέχει στόματος τοῦ Πόντου δηώσας τὰ ἐν ποσὶ χωρία, μικροῦ τοῦ βασιλέως εἷλε πόλιν, εἰ μή τινες τῶν ἐς τὰ μάλιστα αὐτῷ ἐπιτηδείων ὑπαχθέντες, ἐβουλεύσαντο αὐτὸν ἀνελεῖν. ὃς ἐθελοκακοῦντας τοὺς οἰκείους ἐγνωκὼς, ἐς τοὐπίσω μὲν

VALESII ANNOTATIONES.

1 Δώροις ὁ ζήνων ἁλίσκει] Zeno non ſolum muneribus ac donis, ſed etiam pollicitationibus Armatum ad ſuas partes traduxit. Pollicitus enim eſt, ſe ſimul ac Imperium recuperaſſet, Armatum quidem Magiſtrum præſentis militiæ perpetuum; Baſiliſcum vero ejus filium, Cæſarem & Aſſeſſorem ſibi eſſe facturum, ut ſcribit Theophanes in Chron. pag. 107. cujus verba, quia corrupta ſunt, nec ab Interprete intelligi potuerunt, hic apponam. ἀλλὰ δώρεις τοῖς παρὰ ζήνωνος καὶ ἔτος ὡς ἐπὶ πολὺ τυφλωθεὶς, καὶ ὑποχέσει διαδόχου στρατηλατείας, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βασιλίσκον Καίσαρα ποιῆσαι καὶ συγκαθεδρον αὐτοῦ, σὺν αὐτῷ κατὰ Βασιλίσκου ἐπανῆλθεν. Id eſt: *Verum donis à Zenone miſſis ipſe quoque obcæcatus, & pollicitatione perpetuæ Magiſteriæ poteſtatis, & quod Zeno Baſiliſcum ipſius filium Cæſarem atque Aſſeſſorem ſuum facturus eſſet, una cum Zenone reverſus eſt contra Baſiliſcum.* Scribo igitur, καὶ ὑποχέσει ἀδιαδόχου στρατηλατείας. ἀδιαδόχου στρατηλατείαν vocat Theophanes perpetuam Magiſtri militum poteſtatem. Auctor Chronici Alexandrini emendationem noſtram prorſus confirmat. Scribit enim Zenonem Armato promiſiſſe, ſe Magiſteriam præſentis militiæ poteſtatem ei conceſſurum quoad viveret, ἐπαγγειλάμενος αὐτῷ πολλὰ, καὶ τὴν στρατηλασίαν τοῦ πραισέντου ἕως τῆς αὐτοῦ ζωῆς. De hoc Armato Suidas multa refert in voce Ἀρμάτος, quæ deſumpta videntur ex Damaſcio in vita Iſidori Philoſophi.

VARIORUM.

a Ἀρμάτον ἀναιρεῖ] Auctor Chronici Alexandrini ait, Armatum Baſiliſco ſupra memorato juraſſe ſuper Baptiſmatis Sacramento, quod illum & res ſuas Zenoni nequaquam proderet: quod poſtea tamen fecit. Suidas Armatum depingit ut diſſolutum, Zenonidis Baſiliſci uxoris adulterum, in puniendo crudeliſſimum, adeo ut cives cæſo illo maxime lætati fuerint.

ὑποχωρεῖ.

ἀποχωρεῖ. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον τοῖς ἀπελθοῦσι συναριθμεῖται. λέξω δὲ καὶ τὸν τῆς τελευτῆς
1 τρόπον, ὥδε γενόμενον. Δόρυ διηγκυλημένον πρὸ τῆς σκηνῆς αὐτῷ μητιώρητο ἀκόντιον βαρβαρικόν. εἶτα ἀφικνῆσαι τὸ σῶμα βουληθεὶς, ἵππον
2 ἀχθηναι προσέταξεν· ἀναξολεῖ ἢ οὐκ εἰωθὼς χρῆσθαι, τῷ ἵππῳ προσήλατο. ὁ δὲ, ἀγελαῖός τις ὢν καὶ ὑβριστὴς, οὔπω προβάδην Θευδερίχου καθίσαντος, μετεωρίζῃ τῷ πρόσθε πόδε, τῷ ὀπισθίῳ μόνῳ ἀκροβατῶν. ὡς δὲ φιλονεικοῦντα τὸν Θευδέ-
3 ριχον, καὶ μήτε τῷ χαλινῷ ἀνασειράζειν τὸν ἵππον τολμῶντα, ὡς ἂν μὴ ἐμπέσοι γε αὐτῷ, μηδὲ τῆς ἕδρας βεβαίως ἀντεχόμενον, τῇδε κἀκεῖσε προσδονεῖσθαι, βάσασαν τὴν αἰχμήν. ταύτην τε ἐπ' αὐτὸν ἐνεχθῆναι πλαγίαν, καὶ τὴν πλευρὰν κατατρῶσαι. ἔνθεντε κλινήρη γενόμενον, καὶ βραχέας ἡμέρας διαγαγόντα, τὸν βίον ἐκ τοῦδε τοῦ τραύματος καταστρέψαι.

Nec multo post vitam cum morte commutavit. Mortis autem genus quale fuerit, exponam. Hasta amentata ante illius tabernaculum suspensa erat, more barbarico. Forte igitur cum corpus excercere vellet, equum sibi adduci jussit. Cumque stratoris auxilio haudquaquam uti soleret, ipse in equum insiliit. Equus vero, ut pote indomitus ac ferox, cum Theodoricus ipsum ambabus tibiis nondum amplexus esset, anterioribus pedibus in sublime elatis, posterioribus dumtaxat insistere atque ingredi cœpit. Adeo ut Theodoricus cum equo suo certans, ac neque illum fræno retrahere ausus, ne retractus supra ipsum caderet, neque in sella firmiter inhærens, hac & illac circum ageretur, hastæque cuspidem impelleret. Quæ in eum oblique impacta, latus ejus vulneravit. Inde igitur in lectum delatus, cum paucos dies supervixisset, ex eo vulnere decessit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κϛ'.

Περὶ τῆς Μαρκιανοῦ ἐπαναστάσεως, καὶ οἷα περὶ τοῦτον συνέβη.

CAPUT XXVI.

De rebellione Marciani, & quid eidem acciderit.

4 Μετὰ ταῦτα διενεχθεὶς πρὸς Ζήνωνα Μαρκιανὸς, παῖς μὲν Ἀνθεμίου τοῦ Ῥώμης βασιλεύσαντος, κῆδος δὲ πρὸς Λέοντα τὸν βεβασιλευκότα πρότερον ἐσχηκὼς, ἐπεὶ τὴν νεωτέραν αὐτοῦ θυγατέρα Λεοντίαν ἐσῴκισατο, τυραννεῖν ἐπειρᾶτο· καὶ μάχης ἰσχυρᾶς περὶ τὰ βασίλεια συρραγείσης, καὶ πολλῶν ἑκατέρωθεν πεπτωκότων, τρέπει τοὺς σφετέρους ὁ Μαρκιανός· καὶ τῶν βασιλείων ἐκράτησε γέγονεν ἄν, εἰ μὴ τὸν καιρὸν παρῆκεν, ἐς αὔριον τὴν
a

Post hæc Marcianus, Filius Anthemii ejus qui Romæ imperavit, affinis autem Leonis qui ante Zenonem imperium rexerat: ejus enim filiam natu minorem, Leontiam nomine, uxorem duxerat: à Zenone dissidens, tyrannidem arripere conatus est. Commissaque gravi pugna circa palatium, & plurimis ex utraque parte cæsis, Marcianus adversarios in fugam vertit. Eodemque impetu palatium occupavisset, nisi re in crastinum diem dilata, opportunitatem

Marcianus tyrannidem affectat.

Valesii Annotationes.

1 Δόρυ διηγκυλημένον] In hujus verbi expositione hallucinati sunt Interpretes. Langus quidem hastam expeditam vertit. Musculus vero suo more, cum Latinum vocabulum ipsi non suppeteret, Græcam vocem retinuit. At Christophorsonus omnium pessime interpretatur, hastam cuspide bifida. Ego amentatam verti. ἀγκύλη enim idem est quod amentum: Eorum scilicet quo vinciebantur jacula seu lanceæ, ut in hostem emitti possent. Glossæ veteres ex Bibliotheca Petri Danielis à Turnebo citatæ ita exponunt: Amentum, corrigia lanceæ, quæ etiam ansula est ad jactum. Ubi ansula est ἀγκύλη, qua scilicet comprehenditur telum ut jaciatur. Hesychius διηγκυλίσθαι exponit, τὸ ἐνεῖραι τοὺς δακτύλους τῇ ἀγκύλῃ τοῦ ἀκοντίου· ἤτοι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἕτοιμον εἶναι. Sic ἀγκυλητοὺς κρημάδους dixit Æschylus, metaphora sumpta ἀπὸ τῶν δοράτων, ἅπερ ἀγκυλητὰ καὶ μεσάγκυλα ὀνόμαζον, ut scribit Eustathius ad librum secundum Iliadis. Duplex autem erat usus amenti. Nam & ad apprehendendum jaculum conducebat, & ut majore impetu ferretur in hostem.

2 Ἀναξολῇ δὲ σὺν εἰωθὼς χρῆσθαι] In optimo codice Florentino diserte scriptum inveni ἀναξολεῖ, quemadmodum viri docti legendum esse conjecerant. Est autem ἀναξολεὺς, quem Latini Stratorem vocant, qui dominum in equum levare solet, ut testatur Suidas: apud quem extat locus veteris Scriptoris, qui de Rege Masinissa ita scribit, ὁ δὲ μασσανίσσας γηραιὸς ἵππου χωρὶς ἀναξολέως ἐπέβαινεν. Ubi Suidas vocabulum ἀναξολέα sumpsisse videtur pro scala quam vulgo stapedam vocamus.

3 Ἀνασειράζειν] Scribendum puto ἀναστειράζειν, ut legitur in codice Telleriano. Ita enim postulat analogia, ut à πεῖρα fit πειράζειν. Suidas ἀναστειράζειν exponit, ἀνθέλκειν, ἀναχαλινοῦν. Nicephorus autem pro hac voce posuit ἀναστέλλειν. Porro mors Theodorici contigit anno Christi 481. ut testatur Marcellinus in Chronico, his verbis. Placidio solo Cos. *Theodoricus Triarii filius Rex Gothorum, adscitis suis usque ad Anaplum, quarto urbis milliario advenit; nulli tamen Romanorum noxius continuo reversus est. Porro in Illyricum properans, dum inter suorum moventia plaustra progreditur, jacentis super carpentum teli acumine, & pavescentis equi sui impulsione fixus transverberatusque interiit.*

4 Μετὰ ταῦτα Μαρκιανὸς] Theophanes motum hunc Marciani, perinde ac Evagrius noster, refert statim post obitum Theoduriti Triarii filii. Dissentit tamen Malchus in historia Byzantina. Scribit enim Theodoricum Triarium audita seditione Marciani, illico contractis ingentibus copiis, Constantinopolim versus profectum esse: specie quidem ut Imperatori suppetias ferret: revera tamen ut urbem regiam occuparet. Verba Malchi, si quis legere desiderat, habentur pag. 86. editionis regiæ. Adde quod Procopius Marciani frater, capto Marciano & profligata ejus tyrannide, ad Theodoricum in Græciam profugit. Cumque Zeno missa legatione eum sibi dedi postularet, nunquam id à Theodorico impetravit, ut scribit Candidus in libro secundo, & Malchus in libro jam citato.

Variorum.

a Εἰ μὴ τὸν καιρὸν παρῆκεν] Ad cœnæ epulas somnumque capiendum, rebus nondum peractis, se convertit, ut testatur Theophanes. Porro hunc motum Antonius Pagi contigisse putat anno Chr. 478. aut 479. *Vid. eum ad ann.* 482. *n.* 17.

πρᾶξιν

Sæc. V.

è manibus elabi ſiviſſet. Volucris enim eſt occaſio. Et dum ad pedes quidem advolat, forſitan apprehendi poteſt. Ubi vero manus effugerit, in ſublime avolat, ridetque eos qui ipſam inſequuntur, nec amplius ad eos advolare ſuſtinet. Itaque pictores & ſtatuarii, comam ei à fronte demittunt, & occipitium ad cutem uſque radunt: prudenter admodum ſubindicantes, occaſionem, quamdiu quidem à tergo imminet, coma demiſſa facile apprehendi poſſe: quando autem præcedit, penitus effugere, nullam anſam qua capiatur, præbentem inſequentibus. Quod quidem tunc accidit Marciano: qui cum occaſionem ipſi oblatam elabi ſiviſſet, eamdem poſtea recuperare non potuit. Poſtero enim die à ſuis proditus, & ſolus relictus, confugit ad Baſilicam ſanctorum Apoſtolorum. Unde pervim extractus, Cæſaream Cappadociæ relegatur. Ibi cum ſe Monachis quibuſdam aggregaviſſet, poſtea fugam meditari deprehenſus eſt. Quam ob cauſam ab Imperatore Tarſum Ciliciæ deportatus, detonſa coma presbyter eſt ordinatus. Atque hæc quidem ab Euſtathio Syro ſcripta ſunt eleganter.

Marcianus presbyter factus.

πεζὸν ἀναβαλλόμενος. ὀξυπετὴς γὰρ ὁ καιρὸς, κ᾽ ποδαπόδας μὲ ἰὼν, ἴσως ἁλίσκε᾽ται· ἐπὰν δὲ τὰ λαβὼ ἀφαδεάσῃ, μετεωροπορεῖ, γελᾷ τε τοὺς διώκοντας, ἐφικτὸς αὐτοῖς λοιπὸν οὐκ ἀνεχόμενος εἶναι. ὅθεν ἀμέλει οἱ πλάσαι κ᾽ ζωγράφοι, κόμην ἔμπροσθεν καθέντες αὐτῷ, τὴν κεφαλὴν ὄπισθεν οὐ χραῖ ξυρῶσιν· οὐ μάλα σοφῶς αἰνιττόμενοι, ὡς ὀπισθόπους μὲν τυχάνων, τῷ καθειμένῳ τ᾽ κόμης ἴσως κρατεῖται· ἐμπροσθόπους δὲ γενόμενος, τέλεον ἀφαφύγει, οὐκ ἔχων ὅτῳ κρατηθείη τῷ διώκοντι. ὅπερ κ᾽ ἐπὶ Μαρκιανῷ γέγονε, τ᾽ μὲν θύθετον αὐτῷ καιρὸν ἀπολέσαντι, ἐξευρεῖν δὲ τοῦτον λοιπὸν οὐ δυνηθέντι. ἀνὰ γὰρ τ᾽ ἑξῆς πρὸς τ᾽ οἰκείων καταπροδοθεὶς, κ᾽ μόνος ἀπολειφθεὶς, πέφευγεν ἀνὰ τὸ τέμενος τῶν θεοπεσίων ἀποστόλων· ἐκεῖθέν τε πρὸς βίας ἀφελκυσθεὶς, ἐς Καισάρειαν πόλιν τῆς Καππαδοκῶν ἐξοικίζεται. καί πισι μοναχοῖς συναγελαζόμενος, ὕστερον ἐφωράθη λαθεῖν ἐθέλων· κ᾽ τοῖς ὑπὸ Βασιλέως ἐς Ταρσὸν τῆς Κιλικίας ἐκπεμφθεὶς, κ᾽ τ᾽ κόμην ἀποθέμενος, πρεσβύτερος χειροτονεῖται. γέγραπται ταῦτα κομψῶς Εὐσταθίῳ τῷ Σύρῳ.

CAPUT XXVII.

De tyrannide Illi ac Leontii.

IDEM Euſtathius ſcribit, Zenonem innumeras inſidias adverſus Verinam ſocrum ſuam ſtruxiſſe, tandemque eam in Ciliciam relegaſſe. Poſtea vero, cum Illus tyrannidem occupaſſet, Verina in Papirium caſtrum migravit, ibique exceſſit è vita. Res præterea Illi ab eodem Scriptore elegantiſſime exponuntur: quemadmodum cum à Zenone inſidiis appetitus fuiſſet, effugerit: utque Zeno eum quem ad interficiendum Illum ſubmiſerat, Illo necandum tradiderit; capitis amputationem mercedis loco ei rependens, eo quod conatu excidiſſet. Illum quoque magiſtrum Orientalis militiæ renuntiavit, ſtudens ut occultæ eſſent inſidiæ quas ei comparavit. Illus vero, adſcito in ſocietatem Leontio, & Marſo viro egregio, ac Pamprepio, ad Orientis partes perrexit. Refert deinde idem Euſtathius, quomodo Leontius apud Tarſum Ciliciæ Imperator nuncupatus ſit: & quem iſti tyrannidis ſuæ fructum perceperint. Cum Theodoricus vir natione Gothus, & qui apud Romanos erat illuſtris, adverſus eos miſſus eſſet cum exercitu Romanorum ſimul ac barbarorum. Idem Euſtathius eleganti admodum ſtylo cædem eorum deſcribit, quos Zeno crudeliter necari juſſit, hanc eis mercedem rependens benevolentiæ qua ipſum complexi fuerant: & quomodo Theodoricus, cum Zenonis adverſus

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ΄.

Περὶ τῆς τυραννίδος Ἴλλου κ᾽ Λεοντίου.

Ὁ αὐτὸς γράφ᾽ τὸν Ζιμώνα καὶ Βερίνῃ τῇ πενθερᾷ μυρίας ἐπιβουλὰς ῥάψαι· μετὰ δὲ ταῦτα κ᾽ τοῖς τ᾽ Κιλίκων ἐκπέμψαι χώραν· ὕστερον δὲ μεταβῆναι ταύτῃ πρὸς τὸ Παπιρίου λεγόμενον Φρούριον, Ἴλλου τυραννήσαντος, αὐτόθι τε τὸν βίον ἐκλιπεῖν. καὶ τὰ κατὰ Ἴλλουν δὲ γράφει μάλα λογίως ὁ Εὐσάθιος, ὅπως τοῖς ζ᾽ Ζήνωνος ἐπιβουληθεὶς διέφυγε, καὶ ὅπως ὁ Ζήνων τὸν ἀποσφάξαι τοῦτον προσταχθέντα, ἐς θάνατον ἐκδέδωκε, μισθὸν τῆς ἀποτυχίας τὴν τῆς κεφαλῆς ἐκτομὴν αὐτῷ προσαχών· ὃν καὶ φρατηγὸν ὁ Ζήνων τῶν ἑῴων ἀποδείκνυσι δυνάμεων, τὸ λαθεῖν πραγματεύομενος. ὁ δὲ, Λεόντιον προσταιρισάμενος, Μάρσον τε οὖν ἄνδρα δόκιμον, κ᾽ Παμπρέπιον, ἀνὰ τὰ τῆς ἑῴας γέγονε μέρη· εἶτα τὴν Λεοντίου ἀνάρρησιν τὴν ἐς Ταρσὸν τῆς Κιλικίας γενομένην· ὅπως τε καὶ οὗτοι τῆς τυραννίδος ἀπώναντο, Θευδερίχου κατ᾽ αὐτῶν ἐκπεμφθέντος, ἀνδρὸς Γότθου τὸ γένος ὑπάρχοντος, πρὸς Ῥωμαίοις τε αὖ ἐπισήμου, μεθ᾽ ἡμεδαπῆς τε καὶ ἀλλοδαπῆς δυνάμεως. ἀναγράφει μάλα σοφῶς ὁ αὐτὸς Εὐσάθιος, κ᾽ [a] τὰς a
δειλαίως ἀνηρημένους τοῖς Ζήνωνος ἀντὶ τ᾽ ἐς αὐτὸν εὐνοίας· κ᾽ ὅτι γε ὁ Θευδέριχος τ᾽ ἐπιβουλῆς Ζή- 1

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῆς βουλῆς αἰσθόμενος] Rectius in MS. codice Florentino ſcribitur, τῆς ἐπιβουλῆς αἰσθόμενος.

VARIORUM

a Τὰς δειλαίως ἀνηρημένους] Marcellinus in Chronico ſub Coſſ. anni 488, hæc habet: *Leontius interea rex & Illus tyrannus* (qui tyrannidem arripuerant anno 482.) *in Papyrio Iſauriæ caſtello capti decollatique ſunt. Capita eorum Conſtantinopolim allata, præfixa haſtilibus tabuere. Eodem anno Theodoricus rex omnium ſuorum multitudine Gothorum in Italiam tendit.* Theodoricus hic, cognomine Amalus, Italiam ingreſſus eſt anno 489. bellum ibi geſſit cum Odoacre Italiæ rege anno 491. Odoacrem occidit, & regnum Italiæ ſibi aſſeruit anno 493. juxta rationes Ant. Pagi ad eos annos.

νων

γωνος αἰδόμενος, ἐπὶ τῷ πρεσβυτέρῳ Ῥώμῳ
1 ἀναχωρεῖ. τινὲς δέ φασιν, ὡς καὶ ὑποθήκη Ζήνωνος· καὶ Ὀδόακρον μάχῃ κρατήσας, ὑφ' ἑαυτὸν τῷ Ῥώμῳ ποιεῖται, ῥῆγα προσονομάσας ἑαυτόν.

ipsum insidias comperisset, Romam se contulit. Alii dicunt Zenonis suasu id à Theodorico factum fuisse. Qui conserto prælio, cum Odoacrum superasset, Romam sub potestatem suam redegit, Regis dumtaxat nomine sibi assumpto. *Theodoricus Romæ regnat.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Περὶ Μαμμιανοῦ, καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ.

Ὑπὸ τοῖς χρόνοις Ζήνωνος, ἱστορεῖ Ἰωάννης ὁ ῥήτωρ Μαμμιανὸν ἐξ ὑποδιφείων ἐπίσημον ἄνδρα γενέσθαι, καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς μετασχεῖν, καὶ ἐν Δάφνῃ τῷ προαστείῳ τὸν καλούμενον
2 ἀντίφορον οἰκοδομήσασθαι, πρώην ἀμπέλους δεδεγμένον, καὶ πρὸς γεωργίαν ὑποτήδειον καθεστῶτα, εὐθὺ τοῦ δημοσίου βαλανείου· ἐφ' ᾧ Μαμμιανὸς ὁ Φιλόπολις, ἡ χαλκῆ ἀνάκειται εἰκών. ἀνὰ δὲ τὴν πόλιν δύο βασιλείους ἐργάσασθαι στοὰς, τῇ τε οἰκοδομίᾳ λίαν εὐπρεπεῖς, καὶ ταῖς ἐκ λίθων θεοφανείαις τε καὶ διαυγείαις κεκοσμημένας· ὥστε
2 δέ τι μεθόριον μέσον τῶν δύο βασιλείων στοῶν, [2] Τετράπυλον ἀναστῆσαι, κίοσί τε καὶ τῇ ἐκ χαλκοῦ ὕλῃ μάλα κομψῶς ἠσκημένον. καὶ τὰς μὲν βασιλείους κατειλήφαμεν στοὰς, μετὰ τῆς προσηκούσης ἔτι λείψανα τῆς πρώην εὐκοσμίας φερούσας, τῶν ἐκ Προκοννήσου λίθων τῷ ἐδάφει συγκειμένων· οὐ μὴν τὴν οἰκοδομίαν ἔχουσάν τι τῶν ἐπισήμων. ἐκ τῶν γεγενημένων γὰρ παθημάτων ἔναγχος τὴν οἰκοδο-
3 μίαν ἐδέξαντο, [3] οὐδὲν ἐς κόσμον ταύταις προσθέντος. τοῦ δὲ Τετραπύλου τοῦ ὑπὸ Μαμμιανοῦ γενομένου οὐδὲ ψιλὸν ἴχνος κατειλήφαμεν.

CAPUT XXVIII.

De Mammiano, & de operibus ab eo constructis.

EJUSDEM Zenonis principatu Mammianum quemdam vixisse scribit Joannes Rhetor, qui ex sellulario opifice vir insignis evaserit, & ad Senatorium ordinem pervenerit. Ab hoc Mammiano ait Joannes, in Daphnensi quidem suburbano ædificatum esse antiforum, qui locus prius vites habuerat & arva, è regione balnei publici: in quo statua ænea posita est cum hac inscriptione: Mammianus amator urbis. In urbe vero duas regias porticus ab eodem exstructas esse refert, tum fabricæ venustate insignes, tum lapidum splendore ac nitore decoratas. Inter duas autem porticus, quasi confinium quoddam ab eo ædificatum esse Tetrapylum, columnis & ære admodum eleganter excultum. Et ipsas quidem regias porticus vidimus, quæ & nomen pristinum & reliquias vetusti splendoris adhuc servant, cum solum earum Proconnesio marmore stratum sit. Reliqua vero structura nihil habet eximium. Nam post superiores ruinas, nuper instauratæ sunt, nulla re ad earum ornamentum adjecta. Tetrapyli vero ejus quod à Mammiano constructum est, ne vestigium quidem deprehendimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Περὶ τῆς τελευτῆς Ζήνωνος, καὶ τῆς ἀναῤῥήσεως Ἀναστασίου.

b [b] Τοῦ Ζήνωνος τοίνυν ἄπαιδος τελευτήσαντος ἐπιληψίας νόσῳ μὲν ἕβδομον καὶ δέκατον ἔτος τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἦλπισε μὲν Λογγῖνος ὁ τούτου ἀδελφὸς ἐς μέγα δυνάμεως προκεχωρηκὼς, τὴν

CAPUT XXIX.

De Zenonis obitu, & de Anastasii Imperatoris nuncupatione.

CÆTERUM cum Zeno post septimum decimum Imperii sui annum, ex comitiali morbo absque liberis decessisset, Longinus quidem ejus frater, qui ad magnam potentiam pervenerat, in spem venit *Longinus Imperium præripere posse se sperat.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὡς καὶ ὑποθήκη ζήνωνος] Hujus loci sensum non viderunt Interpretes, quibus prava interpunctio fraudi fuit. Ego vero media distinctione post hæc verba appositâ, lucem huic loco attuli. Ait enim Evagrius duas causas afferri, quæ Theodoricum impulissent, ut ad Italiam proficisceretur. Prima est, quod Zeno ei insidiaretur. Alii autem dicebant Theodoricum Zenonis consilio impulsum in Italiam se contulisse. Certe in excerptis veteris Authoris, quæ ad calcem Ammiani Marcellini jam pridem edidi, Theodoricus consensu Zenonis in Italiam profectus esse dicitur. Sic enim illic scribitur. *Zeno recompensans beneficiis Theodoricum, quem fecit Patricium & Consulem, donans ei multum, & mittens eum ad Italiam, pactuatus est, ut si victus fuisset Odoachar, pro merito laborum suorum, loco ejus, dum adviveret, tantum, præregnaret.* Idem quoque testatur Jordanes in Geticis, & in lib. de successione Regnorum.

2 Ἀντίφορον] Sic dictum videtur ædificium quoddam quod fori usum præstabat. Hoc ædificium ait Evagrius fuisse in suburbano Daphnensi, e regione publici balnei. Id enim sonant hæc verba, εὐθὺ τοῦ δημοσίου βαλανείου: Musculus quidem εὐθὺ vertit, *Recta ad publicum balneum*, Quod non probo. nam εὐθὺ idem est quod κατεναντίον, teste Suida. In antiforo autem ait Evagrius erectam fuisse statuam Mammiani. Ex quo apparet antiforum fuisse id quod supra dixi. Nam statuæ in foro erigi solebant.

3 Οὐδὲν ἐς κόσμον] Assentior Christophorsono & Savilio, qui οὐδενὸς emendarunt.

VARIORUM.

a Τετράπυλον] *Ædificium quatuor portis pervium*, inquit Du-Cangius, in Glossar. med. & inf. Græc.

b Τῷ Ζήνωνος —] Marcellinus in Chronico ad ann. 491 (quo mortuus est Zeno) scribit: *Zeno Aug. vita decessit, tam sui Imperii annis quam Basiliſci tyrannidis computatis, anno XVII. mense VI.* Die nona Mensis Aprilis emortuali, inquit Pagius; qui VI. menses erratum esse Librariorum contendit pro III. mensibus. Anastasius Imp. coronatus est die undecima ejusdem Aprilis.

SÆC. V.

Anastasius Imp.

se Imperium facile occupaturum esse. Sed tamen voti sui haudquaquam compos factus est. Etenim Ariadne coronam imposuit Anastasio, qui nondum in Senatorium ordinem allectus, in silentiariorum schola adhuc militabat. Porro Eustathius scribit, ab exordio Imperii Diocletiani ad Zenonis obitum & nuncupationem Anastasii, annos fluxisse septem supra ducentos: à principatu autem Augusti, annos quingentos triginta duos, ac præterea menses septem: ab Alexandri autem Macedonis regno octingentos & triginta duos, similiter cum mensibus septem: à Romanorum & Romuli regno, mille & quinquaginta duos, ac præterea menses septem: à Trojæ demique expugnatione, annos mille sexcentos octoginta sex, cum mensibus septem. Hic Anastasius ortus ex urbe Epidamno quæ nunc Dyrrachium dicitur, Imperium simul & uxorem Zenonis Ariadnem accepit. Ac primum quidem Longinum Zenonis fratrem, qui magistri dignitatem gerebat, quem antiqui præfectum officiorum palatii appellabant, in patriam amandavit. Multis item aliis Isauris qui id ab ipso petierant, ad suos redeundi copiam fecit.

βασιλείαν ἑαυτῷ περιθήσων· ᾧ μὲν τῶν δεσμῶν ἔτυχεν. ἡ γὰρ Ἀριάδνη Ἀναστασίῳ τὸν στέφανον περιτίθησιν, ἔπω μὲν ὄντι ἐς γερουσίαν, [a] ἐν ᾗ τῇ λεγομένῃ τῶν σιλεντιαρείων σχολῇ καταλεγομένῳ. ἱστορεῖ δ' οὖν ὁ Εὐσάθιος, μὴ τὸν ἀρχὸν τῆς Διοκλητιανῆς βασιλείας ἐς τὴν Ζήνωνος τελευτὴν καὶ τὴν ἀνάρρησιν Ἀναστασίου, ἔτη διελθεῖν ἑπτὰ καὶ ᾱφακόσια· ἀπὸ δὲ τοῦ Αὐγούστου μοναρχίας, ἔτη δύο καὶ λ', καὶ πεντακόσια σὺν μησὶν ἑπτά· ἀπὸ δὲ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἀρχῆς, ἔτη δύο καὶ τριάκοντα, καὶ ὀκτακόσια, ὁμοίως σὺν μησὶν ἑπτά· ἐκ δὲ τῆς τῶν Ῥωμαίων καὶ Ῥωμύλου βασιλείας, ἔτη δύο καὶ πεντήκοντα καὶ χίλια καὶ πρός γε μυρίαις ἑπτά· ἀπὸ δὲ ἁλώσεως Τροίας, ἔτη ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα, καὶ ἑξακόσια καὶ χίλια πρὸς μησὶν ἑπτά. οὗτος ὁ Ἀναστάσιος πατρίδα μὲν Ἐπίδαμνον ἔχων, Δυρράχιον νῦν προσαγορευομένην, τοῦτε Ζήνωνος βασιλείαν καὶ γαμετὴν τὴν αὐτοῦ Ζηνώνου τοῦ Ἀριάδνην ἐσοικίζεται. καὶ πρῶτα μὲν [b] Λογγῖνον Ζηνώνου ἀδελφὸν, τοῦ τοῦ μαγίστρου ἀξίωμα διέποντα, ὃν ἡγεμῶνα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων οἱ πρόσθεν ἐκάλουν, ἀνὰ τὴν ἐπισκαμβίαν ἐκπέμπει· εἶτα δὲ καὶ πολλοὺς ἑτέρους Ἰσαύρους, τοῦτο δηθεν αἰτήσαντας.

CAPUT XXX.

De Anastasio Imperatore: & quo modo, cum nihil in Ecclesiastico statu innovari sineret, totius orbis Ecclesiæ innumeris perturbationibus repletæ sunt, multique Episcopi eam ob causam expulsi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Περὶ Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως, καὶ ὡς διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τοῦτον καινοτομεῖν τι περὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, μυρίων ταραχῶν αἱ ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίαι ἐπλήσθησαν· πολλοί τε τῶν ἐπισκόπων διὰ τοῦτο ἐξεβλήθησαν.

IDEM porro Anastasius, utpote pacis studiosissimus, nihil omnino innovari voluit, præcipue vero in Ecclesiæ statu; modisque omnibus elaboravit, ut & sanctissimæ Ecclesiæ absque ulla perturbatione remanerent, & cuncti qui ipsius Imperio parebant, altissima pace fruerentur, omni rixa & contentione, tum ab Ecclesiæ statu, tum à rebus publicis procul amandata. Et Chalcedonensis quidem synodus iis temporibus, nec

Οὗτος ὁ Ἀναστάσιος εἰρηναῖός τις ὢν, ὑδὲν καινοτομεῖν παντελῶς ἠβούλετο, διαφερόντως περὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν. καὶ διὰ παντὸς ἦει τρόπου, τάς τε ἁγιωτάτας ἐκκλησίας ἀταράχους μεῖναι, ἅπαν τε τὸ ὑπήκοον βαθείας γαλήνης ἀπολαύειν, πάσης ἔριδος καὶ φιλονεικίας ἐκτὸς τῶν ἐκκλησιαστικῶν τε καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἐκποδὼν γινομένων. ἡ μὲν οὖν ἐν Καλχηδόνι σύνοδος ἀνὰ τούτους τοὺς χρόνους, οὔτε ἀνα-

VALESII ANNOTATIONES.

1. Ἀναστάσιος εἰρηναῖός τις ὢν] Qualiter affectus fuerit Anastasius erga res Ecclesiasticas, & qua ratione se gesserit in earum administratione, docet Liberatus in Breviario, cap. 18. his verbis. *Ascenderunt quidam & adversantium & communicantium ei ad Anastasium. Et dum haberent contra Principem contentionem, aliis quidem proponentibus anathematizari Synodum, & ita communicare: aliis vero pacatis in unitivo Edicto adjici ea quæ satisfacerent his qui communicaverant Petro: Considerans Imperator, quod si adjectionem Edicto faceret, tumultum moveret Ecclesiæ, & anathematizare Synodum esset impossibile; persuasit eis sufficere unitivum Edictum, ut communicarent adinvicem sibi, sicut & cæteri Ecclesiarum Episcopi. Et cum non obedirent hac agere, nihil impetrantes dimisit.* Ex quibus vides, Anastasium Imperatorem Zenonis Edictum prorsus secutum esse, nec præterea quicquam innovari voluisse.

VARIORUM.

a Ἐν τῇ λεγομένῃ τῶν σιλεντιαρείων σχολῇ] Non solum loca ubi pueri ac juvenes liberalibus studiis vacare debent; sed & ea quæ ad alia exercitia destinata sunt, item ad officia ac ministeria Principis, *Scholæ* vocantur: unde in Cod. Schola equitum, peditum, Scriniariorum, domesticorum, Silentiariorum, sacrarum largitionum &c. De Silentiariis egimus notis ad cap. 10. lib. II. Evagrii.

b Λογγῖνον Ζήνωνος ἀδελφὸν] Confundit Evagrius Longinum Magistrum militum cum Longino Zenonis fratre: qui tamen diversi erant; ut appareat tam ex historia rei gestæ, quam autoritate Zonaræ & Theophanis. Posterior ait in Chronico ann. 484. juxta Alexandrinos, *i. e.* A. C. 491. Longinum Zenonis fratrem, propter seditionem, exulem ab Anastasio Alexandriam missum, ibique Presbyterum ordinatum; Septennio post, mortem obiisse. Proinde neque in patriam fuisse amandatum, neque posthac tumultus excitare potuisse. Ergo alius erat Longinus Magister militum, quem magistratu abrogavit Anastasius, & in patriam amandavit, ubi postea adversus Imperatorem bellum suscepit, uti narrat Evagrius infra, cap. 35. Erant omnino tres Longini, unus Zenonis frater, alter Magister militum, tertius Selimuntius, ab Evagrio in eodem capite memoratus. Vide Pagium ad ann. 498. n. 3, 4, 5. *W. Lowth.*

Φανδὸν

φανδὸν ὀν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἐκηρύττετο, οὔτε μὴν ἐκ πάντων ἀπεκηρύττετο. ἕκαστοι δὲ τ προεδρευόντων ὡς εἶχον νομίσεως, διεπεράτουντο. καὶν ἔνιοι μὲ τ ἐκτεθειμένων αὐτῇ μάλα γενικῶς ἀντείχοντο, καὶ πρὸς ὑδεμίαν ἐνεδίδοσαν συλλαβὴν τ ὁρισθέντων παρ' αὐτῆς, ὑ μὴν γεάμματος ἀλλαγὴν παρεδέχοντο. ἀλλὰ ὑ μετὰ πολλῆς ἀπεπήδων τ παῤῥησίας, ὑ κοινωνεῖν παντελῶς ὑκ ἠνείχοντο τοῖς μὴ δεχομένοις παρ' αὐτῆς τὰ ἐκτιθέμενα. ἕτεροι δέ, ὑ μόνον ὑκ ἐδέχοντο τ ὀν Καλχηδόνι συνόδον, καὶ τὰ παρ' αὐτῆς ὁρισθέντα· ἀλλὰ ὑ ἀναθέματι προσέβαλον αὐτήν τε ὑ τ Λέοντος τόμον. ἄλλοι τοῖς Ἑνωτικοῖς Ζήνωνος ἐνισχυρίζοντο, ὑ ταῦτα πρὸς ἀλλήλους διεῤῥωγότες τῇ τε μιᾷ ὑ ταῖς δύο Φύσεσιν· 2 οἱ μὲν, τῇ συνθήκῃ τ γραμμάτων κλαπέντες· οἱ δὲ, καὶ πρὸς τὸ εἰρηνικώτερον μᾶλλον ἀποκλίναντες· ὡς πάσας τὰς ἐκκλησίας ἐς ἰδίας ἀπενεχθῆναι μοίρας, ὑ μηδὲ κοινωνεῖν ἀλλήλοις τοὺς προεδρεύοντας. ἐντεῦθεν πλεῖστα τμήματα κατά τε τ ἑῴαν, ἀνά τε τὰ ἑσπέρια μέρη ὑ κτ' τ Λιβύην ἐτύγχανον ὄντα, ὅτε τ ἑῴων ἐπισκόπων τοῖς ἑσπερίοις ἢ τοῖς Λίβυσι σπενδομένων, ὅτε αὖ τούτων τοῖς ἑῴοις. τὸ δὲ μεῖζον ἐς ἀτοπίαν προῆλθ. οὐδὲ γὰ σφίσιν αὐτοῖς ἐκοινώνουν οἱ τῆς ἑῴας πρόεδροι, οὐδὲ μὴν οἱ τ Εὐρώπης ἢ τ Λιβύης τοὺς θρόνους διέποντες, μήτι γε δὴ καὶ ὑπερορίοις. ἄῤῥ ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος θεώμενος, τοὺς νεωτερίζοντας τῶν ἐπισκόπων ἐξωθεῖτο, εἴπερ κατειλήφει, ἢ ἀφῃρεῖτο τὸ εἰωθὸς τοῖς τόποις πνὰ τὴν ὀν Καλχηδόνι σύνοδον a κηρύττοντα, ἢ ταύτην ἀναθέματι προσκείμενα. a ἐξέβαλε μὲν οὖν ἐκ τ βασιλίδος τ πόλεων, πρῶτον μὲν Εὐφήμιον, ὡς προεγέγραπται· εἶτα Μακεδόνιον, μεθ' ὃν Τιμόθεος ἐγένετο· ἐκ δὲ τῆς Ἀντιόχου Φλαβιανόν.

palam prædicabatur in ſanctiſſimis Eccleſiis, nec omnino rejiciebatur. Singuli enim earum præſides, prout ipſis viſum fuerat, agebant. Et nonnulli quidem eorum, cuncta quæ in illo Concilio expoſita fuerant, pertinaciſſime defendebant. Nec in ejus decretis vel unam ſyllabam remittere, ac ne unius quidem literæ mutationem admittere ſuſtinebant: ſed magna cum fiducia recedebant ab iis qui decreta illius Concilii minime ſuſciperent, nec illis communicare ullo modo ſuſtinebant. Alii vero, Chalcedonenſem ſynodum ejuſque decreta non modo non ſuſcipiebant; verumetiam illam una cum Leonis Epiſtola ſub Anathemate damnabant. Alii Zenonis Henotico mordicus inhærebant: idque tametſi inter ſe diſſiderent de una aut de duabus naturis: hi quidem compoſitione Imperialium literarum decepti: illi vero paci & concordiæ magis ſtudentes. Adeo ut totius orbis Eccleſiæ in varias factiones diviſæ eſſent, ac ne Antiſtites quidem ſibi mutuo communicarent. Hinc multa diſcidia in Orientis & in Occidentis partibus, & per Africam extiterunt, cum nec Orientales Epiſcopi Occidentalibus & Afris ſociarentur, nec iſti viciſſim coirent cum Orientalibus. Quinetiam ad majorem abſurditatem res progreſſa eſt. Nam nec Orientales antiſtites inter ſe ipſi communicabant: nec Occidentales item nec Afri inter ſemetipſos communionem fovebant, ne dum cum peregrinis & extraneis. Quæ cum Imperator Anaſtaſius videret, Epiſcopos qui aliquid innovarent, Eccleſiis exturbabat, ſi quem forte deprehendiſſet aut Concilium Chalcedonenſe prædicantem contra inolitam locorum conſuetudinem, aut idem ſub Anathemate damnantem. Et ex regia quidem urbe, uti ſupra diximus, primum ejecit Euphemium, deinde Macedonium, cui ſucceſſit Timotheus. Antiochia vero Flavianum expulit.

Eccleſia in varias factiones diviſa.

Euphemius, Macedonius, Flavianus, ſedibus ſuis ejecti.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Επιστολὴ τῶν μοναχῶν Παλαιστινῶν πρὸς Ἀλκίσωνα περὶ Ξεναίᾳ καὶ ἑτέρων τινων.

CAPUT XXXI.

Epiſtola Monachorum Palæſtinæ ad Alciſonem, de Xenaia & de aliis quibuſdam.

Περὶ τοίνυν Μακεδονίᾳ καὶ Φλαβιανοῦ γεάφον τὸ ὀν Παλαιστίνῃ μοναδικὸν 3 πρὸς Ἀλκίσωνα ἐπὶ λέξεως λέγει ταῦτα. 4 Πέτρου ὀν κε-

De Macedonio quidem & Flaviano Monachi Palæſtinæ in literis ad Alciſonem datis ita ſcribunt. Mortuo autem Petro,

VALESII ANNOTATIONES.

1 Κἂν ἔνιοι μὲν] Scribendum eſt καὶ ἔνιοι.

2 Τῇ συνθήκῃ τ γραμμάτων] Joannes Langus literas Zenonis Imperatoris de Eccleſiarum adunatione videtur intelligere. Sic enim vertit: *Ii quidem literis inſidioſe compoſitis per fraudem decepti.* Quem ſenſum ſecutus eſt etiam Chriſtophorſonus. Certe hic Evagrii locus aliter exponi non poteſt. Duas enim cauſas affert, cur nonnulli Edicto Zenonis acquieſcerent. Quoſdam igitur ait fuiſſe deceptos blanda illa, & ad perſuadendum compoſita Principis oratione. Alios vero ſtudio pacis & quietis Eccleſiarum illectos, huic Edicto acquieviſſe.

3 Πρὸς Ἀλκίσωνα] Hic Alciſon Epiſcopus erat Nicopolis, quæ metropolis eſt veteris Epiri: Inter præcipuos defenſores Synodi Chalcedonenſis. Mortuus eſt anno Chriſti 516. Petro ſolo Conſule. Ejus meminit Marcellinus in Chronico, qui eum Alciſſum vocat. Vide Baronium ad annum Chriſti 516.

4 Πέτρου δὲ τελευτήσαντος] Cum duo fuerint Petri uno eodemque tempore, alter Alexandrinus Epiſcopus, alter Antiochenus, incertum eſt uter illorum hic intelligatur. Probabilius tamen videtur, Alexandrinum Petrum hic deſignari; eo quod Monachi Palæſtinæ ſtatim loquuntur de Alexandria, & de Ægypto ac Libya. Obſtat tamen quod ſubjicitur ab iiſdem Monachis; poſt mortem ſcilicet Pe-

VARIORUM.

a Ἐξέβαλε Εὐφήμιον] Euphemium Ep. C. P. falſo ab Anaſtaſio Imp. accuſatum atque damnatum, in exilium ductum eſſe, & in ejus locum Macedonium ſubrogatum anno Chr. 496. ſcribit Pagius ad ann. 495. n. 3. Ipſe autem Macedonius ab eodem Imp. pulſus eſt anno 511. vid. infra cap. 44. hujus lib.

Sæc. V.

inter ſe ipſos iterum diſciſſi ſunt. Et Alexandria quidem & Ægyptus ac Libya intra ſuam communionem permanſit. Reliquus item Oriens ſeorſum ab aliis communicavit, propterea quod Occidentales prorſus communicare illis recuſabant, niſi Neſtorium, Eutychem ac Dioſcorum ſub Anathemate damnantes, Petrum quoque Mongum & Acacium iis adjicerent. In hoc igitur rerum ſtatu cum eſſent totius orbis Eccleſiæ, Eutychiani & Dioſcoriani ad exiguum prorſus numerum redacti ſunt. Cumque brevi defecturi eſſent ita ut amplius in terris non exſtarent, Xenaias quidam, vere nominis ſui, id eſt, alienus à Deo: neſcio quo conſilio, nec qua de cauſa ſuſceptas adverſus Flavianum inimicitias exercens: prætextu tamen fidei, ut plerique narrant, adverſus eum commoveri, eumque tanquam Neſtorianum calumniari cœpit. Sed cum ille Neſtorium ſimul ejuſque opinionem ſub Anathemate damnaſſet, Xenaias relicto Neſtorio, ad Dioſcorum tranſgreſſus eſt, & ad Theodorum ac Theoditum & Ibam ac Cyrum & Eleutherium ac Joannem, alioſque neſcio quos nec unde collectos. Ex quibus quidam Neſtorii dogma re vera ſectati fuerant: quidam vero cum in ſuſpicionem ejus rei veniſſent, poſtea idem dogma ſub Anathemate damnaverant, & in Eccleſiæ communione extremum diem clauſerant. Hos, inquit, omnes Neſtoriani dogmatis aſſertores niſi Anathematizaveris, Neſtorianus es, licet Neſtorium millies cum doctrina ipſius Anathematizes. Scriptis etiam literis ad fautores Dioſcori & Eutychis, eos concitavit, ſuadens eis, ut ſibi adverſus Flavianum auxilio eſſent, exigerentque ab eo, non quidem ut ipſam ſynodum, ſed ut eas dumtaxat perſonas quas ſupra nominavi, ſub Anathemate damnaret. Quibus cum Flavianus Epiſcopus diu multumque reſtitiſſet, aliique rurſus cum Xenaia adverſus illum inſurrexiſſent, Eleuſinus ſcilicet quidam Cappadociæ ſecundæ Epi-

Xenaias.

Flavianus vexatus.

κοιμημένου, πάλιν εἰς αὐτὸς ἀπῳχίσθησαν, Ἀλεξάνδρειά τε καὶ Αἴγυπτος καὶ Λιβύη καθ' ἑαυτὰς διετέλεσαν· καὶ ἡ λοιπὴ πᾶσα ἀνατολὴ πάλιν καθ' ἑαυτὴν, τῶν δυτικῶν μὴ ἀνεχομένων ἄλλως αὐταῖς κοινωνεῖν ἢ πρὸς τὸ ἀναθεματίζειν Νεστόριόν τε καὶ Εὐτυχῆ, καὶ Διόσκορον, προσθέναι καὶ Πέτρον τὸν Μόγγον καὶ Ἀκάκιον. ἐν τούτοις οὖν τῶν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην οὐσῶν ἐκκλησιῶν, οἱ γνήσιοι τῶν ἀπὸ Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς εἰς πάνυ ἐλάχιστον περιέστησαν τὸν ἀριθμόν. καὶ μέλλοντων ὅσον οὐδέπω ἐκλιπεῖν ἀπὸ τῆς γῆς, ὥστε μὴ ὑπάρχειν αὐτούς, Ξενάϊας ὁ τοῦ Θεοῦ ξένος ἀληθῶς, οὐκ οἶδα μέν τι σκοπῶν, ἢ ποίαν ἔχθραν πρὸς Φλαβιανὸν ἐκδικῶν, προφάσει δὲ τῆς πίστεως ὡς οἱ πολλοί διηγοῦνται, κινεῖν μέν πρὸς αὐτὸν καὶ ψιθυρίζειν ἄρξεται ὡς Νεστοριανόν. ἐκείνου δὲ Νεστόριον σὺν τῷ φρονήματι ἀναθεματίσαντος, μεθέστη πάλιν ἐξ ἐκείνου ἐπὶ Διόσκορον καὶ Θεοδώρου καὶ Θεοδωρίτου, καὶ Ἶβαν, καὶ Κύρου, καὶ Ἐλευθερίου, καὶ Ἰωάννου, καὶ οὐκ ἴσμεν οὕς τινας καὶ ὅθεν συλλεξάμενος· ὧν οἱ μέν, τὰ Νεστορίου ἀληθῶς ἐπρέσβευσαν· οἱ δέ, ὑποπτευθέντες ἀνεθεμάτισαν, καὶ ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἐκκλησίας κεκοίμηνται. τούτους πάντας τὰ Νεστορίου φησὶ νοήσαντας, εἰ μὴ ἀναθεματίσειας, τὰ Νεστορίου φρονεῖς, κἂν μυριάκις αὐτὸν μετὰ τοῦ φρονήματος ἀναθεματίζῃς. ἀνεκίνει δὲ ψιθυρίσμασι καὶ τοὺς ἀπὸ Διοσκόρου, καὶ Εὐτυχοῦς συνηγόρους πείθων συναίρεσθαι μέν αὐτῷ κατὰ Φλαβιανοῦ, μὴ μέντοι ἀναθεματισμὸν ἀπαιτεῖν τῆς συνόδου, ἀλλὰ τῶν προειρημένων προσώπων. τοῦ δὲ ἐπισκόπου Φλαβιανοῦ τούτοις ἐπὶ πολὺ ἀντιτείναντος, ἑτέρων τε μετὰ Ξενάϊου συμπλεκομένων κατ' αὐτοῦ, Ἐλευσίνου μέν τινος τῆς δευτέρας Καπ-

VALESII ANNOTATIONES.

tri Ægyptum ſeparatim communicaſſe, & Orientales ab eorum communione disjunctos fuiſſe. Petro enim Alexandrino ſucceſſit Athanaſius, qui Synodicas ſcripſit ad Palladium Epiſcopum Antiochiæ, ejuſque communioni ſociatus fuit, ut ſuperius obſervavi ex Evagrio & Liberato: * Rurſus vero ſi Petrum Antiochenum hoc loco deſignari dixerimus, eadem erit difficultas. Verum reſponderi poteſt, Monachos hic loqui non de ipſis Patriarchis, ſed de integra Diœceſi, & de maxima parte Epiſcoporum. Certe poſt mortem Petri Alexandrini, Orientales Epiſcopos communionem Eccleſiæ Romanæ expetiiſſe apparet ex Epiſtola Gelaſii Papæ ad Orientales.

1 Τῶν δυτικῶν ἀνεχομένων] Addenda eſt procul dubio particula negativa, hoc modo, τῶν δυτικῶν μὴ ἀνεχομένων, quemadmodum legitur apud Niceph. & in codice Telleriano.

2 Ξενάϊας] Erat hic Epiſcopus Hierapolitanus, à Petro Fullone ordinatus, qui alio nomine Philoxenus dicebatur. De hoc peſtifero homine multa habent Theoph. Cedren. Niceph. & alii.

3 Ἐπὶ Διόσκορον καὶ Θεόδωρον] Non dubito quin Dioſcori nomen hoc loco perperam poſitum ſit pro Diodori nomine. Neque enim Dioſcorum anathemati ſubjici volebat Xenaias inimicus Chalcedonenſis Synodi: ſed Diodorum Tarſenſem & reliquos. Ita certe Victor Thunonenſis in Chronico. Joanne Gibbo Coſ. Anaſtaſius Imp. "Flaviano Antiocheno, & Philoxeno Hierapolitano Præ"ſulibus Conſtantinopolim Synodum congregat: & con"tra Diodorum Tarſenſem & Theodorum Mopſueſte"num cum ſcriptis, Theodoritum Cyri, Ibam Edeſſe"num, Andream, Eucherium, Cyrum & Joannem E"piſcopos, cæteroſque alios qui in Chriſto duas prædi"cabant naturas, duaſque formas, & qui non confiten"tur unum de Trinitate crucifixum, una cum Leone "Epiſcopo Rom. & ejus tomo, atque Chalced. Synodo "inferre anathema perſuaſit." Idem confirmat Theophanes in Chronico pag. 131.

4 Καὶ Κύρου καὶ Εὐθερίου] Victor Thunonenſis in Chronico Quirum & Eucherium nominat, ut ſupra vidimus, ubi Quirus ponitur pro Cyro, quemadmodum in epiſtolis B. Ambroſii Quinegius pro Cinegio. Porro Niceph. hoc loco pro Eutherio ſubſtituit Eleutherium.

5 Ἐλευσίνου μὲν ἐπισκόπου] Hujus Eleuſini meminit Liberatus in Breviario cap. 19. his verbis, de Severo loquens. *Ita ut ob hoc ſcriberet & ipſi Flaviano, ſicut ipſius ſignificatur epiſtolis, & ad Maronam Lectorem, & Eleuſinum & Euthretium Epiſcopos, & ad Oecumenium Scholaſticum Iſauria.* Ejuſdem meminit Theophanes in Chronico p. 128.

VARIORUM.

* De Petro Moggo Epiſcopo Alexandrino omnino intelligendus locus. Schiſma enim de quo hic loquitur Evagrius, de ſeparatione Dioſcoritarum, ut eos vocat Liberatus, ab Eccleſia intelligendum: quæ manſit uſque ad tempora Dioſcori junioris, qui anno 517. ſedem Alexandrinam adeptus eſt. Vide Liberati Breviarium ad finem cap. 18. *W. Lowth.*

παδοκίας,

παθχίας, Νικίᾳ δὲ Λαοδικείας τῆς Συρίας, καὶ ἄλλων ἄλλοθεν· ὧν τὰς αἰτίας τῆς πρὸς Φλαβιανὸν μικροψυχίας ἑτέρων, ἀλλ' οὐχ ἡμῶν διηγήσασθαι· τέλος νομίσας 1 Διὰ τούτους εἰρωνεύειν αὐτοὺς, εἶξεν αὐτῶν τῇ Φιλονεικίᾳ. καὶ ἐγγράφως τὰ πρόσωπα ἀναθεματίσας, ἀπέστειλε τῷ βασιλεῖ· καὶ αὐτὸν γὰρ κατ' αὐτῆς κεκινήκασιν ὡς τὰ Νεστορίου προσβούντος. μηδὲ τούτῳ οὖν ἀρκεσθεὶς ὁ Ξεναίας, τῆς συνόδου αὐτῆς πάλιν ἀναθεματισμὸν, καὶ τῶν δύο Φύσεις ἐπὶ τοῦ Κυρίου εἰρηκότων, τῆς Σαρκὸς καὶ τῆς Θεότητος, ἀπῄτει τὸν Φλαβιανόν. μὴ ὑπακούσαντος δὲ, ὥσπερ Νεστοριανοῦ πάλιν κατηγόρει. πολλῶν δὲ ἐπὶ τούτῳ 2 κεκινημένων, καὶ τοῦ πατριάρχου ἔκθεσιν περὶ πίστεως πεποιημένου, ἐν ᾗ πρὸς καθαίρεσιν μὲν Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς τὴν σύνοδον δέχεσθαι ὡμολόγει, μὴ μέντοι εἰς ὅρον καὶ διδασκαλίαν πίστεως, πάλιν ὡς τὰ Νεστορίου ἐπουλῶς φρονοῦντος ἐπελαμβάνοντο, εἰ μὴ καὶ τὸν ἀναθεματισμὸν αὐτῆς προσθείη τῆς συνόδου, καὶ τῶν δύο Φύσεις ἐπὶ τοῦ Κυρίου εἰρηκότων Σαρκὸς καὶ Θεότητος. προσυπάρχουσι δὲ πολλαῖς λόγων ἀπάταις 3 καὶ τοὺς Ἰσαυρίους· καὶ ποιήσαντες γραμματεῖον περὶ πίστεως, ἐν ᾧ τὴν σύνοδον μετὰ τῶν δύο Φύσεις εἰρηκότων, ἢ ἰδιότητας ἀναθεματίσαντες, Φλαβιανοῦ μὲν ἀφίστανται καὶ Μακεδονίου· ἄλλοις δὲ σπένδονται ἐπογράψασι τῷ γραμματείῳ. ἐν τούτοις καὶ τ' Ἱεροσολύμων ἀπῄτουν ἐγγράφον περὶ πίστεως· ὃς ἐκθέμενος ἀπέστειλε τῷ βασιλεῖ, δι' αὐτῶν τῶν ἀπὸ Διοσκόρου. 4 ὅπερ αὐτοὶ μὲν προφέρουσιν, ἀναθεματισμὸν περιέχον τ δύο Φύσεις εἰρηκότων. αὐτὸς δὲ ὁ Ἱεροσολύμων νενοθεῦσθαι παρ' αὐτῶν ἀφωσιωμένος, ἄλλο προφέρει δίχα τοιούτου ἀναθεματισμοῦ. καὶ ὃ θαῦμα· καὶ γὰρ καὶ λόγους πατέρων πολλάκις νενοθεύκασι· πολλοὺς δὲ Ἀπολιναρίου λόγους, Ἀθανασίῳ καὶ Γρηγορίῳ τῷ Θαυματουργῷ, 5 καὶ Ἰουλίῳ, ἀφ' τῶν ἐπιγραφῶν ἀνατεθείκασιν· οἷς μάλιστα τοὺς πολλοὺς πρὸς τὰς ἰδίας ἀσεβείας σφετερίζονται. ἀπῄτουν δὲ καὶ Μακεδόνιον ἔγγραφον περὶ πίστεως· ὃς καὶ ἐξέθετο τὴν τῶν πὴ καὶ τῶν ρ' μόνον εἰδέναι πίστιν ἀφωσιωμένην, ἀναθεματίζων δὲ Νεστόριον, καὶ

scopus, Nicias Laodiceæ quæ est in Syria, & ex aliis locis alii: quorum odii adversus Flavianum quænam causæ fuerint, haud nostrum est, sed aliorum exponere: tandem illos hoc facto quieturos esse arbitratus, cessit illorum contentioni. Cumque supra dictas personas scripto Anathematizasset, libellum suum ad Imperatorem misit: Nam & hunc adversus Flavianum, tanquam Nestoriani dogmatis propugnatorem, commoverant. Sed neque hac re contentus Xenaias, exegit iterum à Flaviano, ut & Synodum ipsam, & eos qui duas naturas in Christo prædicaverant, alteram carnis, alteram deitatis, Anathemati subjiceret. Qui cum id facere recusasset, rursus Xenaias eum ut Nestorianum accusavit. Multis deinde agitatis, cum Patriarcha expositionem fidei edidisset, in qua synodum in eo quidem quod spectat ad depositionem Nestorii atque Eutychis, susципere se profitebatur: quantum vero ad definitionem & doctrinam fidei, nequaquam: rursus illum tanquam Nestoriano dogmati occulte faventem insimularunt, nisi ipsam quoque synodum, & eos qui duas in Christo naturas dixerunt, alteram carnis, alteram deitatis, Anathemati subjiceret. Isauros præterea multiplici verborum fraude deceptos, in sententiam suam pertraxerunt. Et conscriptione fidei edita, in qua synodum una cum iis qui duas in Christo naturas ac proprietates esse dixerunt, sub Anathemate damnabant, à Flaviani quidem & Macedonii communione se se abrumpunt: cum aliis vero qui conscriptioni ipsorum subscripsissent, fœderis societatem ineunt. Inter hæc postulant etiam ab Episcopo Hierosolymorum, ut formulam fidei suæ conscribat. Quam ille cum edidisset, per sectatores Dioscori misit ad Imperatorem. Et ea quidem quam ipsi proferunt, Anathematismum continet eorum qui duas in Christo naturas prædicarunt. Ipse vero Hierosolymorum Episcopus, eam ab illis falso confictam esse dicens, aliam profert absque hujusmodi Anathematismo. Neque id mirum. Nam & libros Sanctorum Patrum sæpenumero corruperunt. Multos quoque Apollinaris libros Athanasio & Gregorio Thaumaturgo, & Julio falso adscripserunt. Quibus præcipue libris multitudinem in erroris sui societatem inducunt. Sed & à Macedonio Chirographum fidei suæ postularunt. Qui quidem eam exposuit, affirmans se trecentorum & octodecim sanctorum Patrum, & centum ac quinquaginta fidem solam nosse: Nestorium vero & Eutychem Anathemati subjiciens,

Hæretici libros SS. Patrum corruperunt.

SÆC. V.

VALESII ANNOTATIONES.

editionis Regiæ; cujus verba Anastasius Bibliothecarius ita vertit. *Anastasius quiete potitus à præliis, Macedonium Patriarcham avertere ab orthodoxa fide satagebat. Multi autem Episcoporum Anastasio gratiam præstantes, Chalcedonensi resistebant Concilio, quorum primus erat Eleusius Sasimensis.* Græca Theophanis sic habent, ὧν πρῶτος ἦν ἐλευσῖνος ἀσήμων. Sed scribendum est, ἐλευσίνος ὁ σασίμων, quemadmodum scribitur in codice Vaticano. Certe Monachi Palæstinæ affirmant, Eleusinium hunc Episcopum fuisse secundæ Cappadociæ. Est autem Sasima urbs Cappadociæ secundæ, cujus olim Episcopus fuit Gregorius Nazianzenus, quemadmodum docent Notitiæ veteres, & imprimis Hierocles.

1 Διὰ τούτους εἰρωνεύειν] Scribendum videtur εἰρωνεύσειν, aut potius addenda est particula negativa hoc modo νομίσας διὰ τούτους μὴ εἰρηνεύειν αὐτούς. Id est, *Illorum gratia ipsos non quiescere arbitratus.* Nec dubito quin Evagrius ita scripserit. Verum Antiquarii dum in scribendo properarent, iterum hoc loco particulam negativam omiserunt. Porro per vocem διὰ τούτους, intelligit Diodorum Tarsensem, Theodorum Mopsuestenum, Theodoritum & cæteros supra memoratos. Vide Theophanem, p. 131.

2 Καὶ τῷ πατριάρχου] Flavianum Antiochensem Episcopum intelligit. Quod non monerem, nisi in versione Christophorsoni mendum subesset.

3 Καὶ τοὺς Ἰσαυρίους] Rectius in Nicephoro scribitur Ἰσαύρους.

4 Ὅπερ αὐτοὶ μὲν προφέρουσιν] Supplenda videtur conjunctio in hunc modum, καὶ ὅπερ μὲν αὐτοὶ προφέρουσιν, &c.

5 Καὶ Ἰουλίῳ] Vide Leontium de sectis in actione octava. Ubi docet Acephalos epistolas quasdam Julio Episcop. Rom. tribuisse, quæ re vera erant Apollinaris.

Εὐτυχῆ,

SÆC. V. eosque qui duos Filios & duos Christos asserunt, aut qui naturas dividunt: nulla tamen mentione facta nec Ephesinæ synodi quæ Nestorium deposuit, nec Chalcedonensis in qua depositus est Eutyches. Quod cum ægre ferrent monasteria quæ erant circa Constantinopolim, à communione Macedonii Episcopi desciverunt. Interea Xenaias & Dioscorus, multis Episcopis sibi adjunctis, intolerabiles erant, dum tumultus concitarent adversus eos qui synodum Anathemati subjicere recusabant. Ex quibus eos qui ad finem usque ipsis non cesserant, multis machinationibus in exilium ejici curarunt. Hoc igitur modo Macedonium, & Joannem Episcopum Palti, & Flavianum in exilium trudunt. Atque hæc sunt quæ in supradicta Epistola commemorantur.

Εὐτυχῆ, καὶ τοὺς δύο Υἱοὺς ἢ Χριστοὺς δογματίζοντας, ἢ τὰς φύσεις διαιροῦντας· μήτε δὲ τῆς ἐν Ἐφέσῳ Νεστόριον καθελούσης μνησθείς, μήτε τῆς ἐν Καλχηδόνι καθελούσης τὸν Εὐτυχῆ. ἐφ' ᾧ ἀγανακτήσαντα τὰ περὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν μοναστήρια, ἀφίσανται τοῦ ἐπισκόπου Μακεδονίου. ἐν τούτοις ὅ τε Ξεναΐας καὶ Διόσκορος πολλοὺς προσλαμβανόμενοι τῶν ἐπισκόπων, ἀφόρητοι ἦσαν, κινοῦντες κατὰ τῆ μὴ ἀνεχομένων ἀναθεματίζειν. ὧν τοὺς εἰς τέλος μὴ ὑπείκοντας, ἐξοελα ἐκβάλλεσθαι πολλαῖς μηχαναῖς παρεσκεύαζον. οὕτως οὖν καὶ Μακεδόνιον ἐξοελίζουσι, καὶ Ἰωάννην τὸν Παλτοῦ ἐπίσκοπον, καὶ Φλαβιανόν. ταῦτα μὲν οὖν τὰ γράμματα λέγει.

CAPUT XXXII.

De expulsione Macedonii Constantinopolitani Episcopi, & Flaviani Antiocheni.

VERUM alia erant quæ animum Anastasii occulte pungerent. Nam cum Ariadna Anastasium Imperiali purpura vestire vellet, Euphemius Regiæ urbis Episcopus consensum suum accommodare renuit, priusquam Anastasius cautionem propria manu scriptam & jurejurando firmatam ipsi dedisset, qua pollicebatur, fidem se illibatam servaturum, nec quidquam novi in sanctam Dei Ecclesiam invecturum esse, si Imperii compos fieret. Hanc ille chartam Macedonio sacrorum vasorum custodi commendaverat. Hæc autem idcirco egerat Euphemius, quod Anastasius Manichæorum sectæ addictus esse à plerisque crederetur. Postquam igitur Macedonius Episcopalem sedem adeptus esset, Anasta-

Causa expulsionis Macedonii CPolitani,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ'.

Περὶ τῆς ἐκβολῆς Μακεδονίου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Φλαβιανοῦ Ἀντιοχείας.

Τὰ δὲ συμμάχοντα ἐν Ἀναστασίῳ τὸν Ἀναστάσιον, ἕτερα ἦν. ἠνίκα γὰρ ἡ Ἀριάδνη τῷ Ἀναστασίῳ τὸ ἁλουργὲς ἐνδύλετο περιβαλεῖν σχῆμα, οὐκ ἄλλως ὁ Εὐφήμιος τῷ χειροτονικῷ διέπων καθέδραν συνετίθετο, μέχρις ὅτου τὴν δι' ἐγγράφων καὶ ὅρκων δεινῶν ὁμολογίαν αὐτόγραπτον ὁ Ἀναστάσιος ἐς Εὐφήμιον ἔθετο, ἣν μὲν ἀκέραιον φυλάξαι τῷ πίστιν, καὶ μηδὲν καινοργὲς εἰσαγαγεῖν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, εἰ τὸ σκῆπτρον ἐπιλάβοιτο· ἣν δὲ παρέλθῃ Μακεδονίῳ τὸ τὸ σκῆπτρον κειμηλίων φυλακῇ ἐμπεπιστευμένῳ. ἐδεδράκει δὲ ταῦτα, διότι ὁ Ἀναστάσιος δόξαν μανιχαϊκῆς νομίσεως παρὰ τοῖς πολλοῖς εἶχεν. ἐπειδὴ τοίνυν ὁ Μακεδόνιος ἐς τὸν ἱερατικὸν ἀνέβη θρόνον, ἤθελε τὴν οἰκείαν ὁμολογίαν ἀναλαβεῖν ὁ Ἀνα-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Μήτε δὲ τῆς ἐν Ἐφέσῳ] Ita quidem in exordio Episcopatus sui se gessit Macedonius, dum Principi Anastasio à quo ad Pontificatum promotus fuerat, gratificari vellet. Itaque multi ex antiquis Scriptoribus prodiderunt, Macedonium initio quidem Zenonis Henotico subscripsisse. Ita certe Theodorus Lector affirmat, quem immerito Baronius eo nomine reprehendit. Idem enim scribit Liberatus in Breviario cap. 18. Ubi de Joanne Hemula Alexandrino Episcopo hæc habet. *Qui & ipse Petrum & Athanasium Prædecessores suos secutus, in edicto unitivo communicavit aliis sedibus, id est Constantinopolitanæ, Antiochenæ & Hierosolymitanæ.* Et paulo post de Joanne Nicæota loquens qui Hemulæ successerat, ita dicit. *Denique cum ei Imperator scripsisset, ut uniretur C. P. Episcopo, hæc rescripsit, quia non sufficeret ei ad perfectam unitatem; eo quod non anathematizaret Synodum.* Victor autem Thunonensis in Chronico de Macedonio ita scribit. *Anastasio Aug. Cos. Macedonius Constantinopolitanus Episcopus, Synodo facta, condemnat eos qui Chalcedonensis decreta Synodi suscipiunt, & eos qui Nestorii & Eutychis defendunt.* Denique Theophanes in Chronico pag. 120. Theodoro Lectori prorsus assentitur.

2 Μοναστήρια ἀφίσανται] Monasteria Dii & Bassiani, & Insomnium ac Matronæ intelligit, quæ separaverant se à communione Macedonii & eorum qui Zenonis Henotico subscripserant, ut tradit Theophanes in Chronico p. 122.

3 Ξεναΐας καὶ Διόσκορος] Hic est, ut existimo, Dioscorus junior qui Joanni Nicæotæ successit in Episcopatu Alexandrino. Baronius quidem ordinationem ejus refert anno Christi 516. quinquennio post relegationem Macedonii. Cui consentit Theophanes in Chronico. Sed adversatur Liberatus, qui ordinationem Dioscori refert ante Macedonii depositionem. Idque confirmat Evagrius hoc loco. Verum re accuratius examinata, Dioscorus junior hic intelligi non potest. Nam Macedonius Episcopatu dejectus est anno Christi 511, ut constat ex Marcellino: eique subrogatus est Timotheus, qui statim Synodicas literas scripsit ad Joannem Nicæotam Episcopum Alexandriæ, ut testantur Liberatus ac Theophanes. Cum igitur Dioscorus junior Nicæotæ successerit, necessario sedere cœpit post depositionem Macedonii. Alius igitur hoc loco intelligitur Dioscorus. Ac fortasse pro Dioscoro scribendum est Soterichus. *

4 Καὶ Ἰωάννην τὸν Παλτοῦ) De hoc Joanne Victor Thunonensis in Chronico ita scribit. *Theodoro viro C. Cos. Julianus Bostrenus, & Joannes Paltensis Episcopi ab Ecclesiis propriis ultro recedunt. & alii eis subrogantur.* Marcellinus vero in Chronico id refert, Paulo & Mussiano Coss. anno Christi 512.

5 Τὰ δὲ συμμάχοντα] Mendum est in voce συμμάχοντα. Nicephorus quidem in cap. 26. libri 16. hunc Evagrii locum describens, πλήθοντα posuit. Ego vero vulgatæ scripturæ vestigiis insistens, restituendum puto σωμάχοντα, quemadmodum legisse videtur Christophorsonus. In codice Telleriano legitur, τὰ δὲ γὰ συμμάχοντα, &c.

6 Ἢ μὲν ἀκέραιον] Rectius Nicephorus scriptum habet ἢ μὴν, &c. Sic enim Græci loqui solent.

VARIORUM.

* De Soterico vide Valesii notas infra, ad cap. 44. hujus libri. *W. Lowth.*

ζάσιος, καθυβρίζεσθαι τὴν βασιλείαν λέγων, εἰ τὸ ῥηθὲν αὐτόγραφον ἀναπομένοι. ᾗ πρὸς τοῦτο μάλα γενναίως ἀνιζαμένου τοῦ Μακεδονίου, ᾗ μὴ πεῖσαι τὸν πίστιν ἀνιχνευζομένου, πᾶσαν ἐπιβουλὴν ἐθύρευσεν βασιλεὺς οἱ, ἐξῶσαι τῆς καθέδρας ἐθέλων. ἀμέλει τοιγαροῦν καὶ παῖδας συκοφάντας παρήγοντο, ᾗ σφῶν αὐτῶν ᾗ Μακεδονίου αἰσχρουργίαν κατεψεύδοντο. ὡς δὲ τοῦ ἀνδρείου ἐφιλωμένος ὁ Μακεδόνιος ὤφθη, πρὸς ἕτερα ἐχώρουν τεχνάσματα, μέχρις ὅτε συμβεβλήμασι Κέλερος ἡγεμόνος τοῦ ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων, ὁ Μακεδόνιος λαθραίως τοῦ οἰκείου ἐξέστη θρόνου. τῇ ἧ ἐκβολῇ Φλαβιανοῦ, ἕτερα προσετίθεσαν. καλειλήφαμεν γοῦν ἐνίους ἑκατογέροντας, τοὺς ὅσα συμβέβηκεν ἐπὶ Φλαβιανοῦ τῇ μνήμῃ διασώζοντας· οἱ λέγουσιν ὡς [1] ὑπὸ Ξεναΐα ἀνδρὶ, ἦν ἧ ὁ Ξεναΐας τῆς γείτονος Ἱερᾶς πόλεως πρόεδρος, ἑλλάδι φωνῇ Φιλόξενος προσαγορευόμενος, πεισθέντες οἵ τε τῆς καλουμένης [2] κυνηγικῆς μοναχοὶ καὶ ὅσοι τοῦ πρώτου τοῦ Σύρων ἔθνους καθεζήκεσαν, ἀθρόοι μετὰ ταραχῆς καὶ τῆς εἰς ἄγαν ἀταξίας ἐσπεπηδήκασι τῇ πόλει, βιαζόμενοι Φλαβιανὸν ἀναθεματίσαι τὴν ἐν Καλχηδόνι συνόδον καὶ τὸν τόμον Λέοντος. πρὸς ὃ δυσανασχετοῦντος Φλαβιανοῦ, καὶ τῶν μοναχῶν μετὰ πολλῆς τῆς ῥύμης ἐνιζαμένων, ἀναζεσθεὶς ὁ λεὼς τῆς πόλεως φόνον πολὺν τῶν μοναχῶν κατεφρύαζετο· ὡς ᾗ πολλοὺς καὶ ἀναριθμήτους αὐτῶν τάφον τὸν Ὀρόντην κληρώσασθαι, τῶν σωμάτων τοῖς κύμασι κηδευθέντων. συνέπεσε ἧ καὶ ἕτερον τούτῳ οὐκ ἐλαττούμενον. τὸ γὰρ τῆς Κοίλης Συρίας, νῦν δὲ δευτέρας προσαγορευομένης μοναδικὸν, προσπάσχον τοῦ Φλαβιανοῦ, ἐπειδὴ τὸν μονήρη μετῆλθε βίον ἔν τινι φρουρίῳ ἐπὶ ἀγροῦ, Τιλμογνὼν ὄνομα τούτῳ προκειμένῳ, ἔπεισι τῇ Ἀντιόχου, ἀμύνειν τοῦ Φλαβιανῷ βουλόμενον, ὡς καὶνταῦθα οὐ μικρά τινα συμβῆναι. εἴτε οὖν ἐκ τῶν προτέρων, εἴτε ᾗ ἐκ τοῦ δευτέρου, ἢ καὶ ἐξ ἀμφοῖν, ὁ [2] Φλαβιανὸς ἐκβάλλεται, κατακεισθεὶς Πέτρας οἰκεῖν πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς Παλαιστίνων χειμένας.

sius cautionem ſuam reddi ſibi voluit, aſſerens contumeliam fieri Imperio, ſi ſupra memoratum chirographum in Eccleſia reconditum ſervaretur. Sed cum Macedonius ſtrenue admodum reſiſteret, ſeque fidem proditurum negaret, omni inſidiarum genere eum appetiit Anaſtaſius, ut Epiſcopatum ei adimeret. Inducti ſunt igitur in judicium pueri quidam calumniatores, qui tum ſe, tum Macedonium, turpis flagitii falſo accuſarent. Verum ubi deprehenſum eſt, Macedonio abſciſſa eſſe genitalia, ad alias artes converſi ſunt: donec tandem conſilio Celeris Magiſtri officiorum, clam ex Epiſcopali ſede abſceſſit. In ejectione autem Flaviani, alia quoque adjecerunt. Incidimus enim in ſenes quoſdam decrepitos, qui cuncta quæ Flaviani Pontificatu acciderant, memoria tenebant. Hi affirmabant, monachos regionis quæ Cynegica dicitur, & quotquot in prima Syriarum provincia ſedes habebant, inductos à Xenaia: erat autem Xenaias Epiſcopus Hierapolis quæ vicina eſt Antiochiæ, & græco vocabulo Philoxenus dicebatur: in unum collectos, ſubito in urbem irrupiſſe cum maximo tumultu & contumacia, compellentes Flavianum, ut Chalcedonenſem ſynodum, & Leonis Epiſtolam, ſub Anathemate damnaret. Quod cum Flavianus ægre admodum ferret, & Monachi maximo impetu inſtarent, plebs civitatis inſurgens adverſus Monachos, plurimos eorum interfecit, adeo ut ingens eorum numerus Orontem fluvium pro tumulo ſortitus ſit; cadaveribus in gurgite ſepultis. Accidit & aliud quidpiam, priore illo nequaquam levius. Monachi enim Syriæ Cœles quæ nunc ſecunda Syria appellatur, cum impenſe faverent Flaviano, propterea quod is in Monaſterio quodam quod ſitum erat in agro qui Tilmognus dicitur, monaſticam egiſſet vitam, ſubito Antiochiam advolarunt, ut Flavianum defenderent: ita ut tum quoque non exigua evenerint mala. Sive igitur ob priora illa, ſive ob ea quæ poſteriore loco retulimus, ſive ob utraque ſimul, Flavianus ſede ſua expellitur, & Petras, quod oppidum eſt in finibus Palæſtinæ ſitum, relegatur.

Ut & Flaviani Antiocheni.

SÆC. V.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὑπὸ Ξεναΐᾳ ἀνδρὶ] Ultima vox delenda eſt, utpote ſuperflua, & quæ neſcio unde in hunc locum irrepſit. Quod ſi eam hic retinere vellemus, ſcribendum eſſet ἀνδρὸς Πέρσου. Refertur enim ad verbum πεισθέντες. Erat certe Xenaias iſte natione Perſa, ut teſtantur Theophanes, Nicephorus, & alii.

2 Κυνηγικῆς μοναχοὶ] Nicephorus in cap. 27. libri 16. monaſterium eſſe exiſtimavit ita dictum à Cynegio quodam ejus conditore. Mihi tamen veriſimilius videtur regionem eſſe Syriæ ita dictam, in qua plura eſſent Monaſteria. Hujus regionis meminit Theophanes in Chronico, pag. 151. ubi de Alamundari in Syriam irruptione ſcribit, καὶ ἔκαυσε τὰ ἔξω Χαλκίδος, καὶ τὴν Κυνηγίαν χώραν.

VARIORUM.

2 Φλαβιανὸς ἐκβάλλεται] Flavianus anno 512 in exilium miſſus eſt in Caſtellum quod *Petra* dicitur, ubi *confeſſor Chriſti in Domino requievit*, inquit Marcellinus in Chronico.

ΚΕΦΑ-

SÆC. V.

CAPUT XXXIII.

De Severo Episcopo Antiochiæ.

EJECTO igitur Flaviano, Severus ad Episcopatum Antiochensis Ecclesiæ promotus est, anno urbis Antiochiæ quingentesimo, sexagesimo primo, mense Dio, Indictione sexta currentis tunc circuli. Quo tempore vero hæc scribimus, annus est Antiochenorum sexcentesimus quadragesimus primus. Hic Severus patriam habuit Sozopolim, unam ex urbibus provinciæ Pisidiæ. Ac primum quidem Beryti causidicinæ operam dederat. Postea vero, relicto jurisprudentiæ studio, cum sacrum baptismum suscepisset in Ecclesia admirandi Martyris Leontii, qui in urbe Phœnices maritimæ Tripoli, summo honore colitur, illico monasticam vitam amplexus est in quodam Monasterio quod inter civitatem Gazam & oppidum Majumam in medio itineris positum est. Quo in loco Petrus quoque Iberus, qui ejusdem Gazæ Episcopus fuit, & qui cum Timotheo Æluro in exilium missus est, Monasticum vivendi genus excoluit, crebrisque hominum sermonibus celebratus est. Porro Severus quodam die, disputatione habita congressus est cum Nephalio: qui prius quidem idem cum ipso senserat de unica Christi natura: postea vero defensoribus Chalcedonensis synodi & iis qui duas in Domino nostro Jesu Christo naturas prædicabant, se se adjunxerat. Ab hoc igitur Nephalio & à Monachis qui cum illo erant, Severus una cum illis qui opinioni ejus adhærebant, ejectus est ex Monasterio. Qui mox ad regiam urbem perrexit, tam pro se, quam pro illis qui una cum ipso expulsi fuerant, legationem obitu-

Severus Ep. Antioch.

Pet. Gazæ Ep.

Nephalius.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΓ'.

Περὶ Σεβήρου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας.

ΕΚβεβλημένου τοίνυν Φλαβιανοῦ, Σεβῆρος ἐπὶ τὸν ἱερατικὸν τῆς Ἀντιοχείας θρόνον ἄνεισι, χρηματίζοντος τῆς πόλεως [a] ἔτους πρῶτον καὶ ἑξηκοστὸν καὶ πεντακοσιοστόν, ἀνὰ τὸν Δῖον μῆνα, τῆς ἕκτης ἰνδικτιῶνος τοῦ τρισκαιδεκάδος κύκλου, ἐν τῷδε τῷ γεγραφότι χρηματίζοντος πρῶτον πεντηκοστὸν καὶ ἑξακοσιοστὸν ἔτος. ὃς παλαιδὰ τῆς Σωζοπολιτῶν κληρωσάμενος, πόλις τοῦ Πισιδῶν ἐστὶν ἔθνους, δικανικοῖς πρώην ἐσχολάκει λόγοις ἀνὰ τὴν Βηρυτίων· ἐκ δὲ τῆς τῶν νόμων ἀσκήσεως θεὸς τοῦ ἁγίου μεταλαβὼν βαπτίσματος ἀνὰ τὸ ἱερὸν τέμενος Λεοντίου τοῦ θεσπεσίου μάρτυρος, τοῦ ἐπὶ τῆς Τριπολιτῶν [3] Φοινίκης παράλου τιμωμένου, ἐπὶ τὸν μονήρη βίον μετῆλθεν [4] ἔν τινι φροντιστηρίῳ, ἀνὰ τὴν μέσον χῶρον κειμένῳ Γάζης τοῦ πολίσματος καὶ τοῦ λεγομένου Μαιουμᾶ τοῦ πολίχνιου· ἔνθα καὶ [5] Πέτρος ὁ Ἴβηρ τῆς αὐτῆς Γάζης προεδρεύσας, καὶ σὺν Τιμοθέῳ τῷ Αἰλούρῳ πεφυγὼς, ἀφ' ὧν αὐτῶν ἦλθε σκαμμάτων, πολὺν λόγον ἑαυτῷ καταλελοιπὼς καὶ Νηφαλίῳ μὲν ὁ Σεβῆρος ἀλλοκότως συμπλέκεται, τῆς αὐτῆς αὐτῷ πρότερον καθεζόμενος μοίρας περὶ τῆς μίας Φύσιν· ὕστερον δὲ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου καὶ τῶν δύο πρεσβευόντων Φύσεις ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, γενομένῳ. ἐξελαύνεται δὲ πρὸς αὐτοῦ Νηφαλίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τοῦ οἰκείου φροντιστηρίου, μεθ' ἑτέρων πολλῶν τὰ ὡσαύτως δοξαζόντων αὐτῷ. ἔνθεν ἐπὶ τὴν βασιλέως ἄνεισι πόλιν, ὑπέρ τε αὐτοῦ καὶ τῶν ἅμα αὐτῷ ἐξεληλαμένων πρεσβεύσων·

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἔτος πρῶτον καὶ ἑξηκοστὸν καὶ πενταικοσιοστόν] Fuit hic annus Christi 513. Primus enim annus Antiochenorum, vulgarem Christi natalem præcedit annis 48. Severus igitur Antiochensem Episcopatum occupavit anno natalis Dominici 513. mense Novembri, indictione sexta. Ita Marcellinus Comes in Chronico indict. 6. Clementino & Probo Coss. *Severus Eutychetis perfidiæ cultor, Anastasio Cæsare volente, sedem Flaviani Antistitis ex monacho factus Episcopus occupavit.*

2 Τοῦ τρισκαιδεκάδος κύκλου] Hæc verba in interpretatione sua omisit Christophorsonus. Est autem hic sensus horum verborum. Anno sexto indictionalis circuli qui tunc erat. Etenim Indictio circulus est annorum quindecim, quibus finitis alter circulus incipit annorum totidem. ἐπινέμησιν τοῦ κύκλου, vocat Evagrius partitionem circuli quindecennalis, quam Latini Indictionem vocant. Sed cum Evagrius mense Dio, id est Novembri, Severum ordinatum esse dicat, indictione septima id factum sit oportet. Nova enim indictio cœperat à mense Septembri. Eodem modo loquutus est Evagrius supra in capite 12. libri 2, ubi de terræ motu qui Antiochiæ contigit Leonis Augusti temporibus, ita dicit. ἀνὰ τὴν ἑνδεκάτην ἐπινέμησιν τοῦ κύκλου, id est, *anno undecimo partitionis circuli.* Sic in edicto decimotertio Justiniani: μέχρι τῆς δευτέρας ἐπινεμήσεως τοῦ παρωχημένου κύκλου.

3 Φοινίκης παραλίου] Duplex erat Phœnice: altera maritima, Græcis παράλιος seu παραλία dicta: cujus metropolis fuit Tyrus. Altera Libanensis nominata, cujus caput fuit Emesa, ut docent Notitiæ veteres. In Phœnice maritima urbs fuit Tripolis notissima. In ea urbe cultum fuisse Leontium martyrem testatur Evagrius. Is est Leontius, cujus mentio fit in Menologio, die 18 mensis Julii. In hujus martyris æde baptizatum esse Severum testantur monachi in libello oblato Menæ Patriarchæ, qui refertur in act. 5. Synodi Constantinopolitanæ sub Mena.

4 Ἐν τινι φροντιστηρίῳ] Liberatus in Breviario cap. 19. de Severo ita scribit. *Is enim Severus cum sederet prius in monasterio, non suscipiebat Zenonis edictum, nec Petrum Moggum. Deinde sedens in Abbatis Romani & Mamæ qui post eum præfuit monasterio, exinde missus est permanere Constantinopoli apocrisarius; & fit inter eos qui Petri Moggi erant.* Hæc Liberati narratio longe dissentit ab Evagrio. Nam Evagrius ait, Severum primo quidem fuisse monachum in monasterio quod erat inter Majumam & Gazam. Idque confirmat etiam Theophanes. Postea vero sedisse in monasterio Nephalii Abbatis, quod erat in Ægyptio, ut docet Evagrius in capite 22. hujus libri. Ex quo monasterio pulsum Severum, ait venisse Constantinopolim. Liberatus vero in duobus quidem monasteriis Severum sedisse scribit. Non tamen ejectum esse ex monasterio, sed apocrisarium factum fuisse testatur. Cujus autem apocrisarius fuerit, non dicit. Ego apocrisarium monachorum Orientis, qui ejusdem cum ipso sectæ erant, fuisse existimo. Sic Theonas Apocrisarius dicitur Monasteriorum Palæstinæ in actione prima Synodi Constantinopolitanæ sub Mena. Idque confirmat Evagrius hoc loco

5 Πέτρος ὁ Ἴβηρ] De hoc Petro Ibero jam locutus est Evagrius in lib. 2. cap. 8. Ejusdem Petri mentio fit in libello monachorum ad Menam Patriarcham qui refertur in actione 5. Synodi CP. sub Mena, ubi de Severo ita scribunt, τριταρχοῦν καὶ τὸν Ἴβηρα Πέτρον κατὰ πάντων δέχεται, κοινωνεῖ δὲ καὶ τοῖς λοιποῖς ἀκεφάλοις.

VARIORUM.

a Ἔτος πρῶτον καὶ ἑξηκοστὸν καὶ πενταικοσιοστὸν — ἕκτης ἐπινεμ.—] Valesius in notis, Marcellini Chronicon secutus, hunc annum Antiochenum cum An. Chr. 513. copulat, & loco Indictionis sextæ, Indict. VII^mam^ substituit. Verum juxta rationes Cl. Pagii, annus Antiochenus DLXI. Kalendis Septembribus Anni Chr. 512. inchoatur; adeoque numerus Indictionis ab Evagrio positus recte se habet. Vid. ipsum Pagium ad ann. 513. n. 2. & 4. *W. Lowth.*

ὑ Ἀναςασίῳ τῷ βασιλεῖ γνώριμος καθίςατο, ὡς
τὰ περὶ τούτων τῷ συγγράψαντι τ Σεβήρου βίον
1 ἀνείληπται. Συνοδικὰς τοίνυν ἐπιςολὰς γράφων
ὁ Σεβῆρος, ῥητῶς τιμὶ ὁ Καλχηδόνι συνόδου ἀνα-
τεθεμάτικε· περὶ ᾧ τὰ πρὸς Ἀλκίσωνα φησὶ γράμ- 5
2 ματα ταυτὶ τὰ ῥήματα. Τὰ μὲν συνοδικὰ Τι-
μοθέου τῷ νυῦ Κωνςαντινουπόλεως ἐδέχθη ἐνταῦθα
ὁ Παλαιςίνῃ· ἡ δὲ καθαίρεσις Μακεδονίου ὑ Φλα-
βιανοῦ οὐκ ἐδέχθη· ἀλλ' οὐδὲ τὰ συνοδικὰ Σε-
3 βήρου. Ἀλλὰ ὑ οἰκοδομήσαντες ἐνταῦθα, ἀπημα- 10
4 θέντες ὑ ὑβρισθέντες ἀξίως ἔφυγον, τῆς πόλεως
ἐπ' αὐτοὺς τοῦ δήμου τε καὶ τῶν μοναχῶν κινη-
5 θέντων. καὶ ἡ μὲν Παλαιςίνη ὁ τούτοις ἰῶ. Τῶν
δὲ ὑπ' Ἀντιοχείᾳ, οἱ μὲν συναπαχθέντες ὑπήχθη-
σαν, ἐξ ὧν ἐςὶ καὶ Μαρῖνος ὁ Βηρυτῷ ἐπίσκοπος· 15
οἱ δὲ, βίᾳ καὶ ἀνάγκῃ συνέθεντο τοῖς συνοδικοῖς
Σεβήρου, ἀναθεματισμὸν ἔχουσιν ἅμα τῆς συνόδου
καὶ τῶν λοιπῶν τῶν εἰρηκότων δύο φύσεις ἢ ἰδιό-
τητας ἐπὶ τοῦ Κυρίου, τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεό-
τητος· οἱ δὲ, μὴ τὸ ἐξ ἀνάγκης συνθέσθαι με- 20
βαλλόμενοι ἀνεκαλέσαντο. ὧν εἰσὶν οἱ ὑπὸ Ἀπά-
μειαν ἐπίσκοποι. ἄλλοι δὲ καθόλου οὐκ ἠνέχοντο
συνθέσθαι. ὧν εἰσὶν Ἰουλιανὸς ὁ Βοςρῶν καὶ Ἐπι-
φάνιος ὁ Τύρου, καὶ ἄλλοι τινὲς, ὥς φασι, τῶν
ὀπισκόπων. οἱ δὲ Ἴσαυροι νυῦ ἀνανήψαντες, ἑαυ- 25
τῶν μὲν καταγινώσκουσιν ἐπὶ τῇ προτέρᾳ ἐξα-
πάτῃ· Σεβῆρον δὲ καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἀναθεματί-
ζουσιν. ἕτεροι δὲ τῶν ὑπὸ Σεβῆρον ὀπισκόπων,
καὶ κληρικῶν, τὰς ἐκκλησίας ἀφέντες, ἔφυγον. ὧν
ἔςι καὶ ὁ Βοςρῶν Ἰουλιανὸς καὶ Πέτρος ὁ Δα- 30
6 μασκοῦ, ἐνταῦθα διάγοντες· Ἀλλὰ ὑ Μάμας·
εἷς δὲ ἦτος τῶν δοξάντων δύο ἐξάρχων εἶναι τῶν
7 Διοσκοριανῶν, ὑφ' ὧν ὑ Σεβῆρος κατήχθη, καλα-
γνοὺς αὐτῶν τῆς αὐθαδείας, καὶ μεθέπερα. τὰ δὲ
ἐνταῦθα μοναςήρια, καὶ αὐτὰ τὰ Ἱεροσόλυμα 35
ὁμονοῦσι σὺν Θεῷ περὶ τὴν ὀρθὴν πίςιν, ὑ ἄλλαι

rus. Hoc modo ad notitiam & familiaritatem Imperatoris Anaſtaſii pervenit, ut pluribus refert is qui vitam Severi conſcripſit. Porro Severus in Epiſtolis ſuis ſynodicis, Chalcedonenſem ſynodum diſerte anathematizavit. Qua de re Monachi Palæſtinæ in literis ad Alciſonem ita ſcribunt. Synodicæ quidem Epiſtolæ Timothei Conſtantinopolitani hic in Palæſtina ſuſceptæ ſunt. Macedonii vero & Flaviani depoſitio haudquaquam ſuſcepta eſt. Sed neque Severi ſynodicæ ſuſceptæ ſunt literæ. Verum hi qui eas attulerant, contumelia & probris affecti, ſicut merebantur, fugam arripuerunt, cum populus civitatis & Monachi adverſus eos inſurrexiſſent. Et Palæſtina quidem hoc in ſtatu erat. Eorum vero qui Antiochiæ ſubjacent, alii quidem per fraudem inducti ſunt. Ex quorum numero eſt Marinus Epiſcopus Beryti. Alii vero vi ac neceſſitate compulſi, conſenſerunt Severi ſynodicis, quibus Anathema continebatur, tam adverſus ſynodum Chalcedonenſem, quam adverſus reliquos qui duas in Domino noſtro naturas aut proprietates dixerant, alteram carnis, alteram deitatis. Quidam cum neceſſitate adacti conſenſiſſent, poſtea mutati ſententiam revocarunt: inter quos ſunt Epiſcopi qui ſubjacent Apameæ. Nonnulli conſentire penitus recuſarunt. Ex quorum numero eſt Julianus Epiſcopus Boſtræ, & Epiphanius Tyri, & alii quidam, ut aiunt, Epiſcopi. Iſauri vero tandem ad ſanam mentem reverſi, priſtinum quidem errorem ſuum jam damnant. Severum autem cum ſectatoribus ſuis anathematizant. Quidam etiam ex iis qui ſub Severo ſunt Epiſcopi & Clerici, relictis propriis Eccleſiis, aufugerunt. Ex quibus eſt Julianus Epiſcopus Boſtræ & Petrus Damaſci, qui apud nos degunt. Mamas item: hic autem unus fuiſſe videbatur ex duobus anteſignanis Dioſcorianorum, à quibus Severus ipſe fuerat inſtitutus: cum eorum arrogantiam improbaſſet. Et paulo poſt. Monaſteria vero quæ hic ſunt, & ipſa Hieroſolyma, aliæ item plurimæ civitates una cum

Marinus Ep. Beryti.

Julianus. Epiphanius.

Petrus Damaſci. Mamas.

SÆC. V.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Συνοδικὰς τοίνυν ἐπιςολὰς] Intelligit Synodicas quas ſcripſit Severus ad Timotheum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, & ad Joannem Nicæotam Epiſcopum Alexandriæ. His enim communicaſſe Severum docet Liberatus in Breviario cap. 19. Certe Theophanes in Chronico pag. 135. ſcribit Timotheum, cum Severi nomen diptychis inſerere voluiſſet, prohibitum eſſe à populo Conſtantinopolitano.

2 Τὰ μὲν συνοδικὰ Τιμοθέου] Maximam huic loco lucem affert Theophanes. Is pag. 135. ſcribit Timotheum Synodicas literas & depoſitionem Macedonii, ad univerſos Epiſcopos miſiſſe ut iis ſubſcriberent: & infirmiores quidem, Imp. metu, utrique libello ſubſcripſiſſe. Eos vero qui fortiori animo prædíti eſſent, neutri ſubſcribere voluiſſe. Quoſdam autem mediam viam inſiſtentes, Timothei quidem Synodicis ſubſcripſiſſe, Macedonii vero depoſitioni nequaquam ſubſcripſiſſe. Ex his igitur mediis fuerunt Epiſcopi Palæſtinæ, ut teſtantur hic monachi in epiſtola ad Alciſonem.

3 Ἀλλὰ καὶ οἰκοδομήσαντες] Procul dubio ſcribendum eſt οἱ κομισάμενοι, quemadmodum legitur in Nicephoro. Qui etiam una voce auctior eſt hoc modo, οἱ κομισάμενοι ἐνταῦθα, ſed & in codice Telleriano plane ſcriptum inveni οἱ κομίσαντες, &c.

4 Τῆς πόλεως ἐπ' αὐτοὺς] Apud Nicephorum hic locus aliter diſtinguitur, hoc ſcilicet modo. ἔφυγον τῆς πόλεως· ἐπ' αὐτοὺς τῷ δήμου τε καὶ τῶν μοναχῶν κινηθέντων. Quam quidem diſtinctionem magis probo.

5 Τῶν δὲ ὑπ' Ἀντιοχείᾳ] Nicephorus ſcriptum habet ἐν Ἀντιοχείᾳ, quod non probo. Neque enim de Antiochia loquuntur Monachi Palæſtinæ, ſed de Epiſcopis qui ſubjacebant ſedi Antiochenæ. Nam cum antea locuti eſſent de rebus Palæſtinæ, quæ ſubjacebat Patriarchæ Hieroſolymitano, tranſeunt jam ad Epiſcopos Orientis qui ſubjacebant Patriarchæ Antiocheno; ac primum quidem nominant Marinum Epiſcopum Beryti, quæ urbs eſt Phœnices. Erat autem Phœnice ſub diſpoſitione Patriarchæ Antiocheni, quemadmodum convenerat in Chalcedonenſi Synodo inter Maximum Antiochenum & Juvenalem Hieroſolymitanum.

6 Ἀλλὰ καὶ μάμας] Hujus Mamæ mentionem facit Liberatus in cap. 19. Breviarii, ita ſcribens de Severo. *Deinde ſedens in Abbatis Romani & Mamæ qui poſt eum prafuit, monaſterio, deinde miſſus eſt permanere Conſtantinopoli Apocriſarius.* Duo igitur illi Dioſcoritarum anteſignani à quibus inſtitutus fuerat Severus, ſunt Romanus & Mamas, Abbates Monaſterii illius quod erat inter Majumam & Gazam. Certe Theophanes in Chronico Monaſterium illud τῶν ἀποχρισῶν μοναχῶν appellat, id eſt, ſchiſmaticorum Monachorum.

7 Ὑφ' ὧν καὶ σεβῆρος κατήχθη] Malim ſcribere κατηχήθη. Mamas enim & Romanus Abbates Severum inſtituerant, ut ſupra diximus ex Liberato.

Sæc. V.

ſuis Epiſcopis in recta fide conſentiunt. Pro quibus univerſis, & pro nobis, ora ne intremus in tentationem, domine ſanctiſſime & maxime honorande pater noſter.

δὲ πλεῖσαι πόλεις μετὰ τῶν ἐπισκόπων· περὶ ὧν ἁπάντων καὶ ἡμῶν προσεύχου μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν, δέσποτα ἁγιώτατε καὶ τιμιώτατε ἡμῶν πάτερ.

CAPUT XXXIV.

De libello depoſitionis ad eundem Severum miſſo à Coſma & Severiano.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔ΄.

Περὶ τῆς πεμφθείσης αὐτῷ καθαιρέσεως παρὰ Κοσμᾶ καὶ Σεβηριανοῦ.

SED quoniam ſupradictæ literæ teſtantur, Epiſcopos qui ſubjacebant Eccleſiæ Apamenorum, à Severi communione receſſiſſe: adjiciamus hic, ſi placet, ea quæ à Patribus accepimus, licet nullis adhuc hiſtoriarum monumentis ſint prodita. Coſmas Epiſcopus noſtræ Epiphaniæ quam Orontes fluvius alluit, & Severianus Epiſcopus vicinæ urbis Arethuſæ, ſynodicis Severi literis commoti, cum ab ejus communione ſe ſe abrupiſſent, libellum depoſitionis ad eum mittunt, Antiochenæ Eccleſiæ etiamtum præſidentem. Porro hunc libellum Aureliano cuidam tradiderunt, Archidiacono Epiphanienſis Eccleſiæ. Qui quoniam Severum ipſum, tantique Epiſcopatus faſtum reformidabat: ſimul atque Antiochiam venit, amictus muliebri veſte ad Severum acceſſit, jocans ac laſciviens, modiſque omnibus ſimulans ſe mulierem eſſe. Velo denique quo caput contexerat, ad pectus uſque demiſſo, lamentans atque altum ſuſpirans, & obteſtans, ſpecie ſupplicis libelli Severo procedenti depoſitionem tradit. Cumque omnes latuiſſet, ex turba quæ Severum ſequebatur, ſe ſubduxit: fugaque arrepta, ſalutem ſibi quæſivit, priuſquam Severus ea quæ in libello ſcripta erant, cognoviſſet. Severus tamen, quamvis libellum ſuſcepiſſet, & quæ in illo continebantur didiciſſet, nihilominus in ſede ſua permanſit ad obitum uſque Anaſtaſii. Porro cum Anaſtaſius ea quæ Severo acciderant comperiſſet: neque enim ſilendum eſt Anaſtaſii factum plenum clementiæ atque humanitatis; mandavit Aſiatico duci Phœnices Libanenſis, ut Coſmam ac Severianum ſedibus ſuis expelleret, eo quod depoſitionis libellum ad Severum mittere auſi eſſent. Cui cum ad Orientis partes veniſſet, & doctrinam Coſmæ ac Severiani à multis defendi reperiſſet, urbeſque illorum admodum ſtrenue pro ſuis Epiſcopis propugnare, retulit ad Anaſtaſium, Epiſcopos iſtos propriis ſedibus exturbari citra cædem non poſſe. Tantum porro humanitatis inerat in Anaſtaſio, ut diſerte ad Aſiaticum reſcripſerit, nolle ſe quidquam ad exitum perduci, quamvis magnum atque eximium, ſi vel gutta ſanguinis effundenda eſſet. Res igitur Eccleſiaſticæ per univerſum terrarum orbem hoc in ſtatu erant uſque ad principatum Anaſtaſii. Quem nonnulli cum ſynodi

Coſmas.

Severianus.

Aurelianus.

Ἐπειδὴ τοίνυν ταῦτα τὰ γράμματα λέγει τοὺς 1
ὑπὸ Ἀπάμειαν ἱερέας ἀποπεπηδήσαι ἀπὸ Σεβήρου, φέρε τι καὶ περὶ ὧν ἐς ἡμᾶς πατρόθεν διέβη, εἰ καὶ ἱστορία μέχρι νῦν οὐκ ἀνείληπται. Κοσμᾶς τὴν ἡμετέραν ἐπισκοπὴν Ἐπιφάνειαν, ἣ τὸν Ὀρόντην σιωπῶν ἔχει, καὶ Σεβηριανὸς Ἀρέθουσαν τὴν ἀφυγείτονα, πρὸς τὰ συνοδικὰ Σεήρου παραχθέντες, καὶ τῆς ἐκείνου κοινωνίας ἑαυτοὺς ἀπορρήξαντες, βιβλίον καθαιρέσεως αὐτῷ ἀπεπέμποντο εἰς ἔτι τὴν Ἀντιόχου πόλιν ἐπισκοποῦσι. ἐχειρίζοντο δὲ τὸ βιβλίον Αὐρηλιανῷ, τῷ τότε μὲν πρώτῳ τῆς Ἐπιφανέων· ὃς ἐπειδὴ τὸ Σεήρου ἐδεδοίκει, καὶ τοσαύτης ἐπισκοπῆς ὄγκον, ὅτε τὴν Ἀντιόχου καταλήφει, ἐσθῆτα γυναικείαν ἑαυτῷ περιθεὶς, προσέρχεται τῷ Σεήρῳ, αἰδοζόμενός τε καὶ θρυπτόμενος καὶ ἀπὸ πάντων τὸ εἶναι γυνὴ σχηματιζόμενος, καὶ τὸ κατὰ τῆς κεφαλῆς φάρος μέχρι τῶν γενείων καθεὶς, ὀλοφυρόμενός τε καὶ μύχιον πολιτόμενος, ἱκετηρίας τινὸς προσχήματι προσιόντι τῷ Σεήρῳ τὴν καθαίρεσιν ἐπιδίδωσι· καὶ πάντας διαλαθὼν, τοῦ ἑπομένου ἔξεισιν ὁμίλου, καὶ δρασμῷ τὴν σωτηρίαν ὠνεῖται, πρὶν τὸν Σεήρου τὰ κατὰ τῷ βιβλίῳ κείμενα γνῶναι. ὅμως δ' οὖν ὁ Σεήρος καὶ τὸ βιβλίον δεξάμενος καὶ τὰ κατ' αὐτὸν σιωπῆς, τῷ οἰκείῳ προσεκαρτέρησε θρόνῳ, μέχρι τῆς Ἀναστασίου τελευτῆς. ὡς οὖν Ἀναστάσιος τὰ ἐπὶ Σεήρῳ γεγενημένα διέγνω, ἱστορητέον μὲν τὴν πρᾶξιν φιλανθρώπως τῷ Ἀναστασίῳ διεσκευασμένην, προστάττει Ἀσιατικῷ τῷ τῶν στρατιωτικῶν ἄρχοντι τῆς κατὰ Φοινίκην Λιβανησίας ἐπιτραπέντι, Κοσμᾶν καὶ Σεβηριανὸν τῶν οἰκείων ἐξελάσαι θρόνων, διότι τῷ Σεήρῳ τῆς καθαιρέσεως τὸ βιβλίον πεπόμφασιν· ὃς ἐπειδὴ τὰ τῆς ἑῴας κατειλήφει μέρη, πολλούς τε τῶν Κοσμᾶ καὶ Σεβηριανοῦ δογμάτων ἀντεχομένους θύρε, μάλα τε γενικῶς αὐτῶν ἀντιποιουμένας τὰς σφῶν πόλεις, ἀνήγαγε τῷ Ἀναστασίῳ, ἀναμωτὶ μὴ δύνασθαι τούτους τῶν οἰκείων φυγαδεύειν θρόνων. τοσοῦτον τοιγαροῦν θεῖον φιλανθρωπίας τῷ Ἀναστασίῳ, ὡς ἀπορρήδην γράψαι τῷ Ἀσιατικῷ, μηδὲν βλαβῆναι παρελθεῖν, μηδ' ἂν εἰ μέγα τι καὶ ἀξιόλογον ἦν, εἰ-ῶν αἵματος ῥανὶς ἐκχέοιτο. ὧν τοίνυν μὴ οὖν τὰ κατὰ τὰς ἐκκλησίας πανταχοῦ γῆς καθειστήκει μέχρι τῆς Ἀναστασίου βασιλείας· ὃν καὶ ὡς ἀναν-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τοὺς ὑπὸ Ἀπάμειαν ἱερέας] Apamia Metropolis erat Syriæ Cœles, ſeu Secundæ, cui ſubjectæ erant Epiphania & Arethuſa, ut docent Notitiæ veteres.

2 Τὴν ἀσιατικὴν ἀρχὴν] Hunc locum reſtituimus ex optimis codicibus Florentino & Telleriano, in quibus ita ſcribitur, τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν τῆς ἐν Φοινίκῃ Λιβανησίας. duplex erat Phœnice, ut jam ſupra notavi: altera maritima, altera Libanenſis dicta. Præerat huic Provinciæ Dux Phœnices, de quo vide Notitiam Imperii Rom.

3 Μηδὲν βλαβῆναι παρελθεῖν] Melius, ni fallor, ſcriberetur παρελθεῖν.

τίον τῆς ὁ Καλχηδόνι συνόδου τινὲς κείναντες, τ ἱερῶν ἐξεῖλον δέλτων. ὁ δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις καὶ ζῶν ἀνεθεματίθη.

Chalcedonenſis inimicum eſſe judicaſſent, nomen ejus ex ſacris tabulis expunxerunt. Hieroſolymis vero etiam vivus ac ſpirans anathematizatus eſt. SÆC. V.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ'.

Περὶ τῆς τῶν τυράννων Ἰσαύρων καθαιρέσεως.

CAPUT XXXV.

De extincta Iſaurorum tyrannide.

Οὐκ ἀπὸ ἧ τρόπου καθ' ὧν ἐτύχομεν προκαταξεβληκότες ὑποσχέσιν, καὶ τὰ ἕτερα λόγου ἄξια ὑπὸ τοῖς Ἀναστασίου χρόνοις γενομένοις συνάψαι τῇ ἱστορίᾳ. [a] Λογγῖνος ὁ Ζήνωνος ὅμαιμος, ἢ ἐπεσκαμμένην ὡς προδεδιήγηται κατειληφὼς, τ πρὸς τ αὐτοκράτορα πόλεμον ἀναφανδὸν ἀναζώννυται· καὶ πολλῶν ἔνθεν τε κἀκεῖθεν συναθροισθεισῶν δυνάμεων, μεθ' ὧν καὶ Κόνων ἐτύγχανεν ὤν, ἐπίσκοπος τὸ ἐν Ἀπαμείᾳ τ Σύρων ἐπαρχίας γεγονὼς, τοῖς Ἰσαύροις ὡς Ἴσαυρος συνεστράτευσε. τέλος ἐπιτίθεται τῷ πολέμῳ· τ μὲν Ἰσαύρων τ συστρατευσάντων τῷ Λογγίνῳ πανωλεθρίᾳ φθαρέντων· τ δὲ κεφαλῶν Λογγίνου καὶ Θεοδώρου πρὸς Ἰωάννην τὸν Σκύθην ταλεισῶν ἀνὰ τ βασιλέως πόλιν· ἃς καὶ ὁ κοντοῖς περιαρτήσας ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς καλουμέναις Συκαῖς ἀντιπέραν τ Κωνσταντίνου κειμένης ἐπηώρησεν ἡδὺ θέαμα τοῖς Βυζαντίοις, ἀνθ' ὧν κακῶς πρὸς Ζήνωνος καὶ τ Ἰσαύρων ἐπεπόνθεσαν. καὶ ὁ ἕτερος δὲ Λογγῖνος, τὸ πολὺ τ τυραννίδος συνέχων, ὁ ἐπίκλην Σελινοῦντιος, καὶ Ἴνδης σὺν αὐτῷ, πρὸς Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην κυρτοῦ γελλόντων τῷ Ἀναστασίῳ ζωγείᾳ· ὁ μάλιστα τόν τε βασιλέα, τούς τε Βυζαντίους τεθεράπευκε, θριάμβου δίκην ἀνὰ τὰς λεωφόρους τῆς πόλεως, ἀνά τε τ ἱπποδρομίαν Λογγίνου τε καὶ Ἴνδου προενεχθέντων, καὶ τῷ ὄντι σιδήρου πεποιημένων ἁλύσεων ἀνὰ τοὺς αὐχένας καὶ τὰς χεῖρας περιβεβλημένων. [3] ὁπόθεν καὶ τὰ καλούμενα πρώην Ἰσαυρικὰ τοῖς βασιλικοῖς ἐσηνέχθη θησαυροῖς· οὗ δὲ ἕνεκα τοῦτο, χρυσίου ἐς ἕκαστον ἔτος βαρβάροις χρηματούμενον, πεντακισχιλίας ἕλκον λίτρας.

Porro non abſurdum fuerit hoc loco, ſi res quoque alias memoratu dignas quæ Anaſtaſii temporibus acciderunt, juxta id quod antea polliciti ſumus, huic hiſtoriæ adtexamus. Longinus Zenonis conſanguineus, cum in patriam ſuam, ſicut antea commemoratum eſt, adveniſſet, palam adverſus Imperatorem bellum ſuſcepit. Plurimis igitur collectis utrimque copiis, in quibus erat etiam Conon, Apamiæ in Syria olim Epiſcopus, qui unà cum Iſauris, utpote Iſaurus, militabat, bellum tandem hujuſmodi exitu terminatum eſt. Iſauri quidem qui una cum Longino militaverant, omnes ad internecionem cæſi. Longini vero ac Theodori capita, ab Joanne Scytha Conſtantinopolim miſſa ſunt. Quæ Imperator contis ſuffixa circumferri, & in ſuburbano Sycenſi, quod ex adverſo Byzantii ſitum eſt, ſuſpendi juſſit: quod ſpectaculum Conſtantinopolitanis gratiſſimum fuit, ob mala quæ à Zenone & ab Iſauris perpeſſi fuerant. Alter vero Longinus, cognomento Selinuntius, præcipuum robur tyrannicæ factionis, & cum illo Indes, ab Joanne, cognomento Gibbo, vivi capti ſunt, & ad Imperatorem Anaſtaſium miſſi. Quæ res & Imperatorem & populum Conſtantinopolitanum magnopere recreavit, cum Longinus & Indes, tanquam in triumphali pompa, per vicos urbis & in Circo traducerentur, catenas ferreas collo ac manibus circumjectas geſtantes. Ex eo tempore munera quæ vocabantur Iſaurica, in Principis ærarium inferri cœpere. Id erat aurum quod Barbaris quotannis pendebatur, librarum ſcilicet quinque millia. *Longinus.* *Conon.* *Longinus Selinuntius.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Χρόνοις γενομένοις] Aſſentior Henrico Savilio, qui ad oram ſui codicis emendavit γενόμενα &c. Idem initium capitis ita corrigit οὐκ ἀπὸ τρόπου δὲ, &c. poſſet etiam ſcribi οὐκ ἀπὸ τόπου δὲ, ac fortaſſe commodius. Idem eſt enim ac ſi diceres οὐκ ἄτοπον. Pro γενομένοις, codex Tellerianus ſcriptum habet γενηθεμένοις.

2 Καὶ Θεοδώρου] Athenodorum hunc vocat Marcellinus Comes in Chronico, Anaſtaſio Aug. ſolo Coſ. & Theophanes in Chronico pag. 118.

3 Τὰ καλούμενα Ἰσαυρικὰ] Donativum intelligit quod Hillus Tyrannus Iſauris adjecerat, & Imp. Zeno invitus, reconciliationis gratia, iiſdem largitus fuerat. Quod Donativum Anaſtaſius Imperator Iſauris pendere cum recuſaſſet, Iſauri Romanis bellum intulerunt, ut ſcribit Jord. in lib. de ſucceſſ. Regnorum.

VARIORUM.

a Λογγῖνος ὁ Ζήνωνος ὅμαιμος] Vertit Valeſius *Longinus Zenonis conſanguineus*; qui tamen ſupra, cap. 29. Longinum cum Evagrio Zenonis fratrem in ſua verſione appellarat. Et quidem recte; cum Græcum ibi habeat Λογγῖνον Ζήνωνος ἀδελφὸν; neque enim vox hæc ἀδελφὸς eo in loco aliud quam *frater* ſignificare poteſt. *Pagius ad ann.* 498. Profligatum eſt autem hoc bellum Iſauricum anno 497. ut idem teſtatur ibid.

Sæc. V.

CAPUT XXXVI.

Quomodo Saraceni pacem cum Romanis fecerunt.

SED & Barbari, quos Scenitas vocant, non ſine ſuo ipſorum damno inſultarunt Imperio Romano, Meſopotamiam & utramque Phœnicem & Palæſtinam provincias depopulati. Verum à ducibus Romanis qui in ſingulis provinciis erant, gravi clade affecti, poſtmodum quievere, cum univerſa gens pacem cum Romanis feciſſet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛϚ'.

Περὶ τῶν σκηνιτῶν βαρβάρων, ὡς ἐσπείσαντο πρὸς Ῥωμαίους.

ΕΠεχώμασαν ἐκ εἰς τὸ Συνοίσον σφίσι καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς ὑπηκρατείας οἱ σκιωνται βάρβαροι, τάπε τὴν μέσην τῶν ποταμῶν τάπε τὴν Φοινίκεως ἑκατέρας καὶ τὰ Παλαιστινῶν ληϊσάμενοι πράγματα. οἵπερ κακῶς πρὸς τῶν ἐκάστοχοῦ φρονηγότων παθόντες, ὕστερον τινὰ ἡσυχίαν ἦγαγον, πρὸς Ῥωμαίους παντυδὲ σπεισάμενοι. 1

CAPUT XXXVII.

De expugnatione Amidæ, & de conditu urbis Daras.

PERSÆ quoque, regnante apud ipſos Cavade, fœdus rupere: & relictis propriis ſedibus, primum quidem in Armenias cum excercitu invaſerunt. Cumque oppidulum Theodoſiopolim cepiſſent, Amidam verſus, quæ urbs Meſopotamiæ eſt ſatis munita, iter fecere. Hanc quoque diuturna obſidione cinctam tandem ceperunt. Sed Imperator Romanorum, non ſine ingenti labore, eam poſtea inſtauravit. Quod ſi quis ſingula accurate cupit cognoſcere, & diligentem cunctorum quæ geſta ſunt narrationem perlegere, is Euſtathium legat, qui luculentiſſime & ſummo cum labore maximaque elegantia, harum rerum hiſtoriam conſcripſit. Qui cum ad hæc uſque tempora hiſtoriam ſuam perduxiſſet, exceſſit è vita, res geſtas anno Imperii Anaſtaſii duodecimo perſecutus. Finito hoc bello, Anaſtaſius locum quemdam Meſopotamiæ Daras dictum, ſitum in finibus Imperii Romani, ac veluti confinium quoddam Romanæ ac Perſicæ ditionis, ex agro urbem fecit: cum & firmiſſimis mœnibus eum cinxiſſet, & variis ædificiis miræ venuſtatis exornaſſet, Eccleſiarum ſcilicet & aliarum ædium ſacrarum, porticuum item & publicarum balnearum, reliquorum denique operum quibus illuſtriores urbes gloriari ſolent. Porro aiunt nonnulli, locum iſtum Daras idcirco eſſe nominatum, quod Alexander Macedo Philippi filius, illic Darium funditus devicerit.

Euſtathius quouſque hiſtoriam deduxit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΖ'.

Περὶ τῆς ἐν Ἀμίδῃ πολιορκήσεως, καὶ κτίσεως τῆς Δάρας.

ΑΛλὰ καὶ [a] Πέρσαι πρὸς σπονδήσαντες ὑπὸ Καβάδῃ τῷ βασιλεῖ, καὶ τὰ οἰκεῖα καταλελοιπότες ἤθη, πρῶται μὲν Ἀρμηνίαις ἐπεστράτευσαν, καὶ πολίχνιον ἐπίκλην Θεοδοσιούπολιν ἑλόντες, ἐς [a] Ἄμιδαν πόλιν ὀχυρὰν τὴν μέσην τῶν ποταμῶν ἀφικνεῖνται. καὶ ταύτην ἐκπολιορκήσαντες εἶλον. ἐπὶ αὖθις ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς πολλοῖς ἀνενεώσατο πόνοις. εἰ τῳ δὲ φίλον λεπτῶς τὰ περὶ τούτων εἰδέναι, καὶ τῇ ἀκριβείᾳ πάντων ἐπεξελθεῖν, Εὐσταθίῳ δὲ μάλα σοφῶς μετὰ πολλοῦ τοῦ πόνου καὶ τῆς ἐς ἄγαν κομψείας, ἱστόρηταί τε καὶ συγγέγραπται. ὃς μέχρι τῆς γραφῆς ταύτης ἱστορήσας, τοῖς ἀπελθοῦσι συναριθμεῖται, δωδέκατον ἔτος τῆς Ἀναστασίου καταλελοιπὼς βασιλείας. [b] μετὰ γοῦν τὸν πόλεμον τοῦτον, ὁ Ἀναστάσιος Δάρας χωρίον τῆς μέσης τῶν ποταμῶν τοῖς ταῖς ἑσπερίοις τῆς Ῥωμαίων ὑπηκρατείας κείμενον, καὶ μεθόριον ὥσπερ ἑκατέρας πολιτείας καθεστὼς, ἐξ ἀγροῦ πόλιν εἶναι ποιεῖ· χαρτερῷ τε τειχίσας περιβόλῳ, οἰκοδομίας τε διαφόρους ἐκκρεπεῖς περιθεὶς, ἐκκλησιῶν τε, καὶ μετὰ καὶ ἑτέρων θείων οἴκων, βασιλείων τε φωλὴν, καὶ δημοσίων βαλανείων, καὶ ἄλλων αἷς αἱ ἐπίσημοι τῶν πόλεων ἐγκαλλωπίζονται. λέγεται δή τισι τοῖς τινων Δάρας τὸ χωρίον προσηγορίαν λαχεῖν, διότι Δαρεῖον αὐτόθι κατηγωνίσατο παντάπασιν Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ὁ Φιλίππου.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Φοινίκεως ἑκατέρας] Scribendum eſt Φοινίκης, ut legitur apud Nicephorum in cap. 35. lib. 17. Porro jam ſupra notavimus duplicem fuiſſe Phœnicen: Alteram Libanenſem, alteram Maritimam dictam. Nec illud omittendum eſt, eam Provinciam à Latinis interdum dici Phœnicem à nominativo Phœnix. Certe in tabula Itineraria Putingerorum, Syria Phœnix dicitur, & in Notitia Imperii Rom. Dux Phœnicis ſcribitur in MSS. codicibus. Nec aliter ſcriptum inveni apud Ægeſippum in lib. 3. cap. xx.

2 Ἄμιδαν πόλιν] Marcellinus Comes in Chronico hanc urbem à Perſis captam eſſe dicit Indictione decima, Probo & Avieno Coſſ. id eſt anno Chriſti 502. Anaſtaſii autem Imp. undecimo. Vide Procopium in libro primo Perſicorum.

VARIORUM.

a Πέρσαι παρασπονδήσαντες] Perſæ anno 422, pacem cum Romanis ad annos centum pepigerant: ideoque juxta pacta, ad annum 522. vigere debuerat: Rupta eſt tamen anno 502, *i. e.* duodecimo Imp. Anaſtaſii; quod teſtatur Evagrius noſter lib. I. cap. 19.

b Μετὰ γοῦν τὸν πόλεμον] Finitum eſt hoc bellum Perſicum anno Chr. 505. conſtructa Anaſtaſiopolis eo loci ubi Daras Caſtrum antea ſtetit anno 507. Anaſtaſio ter conſule. vid. Procop. de bello Perſico lib. I. c. 10.

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΗ'.

Περὶ τοῦ μακροῦ τείχους.

1 Μέγιστον δὲ τῷ αὐτῷ βασιλεῖ κατείργασται, καὶ μνήμης ἄξιον, καὶ τὸ μακρὸν καλούμενον τεῖχος, καλῶς τῆς Θρᾴκης κείμενον· ὅπερ διίσταται μὲν τῆς Κωνσταντινουπόλεως σταδίοις ὀγδοήκοντα μάλιστα καὶ ἑξακοσίοις· ἑκατέραν δὲ θάλατταν περιλαμβάνει ἐπὶ σταδίοις εἴκοσι καὶ τετρακοσίοις, δίκην προβλῆτός τινος· τήν τε πόλιν μικροῦ νῆσον ἀντὶ χερρονήσου ποιῆσαν, τούς τε βυλομένους διαπορθμεύων ἀσφαλέστατα ἀπὸ τοῦ καλουμένου Πόντου ἐς τὸν Προποντίδα καὶ τὸν Θρᾴκιον θάλατταν· εἴργον τούς τε ἐκθέοντας Βαρβάρους, ἐκ τοῦ Καλουμένου Εὐξείνου Πόντου, Κόλχων τε τῆς Μαιώτιδος λίμνης καὶ τῶν ὑπὲρ τὸν Καύκασον, καὶ τοὺς κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐκκεχυμένους.

CAPUT XXXVIII.

De longo muro.

IDEM Anastasius opus maximum & memoratu dignissimum perfecit, quod longum murum vulgo appellant, in Thracia loco admodum opportuno situm. Distat autem Constantinopoli stadiis plus minus ducentis octoginta, & utrumque complectitur mare, ad quadringenta ac viginti stadia instar freti cujusdam excurrens, & urbem regiam ex peninsula fere insulam efficiens, eosque qui trajicere voluerint, à Ponto ad Propontidem & ad mare Thracium commodissime transportans. Barbaros quoque qui ex Ponto Euxino & ex Colchide ac Mæotide palude, & ex locis supra Caucasum sitis excursiones faciunt; eos item qui ex Europa effundi solent, objectu suo repellit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΘ'.

Περὶ τοῦ λεγομένου Χρυσαργύρου, καὶ ὡς ἀνεῖλεν αὐτὸν Ἀναστάσιος.

a Υπερμέγεθες δὲ κατεπράχθη αὐτῷ καὶ θεῖόν τι χρῆμα, ἡ τοῦ καλουμένου [2] Χρυσαργύρου ἐς τέλεον κωλύμη· ἦν καὶ λεκτέον, τῆς Θουκυδίδου γλώσσης, ἢ καὶ μείζονός τε καὶ κομψοτέρας ἐπιδεομένῳ. λέξω δὲ κἀγὼ, οὐ λόγῳ πεποιθὼς, τῇ δ' ἔμ πράξει πίσυνος. ἐπέκειτό τι τῇ τοσαύτῃ καὶ τηλικαύτῃ τῶν Ῥωμαίων πολιτείᾳ τέλος ἐλεεινόν τε καὶ θεομισὲς, καὶ βαρβάρων αὐτῶν ἀνάξιον, μήτι γε δὴ τῆς Ῥωμαίων Χριστιανικωτάτης βασιλείας· ὃ μέχρις αὐτοῦ, ἀνθότου λέγειν οὐκ ἔχω παροφθὲν, αὐτὸς ἀνεῖλε βασιλικώτατα. ἐπέκειτο δὲ ἑτέροις τε πολλοῖς ἐξ ἐρανου τῷ τροφῷ πορίζουσι, καὶ ταῖς ἀπεμπολούσαις τῷ ὥρᾳ τοῦ σώματος, καὶ κύδην πορνείας ἐπὶ τοῖς κεκρυμμένοις καὶ λανθάνουσι τῆς πόλεως τόποις ἐπὶ καμαρτυπείοις ἐκδεδομέναις, καὶ πρός γε, τοῖς ἑταιρηκόσι, καὶ μὴ μόνον τῇ φύσιν, ἀλλὰ καὶ τὸ πολίτευμα καθυβρίζουσιν· ὡς ἀντὶ νόμου τινὸς τῷ ἐσκομιδῷ βοᾶν, ἐπ' ἀδείας εἶναι τῷ τοιούτῳ ἀθεμιτουργίαν τοῖς βυλομένοις· καὶ τὸν ὁπηνίκα ἀθροιζόμενον ἀνόσιόν τε καὶ σιαγῆ πόρον, 2 ἐπὶ τὴν πρώτην καὶ κορυφαίαν ἐσῆγον τὴν ἀρχῶν

CAPUT XXXIX.

De vectigali quod Chrysargyrum vocant, & quomodo sublatum sit ab Anastasio.

RES præterea eximia ac plane divina, ab eodem Imperatore gesta est, vectigalis scilicet quod Chrysargyrum dicebatur, abolitio. Qua de re nunc dicendum est, quamvis Thucydidis eloquentia, aut etiam præstantiore ac disertiore lingua ad eam rem opus esset. Ego vero non eloquentia, sed facti magnitudine confisus, rem narrabo. Romanorum reipublicæ tam longe lateque diffusæ, impositum erat vectigal miserabile prorsus Deoque invisum, & barbaris ipsis indignum, nedum Christianissimo Romanorum Imperio conveniens. Quod ad Anastasii usque tempora nescio quam ob rem neglectum atque toleratum, ipse regali magnificentia sustulit. Impositum autem erat tum aliis compluribus qui stipe collaticia victitabant, tum mulierculis quæ corpore quæstum faciebant, & per abdita atque obscura urbis loca in cellis meritoriis ad stuprum prostabant: masculis præterea qui muliebria passi fuerant, nec naturam solum ipsam, verumetiam rempublicam ignominia afficiebant. Adeo ut collatio ista vice legis proclamaret, licere cuivis incestam illam libidinem perpetrare. Porro impium illum ac detestandum quæstum qui ex hoc vectigali percipiebatur, exactores qui illud

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ τὸ μακρὸν καλούμενον τεῖχος] Delenda est particula *καὶ*, ut pote inutilis & superflua. Porro hic murus ex conditoris nomine dictus est Anastasianus: conditus est autem Anastasio Aug. ter Cos. anno Christi 507. ut scribit Auctor Chronici Alexandrini. De hoc muro Suidas ita scribit in voce τεῖχος. Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς κτίζει τὸ μακρὸν τεῖχος πρὸ ξ' μιλίων τῆς πόλεως, ἀφ' ἑσπέρας ἐπὶ τῆς καπὶ ἄρκτον θαλάσσης εἰς μεσημβρίαν. Id est, *Anastasius Imp. longum murum extruxit, sexagesimo milliario ab urbe Constantinopoli. Protenditur autem à mari quod est ad Septentrionem usque ad mare quod est ad meridiem. Et longitudo quidem ejus continet quadraginta millia, latitudo vero pedes viginti.* Plura vide apud Petrum Gillium in libro primo de Topographia urbis Constantinop. cap. 21.

2 Ἐπὶ τὴν πρώτην ἐς κορυφαίαν τῶν ἀρχῶν] His verbis Præfecturam Prætorianam designare videtur Evagrius. Hæc enim vertex erat omnium dignitatum, ut loquitur Ammianus Marcellinus. Ad hanc igitur tributum Chrysargyrum quarto quoque anno deferebatur. Certe tributa in arcam Præfecturæ Prætorianæ inferri solebant. Hinc

VARIORUM.

a Χρυσαργύρου] Sustulit Anastasius Chrysargyrum tributum & Venationes sive pugnas cum bestiis publicas, Imperii sui Decennalibus, hoc est, anno Chr. 500, ut testatur Theophanes in Chronico.

ἀνατε-

Sæc. V.

ubique colligebant, quarto quoque anno deferebant ad ſummum magiſtratum Imperii Romani: ita ut non minima pars hæc eſſet magiſtratus, & propria, ut vocant, ſcrinia haberet, & numerarios qui ratiociniis hujuſmodi præerant, viros non obſcuros, qui iſtud munus, perinde ac reliqua, * militiam eſſe cenſerent. Quod cum didiciſſet Anaſtaſius, & ad Senatum retuliſſet, ſcelus hoc eſſe, & novum quoddam atque inſolens piaculum jure merito pronuntians, lege lata ſanxit ut penitus aboleretur: & chartas quæ exactionis hujus notitiam continebant, incendio conſumpſit. Cumque hoc vectigal, tanquam holocauſtum quoddam, Deo integre immolare vellet, ne quis forte ex Imperatoribus qui poſt ipſum regnaturi erant, vetus exactionis iſtius probrum renovare iterum poſſet, dolere ſe ſimulavit. Et imprudentiæ ſe ipſum accuſans atque extremæ dementiæ, aiebat ſe inani gloriæ nimium tribuentem, Reipublicæ commoda neglexiſſe, tantumque vectigal à majoribus inſtitutum, & tam diuturni temporis ſpatio confirmatum, temere & inconſiderate ſuſtuliſſe: ac neque imminentia pericula, neque ſumptus rei militaris, qui ſunt quaſi viva quædam propugnacula Reipublicæ, nec eos qui ad cultum Dei neceſſarii ſunt, animo perpendiſſe. Nihil igitur eorum quæ in animo habebat declarans, velle ſe dixit ſupra memoratum vectigal reſtituere. Cumque eos qui vectigali præpoſiti erant, ad ſe evocaſſet, ſe quidem facti pœnitere faſſus eſt: ſed quid agendum ſit neſcire, nec qua ratione erratum ſuum emendare poſſit, chartis omnibus ex quibus vectigalis notitia percipi poterat, igne conſumptis. Illis vero, non quidem ſimulate, ſed reipſa atque ex animo vectigal deplorantibus, ob illicitum quæſtum quem ex

* *Vid. Euſeb. p. 489. n. 2.*

ἀναπτερωτηρίδα οἱ τοῦτον ἑκάστοτε συλλέγοντες, ὡς καὶ μέρος οὐκ ἐλάχιστον τῆς ἀρχῆς καθεστάναι, καὶ τῶν καλουμένων [1]εἰδικῶν σκευίων τυχεῖν, [2]καὶ τῶν τὰ τοιαῦτα ἀριθμιζόντων, οὐκ ἀφανῶν ἀνδρῶν γραπτέαν, ὥσπερ καὶ τὰς λοιπὰς ἡγουμένων τὸ πρᾶγμα. ὁ μεμαθηκὼς ὁ Ἀναστάσιος, [3]ἐπί τε τὴν γερουσίαν προελθὼν, καὶ μῦσος εἶναι καὶ καινοπρεπὲς ἄγος τὸ πρᾶγμα δικαίως ἀποφηνάμενος, τεθέσπικε καθάπαξ ἀναιρεθῆναι, τούς τ' εἴσπραξιν δηλοῦντας χάρτας πυρὶ παραδόδωκε. καὶ τέλεον τὴν πρᾶξιν ἱερουργήσας τῷ Θεῷ βουληθεὶς, ἵνα μή τινι τῶν μετ' αὐτὸν ἐξῇ τὰ δεινὰ αὖθις ὀνείδη ἀναγκαίως ἀναλέσασθαι, προσποιεῖται μὲν τὸν ἀχάλινωτα. [4]ἀβουλίας δὲ ἑαυτοῦ κατηγόρει, καὶ τῆς εἰς ἄγαν ἀνοίας, λέγων· ὡς τῇ καινοδοξίᾳ τὸ πλέον δοὺς, τοῦ σωφρονοῦντος τῇ πολιτείᾳ παρημέλησε, καὶ τὸν τοσοῦτον πόρον ἀνέκαθεν ἐφθυρημένον, καὶ τοσούτοις χρόνοις βεβαιωθέντα, εἰκῇ τε ἀσκέπτως ἀνῆρτησεν, οὐ συνεὶς τὰ ἐπαρτώμενα κινδυνεύματα, ἢ τὰς στρατιωτικὰς δαπάνας, τὸ ζῶν τοῦ πολιτεύματος τεῖχος, ἃ τὰς εἰς θεραπείαν τοῦ Θεοῦ· καὶ μηδὲν τῶν ἔνδοθεν δεινῶν, ἀπαγγέλλει βούλεσθαι τὸν εἰρημένον ἀνασώσασθαι πόρον. καὶ δὴ τοὺς ἐφεστηκότας προσκαλεσάμενος, ἔφασκε μεταμελεῖσθαι μέν, οὐκ ἔχειν δὲ ὅπῃ χρὴ πρᾶξει, ἢ ὅπως τὴν οἰκείαν ἁμαρτίαν διορθώσαιτο, καθάπαξ τῶν χαρτῶν κατθέντων, τῶν δυναμένων τὴν εἴσπραξιν δηλοῦν. κἀκείνων δὲ οὐ τινι προσποιήσει, ταῖς δὲ ἀληθείαις τὴν πρᾶξιν. ὀδυρομένων ἀφ' ὧν ὑπὸ τοῦ ἐντεῦθεν αὐτοῖς περι-

VALESII ANNOTATIONES.

eſt quod in libro 13. codicis Theodoſiani, titulo de luſtrali collatione, legum maxima pars data eſt ad Præfectos Prætorio. Quippe luſtralis collatio nihil aliud eſt quam Chryſargyrum: aurum ſcilicet atque argentum negotiatoribus indictum, ſeu luſtralis auri collatio, & auraria functio. Sic enim vocatur in eodem titulo. Utrum porro tributum, an potius vectigal dici debeat, incertum eſt. τέλος quidem vocat Evagrius, quod eſt vectigal. Dicitur etiam vectigal in lege penultima de luſtrali collatione. Aurum pœnoſum id vulgo vocatum fuiſſe docet vetus Auctor quæſtionum veteris ac novi Teſtamenti, in quæſtione 75. *Didrachma*, inquit, *capitum, vel tributi exactio intelligitur, non prædiorum: quod nunc pœnoſum aurum appellatur, quia & pauperes exiguntur.* De hoc tributo elegans eſt locus Libanii in oratione contra Florentium pag. 427, quem hic adſcribam. λεγέσθω τοίνυν καὶ τὸ τἄλλα πάντα νενικηκὸς· τοῦτο δέ ἐστιν ὁ ἀφόρητος φόρος, καὶ χρυσὸς, φείδεσθαι προσιόντας ποιῶν τοὺς δεινὰς πυκτικτηλάδας. ὄνομα μὲν γὰρ εὐπρεπὲς ἀπὸ τῶν ἐμπόρων τῷ πόρῳ τούτῳ· τῇ δὲ ἀληθείᾳ δὲ ἐκείνων εἰς διάδοσιν χρωμένων, οἷς μόλις ἄρτου προσφέρουσιν αἱ χεῖρες, ἀπόλλυνται· ἀφαιρεῖται δὲ ὑπὸ νευροῤῥαφοῦς· οὓς ἐγὼ πολλάκις εἶδον τῷ σμίλῃ εἰς ὀρανὸν αἴροντας, ὀμνύντας μὲν ἐν αὐτῇ τὰ πάντα εἶναι σφίσιν. οὐ μὴν τοῦτό γε αὐτοὺς ἀπαλλάττει τῶν ἐγκαμμίων, καὶ ὑλακτόντων, καὶ μόνον οὐ δακνόντων. ἔστος ὁ καιρὸς, ὦ βασιλεῦ, πλείω τὴν δουλείαν καθίζησιν, ἐκβάλλων ἐλευθερίας τὰς ὑπὸ τῶν γονέων πωλουμένους, οὐχ' ἵνα αὐτοῖς δέξηται τὴν τιμὴν τὸ κιβώτιον, ἀλλ' ἵνα αὐτὴν ἴδωσιν εἰς τὴν τοῦ κατατρίχοντος δίκιαν ἐρχομένην. Quæ ſic interpretor. " Jam vero dicamus etiam malum illud " quod reliqua cuncta longe ſuperat. Id autem eſt tribu- " tum intolerabile, Chryſargyrum ſcilicet, quo fit ut fin- " gula luſtra quoties jam propinqua ſunt, terrorem ani- " mis injiciant. Et nomen quidem huic collationi ſpecio- " ſum eſt ex mercatoribus. Sed cum iſti mari utantur " ad merces ſuas divendendas, ii quibus manus ægre " panem ſuppeditant, funditus pereunt. Nec immunis " ab hoc malo ſutor. Quos quidem ego ſæpius vidi, " ſcalpro ad cælum ſublato, jurantes in eo ſua omnia " repoſita eſſe. Nec tamen iſtud eos liberat à vexatione " eorum qui ipſis incumbunt, & qui latrant, ac tantum " non mordent. Hoc tempus, Imperator, ſervorum " numerum auget, ſpoliat enim libertate eos qui à pa- " rentibus venundantur, non ut ipſi pretium venditio- " nis in arcam ſuam referant; ſed ut illud in manum compulſoris tranſire videant." In Græco textu Libanii pro ἀφαίρεσιν emendavi ἀφάψεσιν, & pro voce ἐγκαμμίων ſubſtitui ἐγκειμένων.

1 Εἰδικῶν σκευίων] Inter Officiales Præfecti Prætorio, quatuor numerarii recenſentur in Notitia Imperii Romani, quorum unus erat auri numerarius, id eſt auri luſtralis ſeu Chryſargyri. Erat enim inter Officiales Comitis ſacrarum largitionum, Primicerius ſcrinii aureæ maſſæ, & Primicerius ſcrinii auri: Ideo fortaſſe quod portio quædam hujus vectigalis ad arcam ſacrarum largitionum deferebatur. Certe in titulo de luſtrali collatione extat lex Valentiniani ad Florentium Comitem ſacrarum largitionum. Unde apparet aliquam partem hujus functionis auriariæ ad largitionales titulos pertinuiſſe.

2 Καὶ τῶν τὰ τοιαῦτα ἀριθμιζόντων] Numerarios intelligit auri luſtralis, qui erant in officio Præfectorum Prætorio, ut ſupra dixi. ἀριθμιζοὶ enim ſunt numerarii, ut jampridem notavi ad Ammianum Marcellinum, qui alio nomine etiam rationarii dicebantur.

3 Ἐπὶ τὴν γερουσίαν προελθὼν] Scribe meo periculo προσελθὼν. Nam προσιέναι idem eſt quod referre, proponere. Emendationem noſtram confirmat codex Tellerianus, in quo diſerte ſcriptum inveni προσελθὼν, ut conjeceram.

4 Ἀβουλίας δὲ] Malim ſcribere ἀβουλίας τε ἑαυτοῦ κατηγόρει. Paulo poſt ſcribendum εἰκῇ τε καὶ ἀσκεπτοσκέπτως ἀνῆρτησεν. ποιοῦ-

ποιούμενον ἄδικον μισθὸν, καὶ τὴν ἀδιπλησίαν ἀπείαν προϊσχομένων, προὔτρεπέ τε καὶ παρεκάλει, μηδὲ πάσης ἰόντας ζητήσεως ἐξερευνῆσαι, εἴπερ οὗτοι εὑρεῖν δυνηθείεν μηδὲ τῶν ἐκαστοχοῦ συγκειμένων πινακίων τὴν τοῦ παντὸς εἴσπραξιν. καὶ πέμψας ἑκάστῳ δαπάνας, εἰς τὴν περὶ ταῦτα συλλογὴν ἔπεμπεν, ἐπιτρέψας ἑκάστοις χάρτιον ταῦτα ἀφιλιζειν δυνάμενον, ὅποι ἂν εὑρεθείη, πρὸς αὐτὸν ἀποκομισθῆναι, ἵνα μετὰ πολλῆς τῆς περισκέψεως καὶ τῆς εἰς ἄγαν ἀκριβείας, τὰ περὶ τούτων αὖθις συνταχθείη. ὡς δ' οὐ μετὰ καιρὸν ἦκον οἱ τούτοις ἀφικνούμενοι, χαρείς τις ἐδόκει καὶ Φαιδρότητι γανυόμενος ὁ Ἀναστάσιος. ἔχαιρε δὲ καὶ ταῖς ἀληθείαις τῶν ἐσπουδασμένων τετυχηκὼς, καὶ ἀνηρώτα τὸν τρόπον, ὅπως τε εὑρίσκοιεν, καὶ [a] ποῦ ποι, καὶ εἴ τι [a] τοιοῦδε καταλέλειπται. τῶν δὲ πολλοὺς καταβεβλημένους πόνους ἐπὶ τῇ τάξει συναγωγῇ διϊσχυριζομένων, ὀμνύντων τε πρὸς τοῦ βασιλέως ὡς οὐδεὶς ἕτερος χάρτης ταῦτα δηλῶν δυνάμενος ἀνὰ πᾶν ἀπόκειται τὸ πολίτευμα, αὖθις πυρὰν ἐξῆψε μεγάλην ἐκ τῶν ἀποκομισθέντων χαρτίων, καὶ τὴν σποδιὰν ὕδασιν ἐπέκλυσεν, ἀφανίσαι τέλεον τὴν πρᾶξιν βουλόμενος· ὥστε μὴ κόνιν, μὴ τέφραν, μήτε μήν τι λείψανον τοῦ πράγματος ἧττον ἀποκαυθέντων φανῆναι. ὡς ἂν δὲ μὴ τὸ κώλυμα τῆς πράξεως τοσοῦτον ἐξάραντες, δόξαιμεν ἀγνοεῖν, τί τε, καὶ ὅσα τοῖς ἀρχαιοτέροις περὶ ταύτης ἐμπαθῶς ἰσόρηται, φέρε καὶ ταῦτα προθώμεθα, καὶ δείξω ψευδῆ, καὶ ἀναφέροντας ἐξ ὧν αὐτοὶ διεξῆλθον.

illo percipere consueverant; & maximam perinde difficultatem prætendentibus: hortatus est eos Anastasius, ut omnibus modis scrutarentur ac pervestigarent, num forte ex tabulis quæ singulis in locis coacervatæ essent, totius vectigalis exigendi rationem possent reperire. Constituto itaque singulis salario, ad conquirendas chartas eos misit, jubens ut quæcumque chartæ vectigalis illius notitiam suppeditare possent, ubicumque locorum repertæ essent, ad ipsum destinarentur, ut singulari solertia ac diligentia, totius vectigalis ratio iterum componeretur. Reversis autem aliquanto post iis quibus id negotii mandatum fuerat, hilaris & singulari gaudio perfusus videbatur Anastasius. Et gaudebat re vera, quippe qui id quod optabat consecutus esset. Percontabatur itaque quanam ratione, & apud quos repertæ fuissent chartæ, & num ex hujusmodi monumentis quidquam supereresset. Illis vero affirmantibus, multum se laborasse ut chartas istas conquirerent, & per principem ipsum jurantibus nullam aliam chartam ex qua vectigalis hujus notitia percipi possit, in universo Imperio Romano reperiri, rursus chartis quæ allatæ fuerant, in rogum conjectis, magnum excitavit incendium, & cinerem aquis mergi jussit, quo hujusmodi exactio penitus aboleretur: adeo ut nec cinis, nec favilla, nec ullum omnino hujus rei, aut combustarum chartarum vestigium relinqueretur. Sed ne, dum vectigalis hujus abolitionem tantis laudibus efferimus, ignorasse videamur quæ & qualia de hac exactione veteres scripserint, affectibus suis nimium indulgentes; ea nunc in medium adducamus, & falsa esse, ex iis cum maxime quæ ipsi scripserunt convincamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μ'.

Περὶ ὧν ἱστόρησε Ζώσιμος χάριν τοῦ Χρυσαργύρου, καὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως.

CAPUT XL.

Des iis quæ Zosimus scripsit de Chrysargyro, & de Constantino Imperatore.

[b] [b] Εἰρηται Ζωσίμῳ, ἑνὶ τῶν τῆς ἐξαγίστου καὶ μιαρᾶς τῶν Ἑλλήνων θρησκείας, μηνίσαντι τῷ Κωνσταντίνῳ, ὅτι τῶν πρώτων βασιλέων τὰ Χριστιανῶν εἵλετο, τὴν βδελυρὰν τῶν Ἑλλήνων καταλιποῦσαν δεισιδαιμονίαν, ὡς αὐτὸς πρῶτος τὸ καλούμενον Χρυσάργυρον ὑπενόησας, ἀνὰ τετραετηρίδα τὸ τοιοῦτο τέθεικε τέλος εἰσάγεσθαι· μυρίοις τε καὶ ἄλλοις τὴν βύσεβῆ καὶ μεγαλόδωρον βλασφημήσας Κωνσταντῖνον. Φησὶ γὰρ καὶ ἕτερα ἄττα λίαν ἀνύποιστα κατὰ πάσης ἐξευρεῖν τύχης, καὶ Κρίσπου τὸν παῖδα δεινοπαθῶς ἀφανίσαι, καὶ Φαύστην τὴν αὐτοῦ γαμετὴν ἐν βαλανείῳ ὑπὲρ τὸ μέτρον ἐκπυρωθέντι καθείρξαντα, ἐξ ἀνθρώπων μεταγαγεῖν· καθάρσια

Zosimus, unus ex eorum numero qui impiam ac detestandam Gentilium superstitionem secuti sunt, Constantino ob id infensus, quod primus ex Imperatoribus relicta execrabili Græcorum superstitione, Christianam religionem amplexus esset, narrat vectigal quod Chrysargyrum dicitur, ab illo primum institutum fuisse, & ut quarto quoque anno inferretur, lege lata sancitum. Aliis præterea innumeris probris, pium & magnificentissimum Constantinum idem Zosimus proscindit. Nam & alia prorsus intoleranda ab illo excogitata esse dicit adversus cujuscumque sortis homines, & Crispum filium miserabili exitu interemptum; Faustam denique uxorem in balneo supra modum calefacto inclusam ac necatam fuisse.

Constantinus M. à Zosimo probris affectus.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ τῆς ἀληθείας] Nemo non videt scribendum esse τῇς ἀληθείαις. Quod idem est ac si diceret ὡς ἀληθῶς. Porro hoc adverbium refertur ad vocem quæ præcedit, ἔχαιρε scilicet. Quod cum certissimum sit, mirum est tamen utrumque Interpretem adverbium istud retulisse ad sequentem vocem πεπυχηκὼς.

VARIORUM

a Τοιουτῷδε] Legendum τοιοῦτοδε. *W. Lowth.*

b Εἴρηται Ζωσίμῳ] Ait Zosimus lib. 2. Constantinum chrysargyrum lustrale singulis lustris solvendum imposuisse negotiatoribus ad vilissimos usque, imo & meretricibus. Quod utrumque falsum esse demonstrat Baronius, & post eum Gothofredus in commentario legis I. Cod. Theod. *De lustrali collatione.*

Sæc. V.

Cumque tantorum ſcelerum expiationem apud ſuos ſacerdotes quæſiviſſet, nec inveniſſet: illi enim aperte reſponderunt, tantas cædes nullo luſtrationis genere expiari poſſe: in Ægyptium quemdam qui ex Iberia venerat, incidiſſe. Ex quo cum didiciſſet, Chriſtianorum religione omnia prorſus ſcelera aboleri, ea quæ Ægyptius ipſi tradiderat, amplexum fuiſſe. Atque ex eo tempore relicta majorum religione, impietatis, ſicut ipſe dicit, feciſſe principium. Et hæc quidem falſa eſſe illico oſtenſurus ſum. Prius vero dicam de Chryſargyro.

τε ΦΦ᾽ τοῖς σφῶν ἱερεῦσι ζητοῦντα τῶν τοιούτων ἀναγῶν φόνων, καὶ μὴ τυχόντα· μηδὲ γὰρ εἶναι τούτους ἀναφανδὸν εἰπεῖν· ΦΦτυχεῖν Αἰγυπτίῳ ἐξ Ἰβηρίας ἀφιγμένῳ· καὶ πρὸς αὐτῷ πιστωθέντα πάσης ἁμαρτάδος ἀναιρετικὴν εἶναι τὴν Χριστιανῶν πίστιν, μεταλαβεῖν ὧν ὁ Αἰγύπτιος αὐτῷ μεταδέδωκε· κἀντεῦθεν τὴν πατρῴαν καταλελοιπότα νόμιμα, τῆς ἀσεβείας, ὡς αὐτὸς ἔφη, τὴν ἀρχὴν ποιήσασθαι. καὶ ὡς μὲν καὶ ταῦτα ψευδῆ, ΦΦ πόδας δείξω. τέως δὲ τὰ ΦΦ τοῦ Χρυσαργύρου λελέξεται.

CAPUT XLI.

Invectiva in Zoſimum ob ejus in Conſtantinum & Chriſtianos maledicta.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΑ΄.

Ἀπόστασις ΦΦ Ζώσιμον ἐφ᾽ οἷς ἐβλασφήμησε Κωνσταντῖνον καὶ Χριστιανούς.

As igitur, ô ſcelerate atque exitioſe Dæmon, Conſtantinum, cum urbem Romæ æmulam ædificare vellet, primum quidem inter Troadem & Ilium tantæ civitatis fundamenta jeciſſe, & muros in ſublime erexiſſe: poſtea vero cum Byzantii ſitum longe commodiorem reperiſſet, eum locum mœnibus cinxiſſe, & veterem urbem adeo amplificaſſe, & ædificiorum ſplendore tantopere exornaſſe, ut urbe Roma quæ tot annorum ſpatio paulatim in eam magnitudinem excreverat, non multo inferior videretur. Scribis præterea, eum annonam ex publico civibus Byzantinis tribuiſſe, & iis qui cum ipſo Byzantium migraverant, magnam vim auri largitum eſſe ad privatarum ædium conſtructionem. Narras etiam, ut tuis verbis utar, Conſtantino mortuo, ſummam Imperii ad ſolum Conſtantium ejuſdem filium perveniſſe, poſt mortem ſcilicet amborum ejus fratrum. Cumque Magnentius & Vetranio tyrannidem arripuiſſent, Conſtantium blanda verborum perſuaſione Vetranioni Imperium ademiſſe. Nam cum utriuſque partis exercitus in unum conveniſſet, priorem Conſtantium verba feciſſe ad milites, eiſque in memoriam revocaſſe liberalitatem Parentis ſui, quocum multa bella confeciſſent, & à quo maximis donis affecti eſſent. Milites vero his auditis, Vetranioni purpuram ademiſſe, & privato habitu indutum ex tribunali abſtraxiſſe. Eumdem tamen nihil gravius paſſum eſſe à Conſtantio, quem tu una cum patre tot maledictis laceraſti. Quonam igitur modo eundem hominem ſimul adeo magnificum ac liberalem fuiſſe affirmes, & adeo parcum ac ſordidum, ut tam dirum vectigal ſubditis imponeret, equidem non video. Quod autem nec Fauſtam nec Criſpum idem Conſtantinus occiderit, nec ob eam cauſam ab homine Ægyptio ſacramentum noſtræ religionis acceperit, audi, ſi placet, teſtantem Euſebium Pamphili,

Magnentius. Vetranio.

Fauſta. Criſpus.

Σὺ φὴς ὦ ἀλιτήριε καὶ παλαμναῖε δαίμων, ὡς αὐτὸς ἴσην τῇ Ῥώμῃ πόλιν ἀνταναστῆσαι βουλόμενος, πρῶτα μὲ ἀνὰ μέσον Τρωάδος καὶ τῆς Ἰλίου ΦΦ καταστῆσαι πόλεως τοσαύτης ἐξώρμησε, καὶ θεμελίους πηξάμενος καὶ τεῖχος ἐς ὕψος ἄρας, ἐπεὶ δή γε τόπον εὐπρεπέστερον εὗρε τὸ Βυζάντιον, ὕπῃ τείχεσιν αὐτὸ περιέβαλεν, ὕπῃ τε ΦΦ εὐρύνει πόλιν, τοσούτοις τε κάλλεσιν οἰκοδομιῶν ἐφαίδρυνεν, ὡς μὴ πολλῷ τῆς Ῥώμης λείπεσθαι, τοσούτοις ἔτεσι χεῖρον σμικρὸν ἢ αὔξειν [a] ΦΦσλαβοῦσα. Φὴς δὲ ὡς τῷ δήμῳ τῶν Βυζαντίων σίτησιν δημοσίαν ἀπένειμε, καὶ ὡς χρυσίου πάμπολυ χρῆμα τοῖς ἅμα οἰ ἀφικομένοις ἀνὰ τὸ Βυζάντιον ἐπιδέδωκεν ἐς καλασκευὴν ἰδιωτικῶν οἴκων. αὐτὸς πάλιν γεγράφεις ἐπὶ ῥήματος, Κωνσταντίνου τελευτήσαντος, ἐς Κωνσταντίνον τὸν αὐτοῦ παῖδα μόνον τὰ πράγματα ΦΦελθεῖν μετὰ θάνατον τῶν αὐτοῦ ἀδελφῶν, καὶ ὡς Μαγνεντίου καὶ Βρεταννίωνος τυραννησάντοιν, πειθοῖ τὸν Βρεττανίωνα μετῆλθε, καὶ ἀμφοῖν τοῖν στρατοπέδοιν ἁλισθέντοιν [1] πρῶτος ὁ Κωνστάντιος δημηγορήσας, τῆς τοῦ πατρὸς ἀνεμίμνησκε τοὺς στρατιώτας φιλοπμίας, μεθ᾽ ἧς πολλοὺς πολεμίους διεπόνησαν, καὶ μεγίσταις ἐπμήθησαν δωρεαῖς· καὶ ὡς τούτων ἀκούσαντες οἱ στρατιῶται, τὸν Βρεταννίωνα τῆς ἐσθῆτος γυμνώσαντες, κατήγαγον τοῦ βήματος ἰδιώτην· καὶ ὡς οὐδὲν ἄχαρι πρὸς Κωνσταντίου πέπονθε, τοῦ ΦΦ σου τοσαῦτα μὲ τοῦ πατρὸς βλασφημηθέντος. πῶς τοίνυν ἀξιοῖς τὸν αὐτὸν ὕπῃ Φιλόπμον, οὕτω μεγαλόδωρον γενέσθαι, καὶ οὕπω σμικρολόγον καὶ Φειδωλόν, ὡς τοιοῦτον στρατῇ πόρον ἐπιθεῖναι, τέλεον ἀγνοῶ. ὅπ δὲ οὐδὲ Φαῦσταν ἢ Κρίσπον ἀνεῖλεν, οὐδὲ ΦΦ τῷ Αἰγυπτίου ἅπτεται ταῦτα τῶν ἡμετέρων μυστηρίων μεμέτεχεν, ἄκουε συγγράφοντος Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου, σωκμάσαντος

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πρῶτος ὁ Κωνσταντῖνος] Scribendum eſt Κωνστάντιος, ut legitur in codice Telleriano, & apud Nicephorum in libro 16. cap. 41. Et paulo poſt ubi legitur πολλοὺς πολεμίους διεπόνησαν, ſcribendum eſt πολέμους, ut habet idem Nicephorus.

VARIORUM.

a Προσλαβοῦσα] Legendum ΦΦσλαβόντα, ſi ad Romam vox referatur. *W. Lowth.*

ακμάσαντος Κωνσταντίνῳ καὶ Κρίσπῳ, καὶ συγγενομένῳ τούτοις. σὺ γὰρ οὐδὲ ἀκοὴν γράφεις, μήπω γε δὴ ἀλήθειαν, πολλοῖς ὕστερον χρόνοις ἐπὶ Ἀρκαδίου καὶ Ὀνωρίου μέχρι σου γέγραφας, ἢ καὶ μεθ' αὐτοὺς γεγονώς. γράφει δὲ ἐπὶ λέξεως ταῦτα, Ἐν τῷ ὀγδόῳ λόγῳ τῆς αὐτῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας. χρόνῳ δὲ οὐ πλείστῳ μεταξὺ γενομένῳ, βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ὁ πάντα βίον πραότατα, καὶ τοῖς ὑπηκόοις θυμοϊκώτατα, τῷ τε θείῳ λόγῳ θεοσφιλέστατα διαθέμενος, παῖδα γνήσιον Κωνστάντιον αὐτοκράτορα σεβαστὸν ἀνθ' ἑαυτοῦ καταλιπὼν, κοινῷ Φύσεως νόμῳ τελευτᾷ τὸν βίον. καὶ μεθ' ἕτερα. τούτου παῖς Κωνστάντιος θεόθυς δεχόμενος, βασιλεὺς τελεώτατος καὶ σεβαστὸς πρὸς στρατοπέδων, καὶ ἔτι πολὺ τούτων πρότερον θεοῖς αὐτῷ τῷ παμβασιλέως Θεῷ ἀναρρηθείς, ζηλωτὴν ἑαυτὸν τῆς πατρικῆς περὶ τὸν ἡμέτερον λόγον εὐσεβείας κατεστήσατο. καὶ πρὸς τῷ τέλει δὲ τῆς ἱστορίας, τούτοις φησὶ τοῖς ὀνόμασιν. ὁ δὲ, ἀρετῇ πάσῃ θεοσεβείας ἐκπρέπων, μέγιστος, νικητὴς Κωνσταντῖνος σὺν παιδὶ Κρίσπῳ βασιλεῖ θεοφιλεστάτῳ, καὶ κατὰ πάντα τῷ πατρὸς ὁμοίῳ τὴν οἰκείαν ἔφαν ἀπελάμβανον. οὐκ ἂν δὲ ὁ Εὐσέβιος Κρίσπου οὕτως ἐπῄνεσεν, εἰ μὴ σὺν τῷ πατρὶ ἀνῄρητο, βαπτιζόμενος τῷ Κωνσταντίνῳ. ὁ δὲ Θεοδώριτος ἱερῶν φησὶν ἐν Νικομηδείᾳ τὸν Κωνσταντῖνον πρὸς αὐτῷ τῷ τέρματι τοῦ βιοτῆς, τὸ βαπτισθῆναι μελλῆσαι ἐν Ἰορδάνῃ τῷ ποταμῷ τοῦτο τυχεῖν ἱμειρόμενον. φῂς δ' ὦ ἐξάγιστε καὶ παμμίαρε σὺ, ὡς καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα, ἐξ οὗ τὰ Χριστιανῶν ἐδείχθη, διεῤῥύη τε καὶ παντάπασιν ἀπώλετο, ἢ μᾶλλον τῶν παλαιοτέρων [a] ἀνεγνωκὼς εἶ, ἢ πρὸς τιμὴν ἀλήθειαν ἐθελοκακῶν. τοιοῦτον γὰρ σαφῶς δείκνυται, τῇ ἡμετέρᾳ πίστει συναυξήσαν τὰ Ῥωμαίων πράγματα. θέα τοίνυν ὡς παρ' αὐτοῦ τιμὴ ἐν ἀνθρώποις ὀφθῆναι Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, [3] Μακεδόνων οἱ πλείους ὑπὸ Ῥωμαίων καθῃρέθησαν· Ἀλβανία τε καὶ Ἰβηρία, καὶ Κόλχοι, καὶ Ἄραβες, Ῥωμαίοις ὑπετάγησαν. καὶ Γάϊος Καῖσαρ ἐπὶ τοῦ τείτου [4] καὶ εἰκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν ὀλυμπιάδα Γάλλους, καὶ Γερμανοὺς, καὶ Βρεττανοὺς, μεγάλοις

qui iisdem temporibus floruit quibus Constantinus & Crispus vixere, & qui cum iisdem sæpe versatus est. Tu enim ne auditione quidem abs te accepta scribis, nedum vera. Quippe qui principatu Arcadii & Honorii, ad quorum usque tempora historiam tuam perduxisti, aut etiam post illos vixeris. Is igitur in octavo Ecclesiasticæ historiæ suæ libro ad verbum ita scribit. Haud multo post Imperator Constantius, vir in omni vita placidissimus; qui & clementia in subditos, & singulari erga fidem nostram benevolentia perpetuo præditus fuerat, Constantinum proprium filium vice sua Imperatorem atque Augustum relinquens, fatali morte defunctus est. Et paulo post. Hujus filius Constantinus, ab ipso statim exordio supremus Imperator, & Augustus, à militibus, diuque antea ab omniũ Imp. Deo renuntiatus, paternæ erga fidem nostram pietatis æmulatorem se præstitit. Idem Eusebius in fine historiæ his utitur verbis. Constantinus vero omnibus religionis virtutibus ornatus, & victor maximus, una cum filio Crispo Cæsare, Deo carissimo & patri undequaque simillimo, Orientem suum recepit. Certe Eusebius qui Constantino superstes vixit, nunquam Crispum adeo laudasset, si is à patre interfectus fuisset. Theodoritus vero in historia sua narrat, Constantinum sub exitum vitæ, salutari lavacro initiatum fuisse Nicomediæ: cum ad id usque temporis baptismum suum distulisset, eo quod in Jordane fluvio tingi cupiebat. Ais præterea, ô sceleratissime atque impurissime omnium mortalium, Imperium Rom. ex quo Christiana religio caput efferre cœpit, in pejus dilapsum esse, ac funditus interiisse: seu quod eorum quæ priscis temporibus contigerunt, nihil legisti: seu quod adversus veritatem voluntaria malitia ferris. Contrarium enim manifeste ostenditur, Imperium scilicet Rom. simul cum fide nostra creviſſe. Considera enim, quomodo circa adventum Christi Dei nostri in terras, plurimæ Macedonum urbes à Romanis eversæ sint: Albania item & Hiberia cum Colchis & Arabia, in potestatem populi Romani venerint. Quomodo etiam Caius Cæsar Olympiade centesima octogesima tertia, Gallos, Germanos ac Britannos qui

Sæc. V.

Euseb. pag. 492.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Μέχρι σοῦ γέγραφας] Procul dubio scribendum est μέχρις ὅ disjunctis vocibus. Atque ita legit Nicephorus, qui hæc Evagrii verba sic expressit: οἷς καὶ τὴν συγγραφὴν ἴσησας. Quem Nicephori locum Joannes Langus non intellexit. Sic enim vertit: *Tu namque solum rumorem mutilatum mandas literis, non veritatem ipsam, qui longo post tempore sub Honorio & Arcadio quibus historiam tuam dedicasti, & fortasse post eorum etiam tempora longius vixeris.* Sed vertendum erat, *Quibus historiam tuam terminasti.* Etenim Zosimus usque ad expugnationem urbis Romæ ab Alarico factam, opus suum perduxit, ut ex Photii Bibliotheca constat. Cæterum ex hoc Evagrii ac Nicephori loco Vossius in libro de Historicis Græcis affirmat, Zosimum vixisse temporibus Theodosii junioris. Neuter tamen id de Zosimo dixit. Sed tantum aiunt illum sub Honorio & Arcadio quibus Historiam suam terminavit, aut etiam diu post illos, vixisse. Certe Zosimum hunc, circa Anastasii Imperatoris tempora vixisse existimo. Nam & Olympiodorum Thebæum citat, qui sub Theodosio juniore historiam suam scripsit, ut testatur Photius: & Syrianum Philosophum nominat, qui Procli Diadochi magister fuit. Vixit autem Proclus temporibus Anastasii. Denique Suidas Zosimum Sophistam vixisse scribit regnante Anastasio. Quem quidem existimo eundem esse cum Zosimo historiarum scriptore. Plurimi enim Rhetores ac Sophistæ, ad scribendam Historiam se contulerunt, ut tum ex Dionysio Halicarnasseo, tum ex aliis innumeris constat. Et Advocati fisci dignitas qua ornatur Zosimus, non multum abhorret à Sophistica.

2 Ἐν τῷ ὀγδόῳ λόγῳ] Hic Eusebii locus legitur in cap. 28. libri 8. ex quo corrigendus est Evagrius noster.

3 Μακεδόνων οἱ πλείους] Diu ante adventum Christi subacta fuerat à Romanis Macedonia. Sed & Albani & Iberi ac Colchi, diu ante natalem Christi ab iisdem Romanis superati fuerant. Proinde quæ hic dicit Evagrius, nihil ad rem faciunt. Sed de tota hac invectiva Evagrii in Zosimum, vide si placet Apologiam Joannis Leunclavii, quam ille editioni Zosimi præfixit.

4 Καὶ εἰκοστὴν ὀλυμπιάδα] Sic etiam legitur in Nicephori Græcis exemplaribus. Sed scribendum est διπλέαν καὶ ὀγδοηκοστὴν, ex Eusebio & Auctore Chronici Alexandrini.

VARIORUM.

a Ἀνεγνωκὼς εἶ] Delenda vox posterior. *W. Lowth.*

Sæc. V.

quingentas urbes habitabant, magnis præliis devicerit, & Romanorum ditioni adjunxerit, quemadmodum ab historiarum scriptoribus relatum est. Hic autem est Cæsar, qui primus post Consules singulare Imperium obtinuit: Ex plurium Deorum cultu & ex turbulentæ plebis dominatione viam sternens, ac prævium inducens Monarchiæ cultum, ob eam quæ mox adventura erat Monarchiam Christi. Mox universa Judæa, & finitimæ regiones, Imperio Romano adjunctæ sunt: adeo ut prima tunc facta sit descriptio, in qua Christus quoque una cum aliis census est: ut Bethleem oraculi quod de ipsa editum fuerat, eventum omnibus prædicaret. Nam Michæas Propheta de illa ita prædixerat. Et tu Bethleem terra Judæ, nequaquam minima es inter principes Judæ. Ex te enim egredietur mihi dux, qui regat populum meum Israel. Ægyptus quoque post Nativitatem Christi Dei nostri, Romanorum ditioni accessit, cum Augustus Cæsar, cujus principatu natus est Christus, Antonium & Cleopatram devicisset, qui se ipsos interfecere. Post hos Cornelius Gallus, Præfectus Ægypti ab Augusto Cæsare constituitur: primusque post Ptolemæos Ægyptum rexit, ut ab historiarum scriptoribus traditum est. Jam vero quot regiones ademptæ sint Persis à Ventidio & à Corbulone Neronis duce: à Severo item ac Trajano & Caro; à Cassio quoque & Odænatho Palmyreno & Apollonio & ab aliis: Quoties præterea Seleucia & Ctesiphon urbes captæ sint; quoties Nisibis, nunc ad Romanos, nunc ad Persas transiens; Armenia denique ac finitimæ gentes Romano Imperio adjunctæ fuerint; tu una cum reliquis scriptoribus refers. Sed pœne omiseram ea quæ tu scribis confecta esse à Constantino, qui cum nostram religionem profiteretur, Imperium Romanum strenue ac fortiter administravit: & quanta perpessus sit Julianus tuus, eorundem tecum mysteriorum particeps, qui tot ac tantas clades intulit Reipublicæ. Utrum vero eorum quæ de mundi exitu prædicta sunt, aut aliquod jam proludium acceperit, aut finem sortiturus sit, altioris est dispensationis, quam ut tu capere possis. Expendamus autem si placet, quonam modo Imperatores qui Gentilium superstitionem profitebantur, & quonam modo qui religionem Christi amplexi sunt, regnandi simul ac vivendi finem fecerint. Annon Caius Julius Cæsar, qui primus singulare Imperium obtinuit, per fraudem atque insidias interfectus, ex hac luce migravit? Annon alterum Caium Tiberii nepotem, quidam milites gladiis obtruncarunt? Numquid Nero à quodam ex domesticis trucidatus est? Annon Galba similem exitum vitæ habuit: Otho item ac Vitellius: qui tres, sedecim dumtaxat mensium spatio imperarunt. Titum quoque Imperatorem numquid Domitianus ejus frater veneno interfecit? Ipse vero Domitianus numquid à Stephano necatus, miserabili exitu periit? Quid de Commodo dices? Annon illi

Euseb. pag. 17. in notis.

Mic. 5. 2.

ἀγῶσιν ὑπηγάγετο, καὶ τῇ Ῥωμαίων προσεποίησε
ἀρχῇ, πόλεις πεντακοσίας οἰκουμένας, ὡς τοῖς ἱσ-
τορήσασιν ἀναγέγραπται. ὃς καὶ πρῶτος μετὰ τοὺς
ὑπάτους ἐμονάρχησε, προδοθεισῶν καὶ προσαγω-
γὴν πολυθεΐας, καὶ ὀχλοκρατίας, τὴν μοναρχίας τὸ
σέβας, ἀφ' ἧς Χριστοῦ μέλλουσαν ὅσον οὔπω μοναρ-
χίαν. οὗτος καὶ ἡ Ἰουδαία ἅπασα, καὶ τὰ πρόχωρα
προσεκλήθη· ὡς καὶ πρώτην τιμιακὴν ἀπογραφὴν
γενέσθαι, ἐν ᾗ καὶ Χριστὸς συναπεγράφη, ἵνα Βηθλεὲμ τὸ
πέρας ἅπερ περὶ αὐτῶν προφητείας δημοσιώσῃ. λέ-
λεκται γὰρ τῷ προφήτῃ Μιχαίᾳ περὶ αὐτῆς ὧ-
δέ πως. Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλα-
χίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα, ἐκ σοῦ γάρ μοι
ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν
μου τὸν Ἰσραήλ. καὶ μετὰ τὴν ἀπόπτωσιν Χρι- 1
στοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, Αἴγυπτος Ῥωμαίοις προσ-
τέθη, Αὐγούστου Καίσαρος, ἐφ' οὗ Χριστὸς ἐγεννή-
θη, καταγωνισαμένου παντελῶς Ἀντώνιον καὶ Κλεο-
πάτραν, οἳ καὶ ἑαυτοὺς διεχρήσαντο. μεθ' οὓς
Κορνήλιος Γάλλος ἡγεμὼν Αἰγύπτου πρὸς τοῦ
Αὐγούστου Καίσαρος καθίσταται, μετὰ τοὺς Πτολε-
μαίους πρῶτος ἄρξας Αἰγύπτου, ὡς τοῖς ἱστορι-
γράφοις πεπόνηται. πόσα δὲ Πέρσαι προσεκόπη-
σαν ὑπὸ Βεντιδίου, Κορβούλωνός τε τοῦ Νέρωνος
στρατηγοῦ, καὶ [2]Σευήρου, Τραϊανοῦ καὶ Κάρου, 2
Κασσίου τε καὶ Ὀδαινάθου τοῦ ἐκ Παλμύρας,
[3]καὶ Ἀπολλωνίου, καὶ ἑτέρων· ὁσάκις τε Σε- 3
λεύκεια καὶ Κτησιφὼν ἥλω, Νίσιβίς τε ἐπ' ἀμ-
φότερα τρεπομένη, Ἀρμένιά τε καὶ τὰ πλησιά-
ζοντα ἔθνη Ῥωμαίοις προσετέθη, μεθ' ἑτέρων ἱστορεῖς.
μικροῦ δέ με διέλαθεν ἃ σὺ γράφεις ὑπὸ Κωνσταντίνου
κατὰ πράξασθαι, μᾶλλα γεννικῶς καὶ ἀνδρείως τῆς
Ῥωμαίων ἐξηγησάμενον ἀρχῆς μετὰ τῆς ἡμετέρας
θρησκείας, καὶ οἷα πέπονθεν Ἰουλιανὸς ὁ σὸς καὶ
τῶν σῶν ὀργίων θιασώτης, τηλικαῦτα τραύματα
τῇ πολιτείᾳ καταλελοιπώς. εἰ δέ τι τῶν προ-
φητευθέντων περὶ τῆς τοῦ κόσμου τελευτῆς ἢ προ-
οίμιον εἴληφεν, ἢ καὶ τὸ πέρας δέξεται, μεί-
ζονός ἐστιν οἰκονομίας, ἢ κατά σε. ἐξετάσωμεν ἢ εἰ
δοκεῖ, ὅπως οἱ τὰ Ἑλλήνων προσεβίσαντες βασι-
λεῖς, καὶ ὅπως οἱ τὰ τοῦ Χριστοῦ ζηλώσαντες,
τὴν βασιλείαν ἀπέθεντο. οὐ πρῶτος Γάϊος Ἰούλιος
Καῖσαρ μοναρχήσας, δολοφονηθεὶς τὸν βίον κατέ-
τρεψεν· οὐ δεύτερον τὸν ἔκγονον Τιβερίου Γάϊον τὸν
ὑπὸ τοῖς στρατεύμασιν ἔνιοι ξίφεσι διεχρήσαντο; οὐ
Νέρων πρός τινος τῶν οἰκείων ἀνῃρέθη; ὁ Γάλβας
τὰ παραπλήσια πέπονθεν; Ὄθων τε καὶ Βιτέλ-
λιος οἱ τρεῖς βασιλεύσαντες μόνους ἑκκαίδεκα μῆ-
νας. Τίτον δὲ βασιλεύσαντα, οὐ Δομετιανὸς φαρ-
μάκοις ἀδελφὸν ὄντα γε αὐτοῦ, ἀνεῖλεν; οὐ Δομε-
τιανὸς πρὸς τοῦ Στεφάνου δειλαίως τῶν ἐντεῦθεν
μετέστη; τί δὲ καὶ περὶ Κομόδου φῂς, οὐχ ἕτος

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ μετὰ τὴν ἀπόπτωσιν] Fallitur Evagrius. Nam viginti plus minus annis ante natalem Christi, Ægyptus in Provinciæ formam redacta est.

2 Σευήρου, τραϊανοῦ] Melius scriberetur τραϊανοῦ, σευήρου τε καὶ κάρου. Sic enim ordo temporum postulat. Pro Severo posset etiam scribi Verus. Hic enim de Persis insignem victoriam reportavit, ut tradunt Historiæ Augustæ Scriptores.

3 Καὶ Ἀπολλωνίου] De hoc Apollonio nihil uspiam legi.

ἐκτοῦ

ὑπὸ Ναρκίσσου τὸν βίον ἀπέλειπεν; Περτίναξ, ᾗ Ἰουλιανὸς, οὐ τῶν αὐτῶν ἔτυχον; Ἀντωνῖνος δὲ ὁ Σεβήρου, οὐ Γέταν τὸν ἀδελφὸν διέφθειρε, τὰ ὁμοιοτρόπως πλήσια καὶ αὐτὸς παθὼν ὑπὸ Μαρτιαλίου; τί δὲ καὶ Μακρῖνος, οὐ περὶ Βυζάντιον αἰχμαλώτου δίκην περιαχθεὶς, πρὸς τῶν σφετέρων στρατιωτῶν ἐμαιφονήθη; καὶ Αὐρήλιος δὲ Ἀντωνῖνος ὁ ἐξ Ἐμέσης, οὐ μετὰ τῆς μητρὸς κατεσφάγη; ὁ δέ γε μετ' αὐτὸν Ἀλέξανδρος, ᾗ τῷ αὐτῷ σὺν τῇ μητρὶ περιπέπωκε δράματι; τί ἂν εἴποιμεν καὶ περὶ Μαξιμίνου, πρὸς τῆς οἰκείας στρατιᾶς ἀναιρεθέντος, ἢ Γορδιανοῦ ὑπὸ βουλόμασι Φιλίππου ὑπὸ τῶν οἰκείων στρατιωτῶν τὸν τέλειον ὑπελθόντος ἡμέραν; λέγε δὲ σὺ, ὅπως τε Φίλιππος, καὶ ὁ μετ' αὐτὸν Δέκιος, ᾗ χ ὑπὸ τῶν πολεμίων διεφθάρησαν; καὶ Γάλλος δὲ καὶ Βουλουσιανὸς, ᾗ χ ὑπὸ τῶν οἰκείων δυνάμεων τῆς σφῶν ζωῆς ἐξώσθησαν; τί δαὶ, καὶ Αἰμιλιανὸς, ᾗ τοῖς αὐτοῖς περιπέπωκεν; Οὐαλεριανὸς δὲ, οὐ δορυάλωτος γενόμενος, ὑπὸ Περσῶν περιήγετο; Γαλλιήνου δὲ δολοφονηθέντος, ᾗ Καεῖνου σφαγιασθέντος, ἐς Διοκλητιανὸν τὰ πράγματα περιέστη, ᾗ οὓς αὐτὸς εἵλετο συνάρχων αὐτῷ· ἐξ ὧν Ἐρκούλιος Μαξιμιανὸς ᾗ Μαξέντιος ὁ τούτου παῖς, καὶ Λικίννιος δὲ, ἐς ἔσχατα διεφθάρησαν, ἐξότου ἡ Κωνσταντῖνος ὁ παναοίδιμος παρειλήφει τὸν ἀρχὸν, καὶ τῷ ἐπώνυμον αὐτῷ πόλιν δειμάμενος τῷ Χριστῷ ἀνατέθεικεν, ἄθρει δή μοι εἴ πις τῶν ἐν αὐτῇ βασιλέων, Ἰουλιανοῦ δίχα τοῦ ἱεροφάντου σου καὶ βασιλέως, ἢ πρὸς τῶν οἰκείων ἢ τῶν ἐναντίων διεφθάρη, ἢ ὅλως τύραννος
1 βασιλέως κατεδυνάστευσεν, ἢ μόνον Βασιλίσκου ἐξώσαντος Ζήνωνα, πρὸς ὃν καὶ κατελύθη, καὶ τὸν βίον ἀπέθετο. πείθομαι καὶ περὶ Οὐάλεντος λέγοντί σοι, τοσαῦτα καλεργασαμένου Χριστιανοῖς κακά. περὶ γὰρ ἑτέρου, οὐδὲ σὺ αὐτὸς φήσ. ταῦτα μηδεὶς οἰέσθω πάρεργα τῆς ἱστορίας τυγχάνειν τῆς ἐκκλησιαστικῆς; πάνυ μὲν οὖν χρειώδη καὶ συνεκτικὰ, διὰ τὸ τοὺς Ἑλλήνων ἱστοριογράφους, ἐθελοκακεῖν περὶ τὴν ἀκρίβειαν. ἴωμεν δὲ καὶ ἐπὶ τὰ λειπόμενα τῶν Ἀναστασίου πράξεων.

Narciſſus violentas manus intulit? Pertinax quoque & Julianus, numquid ſimilia paſſi ſunt? Jam vero Antoninus Severi filius, nonne Getam fratrem interfecit, & ipſe poſtea ſimili mortis genere ſublatus eſt à Martiale? Quid Macrinus, nonne circa Byzantium captivi inſtar circumductus, à ſuis militibus nefarie trucidatus eſt? Aurelius item Antoninus ortus ex urbe Emeſa, nonne una cum matre confoſſus interiit? Et qui illi ſucceſſit Alexander, nonne ſimili exitu una cum matre interiit? Quid dicam de Maximino, qui à propriis militibus interemptus eſt? Quid de Gordiano, qui inſidiis Philippi à militibus ſuis necatus ultimum diem clauſit? Jam vero Philippus & Decius, dic mihi quæſo annon ab hoſtibus interfecti ſunt? Gallus autem & Voluſianus nonne a ſuis exercitibus ſunt necati? Æmilianus quoque nonne ſimili exitu interiit? Jam Valerianus, nonne in prælio captus, a Perſis circumductus eſt? Denique Gallieno per fraudem interfecto, & Carino obtruncato, rerum ſumma ad Diocletianum pervenit, & ad eos quos Diocletianus collegas Imperii ſibi adjunxit. Ex quibus Maximianus Herculius & filius ejus Maxentius ac Licinius, funditus deleti interierunt. Verum ex quo Conſtantinus omni laude digniſſimus imperium ſuſcepit, & urbem ſui nominis à ſe conditam Chriſto dedicavit; circumſpice, quæſo, utrum quiſquam eorum qui in ea civitate imperarunt, excepto Juliano, Pontifice tuo atque Imperatore, vel à ſuis civibus, vel ab hoſtibus ſit occiſus: Et an Tyrannus aliquis Imperatorem unquam ſuperaverit, excepto dumtaxat Baſiliſco, qui Zenonem Imperio expulit: ab eodem tamen Zenone poſtea profligatus, vitam ſimul cum Imperio amiſit. De Valente quoque aſſentior iis quæ ſcribis, quippe qui Chriſtianos tot ac tantis malis vexavit. Alium enim Imperatorem præter iſtos, ne tu quidem potes dicere. Porro nemo exiſtimet, hæc ab inſtituto Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ aliena eſſe: quin potius utiliſſima ac prorſus neceſſaria, propterea quod gentiles hiſtoriæ ſcriptores accuratam rerum cognitionem de induſtria obſcurare nituntur. Verum ad reliqua Anaſtaſii geſta jam redeamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΒ'.

Περὶ τῆς χρυσοτελείας.

ΤΑ μὲν οὖν λελεγμένα, βασιλικῶς τῷ Ἀναστασίῳ κατώρθωτο. πέπρακε δὴ τούτων οὐκ
2 ἄξια, τῷ τε καλουμένῳ Χρυσοτέλειαν ἐπινοήσας, καὶ
3 ἀπεμπολήσας τῷ στρατιωτικῷ δα-

CAPUT XLII.

De auraria penſione.

EA quidem quæ ſuperius commemoravi, præclare & pro Imperatoria majeſtate ab Anaſtaſio geſta ſunt. Idem tamen quædam egit, prioribus illis minime reſpondentia. Nam & Chryſoteliam, id eſt, auri collationem excogitavit, & militarem ſumptum

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἢ μόνον Βασιλίσκου] In Manuſcripto codice Telleriano ſcriptum inveni, ἢ μόνου Βασιλίσκου. Mallem tamen dicere, πλὴν μόνου &c.

2 Τήν τε καλουμένην χρυσοτέλειαν] Quid ſit χρυσοτέλεια, difficile eſt divinare, cum Evagrius noſter nudum nomen poſuiſſe contentus, rem ipſam exponere ſuperſederit, nec alius, quod ſciam, ex antiquis ſcriptoribus, hujus rei fecerit mentionem. Ego vero, quantum conjectura aſſequi poſſum, χρυσοτέλειαν nihil aliud fuiſſe exiſtimo quam præſtationem auri, quod pro tributaria functione à Provincialibus exigi primus inſtituit Anaſtaſius. Veteres enim Romani tributa in ipſis ſpeciebus inferre conſueverant, puta in tritico, hordeo, vino & oleo: ex quibus in horrea publica convectis, annona militaris & civica erogabatur. Quinetiam Imperatorum ſanctionibus vetitum erat ne pro ſpeciebus exactores aurum à Provincialibus exigerent, ut videre eſt in lege 4. & 5. codicis Theodoſiani, *Tributa in ipſis ſpeciebus inferri.* Anaſtaſius vero primus inſtituit, ut pro ſpeciebus pecunia à Provincialibus exigeretur. Id autem colligo, partim ex vocabulo ipſo χρυσοτέλεια, quo ſignificatur auri collatio pro tributo: partim ex eo quod Evagrius toto hoc capite de tributaria functione loquitur, ut poſtea videbimus.

3 Ἀπεμπολήσας τὴν στρατιωτικὴν δαπάνην] Hunc locum

Sæc. V.

graviſſimo pretio taxavit in damnum Provincialium. Præterea tributorum exactionem ademit Curiis civitatum, inſtitutis per ſingulas urbes vindicibus quos vocant, impulſu, ut aiunt, Marini Syri, qui ſupremam omnium dignitatem gerebat, quam antiqui præfecturam prætorii appellabant. Ex quo factum eſt ut maxima ex parte, tum tributa intercideren, tum civitatum decus imminueretur. Nam antiquitus in albo ſingularum urbium nobiliſſimi quique adſcripti erant, cum unaquæque civitas eos qui in Curiam erant relati, inſtar Senatus cujuſdam haberet.

πάντων κατὰ τῶν σωμτελῶν ἐς τὸ βαρύτατον. 1 ἀφεῖλε δὲ καὶ τὴν τῶν φόρων εἴσπραξιν ἐκ τῶν βουλευτηρίων, 3 τοὺς καλουμένους βίνδικας 3 ἐφ' ἑκάστῃ πόλει προβαλλόμενος, 4 ἐσηγήσατο φασὶ Μαρίνου τοῦ Σύρου, τὴν κορυφαίαν διέποντος τῶν ἀρχῶν, ὃν οἱ πάλαι ὕπαρχον τῆς αὐλῆς ἐκάλουν. ὅθεν κατὰ πολὺ οἵτε φόροι διερρύησαν, τά τε ἄνθη τῶν πόλεων διέπεσεν. οἱ τοῖς λθυκώμασι γὰρ τῶν πόλεων, οἱ βυπατείδαι πρόθεν ἐνεγράφοντο, ἑκάστης πόλεως τοὺς ἐν τοῖς βουλευτηρίοις ἀντὶ συγκλήτου τινος ἐχούσης τε καὶ ἀριζομένης.

VALESII ANNOTATIONES.

recte vertit Joannes Langus hoc modo. *Et populos ſuos vectigales bellicis impenſis per nundinationem divenditis ſupra modum gravavit.* Muſculus vero interpretatur: *Et militares ſumptus oneroſiſſime contra conſuetas contributiones divendidit.* Chriſtophorſonus autem omnium peſſime vertit hoc modo: *Et ſtipendia militaria, una cum exactionibus, non ſine graviſſimo reipublicæ detrimento divendidit.* Sed nos ut rem ipſam penitus intelligamus, ſingula verba diligenter expendemus. Ait igitur Evagrius πρᾶσιν ἀπεμπολήσας. Id verbum Latine ſignificat eum qui vendidit. Suidas etiam obſervat fraudulentam venditionem eo verbo intelligi. Duplici autem modo hæc militaris ſumptus venditio intelligi poteſt. Nam aut Anaſtaſius militarem ſumptum locavit Publicanis, quemadmodum Reges noſtri facere ſolent, qui annonæ militaris ac veſtium præbitionem & alia id genus, locare ſoliti ſunt Publicanis ac Redemptoribus. Aut venditio illa nihil aliud fuit quàm adæratio: Ita ut Anaſtaſius militarem ſumptum, veſtes ſcilicet, arma, ac pabula quæ à Provincialibus conferri ſolebant, graviſſimo pretio taxaverit; quæ res cedebat in damnum Provincialium, qui pro ſpeciebus ipſis pretium pendere cogebantur. Atque hunc poſteriorem ſenſum in interpretatione mea ſecutus ſum. Per στρατωτικὴν autem δαπάνην, intelligit Evagrius non ſolum ſtipendia militum, ut putavit Chriſtophorſonus; ſed omnem militarem ſumptum, veſtem ſcilicet, arma, & cibaria. Utitur hac voce ſæpius Juſtinianus in edicto decimo tertio, ubi etiam δαπάνας & σιτήσεις diſtinguit. Et σιτήσεις quidem docet fuiſſe annonas & capita quæ in auro ſolvebantur magiſtratibus. δαπάναι vero cujuſmodi fuerint, non explicat; ſed tantum earum quoque pretia à Provincialibus exacta fuiſſe innuit, ubi loquitur de Duce Libyæ.

1 Κατὰ τῶν σωμτελῶν] Quid eſſent σωμτελεῖς Muſculus & Chriſtophorſonus non intellexerunt. Sic autem dicuntur Provinciales qui tributa pendebant. Gloſſæ veteres σωμτελὴς tributarius. συντέλεια τὸ ἐπίταγμα, tributum. Sic Evagrius in lib. 5. c. 13. τὰς συντελοῦσας vocat tributarios.

2 Περιεῖλε τὴν τῶν φόρων εἴσπραξιν ἐκ τῶν βουλευτηρίων] Inter onera Decurionum, non poſtremum fuit tributorum exactio. Hi enim ex corpore ſuo creabant ſuſceptores annonarum, & præpoſitos manſionum atque horreorum, ut patet ex codice Theodoſiano in titulo de Decurionibus, & in titulis de Suſceptoribus. Quod tamen non ita intelligendum eſt, quaſi ſoli Decuriones tributa fiſcalia exegerint. Nam & Officiales Præfecti Prætorio, & Officiales Præſidum, tributa à Provincialibus exigere conſueverant, ut docet Ammianus Marcellinus in lib. 17. his verbis. *Denique inuſitato exemplo, id petendo Cæſar impetraverat à Præfecto, ut Belgicæ ſecundæ multiformibus malis oppreſſæ diſpoſitio ſibi committeretur; ea videlicet lege, ut nec Præfectianus, nec Præſidialis Apparitor ad ſolvendum quemquam urgeret.* Anaſtaſius igitur Imperator exactionem tributorum quam ex parte curabant Decuriones, penitus illis ademit. Hinc eſt quod in edicto decimo tertio Juſtiniani, ubi agit de exactione tributorum Ægypti, nullam prorſus mentionem facit Decurionum: ſed ſolos Scriniarios & tractatores Præfecturæ Prætorianæ nominat, qui tributa fiſcalia à Collatoribus exigebant, eaque ad duplicem menſam, ſive arcam Præfecturæ Prætorianæ, alteram privatam, alteram generalem inferebant. Quod quidem inſtitutum eſſe arbitror ab Anaſtaſio, qui tributa non in ipſis ſpeciebus, ſed in auro inferri decreverat, ut ſuperius obſervavi. Cur autem Anaſtaſius id inſtituerit, hæc ratio afferri poteſt. Anaſtaſius Imperator, cum eſſet in republ. gerenda providentiſſimus, ut teſtatur Procopius, auro pacem à barbaris redimere malebat, quam ancipiti marte cum iis confligere. Quod cum ei ex voto ſuccederet, militares numeros imminuit, quippe quibus opus non haberet, cum barbari auro deliniti pacem ſervarent. Itaque Suidas in voce Ἀναστάσιος, ait Provincias Imperii Romani, ejus temporibus propemodum vacuas militibus fuiſſe. Cum ergo Legiones Romanæ ad tam exiguum numerum redactæ eſſent, nihil neceſſe erat tot ſpecies annonarias in horrea publica congerere. Satius ergo judicabat Anaſtaſius pecunias à Provincialibus exigere, quibus pacem à barbaris redimeret.

3 Τὰς καλουμένους βίνδικας] Horum vindicum mentio fit in Novellis Juſtiniani, & in edicto decimo tertio. Auctor Chronici Alexandrini pag. 785. ἐν οἷς ἐσφάγη ἀντίπατος ὁ βίνδιξ Ἀντιοχίας. Interpres hæc verba ita vertit: *Inter quos Antipater Antiochiæ vindex ſeu judex occubuit.* At vindices non erant judices, ſed exactioni tributorum præpoſiti, ut docet Juſtinianus in Novella 124. & 125, ubi eos cum Curialibus & Officialibus & Canonicariis atque exactoribus tributorum conjungit. Idque confirmat hic Evagrii locus. Ait enim Anaſtaſium Imperatorem exactionem tributorum ademiſſe Curialibus, & ad vindices quos ipſe inſtituerat tranſtuliſſe. Tributa igitur exigebant vindices à Provincialibus. Idem Juſtinianus in edicto XIII. ait Potamonem quemdam Anaſtaſii temporibus ſub ſpecie vindicis Alexandriæ, præpoſitum fuiſſe tributorum exactioni. Sic enim interpretor hæc verba. ποτάμωνος τινικαῦτα τῶν δημοσίων τῆς Ἀλεξανδρέων σφετεριζόντος κατὰ τὸ τοῦ βίνδικος σχῆμα. Unde etiam diſcimus vindicem Alexandriæ præpoſitum fuiſſe exactioni τοῦ ἐξαγωγίου: id erat vectigal pro exportatione tegularum & aliarum mercium quæ ex Alexandrina urbe exportabantur. Porro ex ea pecunia quam exegerat vindex, ligna ad calefaciendas thermas publicas præbere & alia ſolemnia munera implere cogebatur, ut docet idem Juſtinianus in edicto ſupra memorato, his verbis. ἀναγκάσεις δὲ καὶ τὰ κατὰ καιρὸν βίνδικα τοῖς Ἀλεξανδρέων πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ γενόμενα δαπανήματα ποιῆσαι, ἔπί τε τῆς σκηπυρώσεως τῶν δημοσίων βαλανείων, &c. Ex quibus locis quidam colligere poſſent, unicum fuiſſe vindicem in unaquaque civitate. Porro notandum eſt Conſtitutionem illam Anaſtaſii, qua tributorum exactio Curialibus adempta eſſe dicitur, à ſequentibus Imperatoribus minime obſervatam fuiſſe. Certe Juſtinianus in Novellis ſupra memoratis, inter eos qui tributa ſuo periculo exigebant ac ſuſcipiebant, curiales diſerte nominat.

4 Ἐσηγήσατο φασὶ Μαρίνου τοῦ Σύρου] Hunc Marianum vocat Imperator Juſtinianus in edicto decimotertio, his verbis: ἡ σὴ εὐδοξότης εὗρεν ἐν τῇ πυκτῇ τῇ ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀναστασίου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως, νίκῃ Μαρίνου, ὁ τῆς εὐδόξου ἐπὶ αὐτῷ τὰ πράγματα ἔπραττε, &c. Id eſt, *Tua glorioſa magnificentia invenit in charta quadam temporibus Anaſtaſii piæ memoriæ Imperatoris, tunc cum Marianus glorioſæ memoriæ ſub illo publica negotia adminiſtrabat.* Marcellinus tamen in Chronico Marinum vocat, Indictione v. Paulo & Muſciano Coſſ. *Die Dominico, dum jubente Anaſtaſio Cæſare, per Marinum perque Platonem in Eccleſiæ pulpito conſiſtentes, in hymnum Trinitatis Deipaſſianorum quaternitas additur, &c.* Et Plato quidem erat Præfectus urbis Conſtantinopolitanæ, ut docet Victor Thunonenſis in Chronico: Marinus vero Præfectus Prætorio; quamobrem Platoni præponitur à Marcellino. Porro Cedrenus ac Zonaras, dum eamdem rem narrant quam Marcellinus & Victor, Marini quidem ac Platonis nomina reticent: utriuſque tamen dignitatem exprimunt; alterum λογοθέτην, alterum ἔπαρχον, nominantes. Ubi per vocem λογοθέτην, Præfectum Prætorio deſignant, eo quod Præfectus Prætorio tributorum ratiocinia tractaret. Cæterum non omittendum eſt quod refert Zonaras, ab hoc Mariano Præ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ.

Περὶ τῆς τυραννίδος Βιταλιανοῦ.

a Τυραννεῖ τὸν Ἀναστάσιον [a] Βιταλιανὸς Θρᾴξ
1 γένος, ὃς τῷ τε Θρᾴκιῳ καὶ Μυσίαν μέχρις Ὀδυσσοῦ καὶ Ἀγχιάλου δῃώσας, ἐπὶ τὸ βασίλειον ἠπείγετο, πλῆθος ἀριθμητὸν ἔχων Οὐννικῶν ἐθνῶν. ὅτῳ Ὑπάτιον ὑπαντήσοντα πέπομφεν ὁ βασιλεύς. καὶ ἐπειδὴ πρὸς τῶν οἰκείων προδοθεὶς ὁ Ὑπάτιος ζωγρίας ἥλω, λύτρων τε μεγάλων ἀφείθη, Κύριλλος τὰς ὁπλιτικὰς ἐγχειρίζεται, καὶ πρῶτα μὲν τῆς μάχης ἀγχωμάλου γενομένης, εἶτα καὶ πολλὰς τροπὰς δεξαμένης, ἔν τε ταῖς ὑπαγωγαῖς, καὶ τοῦ Κυρίλλου τὸ πλέον ἐχόντος
2 τοὺς [2] ὁπισφάδην πάλιν δίωξις γέγονεν, ἑθελοκακησάντων τῶν στρατιωτῶν. ᾗ οὕτω τὸν Κύριλλον ἐν τῇ Ὀδυσσῷ παρείληφεν ὁ Βιταλιανὸς, ᾗ μέχρι τῶν καλουμένων Συκῶν τὴν ἔλασιν ἐποιήσατο, πάντα δῃῶν, πάντα πυρπολῶν· οὐδὲν ἕτερον ταῖς φαντασίαις ἔχων, ἢ τὴν πόλιν αὐτὴν ἐξελεῖν, ᾗ τῆς βασιλείας κρατῆσαι. ὁ δὲ Συκαῖς δὲ αὐτῷ σκηνησαμένου, φέλλεται πρὸς τοῦ βασιλέως Μαρῖνος ὁ Σύρος, ὃν πρόσθεν ἐμνήσθημεν, μετὰ νηίτου στρατοῦ πολεμήσων τῷ Βιταλιανῷ. σωήτην οὖν ἄμφω τὼ στρατὼ, ὁ μὲν ἐπὶ πρύμναν τὰς Συκὰς, ὁ δὲ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἔχων. καὶ πρῶτον μὲν ἀνεκώχευον· εἶτα μετὰ τοὺς ἔκπλους ᾗ τὰς ἀκροβολισμοὺς μεταξὺ τῶν δυοῖν στρατοπέδοιν, ναυμαχίας καρτερᾶς συστάσης πρὸς τὰ καλούμενα Βυθάρια, φεύγει μὲν πρὸς τροπαίου πρύμναν κρουσάμενος ὁ Βιταλιανὸς, τὰ πολλὰ τῆς δυνάμεως ἀποβαλών. φεύγουσι δὲ ᾗ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ὅπως τάχιστα, ὡς μηδένα πολέμιον ἀνὰ
3 τὴν ἐξῆς [3] περὶ τὸν Ἀνάπλουν, ἢ πρὸς τὴν πόλιν αὐτὴν θύρεθῆναι. φασὶ δ' οὖν τὸν Βιταλιανὸν ἐν Ἀγχιάλῳ τινὰ χρόνον διατρίψαι, τὴν ἡσυχίαν ἄγοντα. ἐπέδραμε δ' καὶ ἕτερον γένος Οὐννικὸν,
4 [4] διαυθὲν τὰς Καππαδοκῶν πύλας. πέπυσθε δὲ

CAPUT XLIII.

De Vitaliani Tyrannide.

Porro adversus Anastasium Vitalianus insurrexit, ortus ex Thracia. Qui cum Thraciam ac Mœsiam usque ad Odessum atque Anchialum urbes vastasset, ad regiam urbem contendit, innumerabilem ducens multitudinem gentium Hunnicarum. Contra hunc missus est ab Imperatore Hypatius. Qui cum à suis proditus, vivus in potestatem hostium venisset, & ingenti pretio post modum redemptus esset, totius belli administratio Cyrillo commissa est. Ac primum quidem, prælio ancipiti pugnatum. Deinde cum varias vicissitudines habuisset pugna, tam in persequendo, quam pedem referendo, & Cyrillus superior fuisset, repente impetu facto hostes irruere cœperunt, militibus Romanis sponte terga vertentibus. Hoc modo Vitalianus Cyrillum in urbe Odesso cepit: Et cuncta igni ac ferro devastans, usque ad Sycas pervenit, nihil aliud meditans quam ut urbem regiam caperet, & Imperium occuparet. Sycis ergo cum Vitalianus tabernaculum suum fixisset, Marinus Syrus cujus supra mentionem feci, cum navalibus copiis ab Imperatore missus est contra illum pugnaturus. Ambo igitur exercitus sibi invicem oppositi steterunt: alter à tergo Sycas habens, alter Constantinopolim. Ac primo quidem quasi pactis induciis quievere. Deinde post aliquot excursus & missilium utrimque jactus, navali pugna acriter commissa circa loca quæ dicuntur Bytharia, Vitalianus conversa puppe, fugam arripuit, cum multos è suo exercitu amisisset. Idem factum est ab iis qui partes illius sequebantur, tanta cum celeritate, ut postridie nemo ex hostibus circa Anaplum aut ad ipsam urbem Regiam repertus sit. Posthæc Vitalianus, ut aiunt, aliquanto temporis spatio in urbe Anchialo commoratus, quiete se continuit. Alia præterea Hunnorum gens Caspias portas transgressa, in provincias Imperii Romani incursionem fecit. Per idem tem-

Vitalianus.

Hypatius.

Cyrillus.

Marianus.

Valesii Annotationes.

fecto (sic enim vocat) navali pugna superatum esse Vitalianum tyrannum, ope speculorum quorundam incendiariorum, quæ à Proclo Philosopho erant fabricata. Ex quibus verbis quidam suspicari possent, hunc esse Marinum Syrum discipulum Procli Philosophi. Certe Nicephorus quoque in cap. ultimo libri xv. hunc Marinum Syrum appellat. Ego tamen Marinum illum Syrum qui Præfectus Prætorio fuit temporibus Anastasii, distinguendum esse existimo à Marino Syro Philosopho qui vitam Procli conscripsit. Hic enim religione Gentilis fuit, ut discimus ex veteri Epigrammate quod legitur in anthologia. Ille vero Christianus fuit, ut constat ex Marcellino.

1 Μέχρις ὀδυσσοῦ] Scribendum est ὀδησσοῦ. Sic enim vocatur à Diodoro Siculo & à Strabone ac Stephano Nummi quoque veteres ita scribunt, ut jampridem notavi ad librum 27. Ammiani Marcellini pag. 334. Plerique tamen Scriptores, tam Græci quam Latini, Odyssum eam vocant, quasi ab Ulysse dicta esset. Certe Joannes Langus Ulyssopolim interpretatus est, quam Nicephorus ὀδυσσὸν dixerat in cap. 38. libri 16.

2 Ἐπισφάδην πάλιν δίωξις] Scribendum puto unica voce παλινδίωξις. Idem error extat apud Nicephorum in capite 38. libri 16. ἀγχωμάλου δὲ τῆς μάχης γεγενημένης, καὶ πολλὰς τὰς τροπὰς, καὶ πάλιν διώξεις λαβούσης. Quid sit autem ἐπισφάδην optime docet Suidas in ea voce. Certe in codice Telleriano diserte scriptum inveni παλινδίωξις.

3 Περὶ τὸν ἀνάπλουν] Locus erat ita dictus, ut testatur Marcellinus in Chronico indictione 4. Placido solo Cos. *Theodoricus Triarii filius rex Gothorum, assitis suis usque ad Anaplum quarto urbis milliario advenit.* Ejusdem mentio fit à Stephano in voce γυναικόπολις. Ἔστι καὶ γυναικῶν λιμὴν περὶ τὴν λεγομένην φιδάλειαν τὴν μεταξὺ ἀνάπλου καὶ τοῦ λεωδενείου.

4 Περαιωθὲν τὰς Καππαδοκῶν πύλας] Hunni Caspias portas transgressi, in Armeniam, Cappadociam & Pontum irruperunt, Anthemio & Florentio Coss. anno Christi 515. ut scribunt Marcellinus & Victor Thunonensis in Chronico. Dicebantur autem Sabiri teste Cedreno, vel Saberi: sic enim legendum est apud Theophanem. Ex quibus scribendum videtur hoc loco περαιωθὲν τὰς καττίας πύλας. Certe Nicephorus in cap. 38. hunc Evagrii locum ita ex-

Variorum.

a Βιταλιανὸς] Vitalianus Patricioli filius, rebellionem contra Anastasium orsus est anno 510. quæ exstincta est anno 516.

SÆC. V. pus Rhodus nocte intempesta, ingenti terræ motu jam tertium concussa est.

Rhodus terra motu concussa.

CAPUT XLIV.

Quomodo ingens seditio in populo excitata sit, cum Anastasius in hymno trisagio has voces addere voluisset: Qui crucifixus es pro nobis. Quod metuens Anastasius, simulatione usus, statim plebis animos commutavit. Item de obitu ejusdem Anastasii.

CONSTANTINOPOLI vero, cum Imperator in hymno Trisagio has voces adjicere voluisset: Qui crucifixus es pro nobis: gravissima seditio exorta est, perinde quasi Christiana religio funditus everteretur. Hujus seditionis principem atque auctorem fuisse Macedonium & Clerum urbis Constantinopolitanæ, scribit Severus in Epistola ad Sotericum. Quam quidem Epistolam scripsit, cum nondum Episcopatum adeptus esset, sed in urbe Regia adhuc moraretur, eo scilicet tempore, quo una cum aliis pluribus, ut supra retulimus, ex suo Monasterio ejectus est. Ob hanc autem calumniam, præter alias causas quas antea commemoravi, Macedonium sede sua expulsum fuisse existimo. Hanc igitur ob causam commota plebs, cum amplius cohiberi non posset, multi nobilium atque honoratorum in extremum discrimen venerunt, & multa insignia urbis loca igni consumpta sunt. Cumque populus rusticum quemdam qui monasticam excolebat vitam, in ædibus Marini

Additamentum ad Trisagium. plebem incendit.

τῶν σεισμῶν ἐξαισίων ἀνὰ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις καὶ ἡ Ῥόδος, τρίτον ἐκεῖνο πάθος, ἀωρὶ τ νυκτῶν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΔ'.

Ὡς Ἀναςάσιος ἐν τῷ τεισαγίῳ ὕμνῳ τὸ, ὁ ςαυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, βυληθεὶς προσθεῖναι, ςάσις ἐν τῷ δήμῳ καὶ ταραχὴ γέγονεν· ὅθεν φοβηθεὶς, ἐπανεκινάμυος ταπείνωσιν, ταχὺ τὰς γνώμας τοῦ δήμυ μετέβαλε. καὶ περὶ τοῦ θανάτου Ἀναςασίυ.

Ἀνὰ δὲ τὸ Βυζάντιον, προσθήκην τοῦ βασιλέως [2] ἐν τῷ Τεισαγίῳ βυληθέντος ποιήσασθαι τὸ, ὁ ςαυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, μεγίςη ςάσις γέγονεν, ὡς τὰ μάλιςα τῆς Χριςιανῆς θρησκείας ἀθετουμένης· ἧς ἡγήτωρ καὶ προςάτης γενέσθαι τὸν Μακεδόνιον, καὶ τὸν ὑπ' αὐτὸν κλῆρον, Σευῆρός φησι πρὸς Σωτήριχον γράφων, [b] οὔπω μὲν ἱεραπικοῦ τετυχηκὼς θρόνυ, [2] ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας διατάμυος, [3] οὔτε τῷ κατ' αὐτὸν, ὥς μοι λέλεκται, σὺν ἑτέροις ἀπηλάθη μοναςηρίου· πρὸς τοῖς λεχθεῖσι, καὶ ἐκ πύπων οἶμαι τῶν Ἀλεξόλων τὸν Μακεδόνιον ἐκβεβλῆθαι. ἐντεῦθεν ἀκάθεκτα τῷ δήμῳ Φερομένου, οἵ τε ἐν ἀξιώσει τελοῦντες μετὰ τῶν ἐσχάτων κεκινδυνεύκασι, καὶ πολλοὶ τῶν ἐπισήμων ἐφλέχθησαν τόποι· καί τινα δὲ χωρίον, μοναδικὸν μετιόντα βίον θυρῶν ὁ λεὼς ἀνὰ τοὺς οἴκους Μαρίνυ τῷ

VALESII ANNOTATIONES.

pressit. καὶ ἄλλο δὲ χάνος οὐνικὸν τὴν Ῥωμαίων ἐπέδραμε, περαωσάμενον γὰρ τὰς κασπίας πύλας τὴν ἕω διῄλθεν. Per has Caspias portas Hunni in Romanorum Provincias erumpere solebant, ut docet Procopius in lib. 1, Persicorum. Ubi angustias illas egregie describit, & ab Alexandro Macedone olim munitas fuisse testatur. Unde lucem accipit locus Hieronymi in Epitaphio Fabiolæ qui sic habet. *Ecce subito discurrentibus nuntiis, Oriens totus intremuit: ab ultima Mæotide inter glacialem Tanaim, & Massagetarum immanes populos, ubi Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunnorum examina.*

1 Σεινῆος ποιὸς σωτήριχον χεάφων] Hic Sotericus Episcopus erat Cæsareæ Cappadociæ, à Macedonio Constantinopolitano Episcopo ordinatus. Qui postmodum ad partes Eutychianorum transgressus, impio Xenaiæ sese adjunxit, ut scribit Theophanes in Chronico. Proinde non mirum est, Severum Eutychianorum antesignanum ad Soterichum sui similem literas scripsisse, & in iis Macedonium Catholicum Episcopum insimulasse, tanquam seditionis auctorem. Ipse potius Severus seditionis hujus auctor fuit, qui Anastasio Principi persuaserat, ut Trisagio hymno hanc clausulam adjiceret: *Qui crucifixus es pro nobis, miserere nobis*, quemadmodum scribit Cedrenus in Chronico. Porro hunc Trisagium hymnum Proclus Constantinopolitanus Episcopus ab Angelis edoctus fuerat. Quem simul atque sacerdos ad altare accesserat, hieropsaltes è pulpito canere incipiebat hoc modo, ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ut scribit Jovius Monachus in libro 6. apud Photium in Bibliotheca. Ob hunc hymnum graves postea tumultus in Ecclesia exorti sunt, cum Orientales quidem huic hymno subjicerent hanc clausulam, ὁ ςαυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ad Jesum Christum eam referentes: Constantinopolitani vero & Occidentales additamentum illud rejicerent, ne qua passio Trinitati consubstantiali tribueretur: ejusque loco accinerent ἁγία τριὰς ἐλέησον ἡμᾶς, ut docet Ephræmius Patriarcha Antiochenus apud Photium in Bibliotheca. Recte ergo faciebat Macedonius, qui morem à Proclo traditum retinens, additamentum illud respuebat.

2 Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας] Male Christophorsonus hunc locum ita vertit, *vitam in aula Imperatoria degebat.* Eundem quoque errorem admisit Nicephorus, qui hæc Evagrii verba sic exposuit, ἐπὶ δὲ τοῖς ἀνακτόροις συδιαιτώμυος. Verum in Evagrio scribendum est, ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείου, id est, *in urbe Regia.* Sic enim Evagrius Constantinopolim vocare solet, ut supra notavi. Sed & in superiori capite ita eam appellat.

3 Οὔπ τοῦ καθ' αὐτὸν] Procul dubio scribendum est ὅπ τοῦ καθ' αὐτὸν &c. quemadmodum etiam legit Nicephorus. Sic enim hæc Evagrii verba expressit. καθ' ὃν καιρὸν ὁπηνίκα τοῦ καθ' αὐτὸν ἀπηλάθη μοναςηρίου. Miror tamen id ab Interpretibus, Musculo scilicet & Christophorsono, animadversum non fuisse.

VARIORUM.

a Ἐν τῷ τρισαγίῳ] Τρισάγιος is appellatur Hymnus, quo vox ἅγιος ter repetitur, his verbis, ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Quem quidem hymnum Græci multis retro seculis, vel de lecto surgentes, vel Deo adorando se accingentes, vel mentes suas ad superna attollere volentes, recitare consueti sunt: quo etiam singulas in sacrosancta Trinitate personas adorant. Nam ἅγιος ὁ Θεὸς ad Patrem, ἅγιος ἰσχυρὸς ad Filium, ἅγιος ἀθάνατος ad Spiritum Sanctum refertur; ut docet Joan. Damascenus in epistola de Trisagio, & de orthod. fid. lib. 3 cap. 10. Petrum Fullonem hæc verba ὁ ςαυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, Trisagio inseruisse, cum Balsamone plures alii consentiunt. *Guil. Beveregius annot. ad Canonem* 81. *Concilii Trullani.*

b Οὔπω μὲν θρόνυ ἱεραπικοῦ τετυχηκὼς] Ergo hæc ad priores tumultus anno 511, CPoli excitatos referenda sunt, cum nondum adeptus esset sedem Antiochenam Severus, quam anno sequente invasit. Utroque enim anno graves tumultus exorti sunt ob clausulam, *Qui crucifixus es pro nobis, miserere nostri*, hymno Trisagio adjectam. Vid. Pagium ad ann. 511. n. 2, &c. 512. n. 8, 9. *W. Lowth.*

Σύρου,

Σύρου, τῷ κεφαλῷ ἀπέτεμε· λέγων, ὑποθήκας ταύτας τῷ ῥήσιν προσεθῆναι· καὶ κοντῷ περαρτήσας ἀνέφερεν ἐπιπωθάζων, ὡς αὐτὸς ἄρα τῆς τελάδος ἐπίβουλος εἴη. καὶ οὕτω τὰ τῆς στάσεως ἤρθη, πάντα λητζομένης καὶ πᾶσαν ἰσχὺν ὑπερβαίνοις, ὡς τὸν βασιλέα πρὸς ἀνάγκης οἰκτιζόμενον, στέφανον ἄνευ τοῦς τὴν ἱπποδρομίαν ἀφικέσθαι, κήρυκάς τε τῷ δήμῳ ἀπεμψαθαι βοῶντας, ὡς καὶ τὴν βασιλείαν ἑτοιμότατα μὴ ἀποτίθεται· τῶν ἀδυνάτων δὲ καθεξάναι πάντας ἐπὶ ταύτῃ ἀναξη-
a ναι, ἤκιστα πολλῶν [a] ἀνεχομένων. ἕνα δὲ πάντως τυγχάνειν τὸν μετ' αὐτὸν ταύτῃ ἀκυβερνήσοντα. ἅπερ θεασάμενος ὁ λεὼς, ὥσπερ ἔκ τινος θείας ῥοπῆς μετετίθετο, καὶ παρεκάλει τὸν Ἀναστάσιον τὸν στέφανον περιθέσθαι, ὑποχόμενος τῷ
1 ἡσυχίαν ἄγειν. οἷς ὀλίγον ἐπιβιώσας χρόνον ὁ Ἀναστάσιος, ἐπὶ τὴν ἑτέραν μετῳκίσατο βιοτὴν,
b ἔτεσιν ἑπτὰ καὶ εἴκοσι τοῖς τελεσὶ μησὶ [b] καὶ ἡμέραις ἴσαις, τὴν Ῥωμαίων διέθυνας βασιλείαν.

Syri reperiſſet, caput ei amputavit, voces illas ejus ſuaſu hymno adjectas eſſe dicens. Caput quoque illius conto præfixum circumferens, illudendo clamabat, hoſtem Trinitatis illum eſſe. Porro ſeditio, univerſa devaſtans, omnique robore oppoſito ſuperior, tantopere crevit, ut Imperator neceſſitate compulſus, miſerandum in modum abſque Imperiali corona ad certamen equeſtre, quod in Circo edendum erat, acceſſerit, & præcones ad populum miſerit qui proclamarent, ſe quidem libentiſſime Imperio cedere, verum fieri non poſſe ut omnes ſimul Imperium obtinerent, quod multos conſortes haudquaquam patitur: unumque omnino eſſe qui poſt ipſum Imperio potiturus ſit. Quæ cum populus animadvertiſſet, repente quaſi divino quodam impulſu actus, conſilium mutavit, hortatuſque eſt Anaſtaſium, ut coronam capiti imponeret, pollicitus ſe deinceps quieturum. Poſthæc Anaſtaſius cum brevi admodum tempore ſuperſtes vixiſſet, ad alteram vitam migravit: cum per annos viginti ſeptem ac menſes tres dieſque totidem, Imperium Romanum adminiſtraſſet.

Seditio.

Anaſtaſii Imp. obitus.

Τέλος τοῦ γ'. Τόμου τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Εὐαγρίου.

Finis Libri tertii Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Evagrii.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὀλίγον ἐπιβιώσας] Immo ſeptem integros annos poſt hanc ſeditionem vixit Anaſtaſius.

VARIORUM.

a Ἀνεχομένων] Legendum ἀνεχομένης. *W. Lowth.*

b Καὶ ἡμέραις ἴσαις] Juxta rationes Ant. Pagii, Anaſtaſius regnavit annos 27 & menſes tres, demtis totidem diebus. Vide ipſum ad ann. 518. quo mortuus eſt Anaſtaſius, n. 2. Hæreſim Eutychianam amplexus, inter præcipuos Eccleſiæ hoſtes à quibuſdam numeratur. Eodem anno, & eadem die qua obiit Anaſtaſius, ſc. nona menſis Julii, ſuffectus eſt Juſtinus in ejus locum. *W. Lowth.*

ΤΑΔΕ

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΤΕΤΑΡΤΩ ΤΟΜΩ ΤΗΣ ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Εὐαγρίου σχολαστικοῦ.

α΄ Περὶ τῆς Ἰουστίνου τοῦ πρώτου βασιλείας.

β΄ Περὶ Ἀναστασίου τοῦ εὐνούχου καὶ Θεοκρίτου, ὅπως τε τούτους ὁ Ἰουστῖνος ἀνεῖλεν.

γ΄ Ὡς Βιταλιανὸν ἀνεῖλε δόλῳ ὁ Ἰουστῖνος.

δ΄ Ὅπως καὶ Σευῆρον ἐξελάσας, Παῦλον ἀντεισήγαγεν· μετολίγον δὲ καὶ Εὐφρασίους τὸν Ἀντιοχείας θρόνον κατέσχεν.

ε΄ Περὶ τῶν γεγονότων ἐμπρησμῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ καὶ σεισμῶν, ὅτε καὶ Εὐφρασίους συληθεὶς ἐτελεύτησε.

ς΄ Περὶ Ἐφραμίου τοῦ μετὰ Εὐφρασίου.

ζ΄ Περὶ Ζωσιμᾶ καὶ Ἰωάννου τῶν θαυματουργῶν.

η΄ Περὶ καθολικῶν παθημάτων.

θ΄ Ὡς Ἰουστῖνος ἐπὶ ζωῆ συμβασιλεύειν αὐτῷ τὸν Ἰουστινιανὸν εἵλετο.

ι΄ Ὅτι Ἰουστινιανὸς μὲν, τοὺς τὴν Χαλκηδόνων σύνοδον ἀποδεχομένους ἠγάπα· Θεοδώρα δὲ τοὺς ἐναντίους ἔστεργεν.

ια΄ Ὡς Ἄνθιμον τὸν Κωνσταντινουπόλεως ὁ Σευῆρος διέφθειρε, καὶ Θεοδόσιον τὸν Ἀλεξανδρείας· οὓς ὁ βασιλεὺς ἐξελάσας, ἑτέρους κατέστησεν.

ιβ΄ Ἐκ τῆς ἱστορίας Προκοπίου Καισαρέως περὶ Καβάδου τοῦ Περσῶν βασιλέως, καὶ Χοσρόου υἱοῦ αὐτοῦ.

ιγ΄ Περὶ Ἀλαμουνδάρου, καὶ Ἀζαρέτου, καὶ τῆς ἐν Βυζαντίῳ στάσεως, τῆς ἐπίκλην λαβύσης τὸ νίκα.

ιδ΄ Περὶ Ὀνωρείχου τοῦ Βανδίλων ἄρχοντος, καὶ τῶν γλωσσοτομηθέντων Χειστιανῶν παρ' αὐτοῦ.

ιε΄ Περὶ Καβαώνου τοῦ Μαυρουσίου.

ιϛ΄ Περὶ τῆς Βελισαρίου τοῦ Βανδίλων ἐκστρατείας, καὶ τῆς τούτων ἐξολεθρεύσεως.

ιζ΄ Περὶ τῶν ἀπὸ Ἀφρικῆς ἐλθόντων λαφύρων.

ιη΄ Περὶ τῶν ἀπὸ προσώπου Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἀποφυγόντων Φοινίκων.

ιθ΄ Περὶ Θευδερίχου τοῦ Γότθου καὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ συμβάντων ὑπ' αὐτοῦ ἄχρι τῶν χρόνων Ἰουστινιανοῦ, καὶ ὡς πάλιν ἡ Ῥώμη ὑπὸ Ῥωμαίοις γέγονεν, Οὐϊτίγιδος Φυγόντος ὑπὸ αὐτοῦ.

κ΄ Ὡς οἱ λεγόμενοι Ἕρουλοι, ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουστινιανοῦ ἐχειστιάνισαν.

κα΄ Ὡς πάλιν ὑπὸ Γότθοις γενομένην τὴν Ῥώμην, αὖθις ὁ Βελισάριος ἀνεσώσατο.

κϐ΄ Ὡς καὶ Ἀβασγοὶ τὸν αὐτὸν ἐχριστιάνισαν.

κγ΄ Ὡς καὶ οἱ τὴν Ταναΐν οἰκοῦντες, τὸν αὐτὸν ἐχειστιάνισαν· καὶ περὶ σεισμῶν ἐν Ἑλλάδι καὶ Ἀχαΐᾳ γενομένων.

κδ΄ Περὶ Ναρσοῦ τοῦ στρατηγοῦ, καὶ θεοφιλείας αὐτοῦ.

κε΄ Ὡς ὁ Χοσρόης Φθόνῳ ταχεῖς ἐπὶ ταῖς εὐημερίαις Ἰουστινιανοῦ, τὸν Ῥωμαίων ἐστράτευσε, καὶ πλείστας πόλεις καθεῖλε Ῥωμαϊκὰς, ἐν αἷς καὶ τὴν μεγάλην Ἀντιόχειαν.

κϛ΄ Περὶ τοῦ γεγονότος θαύματος ἐν Ἀπαμείᾳ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ.

κζ΄ Περὶ τῆς εἰς Ἐδδέσσαν ἐκστρατείας Χοσρόου.

κη΄ Περὶ τοῦ γεγονότος ἐν Σεργίου πόλει θαύματος.

κθ΄ Περὶ τοῦ λοιμικοῦ πάθους.

λ΄ Περὶ τῆς Φιλοχρηματίας, καὶ ἀπληστίας Ἰουστινιανοῦ.

λα΄ Περὶ τοῦ μεγάλου ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας, καὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων.

λϐ΄ Περὶ τῆς ἐν τῷ κυαμῷ χρώματι τοῦ βασιλέως μανίας μᾶλλον ἢ Φιλίας.

λγ΄ Περὶ Βαρσανουφίου τοῦ ἀσκητοῦ.

λδ΄ Περὶ Συμεὼν μοναχοῦ, τοῦ ἁγίου Χριστοῦ σαλοῦ.

λε΄ Περὶ Θωμᾶ μοναχοῦ, καὶ αὐτοῦ ὁμοίως προσποιητοῦ ζαλοῦ.

λϛ΄ Περὶ Μηνᾶ τοῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ γεγονότος τὸν αὐτὸν θαύματος εἰς τὸ τοῦ Ἑβραίου παιδίον.

λζ΄ Τίνες καθ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν μεγάλων πόλεων ἦσαν ἐπίσκοποι.

λη΄ Περὶ τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς πέμπτης συνόδου, καὶ ἁγίᾳ ποίαν αἰτίαν συνέστη.

λθ΄ Ὡς Ἰουστινιανὸς τῆς ὀρθῆς δόξης ἀποστατεῖ, ἄφθαρτον τοῦ Κυρίου τὸ σῶμα ἐπρέσβυσεν.

μ΄ Περὶ Ἀναστασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας.

μα΄ Περὶ τοῦ θανάτου Ἰουστινιανοῦ.

IN

IN QUARTO LIBRO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ Evagrii Scholaſtici hæc continentur.

CAP. I. De Imperio Juſtini ſenioris.

II. De Amantio Eunucho, & de Theocrito; & quomodo à Juſtino interfecti ſunt.

III. Quomodo Juſtinus Vitalianum per fraudem interemit.

IV. Qualiter Juſtinus pulſo Severo, Paulum in ejus locum ſubſtituit: & quomodo Euphraſius paulo poſt Antiochenam ſedem obtinuit.

V. De Incendiis & terræ motibus qui Antiochiæ contigerunt: quibus obrutus Euphraſius interiit.

VI. De Ephremio Euphraſii ſucceſſore.

VII. De Zoſima & Joanne qui miraculis claruerunt.

VIII. De totius orbis calamitatibus.

IX. Quomodo Juſtinus adhuc vivens, Collegam Imperii Juſtinianum aſſumpſit.

X. Qualiter Juſtinianus quidem eos amabat qui Chalcedonenſem ſynodum amplecterentur: Theodora vero eos qui ſynodum illam improbarent.

XI. Quomodo Severus Anthimum Conſtantinopolis Epiſcopum & Theodoſium Epiſcopum Alexandriæ preverterit, quibus ſede ſua expulſis, Juſtinianus alios ſubſtituit.

XII. De Cavade Perſarum rege, & de filio ejus Choſdroe, ex libris hiſtoriarum Procopii Cæſarienſis.

XIII. De Alamundaro & Azareto: & de ſeditione quæ orta eſt Conſtantinopoli, cui cognomen inditum fuit Νίκα.

XIV. De Hunerico Vandalorum rege, & de Chriſtianis quibus linguam præcidi juſſit.

XV. De Cabaone Mauro.

XVI. De Beliſarii expeditione adverſus Vandalos, eorumque internecione.

XVII. De ſpoliis quæ relata ſunt ex Africa.

XVIII. De Phœnicibus qui fugati ſunt à Jeſu filio Nave.

XIX. De Theodorico Gothorum rege, & de his quæ illo regnante uſque ad Juſtiniani tempora Romæ acciderunt: utque Roma iterum in Romanorum poteſtatem venerit, cum Vitiges illinc aufugiſſet.

XX. Quomodo Juſtiniani temporibus Eruli Chriſtianam fidem amplexi ſint.

XXI. Quomodo Beliſarius urbem Romam quam Gothi iterum ceperant, recuperavit.

XXII. Quomodo iiſdem temporibus, Abaſgi quoque Chriſtianam fidem amplexi ſunt.

XXIII. Quomodo etiam Barbari qui Tanaim accolunt, Chriſtianam religionem amplexi ſint. Item de terræ motibus qui in Græcia & Achaia contigerunt.

XXIV. De Narſe Magiſtro militum, & de ejuſdem pietate.

XXV. Quomodo Choſdroes ob res proſpere à Juſtiniano geſtas invidia ſtimulatus bellum intulit Romanis, multaſque urbes Imperii Romani, atque in his magnam Antiochiam deſtruxit.

XXVI. De pretioſi ac vivifici ligni Sanctæ crucis miraculo, quod Apamiæ factum eſt.

XXVII. De Choſdrois expeditione adverſus Edeſſam.

XXVIII. De Miraculo quod factum eſt Sergiopoli.

XXIX. De peſtilenti morbo.

XXX. De inexplebili avaritia Juſtiniani.

XXXI. De magna Eccleſia ſanctæ Sophiæ & Sanctorum Apoſtolorum.

XXXII. De Juſtiniani furore potius quam benevolentia erga factionem Venetorum.

XXXIII. De Barſanuphio Monacho.

XXXIV. De Symeone Monacho, qui propter Chriſtum ſtultitiam ſimulavit.

XXXV. De Thoma Monacho, qui ſtultitiam ſimulavit.

XXXVI. De Mena Patriarcha, & de miraculo quod factum eſt in puero cujuſdam Hebræi.

XXXVII. Quinam eo tempore fuerint maximarum urbium Epiſcopi.

XXXVIII. De ſancta & univerſali ſynodo quinta, & quam ob cauſam congregata ſit.

XXXIX. Quomodo Juſtinianus à recta fide deſciſcens, corpus Domini incorruptibile aſſeruit.

XL. De Anaſtaſio Archiepiſcopo Antiochiæ.

XLI. De obitu Juſtiniani.

EVAGRII SCHOLASTICI EPIPHANIENSIS Et ex præfectis, ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER QUARTUS.

ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΕΩΣ Καὶ ἀπὸ ἐπάρχων, ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΤΟΜΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

CAPUT I.

De Imperio Justini Senioris.

ANASTASIO igitur ex hac luce ad meliorem sortem translato, Justinus genere Thrax Imperialem purpuram sumpsit, die nono mensis Panemi, qui à Romanis Julius dicitur, anno urbis Antiochiæ quingentesimo sexagesimo sexto: Imperator renuntiatus à militibus qui ad principis custodiam erant deputati, & quibus ipse præerat, cum esset comes excubitorum. Porro Imperium adeptus est præter omnium expectationem, cum multi essent ex propinquis Anastasii, viri nobiles ac beati, omnemque eam potentiam consecuti quæ Imperatoriam dignitatem ipsis comparare posset.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ τῆς Ἰουστίνου τοῦ πρώτου βασιλείας.

ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ δὲ, ὥς μοι λέλεκται, τοῖς τῶν ἀμείνω μεταχωρήσαντος λῆξιν, Ἰουστῖνος Θρᾷξ γένος, τῇ ἀλυργεῖ ἀμπεχόνῃ χρῆται, σὺν ἀτῷ ἄρχοντος τοῦ Πανέμου μηνὸς, ὃς Ἰούλιος παρὰ Ῥωμαίων ὀνόμασται, χρηματίζοντος τῶν Ἀντιόχου ἔτους ἑξηκοστοῦ καὶ πεντακοσιοστοῦ ἔτους, ὑπὸ τῶν βασιλικῶν σωματοφυλάκων ἀναρρηθεὶς, ὧνπερ καὶ ἦρχεν, ἡγεμὼν τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων καθεστώς. παρείθετο δὲ τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτοκράτορα, πάσης ὑπέρτερον ἐλπίδος, ὅπερ πολλοὶ καὶ ἔξοχοι καὶ πρὸς πᾶσαν εὐδαιμονίαν ἥκοντες, καθειχήκεισαν τῆς Ἀναστασίου συγγενείας, πᾶσάν τε δύναμιν ἐφελκόμενοι, τοσαύτην αὐτοῖς ἔχειν περιβαλεῖν ἐξισχύσαν.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἡγεμὼν τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων] Id est, *magister officiorum.* Sic enim Græci eam dignitatem exponere solent. Jordanes tamen in libro de successione regnorum, Justinum non ex magistro officiorum, sed ex Comite excubitorum, Imperatorem à Senatu electum esse scribit. Cui consentit auctor Chronici Alexandrini, & vetus Chronographus quem olim edidi ad calcem Historiarum Ammiani Marcellini. Procopius in Anecdotis pag. 28. de Justino Imperatore loquens adhuc privato, ita scribit. ἄρχοντα γὰρ αὐτὸν Ἀναστάσιος βασιλεὺς κατέστησατο τῶν ἐν παλατίῳ φυλάκων, Id est, *Anastasius Imperator eum comitem excubitorum creavit.* Idem Procopius Justinum, non Thracem, ut Evagrius & Cedrenus ac Zonaras, sed Illyrium facit, natum oppido Bederiana. Theophanes quoque Justinum Illyrium fuisse dicit. Auctorem vero Chronici Alexandrini satis mirari non possum, qui cum eum Bederianitem faciat, Thracem tamen nominat. *

VARIORUM.

* Bene est, inquit Nic. Alemannus. Nam Bederiana in limitaneis Illyriæ Thraciæque agris sita erat. Porro sæpissime fit, ut quæ urbes duarum provinciarum vel fines terminant, vel circa fines sunt, in ambarum partes aliquando ab auctoribus nullo discrimine admittantur: præsertim cum Provinciarum partitiones non eædem apud omnes Geographos & Historicos sint. *Not. in Procopii Historiam arcanam, pag.* 13.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ Ἀμαντίου τῦ Εὐνούχου καὶ Θεοκρίτου, ὅπως τε τούτους ὁ Ἰουστῖνος ἀνεῖλεν.

ΗΝ δὲ ὁ Ἀμάντιος τῶν βασιλικῶν κοιτώνων προεστὼς, ἐς τὰ μάλιστα δυνατός. ὃς ἐπειδὴ μὴ θεμιτὸν ἦν ἄνδρα τῶν ἀνδρείων ἐστερημένον ἐς τὴν Ῥωμαίων παρελθεῖν ἀρχὴν, ἐβούλετο Θεόκριτον πιστὸν οἱ τυγχάνοντα, τὸν φοῖνικα τῆς αὐτοκράτορος ἀρχῆς ἐπιβάλλεσθαι. ὁ δὴ τὸν Ἰουστῖνον μεταπεμψάμενος, χρήματα οἱ μεγάλα δίδωσι, διανείμαι κελεύσας τοῖς ἐς τοῦτο μάλιστα ἐπιτηδείοις, οἵοις τε ἦσι τὸ ἀλυσγὲς χρῆμα τῷ Θεοκρίτῳ περιθεῖναι. ὃς εἴτε τὸν δῆμον τοῖς χρήμασιν ἐξωνησάμενος, εἴτε τὴν τῶν καλουμένων ἐκσκηβίτωρων εὔνοιαν, φασὶ γὰρ ἐπ' ἀμφότερα, τὴν ἀρχὴν περιεβάλετο. αὐτίκα γοῦν μεθ' ἑτέρων, τόν τε Ἀμάντιον Θεόκριτόν τε ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνισεν.

CAPUT II.

De Amantio Eunucho & de Theocrito. Et quomodo à Justino interfecti sunt.

ERAT tunc Præpositus sacri cubiculi Amantius quidam, summa vir potentia præditus. Qui quoniam, ut pote Eunuchus, Imperio Romano præesse ipse non poterat, Theocrito cuidam quem sibi fidissimum existimabat, Imperialem coronam imponere cupiebat. Justino igitur ad se accersito magnam pecuniæ vim tradidit, jubens ut eam divideret iis qui ad hanc rem conficiendam erant idonei, & qui Theocrito purpuram conciliare poterant. Justinus vero, sive populi suffragia, sive Excubitorum benevolentiam ea pecunia cum redemisset; utrumque enim dicitur; Imperium assumpsit. Qui continuo Amantium & Theocritum cum aliis nonnullis è medio sustulit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

[a] Ὡς Βιταλιανὸν ἀνεῖλε δόλῳ ὁ Ἰουστῖνος.

1 ΤΟν δέ γε Βιταλιανὸν ἐπὶ τῆς Θράκης ποιούμενον, ὃς Ἀναστάσιον ἐξώσας τῆς βασιλείας ἐβιάσθη, πρὸς τὴν Κωνσταντίνου μεταπολεῖταν πόλιν, δείσας μὴ αὐτῷ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἀμφὶ τοὺς πολέμους ἐμπειρίαν, τό τε πρὸς πᾶσι κλέος, καὶ ἰὼν εἴη πρὸ τῆς βασιλείαν ἔφεσιν. βυθυβόλως δὲ ἐπισήσας, ὡς οὐκ ἄλλος αὐτοῦ πρίσεται, μήτε φίλος εἶναι προσποιήσαιτο, καὶ τῷ δόλῳ προσωπεῖον ἀνεξέλεγκτον περιθεὶς, φρατηγὸν αὐτὸν [2] ἑνὸς τῶν καλουμένων πραισέντων ἀναδείκνυσιν. πλείω τῇ πειθοῖ χώραν διδοὺς, ἐπ' ἐξαπάτῃ μείζονι, καὶ ἐς ὑπάτους τὸν Βιταλιανὸν ἀναβιβάζει. [3] ὅστος δὲ ὑπατείας ἐχόμενος, ἐπειδὴ κατὰ τὰ βασίλεια γένοιτο, [4] ἔν τινι μεταυλείῳ θύρᾳ δολοφονηθεὶς ἐπιλύ-

CAPUT III.

Quomodo Justinus Vitalianum per fraudem interemit.

VITALIANUM vero in Thracia degentem, qui Anastasium Imperio exuere conatus fuerat, Constantinopolim evocavit: potentiam quidem ejus & peritiam rei militaris, pervulgatam quoque apud omnes nominis ejus famam, & adipiscendi Imperii cupiditatem reformidans. Cæterum cum sagaci animo prævidisset, se nunquam illum in potestatem suam redacturum esse, nisi amicitiam erga eum simularet: fraudem vultu tegens, ita ut deprehendi non posset, eum Magistrum unius ex duobus excercitibus Præsentis militiæ constituit. Dein persuasioni magis magisque ansam subministrans, quo Vitalianum amplius deciperet, ad Consulatum eum promovit: Vitalianus igitur Consul factus cum in palatium venisset, ad quandam interiorem januam fraudulenter cæsus

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐπὶ τῆς Θράκης ποιούμενον] Nicephorus in libro 17. cap. 1. pro verbo ποιούμενον, substituit ἀφέντα. Ego vero Evagrium scripsisse existimo τὰς ἀφεκτικὰς ποιούμενον. Sed à Librariis duas priores voces omissas esse. Posset etiam scribi σκηνοποιούμενον.

2 Ἑνὸς τῶν καλουμένων πραισέντων] Duo erant exercitus in comitatu Imperatoris Romani, qui præsentes dicebantur, Græcis τὸ πραίσεντον. His præerant duo magistri militum, qui in præsenti, seu præsentales vocabantur. Et in Orientali quidem Imperio, alter ex iis erat magister peditum, alter equitum. In Occidentali autem Imperio uterque erat magister equitum ac peditum. De iis duobus magistris militum præsentalium loquitur Malchus in excerptis Legationum pag. 93. τὸν δὲ ἡνιοχεῖον καθίστασθαι φρατηγὸν δύο φρατηγιῶν τῶν ἀμφὶ βασιλέα, οὕπερ εἰσὶ μίσης. Cæterum Jordanes in libro de successione Regnorum, cum Evagrio nostro consentit, de Justino Imperatore ita scribens, *Fœdusque cum Vitaliano percussit, & ad se evocatum magistrum militum præsentem & Consulem ordinarium fecit.* Vide Meursium in Glossario Græco-Barbaro in voce πραίσεις. In actione 5. Synodi Constantinopolitanæ sub Mæna p. 751. καὶ τῆς φρατηγίας τοῦ θείου πραισέντου ἐκαπέρας δυνάμεως.

3 Οὗτος τῆς ὑπατείας ἐχόμενος] In codice Telleriano ita scribitur hic locus, ὅστος δὲ εἰς ὑπάτους ἐχόμενος.

4 Ἔν τινι μεταυλείῳ θύρᾳ] Musculus hunc locum sic vertit: *In obscuriore quadam Palatii janua dolo occiditur.* Christophorsonus vero ita interpretatur: *In porta quadam post aulam posita. &c.* Joannes autem Langus qui Nicephorum Latine interpretatus est, ita vertit. *Ad quandam in media aula januam dolo occiditur.* Scilicet exprimere volebat vocabulum quo usus est Nicephorus, μεταυλείῳ. Græci duas portas in ædibus pedeplanis habebant,

VARIORUM.

a Ὡς Βιταλιανὸν ἀνεῖλε δόλῳ ὁ Ἰουστῖνος] Justinianus, Justini Imp. nepos, Vitalianum, veritus ne sibi impedimento foret ad Imperium post Justini mortem consequendum, Justino suspectum reddidit, ac de medio tollendum curavit anno Chr. 520. Justini Imp. 3. Procopius in Historia arcana, p. 30. cæde Amantii narrata, quam etiam Justiniano attribuit, hæc subdit: *Illico vocatum mittit* [Justinianus] *Vitelianum tyrannum fide publica, impunitate promissa, & una susceptis Christianorum mysteriis: paulo deinde post, dato suspicioni atque offensioni loco, eum ac necessarios in Aula impie contrucidavit, nihil veritus fidem fallere tam formidandam.*

SÆC. V. occubuit, malorum quibus Imperium Romanum per ſummam contumeliam affecerat, has pœnas perſolvens. Sed hæc quidem poſtea contigerunt.

τησε, ποινὼ τῶν παρ' αὐτοῦ χῆ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς παροινηθέντων, ταύτῳ καλαλαβών. ἀλλὰ 1 ταῦτα μὲ ὕστερον γέγονε.

CAPUT IV.

Qualiter Juſtinus, pulſo Severo, Paulum in ejus locum ſubſtituit: Et quomodo Euphraſius paulo poſt Antiochenam ſedem obtinuit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅπως καὶ Σεβῆρον ἐξελάσας, Παῦλον ἀντισήγαγεν. μετολίγον δὲ καὶ Εὐφράσιος ὁ Ἀντιοχείας θρόνον κατέσχεν.

PRIMO autem Imperii ſui anno, Severum qui Antiochiæ Epiſcopus, ſicut ſupra dictum eſt, fuerat ordinatus, propterea quod Chalcedonenſem ſynodum ſub Anathemate damnare quotidie non ceſſabat, præcipue in Epiſtolis quas ἐνθρονιστικὰς vocant, & in reſponſionibus ad eaſdem Epiſtolas quas ad ſingulos Patriarchas mittebat: quæ quidem ejus Epiſtolæ ſuſceptæ ſunt dumtaxat Alexandriæ à Joanne qui priori Joanni ſucceſſerat, & à Dioſcoro ac Timotheo, & ad noſtram uſque ætatem ſervatæ ſunt; & quia hanc ob cauſam multæ contentiones ortæ fuerant in Eccleſia, & Fidelium populus varias in partes ſciſſus erat: comprehendi juſſit Juſtinus, & linguæ

Τὸν δέ γε Σεβῆρον ὃς τῆς Ἀντιόχου πρόεδρος ἐκεχειροτόνητο, καθὰ τὰ φθάσαντα διηγήσαντο, ἐπειδὴ τῇ ἐν Καλχηδόνι συνόδῳ ἐφ' 2 ἑκάστης ἀναθέματι προσβάλλων οὐκ ἐπαύσατο, ἢ μάλιστά γε ἐν ταῖς καλουμέναις ἐνθρονιστικαῖς 3 συλλαβαῖς, ἢ ταῖς τούτων ἀμοιβαίαις, ἃς διεπέμψατο τοῖς ἑκάστοτε πατριάρχαις, ἐδέχθησαν μόνον ἀνὰ τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν πρὸς Ἰωάννου, τοῦ μετὰ τὸν πρότερον Ἰωάννην, Διοσκόρου τε αὖ 4 καὶ Τιμοθέου, αἱ καὶ μέχρις ἡμῶν διασώζονται· πολλαί τε ἐντεῦθεν κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἐπανέστησαν ἔριδες, καὶ ὁ πιστότατος διῃρέθη λεὼς, κελεύσει Ἰουστίνου 5 a τῷ πρώτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔτει, συλλεθέντα 5 a

VALESII ANNOTATIONES.

Quarum prima, quæ plateam ſpectabat, dicebatur αὔλειος θύρα, ut docet Harpocratio: ſecunda vero, μέσαυλος ſeu μεσαύλειος, eo quod media eſſet inter veſtibulum & atrium, vel quod inter ἀνδρωνῖτιν & γυναικωνῖτιν media eſſet, ut tradit auctor etymologici. Utriuſque portæ mentionem facit Lyſias in oratione pro Eratoſthene de cæde, his verbis. ἀναμνησάρδρου δὲ ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐψόφει ὁ μέσαυλος θύρα καὶ ἡ αὔλειος. Scribendum puto ὁ μέσαυλος καὶ ἡ αὔλειος θύρα. Heliodorus in libro 3. ad calcem, ad eum Lyſiæ locum alludit, cum ait, ἐψόφει τι ἡ μέσαυλος. Quem locum Interpres ita vertit, *Perſtrepebat oſtium atrii.* Ælius Dionyſius in Lexico apud Euſtathium in ἰλιάδος λ', pag. 862. ἀτθικοὶ μὲν τὴν μέσην θύραν μέσαυλον φασι, μάλιστα μὲν τὴν μέσην δυοῖν αὐλαῖν ὡς φησὶν Αἰλίου Διονύσιος, ἣν καὶ μέσαυλον αὐτὸς φησι. Idem ſcribit Scholiaſtes Apollonii ad librum 3. μέσαυλον δέ, inquit, οἱ ἀτθικοὶ τὴν φέρουσιν εἴς τε τὴν ἀνδρωνῖτιν καὶ γυναικωνῖτιν. Et hæc quidem de proprietate hujus vocabuli adnotata ſint, in cujus expoſitione falſus eſt Harpocratio, qui pro Curte illud poſitum eſſe à Lyſia exiſtimavit. Nunc vero ad rem propius accedamus. Scribit Victor Thunonenſis in Chronico, Maximo V. C. Coſſ. *Vitalianus Conſtantinopoli intra palatium, loco quem Delphicum Græco vocabulo dicunt, Juſtiniani Patricii factione dicitur interfectus.* Delphicum porro ædes erat in palatio Conſtantinopoli, in qua Imperatoris erant ſtibadia; ſic dicta à Delphica menſa, cui pocula ſuperponi ſolebant, ut docet Procopius in libro primo Vandalicorum. καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἓν τι βυσσυπίῳ, καὶ ὅπη βασιλέως εἶναι σκάδια ξυνέβαινεν, δίλφικα τοῦτο καλοῦσι τὸ οἴκημα. Erat igitur Delphicum ædes novemdecim accubitorum, juxta quam erat ingens atrium, ſive area, ut infra dicturi ſumus in Annotationibus ad cap. 13. libri 5. In hac igitur area, ſeu curte occiſus eſt Vitalianus in Conſulatu ſuo, anno Chriſti 520. ut docet Marcellinus in Chronico. Nam μέσαυλος, ſeu μεσαύλειος curtem ſignificat, quæ media erat inter Andronitin & Gynæconitin, ut ſupra vidimus ex Harpocratione, & ex Authore Etymologici, & ex Scholiaſte Apollonii. Quod ſi μέσαυλον pro janua accipere malimus, portam Delphici intelligere oportet. Sic Synodus Conſtantinopolitana ſub Mena habita eſſe dicitur ἐν τῷ μεσαύλῳ τῷ δυτικῷ. Id eſt, in occidentali atrio venerabilis ædis beatæ Mariæ Virginis. Cedrenus anno 37. Juſtiniani ait conflagraſſe μεσαύλιον majoris Eccleſiæ, quod Garſonaſtaſium dicitur. Gloſſæ veteres de habitatione, compluvium interpretantur μεσαύλιον. Theophanes in Chronico, pag. 158. ſcribit Juſtinianum ex Meſaulio, ſeu atrio Baſilicæ Illi, ciſternam magnam ædificaſſe. Gloſſæ veteres atrium μεσαύλιον interpretantur. Cæterum quando Concilium in Meſaulio habitum eſſe legimus, non de ſubdivali area intelligendum eſt, ſed de porticibus atrii. Neque enim Epiſcoporum Concilia ſub Divo habebantur.

1 Ταύτῳ καλαλαβών] Mallem ſcribere καλαβαλών. Neque enim Græce dicitur, ποινὼ καλαλαβεῖν, niſi me fallit opinio. Sed rectius eſt καταβαλεῖν, quod Latini dicunt pœnas ſolvere. Ita loquitur Evagrius in c. 32. hujus libri.

2 Ἐφ' ἑκάστης ἀναθέματι] Scribendum eſt ἐφ' ἑκάστης, ut habet codex Tellerianus, & Nicephorus. Sumpſit hæc Evagrius ex libello Monachorum, qui refertur in actione 5. Synodi Conſtant. ſub Mena, pag. 712. τὴν γὰρ ἐν Καλχηδόνι ἁγίαν σύνοδον ἐφ' ἑκάστης ὡς εἰκὸς ἀναθεματίζειν πολεμῶν, κοινώνει τούτῳ, πολλοὺς τῶν συνεδρευσάντων ἐν αὐτῇ κατὰ Χαλκηδόνα ἁγίᾳ συνόδῳ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων ἐν τοῖς ἱεροῖς ἔχων διπτύχοις. Sic enim legendum eſt cum veteri Interprete: idque confirmat Liberatus in Breviario, cap. 19. ita ſcribens de Severo: *Sed vexabatur in Epiſcopatu, tanquam anathematizaret quidem Synodum, nominaret autem Epiſcopos Synodi.*

3 Ἐν ταῖς καλουμέναις ἐνθρονιστικαῖς συλλαβαῖς] Non intellexit hanc vocem Chriſtophorſonus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Et maxime in literis quæ ἐνθρονιστικαὶ, id eſt, quæ de Epiſcopis in ſede Epiſcopali collocandis ſcriptæ ſunt, &c.* Rectius Joannes Langus in cap. 2. libri 17. Nicephori, ſic vertit: *Potiſſimum vero in eis quæ Enthroniſticæ, ſive ſynodales dicuntur, Epiſtolis, &c.* Ita vocabantur Epiſtolæ, quas in Enthroniſmo, id eſt, in exordio Epiſcopatus ſui ad ſe mutuo miſſitabant Patriarchæ. Erant etiam Enthroniſticæ homiliæ, ſeu conciones, quas Epiſcopi in auſpiciis Epiſcopatus ſui primas habebant ad populum. De his Liberatus in cap. 19. ita ſcribit, agens de Severo noſtro, de quo hic loquitur Evagrius. *Fertur autem expoſitio ejus, quæ ab eo dicta eſt in enthroniſmo, in qua & unitivum ſuſcipit Zenonis, & anathematizat Chalcedonenſe Concilium, & communicare ſe confitetur Alexandrino & Conſtantinopolitano.*

4 Καὶ Τιμοθέου] Timotheum Alexandrinum intelligit, qui Dioſcoro juniori in Epiſcopatu ſucceſſerat, ut ſcribit Liberatus in cap. 19. Breviarii. Neque enim Timotheus Conſtantinopolitanus Epiſcopus hic intelligi poteſt, cum Evagrius paulo ante dixerit, Severi ſynodicas Epiſtolas Alexandriæ tantum ſuſceptas fuiſſe.

5 Τῷ πρώτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔτει] Immo anno ſecundo Imp. Juſtini expulſus eſt Severus, anno Chriſti 519. ut recte notavit Baronius.

VARIORUM.

a Τῷ πρώτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔτει] Recte Evagrius: quem fruſtra corrigere tentat Valeſius. Mox ſiquidem Evagrius fugam Severi in Septembrem anni Antiocheni 567. conjicit: Iſtud vero tempus cum anno primo Juſtini concurrit. Juſtinus enim menſe Julio anni Antiocheni 566 Imperium auſpicatus eſt, ut ſupra ſcripſit E-

τὸν

τὸν Σευῆρον ποιναὶς εἰσπραχθῆναι, τῆς γλώσσης ἀφατεμνομένης, ὡς οἱ λοιποὶ ἀφατεθρύλλητο. Εἰρηναίῳ τῷ πρᾶξιν ἐγχειρισθέντος, ὃς ἐφεστήκει τῇ ἑῴᾳ τῶν δεχῶν ἀνὰ τὴν Ἀντιόχου πρόοδον ἢ τὰ περὶ αὐτὸν ἐποχῆς ἢ Εἰρηναῖον ἐγχειριδίῳ ὁ Σευῆρος πρὸς οἰκίους τοὺς Ἀντιοχέων γράφων, ἢ τὸν τρόπον τῆς φυγῆς διηγούμενος. ἔνθα μεγίσταις λοιδορίαις τὸν Εἰρηναῖον βάλλει, καὶ πᾶσαν αὐτῷ φυλακὴν ἀκριβῆ πρεσθένται μὴ ἀφαρπάσαι τῆς Ἀντιόχου. εἰσὶ δὲ οἳ φασιν ὡς Βιταλιανὸς ἢ γλῶσσαν ἐξητήσατο τοῦ Σευήρου, ἐς ἔπι παρὰ τῷ Ἰουστίνῳ τὰ πρώτεια δοκῶν φέρειν, διότι ἐς αὐτὸν ὕβριζεν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις ὁ Σευῆρος. Φεύγει δ' οὖν τὸν οἰκεῖον θρόνον ἀνὰ τὸν Γορπιαῖον μῆνα, ὃν Σεπτέμβριον οἱ Ῥωμαίων λέγει φωνὴ, ἕβδομον καὶ ἑξηκοστὸν καὶ πεντακοσιοστὸν ἔτος χρηματιζούσης τῆς Ἀντιόχου. καὶ μετ' αὐτὸν ἐς τὸν θρόνον ἄνεισι Παῦλος, κελευσθεὶς τοῦ ἐν Καλχηδόνι συνόδου ἀναφανδὸν κηρύττειν. Παῦλος μὲν οὖν ἐθελούσιος ἀναχωρήσας τῆς Ἀντιόχου, τοῦ πάντων φέλλεται πορείαν, τὸν βίον ἀφαιμετρησάμενος. Εὐφράσιος δὲ μετ' αὐτὸν ἐξ Ἱεροσολύμων, ἐπὶ τὸν κατ' αὐτὸν ἄνεισι θρόνον.

abscissione plecti, sicut à quibusdam proditum est. Hujus rei executio mandata est Irenæo, qui tunc Comes Orientis, Antiochiæ residebat. Certe Irenæo in mandatis datum fuisse ut Severum comprehenderet, Severus ipse in literis quas ad quosdam cives Antiochenos scripsit, fugæ suæ modum exponens, testatur. Quibus in literis Irenæum multis probris incessit, utpote qui vias omnes diligenti custodia intersepsisset, ne ipse ex urbe Antiochia posset effugere. Sunt qui dicant Vitalianum, dum gratia & auctoritate plurimum valere videretur apud Justinum, linguam Severi ab eo poposcisse, propterea quod Severus in suis concionibus ipsum conviciis appetere consuevisset. Porro ex Antiochena sede fugit Severus mense Gorpiæo, quem Romani Septembrem vocant, anno urbis Antiochiæ quingentesimo sexagesimo septimo. Post quem Paulus ad Episcopalem throno promotus, Chalcedonensem Synodum palam prædicare jussus est. Et Paulus quidem cum sua sponte Antiochia discessisset, tandem peracto vitæ suæ cursu, fatali morte interiit. Euphrasius vero post illum, ex urbe Hierosolymitana veniens, Episcopatum obtinuit.

Irenæus comes orientis.

Paulus Ep. Ant.

Euphrasius Ep. Ant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τῶν γεγονότων ἐμπρησμῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ σεισμῶν, ὅτε καὶ Εὐφράσιος συσχεθεὶς ἐτελεύτησεν.

CAPUT V.

De incendiis & terræ motibus qui Antiochiæ contigerunt: quibus obrutus Euphrasius interiit.

Ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς Ἰουστίνου χρόνοις, ἐμπρησμοί τε συχνοὶ καὶ δεινοὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχου γεγόνασιν, ὥστε προαγορεύεσθαι τῶν γενησομένων ἐν αὐτῇ φοβερωτάτων κλόνων, καὶ παρασκευάζειν τοῖς παθήμασι παρεχόμενοι. μετὰ γὰρ βραχύν τινα καιρὸν, ἐν τῷ

Eodem Justini temporibus crebra graviaque incendia Antiochiæ contigerunt, quasi præeuntia horrendis terræ motibus qui postea insecuti sunt, & quasi exordium venturarum calamitatum. Et enim brevi post tempore, anno Imperii

VALESII ANNOTATIONES.

1 [a]Ὃς ἐφεστήκει τῇ ἑῴᾳ τῶν ἀρχῶν] Comitem Orientis his verbis designari existimo, quæ civilis erat dignitas, ut ad Ammianum Marcell. jampridem notavi. Nicephorus tamen hunc Irenæum Ducem rei militaris esse existimavit. Sic enim hunc Evagrii locum interpolavit. ὃς τῶν κατὰ τὴν Ἀντιόχου στρατιωτικῶν ἡγεῖτο πραγμάτων. Sed mendum est in his Evagrii verbis, τῶν ἀρχῶν, quæ delenda esse existimo, aut certe corrigenda in hunc modum ἄρχων ἀνὰ τὴν Ἀντιόχου. quod quidem verius puto.

2 Καὶ πᾶσαν αὐτῷ φυλακὴν] Procul dubio scribendum est, ὡς πᾶσαν αὐτῷ φυλακὴν ἀκριβῆ πρεσθένται, &c. Jam supra observavi, sæpissime in his Evagrii libris, καὶ positum fuisse pro ὡς.

3 Κελευσθεὶς τὴν ἐν Χαλκηδόνι] Justinus Imp. in exordio imperii sui lege lata sanxit, ut omnes Episcopi Synodum Chalcedonensem susciperent: si qui vero eam suscipere nollent, sedibus suis pellerentur. Hujus legis meminit Liberatus in cap. 19. his verbis. *Mortuo Anastasio, & Justino facto Imperatore, Severus à Vitaliano Magistro militum, viro religioso & orthodoxo accusatur, quod despiceret Imperatoris jussionem, & Synodum non susciperet.* Vide Baronium ad annum Christi 519. numero 145. Cæterum hic Evagrii locus ansam erroris præbuisse videtur Nicephoro. Ex eo enim quod Evagrius noster dixerat, Paulum successorem Severi jussum fuisse in enthronismo suo prædicare Synodum Chalcedonensem, existimavit Nicephorus Paulum hunc occulte Eutychianum fuisse: quod tamen falsum esse docet Liberatus in Breviario, cap. 19, & Legati sedis Apostolicæ in relatione ad Hormisdam Papam, quam refert Baronius anno Christi 519.

4 Ἐθελούσιον ἀναχωρήσας] Paulus Antiochenus Episcopus à Clericis suis, & à quibusdam ex populo Antiochensium accusatus est coram Legatis sedis Apostolicæ, adhuc Constantinopoli degentibus, & post illorum recessum, coram Imp. Justino, qui cum objecta sibi crimina diluere non posset, victus conscientiæ suæ testimonio, recusatorios libellos obtulit, petens ut a suscepto Episcopatus officio recedere sibi liceret. Quod cum ipsi permissum fuisset, sponte se Sacerdotio abdicavit, ut scribit Justinus Imperator in Epistola ad Hormisdam Papam, quam refert Baronius anno Christi 521. Etsi autem in supra dicta Epistola diserte non dicitur, cuinam Paulus eos libellos obtulerit; mihi tamen videtur eos libellos Imperatori Justino obtulisse. Id enim indicat Epiphanius CP. Episcopus, in Epistola quam de eodem negotio scripsit ad Hormisdam Papam.

VARIORUM

vagrius, hujus libri initio. Cum autem annus Antiochenus à mense Septembri initium ducat, ut supra observatum est, necesse est ut mensis Septembris in quo annus primus Justini in cursu erat, in annum æræ istius 567. incidat. Severus etiam statim ab incepto Justini Imperio, in Synodo CPolitana damnatus est, ut ex Actis istius Synodi patet. Vid. etiam Pagi ad ann. 519. n. 17. *W. Lowth.*

a Παύλου μὲν ἀναχωρήσας] Ordinatus fuerat Paulus mense Junio anni 519. sedem vero suam abdicavit vere anni 521.

ἕβδομῳ

Sæc. V. septimo, menſe decimo; menſis Artemiſii, quem Maium Romani vocant, die nono ac viceſimo: ſexta feria hebdomadis, æſtu meridiei ferventiſſimo, ſuccuſſio & terræ motus urbi ſupervenientes, pœnè univerſam proſtraverunt. Poſthæc ſecutus eſt ignis, quaſi calamitatem cum illis partitus eſſet. Quæcumque enim loca à ſuccuſſione & terræ motu ſubverſa non fuerant, ignis depaſcens in cinerem ac favillas redegit. Porro quæ urbis loca labefactata fuerint, & quot hominum millia incendio ac terræ motibus, ſicut veriſimile eſt, perierint: quæ item admiranda contigerint & omnem dicendi vim longe ſuperantia: lugubri ſtilo Joannes rhetor expoſuit, ea narratione hiſtoriam ſuam claudens. Poſtremo Euphraſius quoque eadem ruina oppreſſus, urbis calamitatem auxit, cum nemo ſupereſſet qui res neceſſarias provideret.

Terræ motus.

Incendium.

CAPUT VI.

De Ephræmio Euphraſii ſucceſſore.

VERUM ſalutaris Dei providentia, quæ antequam feriat, remedia parare ſolet, & iræ ſuæ gladium clementia acuit, & deſperatis rebus, miſericordiæ ſuæ fores perit, Ephræmium tunc Comitem Orientis excitavit, ut omni cura ac ſollicitudine proſpiceret, ne ex rebus neceſſariis quidquam civitati deeſſet. Quem admirati hanc ob cauſam Antiocheni, Epiſcopum urbis communi ſuffragio elegerunt. Igitur Ephræmius Apoſtolicam ſedem, tanquam præmium ac mercedem ſuæ erga urbem illam providentiæ ſortitus eſt. Elapſis deinde triginta menſibus, eadem civitas terræ motibus denuo quaſſata eſt. Quo quidem tempore Theopolis mutato nomine appellata eſt, & Imperator omni cura ac diligentia ei proſpexit.

ἑβδόμῳ ἔτει τῆς αὐτῆς βασιλείας, μηνὶ δεκάτῳ, 1
ἀνὰ τὸν Ἀρτεμίσιον μῆνα ἤτοι Μάϊον, ἑνάτῃ καὶ
εἰκοστῇ αὐτῷ ἡμέρᾳ κατ' αὐτὸ τῆς μεσημβρίας τὸ
ϛαθερώτατον, τῆς ἕκτης ἡμέρας τῆς καλουμένης
ἑβδομάδος, βρασμὸς καὶ σεισμὸς ἐπελθόντες τῇ
πόλει, μικροῦ πᾶσαν ἀνατρέψαντες κατήγαγον·
οἷς καὶ πῦρ εἵπετο, ὥσπερ τῇ συμφορᾷ μετ'
αὐτῶν ϑρηνεμάμενον. ἃ γὰρ ἐκεῖνοι ὑ κατέλα-
βον, τὸ πῦρ ἀμφινεμόμενον ἐξηϑρήκασί τε, καὶ
ἀπετέφρωσε. ϗ ὅσα μὲν τῆς πόλεως πέπονθεν, ὅσοι
τε τῷ πυρὸς καὶ τῶν σεισμῶν ἔργον γεγόνασιν, ὡς
τὸ εἰκὸς ὑπέθετο, ὁποῖά τε ϖδάδοξα καὶ λόγου
κρείττω συμβέβηκε, ϖδιαθρῶς ἀφήγηται Ἰωάννης
τῷ ῥήτορι, ὧδε τῆς ἱστορίας καταλήξαντι. Τε- 2
λευτᾷ δ' οὗ ἐγκαϑληφθεὶς τοῖς πώμασι καὶ ὁ
Εὐφράσιος, ἄλλη τῆς πόλεως συμφορά, ἵνα μὴ τὸ
ἐπιτηδείων ὁ ϖδενοῶν ᾖ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Περὶ Ἐφραιμίου τοῦ μετὰ Εὐφράσιον.

ΑΛΛ' ἡ τῶν ἀνθρώπων ϛώτειρα τοῦ Θεοῦ κη-
δεμονία, ἡ πρὸ τῆς πληγῆς τὰ Φάρμακα
πλάττουσα, καὶ Φιλανθρωπία τὸ ξίφος τῆς ὀργῆς
ϑήγουσα, ἡ παρ' αὐτῶν τὴν ἀπόγνωσιν τῶν οἰκείαν
ἀνοιγνῦσα συμπάθειαν, Ἐφραίμιον ϖδανέϛησε τὴ 3
ἑῴας ἀρχῆς τὰς ϑνίας διέποντα, πᾶσαν ἀναζώσα-
σθαι Φροντίδα, μηδὲν τῶν ἐπιτηδείων ἐπιλιπεῖν
τῇ πόλει. ὃν καὶντεῦθεν ἀγασάμενοι Ἀντιοχέων
παῖδες, ἐς ἱερέα ψηφίζονται· ϗ [a] τὸν ἀποστολικὸν a
λαγχάνει ϑρόνον, ὥσϖερ μισθὸν καὶ γέρας τῆς το-
σαύτης ϖδονοίας τοῦτον κληρωσάμενος. πέπονθε ϗ
αὖθις ὑπὸ σεισμῶν μῆνας λ'. Τότε καὶ Θεού- 4
πολις ἡ Ἀντιόχου ϖδονορθώθη πόλις, ϗ ἄλλης
ϖδονοίας ϖδὸς τοῦ βασιλέως τυχοῦσα.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Μηνὶ δεκάτῳ] Hunc locum non intellexit Chriſtophorſonus, ut ex verſione ejus apparet. Sic enim vertit. *Anno ſeptimo regni ejuſdem Juſtini, menſe decimo, Artemiſio videlicet, id eſt Maio, &c.* Putavit ſcilicet Chriſtophorſonus menſem decimum hic vocari Artemiſium. Sed non ita ſe res habet. Neque enim Artemiſius decimus fuit menſis Macedonum. Hoc igitur tantum dicit Evagrius hoc loco, terræ motum illum Antiochiæ contigiſſe anno ſeptimo, menſe decimo imperii Juſtini. Ac de anno quidem infra videbimus, an recte numeretur ſeptimus. Menſis vero decimus recte ponitur ab Evagrio. Nam terræ motus ille contigit menſe Maio, ut teſtatur Evagrius & Theophanes. Hic autem menſis decimus erat imperii Juſtini. Juſtinus enim imperium auſpicatus eſt die nono menſis Julii, ut notat Author Chronici Alexandrini. Proinde ſequentis anni menſis Maius, decimus eſt imperii Juſtini. Et hæc quidem de menſe, dubitationem nullam admittunt. Ad annum quod ſpectat, male Evagrius noſter hunc terræ motum refert anno imperii Juſtini ſeptimo, cum octavum potius dicere debuiſſet. Hic enim terræ motus contigit Indictione 4. Olybrio ſolo Coſ. ut teſtatur Marcellinus Comes, & Theophanes in Chronico: qui fuit annus Chriſti 526. Quo quidem anno octavus ejuſdem imperii ad menſem uſque Julium currebat. Non recte igitur Baronius hunc terræ motum retulit anno Chriſti 525. ab Evagrio in errorem inductus. Porro in MS. codice Florentino, ad hæc Evagrii verba id Scholium adnotatum erat in margine, Ὅτι ὁ μαΐους δίκατος μὴν λέγεται. Id eſt, *Nota Maium vocari decimum menſem.* Sed fallitur hic quiſquis fuit Scholiaſtes. Neque enim Maius ſimpliciter & abſolute menſis decimus dicitur ab Evagrio, ſed tantum menſis decimus imperii Juſtini, ut ſupra dixi.

2 Τελευτῶν δὲ ὧν] Rectius in MS. codice Florentino ſcribitur πλευτᾷ δὲ, &c. Porro de hoc terræ motu quo Antiochia everſa eſt Juſtini Imperatoris temporibus, præter Theophanem ac Cedrenum, loquitur etiam Procopius in libro primo Perſicorum, pagina 67. & 68. ubi trecenta hominum millia eo terræ motu interiiſſe ſcribit.

3 Ἐφραίμιον τῆς ἑῴας ἀρχῆς ϑνίας διέποντα] Id eſt, *Comitem Orientis, ſub cujus diſpoſitione erant provinciæ omnes Orientis*, ut docet Notitia Imperii Romani. Hac dignitate præditum fuiſſe Ephræmium, docet etiam Joannes Moſchus, in cap. 37. Limonarii. *Eo tempore*, inquit, *vir clemens, & miſericordiæ operibus deditus Ephræmius Comes Orientis erat, ac per ipſum ædificia publica reparabantur: civitas enim terræ motu ceciderat.* Idem quoque teſtatur Photius in Bibliotheca, capite CCXXVIII.

4 Τότε καὶ Θεύπολις] Mallem legere, ὅτε καὶ Θεύπολις, quemadmodum ſcribitur in codice Telleriano, & in Nicephoro, qui regnante Juſtiniano id cognomentum Antiochiæ inditum eſſe ſcribit. Idem etiam teſtatur Ste-

VARIORUM.

a Τὸν ἀποστολικὸν λαγχάνει ϑρόνον] Quanquam Euphraſius periit terræ motu anni 526. Ordinatio tamen Ephræmii in anni ſequentis initium differenda, inquit *Ant. Pagi ad ann. 526. n. 12.*

ΚΕΦΑ-

SÆC. V.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ Ζωσιμᾶ καὶ Ἰωάννου τῶν θαυματουργῶν.

Ἀλλ' ἐπεὶ τῶν εἰρημένων ἐμνήσθημεν παθημάτων, φέρε καὶ ἕτερα ἄττα τῶν ἀξιολόγων τῶν παρόντι φερομένων πόνῳ, ἅπερ ἐς ἡμᾶς ἐκ τῶν ἱστορησάντων ἐλήλεκται. Ζωσιμᾶς ἀνὴρ, γένος Φοίνιξ, τῆς λεγομένης θαλλίας, κώμην Σίνδην πατρίδα κληρωσάμενος, διέχουσαν τῆς τῶν Τυρίων οὔπω σταδίους κ', τὸν μονήρη διαθλεύων βίον. οὗτος ταῖς τε ἀφέξεσι καὶ μεθέξεσι τῶν τροφῶν, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς τῷ βίῳ, τὸν Θεὸν ἐσοικισάμενος, ὡς μὴ μόνον διορᾶν τὰ μέλλοντα, ἀλλὰ καὶ πάσης
1 ἀπαθείας χάριν λαβεῖν, σωλῆ τῶν τινὶ ἐπισήμων ἀνὰ τὴν Καίσαρος πόλιν, ἢ μιᾶς τῶν Παλαιστίνων ἠγεῖτο· ᾧ δὲ ἄρα οὗτος Ἀρχεσίλαος, ἀνὴρ εὐπατρίδης τε καὶ λόγιος, εὖ τε ἀξιωμάτων καὶ τῶν λοιπῶν τῶν κοσμούντων ἀνδρὸς βίον ἦκων. οὗτος ὁ Ζωσιμᾶς ἐν τῷ ἀκμάζειν τὴν Ἀντίοχου πόλεως ἀθρόον ὑπεφυγνάσας, ὀλοφυρόμενός τε, καὶ μύχιον ἀνοιμώξας, δάκρυά τε τοσαῦτα σπείσας, ὡς καὶ τὴν γῆν ὑποβρέξαι, θυματήριον ἐξῃτήσατο, καὶ πάντα τὸν χόρον ἐν ᾧ καθειστήκεισαν ὑπεθυμίασας, ἐπὶ γῆς ἑαυτὸν ῥίπτει, προσευχαῖς τε καὶ λιταῖς τὸν Θεὸν ἱλεούμενος. εἶτα πυνθανομένου τοῦ Ἀρχεσιλάου, τί ἄρα τὸ οὕτω καταπλῆξαν εἴη, καταῤῥήδην εἶπε, τὴν ἠχὼ τῆς Ἀντίοχου πλώσεως αὐτίκα τὰ ὦτά οἱ προσβομβῆσαι. ὥστε τὸν Ἀρχεσίλαον καὶ τοὺς παραπεπτυχότας ἐκπεπληγμένους ἀναγράψαι τὴν ὥραν, θύρηθί τε ἐς ὕστερον οὕτως ὡς ὁ Ζωσιμᾶς ἀπεφήνατο. διὰ τοῦτο πολλαί τε καὶ ἕτεραι θεοσημεῖαι γεγόνασιν, ὧν τὸ πλῆθος παρεὶς, ἐπεὶ καὶ κρεῖττόνος εἰπεῖν ἀριθμῷ τυχάνουσιν ὄσαι, ἕνια λέξω. συνήκμαζε τῷ Ζωσιμᾷ ἀνὴρ, Ἰωάννης τόνωμα, ταῖς ἀρεταῖς παρ-
2 απλήσιος ὢν Χουζιβᾷ τῇ Λαύρᾳ. κεῖται δὲ πρὸς

CAPUT VII.

De Zosimâ & Joanne qui miraculis claruerunt.

Sed quoniam superiorum calamitatum mentionem fecimus, nunc alia quædam operi nostro attexamus, memoratu in primis digna, quæ ab illis ipsis qui ea viderant accepimus. Zosimas quidem fuit Monachus, *Zosimas.* ortus ex Phœnice quæ maritima dicitur: Patriam habuit Sindem, vicum qui ab urbe Tyro viginti fere stadiis distat. Is tum ciborum abstinentia & usu, tum aliis virtutibus, ita Deum sibi conciliaverat, ut non modo ea quæ futura erant prævideret, verum etiam ab omni perturbatione animi per Dei gratiam liber esset. Cum igitur aliquando esset in urbe Cæsarea quæ metropolis est unius è tribus Palæstinis, in ædibus spectatissimi cujusdam viri: Is erat Arcesilaus, *Arcesilaus.* vir nobilis & eruditus, qui & honoribus quos gesserat, & reliquis vitæ ornamentis conspicuus habebatur: Eo ipso temporis articulo quo Antiochia terræ motu subversa est, repente mutato vultu ingemiscens atque altum suspirans, tantam lacrymarum copiam effudit, ut solum madefaceret. Simul thuribulum poposcit, perque universum locum in quo stabant, cum thus adolevisset, humi se prostravit, precibus ac supplicationibus Deum placaturus. Sciscitanti deinde Arcesilao, quidnam esset quod illum tantopere conturbasset, diserte respondit, fragorem ruentis Antiochiæ auribus suis modo insonuisse. Adeo ut Arcesilaus & qui tum aderant, stupore perculsi, horam adnotaverint, posteaque deprehenderint rem ita accidisse ut Zosimas prædixerat. Alia quoque permulta signa ab eodem divinitus perpetrata sunt. Quorum multitudinem prætermittens, quando quidem numerus eorum iniri non potest, pauca ex iis commemorabo. Iisdem temporibus quibus Zosimas, floruit vir quidam, Joannes nomine, paribus cum Zo- *Joannes* sima virtutum ornamentis insignis: qui in *Chuzibita.* Chuziba Laura, quæ sita est in extremi-

VALESII ANNOTATIONES.

phanus Byzantius in voce Θεύπολις, & Theophanes in Chronico. Contigit hic posterior terræ motus, mensis Novembris die nono ac vicesimo, Indictione septima, biennio post priorem terræ motum, ut scribit idem Theoph. pag. 151. seu potius triginta mensibus elapsis a priore illo terræ motu, ut recte scribit Evagrius. Tot enim numerantur menses a die 29, mensis Maji, anno Christi 525. ad diem 29. Novembris, anni Christi 528. Quo quidem anno Indictio septima a Septembri mense numerari cœperat. Ex quo apparet verissimum esse id quod superius observavi, priorem illum terræ motum Antiochiæ accidisse anno Christi 526, non autem, ut Baronius existimavit, 525. Posteriorem tamen terræ motum recte Baronius retulit anno Christi 528. quod verum est. Nam cum Evagrii calculos sequatur, eum terræ motum anno 527. referre debuerat: siquidem prior ille terræ motus Antiochiæ, anno 525. Natalis Dominici contigisset.

1 Τῶν τινὶ ἐπισήμων ἀνὰ τὴν καίσαρος πόλιν] Musculus has postremas voces retulit ad vocabulum ἐπισήμων. Sic enim vertit, *Hic junctus erat nobili cuidam Cæsariensi.* Aliter tamen hæc verba construxit Nicephorus & Christophorsonus, & ea retulit ad verbum συνῆν, quod præcedit. Quam quidem sententiam magis probo. Dubitationem tamen affert id quod sequitur in Evagrio, Zosimam scilicet ab adstantibus postulasse thuribulum. Nam si Zosimas erat in domo Arcesilai laici, quomodo thuribulum illic quærebat, cum in domo laici moris non sit habere thuribula. [Sciendum tamen est, moris olim fuisse ut Christiani in privatis ædibus incensum haberent, & ante orationem thurificatione uterentur; quemadmodum observat Joannes Bona in lib. 2. rerum liturgicarum, cap. 9. nullo tamen ejus rei prolato testimonio. De laicis in Ecclesia tus adolentibus ante Orationem locus est insignis infra in lib. V. ubi de signis Imperii quæ Mauricio contigerunt. Corippus in lib. II. de laudibus Justini minoris:

Ilices angelici pergens ad limina Templi,
Imposuit pia thura focis, cerasque micantes
Obtulit.

In vita Paphnutii Abbatis quæ extat inter vitas Patrum, pag. 103. Onuphrius Abbas hæc mandasse dicitur Paphnutio: *Si quis nec oblationem nec eleemosynam potest offerre, pro charitate mea incensum Domino Deo nostro in odorem suavitatis accendat.* Et paulo post: *Si incensum nec quis habet, nec facultatis aliquid unde Deum placare potest, surgat ad immolandum, & manus suas ad Dominum extendat, ter dominicam orationem pro me cum intenta mente & in nomine S. Trinitatis psallat.*]

2 Χουζιχᾷ] Sic etiam legitur in Nicephoro, eamque scripturam retinuit Ortelius in Thesauro geographico. Sed in optimo codice Florentino legitur χουζιβᾷ, rectius procul dubio: Sic enim eam Lauram vocat Joannes Moschus in cap. 24. *Cum autem venisset in Eremum, & moraretur in cellis Cusiba, eadem miserationis faciebat opera. Ibat enim per viam quæ ducit à Jordane ad sanctam civitatem.* Ubi notandum est cellas à Moscho dici, quam Lauram vocat Evagrius. Certe Laura nihil aliud erat

τῇ

Sæc. V.

tate vallis ad Septentrionalem partem viæ publicæ quæ ab Hierosolymis ducit Hierichuntem, vitam monasticam & ab omni materia secretam exercuerat, & qui supra memoratæ urbis Cæsareæ Episcopatum obtinuit. Hic igitur Joannes Chuzibita, cum supra dicti Arcesilai uxorem radio textorio alterum sibi oculum effodisse didicisset, cursu ad ejus domum contendit, vulneris inspiciendi causa. Ubi vero animadvertit pupillam excidisse, & oculum penitus diffluxisse, medico cuidam qui illuc advenerat, præcepit ut spongiam adferret, & oculum dilapsum, quoad fieri posset, in sedem suam reponeret: spongiam denique circumpositam fasciis alligaret. Aberat tunc forte Arcesilaus. Versabatur enim eo tempore cum Zosima, in ejus Monasterio, quod situm erat in vico Sindenorum, qui ab urbe Cæsarea quingentis circiter stadiis distat. Statim igitur contentissimo cursu properant qui hæc Arcesilao nunciarent. Sedebat is juxta Zosimam, sermonem cum eo conferens. Qui simul ac casum uxoris suæ didicit, graviter ejulare cœpit, & capillos vellens ac discerpens, in aerem projecit. Interroganti autem Zosimæ causam tanti luctus, Arcesilaus id quod acciderat exposuit, lamentis ac fletibus sermonem crebro interrumpens. Mox igitur Zosimas, relicto illic Arcesilao, ad cubiculum quoddam contendit, in quo solus, uti mos est hujusmodi viris, Deum alloqui consueverat. Aliquanto post digressus, hilari vultu ac modeste subridens, manumque Arcesilai palpans: Abi, inquit, abi lætus. Gratia data est Chuzibitæ. Sanata est uxor tua. Utrumque oculum habet incolumem, nullum ex casu illo detrimentum passa, quando ita placuit Chuzibitæ. Idque ita evenit, ambobus illis justis simul miraculum perpetrantibus. Idem Zosimas cum aliquando proficisceretur Cæsaream, asellum trahens cui res quasdam sibi necessarias imposuerat, leonem obvium offendit, qui in ipsum irruens, rapto asello, protinus abscessit. Quem Zosimas per silvam insecutus est, quoad usque leo aselli carnibus saturatus fuisset. Tum Zosimas leoni arridens: At ô amice, inquit, jam iter mihi penitus intercluſum est, quippe qui & ægro sim corpore, & provecta jam ætate; nec onus quod asello erat impositum, ipse hu-

τῇ ἐχαπᾷ τῆς χαράδρας, ἀνὰ τὸ δεξιτῶον μέρος τῆς λεωφόρου, τῆς φερούσης τοὺς ἀπορθυομένους ἐξ Ἱεροσολύμων ἐπὶ τὴν Ἰεριχουντίων πόλιν, τ̀ μονήρη τε καὶ ἄὐλον ἀσκήσας βίον, ἐπισκο- 1
πήσας δὲ τὴν εἰρημένην μοι Καισαρέων πόλιν. ὅτε ὁ Ἰωάννης ὁ Χουζιβίτης, ἐπεὶ ἤ Ἀρχεσιλάου ᾧ λελεσμένου μοι γυναῖκα ἠκηκόει θάτερον τῶν ὀφθαλμῶν ὑπὸ κερκίδος ἐκκοπέντα, δρομαῖος ἦλθε πρὸς αὐτὸν τὸ πάθος ἐπισκεψόμενος. ὡς δ' οὐδὲ ἐθεάσατο τήν τε κόρην ἐκπεσοῦσαν, τέλεόν τε τὸν ὀφθαλμὸν ἀῤῥυέντα, σπόγγον ἐπιτάττει [a] τὸν τινὶ παρε- a
φομαρτούντων ἰατρῶν ἐνεγκεῖν, ἐσαγαγεῖν τε τὸ διαῤῥυὲν ὡς ἂν δύναιτο, καὶ τὸν σπόγγον περιθέντα πλαμῶσιν ἀναδῆσαι, οὔπω παρόντος Ἀρχεσιλάου. ἔτυχε γὰρ τῷ Ζωσιμᾷ παρὼν ἐν τῷ κατ' αὐτὸν Φρονιστηρίῳ, ὅπερ ἐπὶ τῶν Σινδηνῶν ἔκειτο κώμης, διεχούσης τῆς Καισαρείας σταδίους μάλιστα πενταχοσίους. δρομαῖοι τοίνυν περὶ τὸν Ἀρχεσίλαον ἐντρέχουσιν οἱ ταῦτα ἀπαγγέλοντες. καθῆστο δὲ πρὸς Ζωσιμᾶν ὁ Ἀρχεσίλαος τὰς ἀπαλέξεις ποιούμενος· ὅπερ ἐπειδὴ διέγνω, διωλύγιον ἀνεκώκυσε, καὶ τὰς τρίχας ἐκτίλλων καὶ ἀπασπᾶν, εἰς οὐρανὸν ἀνέπεμπε. τοῦ δὲ Ζωσιμᾶ πυνθανομένου τὴν αἰτίαν, τὸ συμβὰν ὁ Ἀρχεσίλαος ἔλεγε, ταῖς οἰμωγαῖς καὶ τοῖς δάκρυσι συχνὰ ἀπακοπτόμενος. ἀφεὶς οὖν τοῦτον ὁ Ζωσιμᾶς, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἐς πῦ δωμάτιον ἐφρέχθη ἔνθα τῷ Θεῷ, ὡς θεμιτὸν τοῖς τοιούτοις, ἐπετύγχανε. μετὰ δ' οὐ πολὺ χαιρὸν παρελθών, ἔχαιρέ τε καὶ σεμνὰ μειδιῶν, πρὸς Ἀρχεσίλαον ἔλεγε τὴν χεῖρα καταψύχων, ἄπιθι χαίρων ἄπιθι. ἡ χάρις τῷ Χουζιβίτῃ δέδοται. ἴαθή σου τὸ γύναιον, ἄμφω τὼ ὀφθαλμὼ ἔχει, οὐδὲν ἰσχυσάσης τῆς συμφορᾶς ἀφελέσθαι, οὕτω τοῦ Χουζιβίτου βεβληθέντος. ὅπερ καὶ γέγονεν ἀμφοῖν τοῖν δικαίοιν κατ' αὐτὸ θαυματουργησάντοιν. τούτῳ τῷ Ζωσιμᾷ, καί ποτε ἐπὶ τὴν Καισαρείαν ἰόντι, ὀνάριόν τε παρασυρομένῳ ὑπ' ᾧ τῶν τινά οἱ ὑποζυγίων ἐπεβέβλητο, λέων ἔπεισι, καὶ τὸν ὄνον ἁρπάσας, ἀπῄει. ὁ δὲ Ζωσιμᾶς ἀνὰ τὴν ὕλην εἵπετο· μέχρις ἧ ἀφορμὴς ὁ λέων ἐκ τῆς θοίνης τοῦ ζώου γένοιτο· πρὸς ὃν ὑπογελάσας ὁ Ζωσιμᾶς φησὶν, ἀλλὰ γὰρ ὦ ἑταῖρε, τὰ τῆς πορείας ἐμοὶ ἀπεκόπησαν, πάλαι 2
πού τε ὄντι, πόρρω τε τῆς ἡλικίας ἀφιγμένῳ, καὶ

Valesii Annotationes.

quam cellæ Monachorum hinc inde dispersæ, ut supra notavi. Moschus tamen in cap. 24. vocat Cœnobium Chusiba. ὁ ἀββᾶς Γρηγόριος ὁ ἀπὸ χολαείων ἔλεγεν ἡμῖν, ὅτι ἦν τις ἀδελφὸς ἐν τῷ κοινοβίῳ τῷ χουζιβᾶ. Cæterum hæc verba, ἐν χουζιβᾷ τῇ λαύρᾳ, jungenda sunt cum iis quæ sequuntur infra. Nicephorus tamen vulgatam distinctionem tuetur.

1 Ἐπισκοπήσας δὲ τὴν καισαρέως πόλιν] Hic Joannes Abbas primum fuit ac Presbyter Monasterii Chusibæ: ex quo etiam Chuzibites cognominatus est. Postea vero Cæsarienſis Episcopus factus est, ut præter Evagrium docet Joannes Moschus in capite 24. καὶ ἐν τῷ περισκομίζειν τὸν Ἀββᾶν τὸν Ἰωάννην τὸν τότε πρεσβύτερον ὄντα τὸν ἐπίκλην Χοζεβίτην, ὃς καὶ ὕστερον γέγονεν Καισαρείας τῆς κατὰ Παλαιστίνην ἐπίσκοπος, τὸν μονήρη ἀσκήσαντα βίον. Ejusdem Joannis Chozebitæ, Cæsarienſis episcopi, mentio fit in Menologio, die 3 & 28. Octobris, ubi etiam Chozeba vocatur locus Eremi, in quo Monasterium ejus situm fuit.

2 Πάλαι πού τε ὄντι] Hæc verba Musculus in interpretatione sua prætermisit. Christophorsonus vero ita vertit: *Quippe cum annis plurimis onustus sim.* Quæ interpretatio fer-

Variorum.

a Τὸν τινὶ παρεφομαρτούντων —] Legendum τῶν τινὶ — usitatius diceretur τινὶ τῶν παρεφ— Altera autem phrasis apud Evagrium sæpe occurrit: vid. infra in hoc capite τῶν τινὰ οἱ ὑποτηδείων ἐπεβέβλητο. & cap. 2[illegible] τῶν τινὰ τῆς αὐλῆς εὐνούχων. *W. Lowth.*

μὴ

μὴ δυναμένῳ νωτοφορεῖν τὰ ἐπὶ τῷ ὄνου σισαγμένα. ἀχθοφορεῖν οὖν ἀνάγκη σε παρὰ τὸν θεσμὸν τῆς Φύσεως, εἰ καὶ ἐθέλεις τὸ ἐντεῦθεν, τὸν Ζωσιμᾶν ἀπαλλάττεσθαι, καὶ θηρίον αὖθις εἶναι. ὁ δὲ, τῷ θυμοῦ καθάπαξ ἐκπεπληγμένος, ὑπέσαινε, καὶ τοῦ Ζωσιμᾶ ὡς ἔτρεχε πραέως αὖθις, καὶ διὰ τοῦ σχήματος ἐδόα τὸ πειθήνιον. ᾧ δὴ θεὶς ὁ Ζωσιμᾶς τοῦ ὄνου τὸ φορτίον, μέχρι τῶν πυλῶν τῆς Καίσαρος ἦγαγε, δεικνὺς τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν, καὶ ὡς ἅπαντα τοῖς ἀνθρώποις δοῦλά τε καὶ πειθήνια, ὅτ' ἂν αὐτοῦ ζῶμεν, καὶ τὴν δεδομένην ἡμῖν χάριν οὐ διαφθείρομεν. ἀλλ' ἵνα μὴ τοῖς πλείοσι τὴν ἱστορίαν διαμηκύνωμεν, ἐπάνιμι ὅθεν τοῦ ἐκβολῆς ἐποιησάμην.

ipse humeris portare possim. Proinde si Zosimam hinc abscedere vis, sarcinam contra naturæ tuæ consuetudinem feras necesse est, ad propriam feritatem postea reversurus. His dictis, leo, tanquam furoris penitus oblitus, Zosimæ blandiri cœpit, & ad eum statim leniter accurrens, ipso gestu obsequium suum significabat. Zosimas igitur, cum aselli sarcinam leoni imposuisset, ad portas usque urbis Cæsareæ eum duxit, ostendens hoc facto, quanta sit Dei potentia, & qualiter omnia famulantur atque obediunt hominibus qui Deo vivunt, nec donatam sibi gratiam corruperunt. Verum ne, si plura commemoravero, historia prolixior efficiatur, eo revertar unde digressus sum.

Sæc. V.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Περὶ καθολικῶν παθημάτων.

CAPUT VIII.

De totius orbis calamitatibus.

ΕΣ ἔτι Ἰουστίνου τοῦ αὐτοκράτορος διϊθύνοντος ἀρχήν, τὸ νυῦ μὲν Δυρράχιον, Ἐπίδαμνος δὲ πάλαι, πέπονθεν ὑπὸ κλόνου τῆς γῆς. ὡσαύτως δὲ καὶ Κόρινθος ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος κειμένη, εἶτα καὶ Ἀνάζαρβος τὸ τέταρτον πάθος, ἢ τοῦ δευτέρου τῶν Κιλίκων ἠγεῖται ἔθνους· ἃς ὁ Ἰουστῖνος πολλοῖς ἀνεκτήσατο χρήμασι. κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ ἡ Ἔδεσσα πόλις τῆς Ὀσροηνῶν μεγίστη τε καὶ εὐδαιμόνων, τῆς τοῦ παρρέοντος Σκίρτου χειμάρρου ὕδασι καταποντώθη, ὥστε καὶ τὰ πολλὰ τῶν οἰκοδομιῶν παραυρῆναι, καὶ πλῆθος ἀναρίθμητον ἀπολέσθαι, οὓς τὸ [a] ὕδωρ λαβὸν ᾤχετο. μετεκλήθησαν τοίνυν ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Ἰουστίνου ἡ Ἔδεσσα καὶ Ἀνάζαρβος, καὶ τούτων ἑκάτερα τῇ αὐτοῦ προσηγορίᾳ κατεκοσμήθησαν.

EODEM Justino Imperium Romanum adhuc administrante, urbs Dyrrachium quæ olim Epidamnus dicebatur, terræ motu subversa est. Similiter & Corinthus, quæ sita est in Achaia. Anazarbus quoque, metropolis secundæ Ciliciæ; quarto id genus calamitatis experta. Eas urbes Justinus magna pecuniarum vi erogata, instauravit. Iisdem temporibus Edessa, civitas Osdroënæ maxima & opulentissima, Scirti torrentis qui eam præterfluit, inundatione submersa est: adeo ut plurima ædificia, & innumerabilis hominum multitudo, aquarum vi abrepta, funditus interierint. Edessæ quidem atque Anazarbo Justinus pristinum nomen mutavit. Utramque enim ex suo nomine Justinopolim deinceps appellari jussit.

Terræ motus.

Inundatio.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ὡς Ἰουστῖνος ἔτι ζῶν, συμβασιλεύειν αὐτῷ Ἰουστινιανὸν εἵλετο.

CAPUT IX.

Quomodo Justinus adhuc vivens, collegam Imperii Justinianum assumpsit.

ΤΟΥΤῼ τῷ Ἰουστίνῳ ὄγδοον ἔτος τῆς βασιλείας ἄγοντι 2b [b] ἐννέα τε μῆνας πρὸς δισὶν ἡμέραις, Ἰουστινιανὸς ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ συμβασιλεύει, ἀναρρηθεὶς τῇ πρώτῃ τοῦ Ξανθικοῦ ἤρξαν Ἀπριλλίου μηνὸς, ἀνὰ τὸ πέμπτον καὶ ἑβδομηκοστὸν καὶ πενταχοσιοστὸν ἔτος τῆς χρηματισμοῦ τῆς Ἀντιοχείας. καὶ τούτων ὧδε προελθόντων,

PORRO cum Justinus annum Imperii octavum transegisset, ac præterea menses novem & dies tres, Justinianus sororis ejus filius, una cum illo imperavit; Augustus nuncupatus die primo mensis Xanthici, id est Calendis Aprilis, anno urbis Antiochiæ quingentesimo septuagesimo quinto. Quibus ita peractis Justinus ex

Justinianus Aug.

VALESII ANNOTATIONES.

ri non potest; sequitur enim, *& ætate admodum provectus.* Idem igitur utrobique diceret Evagrius. παχεῖς vocant Græci, homines crassos & obœsos ac pingues. Quod genus hominum molle ac delicatum est, nec ad onus portandum idoneum. Suidas in voce παχεῖς ita scribit, Ἀμφίρρυτι πάχης καὶ παχὺς. πάχης μὲν γὰρ λέγεται ὁ λιπαρὸς· παχὺς δὲ ὁ ἀνόητος. Nicephorus quoque hoc verbum non intellexit. Ejus enim loco ista substituit, καὶ δι' ἔνδειαν ἐπιτηδείων.

1 Ὡς ἔτι ἔρξας] Procul dubio scribendum est ὡς ἐπέρξας. Apud Nicephorum legitur ἐπίρξας. Sed nostra emendatio melior videtur.

2 Ἐννέα τε μῆνας πρὸς δισὶν ἡμέραις] Auctor Chronici Alexandrini pro tribus diebus habet quinque. Justinianum enim à Justino Augustum factum esse scribit, post annos octo ac menses novem, ac dies quinque imperii Justini, Kalendis Aprilis, Mavortio Consule: qui fuit annus Christi 527. Verum Auctor illius Chronici à semetipso dissentit: nam Justinum quidem Imperium iniisse scribit die nono mensis Julii, anno Natalis Dominici 518. A quo tempore ad Kalendas Aprilis anni 527, anni sunt octo, ac menses totidem, cum diebus uno & viginti. Quod si Cedrenum sequimur, qui Justinianum à Justino Augustum esse factum tradit 14. Aprilis, tum computatio Alexandrini Chronici erit certissima.

VARIORUM.

a Ὕδωρ λαβὸν] Lege λάβρον. *W. Lowth.*

b Ἐννέα μῆνας πρὸς δισὶν ἡμέραις] Juxta computationem Antonii Pagi, Justinus regnavit annos 8, menses 8, dies 23. Vid. Criticam in Baron. ad ann. 528. n. 3. *W. Lowth.*

SÆC. V. *Justini obitus.*

hoc regno ad cæleſte Imperium migravit, fatali morte defunctus primo die menſis Loi, id eſt Calendis Auguſti, cum imperaſſet, una quidem cum Juſtiniano menſes quatuor; in univerſum vero tam ſolus, quam cum collega, per annos novem ac dies tres Imperium obtinuiſſet. Porro cum Juſtinianus jam ſolus univerſum Imperium regendum ſuſcepiſſet, & Chalcedonenſis ſynodus ex præcepto Juſtini Imperatoris, ſicut antea retuli, per omnes Eccleſias prædicaretur, Eccleſiaſtica pax in quibuſdam adhuc provinciis turbabatur; præcipue vero Conſtantinopoli & Alexandriæ: Conſtantinopolitanam quidem Eccleſiam adminiſtrante Anthimo, Alexandrinam vero Theodoſio. Ambo enim iſti unam in Chriſto naturam ineſſe aſſerebant.

Anthimus Ep. CP. Theodoſius Ep. Alex.

Ἰωσῖνος μεθίσταται τῆς ἐντεῦθεν βασιλείας, ὑπελθὼν τὴν τέλειον ἡμέραν ἀνὰ μῆνα πρώτην ἡμέραν τοῦ Λώου, τῷ ᾧ Αὐγούστου μηνὸς, συμβασιλεύσας μὲν Ἰωσηνιανῷ μῆνας τέτταρας, τὰ ὅλα δὲ ἔτη ἐννέα αὐτοκρατορίαν διανύσας ἔσχεν· ἐννέα πρὸς τρισὶν ἡμέραις. Ἰωσηνιανῷ δὲ μόνῳ τὸ ὅλον ἔσχεν τὴν Ῥωμαίων ἐπικρατείας θεμένῳ, ἤδη τε τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κηρυττομένης ἀνὰ τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας κελεύσμασιν Ἰωσίνου καθά μοι δέδηκται, ἐπὶ τὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως ἔν ποσι τῶν ἐπαρχιῶν θεσπεσοῖτο, ᾗ μάλιστά γε κατὰ τὴν βασιλέως ᾗ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν· τοῦ μὲν βασιλίδος τὴν ἐπισκοπὴν πρυτανεύοντος Ἀνθίμου, τῆς δὲ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἡγουμένου Θεοδοσίου. ἄμφω τε γὰρ μίαν ἐδοξαζέτην Φύσιν.

1 2 a b

CAPUT X.

Qualiter Juſtinianus quidem eos amabat qui Chalcedonenſem Synodum amplecterentur: Theodora vero eos qui ſynodum illam improbarent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ὅτι Ἰωσηνιανὸς μὲν τοὺς τὴν Χαλκηδόνων συνόδον ἀποδεχομένους ἠγάπα· Θεοδώρα δὲ τοὺς ἐναντίους ἔσεργεν.

Et Juſtinianus quidem, eos qui in Chalcedonenſi ſynodo convenerant, & quæcumque ab illis fuerant expoſita, acriter defendebat. Ejus vero conjux Theodora ab illorum partibus ſtabat qui unam in Chriſto naturam aſſererent: ſive quod ipſi revera ita ſentiebant. Nam quotieſcumque agitur de fide, patres à filiis, & filii diſſident à parentibus: & uxor quidem à marito, maritus vero ab uxore ſua diſſentit: Sive per quamdam ſimulationem ita inter ipſos convenerat, ut alter quidem eorum partes defenderet qui duas in Chriſto Deo noſtro naturas eſſe dicebant poſt unitionem: altera vero, illorum qui unam dumtaxat naturam aſſeverabant. Neuter tamen ea in re neutri ceſſit. Sed Juſtinianus quidem ea quæ Chalcedone acta fuerant, pertinaciter tuebatur: Theodora vero contrariæ parti addicta, eorum qui unam naturam aſſererent, maximam curam ac ſollicitudinem gerebat. Et noſtros quidem fovebat, extraneos vero maximis muneribus afficiebat. Denique perſuaſit Juſtiniano, ut Severum ad ſe accerſeret.

Theodora Aug.

Ἰουστινιανὸς μὲν οὖν τοὺς ἐν Καλχηδόνι συνελθόντων, καὶ τοὺς παρ' αὐτῶν ἐκτεθειμένων, μάλα γενναίως ἀντεῖχετο. Θεοδώρα δὲ ἡ τούτου σύνοικος, τῶν μίαν Φύσιν λεγόντων. εἴτε καὶ τοὺς ἀληθῶς οὕτως ἐχόντων. ἡνίκα γὰρ ὁ περὶ πίστεως προκείται λόγος, πατέρες τε πρὸς παῖδας, παῖδές τε αὖ πρὸς τοὺς φύτας διίστανται, γυνή τε πρὸς τὸν ἴδιον γαμετὸν· ἀνήρ τε αὖ πάλιν πρὸς τὴν ἰδίαν γαμετήν· εἴτε καὶ κατά τινα συγκείμενοι οἰκονομίαν, ἵν' ὁ μὲν τῶν λεγόντων δύο Φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀντέχηται· ὁ δὲ, τῶν προσβλούντων μίαν Φύσιν. ὅμως δ' οὖν ἀλλήλοις οὐκ ἐνεδίδοσαν. ἀλλ' ὁ μὲν, τῶν ἐν Χαλκηδόνι συντεθειμένων μάλα σπουδαίως ἀντελαμβάνετο· ὁ δὲ, μετὰ τῶν ἀπεναντίας ἦσα, τῶν λεγόντων μίαν Φύσιν παντοίως προσῄνει, καὶ τοὺς γε ἡμεδαποὺς προσεθάλπε, καὶ τοὺς ἀλλοδαποὺς μεγάλοις χρήμασιν ἐδεξιοῦτο. ὅθεν καὶ πείθει τὸν Ἰουστινιανὸν μεταπεμψάμενον Σεβῆρον ποιήσασθαι.

c 3 4 5

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὴν αὐτοκρατορείαν] In MS. cod. Tell. ſcriptum inveni, τῷ αὐτοκρατορικὴν &c. quod magis placet.

2 Ἔτη ἐννέα πρὸς τρισὶν ἡμέραις] Ex ipſius Evagrii calculo ſatis apparet addendum hic eſſe menſem unum. Nam cum paulo ante dixerit, Kalendis Aprilis hujus anni, exactum fuiſſe annum octavum imperii Juſtini, & novem inſuper menſes ac dies tres; conſequens eſt ut Kalendis Auguſti ejuſdem anni, tranſacti fuerint novem anni cum uno menſe ac diebus tribus. Ex quo colligitur, exordium Imperii Juſtini duci à die viceſimo octavo menſis Junii, juxta Evagrii ſententiam.

3 Εἴτε καὶ τῶν ἀληθῶς οὕτως ἐχόντων] Scribendum puto εἴτε καὶ αὐτῶν ἀληθῶς, &c. id enim ſenſus poſtulat. Nicephorus quidem hujus loci ſenſum minime intellexit. Muſculus vero eum optime expoſuit hoc modo. *Sive autem ſic vere ſentiebant, ſive ſic diſpenſatione quadam inter ipſos convenerat.* Muſculum ſequutus eſt Chriſtophorſonus, & novam periodum ab his verbis inchoavit hoc modo: *Sive igitur ita revera ſentiebant, &c.* Nos vero hæc cum præcedentibus conjunximus.

4 Καθ' οἰκονομίαν] Muſculus quidem interpretatur, *per diſpenſationem.* Quod non probo. Joannes autem Langus vertit, *ex compoſito.* Chriſtophorſonus autem, *dedita opera.* Ego *per ſimulationem* malui vertere. Opponitur enim τῇ ἀληθείᾳ. Per fraudem igitur ac ſimulationem id actum eſſe inter Juſtinianum ac Theodoram nonnulli exiſtimarunt, ut alter Catholicis, alter Acephalis adhæreret. Gallice dixerimus, *Par politique.*

5 Καὶ τοὺς γε ἡμεδαποὺς] Chriſtophorſonus hæc de Acephalis intellexit. Sic enim expoſuit hunc locum: *Et ejus opinionis homines, ſi noſtrates eſſent, benevole & amice complexa eſt: ſin externi, præmiis benigne remunerata.* Nicephorus vero ἡμεδαποὺς, Catholicos & orthodoxos interpretatur: quod probare nullo modo poſſum. Per ἡμεδαποὺς enim Evagrius intelligit Orientales. ἀλλοδαποὶ vero ſunt Occidentales.

VARIORUM.

a Πρὸς τρισὶν ἡμέραις] Iterum pro τρισὶν, 23 legit Pagius ibid. *W. Lowth.*

b Ἀνθίμου — Θεοδοσίου] Ordinati ſunt hi Epiſcopi anno 535.

c Θεοδώρα] Pluribus in eam invehitur Procopius in Hiſtoria arcana, ubi narrat eam filiam fuiſſe cujuſdam, qui Byzantii beſtiis ad amphitheatrales Praſinorum venationes alendis præfectus erat, quem vocant Urſarium, pag. 40.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ὡς Ἄνθιμον τὸν Κωνσταντινουπόλεως ὁ Σεβῆρος διέφρεψε, καὶ Θεοδόσιον τὸν Ἀλεξανδρείας· οὓς ὁ βασιλεὺς ἐξελάσας, ἑτέρους κατέστησεν.

Σώζονται τοίνυν ἐπιστολαὶ Σεβήρου πρός τε Ἰουστινιανὸν, πρός τε Θεοδώραν. δι' ὧν ἔστι λαβεῖν, ὡς καταρχὰς τὴν πρὸς τὸ βασίλειον ὁδὸν ἀφανεβάλετο, μεθ' ὃ τὴν Ἀντιοχείας καταλέλοιπε θρόνον· ὕστερον μέντοι κατέλιπε ταύτην· καὶ γέγραφεν, ὡς ἐπειδὴ πρὸς τὴν βασιλέως ἐγενόμην, ἐντετύχη τε τῷ Ἀνθίμῳ, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν πληρεστάτης οἱ δόξης ἔγνω αὐτόν τε καὶ τῆς εἰς τὸν Θεὸν νομίσεως, πέπεικε τῆς καθέδρας ἐκστῆναι. γέγραπται δὲ αὐτῷ περὶ τούτων πρὸς Θεοδόσιον τὸν τὴν Ἀλεξανδρέων ἐπισκοποῦντα πόλιν· ἐν οἷς καὶ μεγαλαυχεῖ ὡς τὸν αὐτὸν Ἄνθιμον πέπεικεν ὡς εἴρηται, τῆς ἐπὶ γῆς δόξης, καὶ τῆς οἰκείας καθέδρας τὰ τοιαῦτα προκεῖναι δόγματα. Φέρονται δὲ καὶ Ἀνθίμου πρὸς Θεοδόσιον ἐπιστολαὶ περὶ τούτων, Θεοδοσίου τε αὖ πρὸς Σεβῆρον καὶ Ἄνθιμον, ἃς παείημι, καταλιμπάνων τοῖς ἐντυγχάνειν ταύταις βουλομένοις, ἵνα μὴ πλῆθος ἄπειρον ἐπεισκυκλήσω τῷ παρόντι βίῳ. ὅμως δ' οὐχ ὡς ἀντικρὺ τῆς βασιλέως κελεύσεως ἰόντες, καὶ μὴ δεχόμενοι τὰ ἐν Καλχηδόνι σωτεθειμένα, ἄμφω τῶν οἰκείων ἐξελαθέντων θρόνων· καὶ τῆς μὲν Ἀλεξανδρείας, Ζωΐλος ἀφεδέχετο· τὸν δὲ τῆς βασιλείας Ἐπιφάνιος· ὡς ἐν ἁπάσαις λοιπὸν ταῖς ἐκκλησίαις ἀναφανδὸν κηρύττεσθαι τὴν ἐν Καλχηδόνι συνοδον,

CAPUT XI.

Quomodo Severus Anthimum Conſtantinopolis Epiſcopum & Theodoſium Epiſcopum Alexandriæ perveterit. Quibus ſede ſua expulſis, Juſtinianus alios ſubſtituit.

EXSTANT quidem Severi Epiſtolæ, tum ad Juſtinianum, tum ad Theodoram ſcriptæ. Ex quibus colligere licet, Severum cum Antiochenam ſedem reliquiſſet, initio quidem profectionem ſuam in urbem Regiam diſtuliſſe: Poſtea tamen eo veniſſe. Scribit etiam in iiſdem literis, ſe, cum veniſſet Conſtantinopolim, collocutum eſſe cum Anthimo. Cumque illum idem cum ipſo ſentire, eamdemque de Deo opinionem tueri deprehendiſſet, perſuaſiſſe illi ut ſedem ſuam relinqueret. Scripſit etiam his de rebus literas ad Theodoſium Epiſcopum Alexandriæ, in quibus gloriatur quod eidem Anthimo perſuaſerit, ſicut jam dixi, ut ejuſmodi dogmata ſæculari gloriæ & pontificali cathedræ anteponeret. Circumferuntur quoque Anthimi de iiſdem rebus Epiſtolæ ad Theodoſium, & viciſſim Theodoſii ad Anthimum & Severum ſcriptæ. Quas quidem miſſas facio, iis qui legere eas voluerint derelinquens, ne immenſam rerum multitudinem congerere videar in hoc libro. Cæterum ambo, utpote qui mandatis Principis refragarentur, nec ea quæ Chalcedone decreta erant admitterent, ſuis ſedibus expulſi ſunt. Et Alexandrinæ quidem urbis Epiſcopatum ſuſcepit Zoilus: *Zoilus Ep. Alex.* Conſtantinopolitanæ vero Epiphanius: ita *Epiphanius EP. CP.* ut per univerſas deinceps Eccleſias Chalcedonenſis ſynodus palam prædicaretur, nec

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῷ παρόντι βίῳ] Aſſentior viris doctis, qui ante nos hunc locum ita emendarunt, τῷ παρόντι βιβλίῳ.

2 Ζωΐλος ἀφεδέχετο] In locum Theodoſii Alexandrini Epiſcopi ſuffectus eſt * Paulus. Quo mox pulſo, Zoilus in ejus locum eſt ſubrogatus, ut docet Liberatus in Breviario, cap. 23. Victor Thunonenſis in Chronico, & Theophanes pag. 188. Et Liberatus quidem Paulum hunc orthodoxum fuiſſe teſtatur. Victor autem Tunonenſis ac Theophanes hæreticum illum fuiſſe tradunt, & Dioſcori nomen in ſacris diptychis celebraſſe. Sic enim ait Victor, Baſilio V. C. Coſ. *Alexandrinæ Eccleſiæ, Theodoſio & Gaiano exulatis, Paulus pro eis prior Tabenneſiotarum, Dioſcori hæretici prædeceſſoris ſui depoſitionem celebrans, Paleſtino Concilio deponitur, & pro illo Zoilus ordinatur Epiſcopus.* Theophanes vero de Paulo ita ſcribit: ἅτε τὴν μνήμην σεβήρου τοῦ ἀνιέρου ποιήσας, ἐξεβλήθη τῆς ἐπισκοπῆς ὀργῇ τοῦ βασιλέως. Melius dixiſſet τοῦ διοσκόρου; nam Severus, ni fallor, adhuc ſuperſtes erat tunc cum Paulus ejectus eſt Epiſcopatu, id eſt anno Chriſti 537. Hæc ideo annotavi, quod Baronius in Annalibus, de hoc Paulo, præter illa quæ à Liberato ſcripta ſunt, nihil aliud dicit.

3 Τὸν δὲ τῆς βασιλείας ἐπιφάνιος] Errat Evagrius noſter, qui Epiphanium ponit pro Mena. Anthimus enim Epiphanio † ſucceſſerat. Pulſo deinde Anthimo, in ejus locum Mena Conſtantinopolis Epiſcopus ab Agapeto Papa ordinatus eſt, poſt Conſulatum Beliſarii, anno Chriſti 536. ut ſcribit Marcellinus in Chronico.

4 Ὡς ἐν ἁπάσαις λοιπὸν ταῖς ἐκκλησίαις] De hac pace & adunatione Eccleſiarum quæ facta eſt poſt ordinationem Pauli Epiſcopi Alexandrini, ita loquitur Liberatus in Breviario cap. 23. *Hoc ergo modo unitas facta eſt Eccleſiarum anno decimo imperii glorioſi Juſtiniani Auguſti.* Cuncti ſiquidem Patriarchæ Synodum Chalcedonenſem eo tempore ſuſcipiebant; id eſt anno Chriſti 537. Epiſcopus ſcilicet Romanus, cujus Pelagius Conſtantinopoli erat Apocriſarius: Paulus Alexandrinus: Ephræmius Antiochenus, & Petrus Hieroſolymorum Epiſcopi. Ex quibus Paulus cum initio rectam fidem ſimulaſſet, poſtea ad Eutychianam hæreſim deſcivit, ut ſupra notavi ex Victoris ac Theophanis Chroniço.

5 Κηρύττεσθαι τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον] Quæret hic fortaſſe aliquis antiquitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſus, quonam ritu fieri ſoleret hæc prædicatio Concilii Chalcedonenſis, Reſpondeo eam prædicationem fieri ſolitam in ambone ſeu pulpito Eccleſiæ, ab Epiſcopo, vel ab alio cui Epiſcopus vices ſuas delegaſſet, dum Miſſarum ſolemnia celebrarentur. Id docet Epiſtola, ſeu Libellus orthodoxorum Epiſcoporum oblatus Conſtantinopoli Agapeto Papæ, qui libellus refertur in actione prima Synodi Conſtantinopolitanæ ſub Mena, ubi de Juſtiniano Imperatore ita loquuntur. καὶ ἀφ' οὗτο νομοθετῆσαι τὰς ἱερὰς καὶ ἁγίας τέσσαρας συνόδους ἐν ταῖς ὁπόπτε γινομέναις θείαις μυσταγωγίαις μεγαλοφώνως ὑπὸ τῶν ἱερῶν κηρύκων κηρύττεσθαι. Vetus Interpres ita vertit: *Et propter hoc ſtatuit quatuor ſanctas Synodos in divinis & ſacris initiationibus, à ſacris prædicatoribus prædicari.* Exiſtimavit ſcilicet hic Interpres, μυσταγωγίαν

VARIORUM.

* Theodoſio Ep. Alexandrino, à Juſtiniano Imp. relegato anno 538, menſe Novembri, ſucceſſit Paulus eodem anno: qui & ipſe anno circiter 541 homicidii convictus, è ſede dejectus eſt. De hac Pauli damnatione pluribus agunt Liberatus cap. 23. & Procopius in Hiſtoria arcana cap. 27 quem legiſſe non pigebit. Paulus Zoilum ſucceſſorem habuit, ſed non ante annum 543. ut ſtatuit *Ant. Pagi ad ann. 537. n. 5.*

† Theophanes in Chronico ad ann. Chr. 520, ait: *Joanne Cappadoce Conſtantinopol. Epiſcopo defuncto, Epiphanius ejuſdem Eccleſiæ Presbyter & Syncellus, menſis Februarii die vigeſimo quinto fuit ordinatus.*

Sæc. V.

ullus uſquam auderet eam Anathemati ſubjicere: qui vero aliter ſentirent, ii omnibus modis adigerentur ad conſenſum ſuum ei accommodandum. Scripta eſt igitur ab Imperatore Juſtiniano conſtitutio, in qua Severum & Anthimum una cum aliis quibuſdam Anathemate percellit, & graviſſima ſupplicia decernit adverſus eos qui illorum dogmata prædicarent. Itaque ex eo tempore per omnes ubique terrarum Eccleſias nullum remanſit diſcidium: ſed uniuſcujuſque Diœceſeos Patriarchæ inter ſe conſenſerunt, & ſingularum urbium Epiſcopi Exarchos ſuos ſecuti ſunt: & quatuor ſynodi in Eccleſiis ſunt prædicatæ: prima, quæ Nicææ celebrata eſt: poſt hanc Conſtantinopolitana: dehinc Epheſina Prior: quarto loco Chalcedonenſis. Fuit etiam quinta ſynodus Juſtiniani principis juſſu congregata. De qua dicam ſuo loco ea quæ dicenda ſunt. Interim ea quæ tunc temporis ſingillatim geſta ſunt, & commemoratione digna eſſe videntur, huic hiſtoriæ adtexamus.

IV. Concilia.

Infra, cap. 38.

CAPUT XII.

De Cavade Perſarum rege, & de filio ejus Choſdroe, ex libris hiſtoriarum Procopii Cæſarienſis.

PROCOPIUS Rhetor, res à Beliſario geſtas deſcribens, narrat Cabadem Perſarum regem, cum Choſdroi filiorum ſuorum natu minimo regnum tradere vellet, poſtulaſſe

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Ἐκ τῆς ἱστορίας Προκοπίου Καισαρέως, περὶ Καβάδου τοῦ Περσῶν βασιλέως, καὶ Χοσρόου τοῦ αὐτοῦ.

ΓΕγραπται Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι τὰ [a] κατὰ Βελισσάριον· ὡς Καβάδης ὁ Περσῶν βασιλεὺς Χοσρόῃ τῷ παιδὶ νεωτέρῳ τῶν ἄλλων ὑῶν ὄντι πεπιθεῖναι τὴν βασιλείαν βουληθείς, [3] βάλεται ὅπως τῷ

VALESII ANNOTATIONES.

hoc loco accipi pro initiatione, ſeu baptiſmo, ut plerumque ſumi ſolet. Verum hoc loco θεία μυσταγωγία ſumitur pro ſacrificio Miſſæ, idemque eſt quod θεία λειτουργία. Certe Chalcedonenſis Synodus in Miſſarum ſolemnibus primum prædicata eſt Conſtantinopoli, regnante Juſtino ſeniore, ut videre eſt in actione quinta Synodi Conſtantinopolitanæ ſub Mena, pag. 725. & ſequentibus editionis Colonienſis. Sed monendi ſunt ſtudioſi antiquitatis Eccleſiaſticæ, ne ſe ab Interprete Latino in errorem induci patiantur, qui hanc proclamationem expleta Miſſa factam eſſe ſcribit. Cum tamen Græca aliter ſonent: *κατὰ τὴν παρελθοῦσαν κυριακήν τε καὶ δευτέραν, λειτουργίας ἐπιτελουμένης ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, &c.* Id eſt, *die Dominico, & feria ſecunda, cum Miſſa celebratur in ſancta Dei Eccleſia.* Idem error ab Interprete admiſſus eſt infra, pag. 733. *Et poſt lectionem ſancti Evangelii, ex more ſacra Miſſa finita, &c.* Græca ſic habent: *καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου, ἐξ ἔθους τῆς θείας λειτουργίας ἐπιτελουμένης & τῶν θυρῶν κλεισθεισῶν, καὶ τοῦ ἁγίου μαθήματος κατὰ τὸ σύνηθες λεχθέντος, τῷ καιρῷ τῶν διπτύχων, &c.* Quæ ſic vertenda ſunt: *Et poſt lectionem ſancti Evangelii, cum Miſſa ex more celebraretur, & clauſis januis, & ſacro Symbolo ex more recitato, ubi ventum eſt ad Diptycha, &c.* Quæ ſtudioſus lector illic leget, ſi totum hunc ritum quo quatuor œcumenicæ Synodi prædicatæ ſunt, & in ſacris diptychis perſcriptæ, diſcere voluerit.

1 Νομοθεσία] Intelligit Novellam Juſtiniani 42. quæ refertur etiam in actione 5. Synodi Conſtantinopolitanæ ſub Mena. Et in editione quidem Henrici Stephani, qui Novellas Juſtiniani Græce edidit, hæc Conſtitutio data eſſe dicitur die decimo ſeptimo Kalendas Auguſti, Beliſario V. C. Coſſ. In editione vero Concilii Conſtantinop. ſub Mena, data dicitur octavo Idus Auguſtas, poſt Conſulatum Beliſarii V. C. rectius procul dubio. Nam cum Juſtinianus eam conſtitutionem promulgaverit adverſus Anthimum ac Severum, poſt ſententiam Synodi Conſtantinopolitanæ in eoſdem prolatam, ſicut ipſe teſtatur in exordio conſtitutionis: Synodus autem Conſtantinopolitana condemnationis ſententiam in ſupradictos Anthimum ac Severum tulerit die duodecimo Kalendas Junias, poſt Conſulatum Beliſarii: prorſus neceſſe eſt ut Conſtitutio illa Juſtiniani promulgata fuerit anno poſt Conſulatum Beliſarii.

2 Τοῖς ἰδίοις ἐξάρχοις] Exarchi hoc loco ſunt Primates, ſeu Patriarchæ ſingularum Diœceſeon, ut paulo ante dixit Evagrius: quemadmodum expoſuit Jacobus Sirmundus in libro ſecundo Propemptici, cap. 5. ubi de Exarchis optime ac doctiſſime diſſeruit. Cujus exactæ diligentiæ nihil ſupereſt quod addamus. Nec male Chriſtophorſonus hoc loco ἐξάρχους Archiepiſcopos interpretatus eſt. Primates enim olim Achiepiſcopi dicebantur, ut docet Iſidorus in lib. 7. Originum, his verbis: *Ordo Epiſcoporum quadripartitus eſt, in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitis, & Epiſcopis. Patriarcha Græca lingua ſummus pater interpretatur, quia primum, id eſt Apoſtolicum retinet locum. Sicut Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Archiepiſcopus Græce dicitur Summus Epiſcoporum. Tenet enim vicem Apoſtolicam, & præſidet tam Metropolitanis quam Epiſcopis.*

3 Βούλεται ὅπως] Non placet conjectura doctorum virorum, qui pro βάλεται emendarunt βουλεύεται. Neque enim Græce dici poteſt *βουλεύεται ὅπως, &c.* Nicephorus in libro 17. cap. 10. pro his duobus vocabulis habet *διανοεῖται*, quod magis placet.

VARIORUM.

a Κατὰ Βελισσάριον] *Ducebat Beliſarius originem ex Germania quæ inter Thracas & Illyrios ſita eſt,* inquit Procopius Lib. 1. Vandal. cap. 11. Idem Procopius initio libri III. de bello Goth. laudes ejus pluribus perſequitur, aitque præditum eum fuiſſe ſingulari continentia, munificentia in milites, in rebus omnibus ſolertia; in adverſis imperturbatum animum oſtendiſſe, in proſperis ſuperbia non elatum. *Multa de Beliſario deſcripſit Suidas ex memorato Procopii libro.* Ceterum excœcatio Beliſarii, eleemoſyna ab eo petita, aliaque id genus, quæ ex Joanne Tzetze poeta Græco, aliiſque recentioribus Baronius recitat, commenta ſunt, quibus, reclamante Antiquitate, nulla fides habenda, *inquit Ant. Pagi ad ann.* 561. *n.* 7.

βασιλεῖ

βασιλεῖ Ῥωμαίων ἐς θεῖον υἱὸν ἐπιδιδόναι τ Χοσρόην, ἵνα ἐντεῦθεν ἀσφαλέςατα αὐτῷ ἡ ἀρχὴ διατεθείη. ἐπῳδὴ τοίνυν τούτῳ δήμαρχον, εἰσηγήσει Πρόκλου, ὃς παρεδρεύων Ἰουστινιανῷ κοιαίςωρ καθειςήκει, ἐπὶ μείζω τ πρὸς Ῥωμαίους ἔχθρας ἐξήναγον· φιλοπονώτατα τοίνυν καὶ λογίως ἐκτέθειται τῷ αὐτῷ Προκοπίῳ, ἃ δὴ πέπραχται ὑπὸ Βελισαρίῳ στρατηγοῦντι τῶν ἑῴων δυνάμεων Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις πρὸς ἀλλήλους πολεμοῦσι. πρώτην μὲν οὖν νίκην Ῥωμαίων ἀναγράφει περὶ τὰ χωρία Δάρας τε καὶ Νισίβεως, Βελισαρίου Ἑρμογένους τε αὖ τοῦ Ῥωμαίων στρατόπεδα διακοσμούντων. οἷς ὑποσυλήσει καὶ ὅσα τ Ἀρμενίων γένους χώραν, οἷά τε τ Ῥωμαίων εἰργάσατο γῆν Ἀλαμούνδαρος τῶν Σκηνητῶν Βαρβάρων ἡγούμενος· ὃς καὶ Τιμόστρατον τὸν Ῥυφίνου ἀδελφὸν σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στρατιώταις ἐζώστησε, καὶ χρημάτων ὕστερον μεγάλων ἀπέδοτο.

ab Imperatore Romano ut eum ſibi filium adoptaret, ut ſcilicet hoc pacto firmius illi regnum pararetur. Sed cum repulſam paſſus eſſet Cabades, ſuaſu Procli, qui Quæſtor Juſtiniano principi aſſidebat; hinc odium ejus adverſus Romanos auctum fuiſſe. Porro idem Procopius diligentiſſime ſimul & elegantiſſime exponit ea quæ geſta ſunt à Beliſario Orientalis militiæ Magiſtro, Romanis & Perſis inter ſe bellum gerentibus. Primam igitur Romanorum victoriam refert circa Daras ac Niſibin, cum Beliſarius & Hermogenes Romano exercitui præeſſent. Subjungit deinde res in Armenia geſtas, quantiſque malis provincias Romanorum attriverit Alamundarus, Scenitarum Barbarorum regulus. Qui etiam Timoſtratum Ruffini fratrem cum univerſis militibus quos ductabat, vivum cepit, magnaque pecuniæ vi poſt hæc redemptum dimiſit.

Cabades rex Perſ.

Beliſarius dux Rom.

Alamundarus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ Ἀλαμουνδάρου, καὶ Ἀζαρέθου, καὶ τ ἐν Βυζαντίῳ στάσεως τῆς ἐπίκλην λαβούσης τὸ νίκα.

CAPUT XIII.

De Alamundaro & Azaretho: & de ſeditione quæ orta eſt Conſtantinopoli, cui cognomen inditum fuit νίκα.

Ἐπαθῶς διεξίησι καὶ τ τῷ λελεσμένῳ μοι Ἀλαμουνδάρου καὶ Ἀζαρέθου τ Ῥωμαίων γῆς ἔφοδον, ὅπως τε τούτοις τ ἄφοδον ἐπὶ τὰ σφέτερα ποιουμένοις πρὸς βίας τῷ οἰκείῳ στρατῷ, ἐπὶ ταῖς ἠιόσι τοῦ Εὐφράτου Βελισαρίου συνεπλάκη, ἐπιγενομένης τ Πασχαλίας ἡμέρας, καὶ ὅπως ὁ Ῥωμαίων διεφθάρη στρατὸς, τ Βελισαρίου βουλευμάτων οὐκ ἀναγομένους· ὅπως τε Ῥυφῖνος καὶ Ἑρμογένης τ κεκλημένην ἀπέραντον εἰρήνην πρὸς Πέρσας διέθηκαν. οἷς ἐπάγει τ ἀνὰ τὸ Βυζάντιον γενομένην τ δημοτῶν στάσιν, ἣ προσηγορίαν a τὸ σύνθεμα τ δήμων δέδωκε. [a] τὸ Νίκα γὰρ ἐπίκλησιν ποιοῦσι, τοῦτο τ δήμων ἀλλήλοις συναφθέντων σύνθεμα δόντων τῆς ἐς ἀλλήλους γνώσεως. καθ' ἣν Ὑπάτιός τε καὶ Πομπήϊος βιαζήτην μὲν ὑπὸ τῶν δήμων τοὺς τ τυραννίδα. ἑκατέρῳ δὲ τοὺς τῶν στρατιωτῶν κελεύσμασιν Ἰουστινιανοῦ τ κεφαλὴν ἀποθεμένῳ, κατεπολέμθη, τ δήμων ἐσηθέντων. ὅτε καὶ τριακοσίας χιλιάδας ἐν τῷ πόνῳ τούτῳ φησὶν ὁ Προκόπιος ἀνθρώπων ἀπολέσθαι.

IDEM ſupradicti Alamundari & Azarethi incurſionem in provincias Imperii Romani luculente admodum narrat: & quemadmodum Beliſarius cogente ipſum exercitu, eos in regionem ſuam redeuntes, juxta ripam Euphratis aggreſſus ſit, imminente die feſto Paſchæ: utque Romanorum copiæ deletæ fuerint, cum Beliſarii conſiliis minime obtemperaſſent: denique quomodo Ruffinus & Hermogenes pacem eam quæ interminabilis dicta eſt, cum Perſis pepigerint. Poſthæc ſubjungit de ſeditione plebis Conſtantinopolitanæ, cui popularium teſſera vocabulum dedit. Nica enim hæc ſeditio cognominata eſt, eo quod populus in unum congregatus, internoſcendi ſui cauſa teſſeram hanc ſibi mutuo dediſſet. Qua in ſeditione Hypatius & Pompeius, cogente plebe, tyrannidem arripuerunt. Sed mox devicta plebe, uterque eorum Juſtiniani juſſu à militibus capite truncati & in mare demerſi ſunt. Triginta porro hominum millia in hoc tumultu occubuiſſe Procopius ſcribit.

Pax cum Perſis.

Nica ſeditio.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ Ὀνωρείχου τοῦ Βανδίλων ἄρχοντος, καὶ τ γλωσσοτομηθέντων Χειςιανῶν παρ' αὐτοῦ.

CAPUT XIV.

De Hunerico Vandalorum Rege, & de Chriſtianis quibus linguam præcidi juſſit.

Τῷ αὐτῷ τοι τ Βανδίλους γεγράφοντι, μέγιςα τέθειται, καὶ μνήμης ἐς ἀεὶ διασωζομένης ἄξια, ἃ λέξων ἔρχομαι. b Ὀνώριχος τὴν βασιλείαν ἐκ Γιζερίχου διαδεξάμενος, τάτε Ἀρείου θρησκεύων, ὡμότατα διετίθετο ἀμφὶ τοὺς

IN eo autem libro quo res Vandalicas exponit, res maximas refert, prorſuſque dignas quæ ſempiternæ hominum memoriæ commendentur. Eas igitur hoc loco commemorabo. Hunericus qui poſt Giſericum hæreditario jure regnum obtinuit, cum eſſet

Variorum Annotationes.

a Τὸ νίκα] Hanc ſeditionem Procopius fuſe proſequitur l. I. bell. Perſ. affirmatque in ea cæſa fuiſſe CPoli triginta hominum millia. Nic. Alemannus in Notis ad Procopii Hiſtoriam arcanam, p. 62. exhibuit Fragmentum Theophanis ex MSS. Vat. codd. in quo veluti in tabula videre eſt Imperii circa id tempus ſtatum, Juſtiniani mores, Circi & Theatri licentiam, & quam parva jurgii ſcintilla tantum incendium excitarit. Incipit ab his verbis: Γέγονεν ἡ ἀνταρσία τοῦ νίκα, τρόπῳ τοιούτῳ, *Rebellio quæ dicta eſt* Vince, *ita contigit,*

b Ὀνώριχος] Hunericus Genſerico patri ſucceſſit in regno Africæ, anno Chr. 477. De duobus ejus in Chriſtianos Edictis jam egimus.

ἐν Λιβύῃ

SÆC. V.

Hunericus Orthodoxos persequitur.

Arianus, Christianos in Africa degentes crudelissime vexavit: eos qui rectam fidei doctrinam sequebantur, per vim cogens ad Arii opinionem deflectere. Si qui vero mandatis ejus minime obtemperassent, eos ille aut flammis, aut alio mortis genere interficiebat. Quibusdam vero linguas jussit abscindi. Hos ab se visos esse testatur Procopius, cum profugi venissent Constantinopolim; seque illos perinde loquentes audivisse ac si nihil passi essent. Et linguas quidem eis radicitus excisas fuisse: vocem tamen eos articulatam habuisse, ac distincte locutos esse, novo atque inusitato miraculo. Horum mentio fit etiam in Constitutione Justiniani. Ex quibus duos lapsos esse Procopius scribit. Nam quoniam cum mulieribus commixti fuerant, vocem penitus amiserunt, martyrii gratia ab illis protinus recedente.

ἐν Λιβύῃ Χειστιανοὺς, τοὺς τὰ ὀρθὰ πρεσβεύοντας δόγματα βιαζόμενος ἐς τὴν Ἀρειανῶν μεταπίθεσθαι δόξαν· καὶ τοὺς τε μὴ ὑπείκοντας, πυρί τε καὶ μυρίαις θανάτων ἰδέαις ἔφθειρεν· οἱόσους δὲ τὰς γλώσσας ἀφεῖλετο. τούτους καὶ τῇ θέᾳ παραβαλεῖν ὁ Προκόπιος ἔφη, ὡς τὴν βασιλέως γενομένους πόλιν αὐτόσε ἀφικνουμένους, οἵτυχεῖν τε αὐτοῖς ἴσα τοῖς μηδὲν πεπονθόσι φθεγγομένοις. καὶ τὰς μὲν γλώσσας ἐξ αὐτοῦ τοῦ πυθμένος ἀνακεκάρθαι· τὴν δὲ φωνὴν αὐτοῖς ἔναρθρον εἶναι, καὶ εὔσημα ἀφιέναι· θαῦμα καινόν τε καὶ παράδοξον· ὧν καὶ Ἰουστίνου διάταξις μνημονεύει. ἐξ ὧν καὶ δύο παρολισθησάτην, ὡς αὐτὸς ἀναγράφει Προκόπιος. ἐπειδὴ γὰρ γυναιξὶν ὁμιλεῖν ἐβεβληθήτην, τὴν φωνὴν ἀφῃρεθήτην, τοῦ μαρτυρίου τὸ χάρισμα αὐτῶν μηκέτι παραμενάσης.

CAPUT XV.

De Cabaone Mauro.

ALIUD præterea quidpiam refert admiratione dignum, quod à Servatore Deo perpetratum est in hominibus qui à religione quidem nostra erant alieni, pie tamen ac religiose eo tempore se gesserunt. Ait igitur Cabaonem Maurorum circa Tripolim degentium regulum fuisse. Hic Cabaones; utar enim verbis ipsius Procopii, qui hæc sicut reliqua, eleganter exposuit; cum Vandalos adversus ipsum expeditionem suscepisse didicisset, ista gessit. Primum quidem iis qui sub ditione ipsius erant, præcepit ut ab injustitia & ab exquisitis dapibus, præcipue vero à mulierum consuetudine abstinerent. Deinde castra duo metatus, in his quidem ipse unà cum viris omnibus resedit: in illis vero mulieres inclusit, capitis supplicium interminatus, si quis mulierum castra ingressus esset. Posthæc exploratoribus Carthaginem missis hæc mandavit: Ut cum Vandali in expeditione constituti oratorium aliquod ex iis quæ Christiani venerantur, violarent, ipsi quidem id quod fiebat inspicerent. Postquam autem Vandali eum locum reliquissent, ipsi in ea æde ex qua Vandali discesserant, contraria omnia facerent. Istud quoque adjecisse fertur, sibi quidem ignotum esse Deum qui à Christianis coleretur: verisimile tamen videri, eum, si potens sit, quemadmodum dicitur, violatores quidem numinis sui ulturum, cultores vero defensurum esse. Exploratores itaque cum Carthaginem venissent, illic quieverunt, Vandalorum apparatum contemplantes. Ubi vero

Cabaones quo pacto Vandalos devicit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ Καβαώνου τοῦ Μαυρουσίου.

ΚΑὶ ἕτερον δὲ ἀξιάγαστον ἀνάγει τοῦ Σωτῆρος Θεοῦ θαυματουργήσαντος ἐπ' ἀνδράσιν ἐκφύλοις μὲν τὴν θρησκείαν, ὅσια δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ δράσασι. Καβαώνην φησὶ τῶν ἀμφὶ Τρίπολιν Μαυρουσίων ἡγεῖσθαι. οὗτος φησὶν ὁ Καβαώνης, ἄξιον γὰρ τοῖς αὐτοῦ χρήσασθαι ῥήμασιν, ἀξιολόγως καὶ περὶ τούτων διηγουμένου, ἐπειδὴ ἐπ' αὐτὸν ἐστρατεῦσθαι Βανδίλους [a] ἐπείθετο, ἐποίει τοιάδε. πρῶτα μὲν τοῖς ὑπηκόοις ἐπήγγειλεν, ἀδικίας τε πάσης, καὶ βρώσεως εἰς τρυφὴν ἀγούσης, καὶ πάντων μάλιστα, γυναικῶν ξυνουσίας ἀπέχεσθαι. χαρακώματά τε δύο πήξαμενος, ἐν θατέρῳ μὲν αὐτὸς σὺν πᾶσιν ἐστρατοπεδεύσατο τοῖς ἀνδράσιν. ἐν δὲ δὴ τῷ ἑτέρῳ, τὰς γυναῖκας καθεῖρξε. θάνατον ἧ τ ζημίαν ἠπείλησεν ἔσεσθαι, εἴ τις ἐπὶ τὸ τῶν γυναικῶν χαράκωμα ἴοι. μὴ δὲ, πέμψας ἐς Καρχηδόνα κατασκόπους, ἐπέστειλε τάδε· ἐπειδὰν οἱ Βανδίλοι ἐπὶ τὴν στρατείαν βαδίζοντες, ἔς τινα νεὼν ὑβρίσωσιν ὃν οἱ Χειστιανοὶ σέβονται, αὐτοὺς μὲν ἐφορᾶν τὰ γινόμενα· ἐὰν δὲ οἱ Βανδίλοι τὸ χωρίον ἀμείψωσι, πάντα ποιεῖν τἀναντία εἰς τὸ ἱερὸν, ἐξ ὧν δ' ἂν ἐκεῖνοι βαδίσαντες οἴχοντο. ἐπειπεῖν ἧ αὐτὸν καὶ τοῦτο φασὶν, ὡς ἀγνοοῖ μὲν τὸν Θεὸν ὃν Χειστιανοὶ σέβουσι· εἰκὸς δὲ αὐτὸν φησὶν, εἴπερ ἰσχυρός ἐστιν, ὡς λέγεται, τίσασθαι μὲν τοὺς ὑβρίζοντας, ἀμῦναι δὲ τοῖς θεραπεύουσιν. οἱ μὲν οὖν κατάσκοποι ἐς Καρχηδόνα ἐλθόντες, ἐσχόλαζον τῷ θεωρεῖν τῶν Βανδίλων θεώμενοι. ἐπειδὴ δὲ τὸ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῇ θέᾳ παραβαλεῖν] Scribendum est παραλαβεῖν, ut jam alii ante nos observarunt. Porro de his Confessoribus Africanis, quibus Hunericus Rex Vandalorum linguam præcidi jusserat, & qui postmodum loqui non destiterunt, præcisis licet linguis, loquitur Marcellinus Comes in Chronico, Theodorico & Venantio Cos. ubi etiam quosdam ex illis à se visos esse testatur. Idem scribit Victor Thunonensis in Chronico, Consulatu tertio Zenonis Augusti. Et Victor Vitensis in libro de persecutione Vandalorum; Justinianus denique Imperator in lege 1. de Officio Præfecti Prætorio Africæ. Quam Justiniani Constitutionem paulo post laudat Evagrius noster in hoc capite. licet Justini nomen perperam scriptum sit pro Justiniano. Plura vide apud Baronium, anno Christi 484.

2 Ἀξιάγαστον ἀνάγει] Mallem scribere ἀναχάφει, ut loquitur Evagrius in cap. 15.

VARIORUM.

a Ἐπείθετο] Legendum ἐπέθετο. *W. Lowth.*

φράπυμα

στράτευμα τὴ ἐπὶ Τρίπολιν ἦσαν, σχήματα περιβεβλημένοι ταπεινά, εἵποντο. οἱ δὲ Βανδίλοι, ὡς ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ αὐλίσαντο ἐς τὰ Χριστιανῶν τὰς νεὼς, τούς τε ἵππους, τά τε ἄλλα ζῶα ἐπαγαγόντες ὕβρεώς τε ὑδαμοῦ ἀπελείποντο, καὶ αὐτοὶ ἀκολασίᾳ τῇ σφετέρᾳ ἐχρήσαντο, τούς τε ἱερεῖς οὓς ἂν λάβοιεν, ἐρράπιζόν τε, καὶ ξαίνοντες τὰ νῶτα πολλὰ ὑπηρετεῖν σφίσιν ἐκέλευον. ἐπειδὴ δὲ τάχιστα ἐνθένδε ἀπεπλάγησαν, ἐποίουν οἱ δὲ Καβαώνου κατάσκοποι, ὅσα αὐτοῖς ἐπετέτακτο. τά τε γὰρ ἱερὰ καθῆρον αὐτίκα, τήν τε κόπρον καὶ εἴ τι ἄλλο οὐχ ὁσίως ἐπέκειτο, σὺν σπουδῇ ἀφελόμενοι, τάπετα λύχνα ἔκαιον ἅπαντα, καὶ τοὺς ἱερέας αἰδοῖ τε πολλῇ προσεκύνησαν, καὶ τῇ ἄλλῃ φιλοφροσύνῃ ἠσπάσαντο. ἀργύριά τε τοῖς πένησι δόντες, οἱ ἀμφὶ τὰ ἱερὰ ταῦτα ἐκάθηντο, οὕτω δὴ τῇ τῶν Βανδίλων στρατιᾷ εἵποντο. καὶ ἀπὸ τούτου τῆ ὁδὸν σύμπασαν οἱ Βανδίλοι τὰ αὐτὰ ἡμάρτανον, καὶ οἱ κατάσκοποι ἐθεράπευον. ἐπεὶ δὲ ἀσχολὰ ἔσεσθαι ἔμελλον, προτερήσαντες οἱ κατάσκοποι, ἀγγέλλουσι τῷ Καβαώνῃ, ὅσα Βανδίλοις τε καὶ σφίσιν ἐς τὰ Χριστιανῶν ἱερὰ εἴρξαστο, καὶ ὡς ἐγγύς που οἱ πολέμιοι εἶεν. ὁ δὲ ἀκούσας, ἐς τὴ ξυμβολὴν καθίστατο. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ, ὥς φησι, Βανδίλων διεφθάρησαν. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ ὑπὸ τοῖς πολεμίοις ἐγένοντο, ὀλίγοι τε κομιδῇ ἐκ τῆς στρατῆς τούτου ἐπ' οἴκου ἀπεκομίσθησαν. ταῦτα μὲν [a] Τρασαμούνδῳ παθεῖν ὑπὸ Μαυρουσίων ξυνέπεσεν· ἐτελεύτα δὲ χρόνῳ ὕστερον, ἑπτά τε καὶ εἴκοσιν ἔτη Βανδίλων ἄρξας.

exercitus eorum Tripolim versus proficisci cœpit, ipsi vili veste induti eos subsecuti sunt. At Vandali, primo statim die cum in Christianorum ædibus sacris stabulati essent una cum equis ac reliquis animalibus, nullum contumeliæ genus prætermiserunt: sed tum ipsi solita intemperantia utebantur, tum sacerdotes Christianorum quoscumque comprehenderant, alapis cædebant, & dorsa eorum verberibus tundentes, ministrare sibi eos cogebant. Exploratores autem Cabaonis, simul atque Vandali ex iis locis abscessserant, id agebant quod ipsis imperatum fuerat. Nam & ædes sacras protinus purgabant, & stercora ac siquid aliud minus religiose ingestum fuerat, studiose auferentes, lucernas omnes accendebant, & sacerdotes summa cum reverentia salutantes, omni obsequio atque humanitate prosequebantur. Pauperibus denique circa ædes illas sedentibus pecunias dabant. Hunc in modum exercitum Vandalorum sequebantur. Et Vandali quidem, ex eo tempore per universum deinceps iter similia scelera admiserunt: exploratores vero remedium adhibere conati sunt. Ubi vero Vandali propius ad Mauros accesserunt, exploratores antevertentes nunciarunt Cabaoni, quæcumque tum à Vandalis, tum ab ipsis, in ædibus sacris Christianorum gesta essent, hostesque jam appropinquare. His auditis Cabaones aciem instruit. Plurimi ex Vandalis in eo prælio cæsi interierunt. Multi etiam à Mauris capti sunt. Paucique omnino ex illo exercitu domum rediere. Hanc cladem à Mauris perpessus est Thrasamundus: nec multo post è vivis excessit, cum septem ac viginti annos apud Vandalos regnasset. *Thrasamundi obitus.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ις'.

Περὶ τῆς Βελισαρίου κατὰ Βανδίλων ἐκστρατείας, καὶ τῆς τούτων ἐξολεθρεύσεως.

Ὁ αὐτὸς ἀναγράφει, ὡς Ἰουστινιανὸς Φειδοῖ τῶν κακῶς αὐτόσε πασχόντων Χριστιανῶν, στρατείαν ἐπαγγείλας ὑποθήκαις Ἰωάννου ὑπάρχου τοῦ αὐλῆς κατεχόμενος, τοῦ προθέσεως ἀνεκέλλετο· [1] Ὄναρ τι αὐτῷ φανὲν ἀμηχανῆσαι μὴ πρὸς τὴ ἔφοδον ἐπικῆσαι.

CAPUT XVI.

De Belisarii expeditione adversus Vandalos, eorumque internecione.

REFERT idem Procopius, Justinianum Christianorum causa qui gravissimis malis illic afficiebantur, expeditionem in Africam suscepisse: sed suggestione Joannis Præfecti Prætorio, ab instituto esse revocatum. Postea tamen in somnis admonitum esse ne

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὄναρ τι αὐτῷ φανὲν] De hac visione Justiniano in somnis oblata Victor Thunonensis ita scribit. Justiniano Aug. IV. Cos. *Justinianus Imp. visitatione Læti Episcopi ab Hunerico Vandalorum Rege Martyris facti, exercitum in Africam Belisario Magistro militum Duce, contra Vandalos mittit.* Hujus Læti Episcopi meminit Victor Vitensis in lib. 1. de persecutione Vandalorum. De hac porro expeditione Justiniani in Africam contra Vandalos, loquitur etiam Marcellinus Comes in Chronico, eamque refert Consulatu quarto ejusdem Justiniani, id est anno Christi 534. Idem scribit Marius Aventicensis in Chronico. Baronius tamen in Annalibus Marcellinum reprehendit, eamque expeditionem à Justiniano susceptam esse contendit tertio ipsius Consulatu, anno Christi 533. Baronii sententiam confirmat Justiniani Constitutio de confirmatione Digestorum, quæ Pandectarum operi præfixa est. Sed pace Baronii dictum sit, Marcellini ac Victoris sententiam veriorem puto. In Justiniani autem Const. cujus authoritate nititur Baronius, mendum irrepsisse non dubito, & tertium Consulatum Imperatoris Justiniani à Librariis scriptum esse pro quarto. Idque Justinianus ipse in supradicta Constitutione tam manifeste indicat, ut mirer à Baronio id animadversum non fuisse. Sic enim loquitur Justinianus: *Leges autem nostras, quas in his codicibus, id est, Institutionum & Digestorum, posuimus, suum obtinere robur ex tertio felicissimo Consulatu præsentis duodecimæ Indictionis, tertio Kalendas Junuarias, in omne ævum valituras.* Duodecima enim Indictione Justinianus quartum gessit Consulatum, ut testatur Marcellinus Comes. Verum objiciet aliquis duodecimam Indictionem cœptam esse ex Kalendis Septembris, tertio Justiniani Consulatu. Ad aliud igitur argumentum confugiendum est, ut probemus id quod supra dixi: quarto scilicet Consulatu Justiniani, Vandalicam expeditionem cœptam esse, eamque Constitutionem qua nititur Baronii sententia, scriptam esse Consulatu quarto Justiniani. Istud vero ita probari potest. In fine supradictæ Constitutionis, tam Græcæ quam Latinæ, Justinianus mentionem facit Præfecti Prætorio Afri-

VARIORUM.

a Τρασαμούνδῳ] Trasamundus Vandalorum rex, qui mense Septembri anni 496 regnum inierat, & testibus Procopio, Isidoro, & Victore Tununensi, annos viginti septem in Africa imperavit, anno 523 mortuus est, sub consulatu nempe Maximi, ut idem Tununensis testatur. *Pagi ad ann.* 522. *n.* 2.

Χριστιανοῖς

Sæc. V.

ab incœpto desisteret. Regnum enim Vandalorum ab illo eversum iri, si Christianis opem ferret. Hoc somnio confirmatus, anno Imperii sui septimo, circa æstivum solstitium, Belisarium ad bellum Carthaginense mittit, cum navis prætoria ad littus quod est ante palatium, appulisset: & Epiphanius urbis regiæ antistes solemnes precationes fecisset, quosdam etiam ex militibus paulo ante baptizasset, atque in navem prætoriam imposuisset. Narrat præterea idem Scriptor de Cypriano Martyre nonnulla, quæ huic historiæ inseri merentur. Sic autem ait ad verbum. Cyprianum virum sanctissimum Carthaginenses universi præcipuo honore venerantur; constructaque in ejus honorem magnificentissima Ecclesia extra urbem ad littus maris, tum in reliquis eum religiose colunt, tum festum diem quotannis agunt, quem Cypriana appellant. Atque hinc nautæ tempestatem quamdam, cujus antea mentionem feci, eodem nomine quo diem festum vocare soliti sunt, propterea quod ea tempestas eo potissimum tempore ingruere consuevit, quo Afri festum illum diem perpetuo celebrare solent. Hanc Ecclesiam Vandali regnante Hunerico per vim Christianis ademerant, sacerdotibus magna cum ignominia inde expulsis: Ac deinceps tanquam quæ in jus ac dominium Arianorum venisset, eam instaurarunt. Quod cum Afri graviter ac moleste ferrent, aiunt Cyprianum sæpius in somnis visum, quibusdam eorum dixisse: non debere Christianos de ipso sollicitos esse: Se enim aliquanto post injuriæ suæ ultorem futurum. Quæ quidem prædictio Belisarii temporibus completa est, tunc cum Carthago duce Belisario in potestatem Romanorum redacta fuit, post quintum ac nonagesimum annum ex quo capta fuerat: & cum Vandali penitus debellati sunt, & Arianorum hæresis ex Africa prorsus fugata; Christiani denique juxta Cypriani Martyris prædictionem Ecclesias suas recuperarunt.

Belisarius.

Χριστιανοῖς γὰρ ἀμύνων τὰ Βανδίλων ἀφαφθείρει πράγματα. ὁπόθεν φρονηματισθείς, ἕβδομον τῆς βασιλείας ἀνύων ἔτος στέλλει Βελισάριον ἐς τὴν Καρχηδόνος πόλεμον ἀμφὶ τὰς θερινὰς τροπάς. τῆ στρατηγίδος νέως προχώσης ἐς τὴν ἀκλὴν ἢ πρὸ τῶ βασιλείων ἐστὶν, Ἐπιφανίου τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου δὲ ξαμένου τε τὰ εἰκότα, πιάς τε τῶν στρατιωτῶν ἄρτι βαπτίσαντος, καὶ ἐς τὴν στρατηγίδα ναῦν ἐσβιβάσαντος. ἀνήνεκται δὲ αὐτῷ καὶ τὰ ἐς Κυπριανὸν τὸν μάρτυρα ἱστορίας ἄξια, καὶ φησὶ πρὸς λέξιν ὧδε. Κυπριανὸν ἅγιον ἄνδρα μάλιστα πάντες Καρχηδόνιοι σέβονται. καὶ αὐτῷ νεών τινα λόγου πολλοῦ ἄξιον πρὸ τῆς πόλεως ἱδρυσάμενοι πρὸς τῇ θαλάσσης ἠϊόνι, τά τε ἄλλα ἐξοσιοῦνται, καὶ ἄγουσιν ὁσιώσιμον ἑορτὴν, ἣν δὴ Κυπριανὰ καλοῦσι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸν χειμῶνα οἱ ναῦται ὅπερ ἐγὼ ἀρτίως ἐμνήσθην, ὁμωνύμως τῇ πανηγύρει προσαγορεύειν εἰώθασιν, ἐπεὶ ἐς τὸν καιρὸν ἐπισκήπτειν φιλεῖ, ἐφ' ᾧ ταύτην οἱ Λίβυες ἄγειν ἐς ἀεὶ τὴν ἑορτὴν νενομίκασι. τοῦτον οἱ Βανδίλοι τὸν νεὼν, Ὀνωρείχου βασιλεύοντος, τοὺς Χριστιανοὺς βιασάμενοι ἀφείλοντο, ὁθένδε σὺν πολλῇ ἀτιμίᾳ τοὺς ἱερέας ἐξελάσαντες, καὶ τὸ λοιπὸν ἄτε προσήκοντα Ἀρειανοῖς ἐπινόρθωσαν. ἀχαλλέσαι δὴ ἀφ' ταῦτα καὶ ἀφηνιωμένοις τοῖς Λίβυσι, πολλάκις φασὶ τὸν Κυπριανὸν ὄναρ ἐπισκήψαντα φάναι ἀμφ' αὐτῷ μελεμνᾶν Χριστιανοὺς ἥκιστα χρῆναι· αὐτὸν γὰρ οἱ προϊόντος τοῦ χρόνου τιμωρὸν ἔσεσθαι· καὶ καταντῆσαι τὴν πρόρρησιν ἐς τοὺς Βελισαρίου χρόνους, Καρχηδόνος ὑπὸ Βελισαρίῳ στρατηγῷ Ῥωμαίων καθηκόντος γενομένης, μετὰ πέμπτον καὶ ἐνενηκοστὸν ἔτος τῆς ἁφαιρέσεως, Βανδίλων τε παντάπασιν ἐκπολεμωθέντων, καὶ τῆς Ἀρειανῶν δόξης τέλεον ἐκ τῆς Λιβύων γῆς ἀπελαθείσης, Χριστιανῶν τε τοὺς οἰκείους νεὼς ἀπειληφότων καὶ τὴν Κυπριανοῦ τοῦ μάρτυρος πρόρρησιν.

Valesii Annotationes.

ex. Atqui Præfectus Prætorio Africæ primum creatus est à Justiniano, Consulatu ipsius quarto, paulo ante Kalendas Septembres Indictionis tertiæ decimæ, ut docet Lex prima codicis de Præfecto Prætorio Africæ. Sic enim loquitur Justinianus: *Hæc igitur magnitudo tua cognoscens, ex Kalendis Septembribus futuræ decimæ tertiæ Indictionis effectui mancipari procuret.* *

1 Ἕβδομον τῆς βασιλείας ἀνύων ἔτος] Procopii verba ex libro primo Vandalicorum pag 107. hæc sunt: ἕβδομον ἤδη ἔτος τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχων Ἰουστινιανὸς, &c. Quæ verba annum septimum jam affectum significant. Quod si expeditionem Vandalicam Consulatu tertio Justiniani susceptam esse dixerimus, ut Justiniani verba suadere omnino videntur; cum circa æstivum solstitium Romana classis ad portum Byzantinum appulerit, ac paulo post inde solverit, ut scribit Procopius, id est circa finem Junii mensis: Justinianus annum tunc agebat Imperii sui septimum ac mensem tertium. Primus enim dies Imperii Justiniani ducitur à Kalendis Aprilis. Sin vero expeditionem Vandalicam conferamus in quartum Justiniani Consulatum, erit hic annus Imperii ejus octavus; non autem septimus, ut Procopius scribit: quare verior est Baronii sententia, quæ & Justiniani Principis authoritate, & Procopii testimonio confirmatur.

2 Μετὰ πέμπτον καὶ ἐνενηκοστὸν ἔτος] Consentit Justinianus Imp. in lege 1. cod. de Officio Præfecti Prætorio Africæ, ita loquens: *Ut Africa per nos tam brevi tempore reciperet libertatem, ante nonaginta quinque annos à Vandalis captivata.* Marcellinus autem Comes in Chronico scribit Carthaginem à Romanis captam esse nonagesimo sexto excidionis suæ anno. Victor autem Thunonensis nonagesimo septimo Vandalorum ingressionis anno Africam à Romanis Duce Belisario captam esse dicit.

Variorum.

* Huic argumento ita respondet Pagius ad annum 534 n. 5. Legem illam de officio Præfecti Prætorio, emissam fuisse anno præcedenti, scilicet anno 533. idque ante Constitutionem de confirmatione Digestorum. *W. Lowth.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ τ ἀπὸ Ἀφρικῆς ἐλθόντων λαφύρων.

ΤΩ αὐτῷ καὶ τάδε γέγραπται· ἐπειδὴ, φησιν, ὁ Βελισάριος τοὺς Βανδίλους καταπολεμήσας ἐς Βυζάντιον ἦκε, τά τε λάφυρα, τά τε τοῦ πολέμου ἀνδράποδα ἀναγόμενος, αὐτόν τε [a] Γελίμερα τὸν Βανδίλων ἡγούμενον, θριάμβου δοθέντος αὐτῷ κατ' τ ἱππόδρομον ἦγαγε, πάντα θαύματος ἄξια. ἐν οἷς κειμηλίων πάμπολύ τι χρῆμα κατατεθείκει, ἅτε Γιζερίχου τὸ ἐν Ῥώμῃ συληκότος παλάτιον ἄρτι ἔμπροσθέν μοι δεδιήγηται, ἡνίκα Εὐδοξία ἡ Οὐαλεντινιανοῦ γαμετὴ τ ἑσπερίων ἄρξαντος Ῥωμαίων, ὑπὸ Μαξίμου τόν τε ἄνδρα ἀποκαλοῦσα, καὶ ἐς τ σωφροσύνην ὑβριωθεῖσα, τ Γιζέριχον μετεπέμψατο, προδώσειν τὴν πόλιν ὑποχομένη. ὅτε καὶ τ Ῥώμην ἐμπρήσας, τ Εὐδοξίαν ἅμα ταῖς θυγατράσι κατὰ τὰ Βανδίλων ἤγαγεν ἤθη. τότε συληκὼς σὺν τοῖς ἄλλοις κειμηλίοις, ὅσα ὁ Οὐεσπεσιανοῦ παῖς Τῖτος τὰ Ἱεροσόλυμα ἀνδραποδίσας, ἐς Ῥώμην ἤγαγεν, ἀναθήματα Σολόμωνος τυγχάνοντα τὸν Θεὸν ἐξοσιωμένου. ἅτε Ἰουστινιανὸς πρὸς τιμῆς Χριστοῦ τ Θεοῦ ἡμῶν αὖθις εἰς Ἱεροσόλυμα πέπομφε, τὸ θεῖον ὡς πρέπον γεραίρων, [b] ὥσπερ καὶ πρότερον ἀνετέθησαν. τότε φησὶ τ Γελίμερα ὁ Προκόπιος, ἐπὶ γῆς ἐρριμμένον ἀνὰ τ ἱππόδρομον ἀντικρὺ τ βασιλέως καθέδρας, ἔνθα καθῆστο τὰ δρώμενα θεώμενος ὁ Ἰουστινιανὸς, ἐπιφθέγξασθαι τὸ θεῖον λόγιον τῇ σφετέρᾳ γλώσσῃ, ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης.

CAPUT XVII.

De spoliis quæ relata sunt ex Africa.

IDEM Procopius ista scribit; debellatis Vandalis, cum Belisarius Constantinopolim venisset, prædam & captivos ipsumque adeo Gelimerem Vandalorum regem secum ducens, triumpho ipsi concesso, cuncta quæ erant admiratione digna per Circum duci jussit. In quibus thesauri erant innumerabiles: quippe cum Gisericus olim Romæ palatium diripuisset, sicut superius *Lib. II. c.* à nobis relatum est: tunc cum Eudoxia 7. uxor Valentiniani Imperatoris Romanorum Occidentalium, ægre ferens quod Maximus maritum ejus necasset, & vim ipsi intulisset, Gisericum evocavit, se urbem Romam ei prodituram esse spondens. Quo tempore Gisericus, incensa urbe, Eudoxiam unà cum filiabus in Vandalorum regionem abduxit. Tunc direpta sunt simul cum aliis thesauris, quæcumque olim Titus Vespasiani filius, subactis Hierosolymis, Romam deportaverat, donaria scilicet Salomonis, quæ ille Deo consecraverat. Ea Justinianus in honorem Christi Dei nostri iterum misit Hierosolyma, Deo cui prius consecrata fuerant, honorem debitum exhibens. Scribit etiam idem Procopius, Gelimerem tunc humi prostratum in Circo, è regione solii regalis in quo Justinianus sedens cuncta quæ gerebantur spectabat, divinum illud oracullum patrio sermone pronuntiasse: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

Spolia à T. Vespasiano directa.

Gelimeris dictum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περὶ τῶν ἀπὸ προσώπου Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἀποφυγόντων Φοινίκων.

ΦΗσὶ δ' ἄν τις ἕτερον, ἥκιστα μὲν ἱστορηθὲν ἄχεις αὐτῷ, ἀξιάγαστον δ' ἂν τοῦ παντὸς θαύματος ὑπερβολὴν ἐχόντα. ἱστορεῖ δ' οὖν ὡς τὸ Λιβύων ἔθνος οἱ Μαυρούσιοι ἐκ τ Παλαιστίνων ἀναστάντες γῆς, τ Λιβύην κατῴκησαν· εἶναι δὲ τούτους ἐς ἀναγράφει τὰ θεῖα λόγια Γεργεσαίους, καὶ Ἰεβουσαίους, καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη ὅσα πρὸς Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ κατεπολεμήθη. τεκμήριοι δὲ τ λόγον ἀληθῆ παντάπασι τυγχάνειν, ἔκ τινος ἐπιγράμματος, ὅπερ καὶ ἀναστῆσαι φησὶ τοῖς Φοινίκων γράμμασι συγκείμενον· εἶναι δὲ τοῦτο ἀστοῦ κρήνης, ἔνθα στῆλαι δύο ἐκ λίθων λευκῶν πεποίηνται, ἐν αἷς ἐγκεκόλαπται τάδε. ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ Φυγόντες ἀπὸ προσώπου Ἰησοῦ τοῦ λῃστοῦ υἱοῦ Ναυῆ. ὧδε μὲν οὖν ἔληξε ταῦτα, αὖθις Ῥωμαίοις κατηκόου Λιβύης γενομένης, φόρους τε τοὺς ἐπετείους εἰσαγούσης ὥσπερ καὶ πρότερον. λέγεται δ' ἂν Λιβύη πεντήκοντα καὶ ἕξ ἄστη

CAPUT XVIII.

De Phœnicibus qui fugati sunt à Jesu filio Nave.

ALIUD præterea quiddam refert idem Procopius, quod à nemine quidem antea commemoratum est; admiratione tamen dignum est in primis, & omnem prope fidem transcendit. Ait igitur Mauros, gentem Africæ, ex Palæstina profectos in Africa consedisse. Eos autem esse, quorum in sacris libris fit mentio, Gergesæos & Jebusæos, aliasque gentes quas devicit Jesus filius Nave. Atque id verum esse conjicit, ex inscriptione quadam Phœnicum literis exarata, quam à se quoque lectam esse testatur. Porro inscriptionem illam extare juxta fontem, ubi duæ columnæ ex marmore albo erectæ sunt, quibus hæc incisa sunt verba. Nos sumus, qui fugimus à facie Jesu latronis filii Nave. Et hæc quidem ejusmodi exitum habuerunt, Africa iterum sub Romanorum ditionem redacta, & annuum tributum, sicut prius consueverat, inferente. Cæterum in Africa centum & quinquaginta civitates Ju-

Mauri unde.

VARIORUM ANNOTATIONES.

a Γελίμερα] Trasamundo successit Ildericus anno 523, die 24. mensis Maji: qui postquam annos septem & menses tres regnaverat, à *Gelimere* Gizerichi Vandalorum regis pronepote è regno dejectus est, mense circiter Augusto anni 530. *Ant. Pagi ad eum annum. n.* 8.

b Ὥσπερ καὶ πρότερον ἀνετέθησαν] Videtur legendum ὥσπερ καὶ πρότερον ἀνεῖ— *W. Lowth.*

Sæc. V. *Justinianus 150 urbes in Africa reparavit.*

stinianus reparasse fertur, alias penitus, quasdam majori ex parte prolapsas. Quas Justinianus longe magnificentius renovavit, mira ornamentorum varietate, & operibus tam publicis, quam privatis eas exornans; mœnium quoque ambitu & aliis ædibus maximis, quibus tum urbes decorari, tum Deus coli consuevit: aquarum denique copia, partim ad usum, partim ad venustatem: quarum alias tunc primum deduxit, cum antea in urbibus non essent: alias ad pristinum modum revocavit.

Ἰωσηνιανὸς ἀνασώσας, τὰ μὲ, τέλεον· τὰ δὲ χῖ πολὺ διαῤῥύεντα, ϗ πρὸς τὸ μεγαλοπρεπέστερον ἀνακαινίσας κἀλλωπίσεως ἐπιβολαῖς, κοσμήμασί τε ϗ κατασκευαῖς ἰδίαις ϗ δημοσίαις, τειχῶν τε περιβόλοις, ἑτέραις τε μεγίσταις οἰκοδομίαις, ἐξ ὧν αἵ τε πόλεις κοσμοῦνϯ, τό, τε θεῖον ἱλάσκεταϯ, ὑπῤῥοίαις τε ὑδάτων ἔς τε χρείαν ϗ κάλλος, τῶν μὲν, ὅτι προοιμίων ἐσαχθέντων, οὐκ ὄντων ταῖς πόλεσι πρότερον· τῶν δὲ, αὖθις πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἐπαναχθέντων τάξιν.

CAPUT XIX.

De Theodorico Gothorum rege, & de his quæ illo regnante, usque ad Justiniani tempora Romæ acciderunt: utque Roma iterum in Romanorum potestatem venerit, cum Vitiges illinc aufugisset.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ΄.

Περὶ Θευδερίχου τοῦ Γότθου, καὶ ὅτι ἐν Ῥώμῃ συμβάντων ὑπ' αὐτοῦ ἄχρι τῶν χρόνων Ἰωσηνιανοῦ, καὶ ὡς πάλιν ἡ Ῥώμη ὑπὸ Ῥωμαίοις γέγονεν, Οὐϊτίγιδος φυγόντος ἀπ' αὐτῆς.

Transeo nunc ad res in Italia gestas, quas idem Procopius Rhetor ad sua usque tempora plenissime explicavit. *Lib. III. c. 27.* Postquam Theodoricus, uti supra diximus, Romam cepisset, Odoacro qui in ea tyrannidem gerebat, penitus debellato, & Imperium Romanum deinceps usque ad exitum vitæ administrasset, post ejus mortem *Amalasuntha.* Amalasuntha, quæ uxor ejusdem fuerat, communis filii Athalarici tutelam & totius regni procurationem gessit, ad virilem gravitatem propius accedens, atque in hunc modum rebus prospiciens. Hæc prima Justinianum ad Gothici belli cupidinem incitavit, missis ad eum legatis, cum insidiæ adversus ipsam structæ essent. Porro cum Athalaricus tenera adhuc ætate è vi- *Theodatus.* vis excessisset, Theodatus propinquus Theodorici, Occidentalis Imperii administrationem suscepit. Sed cum Justinianus Belisarium in Occidentis partes misisset, regno se abdicavit, ut pote qui liberalibus studiis magis addictus, rei bellicæ haud *Vitiges.* satis gnarus esset: Vitige interim, viro bellicosissimo, occidentalibus copiis præposito. Ex ejusdem Procopii historia illud etiam discimus, Vitigem audito Belisarii in Ita- *Belisarius.* liam adventu, Roma excessisse: Belisarium vero cum suis copiis ad urbem appropinquasse. Quem Romani, reseratis portis libentissime susceperunt, id perficiente *Silverius.* potissimum Silverio, Romanæ urbis Episcopo, qui ad eam rem miserat Fidelem, qui Athalarici olim Assessor fuerat. Ita Romani citra pugnam Belisario urbem tradiderunt: ac denuo urbs Roma in potestatem Romanorum venit, post annos demum sexaginta, mense Apellæo, quem Latini

Ὅσα δὲ ϗ χῖ τὴν Ἰταλίαν γέγονεν, ἔρχομαι λέξων, καὶ τούτων οὐ μάλα σαφῶς Προκοπίῳ τῷ Ῥήτορι πεπραγμένων μέχρι τῶν αὐτοῦ χρόνων. ἐπειδὴ δὲ Θευδέριχος, ὡς μοι προαφήγηϯ, Ῥώμην εἶλεν, Ὀδόακρον τὸν ταύτης τύραννον πανδήμοσι καταπολεμήσας, ϗ τῶν Ῥωμαίων ἐξηγησάμενος ἀρχῆς [a] τὸν βίον διεμετρήσατο, Ἀμαλασοῦνθα ἡ τούτῳ συνοικήσασα, ὃ κοινὸν παιδὸς Ἀταλαρίχου τὴν ἐπιτροπὴν μετῄει, ϗ τὴν βασιλείαν διεκυβέρνα, μᾶλλον πρὸς τὸ ἀῤῥενωπὸν ἀποκλίνασα, ϗ τῆδε τῶν πραγμάτων προνοοῦσα· ἡ πρώτη πρὸς τῶν ἕωσιν ὃ Γόθθικοῦ πολέμου Ἰωσηνιανὸν ἐποίησε, πέμψασα πρὸς αὐτὸν πρέσβεις, ἐπιβουλῆς καθ' αὐτῆς ἐξαρτυθείσης. ϗ Ἀταλαρίχου τοίνυν ἐξ ἀνθρώπων γενομένου, ἔτι κομιδῇ μικρὸν τὴν ἡλικίαν ἄγοντος, [b] Θευδάτος πρόσγονος Θευδερίχου, τῶν τῶν ἑσπερίων πραγμάτων ἀρχὴν πρεσβεύεϯ. ὃς ἐπειδὴ Βελισάριον Ἰωσηνιανὸς ἀνὰ τὰ ἑσπέρια πέπομφε μέρη, τῆς ἀρχῆς ἐξίσταϯ, μᾶλλον πρὸς λόγους ἐσχολακὼς, ϗ πολέμων ἧκιστα πεῖραν ἔχων, Οὐϊτίγιδος ἀνδρὸς πολεμικωτάτου τῶν ἑσπερίων ἐξηγησαμένου δυνάμεων. ἐν τῷ συγκειμένων τῷ αὐτῷ Προκοπίῳ ἔστιν ἐλεῖν, ὡς Βελισαρίου πρόσχοντος τῇ Ἰταλῶν γῇ, Οὐίτιγις μὲν τὴν Ῥώμην καταλέλοιπε· Βελισάριος δὲ σὺν τῷ ἀμφ' αὐτὸν στρατῷ τῇ Ῥώμῃ προσεπέλασεν· ὃν ἥδιστα Ῥωμαῖοι τὰς πύλας ἀναπετάσαντες, ἐσεδέξαντο, Σιλβερίου μάλιστα τοῦ ταύτης ἀρχιερέως, τοῦτο καταπραξαμένου, πειλανίου τε ἐπὶ τούτῳ Φιδελίου Ἀταλαρίχου πάρεδρον γενόμενον· ᾧ τινι ϗ ἀμαχητὶ τὴν πόλιν παρέδοσαν· ϗ γέγονεν ὑπὸ Ῥωμαίους αὖθις ἡ Ῥώμη, ἑξήκοντα ἔτεσιν ὕστερον, ἀπάτῃ Ἀπελλαίου, πρὸς δὲ Ῥωμαίων προσαγορευομένου

Variorum Annotationes.

a Τὸν βίον διεμετρήσατο] Vivendi finem fecit Theodoricus Italiæ rex die 30 mensis Augusti anni Chr. 526. qui animam exhalaturus, *nepotem suum Athalaricum in regnum constituit*, inquit anonymus Valesianus. Nepos autem ejus erat ex *Amalasuntha* filia, quam ex *Audefleda* Clodovei Francorum regis sorore susceperat. Ut testatur *Pagius ad ann. 526. n 10.*

b Θευδάτος] Anno Chr. 534. *Athalaricus tabe exesus obiit, cum in regno annos 8 vixisset*, inquit Procopius lib. I. de Bello Goth. cap. 4. *Tum mater* (Amalasuntha) *Theodatum consobrinum suum* (Theodorici quondam regis ex sorore Amalafreda nepotem) *in regnum collocavit.* Hunc Gothi occiderunt anno 536. & Vitigem regem crearunt, qui sequenti anno Romam obsidebat.

Δεκεμβείῳ

a Δεκεμβρίῳ μηνὸς, [a] ἐνδέκατον ἔτος Ἰουστινιανοῦ βασιλέως τὴν αὐτοκράτορα διέποντος ἀρχήν. ὁ αὐτὸς ἀναγράφει Προκόπιος, ὡς τῶν Γότθων τὴν Ῥώμην πολιορκούντων, Βελισάριος ὑποψίαν θεοδοσίας b ἐς [b] Σιλβέριον τὸν τῆς πόλεως ἀρχιερέα ἐσχηκὼς, τοῦτον μὲν ἐς Ἑλλάδα μετοικίζει· ἀρχιερέα δὲ Βιγίλιον καθίστησατο.

Decembrem vocant, cum Justinianus annum Imperii sui undecimum ageret. Scribit etiam idem Procopius, Belisarium, cum Roma à Gothis obsideretur, Silverium ejusdem urbis Pontificem, quem de proditione suspectum habebat, in Achaiam deportasse, & Vigilium in ejus locum subrogasse. *Vigilius.*

SÆC. V.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ὡς οἱ λεγόμενοι Ἕρουλοι, ἐπὶ τοῖς χρόνοις Ἰουστινιανοῦ ἐχειστάνισαν.

CAPUT XX.

Quomodo Justiniani temporibus, Eruli Christianam fidem amplexi sint.

Ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις, ὡς ὁ αὐτὸς Προκόπιος 1 ἀναγράφει, [1] Ἕρυλοι ποταμὸν Ἶστρον ἤδη διαβάντες ὅτε τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν Ἀναστάσιος διεκυβέρνα, φιλοφρονηθέντες ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ χρήμασι μεγάλοις αὐτὸς δωρησαμένου, παντὶ Χριστιανοὶ γεγόνασι, καὶ τὴν δίαιταν ἐπὶ τὸ ἡμερώτερον μεθέβαλον.

Sub idem tempus, ut scribit Procopius, Eruli qui jampridem Imperatoris Anastasii temporibus Danubium trajecerant, benigne excepti à Justiniano, & maximis opibus ab eodem locupletati, universi simul Christianam fidem amplexi sunt, & pristina vivendi ratione deposita, mansuetiorem cultum induerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Ὡς πάλιν ὑπὸ Γότθοις γενομένην τὴν Ῥώμην, αὖθις ὁ Βελισάριος ἀνεσώσατο.

CAPUT XXI.

Quomodo Belisarius urbem Romam, quam Gothi iterum ceperant, recuperavit.

Εἶτα τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἐπανάζυξιν Βελισαρίου γράφει, ὅπως τε τὸν Οὐίτιγιν ἀνήγαγε μὲν τῶν ἐκ Ῥώμης λαφύρων· Τώτιλά τε τῆς Ῥωμαίων c ἀρχῆς τὸν παράληψιν, καὶ ὅπως [c] αὖθις ὑπὸ Γότθων ἡ Ῥώμη γέγονε, καὶ ὡς Βελισάριος δὶς τὴν Ἰταλίαν κατειληφὼς, αὖθις τὴν Ῥώμην ἀνεσώσατο· ὅπως τε τοῦ Μηδικοῦ πολέμου συγάντος, αὖθις ἐς Βυζάντιον ὁ Βελισάριος μεταπεμπτὸς ὑπὸ βασιλέως γέγονεν.

NARRAT deinde idem Procopius reditum Belisarii Constantinopolim, & quemadmodum Vitigem simul cum manubiis quas in urbe Roma ceperat, secum adduxerit: utque Totila Romanum Imperium sibi vindicaverit, & urbs Roma sub Gothorum ditionem denuo reciderit. Quomodo etiam Belisarius, cum iterum in Italiam venisset, Romam recuperaverit: Cumque bellum adversus Persas conflatum fuisset, ab Imperatore revocatus sit Constantinopolim. *Totila.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἕρυλοι] De horum conversione ad fidem Christi loquitur Procopius in lib. 1. Gothicorum, & Theophanes in Chronico, pag. 149. Hi cum juxta Mæotim paludem in locis stagnantibus degerent, primum Eluri nominati sunt: ἕλη enim Græce paludes dicuntur. Jordanes in libro de rebus Geticis, de Herulis ita scribit: *Nam predicta gens, Ablabio Historico referente, juxta Mæotidos paludes habitans in locis stagnantibus, quas Græci Ele vocant, Eluri nominati sunt.* Idem scribit Author Etymologici, in voce ἕλουρος. ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἑλῶν ἕλουρος κεκλῆσθαι. Δέξιππος· ἐν δωδεκάτῳ χρονικῶν. Hos Herulos Helmoldus in Chronico Slavorum cap. 2. Gentem Slavicam esse dicit, qui inter Albiam & Odoram habitabant, longoque sinu ad Austrum portendebantur, quos etiam alio nomine Heveldos dici scribit.

VARIORUM.

a Ἐνδέκατον ἔτος Ἰουστινιανοῦ] Pagius ad ann. 537. n. 4. pro *anno undecimo, decimum* scribendum esse contendit. Cum enim Roma ab Odoacre capta esset anno 476. annus inde sexagesimus in annum 536 incidet, qui est decimus Justiniani. Verum Procopius cum recepta Evagrii lectione consentit, lib. 1. de Bello Goth. cap. 14. *W. Lowth.*

b Σιλβέριον] Silverius, Hormisdæ Papæ filius, Ecclesiæ Romanæ subdiaconus, ac tandem anno 536. die VI. Junii Theodati regis potentia pontifex factus. Exeunte anno eodem, Theodoræ Aug. jussu, & scelerata Vigilii ambitione, a Belisario duce, ficto perduellionis crimine ei intentato, sede sua deturbatur, & Pataram Lyciæ urbem relegatur. Demum a Justiniano Imp. in Italiam remissus, ut causa ejus in Synodo rite judicaretur, nimia Belisarii facilitate, Vigilii custodiæ traditus est: qui eum in Palmariam insulam deportatum fame & inedia diu maceravit, ac tandem anno 540, die 20. Junii immissis duobus sicariis è medio sustulit. *Guil. Cave in Silverio.*

c Αὖθις ὑπὸ Γότθων ἡ Ῥώμη] Procopius lib. III. cap. 20. de Bello Goth. refert, Totilam Isaurorum proditione Romam cepisse, quam dum exscindere cogitat, literis Belisarii ab eo consilio revocatur. Cumque Romam penitus vacuam Totilas reliquisset, eandem recepit, muniit, ac eum fortissime repulit Belisarius. Hæc anno Chr. 546 consignat *Ant. Pagi.*

Sæc. V.

CAPUT XXII.

Quomodo iisdem temporibus Abasgi quoque Christianam fidem amplexi sunt.

REFERT præterea idem Scriptor, Abasgos per idem tempus ad mansuetiorem cultum translatos, Christianam religionem suscepisse: & Eunuchum quemdam Palatii, Euphratam nomine, qui natione Abasgus erat, ab Imperatore Justiniano ad eos missum esse, qui interdiceret, ne cuiquam deinceps in ea gente virilia ferro abscinderentur, neve vis inferretur naturæ. Ex his enim ut plurimum eligebantur ministri Imperialis cubiculi, quos vulgo Eunuchos vocant. Tunc etiam Justinianus, cum Ecclesiam in honorem Deiparæ apud Abasgos ædificasset, sacerdotes illis constituit. Atque exinde Abasgi Christianæ legis doctrinam accuratissime didicerunt.

Euphratas.

CAPUT XXIII.

Quomodo etiam Barbari qui Tanaim accolunt, Christianam religionem amplexi sint. Item de terræ motibus qui in Græcia & Achaia contigerunt.

REFERTUR etiam ab eodem Scriptore, accolas Tanais: Tanaim autem vocant indigenæ effluxum Mæotidis paludis in Euxinum mare: postulasse à Justiniano ut Episcopum ad ipsos mitteret. Justinianum vero, petitionem eorum ad exitum perduxisse, & sacerdotem libentissime ad eos direxisse. Idem Procopius eleganter admodum narrat, quomodo Gothi principatu ejusdem Justiniani, ex palude Mæotide in fines Romanorum irruperint, & quemadmodum Græcia gravissimis terræ motibus concussa fuerit; Bœotia item & Achaia, & loca quæ sunt circa sinum Crissæum quassata: innumera denique oppida atque urbes solo æquatæ sint. Terræ quoque hiatus plurimis in locis exstitisse scribit: & alicubi quidem terram rursus in unum coivisse: alibi vero hiatus illos permansisse.

Gothorum irruptio.

Terræ motus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Ὡς καὶ Ἀβασγοὶ πιστικαῦτα ἐχριστιάνισαν.

Ο Αὐτὸς ἱστορεῖ, [a] Ἀβασγοὺς ἐπὶ τὸ ἡμερώτερον μεταςάντας ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις τὰ Χριστιανῶν ἐλέσθαι δόγματα, βασιλέα τε Ἰουστινιανὸν, τ πνὰ ἐκ τ αὐλῆς Εὐνύχων, Ἀβασγὸν ὄ τὸ γένος, Εὐφρατᾶν ὄνομα, πέμψαι παρ' αὐτοὺς ἀπαγορεύοντα, μηδένα τὸ λοιπὸν ἐν τούτῳ τῷ ἔθνει τὴν ἀῤῥενωπίαν ἀποψιλοῦσθαι σιδήρῳ, βιαζομένης τῆς φύσεως. ἐξ αὐτῶν γὰ τὰ πολλὰ οἱ τοῖς βασιλικοῖς ἐξυπηρετούμενοι κοιτῶσι καθεστήκεσαν, οὓς Εὐνούχους ἡ συνήθεια καλεῖ. ὅτε δ Ἰουστινιανὸς ἱερὸν τῆς θεοτόκου ἐν Ἀβασγοῖς οἰκοδομησάμενος, ἱερέας αὐτοῖς κατεστήσατο. ὅθεν ἐς τὸ ἀκριβέστατον τὰ Χριστιανῶν ἐξέμαθον δόγματα.

a

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Ὡς καὶ οἱ τ Τάναϊν οἰκοῦντες, πιστικαῦτα ἐχριστιάνισαν· δ θεὶ σεισμῶν ἐν Ἑλλάδι δ Ἀχαΐᾳ γενομένων.

Ἱστόρηται τῷ αὐτῷ ἀνδρὶ, ὡς οἱ τὸν Τάναϊν οἰκοῦντες, Τάναϊν δὲ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι τ ἐκ τ λίμνης τ Μαιώτιδος ἐκβολὴν ἄχρις ἐς τὸν Εὔξεινον Πόντον, Ἰουστινιανὸν δυσωποῦσιν, ἐπίσκοπον σφίσιν ἐκπέμψαι, [1] ἐπιμελῆ τε τ δέησιν Ἰουστινιανὸν ἀπεργάσασθαι, δ ἱερέα αὐτοῖς ἥδιστα πέμψαι. ἀναγεγράφθαι δὲ μάλα λογίως ὁ αὐτὸς, ὑπὸ τοῖς Ἰουστινιανοῦ χρόνοις, Γότθων τ ἀπὸ τ Μαιώτιδος ἐκδρομὰς ἐς τ Ῥωμαίων γῆς, σεισμούς τε ἐξαισίους ἀνὰ τ Ἑλλάδα γενέσθαι, τήν τε Βοιωτίαν δ Ἀχαΐαν δ τὰ περὶ [b] κόλπον τ Κρισαῖον κατασφαλῆναι, δ χωρία ἀνάριθμα δ πόλεις ἐς ἔδαφος ἀνεχθῆναι, καὶ χάη τ γῆς πολλαχόσε γενέσθαι· δ ἐνιαχῆ μὴ αὖθις ἐς ταυτὸν συνελθεῖν· εἶναι δὲ ἃ μεμενήκασι.

I

b

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐπιμελῆ τε τὴν δέησιν] Non dubito quin Evagrius scripserit ἐπιτελῆ τε τὴν δέησιν Ἰουστινιανὸν ἐπεργάσασθαι. Sic enim habet Niceph. in cap. 13. lib 17.

VARIORUM.

a Ἀβασγούς] Qui & Abasci, populi fuere Colchidis qui, teste Ariano, habitabant in ora litorali Ponti Euxini, versus Dioscuriadem, inter Coraxos ad Boream & Absilas ad meridiem, ubi nunc pars Septentrionalis Mingreliæ regionis, teste Archangelo Lamberto. *Baudrand.*

b Κόλπον Κρισαῖον] Crissæus sinus pars est sinus Corinthiaci, in ejus ora septentrionali, & versus Phocidem, nuncque *Il Golfo di Salona* vocatur a recentioribus. *Baudrand.* Contigerunt autem hi terræ motus mense Julio anni 551. ut testatur Theophanes in Chronico.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Περὶ Ναρσοῦ τοῦ στρατηγοῦ, καὶ θεοφιλείας αὐτοῦ.

a Γράφει δὲ τὰ [a] Ναρσοῦ στρατηγίαν, καλέντος πρὸς Ἰουστινιανοῦ ἐκ τῆς Ἰταλῶν χώρας, ὅπως τε b τὸν [b] Τώτιλαν κατηγωνίσατο, καὶ μετ' αὐτὸν Τεΐαν· c καὶ ὡς [c] Ῥώμη πέμπτον ἐάλω. Φασὶ τοίνυν οἱ συγγενόμενοι τῷ Ναρσῇ, ὡς ἄρα τὸ θεῖον λιταῖς τε καὶ ἄλλαις εὐσεβείαις ἐξωσιοῦτο, τὰ εἰκότα γεραίρων καὶ τιμῶν παρθένον καὶ Θεοτόκον, ὡς ἀναφανδὸν αὐτῷ οἱ Ἀφικέσθαι τὸν καιρὸν ὅτε πολεμεῖν δέοι· καὶ μὴ d πρότερον χεῖρας ἄρχειν, πρὶν ἂν [d] ἐκεῖθεν τὸ σύνθεμα λάβοι. πέπρακται δὲ καὶ ἕτερα τῷ Ναρσῇ, e λόγου πολλοῦ ἄξια, [e] Βουσελίνου καὶ Σινδουάλδου καταπολεμήσαντι, καὶ τὰ πολλὰ προσκτησαμένῳ μέχρις ὠκεανοῦ. ἅπερ Ἀγαθίας μὲν γέγραπται τῷ ῥήτορι, οὔπω δὲ ἐς ἡμᾶς ἀφῖκται.

CAPUT XXIV.

De Narſe Magiſtro militum, & de ejuſdem pietate.

NARRAT præterea res à Narſete geſtas, quem Juſtinianus in Italiam miſerat: & qua ratione is Totilam, ac deinde Teiam ſuperaverit, & quomodo urbs Roma quintum capta ſit. Porro qui cum Narſete familiariter verſati ſunt, eum ſupplicationibus ac reliquis pietatis officiis divinum numen uſque adeo coluiſſe, & debitum Deiparæ honorem tam ſtudioſe exhibuiſſe aiunt, ut illa tempus ei manifeſte indicaret, quo pugna committenda eſſet: nec prius unquam prælium iniret Narſes, quam ſignum ab illa accepiſſet. Alia quoque multa ab eodem Narſete geſta ſunt, maxima laude digna: quippe qui Buſelinum & Sindualdum debellaverit, multaſque regiones ad Oceanum uſque, Romanæ ditioni adjunxerit. Quæ Agathias quidem rhetor literis mandavit: nondum tamen nanſciſci potuimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Ὡς ὁ Χοσρόης Φθόνῳ τακεὶς ἐπὶ ταῖς εὐημερίαις Ἰουστινιανῷ, ἐστράτευσε, καὶ πλείστας πόλεις καθεῖλε Ῥωμαϊκὰς, ἐν αἷς καὶ τὴν μεγάλην Ἀντιόχειαν.

Τῷ αὐτῷ Προκοπίῳ καὶ τάδε συνεγράφη· ὅπερ Χοσρόης ἐπειδὴ ἔγνω τά τε ἐν Λιβύῃ τά τε ἐν Ἰταλίᾳ συνενεχθέντα δεξιῶς τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ, πρὸς Φθόνον ἐξαίσιον ἤρθη· ἐπεκάλεί τέ τινα τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, παρασπονδεῖσθαι λέγων, καὶ τὴν συγκειμένην εἰρήνην λελύσθαι. καὶ πρῶτα μὲν Ἰουστινιανὸν πρέσβεις ἀφικέσθαι πρὸς Χοσρόην, πείσοντας μὴ τὴν σφίσιν ἀπέραντον εἰρήνην διαλῦσαι, μηδὲ λυμήνασθαι τοῖς συγκειμένοις, ζητηθῆναι δὲ τὰ ἀμφίλογα, καί τινι φιλίῳ διαπεθῆναι τρόπῳ. τὰ δὲ φησὶν ἀλύοντα ὑπὸ τῆς ἔνδοθεν κυκώντος Φθόνου, μηδὲν τῶν βουλόμενα προσδέξασθαι· στρατῷ δὲ μεγάλῳ τὴν Ῥωμαίων ἐπελθεῖν γῆν, f τέταρτον καὶ δέκατον ἔτος ἄρχοντος Ἰουστινιανοῦ καὶ τὴν Ῥωμαίων ἰθύνοντος βασιλείαν. καὶ συγγράφει, ὅπως Χοσρόης Σοῦρον τὴν πόλιν πρὸς ταῖς ὄχθαις τοῦ Εὐφράτου κειμένην ἐκπολιορκήσας καθεῖλεν, ἕτερα συνθέσθαι δόξας, ἕτερα δὲ πράξας ἐς αὐτοὺς, τὰ πάντα ἀνοσιώτατα, τοῖς συγκειμένοις οὐδὲν προσε-

CAPUT XXV.

Quomodo Choſdroes ob res proſpere à Juſtiniano geſtas invidia ſtimulatus, bellum intulit Romanis, multaſque urbes Imperii Romani, atque in his magnam Antiochiam deſtruxit.

REFERTUR præterea ab eodem Procopio, qualiter Choſdroes, cum res in Africa atque Italia tam feliciter ſucceſſiſſe Imperio Romano didiciſſet, invidia ſupra modum exarſerit, & quædam objecerit Romanis, fœdus ab illis violatum eſſe dicens, ruptamque pacem quæ inter ipſos convenerat. Juſtinianus vero, primum quidem legatos ad Choſdroem miſerit, qui illi ſuaderent ne pacem illam interminabilem quæ inter ipſos icta fuerat, diſſolveret, neve pacta violaret; ſed ut potius, ſi quid controverſum erat, examinaretur, & amice componeretur. Choſdroes contra invidiæ ſtimulis intus illum pungentibus agitatus, nullam conditionem admiſerit, ſed cum ingenti exercitu in fines Romanorum invaſerit, anno tertiodecimo Imperii Juſtiniani. Narrat porro idem Procopius, quomodo Choſdroes urbem Sura ad ripas Euphratis ſitam ceperit ac deſtruxerit, cum alia quidem illis ſpondere viſus eſſet, alia vero omnia in eos impie ac nefarie admiſiſſet,

VARIORUM ANNOTATIONES.

a Ναρσοῦ] Narſes, Eunuchus, Imp. Juſtiniani Cubicularius: Statura fuit brevi, & corpore gracili; at ſtrenuus, prudens & felix in rebus gerendis, ut tradit Agathias lib. I. & ex eo Suidas.

b Τώτιλαν—τεΐαν] Pugna Narſetem inter & Totilam commiſſa, prope Ravennam, anno 552. fugatus eſt Totilas, & demum occiſus. Gothi qui ex prælio evaſerant, regem ſibi Teiam crearunt, qui ſimili fato functus eſt, vel eodem, vel ſaltem ſequenti anno.

c Ῥώμη πέμπτον ἐάλω] Primo a Beliſario, anno 536. vid. ſupra, cap. 19. 2do a Totila, anno 546. 3tio a Beliſario mox recipitur, cum a Totila deſerta fuiſſet, vid. cap. 21. 40. a Totila anno 549. vid. Pagi ad annum iſtum. 5to a Narſete anno 552. Eadem habet Procopius de Bello Goth. l. 4. c. 33. a quo ſua hauſit Evagrius. Sed Interpres Procopii pro *quinto* male vertit *ſextum*: quem errorem in variis Lectionibus ad calcem operis rejectis ingenue agnovit. *W. Lowth.*

d Ἐκεῖθεν] Grynæus & Curterius *cælitus* interpretantur, ut notavit *Matt. Sharting in locum.*

e Βουσελίνου] Buſelinus ſive Butilinus, Germanorum dux, cum in Campaniam veniſſet, caſtra non procul a Capua urbe fixit, ad ripas Caſulini fluminis. Narſes vero ubi hæc cognovit, ſtatim & ipſe univerſo exercitu Roma educto, non procul ab hoſtibus caſtra locat. Tandem ventum eſt ad prælium, in quo ipſe dux Butilinus cum univerſo exercitu ad internecionem periit. Hæc anno 553 refert Pagius.

f Τέταρτον καὶ δέκατον ἔτος] Qui fuit annus Chriſti 539. Choſroes Suram & Antiochiam cepit ſequenti anno.

κηκὼς

SÆC. V.

& fraude potius quam armis urbem occupasset. Quomodo item Berrœam incenderit, atque exinde urbem Antiochiam aggressus sit, quo tempore Ephraemius Episcopatum ejus loci administrabat. Qui tamen civitatem illam deseruerat, propterea quod nihil ipsi ex animi sententia succedebat. Hic Ecclesiam, & quæ circa illam erant ædificia, servasse dicitur, cum Ecclesiam sacris donariis exornasset eo consilio, ut hoc illi redemptionis pretium esset. Describitur etiam ab eodem Procopio, & luculente exponitur expugnatio urbis Antiochiæ, & quomodo Chosdroes eam ceperit, & cuncta igni ac ferro vastaverit. Quomodo item Seleuciam venerit, quæ urbs est vicina Antiochiæ: deinde ad suburbanum Daphnes: posthæc Apameam profectus sit, cujus urbis Episcopatum eo tempore administrabat Thomas, vir dictis factisque admirabilis. Qui quidem prudenti consilio usus, equestres ludos una cum Chosdroe in Circo spectare contra Ecclesiasticum morem non recusavit, gratificari Chosdroi studens modis omnibus, ejusque animum mitigare. Idem interroganti eum Chosdroi, num libenter ipsum in sua civitate visurus esset, respondisse fertur, ex animi sui sententia se haudquaquam libenti animo illum in sua civitate visurum esse. Quod responsum admiratus esse dicitur Chosdroes, & propter studium veritatis hunc virum merito suspexisse.

Ephraemius Ep. Antioch.

Thomas Ep. Apam.

ἀχηκὼς, ᾗ δόλῳ μᾶλλον ἢ πολέμῳ τ πόλεως ἐκράτησε γενόμενος. ὅπως τε ᾗ τ Βέροιαν ἐνέπρησεν· εἶτα καὶ τλὼ ἐς Ἀντόχειαν ἔφοδον, Ἐφραιμίου μὲν ἐπισκοποῦντος τ πόλιν, καταλελοιπότος δὲ αὐτὴν, μηδενὸς αὐτῷ τ κατὰ σκοπὸν ᾐόντος· ὃς τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὰ ἀμφ' αὐτλὼ πάντα ᾠκισωσάμενος, καταχοσμήσας τοῖς ἱεροῖς ἀναθήμασιν, ἵνα λύτρα ταύτη γένηται. ἀναγεάφθ δὲ ᾗ ᾠκιπαθᾶς ἐκτίθεται καὶ τῆς Ἀντόχε πόλεως τλὼ ἅλωσιν πρὸς αὐτῷ Χοσρόε γενομένῳ, ᾗ ὡς πάντα ἀπόλλυσι κτείνων τε καὶ ἐμπιπρὰς Χοσρόης· ὅπως τε κτ' τλὼ γείτονα Σελεύκειαν γένοιτο, ἐν Δάφνῃ τε τῷ ᾠκαστείῳ, εἶτα ᾗ κτ' τλὼ Ἀπαμέων, Θωμᾶ τὸν αὐτόσε τῆς ἐκκλησίας θρόνον διέποντος, ἀνδρὸς λόγῳ τε καὶ ἔργῳ δυναπωτάτε· ὃς καὶ συνθεάσασθ τῷ Χοσρόῃ τλὼ τ ἵππων ἄμιλλαν ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ ᾠδχὶ τὸ νενομισμένον, Σοφῶς ὑπέρη, παντοίως Χοσρόλω θεραπεύων τε καὶ ἡμερούμενος. ὃν καὶ Χοσρόης ἤρετο, εἴ ᾠ ἤθελεν αὐτὸν ἀνὰ τλὼ οἰκείαν θεάσασθ πόλιν· ὃν Φασιν ἀληθιζόμενον εἰπεῖν, ὡς οὐχ ἥδιςα τὸν Χοσρόλω ὁρᾴη κατὰ τλὼ οἰκείαν πόλιν. ἃ καὶ θαυμάσαι Φασι τὸν Χοσρόλω, τῆς ἀληθείας τὸν ἄνδρα δικαίως ἀγάμενον.

CAPUT XXVI.

De pretiosi ac vivifici ligni S. Crucis miraculo, quod Apamiæ factum est.

SED quoniam in hunc sermonem delapsus sum, miraculum quod tunc Apamiæ factum est non silebo, quippe quod huic operi nostro inseri mereatur. Cum urbem Antiochiam à Chosdroe incensam esse didicissent Apamenses, postularunt suppliciter à Thoma, cujus supra mentionem feci, ut salutare ac vivificum crucis lignum præter consuetum morem proferret, atque omnium oculis exponeret: ut unicam hanc mortalium salutem postremum cernere ac deosculari ipsis liceret, atque hoc ipsis ad alteram vitam esset viaticum, veneranda scilicet cruce ipsos ad meliorem sortem transportante. Annuit eorum precibus Thomas, & vivificum lignum depromsit, indictis certis diebus quibus proponeretur, ut omnes finitimi eo confluere, & salutis inde promanantis participes fieri possent. Eo igitur parentes mei una cum reliquis se contulerunt, me quoque qui tunc Grammaticorum scholas frequentabam, secum deducentes. Itaque eo tempore quo venerandam crucem adorare ac deosculari meruimus, Thomas elatis sursum manibus, lignum crucis quod veterem maledictionem abolevit, universam ædem sa-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κϛ'.

Περὶ τῦ γενομένος θαύματος ἐν Ἀπαμείᾳ τῦ πμίου ᾗ ζωοποιοῦ ξύλου τοῦ σαυροῦ.

Ἐπειδὴ ᾗ τῆς ἱστορίας ὧδε γεγόναμεν, λέξω καὶ τὸ γενόμενος αὐτόσε θαῦμα, ὃ τ παρούσης ἱστορίας ἄξιον καθέστηκεν. ὅτε ᾗ Ἀντόχε πυρπολεῖται τῶν Ἀπαμέων οἱ παῖδες ἐγνώκεσαν, ἱκέτευον τὸν λελεγμένον μοι Θωμᾶν, τὸ σωτήριον ᾗ ζωοποιὸν τῦ σαυροῦ ξύλον ᾠδχὶ τὸ εἰωθὸς ᾠενεγκεῖν τε ᾗ ᾠσθεῖναι, ὡς ἂν τὰ τελευταῖα ὁρῶέν τε ᾗ καταπάζοιντο, τ μόνλω τ ἀνθρώπων σωτηρίαν, ἐφόδιόν τε λάβοιεν τ ἑτέρας βιοτῆς, ᾗ προπορθύοντος αὐτὲς τῦ πμίου σαυρῦ πρὸς τλὼ ἀμείνω λῆξιν. ὁ δὴ καὶ πεπειραχὼς ὁ Θωμᾶς, ᾠσφέρει τὸ ζωοποιὸν ξύλον, ῥητὰς ἐπαγγείλας ἡμέρας τ προθέσεως, ὡς ἂν ἐξῇ ᾗ πᾶσι τοῖς ἀφυγείτοσιν ἁλιᾶναι, καὶ τῆς ἐντεῦθεν σωτηρίας ἀπόναται. φοιτῶσι γοῦν μετὰ τ ἄλλων καὶ οἱ ἐς Φῶς με ᾠσαγαγόντες, ἐς γραμματιδιδασκάλω φοιτῶντά με ᾠσιαγόμενοι. ὡς δ' οὖν ᾠσκυνῆσαί τε ᾗ καταπάσασθ τὸν τίμιον ἐξιόθημον σαυρὸν, ἆρας ὁ Θωμᾶς ἄμφω τὰ χεῖρε, τὸ τῆς ἀρχαίας καταίας ἐξαλειπτήριον τῦ σαυροῦ ξύλον ἐπεδείκνυ, πάντη τ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Μηδενὸς αὐτῷ τῶν καθ' σκοπὸν ᾠσιόντος] Hunc locum correxi ex cod. Telleriano, & ex Nicephoro, apud quem ita scribitur: μηδενὸς αὐτῷ τῶν κατὰ σκοπὸν ᾠσιόντος. Id est, *Qui, cum nihil eorum quæ agebat, ex animi sententia ipsi succederet, Ecclesiam reliquit, &c.* Vide Procopium in lib. 2. Persicorum, ubi Ephræmium Episcopum falso accusatum esse dicit, quod Antiochiam Persis dedere in animo haberet: ac brevi postea metu irruptionis Persarum, in Ciliciam confugisse. De ornamentis vero ab Ephræmio datis Ecclesiæ Antiochenorum, nihil legitur apud Procopium.

θείων

θείων ἀναχτόρων θείοσῶν, ὥσπερ ὁι ταῖς χυείαις τῶν προσκυνήσεων ἡμέραις εἴθιζο. εἵπετο δὲ τῷ Θωμᾷ μεθιζομένῳ πυρὸς μέγα τὶ χρῆμα στιλαγίζοντος, ᾧ καταλαίοντος, ὡς πάντα τὸν χῶρον ἔνθα παρεχὼς τὸν τίμιον ἐπεδείκνυ ξαυρὸν, ἐμπίπραθαι δοκεῖν. καὶ γέγονεν οὐχ ἅπαξ, ᾧ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, τοῦ ἱερέως πάντα τὸν αὐτόσε χῶρον θείόντος, ᾧ τῷ ἀθροισθέντος λεὼ τῦτο γενέσθαι Θωμᾶν δυσωπουῦτος. ὅθεν καὶ τῷ γενομένῳ Ζωτηρίαν τοῖς Ἀπαμεῦσι προεφήτευσεν. ἀνετέθη τοίνυν καὶ εἰκὼν ἀνὰ τὸν ὄροφον τῶν ἀναχτόρων, ταῦτα τοῖς ἀγνοῦσι τῇ γραφῇ διαγγέλλουσα, ἢ καὶ μέχρι τῆς Ἀδιαρμάνου καὶ Περσῶν ἐφόδου διεσώζετο. σωεχαύθη δὲ τῇ αὐτόσε ἁγίᾳ τῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ μᾶ τῆς ὅλης πόλεως. καὶ ταῦτα μὲν ὧδε ἐγεγόνει. ὁ δὲ Χοσρόης χρὴ τῷ ἄφοδον ποιησόμενος τὰ συγκείμενα, ἐπεὶ καὶ τῳνικάδε σωεδόκει, ἕτερα πέπραχε, τῷ μὲν ἀσαθεῖ αὐτῦ καὶ ἀβεβαίῳ τρόπῳ συμβαίνοντα, ἥκιστα δὲ ἀνδρὶ λογικῷ, μήτι γε δὴ βασιλεῖ πρέποντα, λόγον τῶν συγκειμένων ποιεμένῳ.

cram circumiens oſtendit, ſicut in ſolemnibus adorationum diebus fieri conſueverat. Progredientem vero Thomam ſequebatur ingens flamma, non illa quidem amburens, ſed coruſcans: adeo ut totus ille locus in quo conſiſtens Thomas venerandam crucem oſtendebat, conflagrare videretur. Neque hoc ſemel atque iterum, ſed ſæpius factum eſt, cum Epiſcopus univerſum illum locum circuiret, & populus illic congregatus Thomam enixe rogaret, id ut fieret. Ea res futuram Apamenſibus ſalutem prædixit. Dedicata eſt igitur imago in lacunari ædis ſacræ, quæ hoc miraculum pictura expreſſum neſcientibus indicaret. Manſitque integra hæc imago, ad incurſionem uſque Adaarmanis & Perſarum. Quo tempore una cum ſacroſancta Dei Eccleſia & cum univerſa civitate flammis abſumpta eſt. Atque hæc quidem ita evenerunt. Choſdroes vero dum rediret, violatis pactis (quædam enim tunc ſpoponderat) longe alia admiſit, quæ inconſtantiæ quidem ejus ac levitati conveniebant; viro autem ratione prædito, nedum Regi, pactorum ſuorum rationem ducenti, indecora prorſus erant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Περὶ τῆς εἰς Ἔδεσσαν ἐκστρατείας Χοσρόυ.

a ΑΝαγράφει ὁ αὐτὸς Προκόπιος ᾧ [a] τὰ περὶ Ἐδέσσης καὶ Ἀγβάρου τοῖς παλαιοῖς ἰσορημένα, καὶ ὡς ὁ Χειςὸς [3] πρὸς Ἄγβαρον ἀπέςειλε· εἶτα ᾧ ὡς ἐς ἑτέραν ἔφοδον πολιορκίαν τ' Ἐδεσσηνῶν ὁ Χοσρόης κατέςη, παρελύειν οἰόμενος τὰ θεῖα τοῖς πιςοῖς θρυλούμενα, ὡς οὐκ ἄν ποτε ἡ Ἔδεσσα ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς γενήσεται· ὅθεν τοῖς γεγραφῆσι μὲν πρὸς Ἄγβαρον θεῖα Χειςοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, οὐκ ἔγκειται, [4] ὡς ἐςὶν τοὺς φιλοπόνους ἐλεῖν ἐκ τῶν ἱςορηθέντων Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου, αὐτίκα πρὸς λέξιν τὴν ἐπιςολὴν ἀναγνόντι. οὕτως δὲ θεῖα τοῖς πιςοῖς ἄδεται τε ᾧ πιςεύεται, [5] καὶ τὸ πέρας ἐδέξατο, τῆς πίςεως ἔργον θεοῤῥήσεως ἀγαγούσης. μετὰ γὰρ τὸ θεῖσθαι

CAPUT XXVII.

De Choſdrois expeditione aduerſus Edeſſam.

NARRAT etiam idem Procopius ea quæ de Edeſſa & de Agbaro ab antiquis ſunt prodita, & quemadmodum Chriſtus Epiſtolam ad Agbarum ſcripſerit. Deinde qualiter Choſdroes in altera incurſione Edeſſam obſidere aggreſſus ſit, convicturum ſe falſi exiſtimans ea quæ à fidelibus jactabantur, Edeſſam nunquam in poteſtatem hoſtium venturam eſſe. Quod tamen non legitur in ea Epiſtola quam Chriſtus Deus noſter ad Agbarum miſit, ut Studioſi colligere poſſunt ex hiſtoria Euſebii Pamphili, qui Epiſtolam illam iiſdem plane verbis operi ſuo inſeruit. Ab univerſis tamen Fidelibus ita prædicatur & creditur, ipſoque eventu comprobatum eſt, fide ſcilicet vaticinium ad effectum perducente. Nam cum eam

Euſeb. Hiſt. l. 1. c. 13.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῇ γραφῇ ἐνέγλυψαν] Dubium eſt, quid hoc loco γραφὴ ſignificet, utrum picturam, & imaginem flammæ illius quæ crucis lignum proſecuta fuerat; an ſcripturam. Muſculus quidem pro ſcriptura accepit, quemadmodum etiam Chriſtophorſonus, qui ſic vertit: *Ob quam cauſam imago in teſtudine Sanctuarii ſtatuta fuit, quæ inſcriptione in Baſi inciſa, hoc miraculum illis qui ejuſdem ignari erant, commonſtravit.* Verum hæc interpretatio ferri non poteſt. Primo enim baſis non dicitur de imagine picta, ſed de ſtatua duntaxat. Præterea ſi imago erat in teſtudine, ubinam quæſo poſita erat baſis? Ego vero hujus miraculi imaginem depictam fuiſſe exiſtimo in lacunari Eccleſiæ, cui fortaſſe inſcripti erant aliquot verſus, qui miraculum illud commemorarent. Similes inſcriptiones leguntur in Theſauro Gruteri, & in Epiſtolis Paulini.

2 Τῆς Ἀδιερμάνου] In Nicephoro, & in codice Telleriano legitur Ἀδαρμάνου. De hoc Adaarmane Perſarum Duce, ejuſque in Syriam irruptione loquitur Evagrius noſter in libro 6.

3 Πρὸς Ἄγβαρον ἀπέςειλε] Aſſentior Chriſtophorſono & Savilio, qui pro ἀπέςειλε emendarunt ἐπέςειλε. Sed & quæ proxime ſequuntur, corrupta ſunt, εἶτα καὶ ἐς ἑτέραν ἔφοδον, &c. In manuſcripto codice Florentino ſcribitur, εἶτα ᾧ ὡς ἐς ἑτέραν ἔφοδον, &c. Sed locus adhuc mendo non caret. Scribo itaque: εἶτα, καὶ ὡς καθ' ἑτέραν ἔφοδον ἐς πολιορκίαν τῶν ἐδεσσηνῶν κατέςη ὁ χοσρόης.

4 Ὡς ἐςὶν τοὺς φιλοπόνους ἐλεῖν] Mallem ſcribere, τοῖς φιλοπόνοις.

5 Καὶ τὸ πέρας ἐδέξατο] Totus hic locus corruptus eſt, ut legentibus apparet. Savilius quidem ad marginem fui codicis adnotavit, forte ſcribendum eſſe ἐδείξατο: quam emendationem confirmat Nicephorus in cap. 16. lib. 17. ubi hunc Evagrii locum ita deſcribit: ἔδειξε δὲ καὶ τὸ ἔργον τὴν τῆς πίςεως θεόῤῥησιν, ὡς μάλις' ἀληθὴς εἴη καὶ σύμφωνος. Id eſt, ut vertit Langus, *Res ipſa quoque prædictionis ejus fidem, quod vera maxime ſit & ſibi ipſi conſentiens, confirmavit.* Totum igitur hunc Evagrii locum ita ſcribendum exiſtimo: καὶ τὸ πέρας ἔδειξε τὸ ἀληθὲς, τῆς πίςεως ἐς ἔργον τὴν θεόῤῥησιν ἀγαγούσης. Id eſt, *Et eventus ipſe veritatem declaravit, fide ſcilicet vaticinium ad effectum perducente.*

VARIORUM

a Τὰ περὶ Ἐδέσσης] Quartum in Romani Imperii ditiones, ſcilicet in Meſopotamiam, irrupit Choſroes anno 544 & Edeſſam diuturna obſidione cinxit.

λεῖν

Sæc. V.

urbem expugnare aggressus esset Chosdroes, ac sæpenumero in eam irrumpere conatus esset, ingentem præterea aggerem exstruxisset, qui ipsa urbis mœnia altitudine superabat; innumeras denique alias machinas adhibuisset, tamen re infecta abscessit. Sed rem totam uti gesta est, narrabo. Mandaverat Chosdroes militibus suis, ut maximam copiam lignorum ex qualicumque arbore ad obsidionem congererent. Quæ cum dicto citius collecta esset, eam undique in orbem erexit, & in medium congesta humo, recta urbem versus promovit. Ita paulatim materiam simul & aggerem superstruens, & ad urbem propius accedens, in tantam altitudinem opus erexit, & urbis mœnia usque adeo superavit, ut tela ex superiore loco conjiceret in defensores urbis qui in muris stabant. Obsessi igitur, cum vidissent aggerem montis instar procedentem ad urbem appropinquare, remque eo adductam esse ut hostes pedibus in urbem ingressuri crederentur; primo mane, ex adverso aggeris quem Romani aggestam vocant, cuniculos agere instituerunt, atque inde ignem immittere, quo lignis incensis agger in terram rueret. Et opus quidem ipsum absolutum est. Sed cum rogum accendissent, res eis non successit ex voto, propterea quod ignis viam non habebat, qua posset admisso aere congeriem lignorum apprehendere. Itaque ad inopiam consilii jam redacti, afferunt divinitus fabricatam imaginem, quam non hominum manus effinxerant, sed Christus Deus ad Agbarum miserat, qui ipsum videre magnopere cupiebat. Hanc cum in fossam quam effoderant importassent, aqua aspersérunt: & ex eadem aqua in rogum ac ligna guttas aliquot injecerunt. Statimque divina potentia fidei illorum opitulante, quod prius fieri nullo modo poterat, ad exitum perductum est. Nam continuo ligna flammam concepere, & dicto citius in carbones redacta, eam ad superiora ligna transmisere, igne universa undique depascente. Obsessi vero, postquam fumum in sublime erumpentem viderunt, istud commenti sunt. Parvas quasdam lagenas sulphure ac stupa, aliaque materia ad ignem concipiendum aptissima repletas, in aggerem hostium miserunt. Quæ cum fumum emittere cœpissent, igne scilicet ipsa jactionis vi accenso, id perficiebant, ut fumum ex aggere erumpere ignoraretur. Omnes enim qui ejus rei ignari erant, non aliunde quam ex lagenis illis fumum prodire suspicabantur. Tertio demum post die, flammæ ignis ex terra prodeuntes apparuere. Tunc vero Persæ qui ex aggere pugnabant,

λεῖν τῇ πόλει τὸν Χοσρόην, μυείας τε ἐφόδους ἐργάσασθαι, χοῦν τε συναμήσασθαι πολὺν, ὡς καὶ τὰ τείχη τῆς πόλεως ὑπερπηδῆσαι, ἑτέρας τε μυείας μηχανὰς ῥᾴψαι, ἄπρακτον ἐπεποίητο τὴν ἀποπόρθησιν· λέξω δὲ τὰ γενόμενα. ἐπήγειλεν ὁ Χοσρόης ταῖς ἀμφ' αὐτὸν δυνάμεσι, ξύλον ἀθροῖσαι μέγα τι χρῆμα πρὸς τὴν πολιορκίαν τῆς προσχούσης ὕλης. ἅτε δὲ ἐπειδὴ συνελέγη ὀξύτερον τῆς ὑποτάξεως, κυκλοτερῶς προσθεὶς τὸ χοῦν ἐς μέσον ἐπέβαλεν, καὶ ἀντιμέτωπος τῇ πόλει ἦλθε. καί τι καὶ σμικρὸν ἐποικοδομῶν τοῖς ξύλοις τε καὶ τῷ χώματι, καὶ τῇ πόλει προσιών, τοσοῦτον ἐς ὕψος ἦρε, καὶ τὸ τεῖχος ὑπερήλατο, ὡς ἐξ ὑπερδεξίων τὰ βέλη κατὰ τῶν προσκινδυνευόντων ὑπὸ τῆς πόλεως καὶ τῷ τείχει ῥίπτειν. ἐπειδὴ τοίνυν οἱ τῇ πολιορκίᾳ συνεχόμενοι, πεθέαντο τὸ χῶμα πλησίον ὥσπερ ὄρος βαθίζον ἐγγίζειν τῇ πόλει, ἐπιδόξους τε εἶναι τοὺς πολεμίους πεζῇ τὸ πόλεως ὑπερβήσεσθαι, ἅμα ἕω μηχανῶν, ἀντικρὺ δὲ χώματος, ὅπερ ἀγέρσα πρὸς Ῥωμαίων κέκληται, διώρυγα ὑπὸ γῆν κατεργάσασθαι, ἔνθεντε πῦρ ἀνεῖναι, ὡς ἂν τῇ φλογὶ τὰ ξύλα φθειρόμενα τὸ χοῦν ἐς γῆν καλάσαι· καὶ τὸ μὲν ἔργον ἐπετετέλεστο. πυρὰν δὲ προσάψαντες, διὰ σκοπῆς διημάρτανον, οὐκ ἔχοντος διὰ πυρὸς διέξοδον, ὅθεν ἀέρος ἐπιλαμβανόμενον δύναιτο τὴν ὕλην προσδεκάσασθαι. ὡς δ' οὖν ἐς πᾶσαν ἀμηχανίαν ἦλθον, φέρουσι τὴν θεότευκτον εἰκόνα, ἣν ἀνθρώπων μὲν χεῖρες οὐκ εἰργάσαντο· Ἀγβάρῳ δὲ Χριστὸς ὁ Θεὸς, ἐπεὶ αὐτὸν ἰδεῖν ἐπόθει, πέπομφε. ταύτην τοίνυν τὴν παναγίαν εἰκόνα καὶ τὴν εἰρασμένην σφίσιν ἐσαγαγόντες διώρυγα, ὕδατί τε ἐπικλύσαντες, ἀπ' αὐτῆς καὶ τὴν πυρᾶς καὶ τὴν ξύλων ἀφεῖσαν. καὶ παραυτίκα τῆς θείας δυνάμεως τῇ πίστει τὴν δεδρακότων ἐπιφοιτησάσης, ὅπερ ἦν ἐκείνοις πρώην ἀδύνατον, ἐξηνύετο· παραυτίκα γὰρ ἐσδέξαντο τὴν φλόγα τὰ ξύλα, καὶ λόγου θᾶττον ἀπανθρακωθέντα τοῖς ὑπερλέροις μελεδίδοσαν, ἅπαντα δὴ πυρὸς ἀμφινεμομένου. ὡς δὲ τὸ καπνὸν ἀναθρώσκοντα τεθέαντο οἱ τῇ πολιορκίᾳ πεζόμενοι, ζοφίζον τάδε· λαγυνίδας μικρὰς ἀγαγόντες, ἐμφορήσαντές τε θείου ἅμα καὶ φυππείου καὶ τῶν ἄλλων θιγαλαφλέκτων ὑλῶν, καὶ τῆς καλουμένης ἀγέρσας ἀπεσφενδόνιζον, αἵπερ καπνὸν ἀνιεῖσαι, τῷ πυρὸς τῇ ῥύμῃ τῆς βολῆς ἀναφθέντος, τὸ ἐκ δὲ χώματος ἀναδιδόμενον καπνὸν λανθάνειν παρεσκεύαζον· ὡς πάντας ὑπολοπάζειν τοὺς οὐκ εἰδότας, ἐκ τῶν λαγυνίδων μᾶλλον καὶ οὐκ ἑτέρωθεν τὸ καπνὸν καθεσθαι. τρίτῃ δ' ἐν ἀπ' ἐκείνης ἡμέρᾳ, ὤφθησαν αἱ γλωσσίδες τοῦ πυρὸς ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμεναι, καὶ τότε συνῆκαν οἱ ἐν τῷ χώματι τῶν Περσῶν μαχό-

VALESII ANNOTATIONES.

1 *Ὅπερ ἀγέρσα πρὸς Ῥωμαίων κέκληται*] Procopius in libro 2. Persicorum, ex quo hæc desumpsit Evagrius, ita scribit pag. 83. *ἐπίσταθθαι ἀεὶ τῶν τὴν ἀγέρσαν ἐρχαζομένων ἐπῆγεντο. ὅπερ γὰρ τὸ ποιούμενον τῇ λατίνων φωνῇ ἐκάλουν Ῥωμαῖοι.* Quanam autem ratione à Romanis construerentur hujusmodi aggesta, optime docet Apollodorus in Mechanicis. Quem librum à me nuper in Latinum sermonem conversum, una cum aliis ejusdem argumenti Scriptoribus, brevi, Deo dante, in lucem edemus.

2 *Τὴν θεόπυκτον εἰκόνα*] Hic Evagrii locus citatur in septima Synodo œcumenica, pag. 613. & à Barlaam in libro contra Latinos. De hac porro imagine non manufacta, quam Christus ad Agbarum misisse dicitur, vide Gretserum in libro de imaginibus non manufactis. Cæterum notandum est, nec ab Eusebio in libro primo Historiæ Ecclesiasticæ, nec à Procopio in obsidione urbis Edessenæ, ullam fieri mentionem imaginis à Christo ad Abgarum Regem transmissæ. Solam enim Epistolam à Christo ad eum missam esse scribunt per Thaddæum Apostolum.

μενοι,

μῶσι, ὅποι κακῶν καθεσήκασιν. ὁ δὲ Χοσρόης ὥσωρ τῇ θείᾳ δυνάμει ἀντιφερόμενος, τοὺς τῦ ὑδάτων ἑλκοὺς, οἱ πρὸ τῆς πόλεως ἔτυχον ὄντες, κ τῆς πυρᾶς ἀφεὶς, σβεννύειν ταύτην ἐπειρᾶτο. ἡ δὲ μᾶλλον ὡς ἔλαιον ἢ θεῖον, ἢ τί τῦ ἐξάπτειν εἰωθότων, τὸ ὕδωρ δεξαμένη, ἐπὶ μεῖζον ἤρθη μέχεις ἂν τὸ πᾶν κατήγαγεν χῶμα, κ τέλεον ῦ ἀγέσαν ἀπετέφρωσε. τότε δ' ὃν ὁ Χοσρόης ἁπάσαις ταῖς ἐλπίσιν ἀπειρηκὼς, κ ἅμα τῶν ἔργων ἐγνωκὼς, ὡς πολλοῦ ὤφελεν αἰσχύνης, ὑποτοπήσας ᾗ πρὸς ἡμῶν προσβολωθῆναι Θεοῦ φείσεσθαι, ἐπὶ τὰ σφέτερα τῇ ἀποπορεύσιν ἐποιεῖτο ἀκλεῶς.

senserunt quo in discrimine positi essent. At Chosdroes, quasi divinæ potentiæ sese opponens, aquæ ductus omnes qui extra civitatem erant, in rogum derivans, eum restinguere conatus est. Sed rogus aquam vice olei, aut sulphuris, aut alterius materiæ quæ flammam alere solet, admittens, magis magisque incendebatur, quoadusque aggerem universum pessundedit, & in favillas ac cineres redegit. Tunc igitur Chosdroes animum penitus despondens, & experimento ipso intelligens magnum se dedecus retulisse, qui speraſſet se Deo quem nos colimus superiorem futurum, cum ignominia in regionem suam reversus est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Περὶ ᾗ γενομένου ἐν Σεργίου πόλει θαύματος.

[a] Ἐλέξεται δὲ καὶ ὃ κ' [a] τῶν Σεργίου πολιτῶν ἄλλοτε ὑπὸ Χοσρόου γέγονεν, ἐπεὶ κ ἀξιόλογόν ἐστι, κ πρέπον ὄντως μνήμης ἐς ἀεὶ διασωζομένης. ἐπέστη κ ταύτῃ ὁ Χοσρόης, ἐκπολιορκεῖν αὐτῶν ἐπειγόμενος. ὡς δ' οὖν τοῦ τειχῶν ἀπεπειρᾶτο, τὰ περὶ τῆς ζωτηρίας τῆς πόλεως πρὸς ἑκατέρων ἐλαλεῖτο· κ συμβαίνουσιν ὥς τε τὰ ἱερὰ κειμήλια λύτρα τῇ πόλει γενέσθαι, ἐν οἷς καθ-
1 ήκει καὶ σταυρὸς ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ καὶ Θεοδώρας πεμφθείς. ὡς δ' οὐ ἀπεκομίσθη ταῦτα, τῦ ἱερέως ὁ Χοσρόης καὶ τοῦ σὺν αὐτῷ πεμφθέντων Περσῶν ἀνεπυνθάνετο μή τι ἕτερον εἴη. τοῦ δέ τις οὐκ εἰωθότων ἀληθίζεσθαι, Φησὶ πρὸς τὸν Χοσρόην κ ἕτερα εἶναι κειμήλια ἄφθονα πρὸς τοῦ πολιτῶν ἀπεκρύβη θυσείσμων ὄντων. ὑπελέλειπτο δὲ χρυσοῦ μὲν ἢ ἀργύρου κειμήλιον τοῦ ὑπερόντων οὐδὲν, ἑτέρας δὲ προὐργιαιτέρας ὕλης, καὶ Θεῷ καθάπαξ ἀνεχούσης, τὰ πανάγια λείψανα Σεργίου τοῦ ἀθλοφόρου μάρτυρος, ἔν τινι τῶν ἐπιμήκων Σοροῦ κείμενα ἐξ ἀργύρου ἠμφιεσμένη. ἐπειδὴ δὲ τούτοις πειθεὶς ὁ Χοσρόης, τῇ πόλει τὸν ὅλον ἐπαφῆκε στρατὸν, ἐξαπίνης ἀνὰ τὸν τεῖχολον ἀσπὶς ἀνεφάνη μυρία, ὑπερμαχοῦσα τῆς πόλεως· ὅθεν οἱ πεμφθέντες πρὸς Χοσρόην θεασάμενοι ἐπανῆκον, τό τε πλῆθος θαυμαζόντες, τῦ τε ἐξόπλισιν διηγούμενοι. ὡς δὲ κ πάλιν πυθόμενος ἔμαθεν ὁ Χοσρόης ὀλίγους τῇ πόλει κομιδῇ σπανομένην, ἐξώρους τε καὶ ἀώρους, τῆς σφετέρας ἡλικίας ἔτι ποδὼν γενομένης, ἔγνω τοῦ μάρτυρος εἶναι τὸ θαῦμα· καὶ δείσας, κ τῦ Χριστιανῶν πίστιν ἀγάμενος, ἀπῆρε

CAPUT XXVIII.

De miraculo quod factum est Sergiopoli.

REFERAM nunc id quod ab eodem Chosdroe alibi gestum est circa urbem Sergiopolim. Est enim eximium, dignumque prorsus quod sempiternæ hominum memoriæ commendetur. Quippe Chosdroes ad hanc quoque urbem accessit, expugnare eam cupiens. Cum igitur incusso ariete muros quatere jam cœpisset, oppidani cum eo colloquium inierunt, servandæ urbis causa. Tandemque inter eos convenit, ut sacra Ecclesiæ vasa pro redemptione urbis darentur: in quibus erat crux, quam Justinianus ac Theodora eo miserant. His ad Chosdroem perlatis, scisciatur Chosdroes ex sacerdote & ex Persis qui una cum illo ad eam rem missi fuerant, nihilne amplius superesset. Tum quidam ex iis qui mentiri consueverant, respondit, alios præterea Thesauros esse, ab oppidanis, qui pauci admodum erant, occultatos. Porro ex sacris Thesauris qui comportabantur, aureum quidem vel argenteum vas nullum relictum fuerat, sed altèrius præstantioris materiæ, ac Deo prorsus dicatæ: sanctissimæ scilicet reliquiæ invicti Martyris Sergii, in oblonga quadam arca argento coperta reconditæ. His inductus Chosdroes, cum universum exercitum urbi admovisset, repente per omnem ambitum murorum innumerabilis visa est militum multitudo cum clypeis urbem defendentium. Quo conspecto, hi qui à Chosdroë missi fuerant, reversi sunt, & numerum & armaturæ genus non sine admiratione referentes. Chosdroes vero, postquam iterum scisciatus paucos admodum in urbe remansisse didicit, eosque aut senes aut parvulos, robustis videlicet omnibus è medio sublatis: hujus miraculi auctorem esse Martyrem intellexit. Atque ob id metu perculsus, admiratusque Christianorum fidem,

Sergii M. reliquiæ.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Σταυρὸς ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ] De hac cruce aurea quam Chosdroes ex Sergiopolitanorum Ecclesia pro redemptionis pretio obtulerat, loquitur Theophylactus Simocatta, in libro 5. Historiæ, cap. 13. ubi etiam Chosdroes, hujus de quo Evagrius loquitur, nepos, diserte testatur crucem illam in honorem Sergii Martyris à Justiniano Imperatore missam fuisse Sergiopolim, & in Ecclesia sancti Sergii collocatam.

VARIORUM.

a Τῶν Σεργίου πολιτῶν] Legendum conjunctim Σεργιουπολιτῶν. Vide similem phrasin lib. 5. cap. 17. initio. *W. Lowth.* Est autem Sergiopolis urbs Syriæ, in Euphratesia provincia, ad Euphratem fluvium; sic à S. Sergio cive Romano ibi cum S. Baccho martyrium passo dicta, Suræ proxima. *Baudrand.* Erat hæc tertia Chosrois in Romanos expeditio, anno 542.

Sæc. V.

in regnum ſuum reverſus eſt. Aiunt etiam illum ſub exitum vitæ, ſacro regenerationis lavacro initiatum fuiſſe.

CAPUT XXIX.

De peſtilenti morbo.

SED & peſtem illam commemorabo quæ iiſdem temporibus ingruit, & quæ duobus jam & quinquaginta annis, quod nunquam antea accidiſſe legitur, graſſata eſt, & univerſum prope terrarum orbem depaſta. Etenim biennio poſt captam à Perſis Antiochiam, peſtilens morbus graſſari cœpit, aliquatenus quidem ſimilis illi quem deſcribit Thucydides, aliquatenus autem diſpar. Et initium quidem ſumpſit ex Æthiopia, ut tunc ferebatur: omnem vero terrarum orbem per quaſdam vices peragravit, nullos, ut opinor, mortales intactos relinquens. Ac nonnullæ quidem urbes ea calamitate adeo vexatæ ſunt, ut incolis penitus vacuæ remanerent. In quibuſdam autem locis, quæ occupaverat, levius perſtrinxit. Neque vero certa quadam anni tempeſtate incumbebat hæc lues: nec poſtquam incubuiſſet, ſimili modo recedebat. Sed nonnulla quidem loca initio hyemis occupavit: alia verno tempore: quædam æſtate, alia procedente autumno. Et in aliis quidem urbibus, cum aliquas partes attigiſſet, à reliquis abſtinuit. Ac ſæpenumero cernere licebat, in urbe quæ non ægrotaret, quaſdam familias funditus interire. Alicubi vero, una aut altera familia conſumpta, reliqua civitas intacta remanſit. Cæterum ut re attentius conſiderata obſervavimus, familiæ illæ quæ intactæ remanſerant, ſequente anno ſolæ hanc calamitatem expertæ ſunt. Iſtud vero præ reliquis omnibus ſingulari admiratione dignum fuit, quod ſi qui forte Cives earum urbium quas peſtis illa corripuerat, alibi degerent in locis in quæ lues illa minime incubuerat, ſoli hoc morbo corripiebantur illi, qui ex urbibus peſtilentia infectis oriundi, in intactis civitatibus morabantur. Et hæc quidem ſæpe tum in urbibus, tum aliis in locis eveniebant, labentibus circulis quos vulgo indictiones appellant.

Thucyd. l. II. §. 48.

εἰς τὰ οἰκεῖα. Ὃν καὶ Φασὶν ἐν ταῖς τελευταίαις 1
αὐτοῦ, τῆς θείας ἀξιωθῆναι παλιγγενεσίας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Περὶ τῦ λοιμικοῦ πάθους.

Ἀφηγήσομαι ἣ καὶ τὰ πρὸ τῆς ἐπισκηψάσης νόσου τοῦτο δεύτερον ἢ πεντηκοστὸν ἔτος, ἐξ οὗ μὴ 2
πρότερον ἱστορηθὲν, κεφαλαιώσας, καὶ πᾶσαν γῆν ὑπερεμπεσόντος. Τῆς γὰρ Ἀντιόχου πρὸς Περσῶν ἁλούσης, ἔτεσιν ὕστερον δυοῖν πάθος ἐπεδήμησε λοιμώδες, ἐν τισὶ μὲν συμφερόμενον τῷ ὑπὸ Θουκυδίδου γεγραφέντι, ἐν τισὶ δὲ, πολλῷ διαλλάττον. ἦρχθη μὲν ἐξ Αἰθιοπίας, ὡς νυῦ ἐλέγετο. τὴν δὲ πᾶσαν ἀμοιβαδὸν περιέδραμεν οἰκουμένην, οὐδένας ἀνθρώπων οἶμαι ἀπείρατους τοῦ νοσήματος καταλελοιπώς. καὶ ἔνιαι μὲν πόλεις ἐπὶ πολὺν κατεσχέθησαν, ἄχει καὶ τοῦ παντάπασι κενὰς οἰκητόρων γενέσθαι. ἔστι ἣ οὖ ὑπολαβόμενον τὸ πάθος, κουφότερον μετῆλθεν. οὔτε δὲ κατ' περίοδόν τινα τεταγμένην ἐπέσκηπτεν, οὔτε αὖ ὑπέκλυσεν, ὁμοίως ἀπεχώρει. ἀλλὰ τινὰς μὲν τόπους χειμῶνος ἐχομένου κατεῖχεν· ἑτέρους δὲ ἦρος διατελοῦντος, ἄλλους θερίζοντος, ἐναχῆ ἣ καὶ μετοπώρου ἐόντος. καὶ ἔστιν ἔνθα μέρους πόλεως ἀψάμενον, τῶν γε ἄλλων ἀπήλλακτο μερῶν· ἢ πολλάκις ἦν ἰδεῖν ἐν οὐ νοσούσῃ πόλει, οἰκίας οἰκίας ἐς ὑπερβολὴν φθειρομένας. ἔστι δὲ οὗ μιᾶς ἢ δύο φθαρεισῶν οἰκιῶν, τὸ λοιπὸν τῆς πόλεως ἀπαθὲς μεμένηκεν. ὡς δέ γε ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐπισκέψαντες κατειλήφαμεν, αἱ ἀπαθεῖς μείνασαι οἰκίαι κατὰ τὸν ἑφεξῆς ἑαυτὸν μόναι ἐπεπόνθεσαν. τὸ δὲ πάντων θαυμασιώτερον, τοῦτο ἦν, ὅτι εἴ γε συνέβαινε τῶν εἰλημμένων πόλεων οἰκήτορας ἑτέρωθι φεύγειν ἔνθα τὸ πάθος οὐκ ἐπέσκηψε, κἀκεῖνοι μόνοι τοῖς παθήμασιν ἁλίσκοντο, οἱ ἐκ τῶν κρατηθεισῶν πόλεων ἐν ταῖς ἀπαθέσι πόλεσι διατρίβοντες. καὶ ταῦτα μὲν πολλάκις ἐν ταῖς περιόδοις τῶν κύκλων τῶν καλουμένων ἐπινεμήσεων, ταῖς πόλεσι καὶ τοῖς ἑτέροις ἐγίνοντο τόποις. μά-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὃν καὶ φασὶν ἐν ταῖς τελευταίαις] In optimo codice Florentino hæc ad marginem adſcripta ſunt: ὅτι φησὶ τοῦτο χρονικόν, ὅπερ ἄλλος τις τῶν ἱστορικῶν οὐκ εἶπεν. Id eſt: *Nota Evagrium de Choſdroe dicere id, quod nemo alius hiſtoria Scriptor commemoravit: eum ſcilicet ſub exitum vitæ Sacramentum Baptiſmi ſuſcepiſſe.*

2 Μὴ πρότερον ἱστορηθὲν] Addendus videtur articulus poſtpoſitivus, hoc modo, ὃ μὴ πρότερον ἱστορηθὲν, &c. Idque confirmat Nicephorus, qui hunc Evagrii locum ita deſcripſit: ὅπερ ἔπαθ' ἥλιξ εἰς ἀκμὴν, δεύτερον καὶ πεντηκοστὸν ἔτος νεμώσης τὴν γῆν. Nulla certe peſtis tamdiu graſſata eſſe memoratur. Cœpiſſe autem traditur hæc lues anno poſt Conſulatum Baſilii, qui fuit annus Chriſti 543. ut teſtantur Victor Thunonenſis in Chronico, & Continuator Marcellini Comitis. Victor quidem Thunon. de hac peſte ita ſcribit: *Horum exordia malorum generalis orbis terrarum mortalitas ſequitur, & inguinum perſecutione major pars populorum necatur.* Continuator autem Marcellini ſic habet. *Indictione 6. anno ſecundo poſt Conſulatum Baſilii, mortalitas magna Italiam devaſtat, Oriente jam & Illyrico peraque attritis.* Et Victor quidem conſentire videtur cum Marcellino, eam peſtem anno ſecundo poſt Conſulatum Baſilii cœpiſſe ſcribens, quemadmodum tradit Marcellinus. Diſſentit tamen revera unius anni ſpatio. Annus enim ſecundus poſt Conſulatum Baſilii apud Victorem Tunonenſem, idem eſt ac annus primus poſt Conſulatum Baſilii. Chriſti videlicet 542. Quippe Victor Tunonenſis annum poſt Conſulatum cujuſlibet Conſulis proxime inſequentem, perpetuo ſecundum appellat, non primum; ſicut pluribus exemplis probari poteſt. Porro Evagrius noſter Victoris Tunonenſis ſententiam ſequi videtur. Ait enim Evagrius, luem illam cœpiſſe biennio poſt captam à Perſis Antiochiam. Antiochia vero expugnata eſt à Perſis, Juſtino juniore Conſule, anno Natalis Dominici 540. ut ſcribunt Marcellinus & Marius in Chronico. Baronius tamen peſtem cœpiſſe contendit anno Chriſti 544 *

3 Ἄλλους θερίζοντος] Scribendum puto ἄλλους θέρους ὄντος, quemadmodum legitur apud Nicephorum in cap. 18 libri 17.

VARIORUM.

* Hæc Peſtis graſſari cœpit anno Chriſti 541. aut inſequenti, juxta computum Ant. Pagii ad ann. 544. n. 6.

λιστα

λιςα δὲ παρολεθεία χεδὸν τοῖς ἀνθρώποις ἐπέπι-
1a πλεν, [a] ἐν ᾗ δευτέρῳ ἔτει τῆς πεντεκαιδεκαετη-
ρίδος τοῦ κύκλου. ὡς καὶ ἐμὲ τὸν ταῦτα συγγρά-
ψαντα· σωεῖδον γὰρ καὶ τὰ κατ' ἐμὲ παρυφά-
ναγ τῇ ἱςορίᾳ, τὰ πρόσφορα τοῖς ωρογόνοις ἁρ-
μόζων· κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν τοῦ τοιούτου πάθους
2 ληφθῆναγ τοῖς καλουμένοις βυβῶσιν, [2] ἐς καμαιδι-
δασκάλου ἔπι Φοιτῶντα· ἀποβαλεῖν δὲ ἐν τοῖς δια-
φόρως ὑποσκήψασι τοιούτοις πάθεσι, πολλούς τε τῶν
ἐξ ἐμοῦ ωρογελθόντων, ἔν γαμετῇ καὶ τῆς λοιπῆς
3 συγγενείας, [3] οἰκέτας τε καὶ γεί τας παμπόλλους·
ὥσπερ τῶν κύκλων τῶν ὑπομνήσεων τὰς ἐς ἐμὲ
συμφορὰς μετιζομένων. ὅτε δ' οὖν ταῦτα ἔγρα-
4 φον, [4] ὄγδοον καὶ πεντηκοςὸν τὴν ἡλικίας ἄγων ἔτος,
5b 5b οὐ πρόσω τούτων δύο χρόνων, ἤδη τετράκις ἐπι-
σκήψαντος τοῦ πάθους ἀνὰ τὴν Ἀντιόχειαν, ἐπεὶ
6 [6] τέταρτος ἀπ' ἀρχῆς διῆλθε κύκλος, ἀπέβαλον
θυγατέρα, τῶν ωροτέρων ἄνθρωπων, ἔν τ' ἐξ αὐτῆς ωρο-
ελθόντα. τὸ δὲ πάθος ἐκ διαφόρων νοσημάτων
συνέκειτο. οἷοις μὲν γὰρ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἀρχόμενον,
ἔν τ' ὀφθαλμοὺς αἱμαλώδεις, ἔν τ' οἰδαίνον ωρόσωπον ἀπερ-
γαζόμενον, ἐς τὸν λαιμὸν κατῄει, ἔν τ' ἀλισκόμενον ἐξ
ἀνθρώπων ἀπέπεμπεν. ἄλλοις ῥύσις γαςρὸς ἐγίνετο.
ποσὶ δὲ βυβῶνες ἐπανίςαντο, πυρετοί τε ἔνθεν ἐξαίσιοι·
καὶ διήμεροι, ἢ τελταῖοι ἔθνησκον, ἴσα τοῖς μηδὲν
πεπονθόσι φρονοῦντές τε καὶ τὸ σῶμα συγκείμενοι.
ἕτεροι ωοδαφορικοὶ γινόμενοι, τὸν βίον ἀπετίθεσαν·
καὶ ἄνθρακες δὲ ἐξαλλόμενοι, τοὺς ἀνθρώπους ἠφά-
νιζον. ἔτι δὲ οὗ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς τινὲς κρατηθέντες
καὶ διαφυγόντες, αὖθις κρατηθέντες ἀπώλλυντο.
καὶ τὰ ἐς τὰς μεταλήψεις δὲ διάφορα, καὶ λό-
γου ἀνάξια. οἱ μὲν γὰρ τῷ σωεῖναι μόνον
καὶ σωδιαιτᾶσθαι ἐφθείροντο· οἱ δ' ἔν γε ωροσα-ψάμενοι

Præcipue tamen anno ſecundo unius cujuſque indictionis, exitialis pernicies generi humano incumbebat. Adeo ut me quoque qui iſta ſcribo: viſum enim eſt ea quoque quæ ad me ſpectant, huic hiſtoriæ intexere, congrua locis congruis inſerendo: me inquam, dum Grammaticorum ſcholas adhuc frequentarem ſub peſtis illius exordium, lues inguinaria corripuerit: & in morbis illis qui diverſo tempore incubuerunt, tum multos ex liberis meis, tum uxorem & cognatos complures amiſerim, ſervos item & ruſticos quamplurimos: indictionum circulis calamitates meas inter ſe quodammodo partientibus. Quo igitur tempore iſta ſcribebam, annum agens ætatis octavum & quinquageſimum, ante hos duos annos, cum Antiochiam hic morbus quater jam invaſiſſet: quatuor ſi quidem indictionum circuli ab exordio hujus mali præterierant: præter ſuperius à me commemoratos, filiam quoque amiſeram, & nepotem ex ea prognatum. Porro lues illa ex diverſis morbis conflata erat. Nam in nonnullis, à capite exorſa, oculos ſanguinolentos & vultum tumidum efficiebat. Deinde in guttur deſcendens, quemcumque corripuiſſet, è medio tollebat. Aliis profluvium ventris contingebat. Quibuſdam abſceſſus in inguine exorti, & graves inde febres acceſſere, & intra biduum fere aut triduum moriebantur, mente ac corpore perinde firmi, ac ſi nihil mali paſſi eſſent. Alii mente capti animam exhalabant. Carbunculi quoque ex corpore erumpentes, multis vitam ademere. Sed & nonnulli, cum ſemel atque iterum hoc morbo correpti evaſiſſent, poſtea eadem ægritudine tentati occubuere. Modus vero contrahendi morbi multiplex fuit, & rationem omnem ſuperans. Alii enim eo ſolum quod ſimul verſati eſſent, aut in iiſdem ædibus manerent, interierunt. Nonnulli cum attigiſſent tantum, aut in domum ingreſſi eſſent. Quidam

SÆC. V.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐν ᾗ δευτέρῳ ἔτει] Aſſentior viris doctis, qui emendarunt ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει, quemadmodum legitur apud Nicephorum. Ita certe Savilius in margine ſui codicis emendavit, & hanc notam adjecit, *anno Chriſti* 539. Putavit ſcilicet Savilius, Evagrium his verbis ſignificare peſtem illam præcipue graſſatam eſſe Indictione ſecunda. Verum Evagrius id non dicit, neque enim peſtis illa adhuc graſſari cœperat anno Chriſti 539. Id ergo tantum dicit Evagrius; anno ſecundo cujuſque Indictionis peſtem illam gravius ſolito incubuiſſe.

2 Ἐς καμαιδιδασκάλους] In optimis codicibus Florent. & Tell. ſcriptum inveni, ἐς καμαιδιδασκάλου ἔπι φοιτῶντα, quod eſt elegantius. Et ſic loquitur Evagrius ſupra in cap. XXVI. hujus libri, ubi ſe ſcholam Grammaticorum frequentaſſe ſcribit eo tempore, quo Antiochia à Choſroe expugnata eſt, id eſt anno Chriſti 540.

3 Οἰκέτας τε καὶ γείτονας] Id eſt, *Servos & colonos.* γείτων enim ſunt ruſtici, ſeu coloni, qui etiam χωρικοὶ dicuntur, ut notavi ad caput 40. libri 6. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euſebii. Sic certe Theophanes in Chronico pag. 139. de Dioſcori junioris electione loquens: ἀνεχώρησαν, inquit, τὰ πλήθη τῶν χωρικῶν. Ubi Anaſtaſius Bibliothecarius recte vertit *Multitudinem ruſticorum.*

4 Ὄγδοον καὶ πεντηκοςὸν τῆς ἡλικίας] Ex hoc loco natalis Evagrii facile deprehendi poteſt. Nam cum in hujus capitis exordio dixerit, tunc cum iſta ſcriberet, peſtis illius annum fuiſſe ſecundum & quinquageſimum: nunc vero aſſerit ſe, dum hæc ſcriberet, annum ætatis egiſſe octavum & quinquageſimum, neceſſario conficitur illum in lucem editum fuiſſe ſex annis ante peſtis hujus exordium. Porro peſtis illa exorta eſt anno poſt Conſulatum Baſilii, ſeu duobus annis poſt excidium urbis Antiochiæ, ut ſupra dixit Evagrius. Natus eſt igitur Evagrius anno Chriſti 536. aut 537.

5 Οὐ πρόσω τούτων δύο χρόνων] Id eſt, *Duobus his poſtremis annis nondum elapſis.* Quod non monerem, niſi utrumque Interpretem in hujus loci verſione lapſum eſſe animadvertiſſem. Nam Muſculus quidem ita vertit: *Cum autem iſta ſcriberem, & annum ætatis quinquageſimum octavum agerem, & duo iſta temporis ſpatia nondum elapſa eſſent, &c.* Chriſtophorſonus vero ita interpretatur: *Cum autem iſta ſcriberem, quinquageſimo octavo anno ſcilicet ætatis, non biennio ante, &c.* Melius dixiſſet, *Intra hoc poſtremum biennium.*

6 Τέταρτος ἀπ' ἀρχῆς διῆλθε κύκλος] Hæc ſic intelligenda ſunt, non quaſi quatuor ſolidæ Indictiones tranſactæ fuerint à peſtis illius exordio, ad eum annum quo iſta ſcribebat Evagrius. Quatuor enim Indictiones ſolidæ annos efficiunt ſexaginta. Atqui ſupra dixit Evagrius, tunc cum iſta ſcriberet, annum fuiſſe peſtilentiæ illius ſecundum & quinquageſimum. Non igitur de Indictionibus ſolidis accipienda ſunt hæc verba. Nam peſtilentia graſſari cœpit in Oriente, Indictione quinta, anno poſt Conſulatum Baſilii, qui fuit annus Chriſti 540. A quo ſi quinquaginta & duos annos ordine numeraveris, fiet annus Chriſti 594.

VARIORUM.

a Ἐν ᾗ δευτέρῳ ἔτει] Lege ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει. *W. Lowth.*

b Οὐ πρόσω δύο χρόνων] Recte Valeſius *annos* vertit; uti vox ſumitur infra in hoc capite; & lib. 5. cap. 12, 13. lib. 6. cap. 23. ita vox Chaldaica עדין annos ſignificat, Dan. IV. 16. VII. 25. *W. Lowth.*

Sæc. V.

in medio foro eam labem contrahebant. Nonnulli cum ex urbibus ea labe infectis aufugiſſent, ipſi quidem intacti remanſerunt, aliis vero qui ſani erant, morbum intulere. Quidam licet cum multis eo morbo laborantibus manſiſſent, nec ægros ſolum, verum etiam mortuos tetigiſſent, nullum tamen morbum contraxere. Alii cum propter liberorum ac neceſſariorum ſuorum internecionem modis omnibus ſtuderent ut ipſi quoque extinguerentur, atque idcirco cum ægris aſſidue verſarentur: tamen morbo voluntati eorum quodammodo reluctante, nullatenus correpti ſunt. Cæterum lues iſta per duos & quinquaginta annos, ut jam dixi, ad hoc uſque tempus graſſata eſt, cunctas quæ prius graſſatæ ſunt lues ſupergreſſa. Nam Philoſtratus quidem miratur, quod ſua ætate peſtis quindecim annis graſſata ſit. Quænam autem poſthæc eventura ſint, incertum eſt, cum eo ferantur quo viſum fuerit Deo, qui & cauſas rerum & eventus cognovit. Ego vero illuc unde digreſſus ſum revertar, & reliquas res geſtas Juſtiniani commemorabo.

Peſtis 15. annorum.

μόνον· οἱ δὲ, καὶ αὐτοῦ τοῦ οἰκήματος γενόμενοι· ἄλλοι δὲ κατὰ ἀγορὰν. ἔνιοι δὲ ἐκ νοσουσῶν πόλεων πεφυγότες, ἀπαθεῖς μεμενήκασι, τοῖς δὲ νοσοῦσι τῆς νόσου μεταδόντες. οἱ δὲ τὸ παράπαν οὐχ ἥλωσαν· πολλοῖς δὲ συνδιαιτηθέντες νοσοῦσι, καὶ πολλῶν οὐ νοσούντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τετελευτηκότων προσαψάμενοι· οἱ δὲ, ἐν σπουδῇ ὅπως ἀπώλλυντο ἀφ' ἑαυτῶν παίδων ἢ οἰκείων πανολεθρίαν ποιούμενοι, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ μάλιστα συναναπηθέντες τοῖς νοσοῦσιν, ὅμως ὥσπερ ἀνταγωνιζομένου τοῦ πάθους πρὸς τὴν βούλησιν, οὐκ ἐκρατήθησαν. ἐνεμήθη τοίνυν, ὡς μοι λέλεκται, μέχρι τοῦ δεῦρο, δύο καὶ πεντήκοντα χρόνους τοῦτο τὸ πάθος, ἅπαντα τὰ πρώην νικήσαν. Φιλόστρατος γοῦν θαυμάζει ὅπερ πεντεκαίδεκα ὁ κατ' αὐτὸν ἐκράτησε λοιμός. καὶ τὰ ἐξῆς δὲ ἄδηλα, ἐκεῖσε ἰόντα, οὗ ὁ Θεὸς βούλοιτο, ὁ καὶ τὰς αἰτίας ἐξεπιστάμενος, καὶ ποῖ φέρονται. ἐγὼ δὲ ὅθεν ἐξέβην ἐπάνειμι, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν Ἰουστινιανοῦ φέρω.

CAPUT XXX.

De inexplebili avaritia Juſtiniani.

Fuit quidem Juſtinianus inexplebilis avaritiæ, & alieni uſque adeo appetens, ut univerſas provincias Imperii Romani accepta pecunia venderet Magiſtratibus, & tributorum exactoribus, & iis qui abſque ulla cauſa inſidias hominibus ſtruere ſolent. Multos præterea, ac pœne innumerabiles qui opibus affluebant, concinnatis calumniis omni patrimonio ſpoliavit. Quod ſi quæ mulier corpore quæſtum faciens, conſuetudinem aut ſtuprum alicui falſo objeciſſet, bonis ejus inhians, ſtatim leges omnes ac jura violabantur, & modo Juſtinianum turpis lucri participem adſciviſſet, univerſas opes ejus qui calumnia appetitus fuerat, in domum ſuam transferebat. Idem tamen in expendenda pecunia admodum largus fuit: adeo ut multas ſacras ædes & magnificas paſſim Eccleſias ædificaret. Multas præterea religioſas domos ad curandos viros ac mulieres, tam ſenes, quam parvulos, & eos qui variis morbis conflictabantur, exſtruxit: Nec mediocres reditus ad eam rem deputavit. Innumera quoque alia geſſit admodum pia, Deoque accepta, dummodo ii qui hæc agunt, ex propriis facultatibus ea opera perficiant, & actus ſuos puros, tanquam ſacrificium, offerant Deo.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Περὶ τῆς Φιλοχρηματίας, καὶ ἀπληστίας Ἰουστινιανοῦ.

Ὁ Ἰουστινιανὸς ἦν μὲν χρημάτων ἄπληστος, καὶ τῶν ἀλλοτρίων οὕτως ἐκτόπως ἐρασθείς, ὡς καὶ ὑπήκοον ἅπαν χρυσίου πιπράσκειν τοῖς τε τὰς ἀρχὰς ἐπιζητεύουσι τοῖς τε τοὺς φόρους ἐκλέγουσι, καὶ τοῖς ὅσοι ἀπ' οὐδεμιᾶς αἰτίας ῥᾳδίως ἐπιβουλὰς τοῖς ἀνθρώποις ἐθέλουσι. πολλοὺς δὲ καὶ ἀναρίθμους τὰ πολλὰ κεκλημένων, προφάσεις ἀπροφασίστους ἐπιχρώσας, τὰς οὐσίας ἁπάσας ἐζημίωσεν. ἦν δὲ καὶ γυνὴ ἑταιριζομένη ἐποφθαλμιωσά τῳ, ὁμιλίαν τινὰ ἢ μίξιν ἀνέπλασεν, εὐθὺς ἅπαντα φροῦδα τὰ τῶν νόμων καθίστατο, καὶ τὸν Ἰουστινιανὸν προσεταιρισαμένη τοῦ ἀτόπου κέρδους, ὅλον τὸν πλοῦτον τοῦ συκοφαντηθέντος, οἴκοι μετεσκευάσατο. καὶ ἀφειδὴς δὲ χρημάτων ὑπῆρχεν· ὥστε καὶ πολλοὺς ἁγίους, [2] καὶ ἐκκλησιῶν ναοὺς μεγαλοπρεπεῖς ἀναστῆσαι, ἄλλους τε θυγεῖς οἴκους ἐς ἐπιμέλειαν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἀόρων τε καὶ ἐξώρων, καὶ τῶν ἐκ νοσημάτων ποικίλων ἐνοχλουμένων· σωτάξεις τε μεγάλας ἀποκληρῶσαι, ὅθεν δεῖ ταῦτα γίνεσθαι· πρᾶξαί τε καὶ ἄλλα μυρία θυσιῶν καὶ Θεοῦ ἀρέσκοντα, εἴπερ ἐξ οἰκείων δρᾶσιν οἱ τῶν ἔργων, καὶ καθαρὰς τὰς σφῶν πράξεις καρποφορεῖν.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Φιλόστρατος δὲ θαυμάζει] In codicibus Florentino & Telleriano ſcribitur: Φιλόστρατος γὰρ θαυμάζει, quod tamen non probo. Quiſnam autem ſit hic Philoſtratus de quo loquitur Evagrius, & ubinam iſtud ſcripſerit, incertum eſt. Philoſtratus Athenienſis hiſtoricus memoratur à Georgio Syncello in Chronico, anno primo imperii Aureliani.

2 Καὶ ἐκκλησιῶν ναοὺς μεγαλοπρεπεῖς] Henricus Savilius particulam καὶ in ſuo codice expunxit. Eam tamen hic retinendam eſſe cenſeo, tranſpoſitis tantum vocabulis hoc modo: ὥστε καὶ πολλοὺς ἁγίους καὶ μεγαλοπρεπεῖς ἐκκλησιῶν ναοὺς ἀναστῆσαι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Περὶ τοῦ μεγάλου ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας, καὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων.

ΑΝέστησε δὲ καὶ κατὰ τὴν Κωνσταντίνου, πολλοὺς μὲν ἐς κάλλος ἐξησκημένους τῷ θείῳ καὶ τοῖς ἁγίοις σηκούς. ἐδομήσατο δὲ μέγά τι καὶ ἀπαραβλητον χρῆμα, οὐχ ἱστορηθὲν πώποτε, τὸν [a] μέγιστον τῆς ἐκκλησίας νηὸν, θαυμαστῆ τε καὶ ἔξοχον, καὶ λόγου δυνάμιν ἐκβαίνοντα. καὶ πειράσομαι δὲ ὡς ἂν οἷός τε ὦ, χωρογραφῆσαι τὸ τέμενος. Θόλος ἐστὶν ὁ τῶν ἀνακτόρων νηὸς, τέτταρσι μετεωριζομένη ψαλίσιν, ἐς τοσοῦτον ὕψος ἐπαιρομένη, ὡς ἔνεσθε μὲν τοῖς ἀτενίζουσι δυσέφικτον εἶναι τοῦ ἡμισφαιρίου τὴν ἀποπεράτωσιν· ὕπερθε δὲ τοὺς γινομένους μηδαμῆ πειρᾶσθαι, εἰ καὶ μάλα τολμητής τις εἴη, ὑποκύπτειν καὶ ἐς τὸν πυθμένα τὰς [1] ὄψεις παραπέμπειν. [1] αἱ δὲ ψαλίδες κεναὶ ἐξ ἐδάφους μέχει τῆς καλύπτρας τῆς ὀροφῆς ἐπαίρονται. [2] ἐν δεξιᾷ δὲ καὶ κατὰ τὸ εὐώνυμον κίονες [a] αὐτοῖς παρατετάχαται ἐκ Θεσσαλοῦ λίθου πεποιημένοι. [3] ὑπερῴά τε μετεωρίζουσιν ἑτέροις παραπλησίοις κίοσι, παρέχειν τοῖς βουλομένοις διδόντες ἐς τὰ τελούμενα· ὅθεν καὶ ἡ βασιλὶς παροῦσα ταῖς ἑορταῖς τῇ ἱερουργίᾳ τῶν μυστηρίων ἐφίσταται. οἱ δὲ [4] πρὸς ἀνίσχοντα καὶ δυόμενον ἥλιον [4] οὕτως ἀφέθησαν, οὐδενὸς ἐμποδὼν τῷ θαύματι τῷ τηλικούτου μεγέθους γενομένου. σταὶ δὲ τῶν λελεγμένων ὑπερῴων ἔνεσθε κίοσι καὶ ψαλίσι μικραῖς, τοσοῦτον ἔργον ἀποπερατοῦσαι· ὡς ἂν δὲ καὶ τὸ θαῦμα τῆς οἰκοδομίας τετανώτερον ᾖ, καὶ τοὺς πόδας σιωπηδὸν ἀθεῖναι, τοῦ τε μήκους, τοῦ τε βάρους, τοῦ τε ὕψους, καὶ τῶν ψαλίδων τό, τε ἀφεῖνον τό,

CAPUT XXXI.

De magna Ecclesia Sanctæ Sophiæ, & Sanctorum Apostolorum.

IDEM Constantinopoli, cum alias sacras ædes miræ pulchritudinis in honorem Dei ac Sanctorum construxit: tum magnum illud & incomparabile opus, cujusmodi nullum unquam fuisse memoratur: maximam scilicet Ecclesiam S. Sophiæ, decoram ac præcellentem, & quæ vim dicendi omnem longe superat. Ejus tamen singulas partes, quoad possum, describere conabor. Ædes sanctuarii, testudo est quatuor fornicibus in sublime erecta: in tantam altitudinem sublata, ut ex inferiore quidem loco aspicientes, hemisphærii fastigium difficile possint cernere. In superiori autem loco constituti, quantumvis audaces sint, numquam despicere conentur, & usque ad solum oculos demittere. Fornices autem vacui à solo usque ad culmen tecti eriguntur. In dextro autem ac siniſtro latere ex adverso fornicum positæ sunt columnæ, ex lapide Thessalico fabricatæ: Et solaria sustinent, quæ aliis item similibus columnis suffulta, iis qui mysteria spectare voluerint, ex sublimi conspiciendi copiam faciunt. Ex hoc etiam loco Augusta diebus festis sacrorum mysteriorum solemnitati interesse solet. Quæ vero ad ortum & occasum solis sunt sitæ, ita, relictæ sunt, ut nihil sit quod tantæ magnitudinis admirationem impediat. Supradictorum autem solariorum porticus, inferius columnis ac parvis arcubus tantum opus absolvunt. Porro ut manifestius fiat hujus fabricæ miraculum, mensuram quoque hic inferere constitui longitudinis & latitudinis atque altitudinis; arcuum item tum vacua intervalla, tum *S. Sophiæ descriptio.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Αἱ δὲ ψαλίδες κεναὶ] Quæret hic fortasse aliquis, quid sibi velit vox κεναὶ. Ait enim Evagrius, arcus seu fornaces vacuos à solo usque ad culmen surgere. Igitur hoc loco intelligere debemus apertos, nullis columnis suffultos. Procopius libro primo de ædificiis, id de duobus duntaxat arcubus testatur. τῶν δὲ ἀψίδων αἱ μὲν δύο κατὰ κεκῆ τῇ αἴρῳ ἐπανεφήκασι πρὸς ἀνίσχοντά τε καὶ δύοντά πη τὸν ἥλιον.

2 Αὐτοῖς παρατετάχαται] Hunc locum pessime verterunt Interpretes. Musculus quidem ita vertit: *In dextro latere ad sinistram ordinata sunt in illis columna, &c.* Christophorsonus vero interpretatur hoc modo: *In dextro latere, sunt homini ingredienti ad lævam columnæ ordine locatæ, &c.* Fraudi scilicet illis fuit unius conjunctionis omissio, quam nos ex MS. codice Florentino supplevimus hoc modo: ἐν δεξιᾷ δὲ καὶ κατὰ τὸ εὐώνυμον, &c Supereſt nunc ut exponamus quid sibi velint verba illa quæ proxime sequuntur, παραπεπλάχαται αὐτοῖς κίονες. Ipse igitur sui interpres erit Evagrius, qui in lib. primo, cap. 14. Ecclesiam Symeoni Stylitæ sacram describens, eam ex quatuor porticibus constare dicit. Additque: παραπεπλάχαται δὲ ταῖς στοαῖς, κίονες, &c. Id est, *juxta porticus, columnæ ordine positæ sunt.* Quare hoc loco pro αὐτοῖς libentius legerem αὐταῖς, subaudiendo scilicet ψαλίσι.

3 Ὑπερῴά τε μετεωρίζουσι] Hæc Cœnacula mulieribus destinata erant, ut seorsum in his consistentes, Missarum solemnia spectare possent, ut scribit Paulus Silentiarius in descriptione sanctæ Sophiæ, qui & Cœnacula illa, sive solaria, senis columnis ex marmore Thessalico suffulta fuisse dicit; cum tamen subtus binæ duntaxat essent, quæ solaria sustinebant, pag. 110. Ὑπερῴων ὑποστάσια vocat Paulus, perinde ac Evagrius noster hoc loco, & Procopius in libro primo, ubi hoc sanctæ Sophiæ templum describit: quanquam Procopius porticus potius appellat.

4 Οὕτως ἀφεθησαν] His verbis designat Evagrius discrimen quod erat inter columnas Ecclesiæ sanctæ Sophiæ. Ait enim columnas quidem quæ erant ad dextrum & ad siniſtrum latus Ecclesiæ, id est, ad septentrionem & ad meridiem, habuisse solaria, sive tabulata ipsis imposita, è quibus Fideles sacra mysteria quæ in altari celebrabantur, prospicere poterant. Columnæ vero quæ ad ortum & ad occasum solis erant sitæ, nullum solarium sustinebant; sed relictæ erant nudæ. Hæc ideo fusius exponenda existimavi, quod Interpretes nihil hic vidisse animadverti, ac præcipue Christophorsonum.

VARIORUM.

a Τῆς ἐκκλησίας νηὸν] Interpres legisse videtur τῆς ἁγίας Σοφίας νηὸν. Hujus Ecclesiæ ædificatio ad ann. 532 referenda est. Nimirum in seditione ab Hypatio, Pompeio, & Probo adversua Justinianum isto anno concitata (de qua vid. supra c. 13.) Ecclesia major incendio absumpta est. Novam itaque & longe ampliorem ædificavit Justinianus, & Sanctæ Sophiæ dedicavit, anno 537, mense Decembri, cum sex fere anni intercessissent inter prioris Ecclesiæ conflagrationem, & novæ dedicationem. vid. Ant. Pagi ad ann. 532. n. 7. & ad ann. 537. n. 6. *W. Lowth.* Hujus Ecclesiæ nominis rationem reddit Paulus Diaconus lib. 18, initio, his verbis: "Exstruxit idem Princeps in-"tra Constantinopolim urbem ipsi Domino, qui est *Sa-*"*pientia* Dei Patris, Templum, quod Græco vocabulo "ἁγίαν σοφίαν, i. e. *Sanctam Sapientiam* nominavit.

Sæc. V.

sublimitatem. Mensura igitur sic se habet. Longitudo quidem à porta quæ est è regione sacræ conchæ, quo in loco incruentum offertur sacrificium, ad ipsam usque concham, est pedum centum & nonaginta: latitudo vero à Septentrione ad Meridiem, pedum centum & quindecim. Altitudo à centro hemisphærii usque ad solum, pedum centum & octoginta. Arcuum vero singulorum latitudo quidem est pedum .... longitudo vero ab ortu solis ad occasum pedes continet ducentos & sexaginta. Latitudo vero illuminationis eorum habet pedes septuaginta quinque. Sunt præterea ad occasum solis porticus duæ admodum venustæ, & atria undique miræ pulchritudinis. Exstructum est ab eodem Justiniano templum Sanctorum Apostolorum, quod nulli alteri templo facile concedat: in quo Imperatores ac sacerdotes sepeliri mos est. Ac de his quidem rebus hæc omnino dicta sint.

S. Apostolorum Templum.

CAPUT XXXII.

De Justiniani furore potius quam benevolentia erga factionem Venetianorum.

Fuit etiam aliud quidpiam in Justiniano, omnem belluarum immanitatem excedens. Quod utrum ex naturæ vitio, an ex ignavia ac formidine profectum sit, equidem nequeo dicere. Initium autem sumpsit ex populari seditione cui cognomen inditum fuit νίκα. Adeo enim impense favere visus est alteri factioni, Venetianorum scilicet, ut Venetiani ipsa meridie, in media civitate, adversæ factionis homines interficerent, ac non modo nullum supplicium metuerent, verum etiam præmia consequerentur. Atque hinc factum est, ut multi existerent homicidæ. Porro licebat illis etiam in domos irrumpere, & opes in illis reconditas deprædari, & miseris hominibus suam salutem pretio vendere. Quod si ex magi-

Venetianorum scelera.

τε ὕψος, ἔχοντας ὧδε. [2] ἔστι μὲν οὖν τὸ μῆκος ἐκ 2
τῆς κατὰ πρὸ θύρας τῆς ἱερᾶς κόγχης, ἔνθα τὰ
τῆς ἀναιμάκτου καλλιερεῖται θυσίας, μέχρις αὐ-
τῆς, ποδῶν ρϟ. τὸ δέ γε εὖρος κατὰ βορρᾶν καὶ
νότον, ποδῶν ριέ. τὸ δὲ βάθος ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ
ἡμισφαιρίου μέχρις ἐδάφους ποδῶν ϱπ. καὶ τῶν
ψαλίδων, τὸ μὲ ἑκάστης [b] εὖρος ποδῶν — τὸ δέ γε b
μῆκος ἀπὸ ἀνατολῶν εἰς δύσιν πόδες σξ. τὸ δὲ
[1] πλάτος τοῦ ἐμφώτου αὐτῶν ποδῶν οε. εἰσὶ δὲ 1
καὶ πρὸς δυόμενον ἥλιον ἐκπρεπεῖς ἕτεραι δύο,
καὶ πάντοθεν ὑπαίθριοι αὐλαὶ ἐς κάλλος ἐξη-
σκημέναι. εἴργασο δὲ αὐτὰ καὶ ὁ τῶν θεσπεσίων
ἀποστόλων νηός, οὐκ ἐθέλων ἑτέρῳ τὰ πρωτεῖα
διδόναι· ἐν ᾧ οἵ τε βασιλεῖς, [2] οἵτε ἱερωμένοι, τῆς 2
νενομισμένης ταφῆς τυγχάνουσι. περὶ μὲν οὖν τού-
των καὶ τῶν τοιούτων ἀμφοτέρωθεν εἰπεῖν τοι-
αῦτα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ'.

Περὶ τῆς ἐν τῷ κυκλῳ χρώματι τῷ βασιλέως μανίας μᾶλλον ἢ φιλίας.

[3] Ὑπῆν δὲ καὶ ἕτερον τῷ Ἰουστινιανῷ, πᾶσαν θη- 3
ριώδη γνώμην ἐκβαῖνον, εἴτε δὲ φύσεως ἁ-
μαρτία, εἴτε δειλίας τε καὶ φόβων, οὐκ ἔχω λέ-
γειν, ἐκ τῆς δημώδους ζάσεως [c] τοῦ νίκα τὴν c
δεχθὲν ἔλκον. ἐδόκει γὰρ [d] θατέρῳ τῶν μερῶν, τῶν d
κυανέων φημὶ, ἀτεχνῶς περιπεπλέχθαι ἐς τοσοῦ-
τον, ὥστε καὶ μιαφονίας αὐτοὺς ἐν μέσῃ ἡμέρᾳ, καὶ
ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἐργάζεσθαι τὴν ἀπεναντίας, καὶ
μὴ μόνον ποινὰς μὴ δεδιέναι, ἀλλὰ καὶ γερῶν ἀξι-
οῦσθαι, ὡς πολλοὺς ἀνδροφόνους ἐντεῦθεν γενέσθαι.
ἐξὴν δὲ αὐτοῖς, καὶ τοῖς οἴκοις ἐπέναι, καὶ τὰ ἐν-
αποκείμενα χειμήλια λῃΐζεσθαι, καὶ τοῖς ἀνθρώ-
ποις τὰς σφῶν ἐπιβάσκειν σωτηρίας. καὶ ἦν τις

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πλάτος τοῦ ἐμφώτου] Vide, si placet, descriptionem Ecclesiæ sanctæ Sophiæ, quam nuper in lucem edidit Franciscus Combefisius, vir de literis optime meritus, pag. 254. Describit has fenestras Paulus Silentiarius in Ecphrasi quam nuper edidit vir doctissimus Carolus de Fraxino, & Procopius in libro primo de ædificiis.

2 Οἵ τε ἱερωμένοι] Idem scribit Sozomenus in fine libri secundi historiæ Ecclesiasticæ. Sed quod notandum est, neuter eorum, nec Evagrius, nec Sozomenus, Episcopis Constantinopolitanis id peculiare fuisse dicunt, ut in Apostolorum æde, quemadmodum Imperatores, sepelirentur; sed generaliter loquuntur de Episcopis. Sane Nicephorus in libro octavo capite ultimo diserte testatur, non solos Constantinopolitanos, verum alios quoque Episcopos, qui sanctitate vitæ præ cæteris emicuissent, illic conditos fuisse. Sæpe enim eveniebat, ut Episcopi, vel ab Imperatoribus evocati, vel ob necessitates Ecclesiasticas ad urbem regiam profecti, ibi fato fungerentur. Sic temporibus Anastasii Alcissus & Gajanus apud Byzantium mortui, unoque sepulchro conditi memorantur in Chronico Marcellini.

3 Εἰπεῖν δὲ δεῖ καὶ ἕτερον] In editione Roberti Stephani deest verbum δεῖ, quod Typographi Genevenses ex Christophorsoni, aliorumve conjectura perperam suppleverunt. Ego vero ex codicibus Florentino & Telleriano hunc locum ita emendavi: ὑπῆν δὲ καὶ ἕτερον, &c. quam emendationem confirmat Nicephorus. Pro his enim Evagrii verbis hæc substituit: ἦν δέ τι περιττὸν αὐτῷ.

VARIORUM.

a Ἔστι μὲν οὖν τὸ μῆκος] Verendum est ne Evagrii codices in ædis longitudine & latitudine recensenda mendosi sint, cum utramque longe aliam fuisse constet ex Gyllio, diligenti admodum scriptore, cui longe potior fides habenda. *Longitudinem*, inquit ille, *ab oriente ad occasum ipse metiri ausus non sum, sed metiendam curavi per hominem Turcum, qui mihi retulit longitudinem Templi esse ducentorum & quadraginta pedum.* Idem latitudinem à meridie ad septentrionem, ex Turci relatione ducentorum & tredecim pedum esse scribit. Bondelmontius vero à testudine ædis ad pavimentum, altitudinem esse ait 144. brachiorum, i.e. 288. pedum; siquidem brachii mensura duorum pedum fuerit. Evagrius altitudinem tantum à centro Hemisphærii refert, quæ parum ab aliorum calculis abhorret. *Du-Cangius in CPoli Christiana, lib. III. ubi habetur accurata hujus Templi descriptio.*

b Εὖρος ποδῶν] Nullus ex Græcis codicibus numerum aliquem hic exhibet. Curterius autem, Grynæus, Christophorsonus, & Mericus Hanmerus in suis versionibus numerum *sexaginta sex* expressérunt, quem unde hauserunt, mihi incompertum est. *Matt. Shorting.*

c Τοῦ νίκα] Vide supra, cap. 13. hujus libri. *W. Lowth.*

d Θατέρῳ τῶν μερῶν] Quaternas Circensium aurigarum olim fuisse factiones, scil. Prasinam, Venetam, Albatam, & Rusatam, notissimum est.

τῶν

τῶν ἐχόντων εἴργειν ἐπειρᾶτο, περὶ τινὶ ζωτηρίαν αὐτῷ ἐκινδύνευεν. ὅθεν ἀμέλει εἷς τις τῶν ἑῴων ὀπιτροπεύων ἔχων, ἐπεὶ σίους τῶν νεωτερίζόντων νεύροις ἐσωφρόνισεν, ἀνὰ τὸ μεσαίτατον τῆς πόλεως, νεύροις ἠκίσθη τε καὶ περιήχθη. Καλλίνικος δὲ τῶν Κιλίκων ἡγούμενος δύο ἀνδροφόνω Κίλικε Παῦλον καὶ Φαυστῖνον ἐπιβόντε οἱ, ὑπ' αὐτοχρήσαθαι βουλομένω, ἐπεὶ ταῖς ἐκ νόμων ποιναῖς ὑπέθηκεν, ἀνεσκολοπίσθη, ποιῶν ὀρθῆς συνέσεως καὶ τῶν νόμων, ταύτῃ καταβαλών. ἐντεῦθεν οἱ θατέρου μέρους τὰ οἰκεῖα περιφυγόντες, καὶ τοὺς οὐδένων ἀνθρώπων δεξιούμενοι, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄγαν πάντοθεν ἐλαυνόμενοι, τοῖς ὁδοιποροῦσιν ἐφήδρευον, λωποδυσίας τε καὶ μιαιφονίας ἐργαζόμενοι, καὶ πάντα πλήρη θανάτων ἀώρων, λεηλασίας τε καὶ τῶν λοιπῶν ἀτοπημάτων εἶναι. ἔστι δὲ ὅτε τοὺς τὰ ἐναντία μεταχρήσας καὶ αὐτοὺς διεχρήσατο, τοῖς νόμοις ἐκδοὺς, οὓς ἐφῆκεν ἀνὰ τὰ ἄστη ἀνοσιουργεῖν βαρβάροις ἴσα. καὶ τὰ μὲν περὶ τούτων λεπτομερῶς λέγειν, χρεῖττον καὶ λόγου καὶ χρόνου. ἀπόχρη δὲ ταῦτα τεκμηριῶσαι καὶ τὰ ἐπίλοιπα.

stratibus quispiam eos coercere tentasset, de suo ipsius capite periclitabatur. Quidam certe, qui Comes erat Orientis, cum aliquot seditiosos nervis cædi jussisset, ipse in media urbe nervis cæsus ac circumductus est. Callinicus præterea rector Ciliciæ, propterea quod duos homicidas Cilicas, Paulum ac Faustinum, qui in ipsum irruerant & interficere ipsum conati fuerant, ex præscripto legum capitali supplicio affecisset, in crucem actus est, has pœnas referens ob recte consulta, & ob leges servatas. Hinc factum est, ut Prasiniani relicta patria sua, cum à nullo mortalium susciperentur, sed velut piaculum quoddam undequaque abigerentur, viatoribus insidias struerent, rapinasque ac cædes perpetrarent: Et cuncta immaturis mortibus ac direptionibus, & hujusmodi sceleribus complerentur. Interdum tamen in contrariam sententiam versus, Venetianos occidit, legum vindictæ subjiciens eos, quibus antea more barbarico per singulas urbes grassandi potestatem dederat. Verum ad ista singillatim referenda, nec tempus, nec sermo ullus suffecerit. Hæc tamen quæ commemoravi, sufficiunt ut conjectura fiat de reliquis.

Sæc. V.

Callinicus.

Prasiniani latrocinia exercent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΓ'.

Περὶ Βαρσανουφίου τοῦ ἀσκητοῦ.

Γεγόνασι δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἄνδρες θεοφόροι καὶ μεγάλων σημείων ἐργάδ, πολλαχοῦ μὲν γῆς· ὧν δὲ τὸ κλέος ἐκαταχοῦ διέλαμψε, Βαρσανούφιος Αἰγύπτιος γένος. οὗτος ἐν σαρκὶ, τὸν ἄσαρκον διήθλθυσε βίον, ἔν τινι φροντιστηρίῳ ἀγχοῦ Γάζης τῆ πολίσματος· ὥστε πολλὰ μὲν καὶ μνήμης χρείττονα θαυματουργῆσαι· πιστεύεθαι δὲ καὶ ζῆν αὐτὸν ἐν οἰκίσκῳ καθειργμένον, καίτοι γε [a] ἀπὸ τούτων πεντήκοντα, καὶ πλείς γε χρόνων οὔτε ὀφθέντα τῳ, οὔτε τῶν ἐπὶ γῆς τινος μετειληφότα. οἷς [1] δυσαπιστῶν Εὐστόχιος ὁ τῆ Ἱεροσολύμων πρόεδρος, ἐπειδὴ διορύττειν ἔγνω τὸν οἰκίσκον οὗ καθεῖρκτο ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, πῦρ ἔκθορον μικροῦ τοὺς αὐτόσε πάντας ἐνέπρησε.

CAPUT XXXIII.

De Barsanuphio Monacho.

Isdem temporibus viri plane divini & admirabilium operum effectores, in variis orbis terrarum locis vixerunt. Sed quorum gloria ubique inclaruit, hi fere sunt. Barsanuphius Ægyptius genere, qui in carne vitam carnis expertem transegit in quodam Monasterio juxta oppidum Gazam, adeo ut plurima miracula perpetraverit, quæ recensere difficile est: credaturque ab omnibus etiamnum vivere, in cellula recluſus: quamvis quinquaginta & amplius anni jam excesserint, ex quo nec visus est à quoquam, nec terrenum quidquam degustavit. Quæ cum falsa esse crederet Eustochius Hierosolymorum Antistes, & cellulam in qua vir Dei sese incluserat, perfodi jussisset, ignis inde exsiliens universos propemodum qui aderant combussit.

Valesii Annotationes.

1 Δυσαπιστῶν Εὐστόχιος] Pro verbo δυσαπιστῶν, quod procul dubio corruptum est, Nicephorus habet διαπιστῶν. Pro Eustochio autem Hierosolymorum Episcopo idem Nicephorus habet Sallustium. Sallustius quidem Hierosolymorum Episcopus fuit principatu Anastasii Augusti. Eustochius vero sub exordium imperii Justini junioris eundem Episcopatum gessit, ut testatur Theophanes in Chronico.

Variorum.

a Ἀπὸ τούτων] Scilicet ab anno 593. quo Evagrius Historiam suam absolvit. Unde Pagius concludit Barsanuphium sese Monasterio inclusisse circa annum 540. Et quoniam jam tum senex, & Joanni seni coævus dictus est à Dorotheo Archimandrita in Institutione IV. vix potuit vivere usque ad annum quo Evagrius Historiam suam absolvit; perperamque Nicephorus lib. 22. cap. 17. Salustium pro Eustochio nominavit, cum Salustius anno 486 Episcopus Hierosolymorum dictus sit, annoque 494. obierit. *Ant. Pagi ad ann.* 548. *n.* 10.

Sæc. V.

CAPUT XXXIV.

De Symeone Monacho, qui propter Christum stultitiam simulavit.

FUIT etiam in Emisenorum urbe Symeones: qui inanis gloriæ fastum omnem adeo exuerat, ut ab universis quibus erat ignotus, pro fatuo haberetur, licet omni genere sapientiæ & divina gratia abundaret. Porro hic Symeones seorsum ab aliis ut plurimum degebat, nullum omnino mortalium sinens cognoscere, quandonam aut quo modo Deum precaretur, nec quo tempore domi aut jejunaret aut cibum caperet. Interdum etiam in viis publicis aut in foro agens, è statu mentis deturbatus videbatur, nec prudentiæ ac solertiæ quidquam præ se ferre. Nonnunquam in tabernam irrepens, obviis cibis utebatur, dum esuriret. Quod si quis inclinato capite eum salutasset, ipse iratus illico aufugiebat, metuens ne virtus ipsius à vulgo deprehenderetur. Et hoc quidem modo Symeones in foro se gerebat. Erant tamen quidam ejus familiares, quibuscum versari consueverat absque ulla simulatione. Ex his quidam ancillam habuisse dicitur, quæ cum à nescio quo stuprata, prægnans esset, & cogeretur à dominis ut auctorem hujus flagitii nominaret, Symeonem clanculo cum ipsa rem habuisse dixit, & ex illo se gravidam esse: juraturamque se rem ita se se habere, ac, si opus foret, etiam convicturam. Quod cum audiissent Symeones, assensus est, carnem se gestare dicens, rem admodum fragilem atque imbecillam. Cumque hujus rei fama ubique divulgata esset, gravique ignominia, ut quidem videbatur, aspersus esset Symeones, subducere è medio se cœpit, simulans se pudore suffundi. Postquam igitur dies pariendi advenisset, & mulier parturientium more sederet in lecto, parturitio quidem immensos atque intolerabiles dolores afferens, in extremum vitæ discrimen mulierem adduxerat. Partus vero minime promovebatur. Cum igitur Symeones consulto illuc venisset; rogatus ab iis qui aderant ut precationem faceret, affirmavit ille coram omnibus, mulierem non prius esse parituram, quam confessa esset, quisnam infantis quem in utero gestabat, pater fuisset. Quod cum illa feciisset, & verum infantis patrem nominasset, statim infans erupit, veritate ipsa quasi obstetricante. Idem aliquando visus est introire in cubiculum meretricis. Cumque januam occlusisset, solus cum sola moratus est. Ostio deinde reserato, cum se fuga proripuisset, circumspiciens undique num quis ipsum videret, eo magis auxit suspicionem. Adeo ut ii qui illum viderant, mulierem adduxerint, & ex illa scisciatati sint, quid sibi vellet Symeonis ad illam ingressus, & tam diuturni temporis mora. At illa juravit, se triduo antequam ille venisset, ob rerum necessariarum penu-

Symeones à stupri suspicione liberatus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔ'.

Περὶ Συμεὼν μοναχοῦ, τοῦ διὰ Χριστὸν σαλοῦ.

Γέγονε δέ τις καὶ ἐν τῇ Ἐμισαν, Συμεώνης ἀνὴρ οὗτος τὸν τῆς κενοδοξίας ἀποδυσάμενος χιτῶνα, ὡς καὶ παράφορον ὑπὸ τοῖς οὐκ εἰδόσι δόξαι αὐτὸν εἶναι, καίτοιγε πάσης Σοφίας καὶ θείας χάριτος ἐμπεπλησμένος. οὗτος ὁ Συμεώνης τὰ πολλὰ μὲν αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν διῃτᾶτο, οὐδενὶ τὸ παράπαν ἄδειαν ἐπιδιδοὺς εἰδέναι, πότε τε ἢ ὅπως τὸ θεῖον ἠλάσκετο, μηδὲ ὅτε τὰς ἀφέξεις καὶ μεθέξεις καθ' ἑαυτὸν τῆς τροφῆς ποιοῖτο ἄν. ἔστιν ἡνίκα δὲ καὶ τὰς λεωφόρους ἀγοράζων ἐκτετραμμένος τοῦ καθεζομένου ἐδόκει, καὶ μηδὲν φρενῆρες ἢ αἰσχύνην ὅλως ἔχειν· καίπου καπηλίῳ παρεισδὺς, ἐκ τῶν προσφυχόντων ἐδεσμάτων ἢ σιτίων ἤθιεν ὅτε πεινάοι. εἰ δέ τις ἐγκλίνας τινὶ κεφαλὴν αὐτῷ προσεκύνησε, μετὰ θυμοῦ καὶ τάχους τὸν τόπων ἐξίστατο, τὸ πρὸς πολλῶν φωραθῆναι τινὶ οἰκείαν ἀρετὴν δεδιώς. καὶ τοιαῦτα μὲν τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀγοράν τῷ Συμεώνῃ. ἦσαν δέ τινες αὐτῷ συνήθεις οἷς καὶ παρενέβαλεν, οὐδὲν ὅλως ἐγκοινούμενος. τῶν τούνυν συνήθων αὐτῷ τινὶ γυναικί τινι θεράπαινα, ἣ πρός τινος ἐγκυμονηθεῖσα καὶ κύουσα, ἐπειδὴ τὸν τοῦτο δεδρακότα πρὸς τῶν δεσποτῶν ἐξειπεῖν ἠναγκάζετο, τὸν Συμεώνην ἔλεγε σκοτίως αὐτῇ συμπλακῆναι, ἀπ' αὐτοῦ τε κυοφορεῖν, καὶ ὁμοῦ ἡμῖν ταῦτα οὕτως ἔχειν, εἰ δέοι δὲ καὶ διελέγχειν. ὅθεν ἐπεὶ ἡ Συμεώνης ἠκηκόει, συνελίθετο σάρκα φορεῖν εἰπὼν, τὸ βδέλυγμα χρῆμα. ἐπεὶ δὲ τοῦτο πᾶσι τοῦτο πεφύλητο, καὶ πολλῷ ὄφελε τινὶ αἰσχύνῃ ὁ Συμεώνης ὡς ἐδόκει, ὑπέστελλεν ἑαυτὸν καὶ τὸν αἰδούμενον ὑπεκείνετο. ὡς δ' οὖν ἡ κυεία τῇ κυήσῃ ἦκε, καθῆστό τε τὰ εἰωθότα, ἡ μὲν ὠδὶς σφοδρότερον καὶ πολλῷ χαλεπώτερον τινὶ ἀλγηδόνα κατεργαζομένη, εἰς ἔσχατον κινδύνου τινὰ ἄνθρωπον κατήγαγεν. ὁ δὲ τόκος οὐδαμῇ προέκοπτεν. ἐπειδὴ οὖν τὸν Συμεώνην ἐξεπίτηδες ἀφιγμένον ἱκέτευον προσβυξάσθαι, ἀναφανδὸν εἶπε, μὴ πρότερον ἀποτέξειν τὸ γύναιον, πρὶν ἂν εἴποι τις ὁ φύσας τὸ κυοφορούμενον εἴη. ὅθεν ἐπειδὴ πέπεσχε, καὶ τὸν ὄντως ἀνεῖπε πατέρα, βύβλου τὸ βρέφος ἐξήλατο, ὥσπερ τῆς ἀληθείας μαθητήν. οὗτός ποτε ἐς τι δωμάτιον ἑταίρας ἐσεληλυθὼς ὤφθη, καὶ τὴν θύραν ἀποκλείσας, μόνος πρὸς μόνην ἐχρόνιζεν. ὡς δ' οὖν ἀνακλίνας τινὶ θύραν ἀπιὼν ᾤχετο, πανταχῇ θεώμενος μή τις αὐτὸν ὁρᾴη, ἐπὶ μεῖζον τὰ τῆς ὑπονοίας ἦρθη ὡς τοὺς ἑωρακότας ἀγαγεῖν τινὶ ἄνθρωπον, καὶ πυνθάνεσθαι τί τε ἐστὶ τὰ τοῦ Συμεώνη παρ' αὐτῇ εἴη, καὶ ἡ τοσαύτη τοῦ καιροῦ τριβή. ἡ δὲ διώμνυτο, τρίτῃ ἀπ' ἐκείνης ἡμέραν μηδενὸς ἀπογεύσασθαι πρεία τῶν ἀναγκαίων ἢ μόνον ὕδατος·

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐκπεσάφθαι τοῦ καθεζομένου] Procul dubio scribendum est καθεζηκότος, quemadmodum legitur apud Nicephorum in cap. 22. libri 17.

2 Ἐγκλίνας τὴν κεφαλὴν] Solebant olim laici non solum coram Episcopis ac Presbyteris, sed etiam coram Monachis, caput inclinare ad benedictionem accipiendam. Cujus rei illustre exemplum extat apud Sozomenum in libro 8. cap. 13.

τὸν

τὸν δὲ, ἄφα τε κομίσαι καὶ σιτία καὶ οἴνου τι ἄσσον, καὶ τὴν θύραν ἀποκλείσαντα τράπεζαν ὑποθεῖναι, δειπνῆσαί τε ταύτην ἐκέλευσε μόνον, τῆς θοίνης ἐμπλησθῆναι, ἱκανῶς τῇ ἀφέξει τῆς τροφῆς παυθεῖσαν, καὶ τὰ λείψανα τῶν ἀποκομισθέντων προσέφερεν. ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦ κλόνου τοῦ τὴν ὑπαλείαν Φοινίκην κατασείσαντος παρὰ 1 πόδας ὄντος, νίκα ' ἥ τε Βηρυτίων, Βιβλίων τε καὶ Τριπολιτῶν μάλιστα πεπόνθασι, ῥυτῆρα τῇ χειρὶ μετεωρίζων, ἔτυπτε τῶν κιόνων τοὺς πλείους ἀνὰ τὴν ἀγορὰν, φήτε βοῶν, ὀρχήσασθαι ἔχετε. ἐπεὶ τοίνυν οὐδὲν τἀνδρὸς ἰῶ πάρεργον, οἱ τούτοις προσιτυχόντες τὸν νοῦν ἐτίθεσαν, τίνας τῶν κιόνων μὴ τύπτων παρῆλθε. οἱ καὶ μετ' οὐ πολὺ πεπτώκασιν, ἔργον τοῦ σεισμοῦ νενόμενοι. πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα πέπραχεν, ἃ καὶ πραγματείας ἰδιαζούσης δεῖται.

riam nihil præter aquam guſtaſſe: Symeonom vero obſonia & cibos & vas vini ad ſe attuliſſe, obſeratiſque foribus menſam appoſuiſſe, juſſiſſeque ut cœnaret, & dapibus ſeſe exſatiaret, quippe quæ ſatis afflicta eſſet inedia. Simul reliquias ciborum qui allati fuerant proferebat. Idem præterea, cum immineret terræ motus ille quo Phœnice maritima concuſſa eſt, & quo Berytus, & Biblus ac Tripolis præ reliquis urbibus vexatæ ſunt, flagello in altum ſublato, ex columnis quæ erant in foro pleraſque verberare cœpit, inclamans his verbis: State, ſaltandum vobis eſt. Et quoniam nihil temere aut inconſulto ab eo fiebat, hi qui aderant, ſtudioſe notarunt columnas, quas ille prætergreſſus minime verberarat. Quæ quidem haud multo poſt corruerunt terræ motu ſubverſæ. Sed & plurima alia ab eo geſta ſunt, quæ peculiare opus deſiderant.

Terræmotum prædixit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ'.

Περὶ Θωμᾶ μοναχοῦ, ᾧ αὐτὸς ὁμοίως προσποιητοῦ ζαλοῦ.

CAPUT XXXV.

De Thoma Monacho, qui ſtultitiam pari modo ſimulavit.

ΗΝ δὲ τὰ τοιαῦτα καὶ Θωμᾶς τόνδε διαθλιβίων τὸν βίον, ἀνὰ τὴν κοίλην Συρίαν, ὃς ποτὲ τὴν Ἀντιόχου γέγονε τὴν ἐπέτειον χορηγίαν κο- 2 μίζων τῆς κατ' αὐτὸν μονῆς. ἐτέτακτο δὲ ἐκ τῆς αὐτόσε ἐκκλησίας. τοῦτον ὁ Ἀναστάσιος οἰκονομῶν τὴν ἐκκλησίαν, ἐπειδὴ συχνῶς αὐτὸν ἐλοιδόρει, τῇ χειρὶ κατὰ κόρρης ῥαπίζει· καὶ δυσανασχετούντων τῶν σφίσι παρόντων, ἔφη, οὔτε αὐτὸν ἐπὶ λήψεσθαι, οὔτε τὸν Ἀναστάσιον δώσειν· καὶ ἅμα γε νέᾳ· Ἀναστασίῳ μὲν μεθ' ἡμέραν μίαν τὸν βίον 3 καταστρέψαντος· Θωμᾶ δὲ ἐν τοῖς τῶν νοσούντων καταγωγίῳ ἀνὰ τὸ προάστειον Δάφνην ἐν τῇ ἐπορεύσε πρὸς τὸν ἀγήρω μεταστάντος βίον· ᾧ τὸν νεκρὸν ἔθεντο ἐν τοῖς τῶν ἐπηλύδων τάφοις. ἐπεὶ-

Fuit etiam ea tempeſtate Thomas quidam, qui in Coele Syria idem vivendi genus excolebat. Hic aliquando Antiochiam venit, annuum ſtipendium accepturus ad Monaſterii ſui alimoniam. Hoc autem ſtipendium ex reditibus Antiochenſis Eccleſiæ præberi conſueverat. Quodam igitur die Anaſtaſius, qui erat œconomus ejuſdem Eccleſiæ, ſupra dicto Thomæ, quoniam frequenter ei moleſtus fuerat, colaphum incuſſit. Quod factum cum indigne ferrent qui aderant, Thomas nec ſe accepturum amplius quidquam, nec illum daturum eſſe dixit. Utrumque porro ita evenit, Anaſtaſio poſtera die è vivis ſublato; Thoma vero inter redeundum in hoſpitio infirmorum quod eſt in ſuburbano Daphnenſi, ad immortalem vitam tranſlato. Cujus cadaver ſepultum eſt in monumentis peregrinorum. Sed quo-

Anaſtaſius.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἥτε βηρυτίων, βιβλίων τε καὶ τριπολιτῶν] De hoc terræ motu loquitur Auctor itinerarii Antonini Martyris, his verbis: *Inde venimus in partes Syriæ, ubi requieſcit ſanctus Leontius, quæ civitas tempore Juſtiniani Imperatoris ſubverſa eſt à terræ motu, cum aliis civitatibus. Venimus exinde Biblum, quæ & ipſa civitas cum omnibus quæ in ea erant, ſubverſa eſt. Exinde venimus in civitatem Triari, quæ & ipſa ſubverſa eſt. Deinde venimus in civitatem ſplendidiſſimam Beryto, in qua nuper fuit ſtudium literarum, quæ & ipſa ſubverſa fuit, dicente nobis Epiſcopo civitatis, cui cognita fuerant perſonæ, exceptis peregrinis qui ibi perierant.* Civitas porro illa, in qua requieſcit ſanctus Leontius, Tripolis eſt, ut ſupra annotavi. Hic terræ motus contigit *anno vigeſimo quarto Juſtiniani, ut ſcribit Cedrenus in Chronico, & Theophanes pagina 192. Memorabile eſt quod de Botry Phœnices urbe ab iiſdem Scriptoribus traditur, in ea portum factum eſſe illo terræ motu, cum antea non extitiſſet: tranſlato ſcilicet promontorio quod Lithoproſopon dicebatur. Verum in Theophane ſcriptum eſt βόστρυος pro βότρυος. Quo ſcripturæ vitio inductus Interpres, Boſtram vertit gravi errore, cum Boſtra ſit Mediterranea civitas Arabiæ. Hujus urbis nomen reſtituendum videtur in itinerario Antonini Martyris, eo loco quem ſuperius adduxi. Nam pro civitate Triari ſcribendum eſt Botry.

2 Ἐτέτακτο δὲ ἐκ τῆς αὐτόσε ἐκκλησίας] Quis non miretur tres viros doctos in hujus loci interpretatione lapſos fuiſſe. Joannes quidem Langus ita vertit. *Illius enim Eccleſia cenſebatur.* Atque ita fere Muſculus. Chriſtophorſonus vero omnium peſſime interpretatus eſt hoc modo. *Ab ea ſiquidem Eccleſia presbyter fuerat ordinatus.* Putarunt ſcilicet ſubaudiendum hic eſſe, ἐτέτακτο ὁ Θωμᾶς, cum tamen ſubaudiendum ſit ἡ ἐπετείου χορηγία. Id eſt, *annuum ſtipendium, ſive eleemoſyna, quæ ex reditibus Antiochenæ Eccleſiæ, quotannis erogari conſueverat monaſterio Abbatis Thomæ.*

3 Ἐν τῷ τῶν Νοσούντων καταγωγίῳ] Joannes Moſchus in Limonario cap. 88. ait, Thomam mortuum eſſe in Eccleſia ſanctæ Euphemiæ quæ erat in ſuburbano Daphnenſi. Itaque juxta noſocomium in quo peregrini hoſpitabantur, Eccleſia erat beatæ Euphemiæ: quemadmodum hodie videmus Xenodochiis & Noſocomiis adjunctas eſſe Eccleſias. Porro Joannes Moſchus ait hunc Thomam Apocriſarium fuiſſe monaſterii ſui, id eſt Procuratorem. Apocriſarii enim dicebantur ii qui negotia gerebant Monaſteriorum & Eccleſiarum, ut docet Juſtinianus in Novella 6.

VARIORUM.

* Contigit hic terræ motus anno Chr. 551. qui fuit 25 Juſtiniani Imp. ut ſcribit *Ant. Pagi ad ann. 551. n. 18.*

SÆC. VI.

niam uno & altero poſt illum ibidem ſepulto, corpus Thomæ ſemper ſupra illos exſtabat: Deo ſcilicet etiam poſt mortem illius maximum edente miraculum: reliqua enim cadavera ſubmovebantur longius ac repellebantur: incolæ ſanctum virum admirati, Ephræmio rem nuntiant. Tum vero ſacrum ejus corpus publica feſtivitate ac ſolemni pompa Antiochiam deportatum eſt, & in cœmeterio honorifice deponitur, cum peſtilentem morbum qui tum graſſabatur tranſlatione ſua diſpuliſſet. Hujus diem feſtum Antiocheni ad noſtra uſque tempora quotannis magnifice celebrant. Verum ad propoſitum hiſtoriæ ordinem revertamur.

δὴ δὲ ἐνὸς καὶ δευτέρου τεθέντοιν, ὕπερθεν αὐτοῦν τὸ αὐτῷ σῶμα γέγονε, μέγιστον θαῦμα τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ θάνατον αὐτὸν ἀναδεικνύοντος· ἀπεπέμποντο γὰρ μακρῷ ἀποκρυόμενοι, θαυμάσαντες τὸν ἅγιον, Ἐφραιμίῳ ἀγγέλλουσι· καὶ μετὰ δημοτελοῦς 1 ἀγερωχίας, καὶ πομπῆς, μετακομίζεται ὁ πανάγιος αὐτοῦ νεκρὸς ἀνὰ τὴν Ἀντιόχου, ἔν τε τῷ κοιμητηρίῳ τιμᾶται, τὴν τηνικαῦτα φοιτήσασαν λοιμώδη νόσον τῇ μεταθέσει παύσας. οὗ καὶ τὴν ἐτήσιον ἑορτὴν μέχρις ἡμῶν παῖδες Ἀντιοχέων μεγαλοπρεπῶς ἄγουσιν. ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον τοῦ λόγου τὴν ῥύμην μεταγάγωμεν.

CAPUT XXXVI.

De Mena Patriarcha, & de miraculo quod factum eſt in puero cujuſdam Hebræi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛϚ'.

Περὶ Μηνᾶ τοῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ γενομένου τηνικαῦτα θαύματος εἰς τὸ τοῦ Ἑβραίου παιδίον.

Cap. 11. hujus lib.

ANTHIMO, ut ſupra à nobis dictum eſt, ex Conſtantinopolitana ſede ejecto, Epiphanius in ejus locum ſucceſſit. Poſt Epiphanium vero Menas Epiſcopatum illum ſortitus eſt. Cujus temporibus miraculum quoddam contigit in primis memorabile. Vetus eſt conſuetudo Conſtantinopoli, ut quoties ex ſacris partibus immaculati corporis Chriſti Dei noſtri, magnus numerus ſuperfuerit, pueri impuberes ex iis qui Grammaticorum ſcholas frequentant, evocentur, qui eas manducent. Id igitur eo tempore cum accidiſſet, una cum aliis pueris convocatus eſt filius vitrarii cujuſdam, qui ſecta erat Judæus. Hic puer parentibus cauſam moræ ex ipſo ſciſcitantibus, id quod factum fuerat expoſuit, & quid ipſe una cum reliquis pueris deguſtaſſet. Pater ira atque indignatione ſuccenſus, illico filium correptum in fornacem ardentem conjicit, in qua vitrum formare conſueverat. Mater vero puerum quæritans, cum reperire non poſſet, per totam urbem circuibat, plorans atque ejulans. Tertio demum die ad oſtium officinæ mariti ſui ſtans, filium nominatim inclamare cœpit, flens ac ſe ipſam lacerans. Tum puer agnita matris voce, ei reſpondit ex fornace. Statimque mater perfractis foribus introgreſſa, puerum inter carbones ſtantem videt, quem ignis nullatenus ambuſſerat. Qui poſtea interrogatus, quonam modo illæſus permanſiſſet, mulierem quamdam purpurea indutam veſte crebro ad ipſum ventitaſſe dixit, & aquam ipſi porrexiſſe, & carbones qui juxta ipſum erant reſtinxiſſe. Cibum quo-

Menas Ep. CP.

Quod reliquum erat S. cœnæ, pueris datum.

ΑΝθίμου ὡς μοι λέλεκται, τοῦ θρόνου τὸ βασιλίδος ἐκβεβλημένου, 2a Ἐπιφάνιος τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται. μετὰ δὲ αὖ Ἐπιφάνιον Μηνᾶς, ἐφ' οὗ καὶ θαῦμα γέγονε λόγου πολλοῦ ἄξιον. ἔθος παλαιὸν βέβληται ἀνὰ τὴν βασιλεύουσαν, ὅτ' 3 ἂν πολύ τι χρῆμα τῶν ἁγίων μερίδων τοῦ ἀχράντου σώματος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν διαπομένοι, παῖδας ἀφθόρους μεταπέμπους γίγνεσθαι τῶν ἐς γραμματοδιδασκάλου φοιτώντων, καὶ ταῦτα κατεδίειν. ὅπερ ἐπειδὴ γέγονεν, ἠλίσθη μετὰ τῶν παίδων ὑαλουργοῦ παῖς, ἑβραίᾳ τὴν δόξαν· ὃς τοῖς γονεῦσι τὴν αἰτίαν τῆς βραδυτῆτος πυνθανομένοις, ἀνεῖπε τὸ γεγονός, καὶ ὅπερ ἀποφαγὼν σὺν τοῖς ἄλλοις παισὶν εἴη. ὁ δὲ Φύσας, θυμωθεὶς καὶ μιαίνας, ἐν τῷ πυρεῖ τῶν ἀνθράκων ἔνθα τὴν ὕαλον ἐμόρφου, τὸν παῖδα καθίησιν ἀνάψας. ὡς δὲ τὸν παῖδα ἡ μήτηρ ζητοῦσα, εὑρεῖν οὐκ ἴσχυε, πανταχῇ τῆς πόλεως ἤει ποτνιωμένη, καὶ λύγιον κωκύουσα· καὶ τριταία ἐπὶ τὴν θύραν τοῦ ἐργαστηρίου τοῦ ἀνδρὸς ἑστῶσα, ὀνομαστὶ ἀνεκάλει τὸν παῖδα, τοῖς θρήνοις σπαραττομένη. ὁ δὲ, τῆς φωνῆς τῆς μητρὸς σαφοῦς, ἐκ τοῦ πυρείου ἀνταπεκρίνετο. ἡ δὲ, τὰς θύρας διατεμοῦσα, εἴσω τε γενομένη, ὁρᾷ τὸν παῖδα τῶν ἀνθράκων μέσον ἑστῶτα, τοῦ πυρὸς αὐτὸν μὴ προσάψαντος. ὃς ἀνερωτώμενος ὅπως ἀπαθὴς μεμένηκεν, γυναῖκα ἔφη, πορφυρᾶν ἀμπεχομένην ἐσθῆτα συχνὰ φοιτῶσαν παρ' αὐτὸν, ὕδωρ ὀρέγειν, καὶ τούτῳ τοὺς πλησιάζοντας τῶν ἀνθράκων κατευνάζειν,

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐφραμίῳ] Moſchus in capite citato, non Ephræmium, ſed Domninum vocat Epiſcopum Antiochenum, qui ſucceſſit Ephræmio. Hunc Domnum vocat Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus.

2 Ἐπιφάνιος διαδέχεται] Hunc Evagrii errorem jam ſupra notavimus, quem Nicephorus etiam correxit. Verum Nicephorus ipſe dum errorem Evagrii corrigit, alium commiſit. Menam quippe ab Agathone Papa ordinatum eſſe ſcribit, qui ab Agapeto ordinatus eſt in locum Anthimi, ut inter omnes conſtat.

3 Ἔθος παλαιὸν] Hanc conſuetudinem, ut ſcilicet particulæ ſacræ Euchariſtiæ quæ ſuperfuerant, pueris abſumendæ diſtribuerentur Conſtantinopoli, etiam ſua ætate permanſiſſe teſtatur Nicephorus Calliſtus in cap. 25. libri 17. ſeque dum puer eſſet & frequenter in Eccleſiis verſaretur, partes eas accepiſſe ſcribit.

VARIORUM.

a Ἐπιφάνιος] Epiphanius factus eſt Epiſcopus CPolitanus anno Chr. 520. In hujus demortui locum ſubſtitutus eſt Anthimus anno 535. Quo ob hæreſim ejecto, ordinatus eſt Mennas Epiſc. CP. ab Agapeto Pontifice Romano, anno Chr. 536. ut Pagius ſub dictis annis nos docuit.

σιτίζειν

σιτίζειν τε αὐτὸν ὁσάκις πεινῴη. ὅθεν ἐπειδὴ ἐς Ἰουστινιανὸν ἠνέχθη, τὸν μὲν παῖδα καὶ τὴν μητέρα
1 τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας φωτισθέντας ἐκλήρωσε. τὸν δὲ Φύσαντα, οὐκ ἀναχώμενον Χειστιανοῖς
2 ἐναεθμυθῆναι, ἐν συκαῖς ὡς παιδοφόνον ἀνεσκολόπισε. ταῦτα μὲν τῇδε γέγονε.

que esurienti præbuisse. Quæ cum nuntiata essent Justiniano, Imperator puerum simul ac matrem regenerationis lavacro initiatos clero adscripsit. Patrem vero Christianæ religionis sacramenta percipere penitus recusantem, tanquam proprii filii interfectorem, in Sycensi suburbio cruci suffigi præcepit. Et hæc quidem ita evenerunt. SÆC. VI.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΖ'.

Τίνες καθ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν μεγάλων πόλεων ἐπίσκοποι.

CAPUT XXXVII.

Quinam eo tempore fuerint maximarum urbium Episcopi.

a [2]Μετὰ δὲ Μηνᾶν Εὐτύχιος ἐς τὸν θρόνον ἄνει- Post Menam Eutychius Pontificalem se- *Præcipuarum Sedium Episcopi.*
σιν. ἀνὰ δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα, μετὰ Μαρτύριον· Σαλούστιος τὸν θρόνον διαδέχεται· Ἠλίας τε μετὰ
τοῦτον· Πέτρος τε αὖ, ᾧ μετ' ἐκεῖνον Μακάριος,
b οὔπω βασιλέως προσκαμφθέν, [b]ὡς ἐξώσθη τῆς οἰ-
3 κείας καθέδρας. [3]ἔφασκον γὰρ αὐτὸν τὰ Ὠριγέ- 15
νους πρεσβεύειν δόγματα. μεθ' ὃν ἡ ἐπισκοπὴν Εὐ-
τύχιος διεδέξατο. μετὰ δὲ τὴν ἐκβολὴν Θεοδοσίου ὡς
προδεδήλωται, ἐπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων Ζώϊ-
4 λος ἀναδείκνυται· [4]ᾧ τοῖς αὐτὸν ἡγησαμένοις προσ-
c τεθέντος, [c]Ἀπολινάριος τὴν καθέδραν ἐγχειρίζεται. 20
μετὰ δὲ Ἐφραίμιον, Δομνῖνος Ἀντιοχείας πιστεύεται θρόνον.

pulturam Eutychius Constantinopoli obtinuit. Hierosolymis vero post Martyrium Salustius in ejus locum successit. Post hunc Helias, post Heliam Petrus. Post Petrum Macarius ejusdem urbis Episcopatum suscepit, cum Imperator electionem ejus nondum comprobasset. Hic postea sua sede expulsus est, propterea quod Origenis dogmata asserere dicebatur. Post hunc igitur Eustochius Episcopalem sedem sortitus est. Alexandriæ vero pulso, ut supra relatum est, Theodosio, Zoilus ad Episcopatum promotus est. Quo ad prædecessores suos adjuncto, Apollinaris sedem illam regendam suscepit. Jam vero Antiochiæ post Ephræmium Domninus ejus loci Ecclesiam gubernavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΗ'.

Περὶ τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς πέμπτης συνόδου, καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν συνέχθη.

CAPUT XXXVIII.

De sancta & universali Synodo quinta, & quam ob causam congregata sit.

Τῆς πρεσβυτέρας μὲν οὖν Ῥώμης ἡγουμένου Βιγιλίου· τῆς δὲ νέας πρῶτα μὲν Μηνᾶ, εἶτ' Εὐτυχίου· τῆς δὲ Ἀλεξάνδρου Ἀπολιναρίου, καὶ τῆς Ἀντιόχου Δομνίνου, Ἱεροσολύμων τε Εὐστοχίου,

Porro dum Vigilius quidem Romanæ urbis, Constantinopolitanæ vero Menas primum ac deinde Eutychius Episcopatum gererent: Et Alexandrinæ quidem Ecclesiæ Apollinaris, Antiochenæ autem Domninus: Hierosolymitanæ vero præesset Eustochius,

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐκλήρωσε] Joannes Langus hunc locum ita vertit. *Puerum cum matre divino regenerationis lavacro adhibuit, Deoque dicavit.* Musculus vero & Christophorsonus longe pejus verterunt. Nam Musculus quidem vertit, *servavit.* Christophorsonus vero sic interpretatus est. *Puerum cum matre lavacro regenerationis tingendos decernit.* Ego vero locum ita vertendum esse non dubito. *Puerum simul ac matrem regenerationis lavacro initiatos clero adscripsit.* Quod ita intelligendum est, ut Imperator puerum quidem illum inter Lectores Ecclesiæ censeri jusserit: matrem vero Diaconissam ordinari præceperit.

2 Ἐν συκαῖς] In hoc suburbano urbis Constantinopolitanæ olim supplicia de noxiis sumi consueverant, ut jampridem monui in annotationibus ad librum 28. Ammiani Marcellini, pag. 362. Quibus adde locum B. Hieronymi ex Commentariis in caput 26. Matthæi, qui sic habet, *extra urbem enim & foras portam loca sunt in quibus truncantur capita damnatorum, & Calvaria, id est, decollatorum sumpsere nomen.*

3 Ἔφασκον γὰρ αὐτὸν τὰ Ὠριγένους] Multi certe Monachi ab ejus communione sese abjunxerunt, eo quod Origenis dogmata asserere crederetur. Ex horum numero fuit Abbas Elias qui etim βοσκὸς dicebatur, ut scribit Joannes Moschus in cap. 19. Limonarii. Theophanes tamen in Chronico pag. 205. Macarium κατὰ συσκευὴν, id est, *per fraudem & calumniam è sede sua pulsum esse dicit.* Verum Theophanes prorsus alieno loco id refert, principatu scilicet Justini junioris. Atqui Macarius Episcopus Hierosolymorum ordinatus est anno Christi 546. & cum biennio post è sede sua exturbatus fuisset, in ejus locum subrogatus est Eustochius anno Christi 548. ut tradit Baronius. Dissentit tamen Victor Thunonensis in Chronico. Macario enim annos octo Episcopatus attribuit, eoque superstite Eustochium ordinatum esse ait anno ante Synodum quintam, id est anno Christi 552. idque verius esse existimo.

4 Καὶ τοῖς αὐτὸν ἡγησαμένοις] Sic etiam legitur apud Nicephorum in cap. 26. libri 17. ᾧ μετὰ μικρὸν τοῖς αὐτὸν ἡγησαμένοις προσθέντος, &c. Ego tamen non puto Græce dici posse, αὐτὸν ἡγησαμένοις. Scribo itaque ᾧ καὶ τοῖς αὐτῶν ἡγησαμένοις, &c. Subauditur enim τῶν Ἀλεξανδρέων.

VARIORUM.

2 Μετὰ δὲ Μηνᾶν] Menas Ep. CPolitanus defunctus est anno 552. colitur in Martyrologio Romano, & in Menologio, die 25 Augusti: isque forsan dies ejus emortualis fuit. In ejus locum suffectus est Apocrisarius Amaseæ Presbyter, & Monasterii ipsius Amaseæ Monachus Eutychius, eo ipso die quo Menæ cadaver in sacris adytis expositum jacebat, ut testatur Theophanes in Chronico, anno Incarnat. secundum Alex. 544. Hierosolymis Salustius Martyrio defuncto successit anno 486. Salustio Helias annos 492. Helias depositus est ab Anastasio Imp. anno 513. & in ejus locum suffectus Joannes Marciani filius. Joanni mortuo anno 524. successit Petrus Eleutheropolita. Petrum vita functum anno 544. excepit Macarius, qui anno 548 dejicitur, & in ejus locum Eustochius subrogatur.

b Ὡς ἐξώσθη] Lege ὃς. *W. Lowth.*

c Ἀπολινάριος] Alexandriæ Zoilo, quod tria capitula damnare nollet, depositio, successit Apollinarius anno 551. Antiochiæ Ephræmio mortuo successit Domninus anno 545.

SÆC. VI. quinta ſynodus à Juſtiniano convocata eſt hanc ob cauſam. Cum Origenis dogmatum aſſertores in Monaſteriis Palæſtinæ, ſed præcipue in ea quæ dicitur Nova Laura quotidie invaleſcerent, Euſtochius omni ſtudio in id incubuit, ut eos expelleret. Cum igitur ad Novam Lauram ſe contuliſſet, eos inde ejecit, procul amandans, tanquam communem hominum perniciem. At illi varia in loca diſperſi, multos ſuis partibus adjunxerunt. Horum patrocinium ſuſcepit Theodorus, cognomento Aſcidas, Epiſcopus quidem Cæſareæ, quæ caput eſt provinciæ Cappadociæ, ſed qui cum Juſtiniano aſſidue verſabatur, eique fidus erat in primis ac perutilis. Cum ergo iſte palatium conturbaret, & id quod ab Euſtochio geſtum erat, meram impietatem atque injuſtitiam vocaret, miſſi ſunt Conſtantinopolim ab Euſtochio, Rufus Abbas Monaſterii Theodoſii, & Conon Abbas Monaſterii Sabæ: qui tum virtutis ſuæ cauſa, tum ob Monaſteria quibus præerant, principem locum inter Solitarios obtinebant. Venerunt una cum illis etiam alii, dignitate haud multo inferiores. Et hi quidem de Origene in primis, & de Evagrio ac Didymo agere inſtituerunt. Theodorus autem Cappadox, cum eos alio vellet traducere, cauſam Theodori Mopſueſtiæ Epiſcopi, & Theodoriti atque Ibæ in medium produxit: Deo ſcilicet optimo maximo ita rem omnem optime diſponente, ut hinc & inde profana omnia penitus ejicerentur. Prima igitur quæſtione propoſita, utrum liceret mortuos Anathemati ſubjicere: Eutychius qui illic aderat, in ſacris ſcripturis apprime exercitatus, ſuper-

Synodi origo.

Theodorus Aſcidas.

Rufus & Conon Abbates.

πέμπτην μετὰ πέμπτην σύνοδον Ἰουστινιανὸς ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Εὐτύχιος, καλαχραλιώλων ἢ μάλιστα ὁ ἐν τῇ καλουμένῃ νέᾳ λαύρᾳ τὰ Ὠριγένους πρεσβευόντων δόγματα, πᾶσαν ἔθετο σπουδὴν τούτους ἀπελάσαι. καὶ καταλαβὼν τὴν αὐτὴν νέαν λαύραν, ἅπαντας ἐκβεβλήκει, ὥσπερ ἄγη κοινὰ μαχερὰν ἐκδιώξας· οἱ καὶ σποράδες γενόμενοι, πολλοὺς σφίσι προσηταιρίσαντο. τούτων ὑπερήσπιζε Θεόδωρος ὁ ἐπίκλην Ἀσκιδᾶς, ἐπίσκοπος μὲν τῆς Καισαρος, ἣ πρωτεύει τοῦ Καππαδοκῶν ἔθνους· Ἰουστινιανῷ δὲ προσεδρεύων, πιστός τε οἱ καθεστὼς, καὶ ἐς τὰ μάλιστα ὀπτήδειος. κυκῶντος οὖν αὐτοῦ τὰ βασίλεια, καὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀθεμιτουργίαν τὸ πρᾶγμα καλοῦντος, ἔμελλον πρὸς τὴν βασιλέως πόλιν πρὸς Εὐτυχίου, Ῥοῦφος ἡγούμενος τῆς Θεοδοσίου μονῆς, καὶ Κόνων τῆς Σάβα, τὰ πρῶτα τῆς ἐρήμου φέροντες, ἔκ τε τῆς οἰκείας ἀξιώσεως, καὶ ὧν ἡγοῦντο Φρονιστηρίων. γεγόνασι δὲ σὺν αὐτοῖς καὶ ἕτεροι, ἃ πολλῷ τῆς ἀξίας αὐτῶν λειπόμενοι· καὶ οὗτοι μὲν τὰ κατὰ τὸν Ὠριγένην πρωτοτύπως ἐκίνουν, καὶ Εὐάγριον, καὶ Δίδυμον. Θεόδωρος δὲ ὁ Καππαδόκης ἑτέρωθι τούτοις ἀφέλκειν ἐθέλων, ἐπεισάγει τὰ κατὰ Θεόδωρον τὸν Μοψουεστίας, καὶ Θεοδώρητον, καὶ Ἴβαν· τοῦ παναγάθου Θεοῦ πάντα καλῶς οἰκονομήσαντος, ἵν' ἐκεῖθεν ἐντεῦθεν τὰ βέβηλα ἐξωθεῖτο. πρώτης τοίνυν κινήσεως γενομένης, [b] εἰ δεῖ τοὺς τεθνηκότας ἀναθέμασι προσβληθῆναι, Εὐτύχιος παρὼν τῇ θείᾳ ἐς ἄκρον ἐξησκημένος γραφῇ, ἐσπ

a

1

3

b

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐν τῇ καλουμένῃ νέᾳ Λαύρᾳ] Hujus novæ Lauræ mentio fit in vita ſancti Euthymii. De eadem re Theophanes, licet alieno loco, in rebus ſcilicet Juſtini junioris, ſcribit, Εὐτύχιος δὲ ἀπελθὼν εἰς Ἱεροσόλυμα, μίσει τῷ πρὸς Ἀπολινάριον καὶ Ἀγάθωνα καὶ Μακάριον, τοὺς τῆς νέας Λαύρας μοναχοὺς ἐξέβαλεν ὡς Ὠριγενιστάς· καὶ ἀφ' τούτου ἐξεβλήθη, καὶ πάλιν ἀπεκατέστη Μακαρίου εἰς τὸν ἴδιον θρόνον. Id eſt, *Euſtochius autem veniens Hieroſolymam, præ odio quo adverſus Apollinarem & Agathonem ac Macarium flagrabat, novæ Lauræ monachos expulit, tanquam* Origeniſtas. *Quamobrem & ipſe poſtea ejectus eſt, & Macarius in ſuam ſedem reſtitutus.* Baronius quidem Macarium in ſedem ſuam reſtitutum eſſe exiſtimat, paulo poſt ordinationem Euſtochii: ac deinde Euſtochium Hieroſolymitanam ſedem iterum obtinuiſſe, quippe qui quintæ Synodo Conſtantinopolitanæ per legatos ſuos interfuerit anno Chriſti 553. ut ex Evagrio noſtro, & ex actis ſupradictæ Synodi ſatis conſtat. Verum Baronius longe à vero aberravit. Macarius enim diu poſt quintam Synodum, pulſo Euſtochio, in ſedem ſuam reſtitutus eſt anno 37 Juſtiniani, poſt Conſulatum Baſilii anno 24. ut ſcribit Victor Thunonenſis in Chronico, qui iiſdem temporibus vivebat, nec iſtud ignorare potuit.

2 Κόνων τῆς Σάβα] Hujus Cononis illuſtre texit elogium Cyrillus Scythopolitanus in vita ſancti Sabæ ſub finem, his verbis. *Qui Caſſianus cum decimum menſem impleſſet in adminiſtratione, deinde ex hac vita migraſſet, Cononi poſt mandant monachi præfecturam. Mandant vero, Deo, ut arbitror, monachorum animos ad hoc movente. Fuit autem vir ille ſumme reſplendens & rectis dogmatibus, & omni virtute, & recte factis: qui etiam in præfectura uſus eſt magna cura & diligentia. Nam & eos qui illinc receſſerant ejecti ab Origeniſtis Patres, rurſus collegit: & Lauram quæ à frequentibus illis tumultibus & bellis hæreticorum jam inclinata fuerat in genua, erexit & veluti renovavit.* De eodem Conone Hegumeno Lauræ ſancti Sabæ loquitur Joannes Moſchus, in cap. 42. ubi eum Euſtochii Hieroſolymitani Epiſcopi familiarem fuiſſe innuit.

3 Ἐπισπᾶται τὰ κατὰ Θεόδωρον] Idem ſcribit Liberatus in Breviario cap. 24. his verbis. *Reſerato aditu adverſariis Eccleſiæ ut mortuus damnaretur; Theodorus Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, dilectus & familiaris principum, ſecta Acephalus, Origenis autem defenſor acerrimus, & Pelagii æmulus, cognoſcens Origenem fuiſſe damnatum, dolore damnationis ejus, ad eccleſiæ conturbationem, damnationem molitus eſt in Theodorum Mopſueſtenum, &c.* Liberatus tamen nihil dicit de Rufo & Conone Abbatibus ab Euſtochio miſſis Conſtantinopolim. Ex adverſo autem Evagrius nihil dicit de damnatione illa Origenis quæ ſtudio Pelagii Romanæ ſedis Apocriſarii facta fuerat ab Imperatore Juſtiniano, & cui omnes Patriarchæ ſubſcripſerant; Zoilus ſcilicet Alexandrinus, Ephræmius Antiochenus, Petrus Hieroſolymitanus, ut ſcribit Liberatus in præcedenti capite; id autem contigit anno Chriſti 538. ut tradit Baronius. Legatio vero illa Cononis ac Rufi aliorumque monachorum Palæſtinenſium miſſa eſt ab Euſtochio Conſtantinopolim anno Chriſti 551. Eo enim anno Apollinaris in locum Zoili Alexandrini Epiſcopi ſubrogatus eſt, ut ſcribit Baronius. Euſtochius vero in odium præcipue Apollinaris Alexandrini Epiſcopi, monachos novæ Lauræ, tanquam Origeniſtas, è monaſterio exturbavit, ſicut ex Theophane ſupra retulimus.

VARIORUM.

a Πέμπτην σύνοδον] Concilium Oecumenicum V. Juſtiniani Imp. mandato congregatum, à 165 Epiſcopis, præſidente Eutychio Patriarcha, in Secretario Patriarchali, anno 553. 4. rectius 3 nonas Maias, ad diſcutiendam trium Capitulorum cauſam, toties nuper tantoque ſtudio agitatam, celebratum. Inde confirmata IV. præcedentium Conciliorum fides Catholica; damnatus Origenes ejuſque errores; præcipue vero & ante omnia, Tria Capitula, nempe de damnatione Theodori Mopſueſteni, ſcriptorum Theodoriti adverſus Cyrillum, & Epiſtolæ Ibæ ad Marim Perſam. *Guil. Cave Vol. II. pag.* 203.

b Εἰ δεῖ τοὺς τεθνηκότας ἀναθέμασι προσβληθῆναι] De hac quæſtione vide Morinum de Pœnitentia, lib. 10. cap. 9. *W. Lowth.*

ζῶντος

1 ζώντος Μηνᾶ, ὑδὲ τ Ἀλφανῶν ὤν· ταῖς γ ἀποκείσεσι τ Ἀμασείας ἐπισκόπυ διηκονεῖτο, Ἀλφρήδην εἶπεν, ὑχ ὡ Φρονήματι μόνον, ἀλλὰ κ ὡ καταφρονήματι τοὺς ἀλιθέντας ἐωρακὼς, μηδὲ βυλῆς τοῦτο δεῖθαι· ἐπεὶ καὶ Ἰωσίας ὁ βασιλεὺς, οὐ τοὺς ζῶντας ἱερέας τ δαιμόνων πάλαι μόνον καθέσφαξεν, ἀλλὰ καὶ τ τῶν πολλοῦ τεθνηκότων τὰς θήκας ἀνώρυξε. τοῦτο τοίνυν ἔπος ἅπασι ἔδοξε λελέχθαι. ὅπερ κ Ἰουστινιανὸς ἐγνωκὼς, ἐς τ βασιλευούσης αὐτὸν ἀνεβίβασε θρόνον, παραυτίκα 2 Μηνᾶ τελευτήσαντος. Βιγίλιος μ οὖν ἐγγράφως συνθέμενος συνεψηφίσατο οὐκ εἴλετο. πυθομένυ δὲ Ἰουστινιανοῦ τῆς ἀλιθείσης συνόδου, τί φασὶ περὶ Θεοδώρου, καὶ ὧν Θεοδώρητος κατὰ Κυρίλλυ καὶ τ δώδεκα αὐτοῦ κεφαλαίων εἴρηκε, καὶ τῆς λεγομένης ἐπιστολῆς Ἴβα, τ πρὸς Μάριν τὸν Πέρσην, ἀναγνωσθεισῶν πολλῶν ῥήσεων Θεοδώρου καὶ Θεοδωρήτυ, δειχθέντος δὲ ὡς καὶ πάλαι Θεόδωρος κατεκέκριτο, καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν ἀπηλείφει δίπτων, καὶ ὡς μετὰ θάνατον δεῖ τοὺς αἱρετικοὺς κατακρίνεσθαι· Θεόδωρον μὲν ἁπάσαις τὸ δὶ λεγόμενον ἀναθεματίζουσι, καὶ τὰ εἰρημένα Θεοδωρίτῳ κτ τ δύο καὶ δέκα κεφαλαίων Κυρίλλυ, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ τῇ ἐπιστολῇ Ἴβα, τῇ πρὸς Μάριν 3 τὸν Πέρσην, φήσαντες ταῦτα τὰ ῥήματα. τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν τῶν εὐαγγελίων παραβολὴν, καὶ μετ' ἄλλα. κατακρίνομεν δὲ καὶ ἀναθεματίζομεν πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αἱρετικοῖς τοῖς κατακριθεῖσι καὶ ἀναθεματισθεῖσι πρὸ τῶν εἰρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων, κ ἀπὸ τῆς ἁγίας καθολικῆς κ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, καὶ Θεόδωρον τὸν λεγόμενον ἐπίσκοπον Μοψουεστίας, καὶ τὰ ἀσεβῆ αὐτυ συγγράμματα, καὶ τὰ ἀσεβῶς συγγραφέντα παρὰ Θεοδωρήτυ κατά τε τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τ δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἁ ἁγίου Κυρίλλου, καὶ τῆς ἁ Ἐφέσῳ ἁγίας πρώτης συνόδου, καὶ ὅσα ὑπὲρ συνηγορείας Θεοδώρου κ Νεστορίου αὐτῷ γέγραπται. καὶ πρὸς τούτοις ἀναθεματίζομεν καὶ τὴν ἀσεβῆ

stite adhuc Mena, nondum valde illustris; erat enim etiam tum Apocrisarius Episcopi Amasenorum: Cum eos qui congregati erant, tanquam solertior, per contemptum adspexisset, aperte dixit quæstionem illam deliberatione non egere. Quandoquidem Josias Rex Sacerdotes dæmonum non modo vivos interfecisset: sed eorum qui diu antea mortui fuerant, sepulchra effodisset. Atque hoc ab Eutychio aptissime dictum esse, cuncti qui aderant censuerunt. Quod cum Justinianus intellexisset, Eutychium paulo post ad Pontificalem urbis regiæ sedem promovit, Mena ex vivis sublato. Porro Vigilius per literas quidem consensit; Concilio tamen interesse noluit. Congregata igitur synodo, cum Justinianus Episcopos interrogasset quid sentirent de Theodoro, & de his quæ Theodoritus contra Cyrillum & contra duodecim ejus Capitula scripserat: Quid item de Epistola quæ dicitur Ibæ ad Marim Persam: postquam multa loca ex libris Theodori ac Theodoriti recitata essent, ostensumque præterea esset, Theodorum jampridem condemnatum fuisse, nomenque ejus ex sacris diptychis expunctum, & hæreticos etiam post mortem condemnandos esse: omnes uno consensu Theodorum quidem ipsum Anathematizarunt; Theodoriti vero Scripta adversus duodecim Cyrilli Capitula, & adversus rectam fidem; Ibæ quoque Epistolam ad Marim Persam sub Anathemate damnarunt, his verbis usi. Cum magnus Deus & Servator noster Jesus Christus juxta parabolam Evangelii, & cætera. Et paulo post. Condemnamus vero & Anathematizamus præter reliquos hæreticos, qui condemnati & Anathematizati sunt à supra memoratis quatuor sacrosanctis synodis, & à sancta Catholica & Apostolica Ecclesia, Theodorum quoque eum qui dicitur Episcopus Mopsuestiæ, & impia ejusdem scripta: Ea item quæ à Theodorito impie conscripta sunt contra rectam fidem, & contra duodecim Capitula sancti Cyrilli, & contra sacrosanctam primam synodum Ephesinam: Cuncta denique quæ ab eodem Theodorito pro defensione Theodori ac Nestorii scripta sunt. Anathematizamus præterea impiam illam Epistolam

Eutychii argumentum pro mortuis anathematizandis.

Vigilius.

Tria Capitula damnata.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ταῖς γὰρ ἀποκρίσεσι τῆ ἀμασείας ἐπισκόπου] Id est, *Apocrisiarius erat Amasensis Episcopi.* Habebant enim tam Patriarchæ, quam majorum Ecclesiarum Episcopi, Apocrisiarios sive Responsales, qui in Imperatoris palatio Ecclesiastica negotia procurabant. Quod à temporibus Constantini magni usurpatum fuisse scribit Hincmarus in epistola 14, ad proceres regni. Habebant & monasteria suos Apocrisiarios in urbe Regia, qui eodem officio fungebantur, ut supra observavi. Horum Apocrisiariorum mentio fit in Novella 6. Justiniani. Plura vide in Glossario Pithoei ad Novellas Juliani Antecessoris, & in Onomastico Rosueydi ad vitas Patrum.

2 Ἐγγράφως συνψήφισος] Joannes Langus hæc verba de Eutychii ordinatione intellexit. Sic enim vertit. *Porro Vigilius, etiamsi ei, scripto interveniente, cum Eutychio conveniret; assidere tamen illi noluit.* Verum hæc interpretatio est contra mentem Evagrii atque ipsius Nicephori. Id enim tantum dicit Evagrius; Vigilium consensisse quidem iis quæ gesta sunt in Synodo; ei tamen interesse noluisse. Idque confirmatur ex actis Synodi quintæ Constantinopolitanæ pag. 112. Ex quibus discimus, Vigilium Papam qui tunc erat Constantinopoli, licet sæpius rogatus fuisset, tum ab Imperatore Justiniano, tum ab universis Episcopis qui in ea urbe collecti erant, ut ad Concilium veniret, idque ipse scripto pollicitus esset: nunquam tamen accedere voluisse. Porro scriptum illud quo Vigilium definitioni Synodi consensisse ait Evagrius, nihil aliud est, quam constitutum Vigilii quod edidit Baronius ad annum Christi 553. vel certe epistola Vigilii Papæ quam primus Græce edidit Petrus de Marca, una cum dissertatione doctissima, quam operæ pretium fuerit legere. †

3 Τῦ μεγάλου Θεῦ καὶ Σωτῆρος] Extat hæc sententia in collatione 8. Synodi 5. pag. 112.

VARIORUM.

† Pagius ad ann. 554. n. 3, 4. existimat rectius hoc intelligi de prolixo Vigilii constituto, 17. Kal. Martii istius anni edito, quo tria Capitula damnat. Constitutum istud Baluzius primo in lucem protulit, in nova collectione Conciliorum, pag. 1551. *W. Lowth.*

ἐπιστολὴν

Sæc. VI.

quæ ab Iba ſcripta eſſe dicitur ad Marim Perſam. Et aliquanto poſt expoſuerunt quatuordecim capita de recta ac ſincera fide. Et hæc quidem proceſſerunt in hunc modum. Cum autem libelli ab Eulogio, Conone, Cyriaco & Pancratio Monachis, dati eſſent contra dogmata Origenis Adamantii, & contra eos qui impietatem atque errores illius ſequebantur, de his Juſtinianus ſynodum quæ congregata erat conſuluit, ſubjecto Epiſtolæ ſuæ exemplari ejuſdem libelli, & iis quæ ad Vigilium his de rebus ſcripſerat. Ex quibus omnibus deprehendere licet, id ſtudium fuiſſe Origeni, ut Apoſtolicorum dogmatum ſimplicitatem, Gentilium & Manichæorum lolio repleret. Miſſa eſt igitur relatio à prædicta ſynodo ad Juſtinianum, poſt acclamationes quas contra Origenem & ejuſdem cum illo erroris Sectatores congeſſerant; cujus pars ſic habet. Cum animum poſſideas cæleſtis nobilitatis participem, Chriſtianiſſime Imperator. Et paulo poſt. Fugimus itaque, fugimus iſtam doctrinam. Neque enim novimus alienorum vocem. Et illum tanquam furem ac latronem, Anathematis laqueis firme conſtrictum, procul à ſacris ſeptis ejecimus. Et poſt aliquanta. Eorum vero quæ à nobis geſta ſunt vim ac virtutem, ex eorumdem lectione cognoſcetis. His adjunxerunt etiam capita, quæcumque Origenis ſectatores profiteri à Magiſtris ſuis didicerunt; ex quibus tum conſenſus eorum, tum diſſenſio, ac multiplex & multifidus error deprehenditur. In his quintum caput erat, continens blaſphemias quas privati quidam ex Nova Laura protulerant, quod ſic habet. Theodorus Aſcidas Cappadox dixit.

De Origene cenſura.

ὑποφολιῷ τῷ λεγομένῳ παρὰ Ἴβα γεγράφθαι πρὸς Μάριν τὸν Πέρσην. καὶ μετ' ἔνια, ἐξέθετο τέσσαρα καὶ δέκα κεφάλαια περὶ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως. καὶ ταῦτα μὲν ὕστερον προσεχωρήκει. Ἐπὶ λιβέλλων δὲ ὑποδεδομένων παρὰ Εὐλογίου, Κόνωνος, Κυριακοῦ, καὶ Παγκρατίου μοναχῶν κατὰ τοῦ Ὠριγένους καὶ τοῦ Ἀδαμαντίου δογμάτων, καὶ τῶν ἑπομένων τῇ τούτου δυσσεβείᾳ καὶ πλάνῃ, συνῆλθε Ἰουστινιανὸς τῇ ἁλιθείσῃ συνόδῳ περὶ τούτων, συζυγάς καὶ τοῦ λιβέλλου τὸ ἴσον, ἅτε καὶ τὰ πρὸς Βιγίλιον περὶ τούτων ἐπεσταλμένα. ἐξ ὧν ἁπάντων ἔστιν ἐλεῖν, ὅπως ἐσπουδάσθη τῷ Ὠριγένει Ἑλληνικὴν καὶ Μανιχαϊκῶν ζιζανίων ἐμπλῆσαι τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων τὸ λιτόν. ἀναφορᾶ τοίνυν γέγονε πρὸς Ἰουστινιανὸν παρὰ τῆς συνόδου περὶ τοὺς γενομένας παρ' αὐτῆς ἐκβοήσεις κατὰ Ὠριγένους καὶ τῶν τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ πεπλανημένων· ὧν ἕνια τούτοις ἔοικεν τοῖς ῥήμασι. Τὴν ἄνωθεν εὐγενείας μετέχουσαν κεκτημένος τὴν ψυχὴν Χριστιανικώτατε βασιλεῦ· καὶ μεθ' ἕτερα. ἐφύγομεν τοίνυν, ἐφύγομεν ταύτην. οὐ γὰρ ἐγνωρίσαμεν τὴν ἀλλοτρίαν φωνὴν, καὶ ὡς κλέπτην, καὶ ὡς λῃστὴν τὸν τοιοῦτον τοῖς ἀναθέματος βρόχοις ἀσφαλῶς περισφίγξαντες, τῶν ἱερῶν ἔξω περιβόλων ἀπεβαλόμεθα· καὶ μετ' ὀλίγα. τὸν δὲ παρ' ἡμῶν πεπραγμένων λόγον τὸν ἐπ' αὐτοῖς ἀναγνώστεως εἴσεσθε τὴν δύναμιν. τούτοις συνέζυξαν καὶ τὰ κεφάλαια τὰ ὅσα πρεσβεύειν οἱ τὰ Ὠριγένους δοξάζοντες ἐδιδάχθησαν, δηλοῦντα τάς τε συμφωνίας αὐτῶν, ἅτε καὶ τὰς διαφωνίας, καὶ τὴν πολυχεδῆ τούτων πλάνην. ὧν τούτοις ἔστι πέμπτον κεφάλαιον τῶν βλασφημηθέντων ἀπὸ ἰδικῶν προσώπων τῆς καλουμένης νέας λαύρας, ἔχον ὧδε. Θεόδωρος ὁ Ἀσκιδᾶς ὁ Καππαδόκης,

VALESII ANNOTATIONES

1 Τέσσαρα καὶ δέκα κεφάλαια] Hæc quatuordecim capitula, ſive expoſitiones rectæ fidei, extant pag. 115. & 116. Synodi 5. CP.

2 Ἐκ λιβέλλων δὲ ὑποδεδομένων] In actis quidem Synodi 5. Conſtantinopolitanæ quæ Latino ſermone edita ad nos pervenerunt, nihil extat eorum quæ ſubjungit Evagrius, de Origenis ſcilicet, & Evagrii ac Didymi condemnatione. Itaque Baronius acta iſta mutila atque imperfecta eſſe merito exiſtimavit. Nicephorus quidem hæc adverſus Origenem ejuſque ſectatores geſta eſſe dicit in ſecunda congregatione; Theophanes vero & Auctor Chronici Alexandrini, quintam Synodum primo ac præcipue collectam eſſe ſcribunt adverſus errores Origenis & Evagrii ac Didymi; ſecundo autem loco adverſus tria capitula.

3 Ἑλληνικῶν καὶ Μανιχαϊκῶν ζιζανίων] Hæc verba deſumpta ſunt ex epiſtola Imperatoris Juſtiniani ad Synodum 5. CP. cujus epiſtolæ pars refertur à Cedreno in Chronico. ἐπεὶ τοίνυν διέγνωμεν ἡμῖν ὡς τινες ἐν Ἱεροσολύμοις εἰσὶ μοναχοὶ δόγματα Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνι καὶ Ὠριγένει κατακολουθοῦντες, δεῖν ἡγησάμεθα φροντίδα καὶ ζήτησιν ποιήσασθαι καὶ περὶ τούτων, ἵνα μὴ τέλεον ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς καὶ Μανιχαϊκῆς ἀπάτης αὐτῶν πολλοὺς ἀπολέσωσι, Id eſt, *Cum igitur nobis nuntiatum fuerit, quoſdam eſſe monachos Hieroſolymis, qui Pythagoram & Platonem, & Origenem Adamantium ſectantur, de his rebus curam & quæſtionem habendam eſſe exiſtimavimus, ne Græcanico & Manichaico errore multos penitus perdant.* Idem legitur in epiſtola Imperatoris Jnſtiniani ad Menam de erroribus Origenis.

4 Τῆς ἄνωθεν εὐγενείας] Non poſſum probare interpretationem Chriſtophorſoni, qui hæc verba ita vertit. *Qui animum nobilitatis antiquæ participem tenes.* Longe rectius Joannes Langus & Muſculus ea interpretati ſunt. Langus quidem hoc modo. *Qui animum obtines cæleſtis participem generoſitatis.* Muſculus vero ita vertit. *Animum ſuperna nobilitatis ſortite Chriſtianiſſime Imperator.*

5 Τὴν πολυχεδῆ τούτων πλάνην] Melius apud Nicephorum ſcribitur πολυχηδῆ, neque enim Græce dici exiſtimo πολυχεδὴς. Eundem errorem jam alibi me obſervaſſe memini. Sed locus nunc minime ſuccurrit.

6 Θεόδωρος ὁ Ἀσκιδᾶς ὁ Καππαδόκης] Quantum ex his Evagrii verbis colligere licet, erat hic Theodorus Cappadox ex numero monachorum novæ Lauræ, quæ fuit juxta urbem Hieroſolyma. Hic eſt igitur Theodorus Nonni Origeniſtæ aſſecla, qui poſtea Cæſareæ Cappadocum Epiſcopus factus, Origeniſtarum patrocinium aperte ſuſcepit, ut ſcribit Cyrillus Scythopolitanus in vita ſancti Sabæ. Porro cum hic Theodorus Cæſareæ Cappadocum Epiſcopus primas, ut ita dicam, partes egerit in Synodo 5. Conſtantinopolitana, ut ex ejus actis perſpici poteſt, quomodo nunc in eadem Synodo tanquam Origeniſta accuſatur? Non igitur ſine cauſa ſuſpicari poſſumus, hæc quæ Evagrius, Theophanes, & Cedrenus geſta eſſe dicunt in 5. Synodo adverſus Origenem, diu poſt illam Synodum adjecta ei fuiſſe ob argumenti ſimilitudinem: non tamen in ea Synodo acta fuiſſe. Sic etiam geſta quintæ Synodi Conſtantinopolitanæ ſub Mena adverſus Anthimum & Zoaram, huic Synodo quintæ Oecumenicæ ſubjici ſolebant, ut teſtatur Photius in Bibliotheca. Idem etiam probari poteſt ex iis quæ ſubnectit Evagrius. Ait enim multa impie dicta, ex Evagrii ac Didymi & Theodori Mopſueſteni libris collecta, ad eam

VARIORUM.

a Πρὸς Βιγίλιον] Chriſtophorſonus legit πρὸς Βιγιλίου: quam lectionem ſequitur Garnerius, & intelligit Reſponſum Vigilii ad Literas Juſtiniani. Vide ejus Diſſertat. de Quinta Synodo, ad calcem Liberati, p. 194. *W. Lowth.*

εἶπεν.

εἶπεν. εἰ νῦν οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μάρτυρες θαυματουργοῦσι, καὶ ἐν τῇ τοσαύτῃ τιμῇ ὑπάρχουσιν, ἐν τῇ ἀποκαταστάσει εἰ μὴ ἴσοι γένοιντο τῷ Χριστῷ, ποία ἀποκατάστασις αὐτοῖς ἐστιν; ἀνηνέχθησαν αὐτοῖς καὶ Διδύμου, καὶ Εὐαγρίου, καὶ Θεοδώρου ἕτερα πολλὰ βλασφημίας μάλα σπουδαίως τὰ ἐκ τούτων ἐκλεξαμένοις. μετὰ τοίνυν ταύτην τὴν σύνοδον χρόνῳ τινὶ ὀλίγῳ μέσῳ ἁλόντος, [a] Εὐτυχίου μὲν ἐκβάλλεται, [2] Ἰωάννης δὲ τοῦ θρόνου τῆς Καισαρείας ἐκκλησίας ἀντεισάγεται, ὁ [3] ἐκ τοῦ Σιρήμους· κώμη δὲ αὕτη ἐν τῇ Κυνηγικῇ καλουμένῃ τῆς Ἀντιοχέων χώρας.

Quando nunc Apoſtoli & Martyres miracula efficiunt, & in tanto honore ſunt, niſi in reſurrectione æquales fuerint Chriſto, qualis tandem eorum reſurrectio futura eſt? Retulerunt etiam iidem Patres multas alias Didymi, Evagrii ac Theodori Blaſphemias, quas ſtudioſe admodum ex eorum libris excerpſerant. Cæterum poſt hanc ſynodum aliquanto temporis ſpatio elapſo Eutychius quidem ex Pontificali ſede urbis regiæ expulſus eſt; Joannes vero in ejus locum ſubrogatus. Ortus hic erat ex Sirimi, qui vicus eſt Cynegicæ regionis in territorio Antiochenſi. *Eutychius expulſus.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΘ'.

Ὡς Ἰουστινιανὸς τῆς ὀρθῆς δόξης παρεκβὰς, ἄφθαρτον τὸ Κυρίου τὸ σῶμα ἐπρέσβευσεν.

CAPUT XXXIX.

Quomodo Juſtinianus à recta fide deſciſcens, corpus Domini incorruptibile aſſeruit.

Τηνικαῦτα ὁ Ἰουστινιανὸς τῆς ὀρθῆς λεωφόρου τῶν δογμάτων ἐκκλαπεὶς, καὶ πρὸς τὴν ἀτελεύτητον τοῖς ἀποστόλοις τε καὶ τοῖς πατράσιν ἀτραπὸν βαδίσας, ἀκάνθαις καὶ τριβόλοις παρεπέπωκεν. ὧν καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐμπλῆσαι βουληθεὶς, τοῦ σκοποῦ διήμαρτε,

Eodem tempore Juſtinianus à recta Catholicorum dogmatum via deflectens, & tramitem ingreſſus quem nec Apoſtoli nec Patres veſtigiis ſuis triverant, in ſpinas ac tribulos delapſus eſt. Quibus cum Eccleſiam quoque replere voluiſſet, voti ſui compos fieri nunquam potuit,

VALESII ANNOTATIONES.

Synodum relata eſſe. Quod ſi hæc in quinta Synodo Conſtantinopolitana geſta eſſent, ut tradit Evagrius, ſuperfluum omnino fuiſſet atque inutile, Theodori dicta repetere quæ in ſupradicta Synodo toties recenſita fuerant atque damnata. Itaque exiſtimo hæc adverſus Origenem acta eſſe in alia Synodo Conſtantinopolitana anno Chriſti 538, tunc cum monachi quidam Hieroſolymitani, quibus Pelagius Romanæ Eccleſiæ Diaconus ac Mena Epiſcopus Conſtantinopolitanus favebant, libellum Juſtiniano obtulerunt, capitula quædam ex libris Origenis excerpta continentem; poſtulantes à Principe ut ea capitula damnarentur, quemadmodum refert Liberatus in cap. 23. Breviarii. Vide Baronium ad annum Chriſti 538. Cæterum conjecturam noſtram prorſus confirmant ea quæ paulo ante ſcribit Evagrius; in iis videlicet geſtis adverſus Origenem inſertam fuiſſe epiſtolam Imperatoris Juſtiniani ad Vigilium Papam de erroribus Origenis. Non igitur in Synodo quinta Conſtantinopolitana hæc geſta ſunt anno Chriſti 553. Eo ſiquidem anno Vigilius erat Conſtantinopoli; nec neceſſe erat, ut Juſtinianus cum eo per literas ageret. Acta ſunt ergo hæc adverſus Origenem diu antea, tunc videlicet cum Juſtinianus accepto libello monachorum illorum Palæſtinenſium, epiſtolam ſcripſit ad Menam Epiſcopum Conſtantinopolitanum de erroribus Origenis: jubens ut collectis Epiſcopis qui in urbe regia aderant, & Abbatibus monaſteriorum, errores illos condemnaret. Extat hæc Juſtiniani epiſtola Græce & Latine edita ad calcem Synodi quintæ Conſtantinopolitanæ. Alieno prorſus loco. Non enim pertinet ad Synodum quintam Conſtantinopolitanam quæ anno 553. celebrata eſt, ſed ad alteram Synodum Conſtantinopolitanam quæ juſſu Imperatoris Juſtiniani collecta eſt anno Chriſti 538. * Itaque Baronius hanc epiſtolam Juſtiniani recte retulit ad eum annum quem dixi. In fine autem ejus epiſtolæ Juſtinianus diſerte teſtatur, ſe ad Vigilium quoque Romanæ urbis Epiſcopum epiſtolam ſcripſiſſe eodem argumento. Sic enim ait. *Hæc porro eadem ſcripſimus non modo ad Sanctitatem tuam, ſed etiam ad ſanctiſſimum & beatiſſimum Papam ſenioris Romæ & Patriarcham Vigilium, & ad cæteros omnes ſanctiſſimos Epiſcopos & Patriarchas, Alexandriæ, Theopoleos & Hieroſolymorum, ut & hi huic rei proſpiciant, & hac finem adipiſcantur.* Denique anathematiſmi illi quos adverſus Origenis dogmata in quinta Synodo Conſtantinopolitana contortos fuiſſe dicit Nicephorus, iiſdem plane verbis leguntur in epiſtola Juſtiniani ad Menam, quæ ſcripta eſt diu ante Synodum quintam, anno Chriſti 538. ut ex Liberato docet Baronius. Idem quoque probari poteſt ex epiſtola quam Gregorius magnus initio Pontificatus ſui ſcripſit ad quatuor Patriarchas. Nam cum in ea epiſtola diſerte profiteatur, ſe quintam Synodum Conſtantinopolitanam cum veneratione ſuſcipere, in qua epiſtola Ibæ & Theodori ac Theoditi ſcripta quædam damnata ſunt, de Origenis condemnatione nihil dicit. Quam profecto non omiſſurus fuiſſet, ſi Origenes in ea Synodo eſſet condemnatus.

1 Εὐτυχίου μὲν ἐκβάλλεται] Hæc ſatis negligenter ab Evagrio ſcripta ſunt, qui cauſam depoſitionis Eutychii diſſimulavit, ne Juſtiniani Principis memoriam aliquatenus offenderet. Quod ſi quis integram hujus rei narrationem legere deſiderat, extat apud Surium in vita beati Eutychii Patriarchæ, ab Euſtathio ejus diſcipulo eleganter conſcripta, & apud Nicephorum in cap. 29. lib. 17. Baronius id factum eſſe dicit anno Chriſti 564. qui fuit ultimus annus Imperii Juſtiniani.

2 Ἰωάννης δὲ] Hic eſt Joannes Scholaſticus, cujus extat quædam Canonum collectio. De ejus ordinatione ita ſcribit Victor Thunonenſis in Chronico. *Anno 39 Imperii ſui Juſtinianus Eutychium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, damnatorem trium Capitulorum, & Evagrii Eremitæ Diaconi, ac Didymi Monachi & Confeſſoris Alexandrini, quorum laudes ſupra illuſtrium virorum ex authoritate protulimus, exilio dirigit, & pro eo Joannem ejuſdem erroris conſimilem Epiſcopum facit.*

3 Ἐκ τοῦ Σιρήμου] In optimo codice Florentino ſcriptum inveni Σηρήμου, hic & in ſequenti capite. Hujus prædii meminit Theophanes in Chronico pag. 151. ubi de Alamundari irruptione in Syriam ſcribit, καὶ ἔκαυσε τὰ ἔξω Καλχηδόνος, καὶ τὸ σερμίου κτῆμα, καὶ τὴν Κυνηγίαν χώραν. Id eſt, *Et incendit exteriora Chalcidis, vaſtavitque Sermium prædium, & regionem Cynegicam.* In Græcis pro Καλχηδόνος emendavi Χαλκίδος.

VARIORUM.

a Εὐτύχιος] Eutychium Juſtinianus, quia ejus Edicto de incorruptibilitate corporis Chriſti ante Reſurrectionem conſentire nolebat, depoſuit, & in exilium deportari juſſit. Quod ſi Edictum illud non fuerit publicatum ante annum 565, ut Pagius affirmat, tum Eutychii depulſio haud recte anno 564 à Baronio & Caveo conſignata eſt. — In ejus locum ſuffectus eſt Joannes Scholaſticus, ut docet Evagrius capite ſequenti.

* Cum Valeſio Synodum contra Origenem coactam ad annum 538. refert Pagius in Crit. ad annum iſtum, n. 16. —— Caveus eam rejicit in annum 541, Hiſt. Eccl. Vol. II. pag. 200. *W. Lowth.*

Narrat Caveus tria Concilia contra Origeniſtas CPoli coacta. Primum ſub Menna, ſimul cum Epiſcopis qui in urbe reperti ſunt, anno 541. Secundum à Vigilio Papa Romano tunc CPli agente, & 30 Epiſcopis habitum anno 547. Tertium Oecumenicum, de quo paulo ante.

SÆC. VI.

cum Dominus regiam viam firmissimis septis muniisset, ne sicarii ac latrones in eam insilire possent, tanquam pariete inclinato & maceria depulsa. Atque hoc modo impletum est id quod prædictum fuerat à Propheta. Joanne igitur qui & Catelinus dictus est, post mortem Vigilii Episcopatum Romanæ urbis administrante; Constantinopolitanam autem Ecclesiam regente Joanne altero cui patria fuit Sirimis: & Alexandrinæ quidem Ecclesiæ Apollinare, Antiochenæ vero post Domninum præsidente Anastasio. Macario denique Hierosolymitanæ Ecclesiæ sacerdotium possidente, atque in pristinam sedem restituto; cum post depositionem Eustochii, Origenem, Didymum atque Evagrium sub Anathemate damnasset: Justinianus scripsit id quod Romani Edictum vocant. In quo corpus Domini incorruptibile appellat, & naturalium atque inculpabilium affectionum capax fuisse negat: Dominum ante Passionem eodem modo comedisse dicens quo post Passionem comedit, cum sacrosanctum ejus Corpus jam inde ex quo in utero formatum est, nullam conversionem aut mutationem nec in voluntariis & naturalibus perpessionibus, nec post resurrectionem acceperit. Porro Justinianus omnes ubique Episcopos per vim cogere instituit, ut huic opinioni assentirentur. Sed cum universi sententiam Anastasii Antiochensis Episcopi expectare se respondissent, primum Imperatoris impetum declinarunt.

Præcipuarum sedium Episcopi.

Edictum de Incorruptibilitate corporis Christi.

τῇ κυρίᾳ ⸗ βασιλικὴν ὁδὸν ἀῤῥήκτοις θριγκοῖς κεκλεισμένην, ὡς ἂν μὴ φορυταὶ ἐπεισπηδήσωσιν ὡς τοίχῳ κεκλιμένῳ καὶ φραγμῷ ὠσμένῳ, τ' προφητείας πληρώσας τὸ ῥηθέν. τὸν μὲν οὖν πρεσβυτέραν Ῥώμην [a] μετὰ Βιγίλιον, Ἰωάννου τοῦ καὶ Κατελίνου ἐπισκοποῦντος, τὴν δὲ νέαν, Ἰωάννου τοῦ ἀπὸ Σηρίμου, καὶ τὴν Ἀλεξανδρέων, Ἀπολιναρίου, τὴν θεοπολιτῶν [b] Ἀναστασίου μετὰ Δομνῖνον ἐπισκοποῦντος, καὶ τ' Ἱεροσολύμων [3] Μακαρίου, αὖθις ἀποδοθέντος τῷ οἰκείῳ θρόνῳ, ἐπεὶ Ὠριγένην καὶ Δίδυμον καὶ Εὐάγριον ἀνεθεμάτισε, μετὰ τ' Εὐστοχίου καθαίρεσιν· τὸ καλούμενον πρὸς Ῥωμαίων ἴδικτον γράφει, ἐν ᾧ ἄφθαρτον τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου κέκληκε, καὶ τῶν φυσικῶν καὶ ἀδιαβλήτων παθῶν ἀνεπίδεκτον, οὕτως λέγων τὸν Κύριον πρὸ τοῦ πάθους φαγεῖν, ὥσπερ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἔφαγε, μηδεμίαν τροπὴν ἢ ἀλλοίωσιν ἐξ αὐτῆς τῆς ἐν μήτρᾳ πλάσεως, μηδὲ ἐν τοῖς ἐκουσίοις καὶ φυσικοῖς πάθεσι, μηδὲ δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ παναγίου σώματος αὐτοῦ δεξαμένου· οἷς συναινεῖν τοὺς ἑκατὸν ἱερέας κατηνάγκαζε. πάντες μὲν οὖν εἰς Ἀνάστασιον τὸν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον καταδοχεῖν ἐπόντες, τ' πρώτου πεῖραν ἀπεκρούσαντο.

CAPUT XL.

De Anastasio Archiepiscopo Antiochiæ.

Anastasii laudes.

PORRO iste Anastasius, vir fuit tum in divinis literis admodum eruditus, tum in moribus & in vivendi ratione accuratissimus: adeo ut res etiam levissimas observaret, nec à constantia & firmitate unquam deflecteret, nedum in magni momenti rebus, & quæ ad Deum spectarent. Mores autem suos ita temperaverat, ut neque adeundi & alloquendi ipsum facilitas expositum illum redderet iis quibus minime oportebat: nec severitas & inclementia inaccessum eum præstaret juri atque rationi. Et in seriis quidem colloquiis, aures ei patentes & lingua profluens erat: & quæstiones propositas prudenter & argute dissolvebat. In sermonibus autem ineptis ac superfluis, aures quidem penitus occlusas habebat, linguam vero quasi fræno quodam comprimebat: ita ut orationem ra-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μ'.

Περὶ Ἀναστασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας.

ΗΝ δὲ ὁ Ἀναστάσιος, τὰ μὲν θεῖα εἰς τὰ μάλιστα λόγιος· ἀκριβὴς δὲ τοὺς τρόπους καὶ τὴν δίαιταν· ὡς καὶ τοῖς λίαν φιλοῖς ἐπισκήπτειν, καὶ μηδαμοῦ τοῦ εὐσταθοῦς καὶ βεβαίου παρεξιέναι, μήπ γε δὲ τῶν καιρίων· καὶ εἰς αὐτὸ τὸ θεῖον ἀναφερομένων. οὕτω δὲ τὸ ἦθος ἐκέκραστο, ὡς μηδὲ τῷ θρασυτάτῳ τε καὶ ἐντετυχότι, ἐπίβατον τοῖς μὴ καθήκουσιν εἶναι, μηδὲ τῷ αὐστηρῷ τε καὶ ἀφειδῶς δυσπρόσιτον εἰς τὰ δέοντα καθεζάναι. ἐν μὲν οὖν τοῖς σπουδαίοις, ἕτοιμος αὐτῷ τὰ ὦτα, καὶ τὴν γλῶτταν εὔρους, εὐθυβόλως τὰς πύστεις θεραπεύων. ἐν δὲ τοῖς παρέργοις, τὰ μὲν ὦτα τέλεον ἀπεκέκλειστο· τὴν δὲ γλῶτταν χαλινὸς ἐπεῖχεν, ὡς

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀῤῥήτοις θριγκοῖς] Rectius in Nicephoro scribitur ἀῤῥήκτοις. Quam scripturam confirmat etiam codex Tellerianus.

2 Μετὰ βιγίλιον Ἰωάννην] Errat Evagrius. Neque enim Vigilio successit Joannes, sed Pelagius. Quo mortuo Pontificatum Ecclesiæ Romanæ suscepit Joannes junior, anno natalis Dominici 560.

3 Μακαρίου αὖθις ἀποδοθέντος] Hic locus imprimis notandus est adversus Baronii sententiam, qui Macarium in sedem suam restitutum esse credidit ante quintam Synodum Constantinopolitanam. Verum hanc Baronii opinionem refellit hic Evagrii locus, qui Macarii restitutionem factam esse docet diu post illam Synodum. Evagrio subscribit Victor Thunonensis in Chronico his verbis. *Anno 37 Imperii Justiniani, Eustochius Hierosolymitanus Episcopus qui fuerat Macario superstite ordinatus, ejicitur: & rursum Macarius reformatur.* Theophanes autem in Chronico, restitutionem Macarii confert in tempora Justini junioris, ut superius observavi.

VARIORUM.

a Μετὰ Βιγίλιον] Vigilius Papa Rom. ex multa afflictione calculi exstinctus est anno 555. inque ejus locum ordinatus est Pelagius I. die undecima mensis Aprilis ejusdem anni. Post Pelagii mortem (quæ contigit die prima mensis Martii anni 560) cessavit Episcopatus menses IV. dies XVII. Tum vero ordinatus est Joannes III. natione Romanus, die XVIII mensis Julii.

b Ἀναστασίου μετὰ Δομνῖνον] Mortuo Domno seu Domnino anno 559. Anastasii Episcopatus inchoatus est Kalendis Septembris ejusdem anni. Hunc Anastasium Baronius (& post eum Caveus aliique) *Sinaitam* perperam appellat. *Ant. Pagi ad ann.* 561. *n.* 2.

καὶ τὸν

καὶ τὸν λόγον, λόγῳ ῥυθμίζεσθαι, ᾗ τὴν σιωπὴν ἀρείττονα λόγου καθεζάναι. τούτῳ ὥσπερ τινὶ δυσαλώτῳ πύργῳ ὁ Ἰουστινιανὸς προσβάλλει παντοίας
1 μηχανὰς ἐπιῤῥήσας, οἰηθεὶς ὡς εἰ τοῦτον καθαιρήσειε, πόνος οὐδεὶς λελείψεται τῇ πόλιν ἑλεῖν, ἀνδραποδίσαι τε τὰ ὀρθὰ τῶν δογμάτων, καὶ αἰχμάλωτα λαβεῖν τὰ πρόβατα τοῦ Χριστοῦ. ὁ δὴ, εἰς τοσοῦτον ὑπῆρθη τῷ θείῳ Φρονήματι, ἐπὶ τῇ ἄῤῥηκτον γὰρ πέτραν εἰρήκει τῆς πίστεως· ὡς καὶ Ἰουστινιανῷ ἀναφανδὸν ἀντειπεῖν δι' οἰκείας μηνύσεως, καὶ ἀποδεῖξαι μάλα σαφῶς καὶ λογίως δι' αὐτῆς, ὡς φθαρτὸν τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ὂν τοῖς φυσικοῖς καὶ ἀδιαβλήτοις πάθεσιν, οὔτε θεσπέσιοι
a ἀπόστολοι, οὔτε θεοφόροι [a]ἥδεσάν τε καὶ παρέδοσαν πατέρες. ταῦτα δὲ καὶ πρὸς τὸ μοναδικὸν πρώτης τε καὶ δευτέρας Συρίας πυθόμενον, ἀπεκρίνατο, πάντων ἐπορθρίζων τὰς γνώμας, καὶ πρὸς τὸν ἀγῶνα ἐπαλείφων, ἐπί τε τῆς ἐκκλησίας ὡσημέραι ἀναγινώσκων τὸ τοῦ σκεύους τῆς ἐκλογῆς· εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ ᾖ, ἀνάθεμα ἔστω. οἷς ἀπιδόντες ἅπαντες τὰ θεοπλήσια μέχρις εὐαρέστων ἐζήλωσαν. γέγραπται δ' οὖν αὐτῷ καὶ
2 [b]σωτακτήριος πρὸς τοὺς Ἀντιοχέας λόγος, πυθομένῳ τὸν Ἰουστινιανὸν ἐθέλειν αὐτὸν ἐξορᾶσαι· ὃν ὅτι δικαίως ἄγαμαι, τῆς τε καλλιεπείας, τοῦ τε ῥοῦ τῶν νοημάτων, τῆς τε θεοπρεπείας τῶν ἱερῶν ῥήσεων, [3]καὶ τὸ πρόσφορον τῆς ἱστορίας.

tio metiretur, & silentium omni oratione præstantius esset. Hunc igitur, tanquam inexpugnabilem murum, omni machinarum genere oppugnare adortus est Justinianus: id scilicet secum ipse cogitans, se, si hoc propugnaculum subruisset, urbem posthæc nullo negotio capturum esse, & rectæ fidei doctrinam in servitutem redacturum; denique oves Christi captivas abducturum esse. Anastasius vero divina quadam animi celsitudine, adeo supra Imperatorem se se extulit, quippe qui fundatus esset supra firmam petram, ut missa ad Justinianum relatione, palam ei contradixerit, & manifestissime simul ac disertissime in eadem relatione ei demonstraverit, Corpus Domini in perpessionibus naturalibus & quæ in reprehensionem non cadunt, corruptioni obnoxium fuisse, atque ita divinos Apostolos & sanctos Patres sensisse, ac posteris tradidisse. Eadem quoque rescripsit ad Monachos primæ ac secundæ Syriæ, qui ipsum consuluerant: cunctorum animos confirmans, & ad subeundum certamen præparans, & quotidie in Ecclesia recitans verba illa ab electionis vase prolata: Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, quamvis Angelus ex cælo fuerit, Anathema sit. Quæ cum universi animo perpenderent, paucis exceptis, exemplum ejus secuti sunt. Scripta est etiam ab eodem Anastasio oratio ad Antiochenos, qua illis vale dicebat, cum accepisset Justinianum velle ipsum in exilium mittere. Quam quidem orationem merito quis admiretur, tum ob verborum elegantiam, tum ob copiam sententiarum, tum denique ob frequentia sacræ scripturæ testimonia, & ob historiam suis locis apte accommodatam.

Galat. 1. 8, 9.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΑ'.

Περὶ τῆς θανάτου Ἰουστινιανοῦ.

Ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ κρεῖττόν τι περιβλεψαμένου περὶ ἡμῶν, ὁ λόγος οὐκ ἐδημοσιεύθη. ὁ γὰρ Ἰουστινιανὸς τῷ Ἀναστασίῳ καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἱερέων τῷ ἐξορίαν ὑπαγορεύων, ἀοράτως τρω-
b θεὶς [b]τὸν τῇδε κατέστρεψε βίον, βασιλεύσας τὰ πάντα ὀκτὼ καὶ τριάκοντα ἔτη, πρὸς μησὶν ὀκτώ. Τέλος ἔχει δ'. τόμου δ' ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Εὐαγρίου.

CAPUT XLI.

De obitu Justiniani.

Verum oratio illa haudquaquam publicata est, eo quod Deus nobis prospiciens, res nostras in melius commutavit. Etenim Justinianus, dum adversus Anastasium & sacerdotes qui cum illo erant, deportationis sententiam dictaret, invisibili plaga ictus ex hac luce migravit, cum imperasset in universum annos octo ac triginta, & menses octo.

Finis Libri quarti Ecclesiasticæ historiæ Evagrii.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Εἰ τούτου καθαιρήσειε] Rectius apud Nicephorum, & in codice Telleriano scribitur τοῦτον καθαιρήσειε. Sic enim leges Grammaticæ postulant. Metaphora est ducta ab obsidionalibus machinis, quibus urbes expugnari solebant. Porro de hujus Anastasii Sinaitæ constantia in defendenda recta fide adversus hæresim Aphthartodocitarum, scribit etiam Eustathius in vita beati Eutychii Patriarchæ Constantinopolitani.

2 Σωτακτήριος πρὸς τοὺς Ἀντιοχέας λόγος] Mirum est tres Interpretes, Langum, Musculum, & Christophorsonum, in unius vocabuli interpretatione simul lapsos fuisse. Græci σωτακτικοὺς & σωτακτηρίους λογοὺς vocabant orationes ad vale dicendum, earumque orationum peculiarem methodum nobis tradiderunt, ut jam pridem monui in Annotationibus Eusebianis pag. 590. not. 1. Quæ hic repetere superfluum puto.

3 Καὶ τὸ πρόσφορον τῆς ἱστορίας] Savilius ad oram sui codicis emendavit καὶ τοῦ πρεσφόρου. Sic enim flagitant leges Grammaticæ. Eas tamen ab Evagrio nostro interdum sperni observavi. Nicephorus vero cum hunc Evagrii locum describeret, pro particula conjunctiva præpositionem substituit hoc modo: πρὸς τὸ πρόσφορον τῆς ἱστορίας.

VARIORUM

a Ἥδεσαν] Scribe ᾔδεσαν. *W. Lowth.*

b Τὸν τῇδε καταστρέψε βίον] Mortuus est Justinianus Imp. die XIV mensis Novembris anni 565. cum imperasset annos triginta octo, menses septem, & dies tredecim, *inquit Ant. Pagi ad eundem annum*, n. 3. De moribus ejus hæc Zonaras: *Fuit aditu facillimus, ad pœnam irrogandam atque promptus atque ad crimina audienda: Pecuniam & temere profudit, & per fas ac nefas comparavit, aliam in ædificia, aliam ad exequenda consilia sua, aliam in rem bellicam & contentiones eorum qui voluntati ipsius adversabantur, insumendo. Ita factum, ut cum pecunia semper egeret, eam rationibus parum honestis compararet, ac gratiam haberet iis qui colligendi argenti vias ostenderent &c.* Baronius, mendoso Suidæ Lexico deceptus, Justinianum *analphabetum* dixit: cum fuerit è contra in liberalibus literis, & in Constitutionibus Ecclesiasticis (quarum Corpus e Canonibus, aut e receptis moribus hausit) exercitatissimus. Hoc nomine culpandus, quod in extrema ætate lapsus sit in hæresin Aphthartodocitarum, quæ Christi corpus ex ipsa Divinitatis conjunctione incorruptum asserebat. Ex qua tamen paulo ante mortem eum resipuisse docet Baronius.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΠΕΜΠΤΩ ΤΟΜΩ ΤΗΣ
Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Εὐαγρίου σχολαστικοῦ.

ά Περὶ τῆς Ἰουστίνου ἀναῤῥήσεως, καὶ τοῦ τρόπου αὐτοῦ.
β′ Περὶ τῆς ἀναιρέσεως Ἰουστίνου τοῦ ἀνεψιοῦ αὐτοῦ.
γ′ Περὶ τῶν ἀλιτηρίων, Ἀδδαίου, καὶ Αἰθερίου.
δ′ Περὶ οὗ προγράμματος τῆς πίστεως ἡμῶν, ὃ ὁ Ἰουστῖνος τοῖς ἁπανταχοῦ Χριστιανοῖς ἔγραψεν.
ε′ Περὶ τῆς ἐκβολῆς Ἀναστασίου ἐπισκόπου Θεουπόλεως.
ϛ′ Ὡς μετὰ Ἀναστάσιον Γρηγόριος ἐπίσκοπος γέγονε, καὶ περὶ οὗ τρόπου αὐτοῦ.
ζ′ Ὡς οἱ λεγόμενοι Ἀρμένιοι Πέρσαις τοῖς Χριστιανοῖς προσεχώρησαν, διόπερ ὁ πρὸς Πέρσας ἀνερράγη πόλεμος.
η′ Περὶ Μαρκιανοῦ στρατηγοῦ, καὶ τῆς πολιορκίας Νισίβεως.
θ′ Ὡς ὁ Χοσρόης Ἀδδαρμάνῃ στρατηγὸν τῶν Ῥωμαίων ἐξαποστείλας, πολλὰ κακὰ τούτοις ἐμηθέντα, πρὸς Νίσιβιν αὐτὸς ἀπῆλθεν.
ι′ Περὶ τῆς ἁλώσεως Ἀπαμείας καὶ τοῦ Δάρας.
ια′ Ὡς ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος φρενίτιδι νόσῳ ἑάλω. Τιβέριος δὲ τὴν φροντίδα τῶν ὅλων ἀνεδέξατο.
ιβ′ Ὡς Τραϊανὸς διαπρεσβευσάμενος πρὸς Χοσρόην, τὰ τῶν Ῥωμαίων ἐπηνώρθωσε πράγματα.
ιγ′ Περὶ τῆς εἰς τὴν βασιλείαν ἀναῤῥήσεως Τιβερίου, καὶ τοῦ ἤθους αὐτοῦ.
ιδ′ Ὡς ὁ βασιλεὺς Τιβέριος στρατὸν πολὺν ἀγείρας κατὰ Χοσρόου, καὶ στρατηγὸν Ἰουστινιανὸν ἐξαποστείλας, τοῦτον ἐκ τῶν Ῥωμαίων γῆς ἀπήλασεν.
ιέ Ὅπως Χοσρόης δυσθυμήσας διὰ τοῦτο ἤπαν ἐτελεύτησεν· ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Ὁρμίσδας τὴν τῶν Περσῶν ἀρχὴν ἀντελάβετο.
ιϛ′ Τίνες ἐπίσκοποι τὰς μητροπόλεις τῶν μεγάλων ἦσαν παροικιῶν.
ιζ′ Περὶ τοῦ γεγονότος ἐπὶ Τιβερίου ἐν Ἀντιοχείᾳ σεισμοῦ.
ιη′ Περὶ τῆς ἐπαναστάσεως, τῆς κατὰ τὸν στρατηγὸν Ἀνατόλιον.
ιθ′ Περὶ τῆς στρατηγίας Μαυρικίου, καὶ τῶν ἀρετῶν αὐτοῦ.
κ′ Ὡς τὸν Χοσρόην καὶ Ἀδδαρμάνην τοὺς Περσῶν στρατηγοὺς ἐνίκησε Μαυρίκιος.
κά Περὶ τῶν μηνυσάντων σημείων τὴν βασιλείαν Μαυρικίῳ.
κβ′ Περὶ τῆς ἀναῤῥυθμίσεως Μαυρικίου καὶ Αὐγούστης.
κγ′ Περὶ χρόνων ἀναγραφῆς ἀπὸ Ἰουστίνου τοῦ νέου μέχρι Μαυρικίου.
κδ′ Περὶ τῆς καθ' εἱρμὸν ἱστορίας μέχρις ἡμῶν σωσομένης.

IN QUINTO LIBRO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ Evagrii Scholaſtici hæc continentur.

CAP. I. De electione Imperatoris Juſtini, & de ejus moribus.
II. De cæde Juſtini cognati Imperatoris.
III. De ſceleratis hominibus, Addæo atque Ætherio.
IV. Edictum de fide, ad omnes qui ubique ſunt Chriſtianos à Juſtino ſcriptum.
V. De Anaſtaſii Antiochenſis Epiſcopi ejectione.
VI. Quomodo poſt Anaſtaſium Gregorius Epiſcopus factus ſit, & de moribus ejuſdem.
VII. Quomodo Perſamanii Romanis ſeſe tradiderunt, unde bellum exortum eſt Romanos inter ac Perſas.
VIII. De Marciano Magiſtro militum, & de Niſibis obſidione.
IX. Quomodo Choſdroes, cum Adaarmanem ducem contra Romanos miſiſſet, qui illos magnis cladibus affecit, ipſe Niſibim perrexit.
X. De expugnatione Apameæ & Daras.
XI. Quomodo cum Juſtinus in dementiam incidiſſet, Tiberius reipublicæ curam ſuſcepit.
XII. Quomodo Trajanus Legatus ad Choſdroem miſſus, res Romanorum reſtituit.
XIII. De nuncupatione Imperatoris Tiberii, & de moribus ejuſdem.
XIV. Quomodo Imperator Tiberius, collectis ingentibus copiis, & Juſtiniano duce contra Choſdroem miſſo, eum ex Romanorum finibus expulit.
XV. Quomodo Choſdroes cladem ſuam ægre ferens, ex hac luce migravit: & filius ejus Hormiſda ei in regnum ſucceſſit.
XVI. Quinam eo tempore majorum Eccleſiarum fuerint Epiſcopi.
XVII. De terræ motu qui Tiberii temporibus contigit Antiochiæ.
XVIII. De motu adverſus ſceleratum Anatolium.
XIX. De Mauricii ducatu, deque ejus virtutibus.
XX. Quomodo Mauricius Tanchoſdroem & Adaarmanem Perſarum duces divicerit.
XXI. De ſignis quæ Mauricio Imperium portenderunt.
XXII. De nuncupatione Mauricii & Auguſtæ.
XXIII. Computatio temporis à Juſtino Juniore uſque ad Mauricium.
XXIV. De continua ſerie hiſtoriarum, quæ ad noſtra uſque tempora ſervata eſt.

ΕΥΑΓΡΙΟΥ

ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΕΩΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΤΟΜΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

EVAGRII SCHOLASTICI EPIPHANIENSIS Et ex præfectis, ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER QUINTUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ τῆς Ἰουστίνου ἀναῤῥήσεως, καὶ τοῦ τρόπου αὐτοῦ.

Οὕτω μὲν δὴ Ἰουστινιανὸς ἀπαξάπαντα τὰ ἐφ' ἑαυτῷ καὶ φορόβων πληρώσας, καὶ τὰ πίσχεα τούτων πρὸς τῷ τέρματι τοῦ βίου χομισάμενος, ἐς τὰ καλλίστεια μετεχώρησε δικαιωτήρια. ὁ δέ γε Ἰουστῖνος, ἀδελφιδοῦς μὲν οἱ καθεστῶς, τὴν τῆς Φυλακὴν τῆς αὐλῆς ἐμπεπιστευμένος, 1 τὸν Κουροπαλάτην ἡ Ῥωμαίων λέγει φωνὴ, μετ' αὐτὸν τὴν ἀλουργῖδα περιβάλλεται· οὔτε τὴν ἀποβίωσιν Ἰουστινιανοῦ, οὔτε τὴν ἀνάῤῥησιν Ἰουστίνου τινος ἐγνωκότος, πλὴν τῶν ἀμφ' αὐτὸν, μέχρις οὗ τῆς ἱπποδρομίας ἐφάνη τὰ νόμιμα τῆς βασιλείας δεξάμενός τε καὶ πεισόμενος. ὡς δ' οὐδὲν ταῦτα γέγονε, μηδενὸς παντάπασι νεωτερισθέντος, ἐπανῆκε μὲν καὶ τὴν αὐλήν. πρώτην δὲ ποιεῖται κέλευσιν, 2 τοὺς ἀπανταχῆ συνηλεγμένους ἱερέας ἀφεῖσαν πρὸς τοὺς οἰκείους θρόνους, ἐφ' ᾧ τὰ εἰωθότα θρησκεύειν, μηδενὸς περὶ τὴν πίστιν καινοτομουμένου.

CAPUT I.

De electione Imperatoris Justini, & de ejus moribus.

Hunc igitur in modum Justinianus, cum cuncta tumultu ac perturbationibus impleviſſet, & pro his factis congruam mercedem ſub exitum vitæ retuliſſet, ad parata apud inferos ſupplicia migravit. Juſtinus vero ſororis ejus filius, cum Imperialis palatii cuſtodiam gereret, quem Romani Curopalaten vocant, ſtatim poſt illius obitum purpuram ſumpſit, cum nec obitum Juſtiniani, nec electionem Juſtini quiſquam adhuc noſſet, præter ejus familiares. Donec in Circenſi ſpectaculo apparuit, ea quæ Imperatoris ſunt acturus ſimul & ſuſcepturus. Quibus peractis, cum nihil prorſus tentatum eſſet, ipſe quidem in palatium regreſſus eſt. Primum vero edictum promulgavit, quo univerſi qui ubique congregati erant Epiſcopi, ad ſuas ſedes dimittebantur, ut conſueto more divino cultui inſervirent, nulla re circa fidem innovata.

Juſtinus junior Imp.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὁν Κουροπαλάτην] De officio Curopalatæ multa jam dicta ſunt à multis, quæ hic repetere ſuperfluum eſt. Illud duntaxat admonebimus, Curopalatem cum aurea virga ſemper præiviſſe, quoties Imperator in publicum procederet. Docet id Caſſiodorus in formula curæ palatii, his verbis. *Conſidera qua gratificatione tracteris, ut aurea virga decoratus, inter obſequia numeroſa, ante pedes regios primus videaris incedere.* Ita certe Corippus in libro 2. de laudibus Juſtini minoris, capite 7. ubi Juſtini proceſſum ad Circum deſcribit.

— — — *tunc ordine longo*
Incedunt ſummi Proceres, fulgenſque Senatus.
Ipſe inter primos vultu præclarus honoro,
Fratris in obſequium gaudens Marcellus abibat.
Diſpoſitorque novus ſacræ Baduarius aulæ.
Succeſſor ſoceri, factus mox Curopalates.

De hac aurea virga quæ Imperatoribus Romanis præferri conſueverat, loquitur Paulus Silentiarius in deſcriptione Templi ſanctæ Sophiæ, haud procul ab initio.

— — — ὀρνύμενον γὰρ
Ὡς θάμβος σὺν ἀνέμοισιν ἐπέμπομεν ἀασιδίοτλα,
Οὐ χρυσοῦν τινὰ ῥάβδον, ἀεὶ προκέλευθον ἀνάκτων. Neque enim aſſentior doctiſſimo viro, qui aureas ſecures interpretatus eſt. Ac primum quidem hæc dignitas levis fuit, quippe quæ erat ſub diſpoſitione Caſtrenſis ſacri Palatii. Poſtea vero ſumma Palatii dignitas haberi cœpit, ex quo Juſtinus Juſtiniani nepos eam geſſit. Fuit autem civilis hæc dignitas, non militaris, ut putavit Alemannus, qui Curopalatem cum Comite excubitorum confudit in Notis ad Procopii ἀνέκδοτα.

2 Τὰς ἀπανταχῆ συνειλεγμένους ἱερέας] Nicephorus in cap. 33. libri 17. hæc Evagrii verba accepit de Epiſcopis, qui pro rectæ fidei defenſione varia in loca relegati fuerant à Juſtiniano. Sed verbum illud συνειλεγμένους hanc interpretationem ferre non poteſt. Itaque Chriſtophorſonus hunc locum interpretari maluit de Epiſcopis cui ex omnibus locis in unum congregati erant Conſtantinopoli. Sed neque hanc interpretationem probare poſſum, cum Evagrius Epiſcopos illos non dicat collectos fuiſſe Conſtantinopoli, ſed ἀπανταχῆ, id eſt omnibus in locis.

SÆC. V.

Et hoc quidem ejus factum magnopere laudandum est. Sed quod ad vitam ejus ac
mores ejus. mores attinet, mollis fuit ac dissolutus, & deliciis ac fœdis voluptatibus addictus. Ad hæc alienæ pecuniæ tam vehementi cupiditate flagrabat, ut iniqui quæstus causa cuncta divenderet; ac ne in sacerdotiis quidem divinum numen revereretur, quæ obviis quibusque pretio vendebat, venalia hæc etiam publice proponens. Cumque duobus contrariis vitiis, audacia & ignavia implicatus teneretur, primum quidem Justinum cognatum suum ad se evocavit, qui in magna gloria apud omnes erat, tum ob peritiam rei militaris, tum ob reliquas quas gesserat dignitates. Is tum ad Danubium morabatur, & Abaros à transitu fluminis arcebat. Sunt au-
Abari pop. tem Abari, Scytharum gens in plaustris degentium, qui campos ultra Caucasum sitos incolebant. Hi cum à Turcis, finitimis suis, gravi detrimento affecti essent, relictis sedibus suis universi cum uxoribus ac liberis ad Bosporum venerunt. Deinde relictis litoribus Euxini Ponti, ubi multæ quidem Barbaræ habitant gentes; urbes vero & castra ac stationes quædam à Romanis conditæ sunt, cum aut milites veterani, aut coloni ab Imperatoribus eo deducti essent; ulterius progressi sunt, cum omnibus barbaris qui in itinere occurrerent, depugnantes. Tandem vero cum ad ripas Danubii pervenissent, Legatos ad Justinam miserunt. Ex his igitur locis accersitus est Justinus, tanquam accepturus ea quæ inter ipsum atque Imperatorem Justinum pacta fuerant. Nam cum ambo sæculari fastu ac potentia inter se pares essent, & ad utrumque ex æquo Imperium propendere videretur, post multas disceptationes id inter ipsos convenerat, ut is qui ad Imperium perveniisset, alteri proximum locum concederet. Quo scilicet in secundo Imperii gradu constitutus, primas præ reliquis omnibus ferret.

καὶ τοῦτο μὲν ἀξιόλογον αὐτῷ ἐπεγένθη. ἰῷ δέ γε τὸν βίον ἐκδεδικημένος, καὶ τρυφαῖς ἀτεχνῶς καὶ ἡδοναῖς ἐκτόποις ἐγκαλινδούμενος· ἀλλοτρίων τε χρημάτων ἄφατος ἐραστής, ὡς πάντα κέρδους ἀθέσμου ἀπεμπολεῖν, μηδὲ ἐπὶ ταῖς ἱερωσύναις τὸ θεῖον θιλαβούμενος, ἃς τοῖς βουλομένοις ἐπίπρασκεν, ὠνίους καὶ ταύτας ἀναφανδὸν τιθέμενος. θρασὺς δὲ καὶ δειλίᾳ ταῖς κακίαις κρατούμενος, 1
πρῶτον μὲν Ἰουστῖνον τὸν ἀνεψιὸν τυγχάνοντα, καὶ πολὺ 2
κλέος πᾶσιν ἔχοντα, τῇ τε ἐμπειρίαν πολέμων καὶ τὰς ἄλλας ἀξιώσεις, μετάπεμπτον ποιεῖται, ἀμφὶ τὸν Ἴστρον τὰς διατριβὰς ποιούμενον, καὶ τὰς τῶν Ἀβάρων διαβάσεις ἀπείργοντα. ἔθνος δὲ Σκυθικὸν οἱ Ἄβαροι τῶν ἁμαξοβίων, τῶν ὑπὲρ τὸν Καύκασον τὰ ἐπέκεινα πεδία νεμομένων, οἳ τοὺς γειτνιῶντας Τούρκους πεφυγότες, 3
ἐπεὶ κακῶς πρὸς αὐτῶν ἐπεπόνθεσαν, ἐπὶ τὸν Βόσπορον ἀφίκοντο· κἀ τὶ ἠϊόνα τοῦ Εὐξείνου καλουμένου Πόντου καταλιπόντες, ἔνθα συχνὰ μὲν ἔθνη βαρβαρικά· ἐξῳκίσθησαν δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων πόλεις τε κἀ στρατόπεδα, καί τινες στρατιῶται, ἢ στρα- 4
πιωτῶν ἀπομάχων μονομένων, ἢ καὶ ἀποικιῶν πρὸς τῶν βασιλέων στελλομένων, τὴν πόρθησιν ἐποιοῦντο, πᾶσι τοῖς ἐν ποσὶ βαρβάροις ἀνταγωνιζόμενοι, μέχρις οὗ τὰς ἠϊόνας τοῦ Ἴστρου κατειλήφασι, καὶ πρὸς Ἰουστινιανὸν ἐπρεσβεύσαντο. ὁπόθεν ὁ Ἰουστῖνος 5
μετεπέμφθη οἷα δὴ θεν ὀφείλων τῶν συκειμένων αὐτῷ τε κἀ τῷ αὐτοκράτορι Ἰουστίνῳ ἀπολαῦσαι. ἐπεὶ γὰρ ἄμφω πλησίω καθεστήκατην ταῖς τοῦ βίου φαντασίαις, καὶ ἐπ' ἄμφω ἡ βασιλεία ἐπῃώρητο, σωήτλω μὲν πολλὰ τὰ ἀμφίλογα, ὥστε τὴν ἐς τὴν βασιλείαν παιόντα, τὴν δευτέραν χώραν θατέρῳ δοῦναι, ἵν' ἐκ τῶν δευτερείων τῆς βασιλείας τὰ πρωτεῖα τῶν ἄλλων ἀποφέροιτο.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῆς κακίας] Deesse videtur aliquod vocabulum, quod suppleri potest hoc modo, τῆς ἐναντιωτάτης κακίας. Atque ita legisse videtur Christophorsonus.

2 Ἰουστῖνον ἀνεψιὸν] Fuit hic Justinus Germani Patritii filius, consobrinus Imperatoris Justini, ut scribit Joannes Biclariensis in Chronico. Germanus quidem, & Justinus junior cognati erant. Nam Germanus nepos erat Justiniani ex fratre. Justinus vero Imperator, filius erat Vigilantiæ sororis Justiniani. Cæterum hic Justinus Germani filius Consulatum gesserat anno Christi 540. Eundem Justinianus Imperator Magistrum militum per Colchidem & Armeniam in locum Martini creaverat, ut scribit Agathias in libro quarto; postea vero eundem Magistrum militum fecit per Thracias, ut docet Menander protector in libro primo Historiæ, pagina 99.

3 Τοὺς γειτνιῶντας τούρκους πεφευγότες] Qualiter Abares isti à Turcis superati in Europam se receperint, refert Theophylactus Simocatta in lib. 7. cap. 7.

4 Καί τινες στρατιῶται] Apud Nicephorum in capite 34. lib. 17. & in codice Telleriano scribitur una voce ἀνεψιοί, quod magis probo. Totum vero hunc locum ita scribendum existimo, ἔνθα συχνὰ μὲν ἔθνη βαρβαρικὰ ἐξῳκίσθησαν· ᾠκίσθησαν δὲ καὶ ὑπὸ Ῥωμαίων πόλεις τε καὶ στρατόπεδα, &c. Id est, *Ubi multa quidem barbara gentes relictis sedibus suis habitant, urbes vero & castra & stationes à Romanis conditæ sunt.*

5 Πρὸς Ἰουστινιανὸν ἐπρεσβεύσαντο] Justiniani Augusti temporibus Abares in Europam transgressi, primum Romanis innotuerunt, ut tradit Theophylactus Simocatta in libro septimo, capite octavo: cum enim ad loca Scythiæ ac Mœsiæ perveniissent, legatos ad Justinianum miserunt anno trigesimo primo Imperii Justiniani, ut scribit Theophanes in Chronico & Anastasius Bibliothecarius. Victor tamen Thunonensis hanc legationem paulo serius commemorat. Post Consulatum Basilii viri clarissimi *anno* 23. *Justinianus princeps legatos gentis Abarorum, unde venerant, facit.* Hic erat annus tricesimus sextus Imperii Justiniani. De eadem Abarum legatione ad Justinianum videndus est Menander Protector in libro primo Historiæ pagina 99. editionis Regiæ, ubi eam legationem luculente describit, & Victoris Thunonensis sententiam confirmat. Ait enim Justinianum non multo post e vivis abiisse. *

VARIORUM.

* Ait Valesius in Interpretatione, Abarum legatos ad Justinum venisse. Idemque in notis ad Excerpta Menandri Protectoris observat, hanc Avarum Legationem introductam esse die VII. post inaugurationem Justini. Erant ergo duæ Abarum Legationes, de quarum priori agit Theophanes.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ τῆς Ἰουστίνου τοῦ ἀνεψιοῦ αὐτοῦ ἀναιρέσεως.

ΜΕΤὰ πολλῆς τοιγαροῦν τῆς ἔξωθεν Φιλοφροσύνης ὁ Ἰουστῖνος τὸν Ἰουστῖνον δεξιωσάμενος, καὶ χρόνον μικρὸν αἰτίας ἐπιπλάττων, καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς καὶ δορυφόρους καὶ σωματοφύλακας παραιρούμενος, τάς τε παρ' αὐτοῦ πρεσβύτους εἶργεν, καθῆστο γὰρ οἴκοι, ἐς τὴν Ἀλεξάνδρου μεγάλην Ἰουστίνου κελεύσμασιν ἐσοικίζεται πόλιν· αὐτοῦ τε δειλαίως ἀναιρεῖται πόρρω τῶν νυκτῶν, ἔτι κλινοπετὴς ὑπάρχων, ταύτην ἀμοιβὴν τῆς ἐς τὸ πολίτευμα θυνοίας, καὶ τῶν ἐς τοὺς πολέμους ἀνδραγαθημάτων κομισάμενος. καὶ ὁ πρότερον ἀνεῖσαν τοῦ θυμοῦ, ἢ τῆς ζεούσης μανίδος ἀνεφορήθησαν, μέχρις οὗ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεῖσαν αὐτός τε, καὶ ἡ τούτου σύνοικος Σοφία ἐθεάσαντο, καὶ τοῖς ποσὶν ἐξελάκτισαν.

CAPUT II.

De cæde Justini, cognati Imperatoris.

IGITUR Imperator Justinus Justinum, in speciem quidem summa cum humanitate ac benevolentia excepit. Mox varias subinde causas comminiscens, paulatim satellites ei detraxit ac domesticos & corporis custodes: vetuitque ne ad ipsum visendum procederet: ipse enim sedebat domi. Tandem vero, jussu Imperatoris Justini, in magnam civitatem Alexandriam amandatus est, atque illic nocte intempesta cum in lecto decumberet, miserandum in modum interfectus est: ob benevolentiam in rempublicam & ob res præclare in bello gestas, hanc mercedem referens. Nec prius Justinus Imperator & conjux ejus Sophia furorem suum remiserunt, aut conceptam adversus Justinum iram expleverunt, quam Justini caput præcisum vidissent, ac pedibus suis proculcassent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ τῶν ἀλιτηρίων Ἀδδαίου καὶ Αἰθερίου.

ΟΥ μετ' ὀλίγον δὲ καὶ Αἰθέριον καὶ Ἀδδαῖον, τῆς μὲν συγκλήτου βουλῆς καθεζῶντε, μεγάλα δὲ καὶ πρωτεῖα παρ' Ἰουστινιανῷ ἐσχηκότε, ἐς κριτήριον ἐπὶ κατηγορίᾳ ἐκδέδωκεν. ὧν ὁ μὲν Αἰθέριος συγκατετίθετο φαρμάκοις βουληθεὶς τὸν βασιλέα ἀπαλλάξαι, τῆς τοιαύτης κοινωνὸν ἐγχειρήσεως, καὶ σὺν πᾶσιν συνεργὸν ἔχειν εἰπὼν τὸν Ἀδδαῖον. ὁ δὲ, ὅρκοις δεινοῖς διώμνυτο μηδὲν τούτων παντάπασιν εἰδέναι. ἄμφω δ' οὖν τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθη τὸν· παρ' αὐτὴν τὴν ἔκτομὴν τῆς κεφαλῆς Ἀδδαίου φήσαντος, ὃ τούτοις

CAPUT III.

De sceleratis hominibus, Addæo atque Ætherio.

HAUD multo post, Ætherium & Addæum, viros ordinis senatorii, qui apud Imperatorem Justinianum plurimum potuerant, Majestatis crimine accusatos, judicibus examinandos tradidit. Ex quibus, Ætherius quidem confessus est, se Imperatorem veneno interficere voluisse, ejusque facinoris & omnium consiliorum suorum conscium ac participem fuisse Addæum. Addæus vero, gravi cum jurejurando affirmavit, se earum rerum penitus ignarum esse. Ambo tamen capite truncati sunt. Et Addæus quidem, cum jam caput ipsi

Ætherius.

Addæus.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τάς τε παρ' αὐτοῦ πρεσβύτους] Nicephorus hoc loco præpositionem sustulit. Sic enim hunc Evagrii locum expressit: καὶ τὰς αὐτοῦ πρεσβύτους ἀνεῖργε. Malim tamen in Evagrio scribere τάς τε παρ' αὐτὸν πρεσβύτους εἶργον. Quam lectionem in versione mea secutus sum.

2 Καθῆστο γὰρ οἴκοι] Nicephorus quidem & Christophorsonus hæc Evagrii verba de Justino Justini Imperatoris consobrino intellexerunt: Ego vero de Justino ipso Imperatore malim accipere. Hic enim cum æger esset, ut plurimum sedebat domi, & consobrinum suum Justinum ad se vetuerat accedere. Certe Cedrenus ac Zonaras id quod dixi de Justino testantur. Cedrenus enim ita scribit. Ἔτος ὁ Ἰουστῖνος συνεχῶς νοσηλευόμενος καὶ σκοτοδινιῶν, καὶ μὴ δυνάμενος περιρρεῖσθαι, &c. Cæterum Joannes Biclarienſis in Chronico, Justini hujus cædem refert anno secundo Imperii Justini junioris: eodem scilicet anno quo Ætherius & Addæus capitali supplicio affecti sunt. Idque cum Evagrii narratione magis consentit.

3 Ἐς τὴν Ἀλεξάνδρου μεγάλην ἐσοικίζεται] Mallem legere ἐξοικίζεται. Sic in superiori Capite, ubi legitur ἐσφοκίθησαν δὲ, &c. Nicephorus legit ἐξωκίσθησαν, & Evagrii locum intelligit de Barbaris qui eo abducti fuerant à Romanis. Cæterum hic Justinus Augustalis & Dux Alexandriæ factus est à Justino Imperatore anno sexto Imperii ipsius Justini, ut scribit Theophanes ac Credrenus. Cedreni verba sunt hæc, Ἀκούσας δὲ Ἰουστῖνος, ὅτι ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ Αὐγουστος, ὃς ἦν δούξ Ἀλεξανδρείας συσκευὴν μελετᾷ κατὰ τοῦ βασιλέως, πέμψας αὐτὸν ἀπεκεφάλισε. Scribe ὃς ἦν Αὐγουσταλίου καὶ Δούξ Ἀλεξανδρείας, quemadmodum legitur apud Theophanem. Duæ enim istæ dignitates, Augustalis ac Ducis, licet distinctæ essent, interdum tamen uni eidemque simul tribuebantur ab Imperatoribus, ut multis exemplis probari potest. Porro hæc dignitas Justino delata est ab Imperatore, non ut illum ornaret, sed potius ut procul ab Regia eum amandaret. Itaque custodiæ loco fuit urbs Alexandria. Quare Theophanes in Chronico scribit Justinum Augustum, consobrinum suum Justinum quasi captivum detinuisse Alexandriæ. ἀκούσας δὲ Ἰουστῖνος ὁ βασιλεὺς περὶ τοῦ ἀνεψιοῦ αὐτοῦ, ὃν εἶχεν ὡς Ἀλεξανδρείας Αὐγουσταλίου, &c. Cæterum Joannes Biclarienſis in Chronico, Justini hujus cædem refert anno secundo Imperii Justini junioris: eodem scilicet anno quo Ætherius & Addæus capitali supplicio affecti sunt. Idque cum Evagrii narratione magis consentit.

4 Οὐ μετ' ὀλίγον δὲ] Expungenda est prior particula negativa, ut pote prorsus superflua.

5 Τῆς μὲν συγκλήτου βουλῆς] Joannes Biclarienſis in Chronico: *Anno secundo*, inquit, *memorati principis, in Regia urbe Ætherius & Addæus Patritii, dum Justino mortem vellent veneno potius quam ferro per medicos inferre, detecti, capitali sententia puniri jussi; prior à feris devoratus, secundus incendiis concrematus interiit.* Nescio an Joannes Biclarienſis Patritios dixerit pro Senatoribus, magnum tamen discrimen est inter Patritiam ac Senatoriam dignitatem. De eodem Ætherio & Addæo Eustathius in vita Eutychii Patriarchæ Constantinopolitani ita scribit: *Qua quidem die, * id est tertia Octobris, & illi qui viro sancto insidias struxerant atque in exilium ejecerant, Ætherius & Addæus, quorum hic quidem urbis Præfectus erat, ille autem Antiochiæ curator, mortui sunt, &c.*

VARIORUM.

* Loquitur Eustathius de die tertia mensis Octobris anni quingentesimi septuagesimi septimi, qua Eutychius restitutus est in Episcopatum Constantinopolitanum, & in quam Dominica eo anno cadebat. Theophanes autem Ætherium & Addæum anno Chr. 566, interfectos esse docet. *Ant. Pagi ad ann. 567. n. 3.*

τοῖς

SÆC. VI. amputandum esset, se hac quidem in re calumniam passum esse dixit, merito tamen se plecti à divina justitia, quæ omnia dispicit quæ geruntur. Se namque Theodotum præfectum prætorio magicis artibus interemisse. Ego vero, utrum hæc ita se habeant, certe affirmare non possum. Uterque tamen sceleratus fuit. Addæus quidem puerorum amori supra modum deditus. Ætherius vero nullum calumniandi genus prætermisit, sed omnium tam viventium, quam mortuorum bona diripuit nomine Imperialis domus, cujus curator erat regnante Justiniano. Atque hæc quidem istiusmodi exitum habuerunt.

τοις μὲν ζυκοφαντηθῆναι, δίκαια δὲ πάσχειν πρὸς τῆς ἐφόρου τῶν ὁπωσοῦν ἁλισκομένων δίκης. αὐτὸν γὰρ γοητείας τὸν Θεόδοτον ὕπαρχον τῆς αὐλῆς ἀνελεῖν. ἐγὼ δὲ εἰ μὲ ταῦθ' οὕτως ἔχοι, οὐκ ἔχω λέγειν. ἄμφω δὲ ἀλιτηρίω ἦσην. ὁ μὲν Ἀδδαῖος παιδομανῶν· Αἰθέριος δὲ πᾶσι μὲν πάσης ἰὼν συκοφαντίας, καὶ τάς τε τῶν ζώντων, τῶν τε τελευτώντων τὰς οὐσίας λῃζόμενος ὀνόματι τῆς βασιλικῆς οἰκίας, ἧς ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ ἐπῆρχεν. ἃ μὲν οὖν ταῦτα ἔλαβε τέλος ὧδε.

CAPUT IV.

Edictum de fide, ad omnes ubique Christianos à Justino scriptum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ τοῦ προσφάτου τῆς πίστεως ἡμῶν, ὅπερ Ἰουστῖνος τοῖς ἁπανταχοῦ Χριστιανοῖς ἔγραψε.

SCRIPSIT porro idem Justinus ad omnes qui ubique sunt Christianos edictum in hæc verba. In nomine Domini Jesu Christi Dei nostri, Imperator Cæsar Flavius Justinus, fidelis in Christo, Clemens, Maximus, Beneficus, Alamannicus, Gothicus, Germanicus, Anticus, Francicus, Erulicus; Gepidicus, Pius, Felix, Gloriosus, Victor ac Triumphator, semper Augustus. Pacem meam do vobis, ait Dominus Christus, verus Deus noster. Pacem meam relinquo vobis, idem Christus universis hominibus prædicat. Istud porro nihil aliud sibi vult, quam ut omnes qui in ipsum credunt, in unam eamdemque Ecclesiam conveniant, & in recta quidem Christianorum fide inde inter se consentiant, aversentur autem eos qui contraria dicunt aut sentiunt. Prima enim salus cunctis hominibus est constituta, rectæ fidei confessio. Quo circa nos quoque Evangelica præcepta & sacrum Symbolum sive doctrinam Sanctorum Patrum sectantes, cunctos hortamur ut ad unam eamdemque Ecclesiam ac sententiam se conferant: credentes in Patrem & Filium ac Spiritum sanctum, Trinitatem consubstantialem, unam Deitatem, seu naturam ac substantiam & verbo & reipsa: unam item vim & potentiam & operationem in tribus subsistentiis sive personis credentes: in quas baptizati sumus, in quas credimus, & quibus conjuncti sumus. Unitatem enim in Trinitate, & Trinitatem in unitate adoramus, quæ admirabilem habet tum divisionem, tum unitionem. Unitatem quidem quantum ad Deitatem sive substantiam: Trinitatem vero quantum ad proprietates sive subsistentias vel personas. Dividitur enim indivise,

ΓΡάφει δὲ ὁ Ἰουστῖνος τοῖς ἑκάστοχοῦ Χριστιανοῖς τοιόνγραμμα, αὐτοῖς ὀνόμασι τοῦτο. Ἐν ὀνόματι τοῦ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλάβιος Ἰουστῖνος, πιστὸς ἐν Χριστῷ, Ἥμερος, Μέγιστος, Εὐεργέτης, Ἀλαμανικὸς, Γοτθικὸς, Γερμανικὸς, Ἀντικὸς, Φραγκικὸς, Ἐρουλικὸς, Γηπαιδικὸς, Εὐσεβὴς, Εὐτυχὴς, Ἔνδοξος, Νικητὴς, Τροπαιοῦχος, Ἀεισέβαστος, Αὔγουστος. εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, φησὶν ὁ δεσπότης Χριστὸς, ὁ ἀληθινὸς ἡμῶν Θεός· εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν, ὁ αὐτὸς κηρύττει πᾶσιν ἀνθρώποις. Οὐκ ἄλλο δὲ τοῦτό ἐστιν, ἢ τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν συντρέχειν· ὁμοφρονοῦντας μὲν περὶ τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν δόξαν, ἀποστρεφομένους δὲ τοὺς τἀναντία λέγοντας ἢ δοξάζοντας. πρώτη γὰρ σωτηρία κατέστηκε πᾶσιν ἀνθρώποις, ἡ τῆς ὀρθῆς πίστεως ὁμολογία. διὸ καὶ ἡμεῖς τοῖς θείοις εὐαγγελικοῖς κατακολουθοῦντες δόγμασι, καὶ τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ, ἤτοι μαθήματι τῶν ἁγίων Πατέρων, πρὸς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν τε καὶ γνώμην πάντας σπεύδομεν συνελθεῖν· πιστεύοντες εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Τριάδα ὁμοούσιον, μίαν θεότητα ἤτοι φύσιν καὶ οὐσίαν λόγῳ καὶ πράγματι, καὶ μίαν δύναμιν καὶ ἐξουσίαν καὶ ἐνέργειαν, ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ἤγουν προσώποις δοξάζοντες, εἰς ἃ βεβαπτίσμεθα, εἰς ἃ πεπιστεύκαμεν, καὶ οἷς συντετάγμεθα. Μονάδα γὰρ ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν Μονάδι προσκυνοῦμεν, τὴν δόξαν ἔχουσαν καὶ τὴν διαίρεσιν, καὶ τὴν ἕνωσιν· Μονάδα μὲν κατὰ τὴν οὐσίαν ἤγουν θεότητα· Τριάδα δὲ κατὰ τὰς ἰδιότητας ἤγουν ὑποστάσεις, ἤτοι πρόσωπα. διαιρεῖται μὲν ἀδιαιρέτως,

VALESII ANNOTATIONES.

1 *Ὀνόματι τῆς βασιλικῆς οἰκίας*] Intelligit domum Antiochi cujus Curator fuerat Ætherius, ut testatur Eustathius in loco quem paulo ante citavi: *Ille autem Antiochiæ Curator.* Græca Eustathii, ni fallor, sic habent. *ὁ δὲ ἐπίτροπος τῆς Ἀντιόχου.* Id est, *Ætherius vero Curator domus Antiochi.* Hujus domus mentionem facit idem Eustathius, ubi qua ratione Eutychius ex urbe Regia ejectus sit, describit. *Dicebant enim quidam graves viri, si è sacro templo exiret, fore ut interficeretur. Quosdam enim armatos, atque in Antiochi prædio collocatos, eo consilio foris eum expectare.* Ejusdem domus Regiæ meminit Theophylactus in libro tertio capite tertio. Multæ hujusmodi domus erant Constantinopoli, ut domus Placidiæ, domus Flaccillæ, domus Hormisdæ, & aliæ plures ad Principem pertinentes: quarum singulæ suum Curatorem habebant, qui domum illam seu palatium, omnesque illius reditus administrabat. Hi Curæ Palatiorum dicuntur in Notitia Imperii Romani, sub dispositione Castrensis sacri palatii. Tunc vero summa erat dignitas horum Curatorum, qui gloriosissimi & magnificentissimi dicebantur, ut docet Constitutio Tiberii Augusti de domibus Imperialibus.

ὑ οὕτως εἴπωμεν, ϗ σωνάπτεται διῃρημένως. ἓν γὰ ὂν τρισὶν ἡ θεότης, καὶ τὰ τρία ἕν, τὰ ὂν οἷς ἡ θεότης, ἢ τό γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν, ἃ ἡ θεότης· Θεὸν τ Πατέρα, Θεὸν τ Υἱὸν, Θεὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὅταν ἕκαστον πρόσωπον καθ' ἑαυτὸ θεωρῆται· τῷ νῷ χωρίζοντος τὰ ἀχώριστα· Θεὸν τὰ τρία μεῖ ἀλλήλων νοήμονα· τῷ ταυτῷ τ κινήσεως ϗ τ φύσεως. ἐπειδὴ χρὴ ϗ τ ἕνα Θεὸν ὁμολογεῖν, ϗ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ἤγουν ἰδιότητας κηρύττειν. ὁμολογοῦμεν ὖ αὐτὸν, τὸν μονογενῆ Υἱὸν τ Θεοῦ τὸν Θεὸν Λόγον τὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τ Πατρὸς γεννηθέντα, ὑ ποιηθέντα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς ϗ διᾳ τ ἡμετέραν σωτηρίαν καταβάντα ἐκ τ οὐρανῶν, ϗ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, ϗ τῆς δεσποίνης ἡμῶν τ ἁγίας ἐνδόξου θεοτόκου ϗ ἀεὶ παρθένου Μαρίας, ϗ γεννηθέντα ἐξ αὐτῆς, 1 ὅς ἐστιν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ εἷς τ ἁγίας Τριάδος, συνδοξαζόμενος τῷ Πατρὶ ϗ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. οὐδὲ γὰρ τετάρτου προσώπου προσθήκην ἐπεδέξατο ἡ ἁγία Τριὰς, καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος Θεοῦ Λόγου· ἀλλ' ἔστιν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁμοούσιος τῷ Θεῷ ϗ Πατρὶ κτ' τὴν θεότητα, ϗ ὁμοούσιος ἡμῖν ὁ αὐτὸς κτ' τὴν ἀνθρωπότητα· παθητὸς σαρκὶ, καὶ ἀπαθὴς ὁ αὐτὸς ὢν θεότητι. οὐ γὰ ἄλλον τ Θεὸν Λόγον τ θαυματουργήσαντα, ϗ ἄλλον τὸν παθόντα ὑπομένομεν· ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, σαρκωθέντα ϗ τελείως ἀνθρωπήσαντα, καὶ ἑνὸς ϗ τῆς αὐτῆς τά τε θαύματα, ϗ τὰ πάθη, ἃ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκὶ διᾳ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. ὑ γὰρ ἄνθρωπός τις ἑαυτὸν ὑπὲ ἡμῶν δέδωκεν· ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος ἀτρέπτως γενόμενος ἄνθρωπος, τό, τε ἑκούσιον πάθος, καὶ τὸν θάνατον ὑπὲ ἡμῶν σαρκὶ κατεδέξατο. καὶ Θεὸν τοίνυν αὐτὸν ὁμολογοῦντες, οὐκ ἀθετοῦμεν τῷ εἶναι αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον· ϗ ἄνθρωπον αὐτὸν ὁμολογοῦντες, οὐκ ἀρνούμεθα τοῦ εἶναι αὐτὸν καὶ Θεόν. ὅθεν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐξ ἑκατέρας φύσεως, θεότητος ϗ ἀνθρωπότητος, συνθετον ὁμο-
2 λογοῦντες τ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, 2 σύγχυσιν τῇ ἑνώσει οὐκ ἐπεισάγομεν. οὐ γὰρ ὅπ γέγονε

ut ita dicamus, & conjungitur diviſe. Unum enim eſt in tribus, deitas ſcilicet: & Tres unum ſunt, in quibus ſcilicet eſt Deitas, aut, ut accuratius loquamur, quæ ſunt ipſamet Deitas. Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum, quando ſingulæ perſonæ ſeorſum conſiderantur, mentis ſcilicet acie ea quæ inſeparabilia ſunt ſeparante. Deum unum tres perſonas, ſimul intellectas, ob eundem motum eamdemque naturam. Quippe & unum Deum confiteri oportet, & tres ſubſiſtentias, ſive proprietates prædicare. Confitemur vero ipſum unigenitum filium Dei Deum Verbum, qui ante ſæcula & ſine tempore ex Patre genitus eſt, non autem factus: in extremis diebus propter nos & propter noſtram ſalutem è cœlo deſcendiſſe, & incarnatum eſſe ex Spiritu ſancto & ex domina noſtra, ſancta & glorioſa Deipara ac ſemper virgine Maria, & ex illa genitum: Qui eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus, unus è Sancta Trinitate, qui cum Patre & Sancto Spiritu glorificatur. Neque enim quartæ perſonæ adjectionem Sacroſancta Trinitas accepit, poſtquam incarnatus eſt unus e ſancta Trinitate, Deus Verbum: ſed unus idemque eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Conſubſtantialis quidem Deo Patri quantum ad divinitatem, conſubſtantialis autem nobis quantum ad humanitatem: patibilis quidem carne, deitate vero impatibilis. Neque enim alium Deum Verbum qui miracula perpetravit, & alium qui paſſus eſt agnoſcimus: ſed unum eumdemque confitemur Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Dei Verbum, incarnatum & perfecte hominem factum, & unius ejuſdemque eſſe tum miracula, tum paſſiones, quas ſalutis noſtræ cauſa, ſua ſponte in carne ſuſtinuit. Non enim homo aliquis ſeipſum tradidit pro nobis, ſed ipſemet Deus Verbum, ſine ulla converſione homo factus, ſpontaneam paſſionem ac mortem in carne pro nobis ſubiit. Itaque cum illum confitemur Deum, eumdem quoque hominem eſſe non inficiamur: & cum illum hominem eſſe confitemur, non idcirco negamus eumdem eſſe etiam Deum. Unde dum unum eumdemque Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ex utraque natura, deitate ſcilicet atque humanitate compoſitum profitemur, confuſionem non ſuperinducimus unitioni. Non enim eo quod perinde ac

SÆC. VI.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὅς ἐστὶ τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι] Apud Nicephorum in capite 35. libri 17. ubi hoc Juſtini Imperatoris edictum de fide refertur, hic locus ita legitur: ὅς ἐστι τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἴσος. Quam lectionem ſecutus eſt Chriſtophorſonus. Sic enim vertit: *Qui eſt æqualis Patri & Spiritui ſancto.* Atqui hoc loco non agitur de æqualitate Patris ac Filii: Sed an Chriſtus unus ſit ex Trinitate. Rectius itaque hunc locum ſupplevi ex optimo codice Florentino in hunc modum. ὅς ἐστιν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ εἷς τῆς ἁγίας τριάδος, συνδοξαζόμενος τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. Codex autem Tellerianus ita ſcriptum habet, ὅς ἐστιν σὺ τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. [Sed Florentini codicis ſcriptura longe anteferenda eſt, quam confirmat Juſtinianus in Edicto de Fide, pag. 804. Chronici Alexandrini: Cujus Edicti verba Juſtinus junior in Edictum ſuum transfudit.]

2 Σύγχυσιν τῇ ἑνώσει οὐκ ἐπεισάγομεν] Male hunc locum interpretatur Chriſtophorſonus hoc modo: *Non confuſionem in unitatem introducimus.* Nec rectius Muſculus qui ſic vertit: *Unitatem non confundimus.* Sed Muſculum quidem haudquaquam miror, qui in hoc edicto Juſtini ἕνωσιν perpetuo vertit *unitatem*, gravi errore. Eumdem errorem admiſit vir doctus qui fragmenta Ephræmii Antiochenſis Epiſcopi in Latinum ſermonem vertit, quæ leguntur in Bibliotheca Photii. Chriſtophorſonus vero qui ἕνωσιν *copulationem* ubique interpretatur, cur hoc loco aliter interpretatus ſit, equidem neſcio. Joannes autem Langus interpres Nicephori ita vertit: *In unione confuſionem non inducimus.* Recte omnino, ſi modo ſyllabam addideris hoc modo: *In unitione.* Unio enim licet hodie paſſim in ſcholis Philoſophorum ac Theologorum uſurpetur, barbarum eſt vocabulum, cum pro unitione ſumitur. Nam unio Latine unitatem ſignificat, ut ex Tertulliano, Hieronymo, Prudentio, Simplicio Papa, aliiſque, probari poteſt. Proinde deſinant Zoili quidam nos reprehendere, quod in epiſtola Alexandri Epiſcopi Alexandrini, quæ refertur à Socrate in libro primo cap. 6. μονάδα verterimus unionem. Id enim ex Latinæ linguæ uſu ac proprietate facimus: quam illi penitus ignorantes, unionem putarunt nihil aliud eſſe quam unitionem. Atqui inter unionem & unitionem

καθ'

Sæc. VI.

nos homo factus est, Deus esse desinet: Nec rursus eo quod natura Deus est, & similitudinis nostræ haudquaquam capax, homo esse recusabit. Quippe ut in humanitate Deus, sic in majestate Deitatis constitutus, manet nihilominus homo: utrumque simul existens unus, Deus scilicet atque homo, Emmanuel. Porro cum illum in divinitate perfectum, & perfectum in humanitate, ex quibus compositus est, confitemur, uni ejus compositæ personæ particularem divisionem aut sectionem non inferimus; sed naturarum differentiam quæ per unitionem nequaquam tollitur, indicamus. Nam nec divina natura in humanam mutata est, nec humana in divinam conversa. Sed utraque potius intellecta atque existente in propriæ naturæ definitione atque ratione, unitionem factam esse dicimus secundum personam: unitio vero secundum personam id significat, Deum Verbum, hoc est unam personam ex tribus divinitatis personis, non homini præexistenti unitam esse, sed in utero Dominæ nostræ, sanctæ gloriosæ Deiparæ ac semper Virginis Mariæ, sibi ipsi ex ea condidisse in propria persona carnem nobis consubstantialem, & iisdem omnino passionibus obnoxiam, præterquam peccato: eamque anima rationali & intelligente animatam. In se enim habuit personam, & homo factus est, & unus idemque est Dominus noster Jesus Christus qui una cum Patre & Sancto Spiritu glorificatur. Porro ineffabilem ejus unitionem mente considerantes, recte confitemur unam naturam Dei Verbi incarnatam, carne quæ anima rationali atque intelligente animata est. Rursus vero naturarum differentiam animo considerantes, duas esse naturas asserimus, nullam superinducentes divisionem. Utraque enim in illo inest natura. Quamobrem unum eumdemque confitemur Christum, unum filium, unam personam, unam subsistentiam, Deum simul atque hominem. Omnes vero qui aliter aut senserunt, aut sentiunt, Anathematizamus, & à Sancta Catholica & Apostolica Dei Ecclesia alienos judicamus. Cùm igitur recta dogmata quæ à Sanctis Patribus tradita sunt nobis prædicentur, hortamur vos omnes, ut in unam eamdemque Catholicam & Apostolicam Ecclesiam conveniatis: imo potius rogamus. Neque enim piget, tametsi in regali fastigio constituti simus, hujusmodi verbis uti, pro consensu & adunatione omnium Christianorum, ut una ab

καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, τὸ εἶναι Θεὸς ἀπολέσῃ· ὅτε μὲν ὅτι Θεὸς κ' Φύσιν ἐστὶν, καὶ τ πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ἀπαραδέκτον ἔχῃ, καὶ τὸ ἄνθρωπος εἶναι παραιτήσεται. μεμένηκε δὲ ὥσῳ καὶ ἀνθρωπότητι Θεὸς, οὕτω καὶ καὶ ὑπεροχῇ θεότητος ὢν, ἄνθρωπος, οὐδὲν ἧττον· ἄμφω δὲ ὢν καὶ ταυτῷ, καὶ εἷς Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὁ Ἐμμανουὴλ. τ αὐτὸν δὲ ὁμολογοῦντες καὶ θεότητι τέλειον, καὶ ἀνθρωπότητι τέλειον, ἐξ ὧν καὶ συνελέθη, διαίρεσιν μὴ τ ἀνὰ μέρος, ἢ τομὴν οὐκ ἀποφέρομεν τῇ μιᾷ αὐτοῦ συνθέτῳ ὑποστάσῃ· τ ἢ διαφορὰν τ Φύσεων σημαίνομεν, οὐκ ἀναιρουμένην διὰ τ ἕνωσιν. ὅτε γὰρ ἡ θεία Φύσις εἰς τ ἀνθρωπείαν μετελήλυθη, ὅτε ἡ ἀνθρωπεία Φύσις εἰς τ θείαν ἐτράπη. Νοουμένης δ μᾶλλον καὶ ὑπαρχούσης ἐκατέρας 1 καὶ τῷ τ ἰδίας Φύσεως ὅρῳ τε καὶ λόγῳ πεπραγθαι φαμὲν τ ἕνωσιν καθ' ὑπόστασιν. ἡ δ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις δηλοῖ, ὅτι ὁ Θεὸς Λόγος, τελέσιν ἡ μία ὑπόστασις τ τριῶν τ θεότητος ὑποστάσεων, καὶ προϋποστάντι ἀνθρώπῳ ἠνώθη, ἀλλ' καὶ τῇ γαστρὶ τ δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας ἐνδόξου θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας, ἐδημιούργησεν ἑαυτῷ, ἐξ αὐτῆς καὶ τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσῃ σάρκα ὁμοούσιον ἡμῖν καὶ ὁμοιοπαθῆ κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας, ἐμψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ. 2 καὶ αὐτῷ γὰρ ἔχει τ ὑπόστασιν, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ἔστιν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς συνδοξαζόμενος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. ἐννοοῦντες δὲ αὐτοῦ τ ἄφραστον ἕνωσιν ὀρθῶς ὁμολογοῦμεν μίαν Φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, σαρκὶ ἐμψυχωμένῃ ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ. καὶ πάλιν καὶ θεωρίᾳ λαμβάνοντες τ τ Φύσεων διαφορὰν, δύο ταύτας εἶναι λέγομεν, διαίρεσιν οὐδεμίαν εἰσάγοντες. ἐκατέρα γὰρ Φύσις ἐστὶν καὶ αὐτῷ. ὅθεν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἓν πρόσωπον, μίαν ὑπόστασιν, Θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον. πάντας δ τοὺς ταῦτα φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας ἀναθεματίζομεν, ἀλλοτρίους κρίνοντες τ ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. τῶν ὀρθῶν τοίνυν δογμάτων τ ἁγίων πατέρων παραδεδομένων ἡμῖν κηρυττομένων, προτρέπομαι ὑμᾶς ἅπαντας εἰς μίαν καὶ τ αὐτὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν συνδέχεσθαι, μᾶλλον δ καὶ παρακαλῶ. καὶ γὰρ ὀκνήσαιμι κἂν καὶ ὑπεροχῇ βασιλείας ἐσμὲν, τοιούτοις χρήσασθαι 3 ὑπὸ τ τ ῥήμασι Χριστιανῶν ἁπάντων ὁμοφροσύνης τε καὶ ἑνώσεως, ἐκ ὧν

VALESII ANNOTATIONES.

tantum discriminis est, quantum inter *μονάδα*, & *ἕνωσιν*. In unione sive unitate nihil est nisi simplex. In unitione vero aliquid necessario intelligitur compositum ex duobus. Certe vetus Interpres Synodi Chalcedonensis, *ἕνωσιν* perpetuo vertit unitionem, vel adunationem.

1 Νοουμένης δὲ μᾶλλον καὶ ὑπαρχούσης] Rectius in Nicephoro scribitur, *νοουμένης δὲ καὶ ὑπαρχούσης μᾶλλον &c.* Ego tamen mallem ita legere: *νοουμένης δὲ, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπαρχούσης, &c.* Id est, *Sed utraque natura intellecta, aut potius existente in propria natura definitione atque ratione, unitionem factam esse dicimus secundum personam.* Nec dubito quin Justinus Imperator ita scripserit ut dixi: reprehendit enim se ipsum, quod dixerat, *νοουμένης*, quasi duarum in Christo naturarum differentia in intelligentia tantum consisteret, non autem re vera extaret. [In Edicto tamen Imp. Justiniani de fide, ex quo Justinus Edictum suum descripsit, vulgata lectio habetur. Extat edictum illud in Chronico Alexandrino, pag. 800.

2 Ἐν αὐτῷ γὰρ ἔχει τὴν ὑπόστασιν] In Nicephoro legitur *ἐν αὐτῇ* supple *τῇ σαρκὶ*. Quod nullo modo ferri potest; neque enim Christus in carne propriam habuit subsistentiam, sed antequam carnem assumpsisset, propriam habebat subsistentiam, ut pote qui secunda esset persona sacrosanctæ Trinitatis. Si quis tamen Nicephori scripturam tueri voluerit, equidem non valde repugnabo. Aptius enim cohæret cum præcedentibus. Sensus ergo est, filium Dei qui ab æterno propriam habebat subsistentiam, assumpta carne, in ea personaliter substitisse.

3 Ὑπὸ τῆς τῶν Χριστιανῶν ἁπάντων ὁμοφροσύνης] Assentior viris doctis qui jam pridem emendarunt *ὑπὲρ τῆς*, &c. Quamvis Nicephorus vulgatam scripturam retinuerit.

μίαν

μίαν ἁπάντων δοξολογίαν ἀναπέμπειν τῷ μεγάλῳ Θεῷ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ· τὸν δὲ λοιπὸν μηδένα προφασιζόμενον, 1 περὶ πρόσωπα ἢ συλλαβὰς ζυγομαχεῖν· ὅπη γὰρ εἰς μίαν καὶ τὴν ὀρθὴν πίστιν τε καὶ ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρουσι· τοῦτο μέχρι νῦν κρατοῦντος ἔθους τε καὶ σχήματος ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἀφ' ἁπάντων βεβαίου τε καὶ ἀκαινοτομήτου, καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα μένοντος χρόνον. τούτῳ μὲν οὖν ἅπαντες τῷ ἰδίκτῳ συγκατέθεντο, ὀρθοδόξως ἐκπεφωνῆσθαι λέγοντες. οὐδεὶς δὲ τῶν διερρωγότων ὅλως ἠνώθη, διότι ῥητῶς ἐπεσημήνατο τὸ βέβαιον καὶ ἀκαινοτόμητον ταῖς ἐκκλησίαις πεφυλάχθαι καὶ τὸν ἑξῆς ἐπιῤῥέοντα χρόνον.

omnibus glorificatio tribuatur Deo optimo maximo & Servatori noſtro Jeſu Chriſto, ac nemo deinceps inanem prætextum arripiens circa perſonas aut ſyllabas rixetur. Si quidem ſyllabæ ad unam eamdemque fidem & intelligentiam perducunt: eo-qui hactenus in ſancta Catholica & Apoſtolica Dei Eccleſia obtinuit more atque ſtatu, firmo & inconcuſſo in poſterum perpetuo manente. Huic edicto omnes quidem conſenſum ſuum accommodarunt, rectam in eo fidem ac doctrinam promulgatam eſſe dicentes, nullum tamen ex membris Eccleſiæ quæ diſciſſa fuerant, ad priſtinam rediit unitatem, propterea quod diſertis verbis edixerat Imperator, ut firmus atque immotus Eccleſiarum ſtatus in poſterum ſervaretur, ſicut antea ſervatus fuerat.

SÆC. VI.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τῆς ἐκβολῆς Ἀναστασίου ἐπισκόπου Θεουπόλεως.

CAPUT V.

De Anaſtaſii Antiochenſis Epiſcopi ejectione.

ΕΚβεβλήκει δὲ καὶ Ἀναστάσιον Ἰουστῖνος τοῦ Θεουπόλεως θρόνου, ἐπεσκαλῶν οἱ τῶν τε ἱερατικῶν χρημάτων τὴν γενομένην δαπάνην, λέγων καὶ εἰς ἄπειρον καὶ μὴ κατὰ τὸ προσῆκον γενέσθαι· τήν τε εἰς αὐτὸν βλασφημίαν. ἐρωτηθέντα γὰρ τὸν Ἀναστάσιον, τί δή ποτε οὕτω χύδην τὰ ἱερατικὰ ῥίπτει χρήματα, ἀναφανδὸν εἰπεῖν, ὡς ἂν μὴ παρὰ Ἰουστίνου τῆς κοινῆς λύμης ἀφαιρεθεῖεν. ἐλέγετο δὲ μεμῖσθαι Ἀναστασίῳ, ὅπερ γε ζητοῦντι χρήματα 2 τὴν ἐπισκοπὴν ἐγχειρισθέντι, οὐχ' εἵλετο δοῦναι. 3 προσεφέρετο δὲ καὶ ἕτερα ἄττα καθ' αὐτοῦ, οἷα τῶν βασιλικῶν οἴμαι βουληθέντων θεραπεῦσαι σκοπόν.

PORRO Juſtinus Anaſtaſium quoque ex Antiochena ſede ejecit: objiciens ei, tum quod ſacram pecuniam in ſuperfluos ac minime neceſſarios uſus profudiſſet, tum quod ipſi conviciatus eſſet. Nam cum interrogatus fuiſſet Anaſtaſius, cur adeo profuſe ſacram pecuniam dilapidaret, diſerte reſponderat, ne à Juſtino, communi peſte ac pernicie generis humani diriperetur. Dicebatur autem Juſtinus idcirco infenſus fuiſſe Anaſtaſio, quod cum pecuniam ab eo ad Epiſcopatum promoto poſtulaviſſet, Anaſtaſius eam dare noluerat. Objiciebantur præterea eidem Anaſtaſio alia quædam, nonnullis Imperatoris propoſito ac voluntati gratificari ſtudentibus.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Περὶ προσώπου ἢ συλλαβὰς] Prima vox, προσώπου ſcilicet, poſita eſt ob hæreſim Neſtorii, qui in Chriſto duas perſonas aſſerebat, alteram hominis, alteram Verbi. Vox autem συλλαβὰς, adjecta eſt propter Eutychianos & Acephalos, qui Chriſtum ex duabus quidem naturis conſtare dicebant ante unitionem; poſt unitionem vero, unicam in eo naturam eſſe dicebant. Contra vero Catholici, Chriſtum in duabus naturis adorabant. Syllabæ igitur illæ ſunt ἐν, & ἐκ. Quæ licet diverſæ ſint, tamen ſi recte intelligantur, ad unam eandemque fidem ac ſententiam ambæ collineant, ut ſubjicit Juſtinus. Vide Evagrium ſupra in libro primo cap. 1. Cæterum hoc edictum à Juſtino juniore promulgatum eſt anno Imperii primo, Chriſti videlicet 566. ut notat Baronius: quo quidem edicto, nihil prorſus Eccleſiæ Catholicæ contulit Juſtinus: ſed ſolam orthodoxam fidem expoſuiſſe contentus, de Neſtoriano, & Eutychiano dogmate diſputationes in poſterum prohibuit, unumquemque pro arbitrio ſuo de his rebus ſentire permittens. Ex hoc itaque edicto nullam utilitatem conſecutam eſſe recte ſcribit Evagrius. Male igitur Joannes Biclarienſis in Chronico, de Juſtino juniore ita ſcribit: *Qui Juſtinus anno primo regni ſui ea quæ contra Synodum Chalcedonenſem fuerant commentata deſtruxit. Symbolumque ſanctorum Eccleſiæ Patrum Conſtantinopoli congregatorum, & in Synodo Chalcedonenſi laudabiliter receptum, in omni Eccleſia Catholica à populo concinendum intromiſit, priuſquam Dominica dicatur oratio.* Juſtino juniori ea tribuit Biclarienſis, quæ ſeniori Juſtino potius conveniebant.*

2 Τὴν ἐπισκοπὴν ἐγχειρισθέντι] Hæc verba cum non intelligeret Nicephorus, prætermiſit, ut videre eſt in capite 36. ſic enim hunc Evagrii locum expreſſit. πιφήμισε δὲ μωίσαι τὸν Ἰωάννην ἐκεῖνος, ὅπερ ζητοῦντι χρήματα οὐ προήρητο δοῦναι. Sed facile erat locum Evagrii emendare in hunc modum. ὅπερ γε ζητοῦντι χρήματα τὴν ἐπισκοπὴν ἐγχειρισθεὶς ἐχ εἵλετο δοῦναι. Atque ita legiſſe videntur Chriſtophorſonus & Muſculus. Sic enim vertit Muſculus: *Dicitur autem Anaſtaſio ſuccenſuiſſe, quod cum pecuniam pro Epiſcopatus collatione exigeret, dare illam noluerit.* Vetus igitur hæc odii cauſa erat adverſus Anaſtaſium, priuſquam Juſtinus ad Imperium perveniſſet. Quare Evagrius utitur verbo μωίσαι, quod vetuſtam iram atque abſtruſam ſignificat. Certe Anaſtaſius, ſuperſtite adhuc Juſtiniano, Antiochenſis Epiſcopus fuerat deſignatus. Solebant autem potentiores aulici, & qui plurimum apud Imperatorem poterant, pecunias à Patriarchis deſignatis exigere, ut exemplo Chryſaphii Eunuchi probari poteſt, qui pecunias à Flaviano Conſtantinopoleos Epiſcopo flagitavit, ut ſupra retulit Evagrius. Quod tamen poſtea vetitum fuit Novellis Conſtitutionibus Juſtiniani.

3 Προσεφέρετο δὲ καὶ ἕτερα] Aliam certe cauſam affert Theophanes in Chronico ob quam Anaſtaſius Sinaita ex Antiochena ſede depulſus eſt. Sed quoniam Interpretes

VARIORUM.

* Valeſius autumat, Biclarienſem Juſtino Juniori ea tribuere, quæ Seniori potius conveniebant: hic enim Concilii Chalcedonenſis acerrimus defenſor fuit. Verum Em. Card. Noriſius in Diſſert. de Synodo quinta, cap. 9. parag. 2. ea Biclarienſis verba referens, recte obſervat, Juſtinum, cum videret ob Tria Capitula proſcripta Africam atque Occidentales Provincias diſſenſionibus laceratas, Edictum illud Fidei publicaſſe, in quo nullius Synodi mentionem faciens, quæ credenda cuique eſſent propoſuit; ſed Tria Capitula non ſolum non nominaſſe, ſed inter Dogmata adiaphora numerandam eſſe quæſtionem de Tribus Capitulis viſum eſſe innuere in fine Edicti, dum ait, ſe illa credenda propoſuiſſe, ut *deinceps nemo ullo prætextu propter perſonas, aut Syllabas rixetur.* Quibus *Theodori* perſonam, itemque ſcripta *Theodoriti*, atquæ *Ibæ* forte intellexit, nec non quæſtionem nuperrime exortam de corpore Chriſti corruptibili vel incorruptibili; una enim Syllaba Romani Imperii Antiſtites nobiliſſimos in exilium, procul à ſuis Sedibus deportaverat. *Ant. Pagi ad ann.* 566. *n.* 2.

SÆC. VI.

CAPUT VI.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Quomodo post Anastasium Gregorius Episcopus factus sit, & de moribus illius.

Ὡς μὲν Ἀναστάσιον Γρηγόριος ἐπίσκοπος γένοιτο, καὶ περὶ τοῦ τρόπου αὐτοῦ.

POST Anastasium vero, ad Episcopalem sedem evectus est Gregorius, cujus gloria, ut cum Poëtis loquar, longe lateque diffusa est. Hic ab ineunte ætate in palæstra Monastica exercitatus, adeo fortiter & constanti animo decertaverat, ut brevi, in prima adhuc lanugine constitutus, ad summos gradus pervenerit, & Monasterio Byzantiorum præfuerit, in quo Monasticum vivendi genus primum amplexus fuerat. Postea vero Justini jussu, Monachis etiam Sinæ montis præfectus fuit. Quo in loco obsessus ab Arabibus quos Scenitas vocant, in gravissima incidit pericula. Nihilominus tamen cum altissimam pacem ei loco conciliasset, illinc ad Pontificatum evocatus est. Fuit porro & consilio & virtute & reliquis in rebus, omnium mortalium præstantissimus, admirabilis industriæ ad perficienda ea quæ animo proposuerat, adversus metum invictus: nec adduci unquam poterat ut cederet, aut sæcularem potentiam reformidaret. In eroganda autem pecunia adeo magnificus fuit, liberaliter ac prolixe eam in omnes effundens, ut quoties in publicum prodibat, ingens hominum multitudo, præter eos qui comitari consueverant, eum sectaretur; & quotquot eum procedentem aut viderant aut audierant, ipsi quoque confluerent. Et honor qui summis hujus sæculi potestatibus defertur, inferior erat honore illo qui huic viro exhibebatur, cum homines plerumque sua sponte eum videre, aut lo-

Gregorii laudes.

ΜΕΤ' αὐτὸν δὲ πρὸς τὸν ἱερατικὸν ἄνεισι θρόνον Γρηγόριος, οὗ κλέος εὐρὺ κατὰ τὴν ποίησιν· ἐκ πρώτης ἡλικίας τοῖς μοναδικοῖς ἀναπαυσάμενος σκάμμασιν· οὕτω δὲ γεννικῶς καὶ καρτερικῶς ἀγωνισάμενος, ὡς τάχιστα ἐκ πρώτων ἰούλων πρὸς τοὺς ἀνωτάτω βαθμοὺς ἐλάσαι· ἡγήσασθαι δὲ τῆς τῶν Βυζαντίων μονῆς ἔνθα τὸν ἄσκηθον εἵλετο βίον· κελθίσμασι δὲ Ἰουστίνου καὶ τοῦ Σινᾶ ὄρους, ἐν ᾧ μεγίστοις ἐμπέπτωκε κινδύνοις, πολιορκίαι ὑποστὰς ὑπὸ τῶν σκηνιτῶν Ἀράβων· εἰρηνεύσας δ' οὖν αὐτῷ ὅμως μέγιστα τῷ τόπῳ καταπραξάμενος, ἐκεῖθεν πρὸς τὴν χειροτονίαν ἐκλήθη. ἦν δὲ γνώμῃ καὶ χρεττὶ ψυχῆς, πάντα ἐν πᾶσι κράτιστος, καὶ ἐς ὅπη ὁρμήσαιεν, ἐξεργαστικώτατος· δέει τε ἄτρωτος, καὶ πρὸς τὸ ὑπείκειν ἢ κατεπηκέναι δυναστείας, ἀληπτότατος. οὕτω δὲ μεγαλοπρεπὴς τὰς ὑποδύσεις τῶν χρημάτων ἐποιεῖτο, ἐλευθερίοις τε καὶ ἀφειδέσιν εἰς ἅπαντα χρώμενος, ὥστε ὅτε πρωΐοι, παμπληθὴς αὐτῷ καὶ τῶν εἰωθότων ἅτερ ἐπικολούθουν· καὶ ὅσοι ὁρῶεν ἢ πυθάνοιντο προσιόντα, συνέρρεον· καὶ ἦν τάγε εἰς τὴν τοσαύτην ἀρχήν, δεύτερα τῆς εἰς τὸν ἄνδρα τιμῆς, ἐθελουσίων τὰ πολλὰ ὁρᾶν τε ἐκ τοῦ συνεσ-

1

2

3

4

5

VALESII ANNOTATIONES.

sensum Theophanis minime assecuti sunt, verba ejus hic apponam. τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει ἀναστάσιος ὁ ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας ὁ μέγας, καθαψάμενος ἐν ταῖς ἀντιγράφοις τῶν συνοδικῶν Ἰωάννου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως τοῦ χειροτονήσαντος Ἰωάννην τὸν Ἀλεξανδρείας, καὶ τούτου χειροτονηθέντος, ἐξεβλήθη τῆς ἰδίας ἐπισκοπῆς καθ' ἁρπαγὴν Ἰεσίνου. Id est, ut interpretor: *Eodem anno magnus Anastasius Episcopus Antiochiæ, cum in responsione sua ad Synodicas epistolas reprehendisset Joannem Constantinopolitanum, qui Joannem Alexandriæ Episcopum ordinaverat, & eum qui ab illo fuerat ordinatus simul perstrinxisset, pulsus est è suo Episcopatu ob indignationem Justini.* Lego igitur in Theophane καὶ τοῦ χειροτονηθέντος, quæ certissima est emendatio. Joannes Alexandrinus Episcopus ordinatus fuerat Constantinopoli à Joanne Scholastico, anno 5. Imperii Justini, Christi vero 570. ut scribit etiam Baronius. Qui post ordinationem suam, cum Synodicas literas ad Anastasium Antiochenum Episcopum scripsisset ex more, Anastasius literis illis respondens, Ordinatorem ejus Joannem graviter reprehenderat: quippe qui in locum viventis Eutychii contra regulas Ecclesiasticas intrusus fuisset. Simul etiam reprehenderat eum qui ab illo ordinatus, Ordinatoris sui vitium ac labem in se pertraxerat. Ea re offensus Justinus Imperator, qui Joannem Scholasticum diligebat, à quo videlicet fuerat coronatus, Anastasium è sede sua dejecit. Interpres Latinus Theophanis existimavit, eas Synodicas literas quibus Anastasius responderat, scriptas fuisse à Joanne Episcopo Constantinopolitano: quod tamen falsum est. Scriptæ enim erant à Ioanne Alexandrino in exordio Episcopatus. Itaque post vocem συνοδικῶν apponenda est subdistinctio, ut fecit Anastasius Bibliothecarius. Ceterum hanc Anastasii depositionem Baronius refert anno Christi 573, qui est octavus Imperii Justini. Malim tamen cum Theophane eam conferre in annum quintum aut sextum ejusdem Justini, cum paulo post ordinationem Joannis Alexandrini contigerit, quæ facta est anno Christi 570. ut Baronius ipse testatur. *

1 Οὗ κλέος εὐρὺ κατὰ τὴν ποίησιν] Pessime hunc locum interpretati sunt Musculus & Christophorsonus, quasi his verbis indicare voluisset Evagrius, Gregorium Antiochensem Episcopum poetica laude inclaruisse. Sed rectius Joannes Langus hæc verba ita vertit, *Cujus lata est gloria, ut Poetæ verbis utar.*

2 Τῆς τῶν βυζαντίων μονῆς] Joannes Langus hæc verba interpretatur hoc modo, *Primum vero Byzantii monasterio præfuit.* Evagrius tamen non dicit Gregorium monachum vel Abbatem fuisse Byzantii, sed Abbatem fuisse monasterii Byzantiorum. Videtur autem monasterium istud fuisse in Syria, in quo Gregorius adhuc adolescens monasticæ vitæ rudimenta perceperat. Theophanes in Chronico pagina 206. ait Gregorium fuisse Apocrisarium Monasterii Byzantiorum, id est procuratorem, sive actorem.

3 Πάντα ἐν πᾶσι κράτιστος] Suspicor legendum hic esse πάντα τι ἐν πᾶσι κράτιστος. Sic enim loquitur Evagrius infra in cap. 19. hujus libri de Mauricio: καὶ πάντα ἐν πᾶσιν ἀκριβῆ.

4 Πυθάνοιντο προσιόντα] Mallem scribere προϊόντα. Nicephorus habet διϊόντα.

5 Καὶ ἦν τάγε εἰς τὴν τοσαύτην ἀρχὴν δεύτερα τῆς εἰς τὸν ἄνδρα τιμῆς] Hunc locum aliter legit Nicephorus. Nam pro voce τοσαύτην, habet κοσμικήν. Longe rectius meo quidem judicio. Nicephori verba Joannes Langus ita vertit: *Et honorem mundanis dignitatibus debitum, præ viri hujus observantia secundo loco habebant.*

VARIORUM.

* Pagius ad ann. Chr. 572. probat Anastasii depositionem pertinere ad ann. 570. Ceterum tam Anastasius quam Gregorius, magnæ, Sanctitatis & Doctrinæ Præsules fuere, ut vel ex iis quæ Baronius ostendit, manifestum sit.

γυς, καὶ ἀκούειν ἀβαλαλουῦτος ὑπθυμουύτων. πόθον γὰρ ἑαυτῷ πᾶσι τοῖς ὁπωσουῦν ἐντυχάνουσιν ἐνεργάσαλο ἦν ἱκανώτατος· ἰδεῖν τε ἀξιάγαστος, καὶ προσφθέγξαλο ἀβὰ χαείτων ἥδιστος, νοῆσαί τε ἐκ τῆ παυλίκα ὀξὺς, εἴ τις ἄλλος ἀνθρώπων, πρᾶξαί τε ἐς τὰ μάλιστα ὀξύτατος, καὶ βουλὴν ἄειστα βουλεῦσαι, καὶ κρῖναι τά τε οἰκεῖα, τά τε τῶν ἄλλων ἱκανώτατος· ὅθεν καὶ τοσαῦτα κατεπράξατο, μηδὲν ἐς αὔριον ἀναβαλλόμενος. καὶ ἔπληξε δὲ, ὐ μόνον τὺς Ῥωμαίων βασιλέας, ἅπασι χρώμενος· ὡς ἥτε χρεία καλοίη, καὶ καιρὸς ὑπείκοι· οὐχ' ὕστερον, ἀλλὰ καὶ τοὺς Περσῶν, ὡς ἑκάστα προσφόρως δηλώσω. ὧν δὲ αὐτὸς πολὺ μὲν τὸ σφοδρὸν, σπανιος δὲ καὶ τὸ θυμοειδές· οὐκ ὀλίγον δὲ πάλιν, ἀλλὰ καὶ μάλα εὐρύσιον τὸ πρᾷόν τε καὶ ἥμερον· ὡς ἐπ' αὐτῷ ἄειστα καταντῆσαι τὰ Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ περὶ φιλοσοφημένα, τὸ αὐστηρὸν αἰδοῖ σύγκρατον· ὡς μηδὲ ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου καταβλάπτεσθαι, ἀλλ' ἀμφότερα δι' ἀλλήλων δόκιμεῖν.

quentem de proximo audire desiderarent. Erat enim ad excitandum desiderium sui in animis eorum qui ipsum qualicumque de causa adierant, aptissimus. Quippe qui & aspectu esset admirabilis, & in colloquiis ob leporem jucundissimus: ad rem confestim intelligendam acutus, si quisquam alius; & ad agendum promptissimus; ad optimum consilium eligendum, & ad judicandum, tum de suis, tum de alienis negotiis, solertissimus. Itaque tot ac tantas res perfecit, cum nihil unquam in crastinum differret. Admirationi autem fuit non Romanorum modo, verum etiam Persarum Imperatoribus, cum in omnibus negotiis ita se gereret, ut necessitas postulabat, utque ferebat occasio, cui quidem numquam defuit, quemadmodum suis locis singillatim exponam. Erat in illo acer quidem ac vehemens impetus, atque interdum iracundia. Rursus tamen non modica, immo potius abundans animi lenitas ac mansuetudo. Adeo ut in eum optime conveniret id quod à Gregorio Theologo sapienter est dictum, Severitas verecundia temperata, sic ut neutra læderetur ab altera, sed ambæ sese invicem exornarent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Ὡς οἱ λεγόμενοι Ἀρμένιοι Πέρσαις τοῖς Χειστιανοῖς προσεχώρησαν· διόπερ ὁ πρὸς Πέρσας ἀνερράγη πόλεμος.

CAPUT VII.

Quomodo Persarmenii Romanis se se tradiderunt: unde bellum exortum est inter Romanos ac Persas.

Τοῦτον τὸν ἐπισκοπὴν πρῶτον ἔτος διέποντος, οἱ τῆς πάλαι μὲν μεγάλης Ἀρμενίας, ὕστερον δὲ Περσαρμενίας ἐπονομαζείσης, ἣ πρώην Ῥωμαίοις κατήκοος ἦν, Φιλίππου δὲ τοῦ μὴ Γορδιανὸν καταπροδόντος αὐτοῦ τῷ Σαπώρῃ, ἣ μὲν κληθεῖσα μικρὰ Ἀρμενία πρὸς Ῥωμαίων ἐκρατήθη, ἣ δέ γε λοιπὴ πᾶσα πρὸς Περσῶν· τὰ Χριστιανῶν πρεσβεύοντες, ἐπεὶ παρὰ Περσῶν κακῶς ἔπασχον, καὶ μάλιστα περὶ τοῦ οἰκείαν νόμισιν, ἐν ᾧ διαβύσσῳ ἐπρεσβεύοντο πρὸς Ἰουᾶνον, ἱκετεύοντες καλήκοοι Ῥωμαίοις γενέσθαι, ὡς ἂν ἐπ' ἀδείας δρῷεν τὰ ἐς Θεὸν γέρα, μηδενὸς αὐτοῖς ἐμποδὼν γινομένου· τῷ δὲ Ἰουᾶνῳ προσκαμόντι, καί τινων ἐν γράμμασι πρὸς τοῦ βασιλέως διομολογηθέντων, ὅρκοις τε δεινοῖς κατασφαλισθέντων, ἀποσφάττεσθαι

Huius igitur Gregorii Pontificatus anno primo, incolæ majoris Armeniæ quæ nunc Persarmenia dicitur: hæc autem regio antea quidem Romanis paruerat; sed cum Philippus successor Gordiani eam Sapori prodidisset, minor quidem Armenia penes Romanos mansit: reliqua vero omnis penes Persas: hujus igitur incolæ, fidem Christianam professi, cum à Persis graviter vexarentur, præcipue iis in rebus quæ ad religionem ipsorum pertinebant; clam Legatos ad Justinum miserunt, rogantes ut Romanorum ditioni subjicerentur, quo libere absque ullo impedimento, divini cultus cæremonias peragerent. Quam Legationem cum admisisset Justinus, & conditiones quasdam scriptis proditas approbasset, gravique jurejurando confirmasset,

VALESII ANNOTATIONES.

1 Οὐχ' ὕστερον] Hunc locum feliciter mihi videor restituisse hoc modo, ἐχ ὑστερῶν. Id est, *Quippe qui ubi tempus aut necessitas postularet, semper præsto esset.*

2 Παρὰ περσῶν κακῶς ἔπασχον] Eandem causam defectionis Armeniorum refert Theophanes Byzantius apud Photium, & Joannes Biclarienſis in Chronico. *Armeniorum,* inquit, *& Iberorum gens qui à prædicatione Apostolorum Christi fidem susceperant, dum à Chosdroe Persarum Imperatore ad culturam idolorum compellerentur, renuentes tam impiam jussionem, Romanis se cum Provinciis suis tradiderunt. Qua res Romanos inter & Persas pacis fœdera rupit.* Verum Abbas Biclarienſis in eo fallitur, quod Armeniorum defectionem retulit anno primo Justini junioris. Pax enim inter Romanos & Persas dissoluta est anno septimo Imperatoris Justini, ut scribit Theophylactus in libro tertio Historiæ cap. 9. & Theophanes, ejusque interpres Anastasius Bibliothecarius, & Cedrenus. Sed & ipse Joannes Biclarienſis in ejus rei narratione à se dissentit. Subjicit enim paulo post: *Anno quinto Justinus Imperator Armeniam & Iberiam, repulsis Persis, Romanas Provincias facit.*

3 Ὅρκοις τε δεινοῖς] De hoc jurejurando quo Justinus Imperator fidem suam obstrinxerat, se nunquam proditurum esse Persis Armenios atque Iberos qui se Romanis dedidissent, loquitur Menander Protector in excerptis legationum pag. 121. editionis Regiæ. λόγον γὰρ οὐχ' ἥκιστα ἐποιεῖτο πολὺν ὁ Καῖσαρ τῶν ὁμωμοσμένων ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ τῷ βασιλέως τοῖς περσαρμενίοις καὶ τοῖς μετηχωρήσασιν ἴβηρων. ὁμωμόκει γὰρ ὁ βασιλεὺς, &c. Quæ verba non intellexit Interpres. Primo igitur emendandum est ὑπὸ Ἰουστίνου. Deinde totus locus ita vertendus. *Etenim Tiberius Cæsar maximi merito faciebat ea Sacramenta, quæ ab Imperatore Justino præstita erant Persarmeniis & Iberis qui ad Romanos defecerant. Juraverat enim Imperator omni ope se annisurum, ut terram quæ ipsos aluerat, suæ ditionis efficeret. Quod si rem illam exequi & bello finem imponere non posset, auctores tamen defectionis eorumque propinquos, & generaliter eos qui Romanæ Reipublicæ participes esse vellent, se nunquam Persis deditorum.*

SÆC. VI.

Armenii præfectos ſuos necant.

Armenii præfectos ſuos necarunt, & univerſi Romano Imperio ſeſe adjunxerunt, una cum finitimis quos ſibi ſociaverant, tam ejuſdem gentis, quam alienigenis: duce Vardane, qui apud ipſos genere ac dignitate & rei militaris peritia eminebat. His de rebus cum Choſdroes conqueſtus eſſet, Juſtinus Legatos ejus cum hoc reſponſo dimiſit, terminatam eſſe pacem quæ inter ipſos facta fuerat, nec fieri poſſe ut Chriſtiani Chriſtianos belli tempore ad ſe confugientes rejicerent. Et hæc quidem reſpondit Juſtinus. Nec tamen ſe ad bellum gerendum paravit: ſed conſuetis deliciis immerſus, libidinibus ſuis cuncta poſtponenda eſſe ducebat.

μὴν οἱ Ἀρμένιοι τοὺς σφῶν ἄρχοντας προσθέντα 1
δὲ παντὶ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ μεθ' ὧν προσλήφεσαν πλησιοχώρων, ὁμοεθνῶν τε καὶ ἀλλοφύλων, Οὐαρδάνης προὔχοντος παρ' αὐτοῖς γένει τε καὶ ἀξιώσει, καὶ τῇ περὶ τὰς πολέμους ἐμπειρίᾳ. ἐπεὶ καλοῦντα τοίνυν περὶ τούτων Χοσρόην, Ἰουστῖνος ἀπεπέμπετο, λέγων [a] πεπεῖσθαι τὰ τῆς εἰρήνης, καὶ μὴ a
οἷόν τε εἶναι Χριστιανοὺς ἀπορρίψαι, ἐν καιρῷ πολέμου Χριστιανοῖς προσρύεντας. καὶ ταῦτα μὲν ἀπεκρίνατο· ὁ μὲν ἐς πόλεμον παρεσκευάζετο· ἀλλὰ τῇ σωμάτων τρυφῇ ἐνεδίδετο, πάντα δεύτερα τῶν οἰκείων ἡδονῶν τιθέμενος.

CAPUT VIII.

De Marciano Magiſtro militum, & de Niſibis obſidione.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Περὶ Μαρκιανοῦ στρατηγοῦ, καὶ τῆς πολιορκίας Νισίβεως.

PORRO Magiſtrum Orientalis militiæ miſit Marcianum quemdam, genere ſibi conjunctum, nec juſtum exercitum, nec reliquum belli apparatum ei ſufficientem tradens. Hic ad manifeſtiſſimum diſcrimen & ad ſubverſionem omnium rerum in Meſopotamiam venit, perpaucos milites, eoſque inermes ſecum trahens. Habebat etiam foſſores quoſdam ac bubulcos, quos Provincialibus eripuerat. Levi itaque prælio circa Niſibim conſerto, cum ipſi etiam Perſæ nondum ad bellum ſatis inſtructi eſſent, ſuperior evaſit: ſtatimque urbem obſidione cinxit: Perſis interim ne portas quidem occludere dignantibus, ſed cum ſummo dedecore & contumelia illudentibus exercitui Romano. Et alia quidem multa tunc viſa ſunt prodigia, quibus mala quæ eventura erant indicabantur. Nos tamen initio belli, vitulum vidimus recens natum, ex cujus cervice capita duo prominebant.

Στρατηγὸν δὲ τῶν ἑῴων ἐκπέμπει Μαρ- 2
κιανὸν συγγενῆ αὐτῷ καθεζῶτα, οὔτε στρατείαν ἀξιόμαχον δοὺς, οὔτε τἄλλα τὰ ἐς τὸν πόλεμον παρασκευήν. ὃς ἐπὶ προὔπτῳ κινδύνῳ καὶ ἐπ' ἀνατροπῇ τῶν ὅλων, τὰ μέσα καταλείπει τῶν ποταμῶν, ὀλίγους κομιδῇ στρατώτας, καὶ τούτους ἀνόπλους ὑπασυρόμενος, ἔχων καί τινας [3] σκαπανέας καὶ βοηλάτας [4] ἐκ τῶν συν- 3 4
τελῶν ἀφῃρημένους. συμπλέκεται μὲν οὖν ὀλίγα πρὸς Πέρσας περὶ τὰ Νίσιβιν, οὔπω οὐδὲ τῶν Περσῶν παρεσκευασμένων. καὶ τὸ πλέον ἐχθρὸς παρακάθηται τὰ πόλιν, οὐκ ἀξιωσάντων τῶν Περσῶν ἀποκλεῖσαι τὰς πύλας, ὑβριζόντων δὲ μάλα αἰσχρῶς ἐς τὸ Ῥωμαίων στράτευμα. τερατία δὲ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ὤφθη, τὰ ἐσόμενα δυχερῆ μηνύοντα. καὶ βοῦν δὲ ἀρτιγενῆ ἐθεασάμεθα καταρχὰς τοῦ πολέμου, ᾧ δύο κεφαλαὶ ἐκ τοῦ αὐχένος ἐπηώρηντο.

VALESII ANNOTATIONES.

1 *Τοὺς σφῶν ἄρχοντας*] Surenam ſcilicet. Hic enim κλιμακιαρχὴς ſeu Rector Armeniæ præpoſitus erat à Rege Perſarum; quo interfecto, Perſarmenii ſe Romanis dediderunt, ut ſcribit Theophylactus in libro tertio capite 9. & Theophanes Byzantius in excerptis apud Photium. Menander denique in excerptis legationum pag. 115.

2 *Μαρκιανὸν*] Hunc Martinum vocat Theophanes in Chronico, ejuſque interpres Anaſtaſius Bibliothecarius. Sed Theophanes Byſantius, cujus excerpta leguntur in Bibliotheca Photii, Marcianum eum vocat, Juſtini Imperatoris ἐξάδελφον, id eſt conſobrinum: Et à Juſtino Magiſtrum militum in Orientem miſſum eſſe dicit anno Imperii ejus octavo.

3 *Σκαπανέας καὶ βοηλατέας*] Ex Manuſcripto codice Florentino & Telleriano emendavi βοηλάτας, quemadmodum etiam legit Nicephorus. Verum Nicephorus vocem hoc loco interſerit. Sic enim habet: τοὺς δὲ σκαπανεῖς καὶ ῥαφεῖς καὶ βοηλάτας: Id eſt, ut vertit Langus, *foſſores, ſartores, & boum actores.* Quam vocem Nicephorus legiſſe videtur in ſuo codice. Neque enim video unde illam haurire potuerit. Porro ſartorum uſus fuit in caſtris, ad veſtem militarem ſarciendam, aut ad pelles tabernaculorum conſuendas.

4 *Ἐκ τῶν συντελῶν ἀφῃρημένους*] Male hunc locum verterunt Interpretes. Nam Muſculus quidem ita vertit: *Et foſſores quoſdam ac bubulcos ex municipiis acceptos ſecum habens.* Chriſtophorſonus vero ſic interpretatur: *Inter quos habuit foſſores & bubulcos ex numero vectigalium exemptos.* Ignorarunt ſcilicet quid ſignificaret vocabulum συντελεῖν. Uſus eſt ea voce Evagrius ſupra in libro 3: cap. 42. ad quem locum obſervavi, eo vocabulo ſignificari provinciales tributarios, qui etiam collatores dicuntur in codice. Ab iis igitur foſſores & bubulcos, & ſartores per vim abſtraxerat Martinus Magiſter militum, ut eorum opera in exercitu ſuo uteretur: neque enim in numero militum eos habuit, ut ſenſiſſe videtur Chriſtophorſonus.

VARIORUM.

a *Πεπεῖσθαι τὰ τῆς εἰρήνης*] Juſtam fuiſſe Perſarmeniorum à Choſdroe defectionem, dum ad culturam Idolorum compellerentur, docent pacta anno Chr. 561, Juſtinianum inter ac Choſdroem conventa, in quibus nominatim de Religione Chriſtiana non violanda cautum fuerat, ut Pagius eo anno oſtendit, n. 9. &c. juxta quem Legatio hæc Choſdrois ad Juſtinum peracta eſt anno 571.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ὡς ὁ Χοσρόης Ἀδδαρμάνῃν στρατηγὸν κατ' Ῥωμαίων ἐξαποστείλας, πολλὰ κακὰ τούτοις διαθέντα, ἐς Νίσιβιν αὐτὸς ἀπῆλθεν.

Ὁ δὲ Χοσρόης, ἐπεὶ αὐτάρκως αὐτῷ τὰ ἐς τὸν πόλεμον ἐξηυτρέπιστο, Ἀδαρμάνῃν μὲν διαπορθήσας μέχει τινος, καὶ τὸν Εὐφράτην ἀνὰ τὴν σφετέραν γῆν διαβιβάσας, ἐς τὴν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν ἠφίει διὰ τοῦ καλουμένου Κιρκησίου. τὸ δὲ [a] Κιρκήσιόν ἐστι πόλισμα Ῥωμαίοις ὀπιωαιρότατον, ἐς ταῖς ἐσχατιαῖς τοῦ πολιτεύματος κείμενον· ὅθεν ὀχυρὸν ἅμα τὰ τείχη ποιεῖ, ἐς ἄπειρον ὕψος ἐπαιρόμενα· ἀλλὰ καὶ Εὐφράτης καὶ Ἀβόρας οἱ ποταμοὶ κυκλοῦντες, καὶ ὥσπερ ἀπονησσοῦντες τὴν πόλιν. αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν τὸν Τίγρητα διαβὰς ποταμὸν, ἐπὶ Νισίβεως τὴν ἔλασιν ἐποιεῖτο. ταῦτα δὲ γιγνόμενα, μέχει πολλοῦ τοὺς Ῥωμαίους ἐλάνθανεν· ὥστε Ἰουστῖνον φήμην πεισθόμενον, λεγούσῃ Χοσρόῃ ἢ τεθνάναι, ἢ τοῖς αὐταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς εἶναι, ἀχάλειν ἐπὶ τῇ δηθεν βραδυτῆτι τῆς πολιορκίας τῆς Νισίβεως, πέμψαι τε τοὺς ἐπείξοντας τὸν Μαρκιανὸν, καὶ τὰς κλεῖς τῶν πυλῶν ὡς τάχιστα οἴσοντας. ὡς δὲ οὐδαμῶς τὸ πρᾶγμα τοιοῦτον ἦν, ἀλλὰ καὶ πολλοῦ ἄξιον ἦν τῷ αἰσχύνῃ, τὰ ἀμήχανα ζητῶν ἐπὶ τοιαύτῃ καὶ τοσαύτῃ πόλει καὶ οὕτως ἐξουθενημένῳ στρατῷ, ἀγγέλλεται πρῶτον Γρηγορίῳ τῷ Θεουπόλεως ἐπισκόπῳ. ὁ γὰρ τῆς Νισίβεως ἐπίσκοπος, Φίλος ἐς τὰ μάλιστα Γρηγορίῳ καταστὰς, μεγάλοις δώροις παρ' αὐτοῦ δεξιωθεὶς, ἄλλως τε δὲ καὶ δυσχεραίνων τὴν Περσῶν παροινίαν τὴν ἐς Χεισιανοὺς γιγνομένην, εἰ καὶ πάντοθεν παρ' αὐτῶν ἐπεπόνθεσαν, καὶ Ῥωμαίων κατήκοον τὴν οἰκείαν πόλιν ἱμειρόμενος εἶναι, πάντων τῶν ἐν τῇ ὑποφορίᾳ γιγνομένων τὴν γνῶσιν Γρηγορίῳ παρείχετο, ἅπαντα κατὰ καιρὸν παιδεύων· ἅτε παραυτίκα ἐπὶ Ἰουστῖνον ἀνέφερε, τὴν ἔφοδον τοῦ Χοσρόου τὴν ταχίστην μηνύων. ὁ δὲ, περὶ τὰς συνήθεις ἡδονὰς ἐγκαλινδούμενος, τοῖς μὲ γεγραμμένοις προσεῖχεν οὐδέν· οὔτε δὲ πιστεύειν ἤθελεν, οἰόμενος ὅθεν ἐβάλετο. ἔπεται γὰρ τοῖς ἐκδεδιηλημένοις τῶν ἀνθρώπων, τό, τε ἀγενὲς καὶ θρασὺ πρὸς τὰς ἐκβάσεις· τὸ δὲ ἄπιστον εἴ τι τύχοιεν ἀντικρὺ τῶν θελήσεων αὐτῶν φερόμενον. γράφει μὲν οὖν αὐτῷ, ταῦτα τέλεον ἀποδιοπομπούμενος, ὡς οὐκ ἀληθῆ παντάπασιν ὄντα· εἰ

CAPUT IX.

Quomodo Choſdroes, cum Adaarmanem ducem contra Romanos miſiſſet, qui illos magnis cladibus affecit: ipſe Niſibim perrexit.

CHOSDROES vero, poſteaquam omnia quæ ad bellum erant neceſſaria abunde præparaſſet, ad certum uſque locum progreſſus, Euphrate in regione ſua trajecto, Adaarmanem quidem in Romanorum fines per Circeſium emiſit. Eſt autem Circeſium oppidum commodiſſimum Romanis, in extremis Imperii finibus ſitum. Quod non muri ſolum in ſummam altitudinem erecti, verum etiam Euphrates & Abora fluvii munitiſſimum reddunt, totam urbem undique cingentes, ac veluti inſulam efficientes. Ipſe vero cum copiis ſuis Tigrim fluvium tranſgreſſus, Niſibim contendit. Hæc dum fierent, diu tamen Romanos latuerunt: adeo ut Juſtinus famæ nimium credens, quæ Choſdroem aut jam mortuum eſſe, aut certe extremum ſpiritum ducere nuntiabat, ægre ferret quod obſidio Niſibis tamdiu protraheretur: & quoſdam mitteret qui Marcianum urgerent, & qui claves portarum ad ſe confeſtim afferrent. Sed cum res nullatenus procederet, immo potius maximum ipſe dedecus ac probrum referret, quippe qui ea quæ fieri non poterant tentaret adverſus tantam urbem cum exercitu tam vili atque abjecto; nuntius primum perlatus eſt ad Gregorium Epiſcopum Antiochiæ. Nam cum Epiſcopus Niſibis ei eſſet amiciſſimus, ut pote qui maximis muneribus ab illo affectus fuiſſet, & alioqui contumeliam Perſarum erga Chriſtianos, quam perpetuo paſſi fuerant Chriſtiani, moleſto animo ferret, cuperetque, urbs ut ſua in ditionem Romanorum veniret: quæcumque in hoſtico fiebant, ad Gregorii notitiam perferenda curabat, cuncta ſuo tempore ſignificans. Quæ quidem Gregorius continuo retulit ad Juſtinum, celerrimam Choſdrois irruptionem nuntians. At Juſtinus, cum in conſuetis voluptatibus aſſidue volutaretur, Gregorii literas deſpexit, neque iis fidem habere voluit, id tantum ſibi perſuadens quod ipſe cupiebat. Etenim hominibus diſſolutis uſu venire ſolet, ut & ignavi ſint, & præfidenti animo adverſus rerum eventus: Et ſi quid contra voluntatem ipſorum acciderit, minime credant. Scripſit igitur Gregorio, ea quæ ab illo nuntiata fuerant, penitus rejiciens ac repudians tanquam falſa: aut ſi vera

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τό τε ἀχαλὲς] In Nicephoro ſcribitur ἀχαλὲς per duplex λ. Sic paulo ante, ubi legitur ἀχάλειν, idem Nicephorus ſcriptum habet ἀχάλλειν, quod eſt uſitatius. Poteſt tamen id verbum efferri cum ſimplici λ. ut docet Heſychius.

VARIORUM.

a Κιρκήσιον] Oppidum Meſopotamiæ à Diocletiano conditum, & à Juſtiniano reſtauratum: Circeium Capitolino, Circuſium Ammiano, Conſtantina quibuſdam: ſedet ad Euphratem fluvium, ubi recipit Chaboram, infra Tapſacum è regione Arabiæ deſertæ; in eo ineſt Tumulus Gordiani Imp. *Baudrand.*

δὲ

Sæc. VI.

esſent, Perſas tamen expugnationem urbis haudquaquam præventuros eſſe: vel ſi eam præveniſſent, gravi clade accepta inde abſceſſuros. Simul Acacium quemdam, hominem ſceleratum & contumelioſum, ad Marcianum mittit, dans ei in mandatis, ut etiamſi Marcianus alterum jam pedem in civitatem intuliſſet, ei nihilominus poteſtatem abrogaret. Quod quidem ille ſedulo perfecit, non ex Reipublicæ utilitate obſecutus Imperatoris mandato. Nam cum ad caſtra Romanorum veniſſet, Marcianum in hoſtico dignitate exuit, cum nihil ea de re militibus renuntiaſſet. Centuriones vero & ordinum ductores, poſtquam peractis vigiliis ducem ſuum exauctoratum eſſe didicerunt, non amplius proceſſerunt in publicum: ſed dilapſi hac illac fugere cœperunt, ridiculam illam obſidionem relinquentes. Interim Adaarmanes, qui Perſarum & Scenitarum Arabum ingentem habebat exercitum, Circeſium prætergreſſus, Romanorum ditionem incendio ac ferro & omni vaſtationis genere populatus eſt, nihil mediocre animo deſignans aut gerens. Caſtella etiam cepit & vicos quam plurimos, nemine reſiſtente: primum quidem quia nullus tunc erat dux Romanorum. Deinde eo quod militibus Romanis à Choſdroe intra oppidum Daras concluſis, pabulationes & incurſiones abſque impedimento fiebant. Adortus eſt etiam urbem Antiochiam per milites ſuos. Neque enim ipſe illuc perrexit: Qui tamen præter omnium ſpem atque expectationem inde repulſi ſunt, cum nemo præter admodum paucos in urbe remanſiſſet, & Epiſcopus ipſe aufugiſſet, & ſacros theſauros ſecum abſportaſſet, propterea quod & muri maxima pars interciderat, & populus rerum novarum cupiditate flagrans, ſeditionem excitaverat: quemadmodum ejuſmodi præſertim temporibus fieri ſolet. Sed & ipſi ſeditioſi, arrepta fuga, urbem vacuam reliquerant, cum nihil omnino excogitatum eſſet, aut ad feriendum hoſtem, aut ad propulſandum.

Marcianus dignitate exutus.

Adaarmanes Romanos invadit.

CAPUT X.

De expugnatione Apameæ & Daras.

Hoc igitur conatu fruſtratus Adaarmanes, poſt incenſam urbem quæ olim quidem Heraclea, poſtea vero Gagalice nuncupata eſt, Apamiam occupavit, olim à Seleuco Nicatore conditam: quæ antea quidem opibus & incolarum multitudine abundarat: progreſſu autem temporis magnopere

δέ γε καὶ ἀληθῆ, ὡς οὐ Φθησομβίων Περσῶν τὴν πολιορκίαν· εἰ δὲ καὶ Φθαῖεν, κακῶς ἀπαλλαξάντων. Ἐκπέμπει δὲ Ἀκάκιον, ἀταθαλόν τινα καὶ ὑβριστὴν τῷ Μαρκιανὸν, ἐγκελευσάμενος ᾧ εἰ θάτερον τοῖν ποδοῖν ὁ Μαρκιανὸς Φθαίη τῇ πόλει πέμψας, ἀφαιρῆσαί γε αὐτὸν τῆς ἀρχῆς. ὃ καὶ πέπραχεν ἀκριβῶς, οὐ πρὸς τὸ συμφέρον τοῖς τοῦ βασιλέως κελεύμασι ἀκολουθήσαντα. γενόμενος γὰρ πρὸς τὸ στρατόπεδον, Μαρκιανὸν μὲν ἐν τῇ ὑποφορίᾳ παύει τῆς ἀρχῆς, οὐδὲν τῷ στρατῷ ἀφελείας. οἱ δὲ λοχαγοὶ καὶ ταξιάρχαι, ὡς ἀπαυκτερεύσαντες ἐξέμαθον παυθῆναι τὸν στρατηγὸν, πρόσω μὲν οὐ παρῆσαν τὸ πλῆθος· ὑποχωρήσαντες δὲ φεύγουσι σποράδες, τὴν καταγέλαστον πολιορκίαν λύσαντες. ὁ μὲν οὖν Ἀδααρμάνης ἔχων ἀξιόλογον στρατὸν Περσῶν τε καὶ τῶν Σκηνιτῶν Βαρβάρων, ἐπεὶ τὸ Κιρκήσιον παρῆμειψε, παντοίως τοῖς Ῥωμαίων ἐλυμήνατο πράγμασιν, ἐμπιπρὰς, ἀποκτείνυς, οὐδὲν μέτριον ἐννοῶν ἢ πράττων· αἱρεῖ τε φρούρια καὶ κώμας πολλὰς, οὐδενὸς ἀνθιστατοῦντος· πρῶτα μὲν ὅτι γε ἦρχεν οὐδείς, εἶθ' ὅτι καὶ τῶν στρατιωτῶν πρὸς τοῦ Χοσρόου κατὰ τὸ [a] Δάρας συναποκλεισθέντων, ἐπ' ἀδείας αἵ τε νομαὶ καὶ αἱ ἔφοδοι ἐγίγνοντο. ἔπεισι δὲ καὶ τῇ Θεουπολιτῶν ἀπὸ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἀφίκετο· οἳ καὶ πᾶσαν ἐλπίδα ἀπεκρούσθησαν, μηδενὸς συναπομείναντος τῇ πόλει, ἢ λίαν κομιδῇ ὀλιγίστων, καὶ τοῦ ἱερέως πεφυγότος καὶ τὰ ἱερὰ ὑπεξαγαγόντος κειμήλια, διότι καὶ τὰ πολλὰ τοῦ τείχους διερρύη, καὶ ὁ δῆμος ἐπανέστη, νεωτέρων πραγμάτων ἄρξαι θέλων, οἷα φιλεῖ γίνεσθαι, καὶ μάλιστα περὶ τοὺς τοιούτους καιρούς· οἳ καὶ αὐτοὶ πεφυγότες, ἐρήμῃ τῇ πόλει καταλελοίπασιν, οὐδενὸς ὅλως ἐπινοηθέντος εἰς ἐπιτέχνησιν, ἢ ἀντεπιχείρησιν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Περὶ τῆς ἁλώσεως Ἀπαμείας, καὶ τοῦ Δάρας.

Ὡς δ' οὖν ἡ πεῖρα ταύτης διήμαρτεν [2] Ἀδααρμάνης, ἐμπρήσας τὴν πάλαι μὲν Ἡράκλειαν, ὕστερον δὲ Γαγαλικὴν ὀνομασθεῖσαν, Ἀπάμειαν κατείληφε, πρὸς [3] Σελεύκου τοῦ Νικάνορος συνοικισθεῖσαν, πάλαι μὲν εὐδαίμονα καὶ πολυάνθρωπον, τῷ χρόνῳ δὲ τὰ πολλὰ διαῤῥυεῖσαν.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Οὐ παρῆσαν τὸ πλῆθος] Scribendum puto παρῆσαν ἐς τὸ πλῆθος. Atque ita legiſſe videtur Muſculus. Sic enim vertit: *Exercitui porro adeſſe nolunt.* Chriſtophorſonus vero ita vertit: *Copias non ulterius ducunt.* Sed Græca eum ſenſum ferre non poſſunt.

2 Ἀδααρμάνης] Varie hoc nomen ſcriptum reperitur apud veteres Authores. Apud Theophanem in Chronico Ἀρπαβάνης dicitur, & Ἀρδαμάνης in MS. codice Palatino. Anaſtaſius autem Bibliothecarius Adermanum Ducem vocat. In Nicephoro ſcribitur Οὐαδααρμάνης. Apud Theophanem Byzantium Βαρραμάνης. In cap. 13. infra dicitur Ἀρδαρμάνης. Theophylactus in lib. 3. Adormaanem vocat.

3 Σελεύκου τοῦ Νικάνορος] Scribendum eſt procul dubio Νικάτορος. Seleucus enim primus Syriæ Rex, ob illuſtres victorias Νικάτωρ cognominatus eſt, ut ex nummis veteribus diſcimus, qui id cognomentum ei adſcribunt.

VARIORUM.

a Δάρας] Urbs Epiſcopalis Meſopotamiæ, in limite Perſiæ, ab Anaſtaſio Imp. ex vico urbs facta, & Anaſtaſiopolis etiam dicta, Niſibi vicina. *Baudrand.* Capta eſt hæc urbs à Perſis anno 574.

ὃς ἐπί

ὃς ἐπί τισι συμβάσεσι τὴν πόλιν παρειλημφὼς, ἐπεὶ μηδὲ ἀντισῆναι οἷόί τε καθεστήκεισαν, τοῦ τείχους ὑπὸ γήρως ἐπὶ γῆς κειμένου, πᾶσαν ἐμπρήσας καὶ πάντα λῃσάμενος τὰ συγκείμενα, ἀπιὼν ᾤχετο, ἐξανδραποδίσας τὴν πόλιν, καὶ τὰ προστυχόντα χρεία. μεθ' ὧν καὶ τὸν ἱερέα τῆς πόλεως, καὶ τὸν τὴν ἀρχὴν ἐπιτροπεύοντα ζωγείας ἀπήγαγε. τὰ πάνδεινα δὲ καὶ κατὰ τὴν ἀποπόρθησιν εἰργάσατο, οὐδενὸς ἀπείργοντος ἢ ὅλως ἀντιπίπτοντος, πλὴν ὀλιγίστου κομιδῇ στρατοῦ παρὰ Ἰουστίνου πεμφθέντος, ὑπὸ Μάγνῳ τινὶ τεταγμένου, πρώην μὲν ἀργυροῦ τραπέζης προϊσταμένῳ τὴν βασιλέως· ὕστερον δὲ καὶ μίαν τῶν βασιλικῶν οἰκιῶν ἐμπιστευθέντι πρὸς Ἰουστίνου· οἳ καὶ τροπάδην ἔφυγον, μικροῦ δορυάλωτοι ληφθέντες. Ἀδααρμάνης μὲν οὖν ταῦτα κατειργασμένος, τὸν Χοσρόην κατειλήφει, οὔπω τὴν πόλιν ἐκπολιορκήσαντα. ὃς προσθεὶς αὐτῷ, μεγάλην ῥοπὴν δέδωκε, τούς τε οἰκείους ἀναθαρσήσας, τό, τε ἀντίξοον καταπλήξας. θύρηκε δὲ τὴν τε πόλιν ἀποτειχισθεῖσαν, καὶ χοῦν ἀγχοῦ τοῦ τείχους συμφορηθέντα πολλὴν, καὶ τὰς ἑλεπόλεις μηχανὰς ἑστώσας, καὶ μάλιστα τοὺς καταπέλτας ἐξ ὑψηλοτέρων ῥιπτοῦντας, οὓς λιθοβόλους ἡ συνήθεια καλεῖ. οἷς καὶ τὴν πόλιν κατακρατὸς εἷλεν ὁ Χοσρόης κατὰ τὴν ὥραν τοῦ χειμῶνος, Ἰωάννου τοῦ Τιμοστράτου παιδὸς αὐτῆς ἄρχοντος, ἥκιστα πεφροντικότος, ἢ καὶ καταπροδόντος. λέγεται γὰρ ἀμφότερα. προσήρθυσε δὲ τῇ πόλει ὁ Χοσρόης πέμπτον καὶ πρός γε μῆνα, μηδενὸς ἀμύνοντος. ἅπαντας τοίνυν ἐξαγαγὼν πλῆθος ἀριθμητὸν, καὶ τοὺς μὲν αὐτοῦ δειλαίως κατασφάξας, τοὺς δὲ πλείους καὶ ζωγρίας ἑλὼν, τὴ μὲν πόλιν ἐπίκαιρον οὖσαν φρουρᾷ κατέσχεν· αὐτὸς δὲ πρὸς τὰ οἰκεῖα ἀπεχώρησεν ἤθη.

imminuta erat. Hanc igitur pactis quibusdam conditionibus cum cepisset: cives enim nullo modo resistere poterant, muro præ vetustate collapso: totam concremavit, bonisque omnibus contra fidem datam direptis abscessit, universos cives ac finitimos, captivos abducens. Inter quos ipsum quoque urbis Episcopum, & eum cui administratio provinciæ commissa erat, secum asportavit. Sed & in redeundo multa atrociter gessit, cum nullus esset qui cohiberet, aut omnino obsisteret, præter paucissimos milites à Justino missos, quibus præerat Magnus quidam; qui prius quidem Argentariorum mensæ præpositus fuerat in urbe regia, postea vero unius ex Imperialibus domibus Curator fuerat à Justino factus. Verum hi quoque se se in fugam dedere, cum parum abfuisset quin universi ab hostibus caperentur. His rebus gestis Adaarmanes ad Chosdroem venit, qui urbem Daras nondum expugnaverat. Ejus igitur copiis conjunctus, maximum rebus momentum attulit, cum & suorum animos confirmasset, & hostibus terrorem incussisset. Porro urbem ipsam deprehendit vallo circumdatam, & aggerem ingentem ad muros urbis admotum; bellicas item machinas quas Helepoles vocant, paratas; ac præcipue catapultas, ex editiore loco saxa jacientes, quas vulgo petrarias vocant. Hoc modo Chosdroes hiberno tempore urbem illam vi cepit, Joanne Timostrati filio qui urbi præerat, parum de ea sollicito, immo vero eam prodente. Utrumque enim dicitur. Obsederat autem urbem illam Chosdroes quinque & amplius menses, nemine eam defendente. Cum igitur universos ex urbe eduxisset, immensam hominum multitudinem: & quosdam ex iis crudeliter illic mactasset, reliquos vero vivos servasset, urbem quidem, ut pote opportune sitam, præsidio impositio munivit: Ipse vero in regionem suam reversus est.

Daras Persæ expugnant.

SÆC. VI.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ὡς ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος φρενίτιδι νόσῳ ἑάλω· Τιβέριος δὲ τὴν φροντίδα τῶν ὅλων ἀνεδέξατο.

Ἅπερ ἐπειδὴ ἤκουσεν ὁ Ἰουστῖνος, ἐκ τοσούτου τύφου καὶ ὄγκου, οὐδὲν ὑγιὲς ἢ φρενήρες ἐννοήσας, οὐδὲ ἀνθρωπίνως [1] τὸ συνεχθὲν ἀνατλὰς, ἐς φρενίτιδα νόσον καὶ μανίαν ἐμπίπτει, οὐδὲν λοιπὸν τῶν γιγνομένων συνείς. διώκει δὲ τὸ πολίτευμα [a] Τιβέριος, Θρᾷξ μὲν γένος, τὰ πρωτεῖα δὲ παρὰ [2] Ἰουστίνῳ φέρων· [2] ὃν καὶ κατὰ τῶν Ἀβάρων πρώην

CAPUT XI.

Quomodo cum Justinus in dementiam incidisset, Tiberius Reipublicæ curam suscepit.

Hæc cum audiisset Justinus, nihil sani animo reputans, nec humanitus casum illum ferens, ex tanto fastu ac tumore in phrenitidem ac dementiam incidit, adeo ut nihil eorum quæ gerebantur, deinceps intelligeret. Exinde igitur rempublicam rexit Tiberius, oriundus ex Thracia, qui apud Justinum auctoritate & gratia plurimum poterat. Hunc Justinus paulo antea collecto ingenti exercitu adversus Abaros miserat.

Tiberius.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὸ συνεχθὲν] Scribendum est συνενεχθὲν, quemadmodum in codice Telleriano scriptum inveni.

2 Ὃν καὶ κατὰ τῶν Ἀβάρων πρώην ἐπέμφει] Justinus Imperator Tiberium Comitem Excubitorum cum exercitu satis valido, adversus Avares misit, anno imperii sui nono, ut scribit Theophanes in Chronico. Joannes autem Biclarienſis id factum esse dicit anno quarto Imperii Justini: ubi Tiberium ex hoc prælio victorem Constantinopolim rediisse scribit. Quod tamen falsum esse docet Evagrius ac Theophanes.

VARIORUM.

a Τιβέριος] Tiberius Constantinus creatus est Cæsar, & Imperii cum Justino particeps factus, post XXV. diem mensis Octobris anni Chr. 574. ut Pagius ex veteri Epitaphio Romæ eruto probat, ad eum annum, n. 6. Haud recte igitur nuncupatio ejus Cæsarea post Trajani legationem dilata est ab Evagrio, cap. 13.

ἐπεπόμφει,

Sæc. VI. Sed cum milites ne aſpectum quidem Barbarorum ſuſtinere valuiſſent, Tiberius pene ab hoſtibus captus eſt: niſi divina providentia præter omnium opinionem eum periculo eripuiſſet, & Romano Imperio reſervaſſet; quod temerariis Juſtini conſiliis in ejuſmodi diſcrimen adductum fuerat, ut metuendum eſſet ne cum univerſa republica funditus interiret, & in barbarorum ditionem ac poteſtatem concederet.

ἐπεπόμφει, πολλοῦ ἀγείρας πλῆθος φρατοῦ. ὃς ἐμικροῦ ἐάλω, τῶν φρατιωτῶν μηδὲ τὴν θέαν τῶν Βαρβάρων ὑπενεγκάντων, εἰ μὴ θεία πρόνοια παραδόξως τοῦτον διέσωσε, καὶ ἐς τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν ἐφύλαξε, κινδυνεύσασαν τοῖς Ἰουστίνου παραλόγοις ἐγχειρήμασι, σὺν καὶ τῷ ὅλῳ πολιτεύματι ἀλαρρῦναι, καὶ βαρβάροις τῆς τοιαύτης ἀρχῆς ἐκφῆναι.

CAPUT XII.

Quomodo Trajanus Legatus ad Choſdroem miſſus, res Romanorum reſtituit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Ὡς Τραϊανὸς διαπρεσβευσάμενος πρὸς Χοσρόην, τὰ τῶν Ῥωμαίων ἐπηνώρθωσε πράγματα.

TIBERIUS igitur conſilium cepit opportuniſſimum & rebus præſentibus accommodatum: quod univerſam cladem reſarcivit. Trajanus enim ad Choſdroem miſſus eſt, vir prudens, ex ordine ſenatorio: qui tum ob canitiem, tum ob ſingularem prudentiam, ſummo in honore apud omnes erat: non ex Imperatoris aut Reipublicæ nomine Legationem obiturus, ſed pro Sophia Auguſta dumtaxat verba facturus. Quippe illa literas ſcripſerat ad Choſdroem, quibus tum viri ſui calamitatem, tum rempublicam Imperatore orbatam deplorabat; addens inſultandum non eſſe mulieri viduæ, & Imperatori mortuo, & reipublicæ deſertæ. Nam & ipſum olim, cum in morbum incidiſſet, non modo parem humanitatem expertum eſſe: verum etiam præſtantiſſimos medicos à republica Romana ad ipſum miſſos eſſe, à quibus etiam morbo liberatus fuerat. His poſtulationibus annuit Choſdroes. Et cum in Romanorum ditionem jam jam invaſurus eſſet, trium annorum inducias pactus eſt in Orientis partibus. Cautum tamen, ne Armenia ſimili conditione frueretur: quod bellum illic geri poſſet, nemine Orientales partes laceſſente. Dum hæc in Oriente gererentur, Sirmium oppidum à Barbaris captum eſt, quod prius quidem Gepidæ occupaverant: poſtea tamen Juſtino Imperatori tradiderant.

Trajanus.

Βουλθύεται τοίνυν βουλὴν ἐπίκαιρον, καὶ τοῖς πράγμασιν ἁρμοδίαν, ἢ τὸ πᾶν ἀνώρθωσε πλαῖσμα. [1a] Τραϊανὸν γὰρ φασὶ τὸν Χοσρόην ἐκπέμπουσιν, ἄνδρα λόγιον τῆς συγκλήτου βουλῆς, πολιᾷ τε καὶ σωφρόνι τοῖς πᾶσι τίμιον· οὐκ ἐκ προσώπου τῆς βασιλείας, οὐδὲ μὴν τῆς πολιτείας τὴν πρεσβείαν ἀνοίσοντα, ὑπὲρ δέ γε μόνης Σοφίας τὰς διαλέξεις ποιησόμενον. γέγραφε δὲ ᾗ αὐτὴ πρὸς Χοσρόην, τάς τε συμφορὰς τοῦ ἀνδρὸς πολιωμένην, τό, τε τῆς πολιτείας ἄναρχον, καὶ ὡς οὐ δέοι χήρᾳ γυναικὶ, καὶ βασιλεῖ κειμένῳ, καὶ ἐρήμῃ πολιτείᾳ ἐπεμβαίνειν. καὶ αὐτὸν γὰρ νοσήσαντα, μὴ μόνον τῶν παρόντων τυχεῖν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοὺς πάντων ἀρίστους ἰατροὺς πρὸς τῆς Ῥωμαίων πολιτείας παρ' αὐτὸν πεμφθῆναι, οἳ καὶ τὴν νόσον διέλυσαν. πείθεται τοίνυν ὁ Χοσρόης· καὶ μέλλων ὅσον οὔπω [2] τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιτίθεσθαι πράγμασιν, ἐκεχειρίαν τριῶν ποιεῖται χρόνων, ἐν τοῖς ἑῴοις μέρεσι· δόξαν τὴν Ἀρμενίαν [3] ἐν τοῖς παραπλησίοις μεῖναι· ὡς ἂν αὐτοῦ πολεμοῦντος, μηδενὸς τὰ ἑῷα παρενοχλοῦντος. τούτων δὲ τὴν ἑῴαν πραθομένων, [4b] τὸ Σίρμιον πρὸς τῶν βαρβάρων ἑάλω· πρώην μὲν ὑπὸ Γηπαίδων κρατούμενον, Ἀβάρῃ δὲ πρὸς αὐτῶν παραδοθέν.

[1a] 1a

[2] 2

[3] 3

[4b] 4b

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τραϊανὸν γὰρ παρὰ τὸν χαρτοφύλακα] Hic Trajanus Patritius & Quæſtor ſacri palatii erat, de cujus ad Perſas legatione loquitur Menander Protector in libro ſexto Hiſtoriarum, pag. 157. & 165. Hic eſt, ut opinor, Trajanus Patritius qui breve Chronicon ſcripſerat, prorſus admirandum, ut teſtatur Suidas. Ejus mentionem facit Theophanes in Chronico, pag. 56. Τραϊανὸς ὁ πατρίκιος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἱστορίᾳ φησὶν γότθους δὲ ἐπιχωρίως τοὺς σκύθας λέγειν. Suidas quidem eum Juſtiniani Rhinotmeti temporibus vixiſſe ſcribit. Verum ego Suidam falli exiſtimo, cum nullus eo nomine memoretur principatu Juſtiniani Rhinotmeti. Imperante autem Juſtino juniore celebratur Trajanus Patritius à Menandro Protectore in libro ſexto, & ab Evagrio noſtro in hoc loco.

2 Τοῖς Ῥωμαίοις, ἐπιτίθεσθαι πράγμασι] Rectius apud Nicephorum legitur, τοῖς Ῥωμαίων πράγμασι.

3 Ἐν τοῖς παραπλησίοις μεῖναι] Hunc locum feliciter mihi videor reſtituiſſe, ita ut pro verbo μεῖναι, ſcribatur μὴ εἶναι. Nam in induciis, quæ inter Romanos & Perſas pactæ erant, diſerte cautum erat, ut per Orientem dumtaxat ab armis ceſſaretur: In Armenia vero atque Iberia bellum gerere liceret. Vide Menandrum Protectorem in libro ſexto Hiſtoriarum, pag. 157. qui hanc emendationem noſtram prorſus confirmat. Ita etiam Theophylactus in libro 3. capite 12.

4 Τὸ Σίρμιον πρὸς τῶν βαρβάρων ἑάλω] Sic etiam legitur apud Nicephorum. Non dubito tamen quin ſcribendum ſit πρὸς τῶν Ἀβάρων, &c. Abares enim urbem Sirmium cepere, ut teſtatur Menander Protector in excerptis legationum, pag. 117. quæ cum antea Gepidarum ditionis fuiſſet, Abares qui Gepidarum regnum deſtruxerant, eam urbem cum reliquis opibus Gepidarum in ſuam poteſtatem tranſiiſſe aſſerebant, quemadmodum ſcribit idem Menander, pag. 114. & 130. Vide Theophylactum in cap. 3. libri primi.

VARIORUM.

a Τραϊανὸν] Trajanus cum Zacharia in Orientem miſſus eſt, & Triennales induciæ inter Perſas & Romanos compoſitæ ſunt anno Chr. 575. Menander Protector, pag. 156. priorum induciarum meminit, anno 574. aitque Sophiam Auguſtam, dum Juſtinus mentis imbecillitate laboraret, Jacobum quendam ex medicis Imp. ad Choſroëm miſiſſe, & per annum ut ab armis ceſſaretur, ſtatutum eſſe, numeratis Choſroi quadraginta quinque aureorum millibus.

b Σίρμιον πρὸς τῶν Βαρβάρων ἑάλω] Pagi exiſtimat male hoc collocari ſub Juſtini Imperio, quod anno demum tertio Tiberii accidit. Vide ipſum ad ann. 581. n. 15. *W. Lowth.*

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ τῆς εἰς τὸν βασίλειαν ἀναῤῥήσεως Τιβερίου, καὶ τῶν ἤθους αὐτοῦ.

Ἐν τοσούτῳ δὲ, Καίσαρα Τιβέριον βουλήμασι Σοφίας Ἰουστῖνος ἀναγορβύει, τοιαῦτα κατὰ τὴν ἀνάῤῥησιν ὑπερθεγξάμενος, ἃ πᾶσαν ἐκβέβηκε παλαιάν τε καὶ νέαν ἱστορίαν, τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ διδόντος καιρὸν Ἰουστίνῳ τάς τε οἰκείας ἐξειπεῖν ἁμαρτίας, τότε χρηναὶ ἐσηγήσασθαι ὑπὲρ 1 τοῦ τῇ πολιτείᾳ συνοίσοντος. ἀθροισθέντων γὰρ ἐν 2 τῇ ὑπαίθρῳ αὐλῇ, ἔνθα παλαιὸν ἔθος λέγει τὰ 3 τοιαῦτα γίγνεσθαι, τοῦ τε ἀρχιερέως Ἰωάννου, οὗ πρόσθεν ἐμνήσθημεν, καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, τῶν τε ἐν ἀξιώσεσι τελουμένων, καὶ τῶν περὶ τὸν αὐλὸν στρατευομένων, τὸν βασιλικὸν χιτῶνα ἐνδυόμενον Τιβέριον, καὶ τὴν χλαῖναν περιθεὶς, ἀναφανδὸν κεκραγὼς ἐξεῖπε. μὴ πλανάτω σε ὑπ' ἀμπεχόνης ἡ φαντασία, μηδὲ τῶν ὁρωμένων ἡσθείς· οἷς ὑπαχθεὶς, ἔλαθον ἐμαυτὸν ταῖς ἐχάταις ποιναῖς ἔνοχος γενόμενος. ἀνόρθωσον τὰς ἐμὰς ἁμαρτάδας, ἅμα πάσης θὐπαθείας ἄγων τὸ πολίτευμα. καὶ τοὺς ἄρχοντας δὲ δεικνὺς, ἔλεγεν ἧκιστα χρῆναι τούτοις πείθεσθαι, πεισθεὶς ὡς αὐτοί με ἐς ἄφορ ὁρᾶς ἤγα-

CAPUT XIII.

De nuncupatione Imperatoris Tiberii, & de moribus ejusdem.

Sub idem tempus, Justinus suadente Sophia Tiberium Cæsarem renuntiavit. Qua in nuncupatione, ejusmodi orationem habuit quæ omnem historiam transcendit, tam veterem, quam recentem: cum clementissimus Deus hoc ei spatium temporis concessisset, tum ad propria delicta confitenda, tum ad salubria consilia suggerenda pro utilitate Reipublicæ. Congregatis enim in atrio Imperialis palatii, ubi hæc fieri mos est, Joanne Patriarcha, cujus supra meminimus, una cum sacerdotibus suis, & magistratibus atque honoratis; cunctis denique qui in palatio militabant, Justinus Imperatoria tunica & purpurea chlamyde Tiberium vestiens, edita voce ita palam locutus est. Ne te in errorem inducat vestis tuæ magnificentia, nec pompa rerum quæ sub aspectum cadunt. Quibus ego in fraudem inductus, imprudens extremis me suppliciis obnoxium reddidi. Sed tu errata mea corrigito, omni cum lenitate ac mansuetudine Rempublicam regens. Tum Magistratus digito demonstrans: Cave, inquit, ne his credas. Hi enim in hunc quem vides statum me deduxerunt. Adjecit etiam ejusdem modi alia,

Justini ad Tiberium de Imperio oratio.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐν τῇ ὑπαίθρῳ αὐλῇ] Nicephorus vocem hic addit hoc modo, ἐν τῇ ὑπαίθρῳ αὐλῇ τῇ ἀνακτόρων, id est, *in subdiali aula Imperialis palatii.* Hujus loci mentionem facit Theophylactus in cap. 1. libri 1. & Imperatores illic renunciari solitos esse scribit, φορεῖόν γὰρ ἀχθεὶς ὁ Τιβέριος ἐπὶ τὸν ὕπαιθρον τῶν βασιλείων αὐλὴν, ἥτις παρήνωται τῇ πολυστεγεῖ τῶν ἀνακτόρων οἰκίᾳ, &c. Quem locum Latinus Interpres longa circuitione verborum ita expressit: *Tiberius namque in atrium palatii juxta domum, in qua multi ex herbis, seu frondibus, ad cœnandum, dormiendumve tori, sive lectisternia, vestibulum illustre, visendumque proscenium. Huc, inquam, gestatus, &c.* Ex quibus apparet, eum non intellexisse quid his verbis significaretur. Sed & Nicephorus Callistus, cum hunc Theophylacti locum describeret, posteriora verba prætermisit. Ego vero existimo πολυστεγεῖα οἰκίαν à Theophylacto dici *domum* quæ Græce δεκαεννέα ἀνακλίτια dicebatur: eo quod in ea novemdecim accubita, seu stibadia essent, in quibus Imperator cum Proceribus discumbens epulabatur in Natali Domini, & solemnioribus festis, ut scribit Theophanes & Anastasius Bibliothecarius, anno 31 Justiniani, & Luitprandus in libro 6. rerum per Europam gestarum, cap. 3. *Est domus*, inquit, *quæ decaennea accubita dicitur. Hoc autem ideo, quoniam quidem novemdecim mensæ in Domini nostri Nativitate apponuntur. In quibus Imperator pariter & convivæ, non sedendo, ut cæteris diebus, sed recumbendo epulantur.* Juxta hanc domum erat tribunal, in quo Imperatores & Augustæ coronabantur. Nicephorus Constantinopolitanus, p. 176 de Isauro Leone loquens: ἐν τῷ τριεσυναλίῳ λεγομένῳ δικαινίᾳ ἀκουβίτων στέφει τὸν υἱὸν Κωνσταντῖνον εἰς βασιλέα. Idem scribit Anastasius, & Auctor historiæ Miscellæ, libro 21. Idem in libro 22. de Constantino loquens Copronymo: *Anno 28 Imperii sui coronavit Imperator Eudoxiam uxorem suam, cum esset trigamus, in tribunali decem & novem accubituum.* Hinc est quod Codinus in Originibus Constantinopolitanis, τὸ στέγασμον ponit juxta domum decem & novem accubituum; quo nomine tribunal intelligit, in quo Imperatores coronabantur. Fuit autem hæc domus in regione tertia, juxta Hippodromum, ut testatur Luitprandus. Certe in ea regione Circum maximum fuisse, & porticum semirotundam quæ Sigma dicebatur, ac postremo tribunal fori Constantini, docet vetus descriptio. Ac verisimile est, ex illaporticu factam esse domum decem & novem accubituum; quippe cum Sigma idem sit quod stibadium, seu accubitum. Adde quod ædes sancti Stephani juxta tribunal decem & novem accubituum ponitur à Codino, quam prope Sigma fuisse docet ex veteri Scriptore Petrus Gyllius, in libro 2. cap. 15. Cæterum hæc domus decem & novem accubituum, etiam Delphica dicta est, seu Delphicum, ut testis est Procopius in libro primo Vandalicorum, pag. 116. & Victor Thunonensis in Chronico.

2 Ἔνθα παλαιὸν ἔθος λέγει] Nescio cur Evagrius antiquam hanc fuisse consuetudinem dicat, ut Imperatores Constantinopolitani in atrio imperialis palatii renunciarentur. Prisca enim consuetudo erat, ut in milliario septimo nuncuparentur Augusti, præsente exercitu, in campo extra urbem. Primusque Valens in eo suburbano à fratre Valentiniano Imperator fuerat appellatus. Post quem sequuti Imperatores Orientis eodem in loco renunciati sunt, ut jam pridem observavi in Annotationibus ad librum 26 Ammiani Marcellini. Zeno quoque Imperator, in Septimo à Leone filio suo coronatus est, ut scribit Victor Thunonensis in Chronico. Sed & Basiliscus paulo post Imperator appellatus est in campo, quemadmodum tradit Theophanes. Erat autem campus in Septimo, ut testatur Theophylactus in libro 8. capite 12. Quis vero primus in atrio imperialis palatii Augustus nuncupatus sit Constantinopoli, nondum liquido comperi. Justinus quidem junior illic Augustus renunciatus fuisse videtur, ut colligere est ex capite primo hujus libri.

3 Τοῦ τε ἀρχιερέως Ἰωάννου] Theophanes in Chronico non Joannem Scholasticum, sed Eutychium Patriarcham Constantinopolitanum tunc fuisse testatur. Nam Joannes quidem Scholasticus obiit Indictione 10 mense Augusto, pridie Kalendas Septembres. Eutychius vero eodem anno, mense Octobri, in sedem suam restitutus est, Indictione undecima, ut testatur Theophanes. Hic anno sequenti, qui fuit Christi 578. Indictione duodecima, Septembris 26, die, Tiberium Augustum coronavit, ut tradit idem Theophanes, & Author Chronici Alexandrini. Verum re attentius examinata, nihil hic reprehendendum animadverti: neque enim Evagrius hic loquitur de Augusta nuncupatione Tiberii, sed de Cæsaris appellatione ei concessa. Tiberius porro Cæsar factus est Indictione octava, ut docet Auctor Chronici Alexandrini: quo quidem tempore Joannes Patriarcha erat Constantinopolitanus.

SÆC. VI. *Tiberius qualis vir.*

quæ ſummam admirationem omnibus incuſſerunt, & immenſam lacrymarum copiam elicuerunt. Fuit autem Tiberius corpore maxime procero, & cum proceritate ſtaturæ, venuſtiſſimus non Imperatorum modo, verum etiam omnium mortalium, quantum quis conjectura aſſequi poteſt: adeo ut primum quidem forma ejus digna eſſet Imperio. Animo autem lenis fuit atque humanus, & qui primo ſtatim intuitu cunctos comiter exciperet. Summas eſſe divitias exiſtimabat, largiri omnibus, & erogare non ad neceſſitatem ſolum ſublevandam, verum uſque ad affluentiam. Neque enim quidnam accipere deberent poſcentes, conſiderabat, ſed quid Imperatorem Romanum dare deceret. Aurum porro illud adulterinum cenſebat, quod cum lacrymis provincialium collectum fuerat. Quam ob rem unius anni tributum collatoribus remiſit: & poſſeſſiones quæ ab Adaarmane vaſtatæ fuerant, tributaria functione relevavit, non pro modo detrimenti quod paſſæ fuerant, ſed multo uberius atque prolixius. Remiſſæ ſunt etiam magiſtratibus illegitimæ munerum oblationes, quibus antea Imperatores ſubditos ſuos illis vendere conſueverant. Conſtitutiones quoque his de rebus ſcripſit, poſterorum ſecuritati proſpiciens.

γον, ᾧ ἕτερα τοιαῦτα ἄφρ ἅπαντας ἐς καϑάπληξιν καὶ δακρύων ἀμέτρων χύσιν ἤγαγεν. ἰῶ δέ γε ὁ Τιβέριος μέγιϛός τε τὸ σῶμα ᾧ ἐς ὑφροχιὼ ἀϑαπρεπέϛατος μᾶλλον ἐΐφρ' τις εἴκασεν, οὐ βασιλέων μόνων, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων· ²ὡς πρῶτον μὲν τὸ εἶδος ἄξιον τυραννίδος εἶναι. τιὼ δὲ ψυχιὼ ἤπιός τε καὶ Φιλάνθρωπος, εὐθὺς ἀπὸ τῦ βλέμματος ἅπαντας δεξιούμενος· πλοῦτον ἡγούμενος, τὸ πᾶσιν ἐπαρκεῖν περὶ τὰς ἐπιδόσεις, οὐ πρὸς μόνιω τιὼ χρείαν, ἀλλὰ καὶ κτ' τὸ πρεπούσιον. ³οὐ γὰρ ὅπι λαβεῖν ὄφειλον οἱ δεόμενοι, τῦτο διεσκόπει· ἀλλ' ὅφρ βασιλέα Ῥωμαίων δοῦναι προσῆκει· κίβδηλον δὲ τ χρυσὸν ἡγεῖτο τὸν ἐκ δακρύων ἥκοντα. ὅθεν ἀμέλει τιὼ τε δασμολογίαν τοῖς σωτελοῦσιν ἐπαφῆκεν ⁴ἑνὸς τέλεον χρόνου· τάς τε κτήσεις αἴσπερ ὁ Ἀρδαρμάνης ἐλυμήνατο, τῶν ἐπικειμένων τελῶν, ᾧ πρὸς τὸ μέτρον τῆς βλάβης, ἀλλὰ καὶ πολλῷ καϑυπέρτερον ἠλϑυθέρωσεν. ἀφεῖϑησαν ᾗ καὶ τοῖς ἄρχουσιν ⁵αἱ ἄθεσμοι δόσις, αἷς πρώιω οἱ βασιλεῖς τοὺς ὑπηκόους ἐπίπρασκον· καὶ ὑφρ' τούτων καὶ ἀϑατάξεις ἔγραψε, τὸ μέλλον καϑασφαλισάμενος.

CAPUT XIV.

Quomodo Imperator Tiberius collectis ingentibus copiis, & Juſtiniano duce contra Choſdroem miſſo, eum ex Romanorum finibus expulit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Ὡς ὁ βασιλεὺς Τιβέριος φρατὸν πολὺν ἀγείρας κτ' Χοσρόου, ᾧ φρατηγὸν Ἰϐσιτιανὸν ἐξαποστείλας, τοῦτον ἐκ τῆς Ῥωμαίων γῆς ἀπήλασεν.

PECUNIA igitur malis artibus parta bene uſus, res ad bellum neceſſarias comparavit: tantumque numerum fortiſſimorum militum collegit, tum ex gentibus Tranſalpinis quæ circa Rhenum habitant, tum ex Ciſalpinis: ex Maſſagetis præterea, aliiſque Scythicis nationibus; ex Pannonia item ac Moeſia, & ex Illyriis atque Iſauris, optimo quoque viritim lecto: ut prope centum & quinquaginta hominum millia turmis præſtantiſſimorum equitum inſeruerit, & Choſdroem fugaverit: Qui poſt captam urbem Daras, confeſtim æſtivo tempore in Armeniam irruperat, atque inde Cæſaream Cappadociæ & reliquarum illic urbium metropolim invadere meditabatur:

Τοῖς τοίνιω κακῶς συλλεγεῖσι χρήμασιν ἐς δέον χρησάμενος, τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξηρτύετο· καὶ τοσοῦτον ἀγείρει φρατὸν ἀνδρῶν ἡρώων, ἔκ τε τῶν ὑφρ' τὰς Ἄλπεις ἐϑνῶν, τὰ ἀμφὶ τὸν Ῥῆνον δεξιόϑιω φρατολογήσας, τάτε ἐντὸς τῶν Ἄλπεων, Μασσαγετῶν τε καὶ ἑτέρων Σκυθικῶν γενῶν· καὶ τὰ περὶ Παιονίαν καὶ Μυσοὺς, ᾧ Ἰλλυριοὺς, καὶ Ἰσαύρους· ὡς συνεχῶς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν χιλιάδων ⁶εἴλας ἱππέων δορίφων ἐκκαταφήσασθαι, ἐξῶσαί τε τ Χοσρόιω, μὴ τ Δάρας ἁλῶσιν, ϑύϑυς ἀνὰ τὸ ϑέρος ἐπὶ τ Ἀρμϐίαν ἐλάσαντα, ἔνϑεν τε τὰς ὁρμὰς ἐπὶ τιὼ Καίσαρος ἔχοντα, ἣ τῶν Καππαδοκῶνι ἄρχει, καὶ τ αὐτόσε

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἤπέρ τις εἴκασεν] Scribendum puto, εἰπέρ τις εἴκασεν. Nec dubito quin Evagrius noſter ita ſcriptum reliquerit. Conjecturam noſtram confirmat codex Tellerianus, in quo ita diſerte ſcriptum inveni. Faceſſat igitur interpretatio Muſculi, qui ſic vertit: *Inſignis magis quam ut quiſquam illi conferri poſſit.* Chriſtophorſonus vero ita interpretatur: *Pulchritudinis excellentia omnium opinione major.*

2 Καὶ πρῶτον μὲν τὸ εἶδος ἄξιον] Rectius in codice Florentino ſcribitur ὡς πρῶτον μὲν, *&c.* Alludit autem Evagrius ad verſum illum Tragici notiſſimum, πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.

3 Οὐ γὰρ ὅπι λαβεῖν] Mallem ſcribere, ᾧ γὰρ π λαβεῖν ὄφειλον οἱ δεόμενοι, *&c.* quemadmodum legitur apud Nicephorum in cap. 1. lib. 18. In codicibus Florentino & Telleriano, pro ὄφειλον ſcribitur ὅφειλον.

4 Ἑνὸς τέλεον χρόνου] Extat Conſtitutio Juſtini junioris, qua reliqua tributorum præteriti temporis, provincialibus indulſit uſque ad Indictionem octavam: μέχρι τῆς ὀγδόης ἰνδικτιῶνος, καὶ αὐτῆς τοῦ ἐνεστῶτος κύκλου. Quod quidem feciſſe videtur Juſtinus ſuaſu Tiberii, quem Cæſarem paulo ante deſignaverat, ineunte octava indictione, ut docet Auctor Chronici Alexandrini. Itaque in hac Conſtitutione prima Imperatoris Juſtini junioris, Tiberii quoque Cæſaris nomen adſcribi debuerat.

5 Αἱ ἄθεσμοι δόσις] Extat hodie Conſtitutio Imperatoris Juſtini junioris, de Rectoribus provinciarum gratis promovendis. Quæ inter Juſtini Novellas Conſtitutiones eſt numero quarta. Ea Conſtitutione permittit Juſtinus provincialibus, ut eos quos idoneos eſſe exiſtimaverint ad regendam ipſorum provinciam, Imperatori ſuggerant: ſpondetque Imperator, ſe gratis abſque ullo munere codicillos & Magiſtratus inſignia præbiturum eſſe. Quæ Lex cum data ſit anno octavo imperii Juſtini junioris, eam quoque Tiberii Cæſaris ſuaſu ac ſuggeſtione tam eſſe non dubitamus.

6 Εἴλας ἱππέων] Scribendum eſt procul dubio ἴλας. Quod miror nec à Nicephoro, nec ab Interpretibus animadverſum fuiſſe.

πρσγκάθηται

ἀρχεσθηναι πόλεων. ὃς τοσοῦτον ὑπερεφρόνει τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν, ὅτι γε πρεσβευσαμένου τῷ Καίσαρος, οὐκ ἠξίωσε τὸν ὡς αὐτὸν ἐσόδου τοῖς πρέσβεσι μεταδοῦναι· ἕπεσθαι δὲ τούτοις διεκελεύετο μέχρι τοῦ Καίσαρος. ἐκεῖσε γὰρ περὶ τῆς πρεσβείας ἀφ-
1 σκοπεῖν ἔλεγεν. ὡς δ' ἐν ἀντιμέτωπον εἶδε τὸ Ῥω-
1 μαίων στράτευμα ὑπὸ Ἰουστινιανῷ ταττόμενον, τὸν-
2 δελφῷ Ἰουστίνου τοῦ πρὸς Ἰουστίνου δολίως ἀνῃρη-
μένου, ἀκριβῶς ἐξωπλισμένον, τό τε σιδήριον τὰς σάλπιγγας ἠχούσας, καὶ τὰ σημεῖα πρὸς μάχην αἰρόμενα, τόν τε στρατιώτην φόνων, καὶ θυμοῦ μεστὸν ἐς ἄγαν εὐκοσμίας πένοντα, ἵππον τε τοσαύτην καὶ τοιαύτην, ἣν οὐδεὶς πώποτε βασιλέων ἐφαντάσθη, πολλά γε ἐπιθυμήσας, ἀνώμωξε μύχιον πρὸς τὸ ἄνελπι καὶ ἀδόκητον· καὶ μάχης οὐκ ἤθελεν ἄρχειν. ἀναβαλλομένῳ δὲ αὐτῷ καὶ διαμέλλοντι, καὶ τὸν
3 καιρὸν τείβοντι, καὶ ζοφιζομένῳ τὴν μάχην, [3]ἔπεισι Κοῦρς ὁ Σκύθης, ἀνὴρ τοῦ δεξιοῦ κέρως ἡγούμενος. καὶ μὴ οἷόν τε γενομένων ἀντέχειν τῇ ἐμβολῇ τὸν κατ' αὐτὸν Περσῶν, ὀκλελοιπότων δὲ μάλα λαμπρῶς τὴν τάξιν, πολὺν μὲν εἰργάσατο φόνον τῶν ἀπειλημμένων. ἔπεισι δὲ τοῖς ὀχήμασι, ἔνθα καὶ τὴν ἀποσκευὴν ὅ, τε Χοσρόης καὶ ὁ σύμπας εἶχε στρατός· αἱρεῖ τε βασιλικὰ κειμήλια ἀπάξαπαντα, καὶ μὲν καὶ τὴν ἀποσκευήν, ἅπασαν, ὁ-
4 ρῶντος μὲν Χοσρόου, καὶ ἐνθουσιῶντος, [4]ἀνεκτοτέραν δὲ τῆς ἑαυτοῦ ἐπιστροφῆς τοῦ Κοῦρς ἡγουμένου. οὕτως μὲν οὖν σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν μεγάλων χρημάτων καὶ λαφύρων ἐκράλης γενόμενος, καί τε σκευοφόρα τῶν ζώων σὺν καὶ αὐτοῖς φορτίοις φέρων, ἐν οἷς καὶ τὸ Χοσρόου σεβαστὸν πῦρ, ὃ Θεὸς καθιστήκει, πεμελαύνει μὲν τὸ Περσῶν στρατόπεδον παιανίζων. ἀφικνεῖται δὲ πρὸς τοὺς οἰκείους ἀμφὶ τὰς ὁπλυχίους ὥρας, ἤδη ἀφαλυθέντας ἐκ τῶν σφῶν τάξεων, μήτε Χοσρόου μάχης ἄρξαντος, μήτε μὴν
a αὐτῶν· μόνων δέ τινων ἀκροβολισμῶν γενομένων, [2]ἢ εἶπου γε εἰς πρὸς ἕνα συμπλακὴν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν στρατοπέδοιν, ὅσῳ εἰώθη γίγνεσθαι. πυρὰ δὲ πολλὰ τῇ νυκτὶ ὁ Χοσρόης ἀνάψας, πρὸς νυκτομαχίαν

Romanorum autem Imperium tantopere despiciebat, ut cum Cæsar Legatos ad eum misisset, eos ad conspectum suum minime admiserit, sed usque ad urbem Cæsaream sequi ipsum jusserit. Illic enim se eorum legationem auditurum esse aiebat. Verum ubi Romanorum exercitum contra se stare vidit, duce Justiniano, fratre Justini ejus qui ab Imperatore Justino crudeliter occisus fuerat: probe instructum atque armatum, & tubas bellicum canentes, & signa ad committendam pugnam in altum sublata: militem præterea cædis avidum, & cum pulcherrimo ornatu iram ac furorem anhelantem; tantum denique ac talem equitatum, quantum nullus unquam ex Imperatoribus animo conceperat: vehementer obstupefactus, altum ingemuit ob rem tam insperatam atque inexpectatam, nec pugnam ordiri unquam voluit. Cum igitur prœlium differret, & cunctabundus tempus tereret, & pugnam dumtaxat simularet, Curs Scytha, qui dextro cornui præerat, impetum in eum facit. Cumque Persæ impetum illius sustinere non possent, sed aperte ordines desererent, Curs maximam hostium stragem edidit. Deinde extremum agmen Persarum aggressus est, ubi Chosdroes & universus ejus exercitus impedimenta ac sarcinas habebat. Cunctos igitur regis thesauros & universas sarcinas cepit, ipso Chosdroe spectante atque tolerante, & impressionem suam facilius quam impetum Curs sustineri posse existimante. Hoc modo Curs una cum suis militibus, maximis opibus ac spoliis potitus, & jumenta cum omnibus sarcinis abducens, inter quas erat etiam ignis sacer quem Chosdroes ut Deum colebat: Persarum quidem exercitum circuivit, lætum Pæanem canens: circa primam autem facem reversus est ad suos, qui jam stationes suas reliquerant: Cum neque Chosdroes, neque ipsi pugnam exorsi essent, sed leves dumtaxat velitationes utrimque extitissent: atque interdum unus aut alter ex utroque exercitu, sicut fieri solet, singulari certamine inter se congressi essent. Sequenti nocte Chosdroes multis ignibus accensis, ad nocturnam pugnam se paravit. Cum-

Justinianus.

Curs.

Ignis sacer.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὑπὸ Ἰουστινιανῷ] Hujus Justiniani Magistri militum per Orientem meminit Menander Protector in libro 6. historiarum, pag. 159. Et Theophylactus in cap. 12. libri 3. Et Joannes Biclarienſis in Chronico. *Anno 9. Justini Cosdroes Persarum Imperator, cum nimia multitudine exercitus, ad vastandos Romanorum terminos promovet: cui Justinianus Romanæ Dux militiæ & Magister militum Orientis à Tiberio destinatus, bellum parat, & in campis qui inter Daras & Nisibim ponuntur, forti pugna congressus, habens secum gentes fortissimas, quæ barbaro sermone Hermani nuncupantur, * memoratum Imperatorem bello superat.* *

2 Ἰουστίνου δολίως ἀνῃρημένου] Hunc locum ex MSS. codicibus Florentino & Telleriano, ita supplevi: τ' ἀδελφῷ Ἰουστίνου τοῦ πρὸς Ἰουστίνου δολίως ἀνῃρημένου. Erat ergo hic Justinianus Germani filius, quod testatur etiam Theophylactus in libro 3. frater Justini illius, qui ab Imperatore interfectus fuerat, ut refert Evagrius initio hujus libri.

3 Ἔπεισι Κοῦρς ὁ Σκύθης] Hujus viri meminit Theophylactus in libro tertio cap. 16. & in libro primo cap. 9. Quibus in locis Interpres Latinus Cursium vertit. Melius tamen Cursum vertisset. Sic enim eum vocat Menander Protector in lib. 6. historiarum, pag. 159 editionis regiæ. In Theophanis Chronico, pag. 214. Κρους dicitur, corrupte.

4 Ἀνεκτοτέραν δὲ τῆς ἑαυτοῦ ἐπιστροφῆς] Magis probo lectionem Nicephori, quæ sic habet: ἀνεκτοτέραν δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἐπιστροφὴν τοῦ κοῦρς ἡγουμένου. Tantum mallem articulum addere hoc modo: τῆς τοῦ κοῦρς ἡγουμένου. Id est, ut vertit Joannes Langus: *Quod facilius impressionem suam, quam ipsius Curs sustineri posse existimaret.* Porro hanc Persarum fugam, & Romanorum victoriam, Theophan. quidem in Chron. refert post mortem Imperatoris Justini junioris, cum Tiberius singulare imperium obtineret. Verum Theophylactus, ex quo sua videtur hausisse Theophanes, superstite adhuc Justino id accidisse testatur, cum Tiberius Cæsaris duntaxat nomen ac dignitatem gerens, rempublicam administraret, ut videre est in cap. 14. libri 3. Cui consentit Evagrius noster: quippe qui mortem Justini junioris refert infra, in capite 19. hujus libri. Ubi diserte scribit Tiberium, mortuo demum Justino, Magistri militum dignitatem abrogasse Justiniano.

VARIORUM.

a [a]Ἢ εἶπου] Legendum ἤ εἰπου. *W. Lowth.*

1 * Hæc Pagius refert ad annum Christi 575. n. 7.

SÆC. VI.

Cumque Romanorum exercitus in duo caſtra diviſus eſſet, nocte intempeſta irruit in eos qui ad Septentrionem locati erant. Quibus ob repentinum atque inexpectatum ſuperventum in fugam verſis, Melitinam urbem in proximo ſitam invadit, quæ tunc præſidio atque incolis vacua erat. Hanc cum integram concremaſſet, ad fluvium Euphratem trajiciendum ſe ſe accingit. Sed cum Romanus exercitus in unum collectus eum inſequeretur, ipſe ſaluti ſuæ metuens, conſcenſo Elephanto amnem trajecit. Eorum vero qui circa illum erant ingens multitudo, Euphratis fluentis obruta eſt. Quos ille aquis ſuffocatos cum accepiſſet, inde abſceſſit. Choſdroes igitur cum has ultimas pœnas pro contumeliis quibus Romanum Imperium affecerat perſolviſſet, una cum iis qui evaſerant, in Orientis partes profectus eſt, ubi pactas habebat inducias ne quiſquam ipſum aggrederetur. At Juſtinianus cum univerſo exercitu Romano in Perſidem ingreſſus, totum hyemis tempus ibi tranſegit, nemine prorſus illi moleſtiam exhibente. Sub æſtivum autem ſolſtitium reverſus eſt, nulla omnino parte copiarum amiſſa: & cum ſumma felicitate ac gloria, circa utriuſque Imperii confinia æſtatem exegit.

Juſtinianus Perſidem invadit.

παρεσκευάζετο. καὶ δυοῖν γεφυρῶν τοῖς Ῥωμαίοις γενομένοιν, ἔπεισιν ἀωρὶ τῶν νυκτῶν, τοῖς ἀμφὶ τὸ βόρειον μέρος. ὧν ὑποχωρησάντων τῷ αἰφνιδίῳ τε καὶ ἀδοκήτῳ, πλησιαζούσῃ Μελιτηνῇ ἔπεσε τῇ πόλει, ἀφυλάκτῳ καὶ ἐρήμῃ πολιτῶν καθεστώσῃ· ἣν πᾶσαν πυρπολήσας, πρὸς τῇ διαβάσει τοῦ Εὐφράτου παρεσκευάζετο ποταμοῦ. ὡς δὲ ἀλιαθὲν τὸ στράτευμα τῶν Ῥωμαίων εἵπετο, δείσας περὶ τῇ ἑαυτοῦ ζωτηρίᾳ, αὐτὸς μὲν ἐλέφαντι ὀχούμενος τὸν ποταμὸν ἐπεραιώθη. τοὺς δὲ ἀμφ' αὐτὸν πολὺ πλῆθος τοῖς τοῦ ποταμοῦ ῥεύμασιν ἐκηδεύθη· οὓς ἀποπνιγέντας λαβὼν, ἀπιὼν ᾤχετο. Χοσρόης μὲν οὖν ταύτην ὑστάτην ποινὴν τῆς ἐς Ῥωμαίους τοσαύτης παρανίας καταθεὶς, σὺν καὶ τοῖς φεισωθεῖσι, τὰ ἑῷα κατειλήφει, ἔνθα τὴν ἐκεχειρίαν εἶχεν, ὡς ἂν μή τις αὐτοῦ ἐπίοι. ὁ δέ γε Ἰουστινιανὸς, ἐσβαλὼν σὺν παντὶ τῷ στρατῷ ἐς τὴν Περσῶν ἐπικρατείαν, ὅλην τὴν χειμάδιον ὥραν αὐτοῦ διήγαγε, μηδενὸς παντάπασιν ἐνοχλήσαντος. ἐπανῆκε μὲν οὖν ἀμφὶ θερινὰς τροπὰς, οὐδὲν ὅλως ἀποβαλὼν τοῦ στρατοῦ, καὶ σὺν εὐπαθείᾳ, καὶ κλέει πολλῷ παρ' αὐτὰ ἐθέλοντα τὰ μεθόρια.

CAPUT XV.

Quomodo Choſdroes cladem ſuam age ferens, ex hac luce migravit, & filius ejus Hormiſda ei in regnum ſucceſſit.

CHOSDROEM vero anxium & ad inopiam conſilii redactum, & reciprocis doloris fluctibus ſubmerſum, immenſa quædam ægritudo animo ejus obfuſa, ex hac vita ſubduxit: cum perpetuum fugæ ſuæ monumentum poſteris reliquiſſet legem illam quam ſcripſit, ne poſthac Perſarum Rex contra Romanos exercitum ductaret. Poſt hunc Hormiſda ejus filius, Perſarum regnum ſuſcepit. Sed iſta nunc omittenda ſunt: quando quidem ſequentia me ad ſe vocant, & ſermonis noſtri curſum expectant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ὅτι Χοσρόης δυσθυμήσας ἀφ' ᾧ ἥττων ἐτελεύτησεν· ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Ὁρμίσδας, τῆς Περσῶν ἀρχῆς ἀντελάβετο.

[a] Τῷ δὲ Χοσρόῃ μύριον ἄχος ἐπιχυθὲν, ἀλυόντα καὶ ἀμηχανοῦντα, καὶ τῇ παλιρροίᾳ τῆς λύπης κατα πονλωθέντα, τοῦ βίου δειλαίως ἀφείλετο, πάλιν ἀθάνατον δ αὐτοῦ Φυγῆς ἀναθέντα, ὃν γέγραφε νόμον, μηκέτι βασιλέα Περσῶν κατὰ Ῥωμαίων στρατηγεῖν. βασιλεύει δὲ Ὁρμίσδης ὁ τούτου παῖς· [2]ὃ νῦν ἑατέον, ἐπεὶ, τὰ ἑξῆς πρὸς ἑαυτά με καλεῖ, καὶ τῷ ῥύμῃ τοῦ λόγου ἀπεκδέχεται.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῷ δὲ χοσρόῃ] Mors Choſdrois Perſarum Regis præmature hic refertur. Mortuus enim eſt Choſdroes Tiberio jam Auguſtum imperium obtinente, ut teſtatur Theophylactus in libro tertio, cap. 16. Quod confirmat etiam Menander Protector in excerptis legationum. Quare fallitur Theophanes in Chronico, qui mortem Choſdrois, & inaugurationem Hormiſdæ ejus filii, refert principatu Juſtini junioris.

2 Ὃ νῦν ἑατέον] In MS. codice Telleriano ſcriptum inveni, ὃν νῦν ἑατέον, *&c.* quam ſcripturam vulgatæ lectioni longe antepono.

VARIORUM.

a Τῷ δὲ Χοσρόῃ] *Principio veris* [anni 579] *Choſroes Perſarum rex morbo irretitus, vita modum impoſuit, Hormiſda filio ſucceſſore appellato, qui morum ſævitia paternam impietatem ſuperavit; homo violentus & inexplebilis avaritia.* Theophylact. lib. 3. cap. 16. *Per octo & quadraginta annos regnavit Choſroes,* inquit Agathias lib. 4.

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ις'.

Τίνες ἐπίσκοποι τὸ τηνικαῦτα τῶν μεγάλων ἦσαν παροικιῶν.

1a Ἰωάννου τοῦ καὶ Κατελίνου τῆς ἐντεῦθεν μεταστάντος διαίτης, [1a] Βόνοσος τοὺς οἴακας τῆς Ἐπισκοπῆς Ῥώμης ἐγχειρίζεται, ᾧ μεθ' αὐτὸν ἕτερος Ἰωάννης, Πελάγιός τε αὖ. τῆς δὲ Βασιλίδος μετὰ Ἰωάννου, ὃ καὶ αὐτῷ Εὐτύχιος. μετὰ δὲ Ἀπολιναρίου Ἰωάννης τὸν Ἀλεξανδρείας διαδέχεται θρόνον, μεθ' ὃν Εὐλόγιος. ἐπὶ δὲ τοῦ Ἱεροσολύμων ἄνεισιν ἱερωσύνης, μετὰ Μακάριον Ἰωάννης, ὃν τῇ καλουμένῃ τῶν Ἀκοιμήτων μονῇ τὸν ἄσκηθον βίον 2 ἀγωνισάμενος, [2] μηδενὸς νεωτερισθέντος περὶ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κατάστασιν.

CAPUT XVI.

Quinam eo tempore majorum Ecclesiarum fuerint Episcopi.

PER idem tempus, cum Joannes, qui alio nomine Catelinus dicebatur, ex hac vita migrasset, Bonosus Episcopatus Romani gubernaculum suscepit. Huic successit Joannes alter, quem deinde excepit Pelagius. Constantinopolitanæ autem Ecclesiæ sacerdotium Joanne mortuo recepit Eutychius, qui jam ante Joannem illud obtinuerat. Alexandrinam vero sedem post Apollinarem rexit Joannes, & post Joannem Eulogius. Ad Hierosolymitanæ autem Ecclesiæ pontificatum post Macarium evectus est Joannes, qui in Acœmitensi Monasterio religiosæ vitæ instituta didicerat: nec quidquam rerum novarum in Ecclesia tentatum est. *Præcipuarum sedium Episcopi.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ τοῦ γενομένου ἐπὶ Τιβερίου ἐν Ἀντιοχείᾳ σεισμοῦ.

3 ΑΝὰ δὲ τοὺς Θεουπολιτῶν, καὶ τοὺς γείτονα Δάφνην, [3] Τιβερίου Καίσαρος τρίτον ἔτος τοὺς βασιλείαν διακυβερνῶντος, κλόνος τε τῆς γῆς γέγο-
4 νεν ἐξαίσιος [4] ἐς αὐτὸ τῆς μεσημβρίας τὸ σφοδρότατον, ὅτε καὶ σύμπασα Δάφνη τῶν σεισμῶν ἔργον γέγονε, τῶν ἐν Θεουπόλει δημοσίων καὶ ἰδιωτικῶν οἰκοδομιῶν διαῤῥαγεισῶν μοι μέχρι τῆς γῆς αὐτῆς· οὐ μὴν ἐς ἔδαφος γόνυ κλινασῶν. γεγόνασι δὲ καὶ ἕτερα ἔνια λόγου πολλοῦ ἄξια, ἀνά τε Θεούπολιν αὐτοῖς καὶ τοὺς βασιλεύουσαν, ἅπερ ἀμφοτέρας ἀνετάραξε καὶ ἐς μεγίστους θορύβους ἐξεβάκχευσε, τοῖς ἀφορμὴν ἐκ θείου ζήλου λαχόν-
5 τα, καὶ πέρας θεοπρεπὲς δεξάμενα, ἃ δὴ [5] λέξων ἄρχομαι.

CAPUT XVII.

De Terræ motu qui Tiberii temporibus contigit Antiochiæ.

ANTIOCHIÆ vero & in suburbano Daphnensi, cum Tiberius Cæsar annum tertium Imperii ageret, ipso meridiei ferventissimo æstu, ingens extitit terræ motus. Quo Daphne quidem universa funditus prostrata est: Antiochiæ vero ædificia, tam publica, quam privata, ad terram usque disrupta, nec tamen collapsa sunt ad solum usque. Alia quoque nonnulla, commemoratione in primis digna, tum in eadem urbe, tum Constantinopoli contigerunt, quæ utramque urbem non mediocriter commoverunt, & in maximas turbas conjecerunt: Initium quidem sortita ex zelo Dei, finem vero prorsus Deo dignum consecuta. De quibus jam aggrediar dicere. *Terræ motus.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Βόνοσος] Apud Nicephorum in libro 17. cap. 35 βόνωσος dicitur. Hic est quem Anastasius Bibliothecarius & reliqui qui de vitis Pontificum Romanorum scripsere, Benedictum appellant. Eum Baronius Bonosi cognomentum habuisse existimat.

2 Μηδενὸς νεωτερισθέντος] Hæc verba Christophorsonus ita intellexit, quasi Evagrius voluisset dicere, Joannis Hierosolymitani Episcopi temporibus nullum tumultum in Ecclesia commotum fuisse. Mihi tamen aliud videtur significare Evagrius; toto scilicet eo tempore quo Pontifices illi sederunt, quos hoc loco nominat Evagrius, nullum in Ecclesia tumultum fuisse.

3 Τιβερίου Καίσαρος τρίτον ἔτος τὴν βασιλείαν διακυβερνῶντος] Niceph. quidem in cap. 3. lib. 18. tertium annum imperii Tiberii Augusti his verbis designari existimavit. Idem quoque sensit Christophorsonus & Muscu-lus, ut ex eorum interpretatione licet colligere. Mihi tamen videtur Evagrius annum potius Cæsareæ dignitatis Tiberii intelligere. Primum enim verba ipsa id satis significant. Deinde Evagrius mortem Justini junioris & Tiberii coronationem nondum retulit. De his enim loquitur infra in capite 19. hujus libri. Quamobrem ea quæ referuntur in hoc capite, superstite adhuc Justino juniore acciderunt. *

4 Ἐς τ' αὐτὸ τῆς μεσημβρίας τὸ σφοδρότατον] Scribendum est ἐς αὐτὸ, ut habet codex Tellerianus, vel καθ' αὐτὸ, ut est apud Nicephorum.

5 Λέξων ἄρχομαι] Malim scribere ἔρχομαι: sic enim Græci loqui solent. Certe in codice Telleriano diserte scriptum inveni λέξων ἔρχομαι.

VARIORUM.

a Βόνοσος] Ordinatus est Benedictus, Græcis Bonosus, die tertia mensis Junii anni 574. postquam sedes à morte Joannis III. vacasset menses decem, & dies 21. ob Longobardorum in Italia tumultus. Huic mortuo die 30 mensis Julii, anni 578, successit Pelagius II, die 30 Novembris ejusdem anni, postquam sedes vacasset menses quatuor. Joannes vero IV non ingressus est ante annum 639. Hic ergo fallitur Evagrius.

Mortuus est Joannes CPolitanus Ep. & Eutychius in sedem suam restitutus anno 577.

In sede Alexandrina mortuo Apollinari successit Joannes anno 569. quem vita functum excepit Eulogius anno 580.

Hierosolymis Macarius II obiit anno circiter 571, inque locum ejus successit Joannes. *Totus calculus est Ant. Pagi.*

* Valesii conjectura est valde verosimilis, eoque pacto Antiochia anno 577 terræ motu concussa videtur; *inquit Pagius ad ann.* 580. *n.* 2.

Sæc. VI.

CAPUT XVIII.

De motu adversus sceleratum Anatolium.

ERAT tunc Antiochiæ Anatolius quidam, vir initio quidem unus ex plebe, & ex sellulariis opificibus; sed qui postea ad Magistratus & ad alia munera nescio quo modo irrepserat. In ea igitur urbe degens, quæ tum habebat negotia administrabat. Ex quo factum est, ut maximam familiaritatem contraheret cum Gregorio illius urbis Antistite. Quippe illum adibat frequentissime, partim ut cum eo colloqueretur, partim ut ex crebra ejusdem consuetudine majorem sibi auctoritatem conciliaret. Hic aliquando diis sacrificasse deprehensus est. Cumque eo nomine in judicium vocatus esset, inventus est sceleratus ac præstigiator, & innumeris flagitiis coopertus. Verum Comitem Orientis corrupit pecunia, parumque abfuit quin dimitteretur una cum sociis: habebat enim alios ejusdem farinæ homines, qui simul cum ipso comprehensi fuerant: nisi populus insurgens, gravi seditione excitata id consilium discussisset. Sed & contra ipsum Antistitem vociferabantur, eum quoque illius consilii participem esse clamantes. Turbulentus etiam atque exitialis quidam dæmon nonnullis persuaserat, eum detestandis sacrificiis una cum Anatolio interfuisse. Hæc de causa Gregorius in extremum discrimen adductus est, cum populus gravissimas in illum impressiones fecisset. Atque hæc suspicio tantopere increvit, ut Tiberius quoque Imperator ex ipsius Anatolii ore veritatem discere voluerit. Jussit igitur ut Anatolius cum sociis ad urbem Regiam confestim perduceretur. Quo comperto, Anatolius ad imaginem Deiparæ quæ fune appensa erat in carcere, procurrens manibus post tergum circumplicatis, supplicis atque orantis speciem palam exhibuit. At illa hominem detestata, & sceleratum Deique hostem coarguens, faciem suam penitus retro avertit: spectaculo plane horrendo, & sempiterna memoria digno, quod ab universis, tam qui in carcere inclusi detinebantur, quam iis quibus Anatolii & sociorum custodia commissa erat, visum, omnibus renuntiatum est. Apparuit etiam interdiu Deipara nonnullis

Gregorius in discrimen adductus.

Deiparæ imago.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ΄.

[a] Περὶ τῆς ἐπαναστάσεως, τῆς κ᾽ τὸν Ἀναγῆ Ἀνατόλιον. 2

ΑΝατόλιός τις, πρῶτα μὲν εἷς τῶν πολλῶν 1
τε, καὶ βαναύσων καθεστὼς, ὕστερον δὲ ἀρχαῖς τε καὶ ἑτέροις πράγμασιν οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἐπεσφρήσας ἑαυτὸν, ἀνὰ τὴν Θεουπολιτῶν τὴν δίαιταν εἶχεν. ἔνθα καὶ διῴκει τὰ ἐν χερσὶ πράγματα, ἐξ ὧν καὶ σωήθης μάλιστα Γρηγορίῳ γεγόνει τῷ τῆς αὐτῆς πόλεως προέδρῳ· συχνά τε παρ᾽ αὐτὸν ἐφοίτα, [b] τὰ μὲν, καὶ πράγματα παραλεξάμενος· τὰ δὲ, καὶ μείζω δυνάμενον ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀρχολίας μνώμενος. οὗτος ἐπὶ θυσίαις ἤλω, καὶ πρὸς βυθύνας κληθεὶς, ἐφωράθη ἐξάγιστος, καὶ γόης, καὶ μυρίοις ἀτοπήμασιν ἐνειλημμένος. ἐξωνεῖται δὲ τὸν τῆς ἑῴας ἡγούμενον· καὶ μικροῦ ἂν ἀφείθη σὺν τοῖς ἀμφ᾽ αὐτόν. εἶχε γὰρ καὶ ἑτέρους ὁμοτρόπους, οἳ συνήλωσαν· εἰ μή γε ὁ λεὼς ἀναστὰς, καὶ πάντα κυκήσας, τὸ σπέρμα διέλυσεν. ἐπεβόων δὲ καὶ κ᾽ τοῦ ἱερέως, φάσκοντες καὶ αὐτὸν κοινωνῆσαι τοῦ βουλεύματος. ταραξίας δέ τις καὶ ἀλιτήριος δαίμων [3] ἀνέπεισεν ἐνίους, ὡς καὶ 3
θυσίαις σὺν Ἀνατολίῳ παρενέβαλεν. ἐντεῦθεν καὶ πρὸς ἔχατον ἦλθε κινδύνου Γρηγόριος, ἐφόδων μεγάλων κατ᾽ αὐτοῦ πρὸς τοῦ δήμου γενομένων. καὶ τοσοῦτον ἤρθη τὰ τῆς ὑπονοίας, ὡς καὶ βασιλέα Τιβέριον ζητῆσαι τὴν ἀλήθειαν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τῆς Ἀνατολίου φωνῆς ἐκμαθεῖν. κελεύει δ᾽ οὖν καὶ Ἀνατόλιον καὶ τοὺς ἀμφ᾽ αὐτὸν τὴν βασιλέως τάχιστα καταλαβεῖν. ἅμα ἐγνωκὼς ὁ Ἀνατόλιος, ἐπί τινος εἰκόνος τῆς θεοτόκου κ᾽ τὴν εἱρκτὴν καλωδίῳ ἠωρημένης, ἐκδραμὼν, καὶ ὀπίσω τὰ χεῖρε περιφέρας, τὸν ἱκετεύοντα καὶ δεόμενον ἀπήγγειλεν. ἡ δὲ, μυσαχθεῖσα κ᾽ τὸν Ἀναγῆ καὶ θεομισῆ διελέγχουσα, τέλεον [4] ἐκ τοὔμπαλιν μετεστράφη, θαῦμα φρικῶδες, κ᾽ τῆς ἀεὶ μνήμης ἄξιον. ὅθεν ὑπὸ πάντων τῶν τε ἐμφρουρίων, τ᾽ τε αὖ τὴν φυλακὴν αὐτοῦ καὶ τῶν ἀμφ᾽ αὐτὸν πεπιστευμένων ὁρᾶθὲν, τοῖς πᾶσι διηγέλθη. ὁρᾶθη δ᾽ κ᾽ ὕπαρ πᾶσι 4

VALESII ANNOTATIONES

1 Πολλῶν τε ἐπιδιφρείων] In optimo codice Florentino diserte scriptum est, τῶν πολλῶν τε καὶ ἐπιδιφρείων. Quomodo etiam legitur in Nicephoro. Porro mirum est Interpretes in unius vocis expositione lapsos fuisse. Nam Joannes quidem Langus ita vertit: *Erat Theopoli Anatolius quidam, ex plebeis ille quidem & ignavis unus.* Musculus vero ita interpretatur: *Unus ex multis illis qui vitam delicate instituunt.* Christophorsoni autem interpretatio sic habet: *Anatolius, vir quidam plebeius primum & mollis.* Quam quidem interpretationem hausisse videntur ex Suida & Authore Etymologici, qui ἐπιδίφριον exponunt ἀργὸν καὶ γυναικώδη. Verum hæc vox aliud hic significat, ut colligitur ex præcedenti vocabulo. Quare non dubito quin Sellularios artifices hac voce designet Evagrius, quos etiam Græci ἑδραίους vocant ob eandem rationem, eo quod scilicet sedentes opus suum exerceant. Ita Pollux in libro 7. cap. 1. & Author Etymologici in voce βάναυσος.

2 Τὰ μὲν καὶ πράγματα παραλεξάμενος] Scribo τὰ μὲν ὡς παραλεξόμενος, expuncta voce πράγματα, quæ ex superiore linea huc irrepsit,

3 Ἀνέπεισεν ἐνίους] Procul dubio scribendum est ἀνέπεισεν, quemadmodum scribitur apud Nicephorum.

4 Ἐκ τοὔμπαλιν] Scribendum est procul dubio εἰς τοὔμπαλιν μετεστράφη. Atque ita legit Nicephorus, qui hunc Evagrii locum sic expressit, εἰς τοὐπίσθεν πανπόπαισιν ἀπεστράφη. Ex quibus verbis apparet, Nicephorum ante vocem τέλεον, distinctionem adhibuisse post verbum διελέγχουσα. Quam quidem distinctionem magis probo.

VARIORUM.

a Περὶ τῆς ἐπαναστάσεως] Hæc Baronius refert ad annum 580.

τῶν

τῶν πιστῶν, παροτρύνουσα κατὰ τοῦ ἀλάστορος, φάσκουσά τε τῷ αὐτῆς υἱῷ τὸν Ἀνατόλιον ὑβρεῖσαι. ὡς δὲ κατὰ τὸν βασιλέως ἦλθη, πᾶσάν τε αἰτίας ὑπερβολὴν ὑπῆρξε, οὐδὲν ὅλως τοῦ ἱερέως ἔσχεν εἰπεῖν, μειζόνων κἀκεῖσε θορύβων, καὶ πανδήμου στάσεως αἴτιος τῇ πόλει σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν γέγονεν. οἰόν γὰρ αὐτῶν ψῆφον δεξαμένων ἐξοστρακίζουσαν, οὐ μὴν ἀναιροῦσαν, θείῳ τινὶ ζήλῳ πυρωθεὶς ὁ δῆμος, ἅπαντα διετάραξεν, ἀγειραίνων τε καὶ χαλεπαίνων· καὶ τοὺς μὴ ἐξοστρακισθέντας ἀνάρπασας, ἀκατίῳ τε ἐμβιβάσας, πυρὶ ζῶντας παρέδωκε, τοῦ δήμου τὴν ψῆφον ἐξενέγκαντος. καταβόων δὲ τοῦ βασιλέως καὶ Εὐτυχίου τοῦ σφῶν ἱερέως, ὡς τὴν πίστιν προδόντων. οἳ καὶ διαχρήσασθαι τὸν Εὐτύχιον ἔμελλον, καὶ τοὺς τὴν ζήτησιν ἐμπεπιστευμένους, πάντῃ περιιόντες, καὶ τούτους ἀνερευνώμενοι, εἰ μή γε ἡ πάντων ζώτειρα πρόνοια, ἐκείνους μὲν ἐκ τῶν ζητουμένων ἁνῆρπασε, τὸν δὲ θυμὸν τοῦ τοσούτου λεὼ κατὰ σμικρὸν κατήπυασε, μηδενὸς ἐκ χειρῶν ἀτοπήματος γενομένου. καὶ αὐτὸς δὲ Ἀνατόλιος θηρίοις πρότερον ἐς τὸ ἀμφιθέατρον προβοθεὶς, καὶ πρὸς αὐτῶν τὸ σῶμα σπαραχθεὶς, ὕστερον ἀνεσκολοπίσθη, οὐδὲ οὕτως τῶν ἐνταῦθα ποινῶν λύσιν θυράμενος. Λύκοι γὰρ τὸ μιαρὸν αὐτοῦ σῶμα καταγαγόντες, οὐχ ἑορηθὲν πώποτε πρὸς θοίνην διενείμαντο. ἦν δέ τις τῶν παρ' ἡμῖν, ὃς καὶ πρὶν ταῦτα γενέσθαι ἔλεγε καθ' ὕπνους ἰδεῖν, ὡς ἡ κατ' Ἀνατολίου ψῆφος καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, τῷ δήμῳ ἐδόθη. καὶ μέγας δέ τις τῶν βασιλικῶν οἰκιῶν προεστὼς ἰσχυρῶς μάλα ὑπὲρ Ἀνατολίου ὑπερησπίζων, εἰρήκει θεάσασθαι τὴν θεοτόκον λέγουσαν, μέχει τίνος ἀντέχῃ Ἀνατολίῳ, οὕτως ἐς αὐτήν τε καὶ τὸν αὐτῆς παῖδα ὑβρείσαντος. καὶ ταῦτα μὲν ἔληξεν ὧδε.

Fidelium, incitans eos adversus pestem illam; & filium suum ab Anatolio contumelia affectum esse dicens. Ubi vero Constantinopolim perductus est, & gravissimis tormentis excruciatus, adversus Gregorium Episcopum nihil prorsus habuit quod diceret, majorum adhuc motuum & publicæ seditionis ipse una cum sociis, in ea urbe auctor exstitit. Nam cum nonnullos eorum in exilium mittendos esse, non autem capite plectendos pronuntiatum fuisset, populus divino quodam zelo succensus cuncta permiscuit, indignatione percitus & efferatus. Cumque eos qui exilio damnati fuerant corripuissent, lembo impositos, injecto igne vivos concremavit, populo hanc in illos ferente sententiam. Contra Imperatorem quoque, & contra Eutychium ipsorum Episcopum vociferabantur, tanquam fidei proditores; paratique erant Eutychium interficere, & eos quibus causæ hujus cognitio mandata fuerat; quos ubique circumeundo investigabant: nisi divina providentia omnium conservatrix, istos quidem ex quærentium manibus eripuisset: tantæ vero multitudinis furorem paulatim sedasset, ita ut nullum atrox facinus populari violentia perpetratum sit. Porro ipse Anatolius in amphitheatro bestiis objectus, & ab iisdem laniatus, postea cruci suffixus est. Sed ne sic quidem suppliciorum quæ hac in vita sensit, finem est sortitus. Lupi enim impurum ejus corpus cum ex cruce detraxissent, quod quidem nunquam antea visum fuerat, vorandum inter se divisérunt. Quidam etiam ex nostris, antequam hæc fierent, affirmavit, vidisse se in somnis, quemadmodum adversus Anatolium ejusque socios sententia à populo lata esset. Ad hæc illustris quidam Imperialium domorum præpositus, qui Anatolium acerrime defendebat, visam sibi dixit esse Deiparam dicentem, quousque tandem defenderet Anatolium, qui tum ipsi, tum Filio ipsius, tantam contumeliam irrogasset. Et hæc quidem ejusmodi exitum habuerunt.

Eutychius.

Anatolii interitus.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῶν βασιλικῶν οἰκιῶν προεστὼς] Id est, *Curator imperialium ædium.* Ædes enim imperiales tam in urbe regia, quam in suburbanis, suos habebant Curatores, qui earum reditus administrabant. Eratque ea dignitas non postrema, qua qui fungebantur, gloriosissimi dicebantur ac magnificentissimi, ut supra observavi ad caput tertium hujus libri. Jurisdictionem etiam videntur habuisse, ut indicat Agathias in libro quinto de Anatolio quodam loquens Exconsule, ἄνδρα τῇ τε τῶν ὑπάτων ἀξίᾳ πεπμημένον, καὶ πρός γε τὸ φροντίδα πᾶσθαι, καὶ ἐπιμέλειαν τῶν βασιλέων οἴκων τε καὶ κτημάτων ἀρχὴν εἰληχότα. κουράτορας δὲ τούτους καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Id est, ut interpretor, *Virum qui consulari dignitate erat ornatus, & qui ut imperialium ædium ac possessionum curam ac sollicitudinem gereret, magistratum sortitus erat. Curatores illos Romani vocant.* Vox ἀρχὴν, quam Vulcanius in interpretatione sua prætermisit, minime otiosa est, sed Magistratum significat ac jurisdictionem. Sed & vitta illa purpurea, & tabulæ quas privatorum domibus affigere solebat idem Anatolius, ut eas fisco vindicaret, quemadmodum subjungit Agathias, satis aperte testantur, eum ut Curatorem domorum imperialium jurisdictionem habuisse. Certe Constitutio Tiberii Imperatoris de divinis domibus, manifeste testatur, eos Curatores jurisdictionem habuisse. Quippe Tiberius ea Constitutione diserte sancit, ut actori qui adversus Cartularium aut Conductorem vel colonum domus regiæ litem intenderit de aliqua re ad domum Imperatoris pertinente, liceat, si voluerit, coram gloriosissimo ac magnificentissimo Curatore litigare. Si vero eum suspectum habuerit, coram alio Judice qui ab Imperatore datus fuerit, causam suam prosequatur. Cæterum Tiberius Imperator ea lege prohibuit, ne Curatores tabulas ac titulos fiscales privatorum ædibus affigant, neve eas obsignent. Solebant enim Curatores hujusmodi titulos vendere tenuioribus, & pro patrocinio ac suffragio suo aliquid ab iis exigere, ut ibidem indicat Tiberius. Cæterum hæ domus, earumque Conductores, multis privilegiis atque immunitatibus fruebantur, ut videre est in codice Theod. tit. de privilegiis domus Augustæ, & in dicta Constitutione Tiberii.

SÆC. VI.

CAPUT XIX.

De Mauricii ducatu, deque ejus virtutibus.

Mauricius qualis vir.

CÆTERUM Tiberius post mortem Justini, cum jam Imperialem coronam gestaret, Justiniano potestatem abrogavit, eo quod non eadem qua prius felicitate adversus Barbaros uteretur. Mauricium vero ejus loco Magistrum Orientalis militiæ constituit, qui genus quidem ac nomen ex seniore Roma traxerat: patriam vero habebat Arabissum, urbem Cappadociæ, in quam novissimi ejus parentes se se receperant. Erat hic vir prudens ac solers, & usquequaque accuratus & constans. Qui cum in victu ac moribus constans esset atque exactissimus, nec gulæ unquam inserviit, iis dumtaxat rebus utens quæ necessariæ & paratu faciles essent: nec aliis voluptatibus quibus intemperantes homines se se oblectare solent. Vulgus hominum non facile ad colloquium admisit: nec aures promiscue omnibus præbuit: quippe qui sciret illud quidem contemptum parere; hoc vero adulationi proximum esse. Raro copiam dabat ipsum conveniendi, idque non nisi de rebus seriis. Superfluis autem sermonibus aures suas obturabat, non quidem cera, ut est apud Poetam, sed ratione: ita ut optima aurium clavis esset ratio, quæ opportune illas in colloquiis & aperiret & clauderet. Porro inscitiam, quæ mater est temeritatis, & ab ea disjunctam, ac nihilominus conjunctam ignaviam, ita ab se depulerat, ut quoties in discrimen veniret, pru-

KEΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Περὶ τ῀ στρατηγίας Μαυρικίου, κ῀ τ῀ ἀρετῶν αὐτ῀.

Ὁ δέ γε Τιβέριος, ἐπεὶ Ἰουστινιανὸς μὴ τῇ παρὰ πλησίον τύχῃ κατὰ τῶν βαρβάρων ἐχρῆτο, παύει μὲν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς, ἤδη καὶ τὸν στέφανον περιθέμενος καὶ [2]Ἰουστίνου τελευτήσαντος. Ἀντὶ δὲ τούτου τῆς ἑῴας στρατηγὸν Μαυρίκιον, ἔλκοντα μὲν γένος καὶ τοὔνομα ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης· ἐκ δὲ τῶν ὕστατα πατέρων, [1]Ἀραξιστὸν πατρίδα ὑπογραφόμενον τοῦ Καππαδοκῶν ἔθνους· ἄνδρα φρενήρη τε καὶ ἀγχίνουν, καὶ πάντα ὁμοῦ πᾶσιν ἀκριβῆ τε καὶ ἀδόνητον. Ὃς τῷ τε δίαιταν, τούς τε τρόπους εὐσταθής τε ὢν καὶ ἀπτοημένῳ, γαστρός τε ἐκράτει, μόνοις τοῖς ἀναγκαίοις καὶ εὐπορίστοις χρώμενος, τῶν τε ἄλλων ἁπάντων, οἷς ὁ ἐκδιδυμωμένος ἐγκαλλωπίζεται βίος. Ἦν δὲ τὰς συντεύξεις τοῖς πολλοῖς οὐκ εὐπρόσοδος, οὐδὲ τὰς ἀκοὰς ἀνειμένος. Τὸ μὲν εἰδὼς ἐς περιφρόνησιν ἄγον· τὸ δὲ, ἐς ἀσωπείας Φέρον. Τὰς μὲν οὖν ἐς αὐτὸν ἐσόδους σπανίας παρείχετο, [3]καὶ ταύτας ἐσπουδασμένων. Περὶ δὲ τὰς ἀκοὰς τοῖς περιττοῖς ἀπέφραττεν οὐ κηρῷ κατὰ τὴν ποίησιν, λόγῳ δὲ μᾶλλον· ὡς [b]ἄρισα κλεῖν αὐταῖς τὸν λόγον εἶναι, εὐθέτως ὂν ταῖς ἀμαλέξεσιν ἀνοιγνῦσάν τε καὶ ἀποκλείουσαν. Ἀμαθίαν δὲ τῆς θρασύνους τὴν μητέρα, καὶ δειλίαν [4]τὴν ἀπῳκισμένην κ῀ [5]σύνοικον αὐτῇ οὕτως ἀπώσατο, ὡς τὸ μὲν κινδυνεῦσαι

VALESII ANNOTATIONES.

1 Χειροτονεῖ δὲ Μαυρίκιον] Immo Tiberius, superstite adhuc Justino, Mauricium Magistrum Orientalis militiæ creavit, remoto Justiniano, ut testatur Theophylactus in capite 15. libri 3.

2 Ἀραξιστὸν τοῦ Καππαδοκῶν ἔθνους] Arabissus vel Arabissum, olim fuit oppidum Armeniæ secundæ, ut docet Hierocles in notitia provinciarum Orientalis imperii. Certe in Synodo prima Constantinopolitana, Arabissensis quidam Episcopus in Armenia minori recensetur. Sed & Philostorgius minori Armeniæ oppidum illud adscribit, ut videre est apud Suidam in Εὐδόξιος. Postea tamen Cappadociæ attributum est, si Evagrio credimus. Nescio an idem sit Arabissos, cujus meminit Menander Protector in excerptis legationum, pag. 159. editionis regiæ, quod erat juxta Theodosiopolim. ἐπεὶ ἦν ἐγένετο αὐτοῦ, ἐφαπεπόδυσατο ἐς τὸ ἀραξιστῶν ἐπικεκλημένον χωρίον ἀμφὶ τὸ μεσημβρινὸν κλίμα τοῦ ἄστεος.

3 Καὶ παύεται ἐσπουδασμένας] Hunc locum Musculus ita vertit: *Accessus ad se raros permittebat, eosque elaboratos.* Nec melius Christophorsonus: *Raro ad se adeundi concessit potestatem, eamque nonnisi vehementer oratus, largitus est.* Neuter sensum hujus loci assecutus est. Codex autem Florentinus verum hujus loci scripturam nobis indicavit. Nam pro ἐσπουδασμένας, scriptum habet ἐσπουδασμένον. Non dubito itaque quin totus locus ita legendus sit: τὰς μὲν οὖν ἐς αὐτὸν εἰσόδους σπανίας παρείχετο, καὶ ταύτας ἐσπουδασμένων πέρι. τὰς δὲ ἀκοὰς τοῖς περιττοῖς ἀπέφραττεν. Id est: *Raro sui adeundi dabat facultatem, nec nisi de rebus seriis. Superfluis autem sermonibus aures suas obturabat.* Porro in codice Florentino ad marginem hæc notata erant. οἷα λέγει περὶ Μαυρικίου Θεοφύλακτος, καὶ ἐπαίνων ἄξια. Aliud Mauricii Elogium satis elegans habetur apud Suidam in voce Μαυρίκιος, ex Menandri Protectoris historia: quod cum isto conferre non inutile fuerit.

4 Τὴν ἀπῳκισμένην] Non assentior Christophorsono & Savilio, qui in hoc loco legunt ἐπῳκισμένην. Neque enim Græce dicitur ἐπῳκισμένη: ut equidem censeo. Musculus quoque eodem modo videtur legisse, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Inscitiam vero matrem temeritatis, & ignaviam ejus domesticam ac sociam sic à se repellebat, &c.* Mihi tamen retinenda esse videtur vulgata lectio, quam sic interpretor: *Inscitiam quæ mater est temeritatis, & ab ea disjunctam, ac nihilominus conjunctam ignaviam ita à se depulerat, &c.* Eodem modo Evagrius in principio hujus libri, de Justino juniore dixit: θράσος δὲ καὶ δειλίᾳ τοῖς κακίαις κρατέρωσε, &c. ubi legendum videtur τοῖς σωθύροις κακίαις, ex hoc loco. Quod si quis ἐπῳκισμένῳ legere malit cum Savilio, locus tunc ita vertendus erit: *Et inquilinam ejus, ac contubernalem ignaviam.* Nam inter verbum ἀπῳκισμένῳ & ἐπῳκισμένῳ antum differt, quantum inter ἄποικος & ἔποικος. Est ἄποικος quidem colonus, ἔποικος autem inquilinus, ut docet Suidas in voce ἔποικος. Qui in coloniam aliquam extra patriam deducebantur, vocabantur ἄποικοι, seu coloni. Is vero qui sua sponte relicta patria vel in coloniam, vel in aliam urbem migrabat, ἔποικος dicebatur, seu μέτοικος. Proinde fallitur Christophorsonus, qui hunc locum ita vertit: *Inscitiam autem matrem audaciæ, & timiditatem quæ ei vicina ac finitima est, sic ab se depulit.* ἐπῳκισμένη non significat *finitimam*, sed *inquilinam*, ut jam dixi. Et Latina vox *inquilina* Græco verbo egregie respondet. *Inquilinus* enim dicitur ab incolatu. Præterea vox σύνοικος non *vicinam* significat: id enim esset ἀσύνορος: sed *contubernalem*, qui sub eodem degit tecto. Cæterum re nunc attentius examinata, malim hoc loco legere ἐπῳκισμένῳ.

5 Σύνοικον αὐτῇ] Scribendum puto αὐτῷ, supple τῷ θράσει. Cujus emendationis rationem paulo ante adduxi. Porro Nicephorus in cap. 8. lib. 18. hunc Evagrii locum describens ita expressit: δειλίαν τῷ ἐπῳκισμένῳ καὶ σύνοικον αὐτῇ, pessime.

VARIORUM.

2 Ἰουστίνου πλευτήσαντος] Justinus Aug. die quinta mensis Octobris anni Chr. 578. naturæ debitum solvit, *inquit Pagius ad eum annum, n. 2.*

b Ἄρισα κλεῖν] Videtur legendum ἀείσην κλεῖν. *W. Lowth.*

Ἀεὶ συ-

εὐβουλίαν εἶναι, τὸν δὲ ὄχνον ἀσφάλειαν, ἀνδρείας τε καὶ φρονήσεως τοῖς καιροῖς ὀχουμένων, καὶ τὰς ἡνίας πρυτανεύοντων ᾗ ὁ ἂν ἡ χρεία ὑπτάτῃ, καὶ τὴν ὕφεσιν καὶ ἐπίτασιν αὐτῶν τῆς ὁρμῆς, μέτρῳ πνὶ καὶ ῥυθμῷ γίγνεσθαι. περὶ οὗ τελεώτερον ἐν τοῖς ἑξῆς εἰρήσεται. ὅσος γὰρ καὶ οἷος, τῇ βασιλείᾳ Φυλακτέον, ἢ τ ἄνδρα τρανώτερον διεσάφησε, τῷ αὐτεξουσίῳ ϗ τὰ ἔνδον ἀναπεύξασα. οὗτος μὲ ἦν ὁ Μαυρίκιος τὰς ὑπερτιθύσης ποιησάμενος κατὰ τ εὐφορίας, πόλεις τε ϗ φρούρια Πέρσαις ὑπεκαιρότατα αἱρεῖ· λείαν τε τοσαύτην περιεβάλετο, ὥστε τὰ ζαγηβηθέντα αἰχμάλωτα ὁλοκλήρους νήσους καὶ πόλεις, ἀγρούς τε ἐρημωθέντας τῷ χρόνῳ 1 ἐξοικῆσαι, τλιύ τε γλιῦ ἐργὸν καταφήσασθαι πάντῃ πρώην ἀνεώργητον οὖσαν, γαλόπεδά τε ἐξ αὐτῶν συφῆναι πολύανδρα κατὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν μάλα γεννικῶς τε καὶ ἀνδρείως ἀγωνισάμενα. πληρωθῆναι δὲ καὶ πάσῃ ἑσίᾳ τὰς οἰκετικὰς χρείας, ἐς τὸ κουφότατον τ ἀνδραπόδων ἐκποιεμένων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ὡς τ Χοσρόην ϗ Ἀδαρμάνην τὺς Περσῶν στρατηγοὺς ἐνίκησε Μαυρίκιος.

Συνεπλάκη δὲ καὶ τοῖς ἀρίστοις Περσῶν, τῷ τε Ταμχοσρόῃ καὶ Ἀδαρμάνῃ μετὰ ἀξιολόγου στρατῦ ὑπερτεύσασι· καὶ ὅπως μὲν, ϗ ὅπη, καὶ ὅπῃ πέπρακται, ἄλλοι γραφόντων, ἢ ϗ παρ' ἡμῶν ἴσως ἐν ἑτέρῳ λελέξεται πόνῳ, τῆς παρούσης πραγματείας ἕτερα μᾶλλον καταπαγγελλομένης. πίπτει δ' οὖν ὅμως κτ' τλιὺ σφάξιν 2 ὁ Ταμχοσρόης, οὐκ ἀνδρείᾳ τῦ Ῥωμαίων στρατῦ, θύλακείᾳ δὲ μόνῃ, καὶ τῇ ἐς Θεὸν πίστει τῦ στρατηγοῦ. φθύγῃ δὲ καὶ ὁ Ἀδαρμάνης καταπρόπτος ἐν τῇ μάχῃ πλαίσας, καὶ πολλοὺς τ οἰκείων ἀποβαλών· ϗ ταῦτα 2 Ἀλαμουνδάρου καταπροδόντος, ὃς τ Σκηνητῶν ἡγεῖτο βαρβάρων, ϗ τὸν Εὐφράτην οὐχ ἑλομένου διαβῆναι ποταμὸν, ϗ συμμαχῆσαι τῷ Μαυρικίῳ κτ' τ ἀπεναντίας Σκηνητῶν βαρβάρων. ἀκαταγώνιστοι γὰρ τοῖς ἄλλοις διὰ τ τ ἵππων ὠκύτητα, ὅτε καταλαμβανόμενοι εἴπερ ἐκπλαγῆεν, ϗ τοὺς ἀπεναντίας ἐν ταῖς ὑπαγωγαῖς φθάνοντες· 3 ϗ Θεοδωρίχης ὃς τ Σκυθικῶν ἐθνῶν ἡγεῖτο, οὐδὲ ἐντὸς βέλους γενομένης, σὺν δὲ ϗ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν πεφυγότος.

CAPUT XX.

Quomodo Mauricius Tanchoſdroem & Adaarmanem, Perſarum duces, devicerit.

CONFLIXIT etiam cum præſtantiſſimis ducibus Perſarum, Tamchoſdroe ſcilicet & Adaarmane, qui cum ingenti exercitu in fines Romanorum irruperant. Quid autem geſtum ſit, & quonam modo, quibuſque in locis, ſcribant alii: aut à nobis fortaſſe in alio opere exponetur. Præſens enim opus longe aliarum rerum narrationem pollicetur. Cecidit nihilominus in ea pugna Tamchoſdroes, non exercitus Romani fortitudine, ſed ducis eorum religione & in Deum fide. Adaarmanes vero, ingenti clade accepta, & multis ſuorum amiſſis, contentiſſime fugit: Idque tametſi Alamundarus Saracenorum Dux prodidiſſet, nec Euphratem amnem trajicere, & Mauricio adverſus Saracenos qui in hoſtium acie erant, ſuppetias ferre voluiſſet. Nam Saraceni ab aliis ſuperari non poſſunt propter equorum pernicitatem. Quippe qui nec comprehendi poſſint ſicubi concluſi fuerint, & retrocedentes hoſtem longe antevertant. Tametſi etiam Theodoricus Scythicarum gentium dux, ne primum quidem telorum jactum ſuſtinuiſſet, ſed cum ſuis omnibus fugam arripuiſſet.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐξοικίσαι] In codice Florentino ſcriptum inveni ἐξοικῆσαι. Nicephorus vero ſimpliciter poſuit οἰκίσαι. Ego non dubito quin Evagrius ſcripſerit ἐσοικίσαι. Uſus eſt ea voce Evagrius in cap. 1. ac 2. hujus libri.

2 Ὁ παμοχσρόης] Scribendum eſt procul dubio παμχσρόης. Sic enim paulo ante Evagrius eum vocat. Meminit hujus Ducis Menander Protector in excerptis legationum, & Theophylactus in libro 3. Qualiter vero in prælio adverſus Mauricium interfectus ſit, refert idem Theophylactus in cap. 18. libri 3. Idque geſtum eſſe teſtatur poſt mortem Imperatoris Juſtini, Tiberio jam ad Auguſtum culmen evecto. In codice Telleriano ſcriptum eſt χσρόης.

3 Καὶ Θεοδωρίχης] Hujus Theodorici Ducis meminit etiam Theophylactus in libro tertio, capite decimo ſeptimo. Erat autem natione Gothus, ut ex nomine ipſo colligitur.

VARIORUM.

a Ἀλαμουνδάρου καταπροδόντος] Alamundarus Romanorum in hac expeditione comes, eorum conſilia Perſarum regi prodidiſſe fertur. Pagius hæc refert anno 581. n. 14.

CAPUT XXI.

De signis quæ Mauricio Imperium portenderunt.

SIGNA quoque divinitus ostensa sunt, quæ Imperium eidem Mauricio prænuntiarent. Nocte enim intempesta, cum intra sanctuarium Ecclesiæ sanctæ & intemeratæ virginis ac Deiparæ Mariæ, quam Antiocheni Ecclesiam Justiniani vocant, incensum offerret, velum altaris conflagrare visum est, adeo ut Mauricius ipse admiratione percelleretur, ac visum reformidaret. Cui adstans Gregorius ejus loci Episcopus, divinum quiddam id esse dixit, & summa quædam atque eximia ei significari. Apparuit etiam illi in oriente vigilanti Christus Deus, petens ab eo ut ipsum ulciscereturque. Quo quidem signo manifeste Imperium designabatur. A quo enim alio quam ab Imperatore, eoque religiosissimo ipsius cultore, id postulassetⁱ? Alia præterea memorabilia & historia in primis digna, parentes ejus mihi retulerunt, cum ego de his rebus eos percontarer. Nam pater quidem ejus mihi affirmavit, se eo tempore quo conceptus est, vitem maximam in somnis vidisse è cubili suo exortam, ex qua multæ ac pulcherrimæ uvæ dependerent. Mater vero narravit, terram partus sui tempore novum quemdam atque insolitum odorem spirasse. Sæpe item eam quæ vulgo Empusa dicitur, infantem absportasse, tanquam eum devoraturam: nullum tamen ei detrimentum afferre potuisse. Denique Symeones qui juxta urbem Antiochiam super columna stans vitam exegit: vir ad res gerendas aptissimus, & cunctis divinis virtutibus insignis, multa & dixit & fecit, quæ Imperium Mauricio nuntiabant. De quo viro opportunius in sequente libro dicturi sumus. cap. 23.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Περὶ τῶν μηνυσάντων σημείων τ βασιλείαν Μαυρικίῳ.

Γεγόνασι ȝ καὶ θεοσημεῖαι τ βασιλείαν αὐτῷ προφητεύουσαι. πρῴρω γὰρ τῶν νυκτῶν, ὑπὲρ θυμιῶντί γε αὐτῷ τ ἀνακτόρων εἴσω ȝ ἱερῷ οἴκου τ ἁγίας καὶ παναγνοῦ παρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας, ὃς πρὸς τ Θεουπολιτῶν Ἰουστινιανῇ προσηγόρευται, τὸ ἀμφὶ τ ἱερὰν βάπτεζαν πρόβλεπτόν τι πυρφλεκτὸν γέγονεν, ὡς καὶ πρὸς ἔκπληξιν καὶ θάμβος ἐλθεῖν τ Μαυρίκιον, καὶ δεῖσαι τὸ ὅραμα· ᾧ παρεστὼς Γρηγόριος ὁ τ πόλεως ἀρχιερεύς, εἶπεν, θειασμοῦ τινος εἶναι τὸ χρῆμα, καὶ μέγα καὶ ἔξοχα μεμυεῖσθαι αὐτῷ. ἐφάνη δέ οἱ Χριστ τ θεὸς ὑπερεκδίκησιν ζητῶν, ὅπερ ἄντικρυς βασιλείαν ἐδήλου. πρὸς τίνος γὰρ ἂν ἢ πρὸς βασιλέως, καὶ οὕτως εὐσεβοῦς τὰ τοιαῦτα ἐξήτησεν; ἀξιόλογα ȝ καὶ ἱστορίας ἄξια πυνθανομένῳ μοι περὶ τούτων, καὶ οἱ ἐς φῶς αὐτὸν προαγόντες διηγήσαντο. ὁ μὲν γὰρ φύσας ἔλεγεν, ἄμπελον μεγίστην ὄναρ ἰδεῖν, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς αὐτῆς συλλήψεως ἐκ τῆς σφετέρας καίτης ἐκφύσαι, καὶ βότρυς παμπληθεῖς καὶ ὡραίους αὐτῆς ἠωρῆσθαι. ἡ δέ γε μήτης αὐτὴν ἔφασκεν τ ἀποτεχεῖν, εὐωδίαν ξένην τε καὶ παρηλλαγμένην τὴν γῆν ἀναθυμιᾶσαι· πολλάκις ȝ καὶ λεγομένην Ἔμπουσαν μεταθεῖναι τὸ βρέφος, ὡς τοῦτο βρώξουσαν· μὴ οἷαν ȝ γενέσθαι τοῦτο λυμήνασθαι. καὶ Συμεώνης ȝ ἀγχοῦ Θεουπόλεως τὸν ἐπὶ κίονος ζάσιν ποιούμενος, ἀνὴρ πρακτικώτατος, καὶ πάσαις ταῖς ὀφθείσαις χρεταῖς ἐπίσημος, πολλὰ εἶλεξέ τε καὶ πέπραχε, τ βασιλείαν αὐτῷ μεμυούσας. περὶ οὗ τὰ πρόσφορα ἡ ἑξῆς ἱστορία διαλέξεται.

CAPUT XXII.

De nuncupatione Mauricii & Augustæ.

CÆTERUM Mauricius ad Imperium evectus est, cum Tiberius extremum jam spiritum duceret, eique filiam suam Augustam, & dotis loco Imperium tradidisset. Et hic quidem brevi admodum tempore imperavit. Ob ea tamen quæ gessit bona immortalem nominis sui memoriam dereli-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Περὶ τῆς ἀναγορεύσεως Μαυρικίου καὶ Αὐγούστης.

Ὁ δέ γε [b] Μαυρίκιος, πρὸς τ βασιλείαν ἄνοδον, Τιβερίου πρὸς ταῖς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς τυγχάνοντος, καὶ τὴν παῖδα Αὐγοῦσταν, καὶ τ βασιλείαν ἀντὶ φερνῆς τινος παραδόντος αὐτῷ· ὀλιγοστὸν μὲν βιώσαντος ἐν τῇ βασιλείᾳ χρόνον, ἀθάνατον ȝ μνήμην καταλελοιπότος ἐφ' οἷς πέπραχεν ἀγαθοῖς·

VALESII ANNOTATIONES.

1 Κατὰ τὴν ἰῶσαν] Id est, *cum Mauricius in Oriente esset.* Sic Nicephorus hunc Evagrii locum exponit in capite nono libri decimi octavi. Paulo post, ex eodem Nicephoro, & ex codice Telleriano emendavi, ὕπαρ, ἐκδίκησιν ζητῶν, cum antea legeretur una voce ὑπερεκδίκησιν, &c.

2 Ἡ δέ γε μήτηρ αὐτὴν] Assentior Henrico Savilio, qui in suo codice notavit forte scribendum esse, καὶ αὐτὴν ἔφασκε τὴν ἀπόπτειν, &c. Atque ita legitur apud Nicephorum. In codice Telleriano scriptum inveni, πρὸς αὐτὴν τὴν ἀπόπτειν.

3 Τὴν λεγομένην ἔμπουσαν] De Empusa vide, si placet, quæ notavi ad librum octavum Sozomeni, pagina 333. hanc sua ætate Gillo dictam fuisse tradit Nicephorus in capite nono, qui hujusmodi fabulas aniles merito deridet. Similes fuerunt quas Romani strigas vocabant, de quibus Festus. Glossæ veteres Striga, λαμπρυγὼν γυνὴ φαρμακίς. De Gillo, seu Gello, quæ infantes rapere olim credebatur, multa notavit Leo Allatius in epistola ad Paulum Zachiam.

VARIORUM.

a Μαυρίκιος] *Hoc quarto Imperii ejusdem anno ager Tiberius Cæsar, quinto Augusti, XV. Indictionis præsentis* [anno Chr. 582] *creatus est Cæsar Mauricius Tiberius, & 13 Augusti coronatus Augustus; data illi in uxorem à Tiberio novo Constantino filia Constantina. XIV Augusti moritur Tiberius novus Constantinus in Processo Hebdomi, impositoque ejus funere in navi defertur Constantinopolim, posteroque die exequiis celebratis corpus in ade SS. Apostolorum deponitur.* Auctor Chronici Alexandrini.

οὐδὲ

οὐδὲ γὰ λόγῳ ϖεριληπτέον. ἄριστον ἢ κὴ τῷ πολιτεύματι κλῆρον καταλέλοιπεν ὁ Τιβέριος, ἢ Μαυρικίου ἀναῤῥησιν· ᾧ διένειμε κὴ τὰς ἑαυτοῦ ϖροσηγορίας, τὸν μὲν Μαυρίκιον, Τιβέριον· τῇ δὲ Αὐγούσῃν, Κωνσταντῖναν ϖροσϕπών. τί δὴ κὴ αὐτοῖς πέπραχται, τῆς θείας συναιρουμένης ῥοπῆς, ἡ ἑξῆς ἱστορία δηλώσῃ.

quit. Neque enim oratione comprehendi facile possunt. Præstantissimam porro hereditatem Tiberius reliquit Reipublicæ, nuncupationem Mauricii. Cui quidem etiam nomina sua distribuit. Ipsum enim Mauricium, Tiberium: Augustam vero ejusdem uxorem, Constantinam cognominavit. Quid autem ab illis gestum sit, sequens liber, Deo juvante, ostendet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ χρόνων ἀναγραφῆς ἀπὸ Ἰουστίνου τοῦ νέου μέχρι Μαυρικίου.

CAPUT XXIII.

Computatio temporum, à Justino Juniore usque ad Mauricium.

ΩΣ ἂν δὲ καὶ οἱ χρόνοι σὺν πάσῃ ἀκριβείᾳ ἀναγραφεῖεν, ἰστέον, ὡς βεβασίλευκεν Ἰουστῖνος
1 ὁ νέος, 'καθ' ἑαυτὸν μὲν ἔτη δυοκαίδεκα ϖρὸς μη-
2 σὶ δέκα καὶ ἥμισυ· 'σὺν Τιβερίῳ δὲ ἔτη τέσσαρα, μῆνας ἕνδεκα. τὰ δὲ πάντα ἔτη, ἓξ καὶ δέκα ϖρὸς μησὶν ἑνέα ἥμισυ. ἐβασίλευσε δὲ καὶ Τιβέριος καθ' ἑαυτόν τε, ἔτη τέσσαρα· ὡς συνάγεσθαι ἀπὸ Ῥωμύλου μέχρι τῆς ἀναῤῥήσεως Μαυρικίου Τιβερίου**, ὥστε τὰ ϖροληφθέντα τότε ϖαρόντα δεδηλώκασιν ἔτη.

PORRO ut tempora accuratissime distinguantur, sciendum est Justinum Juniorem, solum quidem imperasse annis duodecim, & mensibus decem cum dimidio: cum Tiberio autem collega, annis tribus ac mensibus undecim. Fiunt itaque in universum anni Imperii Justini sedecim cum mensibus novem ac dimidio. Tiberius vero imperavit solus annis quatuor. Quare à Romulo usque ad nuncupationem augustam Mauricii Tiberii, colliguntur anni.... sicut tum superiora, tum præsens temporum descriptio declaravit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Περὶ τῆς καθ' εἱρμὸν ἱστορίας μέχρις ἡμῶν σωζομένης.

CAPUT XXIV.

De serie historiarum, quæ ad nostra usque tempora servata est.

ΣΥν Θεῷ δὲ ἡμῖν καὶ τὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας βιαιοπαθῶς ἀπόκειται μὲχρι τῶν
3 ἱστορημένων. μέχρι μὲν οὖν Κωνσταντίνου Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου· ἐξ ἐκείνου δὲ μέχρι Θεοδοσίου τοῦ νέου, Θεοδωρήτῳ, Σωζομένῳ τε καὶ Σωκράτει, 'καὶ ὃν ὁ παρὼν ἡμῖν ἐξέλεξε πόνος. καὶ ἡ μὲχαία δὲ καὶ

ET Ecclesiastica quidem historia, Deo dante, in unum corpus digesta, ad nos pervenit, studio atque industria optimorum Scriptorum. Ad Constantini quidem usque tempora, studio atque opera Eusebii, cognomento Pamphili. A Constantini autem Imperio, usque ad principatum Theodosii Junioris, studio atque industria Theoditi, Sozomeni ac Socratis: Per ea denique quæ nos in præsenti opere collegimus. Antiquior au-

Eusebius Pamph.

Theod. Soz. Socr.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καθ' ἑαυτὸν μὲν ἔτη δυοκαίδεκα.] Hic locus ansam erroris præbuit Baronio, qui in Annalibus Ecclesiasticis Evagrium sequutus auctorem, annos sexdecim Imperii cum mensibus novem Justino juniori tribuit. Sed reliqui Chronographi Justino pauciores annos assignant. Nam Joannes quidem Biclarienſis undecim dumtaxat annos ei tribuit: Cedrenus autem tredecim cum aliquot mensibus. Auctor vero Alexandrini Chronici duodecim annos eum regnasse dicit, ac menses octo. Postremo Dionysius Petavius, diligentissimus temporum Scriptor, annos Imperii tredecim, uno mense minus, tribuit Justino. Quos quidem orditur ab anno Christi 565, mense Novembri, Indictione decima quarta, qua Justinianum * mortuum esse censet cum Theophane ac Baronio. *Cujus viri sententiæ lubenti animo subscribo. Certe annum primum Justini junioris, cum Indictione decima quarta cucurrisse docet ejusdem Justini Novella prima ad Julianū Præfectum urbi, quæ hanc habet subscriptionem: *Data 18. Kalendas Octobres, Chalcedone, Imp. D. N. Justino PP. Augusti. anno primo, Indictione quinta decima.* Annus enim primus Imperii Justini cœpit à mense Novembri, ut inter omnes constat. Quarta decima igitur tunc fuerit Indictio necesse est: si quidem mense Septembri sequentis anni, quinta decima Indictio numerata est. Etenim si Justinus Imperium auspicatus esset Indictione decima quinta, ut Victor Thunonensis, & Joannes Biclarienſis, & Auctor Alexandrini Chronici scriptum reliquerunt. & quidem mense Novembri, certe mense Septembri sequentis anni prima cœpisset Indictio. Porro ex his duodecim annis ac mensibus undecim, quibus integris Justinum regnasse diximus, solus quidem ac sine Collega imperavit annis octo, mensibus novem cum dimidio: simul autem cum Tiberio Cæsare regnavit annis quatuor, ac uno fere mense.

2 Σὺν Τιβερίῳ δὲ ἔτη τέσσαρα, μῆνας ἕνδεκα.] Tiberius Constantinus à Justino Cæsar factus est Indictione octava, die 7. mensis Septembris, ut legitur in Chronico Alexandrino. Imperium autem auspicatus est Indictione 12. mensis Octobris, die 5. Fiunt anni quatuor, ac dies 28 Cæsareæ potestatis Tiberii. Quod si Theophylactum sequi malimus, qui Tiberium à Justino Cæsarem factum esse scribit Decembris die 7. feria 6. fient anni tres ac menses fere decem, quod est ab anno Christi 574. ad annum 578. Porro notandum est, Tiberium Constantinum post mortem Justini junioris, annos Imperii sui numerasse ab exordio Cæsareæ potestatis, ut discimus ex subscriptione sacræ Pragmaticæ ejusdem Tiberii de confirmatione constitutionum Justini Imperatoris, quæ sic habet: *Data tertio Idus Augusti, Constantinopoli. Imperatoris Domini nostri Tiberii Constantini Augusti anno 8. & post Consulatum ejus anno tertio: Et nobilissimi Flavii Tiberii Mauricii felicissimi Cæsaris anno primo.*

3 Καὶ ὃν ὁ παρὼν ἡμῖν ἐξέλεξε πόνος.] Scribendum est procul dubio καὶ ἂν ὁ παρὼν. Referturn enim ad id quod præcessit, μέχρι τῶν ἱστορημένων, quod non viderunt Interpretes.

VARIORUM.

* Imperavit Justinus annos duodecim, menses decem, & dies viginti duos, die emortuali incluso, indeque Zonaras & Theophanes, numero rotundo loquentes, annos tredecim ei assignant. *Pagius ad ann. 578. n. 3.*

SÆC. VI.

tem historia, tam sacra, quam profana, ipsa quoque à viris studiosis atque industriis per ordinem temporum digesta habetur. Moses enim, qui primus historiam scribere aggressus est, sicut ab illis qui hujusmodi res collegerunt certissime demonstratum est; res ab ipso mundi exordio gestas verissime conscripsit, sicut à Deo didicerat, quocum in monte Sina fuerat collocutus. Alii deinde eum secuti, religioni nostræ viam munientes, ea quæ subsecuta sunt, sacris voluminibus exposuerunt. Sed & Josephus copiosam nobis reliquit historiam, eamque utilem prorsus ac fructuosam. Quæ vero vel fabulosa sunt, vel reipsa acciderunt inter Græcos ac priscos barbaros, dum Græci inter se ipsi, aut adversus Barbaros decertarent; aut si quid aliud gestum est ab eo tempore, ex quo illi homines primum exstitisse acceperant: Charax & Theopompus atque Ephorus, & innumerabiles alii perscripserunt. Romanorum vero res gestas, quæ totius prope terrarum orbis historiam complectuntur, & quæcumque vel ipsi inter se mutuo divisi, vel contra alios egerunt, Dionysius Halicarnasseus scriptis prodidit, exorsus à populis qui Aborigines dicebantur, & ad Pyrrhum usque Epirotarum regem historiam prosecutus. Ab eo tempore Polybius Megalopolitanus usque ad expugnationem Carthaginis opus suum perduxit. Quæ omnia Apianus summa perspicuitate distinxit, & singula in unum corpus congessit, tametsi diversis temporibus gesta essent. Ea vero quæ post illorum quos dixi, historiam gesta sunt, Diodorus Siculus & Dio Cassius literis mandarunt. Quorum ille usque ad Julii Cæsaris tempora, hic vero usque ad principatum Antonini ejus qui ex urbe Emesa oriundus fuit, historiam suam deduxit. Herodianus quoque eorundem temporum scriptor, cuncta nobis usque ad obitum Imperatoris Maximi commemoravit. A Philippo autem Imperatore qui Gordiano successit, usque ad Odænatum Palmyrenum, & ignominiosam Valeriani expeditionem contra Persas, res gestas conscripsit Nicostratus Sophista Trapezuntius. Multa quoque iisdem de rebus scripsit Dexippus, qui à Scythicis bellis exorsus, finem scribendi fecit in principatu Claudii qui post Gallienum imperavit. Ea quoque quæ Carpi & aliæ barbaræ gentes per Achaïam, Thraciam atque Ioniam gessere, ab eodem Dexippo literis mandata sunt. Eusebius præterea, ab Octaviani & Trajani ac Marci rebus gestis exorsus, usque ad obitum Imperatoris Cari provectus est. Sed & Arrianus & Asinius Quadratus, de iisdem temporibus quædam scripserunt. Sequentium autem temporum historiam usque ad Imperium Arcadii & Honorii, Zosimus elaboravit. Post illorum vero imperium res gestas Priscus rhetor &

Moses. *Josephus.* *Charax, Theopompus, Ephorus.* *Dionysius Hal.* *Polybius Meg.* *Apianus.* *Diod. Sic. Dio Cassius.* *Herodianus.* *Nicostratus.* *Dexippus.* *Eusebius.* *Arrianus. Asinius Quadratus.* *Zosimus. Priscus.*

ἡ θύραθεν ἱστορία καθ' εἰρμὸν τοῖς Φιλοπόνοις ἀφασώζεται, Μωσέως μὲν ἄρξαντος ἱστορίας καὶ συγγραφῆς, ὡς τοῖς τὰ περὶ τούτων συναγαγοῦσι σαφῶς ἀποδέδεικται, τὰ ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἀληθῶς γράψαντος, ἐξ ὧν ἐντυγχάνων τῷ Θεῷ μεμάθηκεν ἀνὰ τὸ Σινὰ ὄρος, καὶ ὧν οἱ μετ' αὐτὸν τὴν ἡμετέραν περιοδοποιοῦντες θρησκείαν ἀφ' τῆς θείας ἀπέθεντο γραφῆς. πολλὴν δὲ καὶ Ἰώσηπος ἔγραψεν ἱστορίαν, χρειώδη ἐς ἅπαντα τυγχάνουσαν· ὅσα δὲ εἴτε μυθώδη, εἴτε μετὰ τῶν ἀληθῶν γεγένηται, Ἑλλήνων τε καὶ τῶν ἀρχαίων βαρβάρων πρὸς ἑαυτούς τε καὶ πρὸς ἐκείνους ἀφαγωνιζομένων, ἢ εἴ τι καὶ ἄλλο ἐξειργάσθη ἐξότου ἀνθρώπους ἱστόρησαν εἶναι, Χάρακί τε γέγραπται, καὶ Θεοπόμπῳ καὶ Ἐφόρῳ, καὶ ἄλλοις ἀναρίθμοις. αἱ δὲ κατὰ Ῥωμαίους πράξεις πᾶσαν κοσμικὴν ἱστορίαν ἐν αὐτοῖς περιλαμβάνουσαι, ἢ εἴ τι καὶ ἄλλο γέγονεν, εἴτ' ἐς ἑαυτοὺς ἀφαιρουμένων, εἴτε καὶ καθ' ἑτέρων πραττόντων, πεπόνηται, Διονυσίῳ μὲν τῷ Ἁλικαρνασεῖ ἀπὸ τῶν λεγομένων Ἀβορεγίνων τὴν ἱστορίαν ἐλκύσαντι μέχρι τοῦ Ἠπειρώτου Πύρρου. ἐξ ἐκείνου δὲ Πολυβίῳ τῷ Μεγαλοπολίτῃ, καταγαγόντι ἕως τῆς Καρχηδόνος ἁλώσεως. ἅπαν Ἀππιανὸς θυκερινῶς διέτεμεν, ἑκάστην πρᾶξιν ἐς ἓν ἀγείρας, εἰ καὶ καλὰ ἀφ' φόρους γένοντο χρόνους· καὶ τὰ μετ' ἐκείνους ὡσαύτως εἰργασμένα, Διοδώρῳ τε τῷ Σικελιώτῃ πεποίηται, τὰ μέχρις Ἰουλίου Καίσαρος, ᾧ Δίωνι τῷ Κασσίῳ, γεγράπται μέχρις Ἀντωνίνου τοῦ ἐξ Ἐμέσης. ἐκθεμένου δὲ τὰ τοιαῦτα καὶ Ἡρωδιανοῦ, τὰ μέχρι τῆς Μαξίμου τελευτῆς δεδήλωται. Νικοστράτου τε τοῦ Σοφιστοῦ τοῦ ἐκ Τραπεζοῦντος συγγράψαντος τὰ ἀπὸ Φιλίππου τοῦ μετὰ Γορδιανὸν ἐκτίθεται, ἕως Ὀδαινάθου τοῦ ἐκ Παλμύρας, καὶ τῆς Οὐαλεριανοῦ πρὸς Πέρσας αἰσχρᾶς ἀφίξεως. καὶ Δεξίππῳ δὲ πλεῖστα περὶ τούτων πεπόνηται, ἀπὸ μυθικῶν ἀρξαμένῳ, καὶ λήξαντι ἐς τὴν Κλαυδίου τοῦ μετὰ Γαλλιηνὸν βασιλείαν· ᾧ συναπείληπται περὶ ὧν Κάρποι καὶ ἕτερα βάρβαρα ἔθνη, τῆ τε Ἑλλάδα καὶ Θρᾴκῃ τῇ Ἰωνίαν ἀφαπολεμοῦντες ἔπραξαν. καὶ Εὐσέβιος δὲ ἀπὸ Ὀκταβιανοῦ καὶ Τραϊανοῦ καὶ Μάρκου λαβών, ἕως τῆς τελευτῆς Κάρου κατήντησε. γέγραπται δὲ περὶ τῶν χρόνων τούτων ἔνια Ἀριανῷ τε καὶ Ἀσινίῳ Κυαδράτῳ. περὶ δὲ τῶν ἑξῆς χρόνων Ζωσίμῳ ἱστόρηται μέχρις Ὀνωρίου καὶ Ἀρκαδίου, τῶν βασιλέων· καὶ ὅσα μετ' αὐτοὺς συνείλεκται Πείσκῳ τῷ ῥήτορι, καὶ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Χάρακι] De Charace Pergameno Græcarum Historiarum Scriptore, vide quæ scripsit Vossius in libro de Historicis Græcis.

2 Νικοστράτου] Idem mihi videtur esse, qui à Vopisco in Aureliani vita dicitur Nicomachus, qui illorum temporum Historiam Græce conscripserat, teste ibidem Vopisco. Alius ab hoc Nicostrato fuit Nicostratus Sophista, qui Marco imperante floruit, ut testatur Suidas, & Georgius Syncellus in Chronico.

3 Ἀπὸ μυθικῶν ἀρξαμένῳ] Jam pridem in Annotationibus ad excerpta legationum è Dexippo, monui scribendum esse hoc loco ἀπὸ σκυθικῶν. Nam Dexippus σκυθικὰ, id est, Romanorum bella adversus Scythas gesta conscripserat, ut testatur Photius in Bibliotheca.

4 Ἀριανῷ] Arrianus Parthica & Alanica scripsit, in quibus libris res à Romanis gestas adversus Parthos & Alanos conscripserat. Hos igitur libros hic designat Evagrius.

ἑτέροις

ἑτέροις. ἅπερ ἅπαντα Εὐσταθίῳ τῷ Ἐπιφανεῖ ἐπιτέτμηται πανάριστα ἐν δύο τόμοις, ἑνὶ μὲν ἕως ἁλώσεως Ἰλίου· τῷ δὲ ἑτέρῳ, ἕως δωδεκάτου ἔτους τῆς Ἀναστασίου βασιλείας. καὶ Προκοπίῳ δὲ τῷ ῥήτορι πεποίηται τὰ ἐξ ἐκείνου ἕως τῶν Ἰουστινιανοῦ χρόνων. καὶ τὰ ἐχόμενα δὲ τουτὶ Ἀγαθίῳ τῷ ῥήτορι καὶ Ἰωάννῃ ἐμοί τε πολίτῃ καὶ συγγενεῖ καθ' εἱρμὸν ἐξήρτηται, μέχρι τῆς Χοσρόου τοῦ νέου πρὸς Ῥωμαίους φυγῆς, καὶ τῆς εἰς τὸν αὐτῆς βασιλείαν ἐπικαταστάσεως· Μαυρικίου μηδαμοῦ πρὸς τὸν πρᾶξιν ἐλινύσαντος, ὑποδεξαμένου δὲ βασιλικῶς, καὶ μάλιστα τάχιστα εἰς τὸν βασιλείαν χρήμασί τε μεγάλοις καὶ στρατεύμασι καταγαγόντος· εἰ καὶ μήπω ἔτυχον ἐκδεδωκότες. ὡς οἷ ὧν καὶ ἡμεῖς τῆς ἄνωθεν ἐπιτρεπούσης φιλονεικίας ἐν τοῖς ἑφεξῆς τὰ πρόσφορα λέξομεν.

alii quidam literarum monumentis prodiderunt. Quæ omnia ab Euſtathio Epiphanienſi ſcite admodum in compendium redacta ſunt in duobus voluminibus: quorum prius uſque ad expugnationem Ilii: alterum uſque ad annum duodecimum Imperii Anaſtaſii, res geſtas complectitur. Jam vero quæ ab Anaſtaſii temporibus uſque ad Imperatorem Juſtinianum geſta ſunt, Procopius rhetor nobis tradidit. Quæ autem deinceps ſubſecuta ſunt, uſque ad Junioris Choſdrois fugam ad Romanos, & ejuſdem reſtitutionem per Mauricium: qui nihil cunctatus profugum regali magnificentia excepit, & maximis ſumptibus ac copiis in regnum ſuum eum reduxit: ſcripſerunt quidem Agathias Rhetor & Joannes civis & cognatus meus: nondum tamen hiſtorias ſuas in lucem ediderunt. Quibus de rebus nos quoque, ſi divina adfuerit clementia, ea quæ decet dicturi ſumus.

SÆC. VI.

Euſtathius Epiphanienſis.

Procopius.

Τέλος τοῦ ε. τόμου τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Εὐαγρίου.

Finis Libri quinti Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Evagrii.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Εὐσταθίῳ τῷ ἐπιφανεῖ] Hic eſt Euſtathius Syrus, cujus teſtimonio ſæpe uſus eſt Evagrius noſter in ſuperioribus libris. De hoc Suidas ita ſcribit: Εὐσάθιος ἐπιφανεὺς χρονικὴν ἐπιτομὴν τῶν ἀπὸ αἰνείου μέχρις Ἀναστασίου βασιλέως ἐν τόμοις. Scribe meo periculo, ἐν τόμοις β'. Cujus emendationis Auctorem habeo Evagrium.

2 Ἰωάννῃ ἐμοῖ τε πολίτῃ καὶ συγγενεῖ] Hic Joannes Epiphanienſis fuit. Nam cum Evagrius eum civem ſuum appellet, Epiphanienſem eum fuiſſe neceſſe eſt, ſi quidem Epiphania Syriæ urbs, patria fuit Evagrii. Quare fallitur Voſſius in libro de Hiſtoricis Græcis, qui Joannem hunc domo Antiochenum fuiſſe exiſtimat.

3 Καὶ μάλιστα τάχιστα] Scribendum puto καὶ μάλα τάχιστα, ad vitandam κακοφωνίαν.

ΤΑΔΕ

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΕΚΤΩ ΤΟΜΩ ΤΗΣ
Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Εὐαγρίου σχολαστικοῦ.

ά Περὶ τῆς γάμου Μαυρικίου καὶ Αὐγούστης.
β' Περὶ Ἀλαμουνδάρου τοῦ Σαρακηνοῦ καὶ τοῦ ὑοῦ αὐτῆς Νααμάνου.
γ' Περὶ τῆς στρατηγίας Ἰωάννου καὶ Φιλιππικοῦ, ὑφ' ὧν πεπράχασι.
δ' Περὶ στρατηγίας Πείσκου, ὑφ' ὧν πέπονθεν ὑπὸ τῆς στρατοῦ ἐπαναστάντος αὐτῷ.
ε' Περὶ τῆς Γερμανοῦ εἰς τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ἀκουσίου καθαιρέσεως.
ς' Ὡς ὁ βασιλεὺς Φιλιππικὸν πάλιν ἐξαπέστειλεν· ὁ δὲ στρατὸς τοῦτον οὐ παρεδέξατο.
ζ' Περὶ Γρηγορίου τῆς Θεουπόλεως, ὑφ' ἧς καθ' αὐτῆς γενομένης συκοφαντίας, ὑφ' ὅπως τὰ ταύτην ψευδῆ διήλεγξεν.
η' Ὡς πάλιν ὑπὸ σεισμῶν ἡ Θεούπολις ἔπαθεν.
θ' Ὡς οἱ Βάρβαροι θαρρήσαντες τῇ τῶν στρατῶν ἀποστάσει, τούτοις ἐπιβαλόντες, ὑπὸ Γερμανοῦ ἡττήθησαν.
ι' Περὶ τῆς τῶν βασιλέως εἰς τοὺς ἀποστάντας φιλανθρωπίας.
ια' Ὡς Γρηγόριος ὁ Θεουπόλεως εἰς Ἀφφλαγὰς ἐξαπεστάλη τῶν στρατῶν.
ιβ' Δημηγορία Γρηγορίου πρὸς τὸν στρατόν.
ιγ' Οπ μετὰ τὸ δημηγορῆσαι Γρηγόριον, μετέθεντο ταῖς γνώμαις οἱ στραπῶται, καὶ πάλιν δέχονται Φιλιππικὸν στρατηγόν.
ιδ' Περὶ τῆς ἁλώσεως Μαρτυροπόλεως.
ιε' Περὶ τῆς στρατηγίας Κομεντιόλου, ὑφ' ἁλώσεως τοῦ Ὄκβας.
ις' Περὶ τῆς ἀναιρέσεως Ὁρμίσδου.
ιζ' Περὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς Φυγῆς τοῦ νέου Χοσρόου.
ιη' Ὡς ὁ βασιλεὺς Γρηγόριον ὑφ' Δομεπανὸν εἰς ἀπάντησιν Χοσρόου ἐξαπέστειλεν.
ιθ' Ὡς πάλιν τὴν ἀρχὴν Περσῶν Χοσρόης ἔλαβε, Ῥωμαίων αὐτῷ συναραμένων.
κ' Οπι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἡ ἁγία μήτης τοῦ Γολανδούχ.
κά Περὶ ὧν ἔπεμψε Χοσρόης ἀναθημάτων τῷ ἁγίῳ μάρτυρι Σεργίῳ.
κβ' Περὶ Νααμάνου τοῦ Σαρακηνοῦ.
κγ' Περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ὁσ ἁγίοις Συμεὼν τοῦ νέου Στυλίτου.
κδ' Περὶ τῆς τελευτῆς Γρηγορίου ἐπισκόπου Θεουπόλεως, ὑφ' ἀποκαταστάσεως Ἀναστασίου.

IN SEXTO LIBRO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
Evagrii Scholaſtici hæc continentur.

CAP. I. De nuptiis Mauricii & Auguſtæ.
II. De Alamundaro Saraceno, & de filio ejus Naamane.
III. De Joanne & Philippico, Magiſtris militum, & de rebus ab eiſdem geſtis.
IV. De Priſco Magiſtro militum: & quænam paſſus ſit à militibus adverſus ipſum inſurgentibus.
V. Quomodo Germanus Imperii inſignia ſuſcipere per vim coactus eſt.
VI. Quomodo Imperator denuo Philippicum miſit, utque exercitus eum ſuſcipere recuſavit.
VII. De Gregorio Antiochiæ Epiſcopo, deque concinnata adverſus eum calumnia, & quomodo eam falſi convicerit.
VIII. Quomodo Antiochia terræ motibus denuo vexata eſt.
IX. Quomodo Barbari fiducia ſumpta ex eo quod milites ab Imperatore defeciſſent, eoſdem aggreſſi, à Germano ſuperati ſunt.
X. De Imperatoris in rebelles clementia.
XI. Quomodo Gregorius Antiochenſis Epiſcopus ad pacandos milites directus eſt.
XII. Gregorii Oratio ad exercitum.
XIII. Quomodo poſt orationem Gregorii, milites depoſita priore ſententia, Philippicum ducem denuo ſuſceperunt.
XIV. Quomodo capta ſit Martyropolis.
XV. De Comentiolo Magiſtro militum, & de expugnatione Caſtelli Hocbas.
XVI. De cæde Hormiſdæ.
XVII. De Junioris Choſdrois ad Romanos fuga.
XVIII. Qualiter Imperator Gregorium ac Domitianum Choſdroi obviam ire juſſit.
XIX. Quomodo Choſdroes Romanorum auxilio Regnum ſuum recuperavit.
XX. De ſancta matre Golanduch, quæ illis temporibus vixit.
XXI. De Donariis quæ Choſdroes miſit ad ſanctum martyrem Sergium.
XXII. De Naamane Saraceno.
XXIII. De Obitu ſancti Simeonis Stylitæ Junioris.
XXIV. De Obitu Gregorii Antiochenſis Epiſcopi, & reſtitutione Anaſtaſii.

ΕΥΑΓΡΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΕΩΣ Καὶ ἀπὸ ἐπάρχων, ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΤΟΜΟΣ ΕΚΤΟΣ.

EVAGRII SCHOLASTICI EPIPHANIENSIS Et ex præfectis, ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER SEXTUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ τῦ γάμυ Μαυρικίυ καὶ Αὐγούστης.

ΜΑΥΡΙΚΙΟΣ δὲ, ἐπεὶ παρέλαβεν τὴν ἀρχὴν, πρῶτα μὲν τὰ περὶ τὸν γάμον ἐξηρτύετο· καὶ κατὰ τοὺς βασιλικοὺς θεσμοὺς Αὐγοῦσαν, τὴν καὶ Κωνσταντίναν, ἐστοιχίζετο· τῆς τε τῶν γάμων πομπῆς μεγαλοπρεπῶς γενομένης, δημοθοινίας τε, καὶ ἀγερωχίας ἐκατέρωθεν τῆς πόλεως. παρῆσαν δὲ τῷ γάμῳ, θεοσέβειά τε καὶ βασιλεία δορυφορουσαί τε ἐκπρεπέστατα, καὶ δωροφορῦσαι τὰ πρωτεῖα. ἡ μὲν γὰρ, πατέρα καὶ μητέρα παρείχετο, σεμνῇ πολιᾷ, αἰδεσίμῳ τε ῥυτίδι τὸν γάμον ἁγιάσοντας, οὐχ ἑτέρωθεν ἐς βασιλέας πώποτε, ἀδελφούς τε καλοὺς καὶ ὡραίους τὴν γαμήλιον πομπὴν σεμνύοντας. ἡ δέ γε, ἀμπεχόνῃ χρυσόπαστον, ἀλουργίδι καὶ λίθοις Ἰνδῶν κεκοσμημένῃ, στεφάνους τε χρυσῷ πολλῷ καὶ ταῖς ἐκ λίθων ποικιλίαις τε καὶ ἀμαυγείαις πρωτοφανέστατους, ἅπαντάς τε τοὺς ἐν ἀξιώσεσι περὶ τὴν αὐλὴν καὶ στρατείαις ἐναριθμίους, κηρούς τε γαμηλίους ἐξάπτοντας, μεγαλοπρεπῶς τε ἐσταλμένους, καὶ ἐξ ὧν γνωρίζοιντο, καὶ τὴν νυμφαγωγὸν πανήγυριν ἀνυμνοῦντας· ὥστε τῆς πομπῆς ἐκείνης, μηδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις σεμνοπρεπέστερον ἢ εὐδαιμονέστερον γενέσθαι πώποτε. καὶ Δαμόφιλος

CAPUT I.

De nuptiis Mauricii & Augustæ.

MAURICIUS simul atque Imperium adeptus est, ante omnia nuptiarum suarum apparatum instituit. Augustam igitur, quæ & Constantina dicebatur, solemni Imperatorum more uxorem duxit: nuptiali pompa, & publicis epulis ac festivitatibus per totam urbem magnificentissime celebratis. Interfuerunt his nuptiis Pietas & Imperatoria dignitas, decentissimo satellitio Mauricium & Augustam stipantes, & pretiosissima eis munera offerentes. Nam illa quidem, quod nulli unquam Imperatorum obtigisse legimus, patrem simul ac matrem Mauricii exhibuit, qui decora canitie rugisque venerandis nuptias sanctificarent: fratres item forma ac venustate eximios, qui nuptiarum pompam exornarent. Hæc vero auream vestem purpura & lapillis Indicis distinctam, & coronas auro plurimo & gemmarum varietate ac nitore collucentes præbuit: cunctos item qui in palatio dignitates gerebant, & qui militiæ adscripti erant, nuptiales faces manibus gestantes, & magnificis indutos vestibus, quo dignosci possent; hymnis denique & canticis pompæ illius festivitatem celebrantes. Adeo ut apparatu illo nihil unquam illustrius aut beatius inter homines extiterit. Damophilus qui- *Damophilus.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Μεγαλοπρεπῶς τε ἐσταλμένους] Apud Nicephorum in cap. 8. libri 18. scribitur ἐστεμμένους, id est, *Coronatos:* quod non probo. Neque enim moris erat apud veteres, quod quidem sciam, ut ii qui ad nuptias vocati erant, coronas gestarent perinde ac sponsi. Deinde verba quæ proxime sequuntur; hanc scripturam refutant. Subjicit enim Evagrius eos idcirco magnifice vestitos fuisse, quo dignosci facilius possent. Id autem ad coronas referri non potest. Neque enim ex coronis quas gestabant, dignosci potuissent.

2 Δαμόφιλος μὲν φησὶ] De hoc Damophilo scribit Suidas in Lexico; quem Vossius in libro de Historicis Græcis describere contentus, nihil præterea adjecit. Ego vero cum & patriam ejus & scribendi genus didicerim, in gratiam studiosorum hic apponam. Fuit igitur Damophilus iste, seu Demophilus, natione Bithynus, qui ex libris veterum Scriptorum utiles quasdam narrationes excerpsit, ut docet Julianus in Misopogone. Δημοφίλῳ τῷ βιβλιῳ πεποίηται συγγράμματα τοιαῦτα, ἐν οἷς ἁρπάζει τῶν πολλῶν, εἰργάσατο λόγους ἡδίστους νέῳ φιλήκόῳ καὶ πρεσβυτέρῳ. Certe Julianus eo loco profert narrationem quandam, quam Damophilus iste ex Plutarcho Chæronense excerpserat, quemadmodum etiam Evagrius noster hoc loco.

μὲν

Sæc. VI.

dem de urbe Roma ſcribens, Plutarchum Cheronenſem eleganter dixiſſe refert, unius urbis Romæ gratia, Virtutem ac Fortunam pacto inter ſe fœdere conveniſſe. Ego vero dixerim, Pietatem ac Felicitatem ſocietate inita in uno Mauricio coïviſſe: cum Pietas Felicitatem ſubegiſſet, nec eam ullatenus elabi pateretur. Poſt hæc Mauricius operam dedit, ut non corpus ſolum, verum etiam animum imperiali purpura & corona exornaret. Solus enim ex iis qui antea regnarunt Imperatoribus, ſibimet ipſe imperavit. Et Imperator reipſa factus, plebeium quidem dominatum perturbationum ex animo ſuo procul amandavit. Optimatum vero principatum in mente ſua conſtituens, vivum quoddam virtutis ſimulacrum ſe præbuit, ſubditos omnes ad ſui imitationem erudiens. Quæ quidem non aſſentandi ſtudio à me dicta ſunt. Cur enim eo conſilio hæc dicerem, cum ille ea quæ à me ſcribuntur, penitus ignoret? Sed rem ita ſe habere ut dixi, perſpicue oſtendent, tum ea quæ ſunt illi donata divinitus, tum ea quæ variis ſubinde temporibus acciderunt: quæ profecto, ut inter omnes conſtat, Deo accepta referri debent.

μὴν φησὶ τὰ κτ' Ῥώμλω ἀναγράφων, Πλούταρχον τὸν Χαιρωνέα ξαφῶς εἰπεῖν, ὅτι ἀφ' ταύτην μόνλω ἐσπείσαντο τὰς ἀλλήλας ἀρετή τε καὶ τύχη. ἐγὼ δ' ἂν φαίην ὡς θεοσέβειά τε καὶ εὐδαιμονία ἐπὶ Μαυρικίῳ μόνῳ οὕτω συνηλθέτην, τῆς θεοσεβείας βιασαμένης τὸ εὐδαιμον, καὶ μὴ περιτρέπεσθαι παντάπασιν ὃν ἐνδύσης. ἐσπούδακε δὲ λοιπὸν οὐκ ἐν τῷ σώματι, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν τῇ ψυχῇ περιβαλέσθαι τλὺ ἀλυργίδα, καὶ τὸν στέφανον. μόνος γὰρ τῶν πρώλω βασιλέων ἑαυτῷ βεβασίλθκε· καὶ αὐτοκράτωρ ὄντως γενόμθνος, τλὺ μὲν ὀχλοκρατείαν τῶν παθῶν ἐκ τῆς οἰκείας ἐξενηλάτησε ψυχῆς· ἀριστοκρατείαν δὲ ἐν τοῖς ἑαυτῷ λογισμοῖς καθησάμθνος, ζῶν ἀρετῆς ἄγαλμα ἑαυτὸν παρέχετο, πρὸς μίμησιν ἐκπαιδεύων τὸ ὑπήκοον. ἆρ' οὐ πρὸς θωπείαν ἐρηταί μοι. τί γὰρ καὶ λελέξεται; ἀγνοοῦντος ἐκείνου τὰ γραφόμενα. θαρσήσω δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχειν, τά τε ἐκ τοῦ Θεοῦ δεδωρημθνα γε αὐτῷ, τά τε παντοίως συνενεχθέντα, ἅπερ ἡμῖν ὁμολογουμθνως ἐς τὸν Θεὸν ἀνακτέον.

CAPUT II.

De Alamundaro Saraceno, & de filio ejus Naamane.

PRÆTER alias autem virtutes, hoc illi præcipuum ſtudium fuit, ut neminem eorum qui læſæ majeſtatis accuſati erant, extremo ſupplicio afficeret. Itaque nec Alamundarum Saracenorum regulum, qui & rempublicam & ipſum Mauricium, ſicut antea commemoravi, prodiderat, morte multavit: ſed tantum in inſulam relegavit, & cum uxore ſua atque aliquot liberis Siciliam incolere præcepit. Naamanem vero ejus filium, qui rempublicam innumeris malis repleverat, & qui utramque Phœnicem & Palæſtinas tres, ope barbarorum quos circa ſe habebat, populatus fuerat, & in ſervitutem redegerat, eo tempore quo captus eſt Alamundarus: cum omnes judices eum capitali ſupplicio afficiendum eſſe cenſuiſſent, in libera cuſtodia detinuit, nullo amplius malo eum multans. Eadem clementia uſus eſt etiam erga alios innumerabiles, ut ſingillatim dicemus ſuo loco.

Supra, l. 5. c. 20.

v. infra, c. 22.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ Ἀλαμουνδάρου τοῦ Σαρακηνοῦ, καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Νααμάνου.

Οὗτος πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασι διεσπούδακε, μηδενὸς τῶν ὑποδίκων τῇ βασιλείᾳ αἷμα παντάπασιν ἐκχέαι. ἀμέλει τοιγαροῦν οὔτε Ἀλαμούνδαρον τὸν σκηνητῶν Ἀράβων ἡγούμενον, τό τε πολίτευμα αὐτόν τε καταπροδόντα, ὡς καὶ πρόδηλα μοι δεδίηγηται, ἀνεῖλε· μόνης δὲ νήσου περισεμνότιμον σὺν γυναικὶ καὶ τῶν παίδων οἷς, καὶ πρὸς τλὺ Σικέλων ἐξοικίσαι. Νααμάνλω δὲ τὸν τούτου παῖδα, μυρίων κακῶν ἐμπλήσαντα τὸ πολίτευμα, Φοινίκλω τε ἑκατέραν, Παλαιστίνας τε ληϊσάμενον, καὶ ἀνδραποδίσαντα μὲν τῶν ἀμφ' αὐτὸν βαρβάρων ὅτε Ἀλαμούνδαρος ἥλω, πάντων αὐτοῦ θάνατον καταψηφισαμθνων, ἐν ἐλευθέρᾳ φυλακῇ φρουρεῖ, μηδὲν ἐπέκεινα κακῶν· ἃ καὶ ἐφ' ἑτέροις ἀναρίθμοις πέπραχεν, ὡς ἕκαστα προσφόρως λελέξεται.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Σαφῶς εἰπεῖν] Mallem legere σοφῶς, quemadmodum legiſſe videtur Chriſtophorſonus. Porro locus Plutarchi quem hic deſignat Evagrius, extat in libro de fortuna Romanorum, haud procul ab initio.

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ τῆς στρατηγίας Ἰωάννου καὶ Φιλιππικοῦ, καὶ ὧν πεπράχασι.

CAPUT III.

De Joanne & Philippico, Magistris militum, & de rebus ab iisdem gestis.

ΠΕπομφε μὲν οὖν ὁ Μαυρίκιος στρατηγὸν τῶν ἑῴων ταγμάτων, πρῶτα μὲν [a] Ἰωάννην Θρᾷκα γένος· ὅς τινα μὲν πλαίσας, τινὰ δὲ καὶ ἀναμαχεσάμενος, οὐδὲν ὅπη καὶ λόγου ἄξιον πέπραχε. μετ' αὐτὸν δὲ Φιλιππικὸν, κῆδος πρὸς αὐτὸν ἔχοντα· τῷ ἑτέρᾳ γὰρ τῶν ἀδελφῶν αὐτῷ γεγαμήκει· ὃς καὶ κατὰ τὴν Ὑσροηνὸν ἐμβὰς, πάντα τε τὰ ὑποσὶ λῃσάμενος, μεγάλων λαφύρων ἐκράτησε γενόμενος, ἀνεῖλέ τε πολλοὺς τῶν εὐγενῶν τε καὶ εὐπατριδῶν τῆς Νισίβεως, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐντὸς τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ. συνεπλάκη δὲ καὶ Πέρσαις· καὶ μάχης καρτερᾶς γενομένης, πολλῶν τε καὶ ἀξιολόγων Περσῶν πεπτωκότων, καὶ ζωγρίας πολλοὺς εἵλε, καί τινα λόχον ἐκδεξαμένους ἔν τινι τῶν εὐφυῶν χωλόφων δυνάμενος ἐξελεῖν, ἐφῆκεν ἀπαθεῖς, ἐκποδὼν ὁμόσε χωρήσαντες ἔνθα δὴ σκηνησάμενος, λῃζόμενόν τε βαρβαρικῶς ὅσα μεγαλοπρεπῶς αὐτῷ διεσκεύαστο, καὶ τῶν κειμηλίων τὰ πλεῖστα· μικροῦ

a

PORRO Magistrum Orientalis militiæ, primo quidem Joannem misit, oriundum ex Thracia. Qui in aliquot prœliis, interdum adversa, interdum prosperiore fortuna usus, nihil memoria dignum gessit. Huic deinde successorem misit Philippicum, affinitate ipsi conjunctum. Alteram enim ex Mauricii sororibus, uxorem duxerat. Qui in hostium regionem ingressus, & obvia quæque depopulatus, ingenti præda potitus est. Multos quoque ex nobilibus Nisibenis, & ex aliis urbibus quæ sunt intra fluvium Tigrim, interfecit. Conflixit etiam cum Persis: commissaque ingenti pugna, & multis qui inter Persas eximii habebantur, occisis, non paucos vivos cepit. Turmam item Persarum quæ in collem quemdam satis commode situm evaserat, cum capere posset, illæsam dimisit: postquam polliciti essent persuasuros se Regi Persarum, ut Legatos de pace quamprimum mitteret. Alia præterea, dum copiis Romanorum præesset, præclare gessit: quippe qui cuncta quæ superflua erant, & ad luxum ac delicias accommodata, ab exercitu removerit, & milites ad modestiam atque obsequium revocaverit. Verum hæc relinquenda sunt iis qui de his rebus scripsere, vel qui jam scribunt, prout ipsi vel auditione acceperint, vel opinione ducuntur. Quorum quidem oratio ob ignorationem rerum cespitans & claudicans, & vel affectui indulgens, vel odio obcæcata, longius à vero aberrare solet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ στρατηγίας Πείσκου, καὶ ὧν πέπονθεν ὑπὸ τοῦ στρατοῦ ἐπαναστάντος αὐτῷ.

CAPUT IV.

De Prisco Magistro militum: & quenam passus sit à militibus adversus ipsum insurgentibus.

ΜΕτ' αὐτὸν δὲ Πείσκος ἡ στρατηγίδα μέτεισιν ἀρχήν· οὐκ εὐπρόσοδός τις, οὐδὲ ἄτερ τῶν ἀναγκαίων εὐπρόσβατος· τὸ πᾶν δὲ νομίζων καταπεφάσθαι, εἰ τὰ πολλὰ κατ' αὐτὸν εἴη, ὡς ἐντεῦθεν καὶ τῶν στρατευμάτων δέει μᾶλλον ὑπεξόντων πρὸς τὰ κελευόμενα. ὅτε δ' οὖν πρὸς τὸ στρατόπεδον ἀφίκετο, ὀφρυάζων καὶ ὑπερβλέπων, καὶ πρὸς τὸ κομψοδέστερον ἐξησκημένος, [1] προὐτίθει τινα φειδώ τε τῆς τῶν στρατιωτῶν ἐς τοὺς πολέμους χαρτερίας, φειδώ τε τῆς ἀκριβοῦς ἐξοπλίσεως, καὶ ὧν ἐκ τοῦ δημοσίου κομίσαιντο. οἱ καὶ πρώην περὶ τούτων πεπυσμένοι, ἐς τὸ μφανὲς τὸν θυμὸν ἐξέρρηξαν, ὁμόσε χωρήσαντες ἔνθα δὴ σκηνησάμενος, λῃζόν τε βαρβαρικῶς ὅσα μεγαλοπρεπῶς αὐτῷ διεσκεύαστο, καὶ τῶν κειμηλίων τὰ πλεῖστα· μικροῦ

POST hunc Magister militum creatus est Priscus: Vir haudquaquam facilis aditu, nec nisi ob res necessarias in publicum prodire solitus. Quippe existimabat, cuncta se facilius perfecturum, si solus maneret ut plurimum: quasi milites hoc pacto metu adducti, imperata citius facturi essent. Certe quo primum tempore ad castra Romanorum venit, elato supercilio, è sublimi despiciens, & ad fastum ac pompam vestitus atque ornatus, edicta quædam proposuit de militum in bellis tolerantia, & de accurata eorundem armatura, de annona denique quam ex fisco accepturi essent. Qui cum de his rebus jam antea aliquid didicissent, tunc iram suam in apertum erumpere siverunt. Impetu igitur facto in tabernaculum Prisci, omnes ejus sarcinas, & magnificum apparatum, & ex thesauris pretiosissima quæque, barbarorum more diripiunt. Ipsum

Valesii Annotationes.

1 Προὐτίθει τινὰ] Hæc verba de Edictis à Prisco propositis intelligenda sunt. Id enim indicat vox προτίθεμαι, quæ eam vim ac significationem habet quam dixi. Expositionem nostram confirmat Theophylactus in libro 3. cap. 1. quem omnino consule.

Variorum.

a Ἰωάννην] *Hoc anno* [584] *ingrediente, Joannes* (qui Mystaco vocabatur) *Ducis loco movetur, ut qui Persis nesciret resistere.* Theophylactus lib. I. cap. 12. qui narrat capite sequenti, in ejus locum sublectum fuisse *Philippicum* Orientalium militum ducem, qui Imperatoris sororem *Gordiam* habebat in matrimonio. Duas de Persis victorias reportavit Philippicus, alteram anno 586. alteram anno 588.

Sæc. VI.

quoque interfecturi, nisi conscenso quodam ex funalibus equis, Edessam se proripuisset. Eam urbem milites missis eo aliquot copiis obsederunt, Priscum sibi dedi flagitantes.

δὲ καὶ αὐτὸν διεχρήσαντο, εἰ μή τινι τῶν παρόχων ἵππων ὀπισθὰς, κατὰ τὴν Ἔδεσαν διεσώθη· ἣν ἐμπέμψαντες ἐπολιόρκησαν, τὸν Πείσκον ἐξαιτούμενοι.

CAPUT V.

Quomodo Germanus Imperii insignia suscipere per vim coactus est.

Sed cum Edesseni id facere recusarent; relicto illic Prisco, Germanum Ducem rei militaris per Phœnicem Libanensem, injecta manu corripiunt: & ducem suum, quantumque in ipsis erat, Imperatorem constituunt. Cumque Germanus quidem id renueret, illi vero acrius instarent; & gravis utrimque contentio esset, illo annitente ne cogeretur: his ut id quod volebant perficerent contendentibus: ac militibus quidem mortem ei interminantibus, nisi sponte munus delatum susciperet: Germano vero mortem libenti animo amplectente: 'postquam eum nec metu vinci, nec terrore percelli viderunt, verbera quædam ac membrorum mutilationes ei inferre cœperunt, rati scilicet eum ista haudquaquam toleraturum. Neque enim illum duriorem fore quam natura & ætas ipsius ferret. Rem igitur aggressi, parcius & cum reverentia quadam periculum ejus fecerunt: tandemque eum invitum assentiri coegerunt, & conceptis verbis jurare, se se ipsis fidem servaturum. Ita igitur ipse militibus subditus imperare, & regere eos à quibus regebatur; & qui captivus erat, dominari compulsus est. Reliquis deinde omnibus ordinum ductoribus & præpositis ac tribunis, centurionibus item ac decurionibus expulsis, alios pro arbitrio in eorum locum substituunt, maledicta in Imperium ac probra palam congerentes. Et modestius quidem ut plurimum se gerebant, quam Barbari erga provinciales. Verum à Sociis ac servis reipublicæ longissime aberant. Nam neque statutis ponderibus ac mensuris annonas accipiebant, nec assignatis sibi mansionibus contenti erant. Sed sententia sua unicuique pro lege, & voluntas pro mensura fuit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τῆς Γερμανοῦ εἰς τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ἀκουσίου καταχέσεως.

Ὡς δὲ οἱ τῆς πόλεως οὐκ ἐνεδίδοσαν, ἀφέντες μὲν αὐτοῦ Πείσκον, βίᾳ δὲ καὶ χερσὶ ζωγρήσαντες Γερμανὸν τὸν ἐν Φοινίκῃ Λιβανησίας φραπωτικῶν ταγμάτων ἡγούμενον, χειροτονοῦσι σφῶν ἡγεμόνα τόγε ἐπ' αὐτοὺς, καὶ αὐτοκράτορα. τοῦ δὲ ἀντιτείνοντος, καὶ τὴν σφοδρότερον ἐγκειμένων, ἔριδός τε ἀμφοῖν οὔσης, τοῦ μὲν, μὴ βιαθῆναι, τὴν δὲ, ἐξεργάσασθαι· καὶ τὴν μὲν ἀποκτανεῖν ἀπειλούντων, εἰ μὴ ἑκὼν ἀπεδέχοιτο· τοῦ δὲ, μάλα δὴ καὶ τοῦτο ἀπεδεχομένου, ὡς οὔτε φοβοῖτο, οὔτε κατεκπλήττοιτο, ἐτράποντο ἐπὶ πηνὰς αἰκιῶν τε καὶ λωβήσεων ἐπιχειρήσεις, ἃς οὐδαμῇ ὑποίσειν αὐτὸν ᾤοντο. οὐ γὰρ ἂν καὶ τῆς φύσεως καὶ τῆς ἡλικίας ἔσεσθαι ἀτενεκτότερον. καὶ καταρξάμενοί γε καὶ ἀποπειράσαντες αὐτὸν, σὺν βλαβείᾳ καὶ φειδοῖ, τέλος ἄκοντα βιάζονται συνθέσθαι τε καὶ διομόσασθαι ἢ μὲν τὰ πρὸς φυλάξειν αὐτοῖς. ἔνθεν οὐ ἄρχειν ἐχόμενον, καὶ κρατεῖν κρατούμενον, καὶ εἰλημμένον δεσπόζειν σφῶν κατηνάγκαζον. τοὺς δέ γε ἄλλους ἅπαντας ταξιάρχους, λοχαγούς τε καὶ χιλιάρχους, καὶ τοὺς ὅσοι ἑκατοντάδος ἢ δεκάδος ἦρχον ἐκδιώξαντες, σφίσι χειροτονοῦσιν οὓς ἐβούλοντο, ἀναφανδὸν τὴν βασιλείαν βλασφημοῦντες· καὶ τῶν μὲν Βαρβάρων μετριώτερον πρὸς τοὺς συντελεῖς τὰ πολλὰ διαγινόμενοι· συμμάχων δὲ ἢ πολιτείας δούλων, καὶ μάλα γε ἀλλοτρίως. οὐδὲ γὰρ τακτοῖς μέτροις ἢ σταθμοῖς τὰς σιτήσεις ἐκομίζοντο, οὐδὲ μόναις ταῖς ἀπονεμηθείσαις ἠρκοῦντο. ἀλλ' ἦν ἑκάστῳ θεσμὸς ἡ γνώμη, καὶ μέτρον νενομισμένον ἡ βούλησις.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὴν τῶν παρόχων ἵππων] Musculus equum vehicularem vertit. Christophorsonus vero vectarium interpretatur. Hos Latini Veredos vocabant, eo quod veherent Redas, ut scribit Festus. Utitur iterum hac voce Evagrius in capite 15. hujus libri. Ubi vide quæ notavi.

2 Ἐν Φοινίκῃ Λιβανησίας] Apud Nicephorum, in capite XI. libri 18. legitur ἐν Λιβανησίᾳ τῆς Φοινίκης, contrario errore. Scribendum enim est, ἐν Φοινίκῃ Λιβανησίᾳ. Duæ enim erant provinciæ Phœnicæ, altera Libanensis dicta: altera maritima.

3 Τόν γε ἐπ' αὐτοὺς] Non dubito quin scribendum sit, τό γε ἐπ' αὐτοῖς, id est, *Quantum in ipsis erat.* Emendationem nostram confirmat Nicephorus, qui pro supra dictis Evagrii verbis hæc substituit: τό γε εἰς αὐτοὺς ἦκον. Certe in MS cod. Tell. diserte scriptum inveni, τό γε ἐπ' αὐτοὺς, &c.

4 Συμμάχων δὲ ἢ πολιτείας δούλων] Hunc locum non intellexerunt interpretes. Nam Musculus ita vertit: *Et erga municipes quidem multo moderatius quam barbari faciebant. Erga socios vero belli, & Reipublicæ ministros, admodum alieno erant animo.* Christophorsonus quoque eodem modo interpretatur. Verum Joannes Langus qui Compilatorem Evagrii Nicephorum Latine vertit, longe melius hunc locum exposuit. Sic enim habet: *Et mitiores quidem illi in vectigales & tributarios populos, quam barbari esse solent, fuere. A propugnatoribus vero, aut defensoribus Reipublicæ, aut quo tandem eos nomine appellem, quam longissime abfuere.* Scilicet Nicephorus pro verbis illis: συμμάχων δὲ ἢ πολιτείας δούλων, hæc substituerat, σὺν μάχων δὲ πολιτείας ἢ συμμάχων, ἢ πῶς ἂν ἄλλως εἴποιμι, παντάπασιν ἀλλοτρίως διήκειντο. Ex quibus apparet, Nicephorum non intellexisse quid sibi vellent hæc Evagrii verba: πολιτείας δούλων. Militia apud Romanos jam inde à temporibus Augusti, servitus quædam fuit temporaria. Unde & milites punctis in cute notabantur, tanquam servi, ut docet Vegetius. Sed & missio militaris plane respondet manumissioni servorum. Certe Suidas, seu potius quidam Scriptor apud Suidam in voce βιπερώνης, milites servitutem serviisse docet, quandiu merebant stipendia. βιπερώνης παρὰ Ῥωμαίοις ὁ ἀπολυθεὶς τῆς στρατείας, ἐπὶ εἰκοσαετίαν δὲ οὗτοι ἐδούλευον. Sic etiam Petrus Chrysologus in sermone 15. de Centurione: *Vere Centurio, qui stipendia terrena Centenarium cœli mutavit in fructum, & servitutem militiæ sæcularis in divinam sustulit dignitatem.*

5 Οὐδὲ μόναις ταῖς ἀπονεμηθείσαις] Assentior Musculo & Christophorsono, qui μόναις emendarunt. Sic enim ver-

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς'.

Ὡς ὁ βασιλεὺς Φιλιππικὸν πάλιν ἐξαπέστειλεν· ὁ δὲ στρατὸς τύπων ὐ παρεδέξατο.

a Ταῦτα δ᾽ σθήσοντα Φιλιππικὸν βασιλεὺς ἐκπέμπει· ὃν ὐ μόνον οὐκ ἐσεδέξαντο· ἀλλὰ 1 κᾆν εἴ τινα ἐκείνῳ σεσοήκειν ὑπειλήφεσαν, περὶ τ᾽ ἐχάτων ἐκινδυύθυσεν.

CAPUT VI.

Quomodo Imperator denuo Philippicum miſit, utque exercitus eum ſuſcipere recuſavit.

Ad iſtas res componendas miſſus eſt ab Imperatore Philippicus. Quem tamen milites non modo non ſuſceperunt; verum ſi quem forte ei favere ſuſpicati fuiſſent, is de vita ipſa periclitabatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ Γρηγορίου τοῦ Θεουπόλεως, καὶ τῆς κατ᾽ αὐτοῦ γενομθύης συκοφαντίας, ὅπως τε ταύτην ψευδῆ διήλεγξεν.

Ἐν τούτοις ὄντων τῶν πεαγμάτων, ἐπάνεισι τῆς βασιλίδος Γρηγόριος ὁ τῆς Θεουπόλεως ἐπίσκοπος, ἤδη τὸν ἀγῶνα νενικηκὼς ὃν ἱστορήσων ἔρχομαι. Ἀσπερίῳ τότε ἐφ᾽ ἁρχὴν διέποντος, ἔριδός τέ τινος συρᾶσης αὐτῷ τε καὶ Γρηγορίῳ, τὸ πᾶν τῆς πόλεως κεφάλαιον ἐς τὸν Ἀσπέριον μοῖραν ἀπεκέθη· σεσέλαβε δὲ καὶ εἴ τι δημῶδες ἦν, ὐ τὰς τέχνας τῇ πόλει συνεπλήρου. ἕκαστοι γὰρ βεβλάφθαι τι ἐνίχυίζοντο. λοιπὸν δὲ καὶ ὁ δῆμος 2 ἀφείθη σεὸς τὰς καθ᾽ αὐτοῦ βλασφημίας. Ἄμφω τοιγαροῦν τῷ δήμῳ ἐς μίαν σωήτην γνώμην, ὐ κατά τε τὰς λεωφόρους, ἀνά τε τὸ θέατρον τὰς κατὰ τῆς ἱερέως ὕβρεις ἐπεβόων, οὐδὲ τῶν ἀπὸ τῆς σκηνῆς τούτων ἀποχομθύων. καὶ παύεται μθὺ τῆς ἀρχῆς Ἀσπέριος· ἐγχειρίζεται δὲ ταύτην Ἰωάννης, σεὸς τοῦ βασιλέως κελθυθεὶς τὰ τῶν κινουμένων ζήτησιν ποιήσασθαι· ἀνὴρ, οὐδὲ τὰ σμικρότατα τῶν πεαγμάτων, μήπω δὴ τὰ τοσαύτην ὑσόθεσιν διοικήσασθαι οἷός τε ὤν. Θορύβων τοίνυν καὶ ταραχῶν τὴν πόλιν ἐμπλήσας, σεσγεάμμασί τε χρησάμθυος, εἴ τις κατηγορεῖν τοῦ ἱερέως βούλοιτο, δέχεται γραφὰς κατ᾽ αὐτοῦ, σεός τινος τραπέζης ἀργυρίων σεσεσηκότος, λεγούσας τὴν τε οἰκείαν ἀδελφὴν ὑπαλακέναι, ἑτέρῳ ἀνδρὶ συνοικοῦν 3 λαχούσην. δέχεται δὲ καὶ παρ᾽ ἑτέρων τοιούτων περὶ τῆς θυετηρίας τῆς πόλεως, ὡς αὐτοῦ ταύτης πολλάκις λυμηναμθύου. καὶ σεὶ μθὺ τῆς θυετηρίας τὰς ἀπολογίας ὑπέθυ· σεὶ δὲ τῶν ἄλλων, βα-

Dum res in hoc ſtatu eſſent, Gregorius Antiochenſis Epiſcopus ex urbe regia domum revertitur, cum jam victoriam reportaſſet ex quodam certamine, quod hoc loco commemorabo. Quo tempore Aſterius *Aſterius.* Comitivam Orientis adminiſtrabat, orta inter ipſum & Gregorium contentione, primores urbis univerſi Aſterio ſeſe adjunxerunt. Plebeii quoque & opifices ejuſdem urbis, Aſterii partes ſecuti ſunt. Singuli enim damno aliquo ſe affectos eſſe à Gregorio affirmabant. Tandem vero etiam populo permiſſum eſt, ut probra ac maledicta in Epiſcopum conjiceret. Ambo igitur, tam primores ſcilicet, quam opifices, in eamdem cum plebe ſententiam conſpirarunt: Et tum per plateas, tum in theatro, contumelioſe vociferari adverſus Gregorium cœpere: ne ſcenicis quidem ab ejuſmodi petulantia abſtinentibus. Interea Aſterio magiſtratus abrogatur, & Joannes in ejus locum ſubſtitui- *Joannes.* tur. Mandatumque eſt ei à Principe, ut de motu illo diligenter inquireret: Vir ne ad leviſſima quidem negotia, nedum ad tantam rem componendam idoneus. Itaque cum urbem tumultu ac turbis repleſſet, & edictis propoſitis denuntiaſſet, licere cuivis Epiſcopum accuſare, libellum contra eum à quodam argentariæ menſæ præpoſito oblatum ſuſcepit: quo accuſabatur Gregorius, quod cum propria ſorore alteri viro nupta rem habuiſſet. Suſcepit etiam accuſationes ab aliis ejuſdem farinæ hominibus de pace ac tranquillitate urbis Antiochiæ, quaſi Gregorius eam ſæpius perturbaſſet. At Gregorius, de crimine quidem turbatæ pacis paratum ſe eſſe reſpondit cauſam dicere. De aliis vero

VALESII ANNOTATIONES.

tit Muſculus: *Nec deputatis manſionibus contenti erant.* Quoties exercitus Romanus iter facturus eſſet, diu ante proponebatur edictum, quo ſingulæ manſiones in quibus milites manſuri eſſent, deſignabantur, ut docet Lampridius in Alexandro Severo: *Itinerum dies publice proponebantur, ita ut Edictum penderet ante menſes duos, in quo ſcriptum eſſet: Illa die, illa hora ab urbe ſum exiturus, & ſi Dii voluerint, in prima manſione manſurus. Deinde, per ordinem manſiones, deinde ſtativa, deinde ubi annona eſſet accipienda, & id quidem, eouſque quamdiu ad fines barbaricos veniretur.* Hoſpitia quoque ſeu domus, in quibus milites ad bellum proficiſcentes, vel ab expeditione redeuntes manſuri erant, à menſoribus notabantur, ut docet Vegetius in libro ſecundo, capite ſeptimo, & Imperatores in codice Theod. titulo de metatis.

1 Εἴ τινα ἐκείνῳ σεσοήκειν] Sic etiam legitur apud Nicephorum: niſi quod Nicephorus majoris perſpicuitatis cauſa hæc adjecit, ἢ γένει, ἢ ἀξιώσει. Muſculus tamen & Chriſtophorſonus *favere* interpretati ſunt, quamvis verbum σεσοήκειν hanc ſignificationem non habeat. Proinde mallem legere σεσέχειν.

2 Ἄμφω τοιγαροῦν τῷ δήμῳ] Hunc locum ita expoſuit Chriſtophorſonus: *Ambo igitur, & optimates & populares in eandem cum plebe quaſi pedibus iniere ſententiam.* Muſculus vero voces illas τῷ δήμῳ expunxit, ut ex verſione ejus apparet. Sic enim vertit: *Utrique igitur in eandem ſententiam conſpirarunt.* Id eſt, *tam primores civitatis, quam plebeii.* Vel certe tam cives, quam artifices. Utroſque enim paulo ante diſtinxit Evagrius.

3 Περὶ τῆς εὐετηρίας τῆς πόλεως] Annonæ fertilitatem & copiam interpretatur Muſculus. Langus vero & Chriſtophorſonus pacem ac felicitatem. Certe vox εὐετηρία utrumque ſignificat, ut teſtatur Suidas.

VARIORUM.

a Φιλιππικὸν] Hæc omnia de Priſco, Germano, & Philippico, Pagius refert ad ann. 588.

Sæc. VI.

ipsi objectis, ad Imperatorem & ad synodum provocavit. Me igitur consiliarium & comitem habens, venit Constantinopolim, his accusationibus responsurus. Cumque omnes qui ubique sunt Patriarchæ, partim per se, partim per Legatos suos quæstioni interessent, Senatores item urbis regiæ, & ex religiosissimis Metropolitanis quamplurimi, negotio diu multumque examinato: Tandem post multas actiones Gregorius causam obtinuit: adeo ut accusator nervis cæsus, & per totam urbem circumductus, exilio multaretur. Inde igitur Gregorius ad suam sedem reversus est, quo tempore exercitus Romani in Oriente tumultuabantur, & Philippicus circa urbes Beræam & Chalcidem moras agebat.

σιλέα τε καὶ συνόδου ἐπεκαλέσατο. περὶ τούτων μὲν οὖν ἐμοῦ παρεδρεύοντος καὶ παρόντος γε αὐτῷ, κατὰ τὴν βασιλέως γέγονε τὴν ἀπολογίαν ὑφέξων. καὶ τῶν ἑκάστου Πατριαρχῶν, τῶν μὲν δι' ἑαυτῶν, τῶν δὲ καὶ δι' ἑτέρων τῇ ζητήσει παραγενομένων, προσέτι δὲ καὶ τῆς ἱερᾶς γερουσίας, καὶ πολλῶν ὁσιωτάτων μητροπολιτῶν, τῆς ὑποθέσεως δοκιμασθείσης, μετὰ πολλοὺς ἀγῶνας κρατεῖ· ὥστε τὸν κατήγορον νεύροις αἰκισθέντα καὶ τὴν πόλιν περιαχθέντα, ἐξοφρασμοῦ προσημηθῆναι. ἐντεῦθεν οὖν ἐπάνεισι πρὸς τὸ οἰκεῖον θρόνον, τὰ στρατευμάτων φασιαζόντων, καὶ Φιλιππικοῦ ἀμφὶ Βέροιαν καὶ Χαλκίδα τὰς πόλεις διατρίβοντος.

1 ἐμοῦ παρεδρεύοντος] Quod hodie apud nos fieri solet in criminalibus judiciis, ut reo à Judicibus detur Jurisperitus, qui consilium ei suggerat: Id olim quoque in Ecclesiasticis judiciis obtinuisse docet hic Evagrii locus. Gregorius enim Episcopus Antiochiæ, cum in urbem regiam proficisceretur, coram Synodo Episcoporum & coram Senatoribus causam dicturus de incesto, Evagrium Scholasticum secum deduxit, qui Consiliarius ipsi & Assessor esset, & Consilium ipsi suggereret, ubi opus esset. Id enim significat vox παρεδρεύοντος hoc quidem in loco. Cæterum in hac narratione Evagrii, multa sunt observanda. Primum, quod ait Gregorium Antiochensem Episcopum de crimine incesti accusatum ab homine laico coram sæculari Judice, ad Imperatorem, & ad Synodum provocasse. Ac de provocatione quidem ad Imperatorem, videnda est Epistola Concilii Romani ad Gratianum Augustum, quam primùs edidit Jacobus Sirmundus. Præterea observandum est quod ait Evagrius, causam Gregorii disceptatam fuisse coram Patriarchis ac Metropolitanis, & coram Senatoribus. Sic in Synodo Chalcedonensi Episcopis & sæcularibus Judicibus simul convenientibus, causa Dioscori Alexandrini Episcopi discussa & judicata est. In qua Synodo gloriosissimi Judices & Senatores perpetuo nominantur ante Episcopos qui Synodo interfuerant: perinde ac in hoc Evagrii loco Senatores nominantur ante Metropolitanos: subjiciuntur tamen Patriarchis.

2 Τῶν ἑκάστου Πατριαρχῶν] Patriarcharum nomine hic intelligere debemus, non solum majores Patriarchas, id est, Constantinopolitanum, Alexandrinum & Hierosolymitanum, sed etiam reliquos primates, sive exarchos. Hos enim Patriarcharum vocabulo interdum designat Evagrius, ut superius observavi. Certe vox ἑκάστου tribus tantum Patriarchis convenire non potest. Cæterum Constantinopolitanus Patriarcha tunc erat Joannes; qui cum in supradicta Synodo Oecumenici titulum sibi assumpsisset, Pelagius Papa scripta ad eum epistola, graviter eum objurgavit, & cuncta ejusdem Synodi gesta, exceptis iis quæ in causa Gregorii Antiochensis Episcopi acta fuerant, auctoritate B. Petri infirmavit, & Diaconum suum qui apud Imperatorem Mauricium apocrisiarii munus implebat, cum eodem Joanne missas celebrare prohibuit, ut docet Gregorius Papa in epistolis. Epistola quidem Pelagii ad Joannem Constantinop. hac de re scripta, hodie non extat. Extat tantum epistola ejusdem Pelagii ad universos Orientis Episcopos, quam Baronius ad annum Christi 587. perperam accepit pro epistola illa Pelagii Papæ ad Joannem, cujus exemplar Gregorius magnus misisse se dicit ad Eulogium Alexandrinum Episcopum.

3 Ἔτος ἑβδομον καὶ τριακοστὸν καὶ ἑξακοσιοστὸν] Hic erat annus Christi 589. Anni enim Antiochenorum natalem Christi antevertunt annis octo & quadraginta, ut supra observavi. Quod autem subjicit Evagrius, terræ motum hunc Antiochiæ contigisse anno uno & sexagesimo post priores terræ motus qui Antiochiam afflixerant, id cum rationibus nostris optime convenit. Prior enim ille terræ motus, Justiniano regnante, acciderat anno Christi 528, ut notavi ad librum quartum Evagrii. Porro ex his colligitur annus Synodi Constantinopolitanæ, quæ collecta est in causa Gregorii Antiochensis Episcopi. Hanc Baronius quidem refert anno Christi 587. Ego vero ex Evagrii authoritate, biennio post collectam esse non dubito. Nam cum ea Synodus celebrata sit quatuor mensibus ante illum terræ motum, quo Antiochia concussa est; Terræ motus autem ille contigerit anno Antiochenorum sexcentesimo tricesimo septimo, ut testatur Evagrius: necessario efficitur id quod dixi, Synodum scilicet Constantinopolitanam anno Christi quingentesimo octogesimo nono collectam fuisse.

CAPUT VIII.

Quomodo Antiochia terræ motibus denuo vexata est.

Post ejus autem reditum, quatuor mensibus elapsis, anno urbis Antiochiæ sexcentesimo tricesimo septimo, post annum unum ac sexagesimum ab ultimo terræ motu, postremo die mensis Hyperberetæi, dum ego virginem sponsam acciperem, & tota civitas feriaretur ac publicam festivitatem cir-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ὡς πάλιν ὑπὸ σεισμῶν ἡ Θεούπολις ἔπαθεν.

Καὶ παρόντων ἡμῶν μὲν μετὰ τὴν αὐτοῦ ἄφιξιν, [a] ἔτος ἑβδομον καὶ τριακοστὸν καὶ ἑξακοσιοστὸν χρηματίζοντος Θεουπόλεως, μετὰ δὲν καὶ ἑξηκοστὸν ἔτος τῶν πρότερων σεισμῶν, ἐμοῦ κατὰ τὴν ἕνδεκα καὶ νέαν ἡμέραν τοῦ ὑπερβερεταίου μηνὸς κόρην παρθένον νυμφεύοντος, καὶ τῆς πό-

VALESII ANNOTATIONES.

a Ἔτος ἑβδομον ὅγδοον,] Evagrius incipit annum Antiochenum à Kalendis Septembris, ideoque in ejus sententia annus Antiochenus 637. Kalendis Septemb. anni Christi 588 initium sumpsit; & terræmotus de quo loquitur Evagrius, ultima die mensis Octobris Antiochiam concussit. Quare Synodus Constantinopolitana, quæ quatuor & amplius mensibus ante illum terræ motum absoluta fuerat, ab hoc anno 588. nullo modo removeri potest. Ultimus terræ motus Antiochenus die 29 mensis Novembris anni Chr. 528. acciderat; ideoque recte Evagrius prodit post illum effluxisse annos 61, refellitque Valesium qui gravi errore scribit, annos Antiochenos à mense Dio. seu Novembri nostro proficisci, ideoque hunc terræmotum, & Synodum CPolitanam ad annum sequentem pertinere. *Ant. Pagi ad ann.* 588. *n.* 6. Caveus secundas Evagrii nuptias adscribit anno 592. haud recte, ut hinc videtur.

λεως

λεως ἑορταζούσης, καὶ δημοτελῆ παννύχιον ἀγούσης ᾠδήν τε τὴν πομπὴν καὶ τὴν παράδα, ἀμφὶ τρίτιον ἐπιλύχιον ὥραν, βρασμὸς ϗ κλόνος ἐπελθόντες, τὴν πᾶσαν μὴ καθέσφσαν πόλιν· τὰ πολλὰ δὲ ϗ κατήγαγον, αὐτῶν τ βάθρων ἀναβραθέντων· ὥστε πάντα τὰ ᾠδὴ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐς ἔδαφος ἐληλυθέναι, μόνου τοῦ ἡμισφαιρίου ᾠδιαθέντος, ἐκ τῶν Δάφνης ξύλων πρὸς Ἐφραμίου ᾠδασκευασθέντος, ἐκ τ ἐπὶ Ἰουστίνου σεσμῶν παθόντος· ὅπερ ἐκλίθη ἐκ τῶν ἐφεξῆς κλόνων ϗ τὸ βόρειον μέρος, ὥστε καὶ 1 ἀντεείδοντα ξύλα βαλεῖν, ἃ καὶ πεπλώκασι τῷ σφοδρῷ κλόνῳ ὑποστησάντος τοῦ ἡμισφαιρίου, καὶ ὡς ἔκ τινος κανόνος ἐς τὸν ἴδιον ἀποκαταστάντος χῶρον. πέπωκε δὲ ϗ τὰ πολλὰ τῆς καλουμένης Ὀστρακίνης, ϗ ὃ 2 ᾠδόθεν ἔφαμμον Ψηφῖνον, ϗ σύμπαντα τὰ καλούμενα Βρυσία, ϗ τὰ ᾠδὶ τὸν πάνσεμνον σηκὸν τῆς θεοτόκου, μόνης τῆς μέσης στοᾶς ᾠδαδόξως σωθείσης. πεπόνθασι δὲ καὶ σύμπαντες 3 οἱ πύργοι τοῦ πεδίου, τῆς λοιπῆς οἰκοδομίας ἀπαθοῦς μεινάσης, τῶν ἐπάλξεων δίχα. τούτων γὰρ ἔνιοι λίθοι ἐσυμπαλιν μετεστράφησαν, ὑ πεπωκότες. πεπόνθασι δὲ καὶ ἕτεροι νεὼ, καὶ τῶν δημοσίων βαλανείων 4 ἑκάτερον, τὸ πρὸς τὰς ὥρας διῃρημένον. καὶ πλῆθος δὲ ἀσάθμητον ἦλω, καὶ ὡς εἴκαζον ἔνιοι 5 τῷ ἄρτῳ τεκμαιρόμενοι, ἀμφὶ τὰς ἑξήκοντα χιλιάδας ᾠδανάλωσεν ὁ πόνος ἐτος. σώζεται οὖν ὁ ἱερεὺς ὑπέρτερον πάσης ἐλπίδος, τοῦ καταγωγίου σύμπαντος πεπωκότος ἔνθα καὶ αὐτὸς καθῆστο, καὶ μηδενὸς τὸ ᾠδάπαν ἀφασωθέντος ἢ μόνον τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἑστώτων· 6 οἳ καὶ φορᾶδην ἀνελόμενοι, ἀφ' ὑψηλοῦ καλωδίου κατήγαγον, ἑτέρου σεισμοῦ τόπον διορύξαντος.

ca pompam thalamumque celebraret, tertia circiter noctis hora, terræ motus cum fragore & ſonitu irruens, totam urbem concuſſit: multa etiam ædificia evertit, fundamentis ipſis ſurſum propulſis. Adeo ut membra omnia quæ erant circa ſanctiſſimam Eccleſiam, funditus proſternerentur, ſolumque hemiſphærium incolume remanſerit, quod ex tignis Daphnenſis luci Ephræmius conſtruxerat, cum Juſtini temporibus labefactatum fuiſſet. Terræ motibus deinde ſubſecutis idem hemiſphærium ad latus boreale ita inclinatum fuerat, ut tigna haberet quibus fulciretur. Quæ tigna vehementi terræ motu cum concidiſſent, hemiſphærium in alteram partem reverſum eſt, ac veluti norma quadam dirigente, in priſtinum locum reſtitutum. Corruit præterea magna pars regionis quæ Oſtracine dicitur: Pſephium item cujus antea mentionem feci, & univerſa loca quæ vulgo Bryſia appellantur: ædificia denique quæ erant circa venerabilem Eccleſiam Deiparæ virginis, ſola media porticu mirabili quodam modo conſervata. Labefactatæ ſunt etiam univerſæ turres quæ erant in Campo, reliquo ædificio præter pinnas murorum integro atque illæſo. Harum enim lapides aliquot in contrariam partem converſi, nec tamen prolapſi ſunt. Multæ quoque ſacræ ædes, & ex publicis lavacris alterum, illud ſcilicet quod pro ſingulis anni tempeſtatibus diviſum erat, eamdem calamitatem ſenſere. Hominum vero multitudo innumerabilis eo terræmotu oppreſſa eſt. Atque ut nonnulli conjiciebant, argumento ducto ex annona publica, ſexaginta circiter hominum millia ea clade perierunt. Epiſcopus vero præter ſpem omnem incolumis evaſit, cum domicilium in quo ſedebat corruiſſet, nec ullus omnino ſervatus fuiſſet præter eos qui circa illum ſtabant. Qui quidem, cum alius terræmotus locum ſubruiſſet, Epiſcopum humeris ſuis bajulantes, per

60000 hominum terræmotu perierunt.

SÆC. VI.

Valesii Annotationes.

1 Ἀντεείδοντα ξύλα βαλεῖν] Scribendum puto λαβεῖν. Emendationem noſtram confirmat codex Tellerianus, & Nicephorus, qui hunc Evagrii locum ita expreſſit: διὸ καὶ ἀντειδόντα ἔχει τὰ ξύλα ὡς. Id eſt, ut vertit Langus, *Eaque de cauſa, tigna quæ id ſuſtinebant, habuerat.* Græci hæc tigna ἀντειδας vocant uno vocabulo, ut teſtatur Heſychius. Qua voce uſum eſſe Philonem Mechanicum nuper deprehendi, cum ejus libros de Machinis in Latinum ſermonem converterem. Gallice vocamus, *Des étais.* Latini vero *Fulturas* vocant: Qua voce utitur Livius in deſcriptione obſidionis Ambraciæ.

2 Τὰ καλούμενα βρυσία] In codice Telleriano, & apud Nicephorum legitur βρυσία, quod magis probo. Sic autem dicta videntur loca amœna ac florida, ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod eſt florere, ut teſtatur Suidas & Auctor Etymologici in voce βρύειν.

3 Οἱ πύργοι τῷ πεδίου] Hunc locum non intellexerunt Interpretes, Langus, Muſculus, & Chriſtophorſonus, ut ex verſione eorum apparet. Sic enim interpretati ſunt: *Omnes quoque turres in plano conſtitutæ, disjectæ ſunt.* Ego πεδίον, *Campum* eſſe exiſtimo, qui erat extra portas urbis Antiochiæ, in quo milites exerceri ſolebant. Ejus loci mentionem facit Athanaſius in libello precum, quem Arriani adverſus ipſum obtulerunt Joviano Principi Antiochiæ commoranti. πρώτη ἐντυχία ἣν ἐποιήσαντο ἀπερχομένου τοῦ βασιλέως εἰς κάμπον ἐν τῇ Ῥωμανησίᾳ πύλῃ. Id eſt, *Primus congreſſus quem habuerunt cum Imperatore, in porta Romanenſi, dum Imperator procederet in campum.*

4 Ἑκάτερον τὸ πρὸς τὰς ὥρας διῃρημένον] Nicephorus aliquot voces hic addit in hunc modum: πρὸς τὰς ὁπ ἀφωπίτου ὥρας, ὡς. Totum vero locum Joannes Langus ita vertit: *Et utrumque publicum lavacrum, ex pulcherrimo ſtatu ad eam quæ ex diametro eſt deformitatem collapſum.* Quæ interpretatio ferri nullo modo poteſt. Nec multo melior eſt Muſculi interpretatio, qui ita vertit: *Et ex publicis balneis alterum iiſdem horis dirutum eſt.* Chriſtophorſonus vero hunc locum ita expoſuit: *Et utrumque publicum balneum, quod duobus diſtinctis temporibus inſervit, eadem oppreſſit calamitas.* Ego vero horum verborum hunc eſſe ſenſum exiſtimo. Duo erant Antiochiæ publica lavacra, pro anni tempeſtatibus diviſa. Alterum æſtivum, alterum hibernum. Ex his balneis alterum terræ motu illo corruiſſe ait Evagrius.

5 Τῷ ἄρτῳ πεκμαιρόμενοι] Hunc locum ita expoſuit Chriſtophorſonus: *Et ut quidam conjecturam ex pane qui in tota civitate conſumi ſolet, faciunt, hac lues ſexaginta hominum millia extinxit.* Mihi tamen hæc interpretatio non placet. Neque enim ea ratione numerum mortuorum iniri potuiſſe exiſtimo. Hunc igitur locum ita malim exponere. Quemadmodum Romæ, Conſtantinopoli, & Alexandriæ annona ex publico civibus erogabatur, ita quoque Antiochiæ factum fuiſſe exiſtimo. Erat enim Antiochia una ex quatuor maximis civitatibus Imperii Romani. Ex his igitur panibus qui quotidie erogari ſolebant, facile erat colligere numerum mortuorum. Si quis tamen expoſitionem Chriſtophorſoni ſequi maluerit, non magnopere repugnabo. Præſertim cum de annona publica urbis Antiochiæ nullum extet veteris Scriptoris teſtimonium.

6 Φορᾶδην ἀνελόμενοι] Nicephorus aliquot verba hic adjecit hoc modo: φορᾶδην οὖν τῷ σκίμποδι ἀνελόμενοι. Quod neſcio utrum ex conjectura addiderit, an in ſuo codice ita ſcriptum invenerit.

Variorum.

2 Οἳ καὶ φορᾶδην ἀνελόμενοι] Legendum ὃν καὶ φορᾶδην ἀν — *W. Lowth.*

ρύξαν]ες,

Sæc. VI.

funem demiserunt, atque ita ex periculo eripuerunt. Aliud præterea quidpiam civitatem servavit, cum clementissimus Deus minas suas lenitate temperasset, & virga miserationis ac misericordiæ peccatum populi castigasset. Nullum enim exortum est incendium, quamvis ingens ignis copia passim in urbe esset, partim ex focis, partim ex publicis ac privatis lucernis, ex culinis item & fornacibus ac balneis, aliisque innumeris locis. Plurimi porro illustres viri eo terræmotu oppressi sunt: inter quos fuit etiam Asterius. Et hanc quidem urbis calamitatem solatus est Imperator, suppeditatis ex fisco pecuniis.

ρύξαι[1], καὶ τῶν κινδύνων ὑπεξήγαγον. καὶ ἕτερόν δὲ γέγονε τῇ πόλει σωτήριον, τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ φειδοῖ τὴν ἀπειλὴν ἡήξαντος, κλάδῳ τε οἴκτου καὶ ἐλέου τὴν ἁμαρτίαν σωφρονίσαντος. οὐδεὶς γὰρ ἐμπρησμὸς γέγονε, τοσαύτης φλογὸς τὴν πόλιν περιεχούσης, ἔκ τε τῶν ἐφαρῶν, καὶ τῶν δημοσίων καὶ ἰδιωτικῶν λύχνων, ὀπαυλείων τε, πυλέων τε αὖ καὶ βαλανείων, καὶ ἑτέρων ἀναρίθμων. ἐλήφθησαν δὲ καὶ τῶν ἀξιολόγων πλεῖστοι, μεθ' ὧν καὶ Ἀστέριος ἔργον τῶν σεισμῶν γέγονε. καὶ τὸ μὲν πάθος τῆς πόλεως, χρήμασιν ὁ βασιλεὺς παρεμυθήσατο.

CAPUT IX.

Quomodo Barbari fiducia sumpta ex eo quod milites ab Imperatore defecissent, eosdem aggressi, à Germano superati sunt.

Exercitus vero semper in eadem defectione perseverabat: adeo ut barbari cum copiis in Romanorum fines irrumperent, persuasum habentes, neminem ipsos prohibiturum quo minus Barbarico more grassarentur. Sed Germanus cum exercitu Romano obviam illis profectus, victos sic ad internecionem cecidit, ut ne nuntius quidem relictus sit qui cladem Persis renuntiaret.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ὡς οἱ Βάρβαροι θαρρήσαντες τῇ τοῦ στρατοῦ κατὰ τοῦ βασιλέως ἀποστάσει, τούτοις περιβαλόντες ὑπὸ Γερμανοῦ ἡττήθησαν.

Τὰ δὲ τοῦ στρατοῦ πολλαπλησίως εἶχεν· [a]ὥστε καὶ τοὺς Βαρβάρους ἐπιστρατεῦσαι, πειθομένους μηδένα σφᾶς κωλύσειν τὰ βαρβάρων πράττοντας. ὑπαντιάζει δὲ τούτοις [1]ὁ Γερμανὸς σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, καὶ οὕτω καταχράτος νικήσας, διέφθειρεν, ὥστε μηδὲ ἀγγελιώτην τῆς συμφορᾶς Πέρσαις ὑπολειφθῆναι.

CAPUT X.

De Imperatoris in rebelles clementia.

Imperator vero exercitum quidem pecuniis remuneratus est. Germanum vero cum quibusdam aliis inde revocatum, in judicium deduxit. Cumque omnes judicum sententia capitali supplicio damnati essent, Imperator tamen nullo incommodo affici eos permisit: Immo honores ac præmia eis largitus est. Dum hæc geruntur, Abares usque ad longum murum semel atque iterum excursione facta, Singidunum, Anchialum & universam Achaiam, alias præterea urbes & castella expugnarunt atque in servitutem redegerunt: igni, ferroque cuncta vastantes; nullo resistente, eo quod maxima pars exercitus Romani in Oriente esset. Imperator igitur Andream, qui primus fuerat inter Imperiales satellites, eo misit, persuasurum militibus, ut priores præpositos ac reliquos ductores quos antea habebant, susciperent.

Abares sæviunt.

Andreas.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι'.

Περὶ τοῦ βασιλέως εἰς τοὺς ὑποστάτας φιλανθρωπίας.

Ἀμείβεται μὲν οὖν βασιλεὺς τὸν στρατὸν χρήμασιν· ἀναγαγὼν δὲ Γερμανὸν καὶ ἑτέρους, εἰς κριτήριον καλεῖ. καὶ πάντες μὲν θανάτου καλεψηφίσθησαν· οὐ μὴν εἴασεν ἄχαρί τι παθεῖν, ἀλλὰ καὶ γέρων ἠξίωσε. τούτων ὧδε χωρουμένων, οἱ [2]Ἄβαρες δὶς μέχρι τοῦ καλουμένου μακροῦ τείχους διελάσαντες, Σιγγιδόνα Ἀγχίαλόν τε, καὶ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν, καὶ ἑτέρας πόλεις τε καὶ φρούρια ἐξεπολιόρκησαν καὶ ἠνδραποδίσαντο, ἀπολλύντες ἅπαντα καὶ πυρπολοῦντες, τῶν πολλῶν σταθμάτων κατὰ τὴν ἑῴαν διατριβόντων. πέμπει δέ γε βασιλεὺς [2]Ἀνδρέαν, τῶν βασιλικῶν ὑπασπιστῶν πρῶτον γενόμενον, πείσοντα τὸν στρατὸν, τοὺς πρότερους λοχαγούς τε καὶ λοιποὺς ἐσδέξασθαι.

CAPUT XI.

Quomodo Gregorius Antiochensis Episcopus ad pacandos milites directus est.

Sed cum milites id mandatum ne audire quidem sustinuissent, totius negotii cura in Gregorium transfertur, non solum eo quod ad res maximas perficiendas erat aptissimus,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια'.

Ὡς Γρηγόριος ὁ θεουπόλεως, εἰς Θετταλὰς ἐξαπεστάλη τῷ στρατῷ.

Ὧν μηδὲ μέχρις ὥτων ὑπομενάντων τὸ κέλευσμα, εἰς Γρηγόριον τὸ πρᾶγμα μεταφέρεται, οὐ μόνον ὅτι τὰ μέγιστα ἐργάζεσθαι οἷός τε

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὁ Γερμανὸς] De hac Germani victoria strictim, ut solet, loquitur Theophylactus in lib. 3. cap. 3.

2 Ἀνδρέαν] Hunc Aristobulum vocare videtur Theophylactus in libro tertio, capite tertio. Quem ait fuisse Curatorem domus Antiochi.

VARIORUM.

a Ὥστε καὶ τοὺς βαρβάρους] Hæc & quæ sequuntur de militum, opera Gregorii, reconciliatione, Pagius refert ad ann. 589.

καθεστήκει,

καθεσήκει, ἀλλ' ὅπ ᾗ πολλῷ ἄφλε τιμῷ αὐτῷ τὸ ϛράτευμα· τῶν μὲν χρήμασι δεξιωθέντων
2 πρὸς αὐτῷ· [2]τοῦ δὲ, καὶ ἐδώσι, βρωτοῖς τε ᾗ
1 ἑτέροις, ὅτε ϛρατολογηθέντες ἐκ καταλόγου [1]δι' αὐτῷ παρήεσαν. ἀγείρει τοίνυν τοὺς ἐς πρῶτα τῇ ϛρατῇ πλουτῶντας, ἀγγελιαφόρους ἐκαϛαχοῦ πέμ-
2 ψας, [2]ἐν Λιτάρβοις τῷ χωρίῳ, διεϛῶτι Θεουπόλεως ἀμφὶ τοὺς τριακοσίους ϛαδίους. παρ' οὓς αὐτὸς γενόμενος, καὶ ταῦτα κλινοπετὴς ὑπάρχων, ἔλεξε τοιάδε.

verum etiam eo quod ſummus ei honor ab exercitu, & quidem jure merito deferebatur. Multos enim milites pecuniis donaverat. Aliis veſtem ac cibaria aliaſque res ſubminiſtraverat, tunc cum delectu habito in matriculam adſcripti per ipſius agros transirent. Miſſis igitur quaquaverſum nuntiis, principales milites evocavit ad locum qui Litarba dicitur, trecentis ſtadiis diſtans ab urbe Antiochia. Ad quos ipſe cum veniſſet, tametſi in lecto decumberet, ejuſmodi verba fecit.

SÆC. VI.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Δημηγορία Γρηγορίου πρὸς τὸν ϛρατόν.

ΕΓὼ μὲν, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι τῇ προσηγορίαν καὶ τὰ πράγματα, ᾤμην ἐκ παλαιοῦ τὴν ὑμῶν παρ' ἡμᾶς ἄφιξιν ἔσεσθαι, κοινωσομένων τὰ παρόντα, βουλήν τε ληψομένων ἣν ἡ πρὸς ὑμᾶς εὔνοια κατεπαγγέλλεται, τοῖς πρελαβοῦσιν οὐκ
3 ἀδιαϛῶς βεβαιωθεῖσα, [3]ὅτε τὸν νηίτην ὑμῶν κλόνον καὶ τὸν ἐντεῦθεν σάλον, τοῖς ὀπιτηδείοις ἐδεξιούμην. ἀλλ' ἐπεὶ μέχει τοῦδε παρῶπται, ἴσως ἄνωθεν οὐκ εὐδοσίμου γενομένου, ἵνα Πέρσαι μὲν τὴν Ῥωμαίων τέλεον ἀνδρείαν ἐκμάθοιεν, πρὸς ἀνδρῶν ἀϛρατηγήτων ἐκπολεμηθέντες· ἡ δέ γε ὑμῶν ἀκραιφνὴς εὔνοια ἀφ' ἁπάντων βεβαιωθείη, τῷ καιρῷ βασανισθεῖσα καὶ τοῖς ἔργοις μαρτυρηθεῖσα. δεδείχατε γὰρ ὡς εἰ καὶ πρὸς τοὺς ϛρατηγήσαντας ὑμῶν τῷ λύπῃ ἐκληρώσασθε, οὐδὲν ὑμῖν τοῦ πολιτεύματος πρεσβυϛέρου. Φέρε νῦν πρὸς τὴν παρόντων σκοπήσωμεν. βασιλεὺς ὑμᾶς προσκαλεῖται, πάντων τῶν ἠγνοημένων ἀμνηϛίαν καταπαγγελλόμενος, τὴν ἐς τὴν πολιτείαν ὑμῶν εὔνοιαν, καὶ τὴν πρὸς τὸν πόλεμον ἀνδρείαν ἐς ἱκετηρίαν ᾗ ϑαλλοὺς δεξάμενος· ταῦτα

CAPUT XII.

Gregorii Oratio ad exercitum.

EGO quidem exiſtimabam, viri & nomine & rebus ipſis Romani, vos jampridem ad me venturos eſſe, tum de iis quæ acciderant, mecum communicaturos, tum ejuſmodi capturos conſilium quod mea erga vos benevolentia pollicetur. Quæ quidem ſuperioribus officiis certiſſime confirmata eſt, tunc cum navalem veſtrum tumultum, & tempeſtatem inde excitatam, miſſis alimentis ſublevavi. Sed quoniam hactenus id neglectum eſt, divina fortaſſe providentia ejus rei copiam minime tribuente, tum ut Perſæ à viris duce deſtitutis ſuperati, Romanorum fortitudinem penitus perſpicerent, tum ut veſtra in Rempublicam ſincera benevolentia opportuno tempore explorata & rebus ipſis comprobata, omnibus modis confirmaretur. Perſpicue enim declaraſtis, licet adverſus duces veſtros cauſas doloris ac ſimultatis habeatis, nihil tamen republica antiquius vobis eſſe. Nunc igitur quid agendum ſit conſideremus. Invitat nos Imperator, omnium præteritorum oblivionem promittens: veſtram in rempublicam benevolentiam, & in prœlio fortitudinem, tanquam ramos ac verbenas ſupplicum ſuſcipiens: Et indul-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Δι' αὐτοῦ παρήεσαν] Hic locus non minimam habet difficultatem. Muſculus quidem ita vertit: *quando ad militiam conſcripti ex catalogo, per ipſum ſunt admiſſi.* Chriſtophorſonus vero eodem fere modo interpretatur: *alii veſtitu, cibo, & aliis rebus adjuti tum cum in album militum adſcripti, & per eum admiſſi fuerant.* Eundem quoque ſenſum ſecutus videtur Nicephorus, qui hunc Evagrii locum ita expreſſit, ἄλλως τε καὶ ὅσοι ἐκ καταλόγου ϛρατολογηθέντες ἦσαν, δι' ἐκείνου παρήεσαν. Quæ verba ita vertit Langus: *Tum autem quicumque delectu habito per Sacramentum militare in catalogum adſcripti erant; per ipſum id conſecuti fuerant.* Mihi tamen non placet hæc interpretatio. Neque enim adeo expetenda res eo quidem tempore fuit militia Romana, ut ſuffragio cujuſquam opus fuerit ad hoc, ut quis militum numero adſcriberetur. Quare exiſtimo potius hæc verba ita eſſe exponenda: *Tunc cum militaribus numeris adſcripti, per ipſius agros tranſirent.* Notat hoc loco Evagrius munificentiam Gregorii Antiochenſis Epiſcopi, qui milites per agros ſuos tranſeuntes, non ſolum hoſpitio excipiebat, ſed & veſtem, & cibos ac pecunias iis donabat. Certe παρεῖναι hoc ſenſu uſurpat Juſtinianus in Novella 130 de tranſitu militum, ὥϛε τὰς τῶν ἡμετέρου ϛρατεύματος ἐν ἑκάϛῃ ἐπαρχίᾳ παριούσας ἀμέμπτως ἀποδέχεϑαι. In codice Telleriano hunc locum ita ſcriptum inveni, ὅτε ϛρατολογηθέντες ἐκ καταλόγων δι' αὐτοῦ παρήεσαν.

2 Ἐν λιτάρβοις] Vicus eſt in territorio Chalcidis urbis Syriæ, cujus meminit Julianus Imperator in epiſtola 27. Juxta hunc vicum erant Hibernacula Regis Antiochi, quorum reliquias adhuc ſua ætate ſuperfuiſſe teſtatur ibidem Julianus, ita ſcribens: μέχρι τῶν λιτάρβων ἦλθον. ἔϛι δὲ ἡ κώμη Καλχίδος, καὶ ἐνέτυχον ὁδῷ λείψανα ἐχούϛῃ χειμαδίων Ἀντιοχικῶν. Quem locum Martinius ita vertit: *Ad Litarbos veni, quod oppidum eſt in Chalcide: & caſu incidi in viam quandam quæ reliquias adhuc Antiochenſium Hibernorum habebat.* Ego vero ſic interpretor: *Litarba adveni, qui vicus eſt in agro Chalcidico. Et viam offendi quæ reliquias habebat Hibernorum Regis Antiochi.* Ejuſdem vici meminit Theophanes in Chronico pag. 151. ubi ait Alamundarum populatum eſſe Syriam primam uſque ad fines Antiochiæ, & uſque ad Litarga & Scaphata. Verum in Theophane ſcribendum puto, τῶν λειγμένων λιτάρβων καὶ σκαφάτων κτημάτων. Quam emendationem confirmant ſequentia. Addit enim καὶ ἔκαυσε τὰ ἔξω τῆς Καλχίδος.

3 Ὅπε τὸν νηίτην ὑμῶν κλόνον] Neſcio quid de navali Romanorum pugna hic ſomniavit Chriſtophorſonus. Neque enim Romani eo tempore navalem pugnam commiſerant, ſed terreſtri prælio cum Perſis conflixerant. Metaphora igitur uſus eſt hoc loco Evagrius noſter: & caſtra quidem Romanorum comparat navi: ſeditionem vero quam excitaverant, comparat tempeſtati.

VARIORUM.

2 Τοῦ δὲ] Legendum τῶν δὲ. *W. Lowth.*

δοὺς

SÆC. VI.

gentiæ ſuæ pignora omnium certiſſima vobis donans, cum ita dicit: Si Deus veſtræ in rempublicam benevolentiæ victoriam conceſſit, & depulſis peccatis fortitudo veſtra eluxit, quod certiſſimum eſt argumentum indultæ veniæ: Quomodo ipſe Dei præjudicium non ſequar? Cor Regis in manu Dei eſt, & quocumque voluerit Deus, illud inclinat. Obtemperate itaque mihi quam citiſſime, Romani: Nec occaſionem nobis oblatam dimittamus, nec elabi patiamur. Nam poſtquam effugerit, comprehendi ſe non patitur: & quaſi indigne ferens quod neglecta fuerit, nunquam ſe bis capi ſinit. Heredes eſtote obedientiæ majorum veſtrorum, ſicut fortitudinis eorum heredes fuiſtis, ut vos Romanos undecumque oſtendatis, nec ulla reprehenſionis nota nomini veſtro inuratur, voſque degeneres eſſe filios arguat. Majores veſtri ſub Conſulum atque Imperatorum regimine conſtituti, obedientia ac fortitudine orbem terrarum ſubegerunt. Manlius Torquatus filium ſuum, qui fortiter quidem ſe geſſerat, imperio tamen minime paruerat, coronatum ſecuri percuſſit. Ducum enim prudentia & militum obedientia res maximæ perfici ſolent. Quod ſi alterum alterius ope deſtituatur, claudicat ſtatim atque everſum labitur, disjuncto duarum illarum virtutum præſtantiſſimo jugo. Nolite igitur amplius cunctari: ſed mihi obtemperate, qui tanquam ſacerdos, inter Imperatorem & exercitum reparandæ concordiæ interpres ſum. Oſtendite nullam eſſe perduellionem in eo quod agitis, ſed juſtam indignationem, ad breve tempus ſuſceptam adverſus duces veſtros à quibus injuria affecti eſtis. Niſi enim quam celerrime ad Imperatorem accurreritis, ego quidem tum benevolentiæ quam debeo in rempublicam, tum meæ erga vos amicitiæ ſatisfecero. Vos vero conſiderate quæſo quinam ſint exitus tyrannorum. Qua enim ratione præſentium rerum ſtatum terminabitis? Ut in unum collecti permaneatis, fieri nullo modo poteſt. Unde enim fruges ad vos convehentur, aut ea commoda quæ mare continenti ſubminiſtrare ſolet: niſi Chriſtianis bellum inferentes, & ab iiſdem viciſſim bello appetiti, res omnium teterrimas faciatis ac ſuſtineatis. Quis autem horum finis futurus eſt? Hac illac diſperſi, vitam tranſigetis. Aderit è veſtigio vindex juſtitia, non ſinens ut veniam amplius conſequamini. Datis igitur dextris, ea quæ & nobis & reipublicæ profutura ſint perpendamus: Quando & ſalutaris paſſionis & ſanctiſſimæ reſurrectionis Dei noſtri Jeſu Chriſti feſtos dies, nobis ad id ſuffragantes habemus.

Prov. 21.

Livius l. 8. initio.

δοὺς ὑμῖν τῆς ἀφέσεως ἐνέχυρα πάντων ἀσφαλέςατα, καὶ φησὶν, ὡς εἰ ὁ Θεὸς τῇ θυσίᾳ τὸ πλέον δέδωκε, καὶ τῶν ἁμαρτάδων ἐξωθεισῶν, ἡ ἀνδρεία διεφάνη, ζαφὴς ἔλεγχος τῆς συγχωρήσεως γενομένη, πῶς οὐχ ἕψομαι τῇ θείᾳ κελεύσῃ; καρδία βασιλέως ἐν χειρὶ Θεοῦ, καὶ οὗ ἂν θέλῃ κλίνει αὐτόν. ὑπείξατέ μοι οὖν, ὦ Ῥωμαῖοι, τάχιςα· καὶ μὴ καταπροδῶμεν τὸν παρόντα καιρὸν, μηδὲ παρολισθίσωμεν ἁμαρτῶν. μισεῖ γὰρ κεφαλὰς ἁλισκομένων, καὶ ὥσπερ ἀγανακτῶν ὅτι γε παρώφθη, δύσληπτος εἶναι καθάπαξ οὐκ ἀνέχεται. κληρονομήσατε οὖν τοὺς πατέρας τῆς θυμοειδείας, ὥσπερ τῆς ἀνδρείας ἐκληρονομήσατε, ἵνα μὲν πάντων Ῥωμαῖοι δειχθῆτε, καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἄψηται μῶμος, ἢ γενοθεωμένους ὑμᾶς παῖδας δείξῃ. ἐμοὶ τοῖς ὑπάτοις καὶ βασιλεῦσι πειθόμενοι, οἱ ὑμᾶς φύσαντες, πειθοῖ καὶ ἀνδρείᾳ τὸ οἰκούμενον ἅπαν κατεκτήσαντο. Μάλλιος Τουρκουάτος τὸν παῖδα φανώσας ἀνεῖλεν, ἀνδεισάμενον μόνον, ἀπειθήσαντα δέ. τῶν γὰρ ἀγαγόντων εὐβουλίᾳ καὶ τῶν ἀγομένων εὐπειθείᾳ, μεγάλα πεφύκασιν ἀγαθὰ καλεργάζεσθαι. θάτερον δὲ γ' ἑτέρου χωρεῖν, χωλεύει τε καὶ κατέπεσθαι, καὶ σφάλλεσθαι πάντως, τῆς δεήσης ξυνωρίδος ἁλυομένης. μὴ οὖν μέλλετε· πείθησθε δέ μοι, ἱερωσύνης βασιλείᾳ καὶ φρατρῷ μεσιτευούσῃ· καὶ δείξατε ὡς ἡ τυραννὶς τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ δικαία κατὰ μικρὸν ἀγανάκτησις κατὰ τῶν ἀδικησάντων ὑμᾶς φρατηγῶν. εἰ γὰρ μὴ τῷ ταχίσῃ κατορθώσομεν, ἐγὼ μὲν ἐξοσιώσομαι καὶ τῷ ἐς τὴν πολιτείαν εὔνοιαν, καὶ τῷ ἐς ὑμᾶς φιλίαν. ὑμεῖς δὲ σκοπεῖτε ποῖα τῶν τυράννων τὰ τέλη. ποῖ γὰρ καὶ περανεῖτε τὰ παρόντα· ἀθρόους εἶναι τῶν ἀδυνάτων. πόθεν γὰρ ἡ τῶν ὡραίων συγκομιδὴ, ἢ ὧν ἐς ἀντίληψιν ἡ θάλασσα τῇ ἠπείρῳ δίδωσιν, εἰ μή γε πολεμοῦντες Χριστιανοὺς, καὶ πολεμούμενοι, τὰ πάντων αἴσχιστα δράσητε καὶ πείσησθε· καὶ ποῖ τὸ τέλος· σποράδες γενόμενοι βιοτεύσητε. αὐτόθεν παρὰ πόδας ἡ δίκη, συγγνώμην τοῦ λοιποῦ νέμειν οὐκ ἀνεχομένη. δόντες οὖν δεξιὰς, καὶ ἑαυτοῖς καὶ τῷ πολιτεύματι τὸ συμφοῦσον σκοπήσωμεν, ὅτ' ἂν καὶ τὰς ἡμέρας τοῦ σωτηρίου πάθους, καὶ τῆς παναγίας ἀναςάσεως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ συνεπιλαμβανομένας ἔχωμεν.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πῶς οὐχ' ἕψομαι τῇ θείᾳ ἂν θέλῃ] Deerat hoc loco integra linea, quam ex optimo codice Florentino ſupplevi. Eadem quoque lacuna videtur fuiſſe in eo codice quo uſus eſt Nicephorus. Neque enim omiſſurus erat præclaram illam ſententiam qua uſus erat Mauricius, *Cor Regis in manu Dei*; ſi illam in exemplari ſuo reperiſſet.

2 Παρώφθη δύσληπτος] In optimo codice Florentino totus hic locus ita legitur: Καὶ ὥσπερ ἀγανακτῶν ὅτι γε παρώφθη, δύσληπτος εἶναι καθάπαξ οὐκ ἀνέχεται. Optime dummodo disjunctis vocibus legamus δὺς ληπτός, quemadmodum legitur apud Nicephorum in capite 15. libri 18. Faceſſat igitur Chriſtophorſoni & Savilii conjectura, qui εὔληπτος hoc loco reſtituebant.

3 Τῶν γὰρ ἀγαγόντων εὐβουλίᾳ] Scribendum eſt procul dubio εὐβουλία, & paulo poſt εὐπίθεια abſque ſubſcripto. Id enim poſtulant leges Grammaticæ: atque ita etiam legitur apud Nicephorum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Οπ μετὰ τὸ δημηγορῆσαι Γρηγόριον, μετέθεντο ταῖς γνώμαις οἱ στρατιῶται, καὶ πάλιν δέχονται Φιλιππικὸν στρατηγόν.

ΤΟσαῦτά γε εἰπὼν, καὶ πλεῖστά γε ἐπιδακρύσας, ὥσπερ ἐκ θείας τινὸς ῥοπῆς ἁπάντων τὰς γνώμας ἐς ἀκριβῆ μετατέθεικεν· οἵπερ ἐξήτησαν ὑπεξελθεῖν τοῦ συλλόγου, καὶ καθ' αὑτοὺς περὶ τῶν πρακτέων βουλεύσασθαι. ἦκον τοίνυν ὀλίγου μὲν πολὺ σφᾶς αὐτοὺς τῷ ἱερεῖ ἐγχειρίσαντες. καὶ δὴ τὰ Φιλιππικὸν αὐτοῖς ἐξονομάσαντος, ἵν' αὐτοὶ στρατηγὸν σφίσιν ἐξαιτήσωσιν, ὅρκοις δεινοῖς ἔφασκον περὶ τούτου διομόσασθαι καὶ τὸ σύμπαν στράτευμα. ὁ δὲ, μὴ περὶς τοῦτο μελλήσας ἢ ὅλως ἐλινύσας, ἱερεὺς ἔφη κατὰ συγχώρησιν εἶναι, ἐξουσίαν τε ἔχειν, λύειν καὶ δεσμεῖν ἐπὶ γῆς τε καὶ οὐρανοῦ, καὶ τῆς θείας ἀπεμνημόνευε φωνῆς. ὀφθέντων δὲ καὶ περὶς τοῦτο, τὸν Θεὸν [1] λιταῖς καὶ περισευχαῖς ἐξωσιοῦτο· καὶ τοῦ ἀχράντου αὐτοῖς [2] μεταδοὺς σώματος· ἦν γὰρ [2] ἡ πάνσεπτος ἡμέρα δευτέρα ἡ τῷ ἁγίῳ ἐγγίζουσα πάθει· πάντας δειπνίσας ἀμφὶ τοὺς δισχιλίους, στιβάδων ἐπὶ τῆς πόας χεδιαδεισῶν, ὑπέστρεφε καλὰ τλὼ ἑξῆς. ἔδοξε δὲ αὐτοὺς συλλεγῆναι ἧ βούλοιντο. μεταπέμπεται τοιγαροῦν Φιλιππικὸν ὀν Ταρσῷ τῆς [3] Κιλικίας ἀφῴκοντα, [3] ἐπειγόμενόν τε κατὰ τὴν βασιλέως, ἀναγαγὼν τῇ βασιλείᾳ περὶ τούτων, στείλας τε καὶ τὰς παρὰ τοῦ στρατοῦ περὶ Φιλιππικοῦ δεήσεις. ὑπαντῶσι τοίνυν τῷ Φιλιππικῷ κατὰ τλὼ Θεουπολιτῶν γενομένῳ, καὶ τοὺς ἠξιωμένους τῆς θείας παλιγγενεσίας ἐς ἱκετείαν περιλαβόμενοι, περισπίπλουσιν αὐτῷ· καὶ δεξιὰς ἀμνηστίας λαβόντες, συὼ αὐτῷ τὰς ὑπατρατεύσεις ποιοῦνται. οὕτω μὲν δὴ περιεχωρήκει ταῦτα.

CAPUT XIII.

Quomodo post orationem Gregorii, milites deposita priore sententia, Philippicum ducem denuo susceperunt.

HIs dictis cum multum illacrymatus esset, momento temporis omnium mentes velut divina quadam virtute commutavit. Statimque postularunt, ut ex conventu discedere ipsis liceret, quo de his quæ agenda erant, inter se ipsi deliberarent. Nec multo post reversi, se se arbitrio voluntatique Episcopi permiserunt. Qui cum Philippicum illis nominasset ut eum sibi ductorem postularent, se & universum exercitum gravi jurejurando ea de re obstrictum esse dixerunt. Tum Gregorius nihil cunctatus nec ullatenus moratus, Dei gratia sacerdotem se esse dixit, & datam sibi esse potestatem ligandi atque solvendi, tum in cœlo, tum in terris. Simul divinum oraculum eis in memoriam revocavit. Cumque milites hac etiam in re acquievissent, Gregorius precibus ac supplicationibus Deum placavit. Et immaculato Christi corpore eis distributo: erat enim venerabilis imprimis dies secunda feria quæ Dominicæ passioni vicina est: cum universos, duo circiter hominum millia, toris in gramine tumultuarie compositis cœna excepisset, postridie domum reversus est. Placuerat autem, ut milites quo in loco vellent, in unum convenirent. Gregorius igitur Philippicum accersit, qui tum apud Tarsum urbem Ciliciæ morabatur, & Constantinopolim quamprimum proficisci parabat. Porro de his rebus ad Imperatorem retulit, missis etiam supplicationibus militum, quibus Philippicum ducem postulabant. Cum ergo Philippicus Antiochiam venisset, milites illic ei occurrunt: & iis qui divinæ regenerationis lavacrum promeriti fuerant, ad supplicandum pro se assumptis, ad genua ejus procumbunt. Qui cum dextra data oblivionem præteritorum eis confirmasset, milites una cum illo in expeditionem profecti sunt. Atq; hæc quidem hunc in modum processere.

Philippicus ab exercitu denuo susceptus.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Λιτῶς καὶ περισευχαῖς ἐξωσιῶτο] Hæ preces atque orationes referri possunt, vel ad reconciliationem pœnitentium, & ad absolutionem sacramenti quo milites sese obstrinxerant; vel ad Missarum solemnia, quæ Gregorius tunc celebravit coram Tribunis ac Centurionibus exercitus Romani, quibus etiam sacram Communionem impertiit, ut testatur Evagrius. Ita certe hunc locum exponit Nicephorus: λιτῶς, inquit, ἐξωσιῶτο τὸ θεῖον καὶ τὴν θείαν παλάσας μυσταγωγίαν, τῷ ἀχράντου σώματος ἅπασι μεταδίδου.

2 Ἡ πάνσεπτος ἡμέρα] In optimis codicibus Florentino & Telleriano additur δευτέρα. Id est, secunda Feria magnæ Hebdomadis. Eandem quoque emendationem in codice Vulcobiano ad latus scriptam inveni.

3 Ἐπειγόμενόν τε κατὰ τὴν βασιλέως] Assentior Christophorsono & Savilio, qui post hæc verba distinctionem apposuerunt. Est enim prorsus necessaria. Sed & ante illos Nicephorus hunc locum ita distinxerat. Melius tamen Nicephorus scriptum habet πρὸς τὴν βασιλέως.

Sæc. VI.

CAPUT XIV.

Quomodo capta sit Martyropolis.

Sittas.

INTEREA Sittas quidam, qui decanus erat Martyropoli, injuriam sibi illatam à quodam ex militiæ rectoribus ægre ferens, urbem hostibus prodidit, observato tempore quo milites præsidiarii ex urbe discesserant: Introductaque Persarum cohorte, perinde ac si ea Romanorum cohors esset, urbem occupavit admodum opportunam Romanis. Et ex junioribus quidem feminis, pleraſque intra urbem retinuit: reliquos autem omnes, exceptis aliquot servulis, ejecit. Confestim igitur Philippicus eo profectus, urbem obsidione cinxit, tametsi nihil eorum quæ ad obsidionem necessaria sunt, ipsi suppeteret. Nihilominus iis quæ ad manum erant utens, urbem oppugnavit, actisque quibusdam cuniculis unam ex turribus dejecit. Sed cum Persæ tota nocte insomnes, id quod collapsum fuerat instauraſſent, urbem expugnare non potuit. Cum igitur Romani crebro murum adorti, assidue repellerentur; tela enim ex superiore loco in eos missa, raro à scopo aberrabant, ita ut ipsi plus detrimenti acciperent quam hostibus inferrent; obsidionem solverunt. Ac paululum inde digressi, castrametati sunt, id unum sollicite observantes, ne Persis qui obsessi erant, ulla submitterentur auxilia. Verum jussu Imperatoris Mauricii Gregorius ad exercitum perrexit, eique persuasit ut ad oppugnandam urbem reverteretur. Milites tamen nihilo plus quam antea perficere potuerunt, cum bellicis machinis quibus urbes expugnari solent, penitus destituerentur. Itaque exercitus quidem ad hiberna dimissus est. In proximis autem castellis crebra relicta sunt militum præsidia, ne supervenientes Persæ clanculo urbem ingrederentur. Sequenti æstate, cum exercitus Romanorum in unum collectus esset, & Persæ expeditionem suscepissent adversus Romanos, circa Martyropolim gravis commissa est pugna. Cumque Philippicus superior fuisset, multique Persæ, & inter hos princeps quidam fortissimus in prælio cecidisset, Persarum tamen multitudo non contemnenda Martyropolim ingressa est, id quod maxime illis studio fuerat. Exinde Romani ab obsidione quidem urbis abstinendum sibi esse censuerunt. Neque enim fieri posse ut eam vi expugnarent. Alteram autem urbem in montosis & munitioribus locis, septem

Romani frustra Martyropolim oppugnant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

[a] Περὶ τῆς ἁλώσεως Μαρτυροπόλεως.

Σίττας δέ τις τῶν ἐν Μαρτυροπόλει δεκα- 1
δάρχων, ὀργῇ τινα τῶν αὐτόθι στρατιωτι-
κῶν ἀρχόντων λυπηθείς, καταπροδίδωσι τὴν πόλιν,
τῷ ἀπολειφθῆναι τῶν ἐγκαθημένων αὐτῷ στρα- 2
τιωτῶν ὑποτηρήσας· καὶ [3] λόχον Περσικὸν ὡς Ῥω- 3
μαϊκὸν εἰσαγαγών, τῇ πόλιν κατέσχεν, ὑπὸ καιρο-
τάτῳ Ῥωμαίοις καθεστῶσαν· τὰ μὲν πολλὰ τῶν
γυναίων τῶν σφετέρων, εἴσω κρατήσας· ἅπαν-
τας δὲ τοὺς ἄλλους χωρὶς οἰῶν οἰκετῶν ἐξελά-
σας. εὐθέως μὲν οὖν ὁ Φιλιππικὸς αὐτοῦ τῷ ἔλ-
λασιν ἐποιεῖτο, καὶ περικαθήσας τῇ πόλιν ἐπο-
λιόρκει, οὐδὲν τῶν ἐς πολιορκίαν ὑποτιθείων ἔχων·
ὅμως δ' οὖν ἐκ τῶν παρόντων αὐτῷ διεμάχετο,
καὶ πύας διώρυχας ἐργασάμενος, ῥίπτει τῶν πύρ-
γων ἕνα. [b] οὐ μὲν τῇ πόλιν ἐξίσχυσε περισῆσε- b
σθαι, τῶν Περσῶν ἀγρυκτερθυσάντων, καὶ τὸ
πεπτωκὸς κατασφαλισαμένων. ὡς δὲ συχνὰ προσ-
βάλλοντες οἱ Ῥωμαῖοι τῷ τείχει, ἀπεκρούοντο·
ἐπίσκοπα γὰρ ἐξ ὑποδεξιῶν ἐφέρετο κατ' αὐτῶν
τὰ βέλη, καὶ πλέον ἐβλάπτοντο ἢ τοὺς ἔνδον ἐλύ-
πουν, λύουσι τῇ πολιορκίαν· καὶ σμικρὸν διε-
βάντες, στρατοπεδεύονται μόνον, τὸ μὴ καὶ ἑτέρους
προσκτήσωνται Πέρσας, ὑποτηροῦντες. κελεύσμασι δὲ
Μαυρικίου, καὶ Γρηγόριος ἀφικνεῖται πρὸς τὸ
στράτόπεδον, ᾧ πείθει πρὸς τῇ πολιορκίαν ἐπαν-
ελθεῖν. οὐ μέν τι πλέον ἐξεργάσασθαι οἱοίτε γε-
γόνασι, μηδενὸς τῶν ἑλεπόλεων μηχανῶν ὄντος. ὅ-
θεν ἀμαλύεται μὲν ὁ στρατὸς ἀμηχεμάσων· ἐς δὲ
τὰ συνέζυγα φρούρια, συχναὶ φρουραὶ καταλιμ-
πάνονται, ἵνα μὴ λαθόντες Πέρσαι τῇ πόλει ἐπε-
ισέλθωσι. καὶ κατὰ τὸ ἑξῆς δὲ θέρος, ἀθροισθέν-
τος παντὸς στρατεύματος, καὶ Περσῶν ὑποστρατευσάν-
των, γίγνεται μὲν ἀμφὶ Μαρτυρόπολιν μάχη κρα-
τερά. καὶ τὸ πλέον ἐσχηκότος Φιλιππικοῦ, καὶ
πολλῶν Περσῶν πεπτωκότων, ἑνὸς ἥρωος ἐνισθέντος
ἱκανὴ πληθὺς Περσῶν ἐσπέπτωκεν ἐν Μαρτυροπόλει,
ὃ καὶ μάλιστα διεσπουδάσθη αὐτοῖς. ἐντεῦθεν πο-
λιορκεῖν μὲν οἱ Ῥωμαῖοι τῇ πόλιν ἀπέγνωσαν.
μηδὲ γὰρ δυνάμει ταύτῃ οἷόν τε κρατῆσαι·
ἑτέραν δὲ ἀνταιρεῖσθαι πόλιν ἀπὸ ῥᾳδίων ἐπὰ, ἐπὶ

Valesii Annotationes.

1 Τῶν ἐν μαρτυροπόλει δεκάρχων] Rectius in Manuscriptis codicibus Florentino & Telleriano scribitur δεκαδάρχων, quemadmodum etiam Vulcobius ac Savilius in margine suorum codicum emendarunt. Nicephorus in cap. 17. lib. 18. hunc Evagrii locum ita exponit: δεκάδος ἄρχων στρατιωτικοῦ πάγματος καθεστηκώς. Hi à Latinis Decani dicebantur, non autem Decuriones, ut Musculus & Christophorsonus interpretantur. Testatur id Vegetius in cap. 8. libri 2. agens de Centurionibus sive ordinariis: *Erant*, inquit, *decani denis militibus præpositi, qui nunc caput contubernii vocantur.*

2 Τῶν ἐγκαθημένων αὐτῷ] Procul dubio scribendum est αὐτῇ. Sic enim lex Grammatica postulat.

3 Λόχον περσικὸν] Quadringentos homines armatos, ut scribit Theophylactus, in capite 5. libri 3.

Variorum.

a Περὶ τῆς ἁλώσεως Μαρτυροπόλεως] Martyropolis urbs erat Armeniæ majoris in Sophanine tractu, juxta Nymphium fluvium, in Mesopotamiæ confinio. *Baudrand.*

b Οὐ μὴν τὴν πόλιν ἐξίσχυσε περισῆσεσθαι] Legendum παρασῆσεσθαι, qua voce usus est Evagrius ad finem capitis. *W. Lowth.*

τὰ

τὰ ὄρεια καὶ ἐρυμνότερα μέρη, ὡς ἂν ὑπιτεχνήσεις πινὰς καὶ ἀντεπιχειρήσεις ποιοῖντο. καὶ ταῦτα μὲν θερίζοντες ἔπραττον, τῷ δὲ χειμῶνι διελύοντο.

stadiis à Martyropoli exstruxerunt, ut insidiis atque excursionibus eam infestarent. Et hæc quidem æstivo tempore facta sunt à Romanis. Hyeme vero dimissus est exercitus. SÆC. VI.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ τῆς στρατηγίας Κομεντιόλου, καὶ ἁλώσεως τῶν Ὄκβας.

CAPUT XV.

De Comentiolo Magistro militum, & de expugnatione Castelli Ocbas.

b ΚΑὶ πέμπεται τῆς ἡγεμονίας ἀφάδοχος [b] Κομεντίολος, Θρᾷξ γένος· ὃς κράτιστα Πέρσαις συνεπλάκη, καὶ μικροῦ τὸν βίον κατέστρεψε σὺν καὶ τῷ ἵππῳ καταῤῥαγείς, εἰ μή τις τῶν δορυφόρων ἕν [1] τινι τῶν παρόχων ἵππων ὑπεβίβασας, τῆς μάχης ὑπεξήγαγε. Φθύρουσι δ' οὗ [2] οἱ περισωθέντες τροπάδην, πάντας τοὺς σφετέρους ἡγεμόνας ἀποβαλόντες, καὶ κατὰ τὴν Νίσιβιν ἀφασώζονται· καὶ τῷ τοῦς τὸν σφῶν βασιλέα δεδιότες ἐπάνοδον· θάνατον γὰρ αὐτοῖς ἠπειλήκει, εἰ μὴ, τοὺς ἡγεμόνας ἀφασώσωσιν· αὐτοῦ τὴν κατὰ Ὁρμίσδου τυραννίδα μελετῶσιν, ἤδη καὶ Βαράμου στρατηγοῦ Περσῶν τοῦτο βουλεύοντος σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, ἐκ τῆς τῶν Τούρκων ξυμπλοκῆς ἐπανιόντος. ἐν τούτῳ δὲ Κομεντίολος τὴν Μαρτυρόπολιν περικαθήμενος, τοὺς μὲν πολλοὺς αὐτοῦ καταλείπει· αὐτὸς δὲ σὺν καί πισιν ἀριστίνδην ἐκλεγεῖσιν, ἐκτρέχει [3] κατὰ τὸ Ὄκβας ὀχυρώτατον φρούριον, ἀντικρὺ Μαρτυροπόλεως ἐς τὴν ἀντιπέρας ὄχθην ἀφαιρεμένον ἐπί τινος σκοπέλου ἀποτόμου, ὅθεν ἡ ἄποπτος ἡ πᾶσα καθεστήκει πόλις· ἣ πολιορκήσας, πείρας τε οὐδὲν ἀνιεὶς, καὶ τοῦ τείχους τινὰ μοῖραν καταπελτῶν ῥίψας, ὑφαρπαγὰς αἱρεῖ τὸ φρούριον. ὅθεν λοιπὸν καὶ ἡ ἀπογνώσις Πέρσαις τὰ Μαρτυροπόλεως καθεστήκει.

MITTITUR posthac ab Imperatore Comentiolus genere Thrax, qui Philippico in magisteria potestate succederet. Hic fortissime cum Persis congressus, cum una cum equo præceps dejectus esset, pœne interierat, nisi quidam ex satellitibus ipsum equo funali impositum ex prælio subduxisset. Superati nihilominus Persæ, universis ducibus suis amissis, fugam arripuerunt, & Nisibim se receperunt: Cumque ad Regem suum reverti minime auderent: mortem enim ipsis minatus fuerat, nisi duces suos salvos atque incolumes reducerent: illic adversus Hormisdam conjurationem ineunt, auctore Varamo Magistro militum apud Persas, qui paulo antea ex prælio adversus Turcos una cum suis redierat. Interea Comentiolus Martyropolim obsidens, maximam quidem copiarum partem illic reliquit: ipse vero assumptis quibusdam quos viritim legerat, ad Ocbas excurrit, castellum munitissimum, è regione Martyropolis in adversa ripa situm, & prærupto scopulo impositum: Unde urbs tota facile conspici poterat. Illud igitur oppugnare aggressus, nihilque intentatum relinquens, cum partem aliquam muri catapultis perfregisset, illac irrumpens, castellum vi cepit. Itaque Persæ de retinenda deinceps Martyropoli penitus desperarunt.

Varamus Persarum dux adversus Turcos.

VALESII ANNOTATIONES

1 Τινὶ τῶν παρόχων ἵππων] Usus est hac voce Evagrius supra, in cap. 4. hujus libri, ubi Interpretes vehicularem & vectarium equum utrobique interpretantur. Nicephorus vero in capite 18. libri 18. hunc Evagrii locum describens, vocabulum παρόχων ita exponit. ἑνὶ τῶν ὑποτεθειμένων ἵππων ἐπιβιβάσας, τῆς μάχης ἐξῆγε. Id est, *Nisi quidam ex satellitibus in unum ex equis qui post eum ducebantur, ipsum imposuisset.* Solebant enim duces cum ad pugnam proficiscerentur, plures secum equos ducere, ut si forte equus quo sedebant interfectus fuisset, in alium equum conscenderent.

2 Οἱ σωθέντες τροπάδην] Hunc locum egregie mihi videor restituisse hoc modo: φεύγουσι δὲ ὧν οἱ πέρσαι ἐσωθέντες τροπάδην, &c. Certe verbum σωθέντες nullo modo hic convenit. Neque enim qui servati sunt, amplius fugiunt. Nec Persæ σωθέντες dici potuerunt, antequam Nisibin perveniissent. Itaque subdit Evagrius, καὶ τὴν νίσιβιν ἀφασώζονται. Pro voce τροπάδην, Nicephorus reposuit σωτροπάδην, quod est vulgatius.

3 Κατὰ τὸ ὄκβας] Idem videtur esse quod à Theophylacto vocatur ἀκβάς, castrum munitissimum. Hujus situm describit Theophylactus in libro primo capite 12. eodem prorsus modo quo Evagrius situm Castelli Ocbas describit. Itaque tam ex nominis similitudine, quam ex situ apparet, unum idemque esse Castellum Ocbas & Acbas: situm juxta fluvium Nymphium & urbem Martyropolim. Conjecturam nostram prorsus confirmat Theophylactus, in capite 2 lib. 4. ubi Castrum illud Ocbas quod Evagrius noster à Comentiolo captum esse dicit, ipse Acbas nominat.

VARIORUM.

a Τῷ δὲ χειμῶνι διελύοντο] Ex his verbis apparet Evagrium existimasse, prœlium hoc capite memoratum, & illud quod in sequenti narrat, duobus diversis annis fuisse gesta. E contra Theophylactus lib. 5. cap. 13. tradit ea uno eodemque anno confecta fuisse: cui suffragatur Pagius ad ann. 590. n. 23. & 592. n. 3. *W. Lowth.*

b Κομεντίολος] Comentiolus subrogatur Philippico ad bellum contra Persas prosequendum anno 590. *Pagius.*

CAPUT XVI.

De cæde Hormisdæ.

Hormisda à suis interfectus.

DUM hæc geruntur, Persæ Hormisdam interfecerunt: Regum omnium injustissimum: quippe qui subditos suos non solum pecuniarum exactionibus, verum etiam variis suppliciorum generibus oppressisset.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ις'.

Περὶ τῆς ἀναιρέσεως Ὁρμίσδου.

ΤΟύτων ὧδε δρωμένων, οἱ Πέρσαι τὸν Ὁρμίσδλιν διεχρήσαντο, πάντων βασιλέων ἀδικώτατον γενόμενον, ἢ μόνον ὅτι χρήμασιν ἐζημίου τοὺς ὑπηκόους, ἀλλὰ καὶ θανάτων ἀφορίοις ἰδίαις.

CAPUT XVII.

De junioris Chosdrois ad Romanos fuga.

Chosdroes junior Pers. rex.

REGEM deinde sibi constituunt Chosdroem, ejus filium. Contra quem Varamus una cum iis quos circa se habebat, expeditionem suscepit. Huic Chosdroes cum exercitu non valde numeroso obviam progressus, cum suos proditionem meditari animadverteret, fugam arripuit. Tandemque Circesium pervenit, Christianorum Deum, sicut ipse aiebat, prius precatus, ut equum suum quo vellet deduceret. Cum igitur illuc venissent una cum uxoribus & cum duobus liberis recens natis, & cum nonnullis Persarum Optimatibus qui ipsum sponte secuti fuerant, inde Legatos ad Mauricium Imperatorem misit. At Mauricius hic quoque ut in reliquis rebus, prudenti consilio usus, cum instabilem mutabilemque hujus vitæ rationem, & repentinas rerum humanarum conversiones ac reciprocos æstus, hoc etiam exemplo edoctus perpendisset, supplicationem Chosdrois libenter admisit. Eumque hospitem pro exule, pro fugitivo filium sibi adscivit, regalibus donis omnique benevolentia eumdem excipiens. Nec vero ipse solus munera misit ad Chosdroem, verum etiam Augusta erga conjuges Chosdrois, & liberi Imperatoris erga Chosdrois liberos idem præstiterunt.

ἘΓκαθιῶσι δὲ μετ' αὐτὸν βασιλέα Χοσρόλιν 1
τὸν τούτου παῖδα, καθ' οὗ Βάραμος ἐπιστρατεύει μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτόν. ὡς δ' ὑπαντιάζει μὲν ὁ Χοσρόης μετά τινος οὐκ ἀξιολόγου δυνάμεως, καὶ φθύγει, τοὺς οἰκείους ὁρῶν ἐθελοκακοῦντας. ἀφικνεῖται δὲ κατὰ τὸ Κιρκήσιον, ὥς γε αὐτὸς ἔφη, τὸν Θεὸν τῶν Χριστιανῶν ἐπικαλεσάμενος, ἐκεῖσε τὸν ἵππον ἀπιέναι ἔνθα ἂν ὡς αὐτοῦ ὁδηγοῖτο. ἀφίκετο δὲ σὺν καὶ ταῖς γυναιξὶ καὶ παισὶ νεογνοῖς δύο, καί τισι Περσῶν τῶν εὐγενῶν, οἵπερ αὐτῷ ἐθελονταὶ κατηκολούθουν· κἀκεῖθεν ὡς βασιλέα Μαυρίκιον πρεσβεύεται. ὁ δὲ, κἀν τούτῳ πανάριστα βουλευσάμενος, καὶ τὸν ἀρχαῖον καὶ κόθορνον βίον, καὶ τὰς ἀγχιστρόφους παλιρροίας τῆς τῶν ἀνθρώπων ζωῆς καὶ τούτῳ ἀναμετρησάμενος, δέχεται τὴν ἱκετείαν, καὶ ξένον ἀντὶ φυγάδος, παῖδά τε ἀντὶ αὐτομόλου καθίστησι, δώροις βασιλικοῖς δεξιωσάμενος· οἷς ἐφιλοφρονήσατο, οὐ μόνος αὐτὸς βασιλικὰς φείλας, ἀλλὰ καὶ τῆς βασιλίδος τὰ φιλοπλήσια περὶ τὰς ὁμοζύγους τοῦ Χοσρόου, καὶ τῶν παίδων πρὸς τοὺς παῖδας πραξάντων. 2

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐγκαθιῶσι μετ' αὐτὸν βασιλέα χοσρόλιν] Hunc locum ex Manuscriptis codicibus Florentino & Telleriano supplevimus hoc modo: ἐγκαθιῶσι δὲ μετ' αὐτὸν, &c. Porro Chosdroes Rex Persarum constitutus est anno Christi 592. *ut scribit Baronius in Annalibus. Qui fuit annus decimus Imperii Mauricii, non autem septimus, ut Baronius scribit. Nam anni Imperatoris Mauricii, æquo fere passu cum annis indictionis progrediuntur, sicut & anni Imperii Justini junioris. Quare cum anno Christi 592. decima fuerit indictio, teste ipsomet Baronio, decimum quoque annum Imperii ejusdem Mauritii tunc fuisse necesse est. Auctor tamen Chronici Alexandrini inaugurationem Chosdrois, ejusque ad Romanos fugam anno uno antevertit. Sic enim scribit. Indictione nona, anno nono Imperii Mauritii, post Consulatum ejusdem Mauricii Tiberii anno septimo. τούτῳ τῷ ἰνιαυτῷ Χοσδρόης ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἦλθε πρὸς Ῥωμαίους, ἀντιρσίαν ὑπομείνας ἀπὸ Βαράμ τοῦ αὐτοῦ συμφυλέτου, καὶ ἀφ' συμμαχίας Ῥωμαϊκῆς ἀπηκατέση εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν.* Id est, *Hoc anno Chosdroes Persarum Rex, cum Varamus contribulis ejus adversus eum rebellasset, ad Romanos confugit; iisdemque auxiliantibus in Regnum suum restitutus est.* Joannes autem Biclarienſis in Chronico, anno citius id factum refert. Sic enim scribit: anno octavo Mauricii Imperatoris quo Chronicum suum terminavit. *A vigesimo ergo Constantini Imperatoris anno, quo tempore hæresis Ariana initium sumpsit, usque in octavum annum Mauricii Principis Romanorum, anni sunt ducenti sexaginta sex. In his ergo temporibus quibus omnipotens Deus prostrato venenosæ hæresis veneno pacem suæ restituit Ecclesiæ, Imperator Persarum Christi suscepit fidem, & pacem cum Mauricio Imperatore firmavit.* Ubi notandum est quod ait Biclarienſis, Persarum Regem, abjecto simulachrorum cultu, ad Christi fidem transiisse. Idem certe testatur Theophylactus in cap. 2. libri 5. & in cap. 10. libri 4.

2 Παῖδά τε ἀντὶ αὐτομόλου καθίστησι] Theophylactus in cap. 3. lib. 5. ait Chosdroem à Mauricio Imperatore filium duntaxat esse appellatum. Theophanes autem in Chronico pag. 224. diserte scribit Chosdroem à Mauricio Imperatore filium esse adoptatum: τούτῳ τῷ ἔτει τεκνοποιηθεὶς Μαυρίκιος ὁ βασιλεὺς Χοσρόλιν τὸν βασιλέα Περσῶν, &c.

VARIORUM.

* Pagius elevationem Chosrois & mortem Hormisdæ in annum 590. conjicit, & Chosrois in regnum restitutionem in annum 591. vide Critic. ejus ad ann. 591. n. 3, 4. & 592. n. 10. *W. Lowth.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Ὡς ὁ βασιλεὺς Γρηγόριον καὶ Δομετιανὸν εἰς ἀπάντησιν Χοσρόου ἐξαπέστειλεν.

ΠΕμπει δὲ καὶ πᾶσαν βασιλικὴν δορυφορίαν, καὶ πάντα τὸν Ῥωμαίων στρατὸν σὺν καὶ τῷ στρατηγῷ, ἑψόμενον αὐτῷ ὅπη καὶ βούλεται· καὶ τοῦδε μείζονος τιμῆς, Δομετιανὸν ἐπίσκοπον Μελιτινῆς, αὐτοῦ συγγενῆ, ἄνδρα φρενήρη καὶ ἀσχίνουν, λόγῳ τε καὶ ἔργῳ ἐς τὰ μάλιστα ἱκανώτατον, καὶ τοῦδε τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων ἐξεργασικώτατον. πέμπει δὲ καὶ Γρηγόριον, ὃς ὢν ἅπασι καλέπλητε τὸν Χοσρόην, ὁμιλῶν, δωρούμενος, ἐπίκαιρα τοῖς πράγμασιν ἐσηγούμενος.

CAPUT XVIII.

Qualiter Imperator Gregorium ac Domitianum Choſdroi obviam ire juſſit.

SED & regale ſatellitium integrum, & univerſum exercitum Romanorum una cum duce, Mauricius ad Choſdroem miſit, qui eum ſequerentur quo vellet. Denique majoris honoris cauſa, Domitianum Melitinenſem Epiſcopum, cognatum ſuum, ad eum direxit: virum ſingulari prudentia ac ſolertia, & tam opere quam ſermone eximium, & ad maxima negotia perficienda aptiſſimum. Miſſus eſt etiam Gregorius: qui quidem Choſdroem cunctis in rebus admiratione perculit, tum in colloquiis, tum in muneribus, tum in conſiliis quæ pro temporis opportunitate prudentiſſime ſuggerebat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Ὡς πάλιν τῷ δεχῷ Περσῶν Χοσρόης ἔλαβε, Ῥωμαίων αὐτῷ συναραμένων.

ΠΑραγενόμενος δὲ μέχρι τῆς Ἱεραπολιτῶν ὁ Χοσρόης, ἣ τῆς Εὐφρατησίας πρωτεύουσα, αὖθις ἐπανῆκε, τοῦτο καὶ Μαυρικίου συνευαρεστοῦντος, καὶ τὸ πλέον δόντος τῆς οἰκείας δόξης τῷ συμβουλεύσαντι τῷ ἱκέτῃ. δεξιοῦται δὲ καὶ χρήμασι μεγάλοις, οὐχ ἱστορηθὲν πώποτε. καὶ Πέρσας στρατολογήσας, καὶ τὰς ὁπλίσεις ἁπάσας οἴκοθεν ποιησάμενος ἐκπέμπει τὸν Χοσρόην μεθ' ἑκατέρου στρατοῦ, Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν κατὰ τὴν Συρίαν, Μαρτυροπόλεως καὶ Σίττα προδοθέντος αὐτῷ· ὃς καὶ πρὸς τῶν Μαρτυροπολιτῶν καταλευσθεὶς ἀνεσκολοπίσθη. παρεδόθη δὲ καὶ τὸ Δάρας, ὑπεξελθόντων Περσῶν. καὶ ἀφ' ἡμέρας συμπλοκῆς ἑσσηθέντος τοῦ Βαράμου πρὸς Ῥωμαίων μόνων, ἀκλεῶς τε μόνου πεφυγότος, ἐς τὰ ἴδια κατήχθη βασίλεια ὁ Χοσρόης.

CAPUT XIX.

Quomodo Choſdroes Romanorum auxilio regnum ſuum recuperavit.

PORRO Choſdroes cum Hierapolim perveniſſet, quæ Metropolis eſt provinciæ Euphratenſis, exinde retrogreſſus eſt, cum id Mauricio quoque placuiſſet, qui utilitati ſupplicis plus tribuit, quam propriæ gloriæ. Ingentem etiam vim pecuniæ ad eum miſit, quod nunquam antea factum fuiſſe memoratur. Cumque exercitum Perſarum conſcripſiſſet, & donativum ex ærario ſuo tribuiſſet, Choſdroem cum gemino exercitu, Romanorum ſcilicet ac Perſarum, extra fines Imperii Romani deduxit: Martyropoli prius ipſi tradita cum Sitta. Quem quidem Martyropolitani lapidibus obrutum cruci ſuffixerunt. Sed & oppidum Daras Romanis traditum eſt, Perſis inde egreſſis. Poſthæc cum Varamus unico prælio à Romanis ſolis devictus, ſolus cum ingenti ignominia fugam arripuiſſet, Choſdroes in regiam ſuam reductus eſt.

Martyropolis Romanis tradita.

Varamus victus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ὅτι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἡ ἁγία μήτηρ Ἰωὴ Γολανδούχ.

CAPUT XX.

De ſancta matre Golanduch, quæ illis temporibus vixit.

2a ΤΟτε καὶ [2a] Γολανδοὺχ μάρτυς ζῶσα παρ' ἡμῖν Ἰωὴ, ἡ ἀφ' πολλῶν μὴ πόνων τὸ μαρτύριον διανέγκασα, τῶν Μάγων Περσῶν αὐτῇ αἰκιζομένων, μεγάλων δὲ τραυμάτων ἐργάτης γενομένη· ἧς τὸν βίον ἀνέγραψε Στέφανος ὁ πρότερος ἐπίσκοπος Ἱεραπόλεως.

IISDEM temporibus Golanduch, martyr vivens ac ſpirans, apud nos manſit. Quæ à Perſarum Magis graviter excruciata, diuturnum & laborioſum martyrium pertulit, multaque miracula perpetravit. Porro ejus vitam ſcripſit Stephanus antiquior, Epiſcopus Hierapolitanus.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καταλευσθεὶς ἀνεσκολοπίσθη] Theophylactus in cap. 15. libri 4. Sittam juſſu Comentioli Magiſtri militiæ flammis abſumptum eſſe ſcribit.

2 Γολανδοὺχ μάρτυς ζῶσα] Rectius in codice Florentino ſcribitur Γολανδοὺχ. Golinduch dicitur à Nicephoro in capite 25. libri 18. ubi vitam ejus ac martyrium & res geſtas breviter deſcribit, ſicut à Stephano Hierapolitano Epiſcopo, qui librum de ejus vita conſcripſit, acceperat. Ex quo etiam diſcimus, quam ob cauſam Martyr vivens appelletur ab Evagrio. Nam poſt martyrium diu ſuperſtes vixit, quemadmodum ſcribit Nicephorus. Ejus diem natalem Græci celebrant undecimo Julii, ut legitur in Menologio. Ejuſdem ſanctæ mulieris mentionem facit Theophylactus in cap. 12. libri 5.

VARIORUM.

a Γολανδοὺχ] Golinducha nata erat Babyloniæ, è Magorum familia; quæ cum viro nobili deſponſa eſſet, Chriſtianam religionem venerata eſt; maritoque in ſua infidelitate demortuo, Chriſtianorum diſciplina initiata eſt. Quod ut Magi compererunt, eam tetro carceri incluſerant, ex quo, Angelo apparente, exiit, & Hierapolim venit, ubi tolerantiæ corona cum triumpho ſempiterno redimita eſt. *Hæc Theophylactus lib. V. cap.* 12.

ΚΕΦΑ-

Sæc. VI.

CAPUT XXI.

De Donariis quæ Choſdroes miſit ad ſanctum Martyrem Sergium.

CÆTERUM Choſdroes cum regnum ſuum recuperaſſet, crucem auro multo & pretioſis lapidibus exornatam, in honorem invictiſſimi Martyris Sergii ad Gregorium miſit: quam Theodora quidem uxor Juſtiniani eidem Martyri dedicaverat: Choſdroes vero una cum aliis theſauris diripuerat, ſicut à me ſuperius commemoratum eſt. Aliam præterea crucem auream idem Choſdroes miſit, cui literis græcis hæc inſcripſit. Ego Choſdroes rex regum, filius Hormiſdæ, quo tempore per diabolicam operationem & malitiam infeliciſſimi Varami & equitum qui una cum illo erant, ad Romanorum ditionem me contuli: & quoniam infeliciſſimus Zadeſpram cum exercitu Niſibim advenerat, ſollicitaturus equites Niſibenos ut à nobis deficerent noſque oppugnarent; nos quoque equites miſimus ad oppidum Charchas una cum duce. Et quoniam audieramus venerabilem ac celeberrimum S. Sergium cuncta largiri quæ ab ipſo poſtularentur; anno primo regni noſtri, die ſeptimo menſis Januarii, per genium ejuſdem Sancti poſtulavimus, pollicentes, ſi equites noſtri Zadeſpram occidiſſent, aut certe vivum cepiſſent, nos crucem auream lapillis diſtinctam ad ejus ædem miſſuros eſſe, ob venerandum ejus nomen. Nono autem die menſis Februarii equites noſtri caput ejuſdem Zadeſpram ad nos attulerunt. Voti igitur noſtri compotes facti, quo res manifeſta omnibus fiat, nec ullus dubitandi locus relinquatur, in venerandiſſimo ejus nomine crucem hanc à nobis factam, una cum ea quæ olim ab Imperatore Romanorum Juſtiniano ad ejuſdem Sergii ædem miſſa eſt: poſtea vero bello inter duas reſpublicas exorto, à Choſdroe Cabadis filio, patre noſtro huc allata, & in theſauris noſtris reperta eſt, miſimus in ædem venerandiſſimi ſancti Sergii. Has cruces Gregorius non ſine conſenſu Imperatoris Mauricii cum accepiſſet, cum ingenti pompa in Eccleſia ſancti Martyris dedicavit. Nec multo poſt idem Choſdroes alia quoque dona ad eamdem Eccleſiam miſit, & in aureo diſco hæc græco ſermone juſſit inſcribi. Ego Choſdroes rex regum, filius Hormiſdæ, iſta in hoc diſco inſcribenda curavi, non ut ab hominibus conſpicerentur, nec ut amplitudo venerandi nominis tui ſermonibus meis innoteſceret, ſed tum ob rerum quæ inſcriptæ ſunt veritatem, tum ob multa & maxima beneficia quibus me affeciſti. Felicitatis enim loco mihi eſt, quod nomen meum

Lib. IV. c. 28.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Περὶ ὧν ἔπεμψε Χοσρόης ἀναθημάτων τῷ ἁγίῳ μάρτυρι Σεργίῳ.

Ὁ δὲ Χοσρόης ἐγκρατὴς τῶν οἰκείων βασιλείων γενόμενος, πέμπει Γρηγορίῳ ϛαυρὸν, χρυσῷ πολλῷ καὶ λίθοις τιμίοις ἐξησκημένον, πρὸς τιμὴν τοῦ ἀθλοφόρου μάρτυρος Σεργίου· ὃν ἀνέθηκε μὲν Θεοδώρα Ἰουϛινιανοῦ γαμετὴ, ἐληίσατο δὲ Χοσρόης σὺν καὶ τοῖς ἄλλοις κειμηλίοις, ὡς ἤδη μοι ἀφήγηται. πέμπει δὲ καὶ ἕτερον ϛαυρὸν χρυσοῦν, καὶ ἐπέγραψεν ὁ Χοσρόης τῷ ϛαυρῷ ἑλλήνων γράμμασι τάδε. Τοῦτον τὸν ϛαυρὸν ἐγὼ Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων, υἱὸς Ὁρμίσδου, ὅτε ϵ̓ν τῇ διαβολικῇ ἐνεργείᾳ καὶ κακουργίᾳ τοῦ δυϛυχεϛάτου Βαράμου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ καβαλλαρίων, εἰς Ῥωμαΐαν ἀπήλθομεν, καὶ διὰ τὸ ἔρχεϲθαι τὸν δυϛυχῆ Ζαδεσπρὰμ μετὰ ϛρατοῦ εἰς τὴν Νίσιβιν ἐπὶ τὸ ὑποσύραι τοὺς καβαλλαρίους τοῦ μέρους τοῦ Νισιβι εἰς τὸ ἀνταίραι καὶ καταρράξαι, ἐπέμψαμεν καὶ ἡμεῖς καβαλλαρίους μετὰ ἄρχοντος εἰς τὸ Χαρχάς. καὶ διὰ τῆς τύχης τοῦ ἁγίου Σεργίου τοῦ πανσέπτου καὶ ὀνοματοῦ, ἐπειδὴ ἠκούσαμεν δοτῆρα εἶναι αὐτὸν τῶν αἰτήσεων, ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας ἡμῶν, μηνὶ Ἰανναρείῳ ἑβδόμῃ, ᾐτησάμεθα ὡς ἐὰν οἱ καβαλλάριοι σφάξωσι τὸν Ζαδεσπρὰμ, ἢ χειρώσωνται, ϛαυρὸν χρυσοῦν διάλιθον εἰς τὸ οἶκον αὐτοῦ πέμπομεν διὰ τὸ πάνσεπτον αὐτοῦ ὄνομα· καὶ τῇ ἐνάτῃ τοῦ Φθουρααρίου μηνὸς τὴν κεφαλὴν τοῦ Ζαδεσπρὰμ ἤνεγκαν ἐπὶ ἡμῶν. ἐπιτυχόντες οὖν τῆς δεήσεως ἡμῶν, διὰ τὸ ἔκδηλον ἀναμφίβολον εἶναι, εἰς τὸ πάνσεπτον αὐτοῦ ὄνομα τοῦτον τὸν ϛαυρὸν τὸν παρ' ἡμῶν γενόμενον, μετὰ τοῦ πεμφθέντος ϛαυροῦ πάλαι Ἰϛινιανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ τῷ καιρῷ τῆς ἀμυξίας τῶν δύο πολιτειῶν ἐνεχθέντος ἐνταῦθα πάλαι Χοσρόου βασιλέως βασιλέων, υἱοῦ Καβάδου, τοῦ ἡμετέρου πατρὸς, καὶ θυρεθέντος ἐν τοῖς ἡμετέροις θησαυροῖς, ἐπέμψαμεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἁγίου πανσέπτου Σεργίου. καὶ τούτους γνώμῃ Μαυρικίου βασιλέως Γρηγόριος λαβὼν μετὰ πολλῆς πομπῆς εἰς τὸν ἱερὸν οἶκον τοῦ Μάρτυρος ἀνατέθεικεν. ϗ μετὰ πολὺ δὲ καὶ ἕτερα πέμπομφε δῶρα ὁ Χοσρόης ἀνὰ τὸν αὐτὸν ἱερὸν νεὼν, ἐπιγράψας ἐπὶ δίσκου ἐκ χρυσοῦ πεποιημένου, ἑλληνίδι φωνῇ ταῦτα. ἐγὼ Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων υἱὸς Ὁρμίσδου, τὰ ἐν τῷδε τῷ δίσκῳ γεγραμμένα, οὐκ εἰς θέαν ἀνθρώπων, οὐδὲ ἵνα ἐν τῷ λόγων μου τὸ μέγεθος τοῦ πανσέπτου ὀνόματος γνωσθῇ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀλήθειαν τῶν γεγραμμένων, καὶ διὰ τὰς πολλὰς χάριτας καὶ εὐεργεσίας ἃς ἔσχον παρά σου. εὐτυχία γάρ μοί ἐϛιν, ἵνα τὸ ἐμὸν ὄνομα

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ζαδεσπρὰμ μετὰ ϛρατοῦ] In libro 5. Theophylacti Simocattæ cap. 13. ſcribitur, διὰ τὸ ἔρχεσθαι τὸν δυσνχῆ Ζαδεσπράτην ἐν τοῦ ϛρατοῦ, &c. quod magis probo.

2 Καὶ καταῤῥάξαι] Apud Theophylactum legitur καταπαῤῥάξαι.

ἐμφέρηται

ἐμφέρηται τοῖς ἱεροῖς σε σκεύεσιν. ὡς τοῦ εἶναί με ἐν τῷ Βεραμαΐς, ἠτησάμην ταῦτά σε ἄγιε, ἐλθεῖν εἰς τὴν βοήθειάν μου, καὶ ἐν γαστρὶ συλλαβεῖν Σιρμά. a καὶ ἐπειδὴ ἡ Σιρὴ Χειστιανή ἐστιν [2] κἀγὼ ἕλλην, ὁ ἡμέτερος νόμος ἄδειαν ἡμῖν οὐ παρέχει Χειστιανὴν ἔχειν γαμετήν. διὰ δὲ τὴν ἐμὴν πρός σε εὐγνωμοσύνην, εἰς ταύτην τὸν νόμον παρεῖδον, καὶ ταύτην ἐν γυναιξὶν ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἐν γνησιότητι ἔχον καὶ ἔχω. καὶ ἅπερ συνεῖδον νῦν δεηθῆναί σε τῆς ἀγαθότητος, ἄγιε, ἐν γαστρὶ συλλαβεῖν αὐτήν. καὶ ἠτησάμην καὶ συνεταξάμην, ἵνα ἐὰν ἐν γαστρὶ συλλαβῇ Σιρὴ, τὸν σταυρὸν τὸν φορούμενον παρ' αὐτῆς πέμψω τῷ πανσέπτῳ σε οἴκῳ. καὶ τούτου ἕνεκα κἀγὼ καὶ Σιρὴ τὸν σκοπὸν τοῦτον ἔχομεν, ἵνα εἰς μνημόσυνον τοῦ ὀνόματός σε, ἄγιε, τοῦτον τὸν σταυρὸν κρατῶμεν. καὶ συνεδώμεν ἀντ' αὐτοῦ τὴν τιμὴν αὐτοῦ μὴ συντείνουσαν πεντακοσίων τεσσαρακοντάδων σταθμῶν b [b] μιλιαρησίων, πεντακισχιλίους σταθμοὺς ἐκπέμψαι. 1 καὶ ἐξ οὗ τοιαύτην ἑαυτῷ ἔχον αἴτησιν, καὶ ταῦτα 2 διελογισάμην, ἕως οὗ ἐφθάσαμεν [2] τὸ Ῥόσον χόσρον, δέκα ἡμέραι πλέον οὐ διῆλθον· καὶ σὺ ἄγιε, οὐ διὰ τὸ εἶναί με ἄξιον, ἀλλὰ διὰ τὴν σὴν ἀγαθότητα, ἐφάνης μοι ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ τρίτον εἶπάς μοι ὅτι Σιρὴ ἐν γαστρὶ ἕξει. κἀγὼ ἐν αὐτῷ τῷ ὁράματι τρίτον ἀνταπεκρίθην σοι λέγων, καλῶς. καὶ διὰ τὸ εἶναί σε δοτῆρα τῶν αἰτήσεων, ἐκ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἡ Σιρὴ τὸ εἰθισμένον ταῖς γυναιξὶν οὐκ εἶδεν. 3 [3] ἐγὼ δὲ διστάσας εἰς τοῦτο, εἰ μὴ τοῖς λόγοις σου ἐπίστευσα, καὶ ὅτι ἅγιος εἶ καὶ δοτὴς τῶν αἰτήσεων, μὴ ταῦτα τὰ γυναικεῖα μὴ ὑπομεῖναι. ἐκ τούτου ἔσχον τὴν δύναμιν τοῦ ὁράματος, καὶ τὰ τρία σοι ῥηθέντα ἀληθῆ. παρ' αὐτὰ οὖν ἔπεμψα τὸν αὐτὸν σταυρὸν, καὶ τὰ τούτου τιμὴν ἐν τῷ πανσέπτῳ σε οἴκῳ, κελεύσας ἐκ τοῦ τούτου τιμῆς δίσκον ἕνα καὶ ποτήριον ἓν γενέσθαι, εἰς λόγον τῶν θείων μυστηρίων. ἀλλὰ μὴν καὶ σταυρὸν γενέσθαι, καὶ πυχθῆναι ὀφείλοντα ἐπὶ τῆς τιμίας τραπέζης, καὶ θυμιατήριον, τὰ πάντα χρυ- 4 σᾶ· [4] καὶ ἀμφίθυρον Οὐννικὸν κεκοσμημένον χρυσίῳ,

in ſacris vaſis tuis inciſum reperiatur. Cum eſſem in loco qui dicitur Beramais, poſtulavi à te vir ſancte, ut mihi opem ferres, utque Sira in utero conciperet. Et quoniam Sira quidem Chriſtiana erat, ego vero gentilis, lex quidem noſtra nobis minime permittebat ut Chriſtianam uxorem haberemus. Ego tamen ob meam erga te benevolentiam, hujus mulieris cauſa legem neglexi, eamque præ cæteris uxoribus meis præcipuo amore dilexi, atque in dies magis magiſque diligo. Itaque decrevi benignitatem tuam nunc implorare vir ſancte, ut illa gravida fieret. Poſtulavi igitur & votum nuncupavi, ſi Sira gravida facta eſſet, me crucem quam illa geſtat, ad venerandam ædem tuam dono miſſurum eſſe. Hanc ob cauſam ego & Sira conſtituimus, in memoriam nominis tui, vir ſancte, hanc crucem retinere. Et pro illa æſtimationem ejus quæ quater mille & quadringentos ſtateres milliarenſes minime excedit, quinque ſtaterum millia tranſmittere decrevimus. Ex quo autem hoc apud me votum concepi, & hæc mecum ipſe cogitavi, quoaduſque Roſumchoſdrum perveni, non plures quam decem dies effluxerunt: cum tu vir ſancte, non quod ego id meritus eſſem, ſed pro tua benignitate, noctu mihi in ſomnis apparuiſti, terque mihi affirmaſti, gravidam fore Siram. Atque ego in eadem viſione tertio tibi reſpondi, Recte. Et quoniam ea quæ à te poſtulantur tribuis, ex eo die Sira non ſenſit muliebria. Ego vero de hac re fortaſſe dubitaſſem, niſi verbis tuis credidiſſem, quoniam vir ſanctus es, & donas quæ petuntur, Siram deinceps non eſſe ſenſuram muliebria. Ex eo igitur virtutem viſionis, & veritatem eorum quæ abs te prædicta ſunt, deprehendi. Quamobrem illico crucem ipſam & ejus pretium ad venerandam ædem tuam tranſmiſi, jubens ut ex ejus pretio diſcus unus & poculum unum fiat ad uſum ſacrorum myſteriorum: Crux item quæ in ſacro altari defigatur, & turibulum: cuncta ex auro. Velum præterea Hunnicum auro ex-

SÆC. VI.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τοιαύτην ἑαυτῷ ἔχον αἴτησιν] Apud Nicephorum ſcribitur ἐν ἑαυτῷ, apud Theophylactum vero ἐν ἐμαυτῷ, quam ſcripturam magis probo.

2 Τὸ Ῥόσον Χόσρον] Apud Theophylactum & Nicephorum legitur una voce Ῥοσωχοσρὼν. Ita quoque ſcriptum habet codex Tellerianus.

3 Ἐγὼ δὲ διστάσας] Legendum puto ἐγὼ δὲ ἐδίστασα.

4 Καὶ ἀμφίθυρον ἑννικὸν] Interpretes hunc locum non intellexiſſe, ex eorum verſione ſatis apparet. Sic enim ambo verterunt, *& unicum utrinque apertum.* Ita quoque Raderus qui Theophylactum Latine interpretatus eſt, niſi quod *Hunnicum* habet, ut legitur in Græco Theophylacti codice. Langus autem interpres Nicephori vocem Græcam retinuit hoc modo. *Et amphithyrum Hunnicum.* Et ſubjecto ſcholio hanc vocem ita exponit. *Judicio meo carceres, ſive cancelli ſunt, ſacratiorem aræ menſam vel circumdantes, vel populum ab ea arcentes: in quorum parte utraque janua ſit, & aditus ad eam ferens operis Hunnici.* Sed pace viri docti dictum ſit, vocis hujus ſignificationem non eſt aſſecutus. Græci ἀμφίθυρα vocabant *vela* pro foribus pendentia. Ita Chryſoſtomus in Homilia 84. in Matthæum, de Zacchæo loquens qui Dominum convivio excepit. Ὅτε ἔμελλεν εἰς αὐτὴν εἰσιέναι ὁ Χριστὸς, πῶς αὐτὴν ἐκόσμησε σκεῦσον· ἃ γὰρ ἔδραμε πρὸς τοὺς γείτονας, ἀμφίθυρα αὐτῶν καὶ καθέδρας, καὶ βάθρα ἐξ ἐλέφαντος πεποιημένα. Id eſt, *Zacchæi domum cogitatione ingredere, & conſidera, cum audiſſet Chriſtum in eam ingreſſurum, quomodo eam ornavit. Non enim curriculo ad vicinos contendit, vela, ſedes, ſubſellia mutuaturus eburnea.* Sic & in Eccleſiis Chriſtianorum vela erant pro foribus, ut teſtatur Epiph. in epiſt. quadam quam Hieronymus Latine interpretatus eſt. Et ut ad rem propius acceda-

VARIORUM.

a Κἀγὼ Ἕλλην] Choſroën fidem Chriſtianam ſuſcepiſſe, Abbas Biclarienſis, Fredegarius in Chronico, & Theophylactus ſcripſerunt. Sed fabula eſt, inde nata quod Choſroes pro ſua in regnum reſtitutione, ſancto Sergio Martyri votum fecerit, & ut Mauricium Imp. demereretur, ſe Chriſtianum fieri velle finxerit. Choſroën Chriſtianam fidem amplecti noluiſſe ſcripſit ad S. Gregorium S. Domitianus Epiſcopus Melitinæ, ut liquet ex Epiſtola quam ad eum reſcripſit S. Gregorius, quæ exſtat lib. 2. Ep. 63. menſe Auguſto data, anno 593.

b Μιλιαρησίων] *Miliariſium*, Nomiſmatis pars duodecima. Gloſſæ Baſilic. μιλιαρήσιον, τὸ χιλιοστὸν τῆς τοῦ χρυσοῦ λίτρας. *Du-Cangius in Gloſſario.*

καὶ

Sæc. VI.

ornatum. Qui vero ex ſupradicto pretio reliqui fuerint milliarenſes, eos ad ſacram ædem tuam volumus pertinere: ut per genium tuum, vir ſancte, cunctis in rebus, ſed præcipue in hac petitione mihi & Siræ auxilium feras; & quod interceſſione tua nobis contigit, id miſericordia benignitatis tuæ, ex utriuſque noſtrum ſententia ad perfectionem perveniat. Quo ſcilicet ego & Sira, cunctique mortales, in potentia tua ſpem ac fiduciam collocemus, atque in te credamus. Hæc ſunt quæ in donariis à Choſdroe tranſmiſſis continebantur, à Balaami prædictione nihil diſcrepantia. Benigno ſcilicet Deo ita res cum ſumma prudentia diſpenſante, ut gentilium linguæ ſalutaria interdum proferant verba.

καὶ τὰ ἀπομβόνια τῆς πμῆς μιλιαρήσια εἶναι τοῦ ἁγίου σου οἴκου, ἵνα ἀφ' ἧς τύχης σου ἄγιε εἰς πάντα, ἐξαιρέτως ἢ εἰς τ αἴτησιν ταύτην ἔλθῃς εἰς τ βοήθειάν μου καὶ Σιρῆς, καὶ ὃ ἀφ' ἧς σῆς πρεσβείας γέγονεν ἡμῖν, τῷ ἐλέει τ σῆς ἀγαθότητος, καὶ τῷ θελήματί μου καὶ Σιρῆς εἰς τέλειον προέλθῃ· ἵνα κἀγὼ καὶ Σιρὴ καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ κόσμῳ, εἰς τ σὴν δύναμιν ἐλπίζωμεν, καὶ εἰς σε ἐπιπιστεύωμεν. ταῦτα τὰ παρὰ Χοσρόου ἀναθήματα λέγῃ, ᾗδεν τ Βαλαὰμ προφητείας ἀπάδοντα, τῇ φιλανθρώπῳ Θεοῦ σοφῶς οἰκονομήσαντος, Ἑλλήνων γλώσσας σωτήρια φθέγξασθαι ῥήματα.

CAPUT XXII.

De Naamane Saraceno.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Περὶ Νααμάνου τοῦ Σαρακηνοῦ.

PER idem tempus, Naamanes quoque Saracenorum hoſtium Philarchus, ſceleratus atque abominandus gentilis, adeo ut homines ſua ipſius manu diis ſuis immolaret, ad ſacrum baptiſmum acceſſit, & vere auream Venerem, quippe quæ nihil aliud eſſet quam auri maſſa, igne liquefactam pauperibus diſtribuit, & cunctos qui cum ipſo erant, ad Dei cultum traduxit. At Gregorius, poſtquam donaria à Choſdroe miſſa dedicaſſet, Imperatoris permiſſu ſolitudinem Limitum peragrans, ubi Severi dogmata vigebant, iis in locis Eccleſiaſtica dogmata prædicavit: multaque caſtella & vicos atque integras tribus, & monaſteria, ad Eccleſiam Dei adduxit.

Gregorius ſolitudinem peragrat.

Ὅτε καὶ Νααμάνης τ ἐχθρῶν σκηνητῶν φύλαρχος, ἐξάγιος καὶ παμμίαρος ἕλλην, ὡς καὶ ἀνθρώπους αὐτοχειρὶ σφαγιάζειν τοῖς αὐτοῦ δαιμονίοις, τῷ ἁγίῳ προσῆλθε βαπτίσματι, ἣ τ ὄντως ὕλην χρυσῆν Ἀφροδίτην πυρὶ τήξας, καὶ πτωχοῖς διαδούς, καὶ πάντας τοὺς ἀμφ' αὐτὸν τῷ Θεῷ προσαγαγών. ὁ δὲ γε Γρηγόριος νθύμασι τῆς βασιλείας μ τὸ δοῦναι τοὺς Χοσρόου χαυρούς, τὰς πανερήμους τ λεγομένων Λιμιτῶν ἐθνοτῶν, [a] ἐν οἷς μάλιστα τὰ Σευήρου δόγματα, καὶ πολλὰ φρούρια, καὶ κόμας, μοναστήριά τε καὶ φυλὰς ὁλοκλήρους τῇ ἐκκλησίᾳ προσήγαγε τοῦ Θεοῦ.

VALESII ANNOTATIONES.

mus, in ipſo altari vela erant, quibus fores altaris ſive chori tegebantur. Cumque ſacerdos Euchariſtiam facturus eſſet, ea vela reduci ſolebant, ut populus ſacra myſteria è longinquo conſpiceret. Id teſtatur Chryſoſtomus in Homilia 3. in epiſtolam ad Epheſios, his verbis: ὅτω δὴ καὶ ἐνταῦθα ἐκφερομένης τῆς θυσίας καὶ τοῦ Χριστοῦ τθυμένου, ὅταν ἀκούσῃς, διηνοίγθω πάντες κοινῶς, ὅταν ἴδῃς ἀνελκόμενα τὰ ἀμφίθυρα, τότε νόμισον ἀνοίγεσθαι τὸν οὐρανὸν ἄνωθεν, &c. Id eſt, *Ita hic quoque cum offertur ſacrificium, & Chriſtus ſacrificatur & ovis Dominica: quando audieris; Oremus omnes ſimul: quando videris reduci quæ in oſtiis ſunt cortinas, tunc exiſtima cœlum ſuperne aperiri, &c.* Ubi vides vocem ἀμφίθυρα ſumi pro velis quæ oſtiis altaris appoſita erant. De his etiam velis mentio fit in vetere carta donationis Eccleſiæ Cornutianenſis, quam primus in lucem edidit Joannes Suareſius. *Et pro aræ ora vela Tramoſerica alba auroclava 2, vela blattea auroclava paragaudata 2,* &c. & infra, *vela linea paragaudata Perſica clavatura collomelina praſina 2, vela linea paragaudata Perſica clavatura leucorhodina duo.* Et rurſus infra. *Item ante Regias Baſilicæ vela linea plumata majora fiſſa numero tria. Item vela linea pura tria, ante conſiſtorium velum lineum purum unum. In pronao velum lineum purum unum; & intra Baſilicam pro porticibus vela linea roſulata ſex. Et ante ſecretarium vel curricula vela linea roſulata penſilia habentia arcus 2.* Quem locum ideo integrum adſcripſi, ut ſtudioſus Lector intelligat, quam multiplex olim fuerit uſus velorum in Eccleſia: & ut ſciremus quid eſſet in hoc Evagrii loco Hunnicum velum. Nam ut Perſica vela olim in pretio fuiſſe docet, hæc carta donationis, ſic Hunnica quoque vela præcipue commendabantur. Porro de velis Perſicis loquitur etiam Scholiaſtes Ariſtophanis ad Ranas: παραπιπάσμασι τοῖς σκηναῖς τοῖς περσικοῖς βύσσοις, ἢ βλοθύροις. Dicebantur enim hujuſmodi vela βλόθυρα, eo quod foribus appenſa eſſent, ut ſupra dixi. Guillielmus Bibliothecarius in vita Stephani ſexti. *Contulit in eadem Baſilica Apoſtolorum cortinam lineam unam, velothyra ſcrica tria in circuitu altaris.* Ex quo apparet βλόθυρον & ἀμφίθυρον idem ſignificare.

VARIORUM.

a Ἐν οἷς μάλιστα τὰ Σευήρου δόγματα * * καὶ πολλὰ φρούρια] Excidit linea integra, ut videtur. *W. Lowth.* Stephanus legit τὰ Σευήρου δόγματα κατεκράτει, τὰ ἐκκλησιαστικὰ προσυπῆγε δόγματα: quæ verba Valeſius legerat, ut ex interpretatione ejus apparet.

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ὁσίου ἁγίου Συμεὼν τοῦ Στυλίτου τοῦ νέου.

ΕΝ τούτῳ δὲ Συμεώνι τῷ ὁσίῳ τῷ ἐπὶ θάνατον νοσήσαντος, ἐμοῦ τὰ περὶ τούτου μηνύσαντος, ἐκτρέχει Γρηγόριος, τοῦτον τὰ τελευταῖα καλασπασόμενος· ὃ μὴν ἔτυχεν. ἐκεῖνος δέ γε ὁ Συμεὼν πάντων τῶν κατ' αὐτὸν ἀνθρώπων τῷ βίῳ ἐξοχώτατος, ἐξ ἁπαλῶν τῶν ὀνύχων, τὸν ἐπὶ κίονος 1 ἀθλοθλιῶν βίον· ὡς καὶ τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ διήλλαξεν ὁ τῇ φάσκ τοῦ κίονος. ἀνήχθη γὰρ τὸν κίονα, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. ἔτι σμικρὸν κομιδῇ τὴν ἡλικίαν ἄγων, κουρίζων τε καὶ ἁλλόμενος ἀνὰ τὰς κολωνὰς τοῦ ὄρους περιήκ. καὶ περιτυχὼν πάρδῳ τῷ θηρίῳ, τὴν ζώνην περὶ αὐχένα βάλλει, καὶ ἕκ ῥυτῆρος ἦγε, τῆς φύσεως ὁπλαθόμενον, καὶ ἀνὰ τὸ οἰκεῖον ἤγαγε φροντιστήριον. ὅθεν ἑωρακὼς ὁ τοῦτον μαθητεύων αὐτὸς ἐπὶ τοῦ κίονος ἑαυτοῦ, ἐπυνθάνετο τί ἂν εἴη τοῦτο. ὁ δὲ ἔφη αἴλουρον εἶναι, ἣν κάπραν ἡ συνήθεια λέγει. ὁπόθεν πεκμηράμενος παιδίσκος ἔσοιτο τῷ θεσπεσίῳ, ἐπὶ τοῦ κίονος ἀνήγαγεν. ὃν τούτῳ δὲ τῷ κίονι, καὶ ὃν ἑτέρῳ ἑαυτοῦ ἀνωτάτω τοῦ ὄρους ἀκροωρείας, a ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα διετέλεσε χρόνους, πάσης χάριτος ἠξιωμένος θεοῦ τε τοῦ τῶν δαιμόνων ἔλασιν, ἀκούμενός τε πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν, προορῶν τε ὡς παρόντα τὰ μέλλοντα. ὃς καὶ Γρηγορίῳ προεῖπεν, αὐτὸν μὲν μὴ ὁρᾶν τὸν αὐτοῦ θάνατον, τὰ δὲ μετ' αὐτὸν ἀγνοεῖν. καμοῦ δὲ λογισμοὺς θεωρήσας ἐπὶ τέκνων ἀπορουμένου τισὶ τῶν Ἑλλήνων πολυτέκνοις οὐ γέγονε ταῦτα, καὶ προῒς μηδένα τὸ παράπαν ἐξαγαγόντος, γεγράφηκεν ἐκτῆναι τούτων 2 ὡς οὐκ ἀρέσκον τῷ Θεῷ. καὶ γυναικός δέ τινος τῶν ἐπωγραφόντων μοι, ἐπεὶ τὸ γάλα τεκούσῃ κεκώλυτο, καὶ περὶ τοῦ ἐσχάτου τὸ βρέφος ἐκινδυνεύθει, ἐπιθεὶς τοῦ χεῖρα τῇ δεξιᾷ τοῦ ἀνδρὸς, ἐπέτρεπε ταύτῃ ταῖς θηλαῖς τῆς γυναικὸς ἐπιβαλεῖν. ὅθεν ἐπειδὴ πέπεικεν, εὐθέως ὡς ἔκ τινος πηγῆς ἤλατο τὸ γάλα, ὡς καὶ τοῦ ἐσθῆτα τῇ γυναικὶ ἐμπλῆσαι. καὶ παιδαρίῳ δέ τῳ τῶν συνοδοιπόρων ὑπολελησμένου πόρρω τοῦ νυκτὸς, λέων τοῖς νώτοις ἐπιβιβάσας, πρὸς τὸ μανδρεῖον

CAPUT XXIII.

De obitu Sancti Symeonis Stylitæ junioris.

EODEM tempore cum Gregorius Sanctum Symeonem letali morbo ægrotare, me indicante didicisset, ad eum confestim excurrit, ut postremæ salutationis officium ei exhiberet. Verum id quod cupiebat, consequi non potuit. Porro hic Symeon cunctos sui temporis mortales virtute longe superavit. Quippe à teneris unguiculis asperum vivendi genus in columna excoluerat: adeo ut dentes in columnæ statione ipsi mutaverint. Columnam autem conscendit hujusmodi causa. Cum esset admodum tenera adhuc ætate, ludens & saltans per montis juga oberrabat. Cumque in pardum incidisset, zonam collo ejus injecit, & belluam innatæ feritatis oblitam, quasi loro trahens, ad monasterium suum deduxit. Quod contemplatus magister ejus, qui in columna vitam agebat, puerum interrogavit quidnam hoc esset. Ille felem esse respondit, quem vulgo cattam nominant. Atque ex hoc facto conjecturam capiens qualis quantusque Symeon in virtutis studio futurus esset, in columnam eum admisit. Qua in columna, & in altera quæ est in summo montis vertice, octo ac sexaginta exegit annos: omni gratiæ genere donatus. Quippe qui & dæmones abigeret, & morbos ac languores omnes sanaret, & futura perinde ac præsentia prævideret. Gregorio certe prædixit, eum mortem quidem ipsius visurum non esse: quæ vero post mortem futura essent, ignoraturum. Cumque ego amissis liberis meis in varias cogitationes diducerer, & apud me quærerem quid causæ esset, cur Gentilibus quibus multi sunt liberi, idem non evenerat: Quamvis nemini prorsus cogitationem hanc aperuissem, ille tamen cogitationes animi mei introspiciens, scripsit ad me ut ab his cogitationibus abstinerem, quippe quæ haudquaquam placerent Deo. Idem, cum uxori cujusdam ex meis 2 amanuensibus post partum, lac obstructum esset, & Infans in summo discrimine versaretur, contacta viri dextra, præcepit ut eam conjugis suæ mamillis imponeret. Quo facto, statim lac quasi ex quodam fonte prosiliit, adeo ut totam mulieris vestem madefaceret. Sed & puerum quemdam nocte intempesta à comitibus itineris per oblivionem relictum in via, leo humeris suis impositum ad Symeonis monasterium vexit.

Symeonis mores, & virtutes.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὡς καὶ τοὺς ὀδόντας αὐτοὺς διήλλαξεν] Hunc locum una voce inserta optime exposuit Nicephorus: λόγος γε μὴν ἔχει τοῦτον καὶ τοὺς πρώτους ὀδόντας διαλλάξαι ἐν τῇ τάσει τοῦ κίονος. Id est, ut vertit Langus: *Perhibetur sane primos dentes in columnæ statione mutasse.* In optimis codicibus Florentino & Telleriano αὐτοῦ scribitur, non αὐτοὺς. Ubi vox αὐτοῦ ponitur pro ἐκεῖ.

2 Ὡς οὐκ ἀρέσκον τῷ Θεῷ] Leges Grammaticæ postulant, ut ἀρεσκόντων scribamus. Præcessit enim ἐκτῆναι τούτων.

VARIORUM.

a Ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα χρόνους] Pagius conjicit Symeonem quinquennem fuisse, cum ab Eremita (Joanne) in columnam receptus est, & ad septuagesimum tertium ætatis annum vitam produxisse. Cum autem juxta Nicephorum Magistrum, vitæ ejus scriptorem, natus fuerit Symeon anno 521. nimirum quinque annos ante terræ motum qui Antiochiam evertit anno 526. si 73 annos vixerit, mors ejus incidet in annum 593. quo anno Gregorius Antiochenus Episcopus etiam mortuus est, qui non multo post Symeonem obiit, ut ait Evagrius cap. sequenti. *W. Lowth.*

Sæc. VI.

Miniſtri deinde Symeonis egreſſi, puerum qui à leone cuſtodiebatur introduxerunt. Multa quoque alia memoriam omnem ſuperantia idem vir geſſit, quæ & linguam diſertam, & otium, & peculiare opus deſiderant. Quæ quidem omnium pene mortalium ſermone celebrantur. Omnium enim nationum homines, non Romani ſolum, verum etiam barbari, ad eum ventitabant, & quæcumque poſtulaverant impetrabant. Pro cibo autem ac potu ei fuere rami cujuſdam fruticis qui in eo monte naſcitur.

ἦγαγε, καὶ Συμεώνου ϖεϱιϛάξαντος ὑπεξελθόντες οἱ Διακονήμμοι, τὸ παιδίον ἦγαγον ἔϖω τῦ λέοντος Φϱυϱύμμον. ϖολλὰ δὲ ἕτεϱα, καὶ μνήμης κϱείττονα ϖέϖεϱγε, ἃ καὶ γλώσσης κεκομψευμμένης, καὶ λόγου, καὶ ϖϱαγματείας ἰδίας δεῖται, ταῖς τῶν ἀνθϱώϖων ἀδόμμα γλώσσαις. ἐν ϖάσης γὰϱ ϗεδὸν γῆς, ὑ μόνων Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ βαϱβάϱων, ϖαϱ' αὐτὸν ἐφοίτων, καὶ τῶν αἰτυμένων ἐτύγχανον. ᾧ ἀντὶ ϖαντὸς βϱωτοῦ, καὶ ϖοτοῦ, κλάδοι τινὲς ἐτύγχανον ἐκ θάμνυ τῷ ὄϱει Φυομένης.

CAPUT XXIV.

De obitu Gregorii Antiochenſis Epiſcopi, & reſtitutione Anaſtaſii.

Nec multo poſt Gregorius podagræ morbo, quo maxime vexabatur, correptus, abiit è vita, cum medicamentum ex Hermodactylo confectum, ipſi à medico porrectum ebibiſſet. Mortuus autem eſt eo tempore, quo ſenioris quidem Romæ Gregorius ſucceſſor Pelagii, junioris autem Romæ Joannes Epiſcopatum gerebant: Alexandrinæ Eccleſiæ Eulogius, ut jam dixi, Antiochenæ vero præſidebat Anaſtaſius, poſt tres ac viginti demum annos in ſedem ſuam reſtitutus. Hi-

Præcipuarum ſeditum Epiſcopi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Πεϱὶ δ τελευτῆς Γϱηγοϱίυ ἐϖισκόϖυ Θευϖόλεως, ϗ ἀϖοκαταϛάσεως Ἀναϛασίου.

1a Ἐϖιτελευτᾷ δὲ αὖ μετ' οὐ ϖολὺ καὶ Γϱηγόϱιος, ϖοδαγϱικῷ μὲν ἄλοὺς ϖαθήμασι, ᾧ μάλιϛα ϖαϱιωχλεῖτο, Φαϱμακοϖοτήσας ᾗ 2 ἐκ τῆς καλουμμένης Ἑϱμοδακτύλου, ϖεῴς τινος τῶν ἀσκληϖιαδῶν δεδομμένης. τελευτᾷ δὲ, b Γϱηγοϱίου μὲν τῦ ϖϱεσβυτέϱαν Ῥώμυ ἐϖισκοϖοῦντος, ὃς μετὰ Πελάγιον γέγονε· τῦ δὲ νεωτέϱαν, c Ἰωάννου· καὶ τῦ Ἀλεξάνδϱου Εὐλογίου τῶν λελεγμμένων μοι, Ἀναϛασίου τε τῦ Θεουϖολιτῶν, 3 τῷ οἰκείῳ ἀϖοδοθέντος ϑϱόνῳ 4 μετὰ τϱεῖς καὶ εἴκοσι

b

c

1 3 4

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐϖιτελευτᾷ δὲ αὖ Γϱηγόϱιος] Gregorii Antiochenſis Epiſcopi obitum, & reſtitutionem Anaſtaſii Sinaitæ, Baronius quidem refert anno Chriſti 594. Dubitat tamen ibidem Baronius, an potius in annum ſequentem id referri debeat; præſertim cum Gregorius magnus in regiſtro epiſtolarum Indictionis 13. gratuletur Anaſtaſio, quod in Antiochenam ſedem reſtitutus fuiſſet. Verum Auctor Chronici Alexandrini, qui iiſdem fere temporibus vixit quibus Gregorius, anno Imperii Mauricii decimo, indictione decima mortem Gregorii aſſignat, ita ſcribens. *ἰνδ. ι'. τούτῳ τῷ ἔτει Ἀναϛάσιος ϖατϱιάϱχης Ἀντιοχείας ἐϖανῆλθεν εἰ Ἀντιοχείαν μετὰ τελευτὴν Γϱηγοϱίου ϖατϱιάϱχου γϱυομένου, τοῦ καὶ ϗϱοδεξαμένου ϖϱὸ τούτου τὸν αὐτὸν Ἀναϛάσιον.* Id eſt: *Hoc anno Anaſtaſius Patriarcha Antiochenus reverſus eſt Antiochiam, poſt mortem Gregorii Patriarchæ, qui antea eidem Anaſtaſio ſucceſſerat.* Ubi notabis Anaſtaſium Patriarcham vocari etiam ante reſtitutionem: propterea quod, utpote per vim nec legitime depoſitus, titulum Patriarchæ perpetuo retinuerat. Certe Gregorius Papa in tribus epiſtolis quas initio Epiſcopatus ſui ad eum ſcripſit, eum ſemper Patriarcham agnoſcit. Gregorium vero qui Anaſtaſii ſuperſtitis cathedram non legitime occupaverat, nunquam in numero Patriarcharum habuiſſe deprehenditur.

2 Ἐκ τῆς Ἑϱμοδακτύλου] Hermodactylus planta fuit veteribus ignota. Certe nec Dioſcorides, nec Galenus ullam ejus mentionem fecere. Arabes vero poſt Serapionem, cum Colchico atque Ephemero eam confuderunt. Quos ſecuti Pharmacopolæ noſtri, paſſim in Officinis pro Hermodactylo Colchicum ſubſtituunt. Sed hunc errorem jamdudum notavit Andreas Matthiolus in Commentariis ad lib. 4. Dioſcoridis, & poſt eum reliqui qui de plantis ſcripſere. Et in priori quidem editione Commentariorum ſuorum, nondum ipſe Matthiolus ſatis cognitum habebat quid eſſet Hermodactylus. Poſtea vero cum eam plantam nactus eſſet ab illuſtri viro Augerio Busbequio, qui ex Conſtantinopolitana legatione eam attulerat, ejus typum nobis exhibuit pag. 1109. poſterioris editionis. Ejus radices digitorum ſimilitudinem referunt, adjectis etiam unguibus. Ex quo plantæ nomen eſt inditum. Hermodactylus enim Mercurii digitum ſignificat. Porro ejus radix olim Arthriticis exhibebatur, tunc cum humores defluerent; quippe quæ & ipſa per ſe & ejus decoctum, vim habet purgandi, ut ſcribit Paulus Ægineta in libro ſeptimo. Hodie vero Hermodactylus Podagricis præbetur, non eo tempore quo humores defluunt, ſed vigente potius & confirmato jam morbo. Nam cum recentiores Medici uſu ipſo deprehendiſſent, medicamentum iſtud noxium eſſe in acceſſione morbi: Medicorum veterum conſuetudinem hac in parte correxerunt, ut me docuit clariſſimus vir ac doctiſſimus, Toſſanus de Fontaine, in Academia Pariſienſi Medicinæ Doctor ac Profeſſor Regius: Cui ob ſingularem erga me benevolentiam, & in curanda valetudine mea ſollicitudinem ac diligentiam, plurimum me debere profiteor.

3 Τῷ οἰκείῳ ἀϖοδοθέντος ϑϱόνῳ] Ex his verbis colligitur omnino, Anaſtaſium paulo ante mortem Gregorii, in ſedem Antiochenam reſtitutum fuiſſe.* Ait enim Evagrius Gregorium Antiochenum mortuum eſſe Anaſtaſio in ſedem ſuam reſtituto. Nicephorus tamen his verbis nihil aliud ſignificari exiſtimavit, quam Anaſtaſium poſt mortem Gregorii in ſuam ſedem reſtitutum fuiſſe.

4 *Μετὰ τϱεῖς καὶ εἴκοσι χϱόνους*] Anaſtaſius depoſitus fuerat anno Chriſti 570. ut ſupra obſervavi in Annotationibus ad cap. 5. lib. 4. Ab hoc anno ad decimum Imperii Mauricii annum, quo in ſedem ſuam reſtitutus eſt, ut tradit Auctor Chronici Alexandrini, id eſt ad annum Chriſti 592. anni ſunt tres ac viginti.

VARIORUM.

a Ἐϖιτελευτᾷ Γϱηγόϱιος] Gregorium Antiochenſem obiiſſe anno 593. eodemque anno reſtitutum fuiſſe Anaſtaſium ſcribit Pagius anno 594. n. 4.

b Γϱηγοϱίου μὲν] Pelagio II. mortuo, Divus Gregorius Magnus conſecratus eſt Pontifex Romanus die tertia menſis Septembris anni Chr. 590. *Pagius.* Sedit annis tredecim, menſibus ſex, diebus decem. *idem.*

c Ἰωάννυ] *Hoc anno* (ſcil. 582.) *die ſexta Aprilis, Indictione XV. Eutychius Patriarcha diem ultimum obiit: & poſt dies ſex Joannes, Magnæ Eccleſiæ Diaconus, qui Jejunator dictus, conſecratus eſt.* Theophanes in Chronico. Sedit Joannes uſque ad ann. 595. De Eulogio Alex. qui mortuus eſt anno 607. & Joanne Hieroſol. qui vixit ad annum 593, vid. ſupra, lib. V. cap. 16.

* Evagrio aſſentitur Auctor Chronici Alexandrini, qui ait Gregorium, dum adhuc viveret, Anaſtaſium recepiſſe. *W. Lowth.*

χϱόνους·

χρόνους. Ἱεροσολύμων τε Ἰωάννου· ὃ μετὰ βραχὺ πληθυτήσαντος, οὔπω τὶς τοὺς αὐτόσε οἴακας ἐχειρίζετο. ἐνταῦθα μοὶ τὰ τῆς ἱστορίας πεπαύσθω, Μαυρικίου Τιβερίου 1 δωδέκατον ἔτος τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν διακυβερνῶντος, τῶν ἐξῆς τοῖς βουλομένοις ἐκλέγειν τε καὶ γράφειν καταλιμπανομένων. εἰ δέ τι παρῶπται ἢ οὐκ ἀκριβῶς ἀνείληπται, μηδεὶς ἡμᾶς γραφέτω μέμψεως, ἀγνοῶν ὡς πεπλανημένην ἱστορίαν συνελέξαμεν, τὴν τῶν ἀνθρώπων ὠφέλειαν πραγματευσάμενοι, δι' οὓς καὶ τῶν τηλικούτων πόνων ἠνεσχόμεθα. πεπόνηται δὲ ἡμῖν καὶ ἕτερον τεῦχος, ἀναφορὰς, ἐπιστολὰς, ψηφίσματα, λόγους τε καὶ διαλέξεις, καὶ ἕτερα ἄττα ἔχον. τῶν ἐμπεριεχομένων ἀναφορῶν, ὡς ἐπίπαν ἐκ προσώπου Γρηγορίου τοῦ Θεουπόλεως συντεθειμένων· δι' ὧν καὶ δύο τετυχήκαμεν ἀξιωμάτων· Τιβερίου μὲν Κωνσταντίνου, 2 τῆς τοῦ κοιαιστωρίου προβαλόντος, Μαυρικίου δὲ Τιβερίου, δέλτους 3 ὑπάρχων τείλαντος, 3 ἐφ' ᾗ συντεθείκαμεν, ὅτε 4 τὰ ὀνείδη τῆς βασιλείας λύσας, 4 Θεοδόσιον ἐσφῶς προήγαγε, προοίμιον αὐτῷ τε καὶ πολιτεύμασι πάσης εὐδαιμονίας προσχόμενον.

eroſolymitanæ autem Eccleſiæ Joannes Pontificatum adminiſtrabat. Quo non multo poſt mortuo, nemo etiamnum Eccleſiæ illius gubernationem ſuſcepit. Atque hic hiſtoriæ noſtræ finis eſto, anno ſcilicet duodecimo principatus Mauricii Tiberii. Reliqua vero quæ ſequuntur, ſtudioſis qui voluerint narranda ac ſcribenda relinquimus. Quod ſi quid à nobis omiſſum, vel minus accurate expoſitum eſt, nemo id nobis vitio vertat: illud ſecum cogitans, nos hiſtoriam diſperſam in unum corpus collegiſſe, ut hominum utilitati conſuleremus, quorum gratia tot ac tantos labores ſuſcepimus. Aliud præterea volumen à nobis compoſitum eſt, quo Epiſtolæ, relationes, decreta, orationes ac diſputationes, & alia quædam continentur. Et ſupra dictæ quidem relationes quæ in eo volumine habentur, pleræque Gregorii Antiochenſis Epiſcopi nomine conſcriptæ ſunt. Quarum etiam gratia duas dignitates conſecuti ſumus: A Tiberio quidem Conſtantino Quæſturæ honorem adepti: A Mauricio autem Tiberio codicillos præfecturæ nacti, ob ea quæ compoſueramus tunc cum extincto Imperii probro, Theodoſium in lucem edidit, qui tum ipſi, tum reipublicæ, ſummæ felicitatis exordium præbuit.

Alia ejus ſcripta.

Dignitates.

Εὐαγρίου σχολαστικοῦ Ἐπιφανέως καὶ ἀπὸ ἐπάρχων, ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τόμοι ἕξ.

Evagrii Scholaſtici Epiphanienſis & ex præfectis, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Libri ſex.

ΤΕΛΟΣ.

FINIS.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Δωδέκατον ἔτος Μαυρικίου] Ex his verbis ſuſpicari quis fortaſſe poſſit id quod ſuſpicatus eſt etiam Baronius, Gregorium Antiochenum Epiſcopum mortuum eſſe anno Imperatoris Mauricii duodecimo. Cur enim diceret Evagrius, anno duodecimo Imperii Mauricii ſe Hiſtoriam ſuam terminaſſe, niſi antea aliquid retuliſſet quod geſtum erat anno ejuſdem Mauricii duodecimo? Re tamen diligentius examinata, mihi non videtur Evagrius his verbis id ſignificare voluiſſe. Ait enim Evagrius Gregorium Antiochenum fato functum fuiſſe, Gregorio quidem Romanam, Eulogio autem Alexandrinam Eccleſiam adminiſtrante: Joanne vero Hieroſolymis præſidente. Qui cum haud multo poſtea è vivis abiiſſet, neminem adhuc in ejus locum ſuffectum fuiſſe dicit. Non igitur Gregorii morte hiſtoriam ſuam terminavit Evagrius, cum poſt ejus mortem Joannem Hieroſolymitanum Epiſcopum obiiſſe referat, & poſt ejus interitum neminem adhuc eo tempore quo hæc ſcribebat, ſubſtitutum eſſe. Id ergo tantum his verbis ſignificat Evagrius, ſe hæc ſcripſiſſe anno duodecimo Imperii Mauricii. †

2 Τῆς τοῦ κοιαιστωρίου προβαλόντος] Non probo interpretationem Chriſtophorſoni & Muſculi, qui Quæſturæ honorem à Tiberio delatum eſſe putant Evagrio noſtro. Atqui Evagrius non dicit delatam ſibi eſſe dignitatem τοῦ κοιαίστωρος, ſed tantum τοῦ κοιαιστωρίου, id eſt, *Quæſtorii*. Multum autem diſcrimen eſt inter Quæſtorem & Quæſtorium. Nam Quæſtor eſt qui Magiſtratum Quæſtoris gerit. Quæſtorius vero is qui Magiſtratu illo jam perfunctus eſt. Cum igitur dicit Evagrius delatum ſibi eſſe honorem Exquæſtore, codicillos ex Quæſtore ſibi ab Imperatore collatos eſſe intelligit: eodem prorſus modo quo codicillos ex Præfectis Prætorio à Mauricio Imperatore ſibi delatos eſſe, ſtatim ſubjungit. Porro qui codicillos hujuſmodi meruerant, ii privilegiis omnibus fruebantur, quæ competebant honoratis qui dignitates illas geſſerant, Quæſturæ ſcilicet ac Præfecturæ. Cæterum hoc loco ſcribendum videtur τὸ τοῦ κοιαιστωρίου, ſupple ἀξίωμα.

3 Ἐφ' ᾗ συντεθείκαμεν] Hunc locum non intellexerunt Interpretes. Nam Muſculus quidem ita vertit: *Unde iſta compoſuimus, cum ille Imperii ignominiam ablaturus, Theodoſium in lucem produxit.* Chriſtophorſonus vero ſic interpretatur: *Quo regnante eas relationes compoſuimus: idque eo ipſo tempore quo Theodoſium in lucem edidit.* Exiſtimavit ſcilicet Chriſtophorſonus ſcribendum hic eſſe ἐφ' ᾧ. Verum hæc emendatio ferri non poteſt: Non enim regnante Mauricio opus illud relationum compoſuerat Evagrius, ſed regnante Tiberio Conſtantino, ſicut ipſe affirmat paulo ſupra. Malui igitur hoc loco vulgatam ſcripturam retinere, ſubaudiendo vocem ἀναφορᾷ vel διαλέξει. Nam cum Mauricio Imperatori natus eſſet filius Theodoſius, Evagrius orationem ad Mauricium Imperatorem ſcripſit, qua ei ob natalem filii gratulabatur, & tum Mauricio ipſi, tum Reip. Rom. ſummam felicitatem augurabatur, propterea quod Mauricius abolito vetuſto Romani Imperii dedecore, maſculam prolem tandem ſuſcepiſſet. Nam ex Imperatoribus Romanis qui in Orientis partibus regnaverant, jam inde à Theodoſio juniore, nullus mares liberos genuerat. Ob hanc igitur orationem ait Evagrius donatum ſe eſſe à Mauricio codicillis ampliſſimæ Præfecturæ.

4 Ὅτε Θεοδόσιον ἐσφῶς προήγαγε] Theodoſius nobiliſſimus natus eſt in purpuris anno 3. Imperatoris Mauricii, die 26. menſis Septembris, ac proinde indictione 4. quæ cœperat à Kalendis Septembris hujus anni. Idem poſtea à patre Mauricio Auguſtus coronatus eſt indictione octava, die 26. menſis Martii, cum annos natus eſſet quatuor cum dimidio, ut ſcribit Theophanes in Chronico p. 225.

VARIORUM

† Annus quo Hiſtoriam ſuam ſcripſit Evagrius, diſtinguendus eſt ab anno in cujus rebus geſtis deſcribendis Operi finem impoſuit. Hiſtoria ejus non progreditur ultra menſem Auguſti anni 593. Opus vero ipſum in lucem editum eſt vel iſto anno exeunte, vel potius anno 594. quo annus duodecimus Mauritii abſolvitur. Hæc Pagius ad ann. 594. n. 7. *W. Lowth.*

ΕΚ ΤΩΝ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΝ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΟΥ

ΕΠΙΤΟΜΗ,

Ἀπὸ φωνῆς ΦΩΤΙΟΥ πατριάρχου.

ID EST

EX ECCLESIASTICIS

PHILOSTORGII HISTORIIS.

EPITOME,

Confecta à PHOTIO Patriarcha.

HENRICO VALESIO *Interprete.*

COMPENDIUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ PHILOSTORGII,

Quod dictavit

PHOTIUS PATRIARCHA.

ΕΠΙΤΟΜΗ ΕΚ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΟΥ,

Ἀπὸ Φωνῆς

ΦΩΤΙΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ.

HUJUS Scriptoris historia duodecim libris comprehenditur. Primæ autem literæ uniuscujusque libri simul junctæ, nomen Auctoris efficiunt. Porro historiam suam orditur ab Arii Alexandrini, ut quidem ipse vocat, rixa & contentione adversus Alexandrum: quam quidem causam dicit hæreseos. Progreditur vero usque ad nuncupationem augustam Valentiniani Junioris, qui filius fuit Placidiæ & Constantii: & usque ad eadem Joannis tyranni. Cæterum hæc historia encomium quidem est hæreticorum: Orthodoxorum autem criminatio ac vituperatio potius quam historia.

Ὅτι ἐν δώδεκα λόγοις αὐτῷ ἡ ἱστορία περαίνεται, ἀπαρτιζόντων αὐτῷ τοὔνομα τὰ ἑκάστου λόγου ἀρχομένων γραμμάτων ἐν τάξει συντιθεμένων. ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῆς Ἀρείου πρὸς Ἀλέξανδρον, ἃς αὐτὸς λέγει, ἔριδος· ἣν καὶ τῆς αἱρέσεως αἰτίαν ἀναγράφει· κάτεισι δὲ μέχρι τῆς Οὐαλεντινιανοῦ, τοῦ καὶ παῖδος Πλακιδίας καὶ Κωνσταντίου, εἰς βασιλέα ἀναρρήσεως, καὶ τῆς Ἰωάννου τοῦ τυράννου ἀναιρέσεως. ἡ δὲ ἱστορία τῶν αἱρετιζόντων ἐστὶν ἐγκώμιον αὐτοῖς· ὥσπερ καὶ τῶν ὀρθοδόξων διαβολὴ καὶ ψόγος μᾶλλον ἢ ἱστορία.

EX LIBRO PRIMO.

ΕΚ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

De libris Maccabæorum.

AIT Philostorgius ignorare se, quisnam sit auctor librorum qui Maccabaïci vocantur. Ac primum quidem eorum librum magnopere probat, utpote qui ea narret quæ cum Danielis vaticiniis egregie consentiunt: Et propterea quod prudenter exponit, quonam modo virorum quidem malitia res Judæorum ad ultimum exitium perduxerit: aliorum autem virorum fortitudo eas restituerit. Quo tempore & Judæi adversus hostes pristinas vires recuperarunt, & templum Græcanicæ superstitionis inquinamentis purgatum est. Secundus autem liber, ut ait Philostorgius, non ejusdem videtur auctoris ac primus: sed breviarium est eorum quæ ab Jasone Cyrenæo quinque libris conscripta fuerant. In quo refertur id bellum quod Judas Maccabæus gessit cum Antiocho Epi-

Ὅτι τῶν Μακκαβαϊκῶν φησι τὸν συγγραφέα ὅστις ποτέ ἐστιν ἀγνοεῖν· πλὴν τὸ μὲν πρῶτον βιβλίον ἀποδοχῆς ἀξιοῖ, συναδόντα διηγούμενον ταῖς τοῦ Δανιὴλ προφητείαις· καὶ ὅπη λίαν προμηθῶς διέξεισιν, ὅπως τε ἀνδρῶν μοχθηρία τὰ Ἰουδαίων ἤλασεν ἐπ' ἔσχατον κακῶν, ὅπως τε πάλιν ἀνδρῶν ἀνδρεία ἀνώρθωσεν ἀρετὴ, καὶ τότε κατὰ τῶν πολεμίων ἐπανείλοντο κράτος, καὶ ὁ νεὼς τῶν Ἑλληνικῶν ἀνεκαθάρθη μολυσμάτων. τὸ δεύτερον δὲ μὴ τὸν αὐτὸν μὲν φησιν ἐνδείκνυσθαι συγγραφέα· σύνοψιν δὲ εἶναι τῶν ὑπὸ Ἰάσονος τοῦ Κυρηναίου ἐν πέντε λόγοις ἀναγεγραμμένων, ἣν τὸν πόλεμον ἀπαγγέλλει, ὃν Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος πρὸς Ἀντίοχόν τε τὸν

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἣν τὸν πόλεμον ἀπαγγέλλει] Scribendum est accentu mutato ἥν, subauditur enim σύνοψις. Certe in codice Manuscripto Samuelis Bocharti legitur ἃ τὸν πόλεμον. Paulo post, ubi legitur τὸ περὶ τὸν ἐλεάζαρον, &c. mallem scribere, τὰ περὶ τὸν, &c.

VARIORUM.

a Συναδόντα τῆς τοῦ Δανιὴλ προφητείαις] Utilissimus quippe hic liber est ad ea explicanda quæ habentur in Prophetia Danielis, cap. VII, VIII, XI. de cornu illo à quo Sanctuarium profanatum est: Nam cornu illud fuit Antiochus, cujus flagitia omnia sic explicantur primo hoc & secundo libro Maccabæorum, quæ memorantur à Daniele Propheta, ut etiam tempus ipsum & dierum numerus, quem Daniel significat, apertissime rei veritati respondisse doceatur. Hæc igitur causa est, cur historiam istam tanti fecerint Patres. *Jacobus Gothofredus Dissert. in locum. pag.* 5.

Ἐπιφανῆ,

Ἐπιφανῆ, ϗ τὸν αὐτοῦ παῖδα τὸν ἐπίκλην Εὐπάτορα, διεπολέμησε. τὸ δὲ τρίτον ἀποδοκιμάζει, τερατῶδες χαλῶν, καὶ οὐδὲν ὅμοιον τῷ πρώτῳ διεξερχόμενον. τὸ μὲν τοίνυν τέταρτον ὑπὸ Ἰωσήπου γεγράφθαι καὶ αὐτὸς συνομολογῶν, οὐχ ἱστορίαν μᾶλλον ἢ ἐγκώμιον εἶναί φησι, τὸ περὶ τὸν Ἐλεάζαρον καὶ τοὺς ἑπταπαῖδας τοὺς Μακκαβαίους διηγούμενον.

phane, & cum ejuſdem filio qui Eupator cognominatus eſt. Tertium autem Maccabæorum librum improbat Philoſtorgius, monſtroſum eum appellans, & qui nihil narret quod ſimile ſit libro primo. Quartum vero librum à Joſepho conſcriptum eſſe dicit ipſe quoque, & Eleazari ac ſeptem ejus filiorum Maccabæorum encomium potius eſſe quam hiſtoriam.

2. Ὅτι τά τε ἄλλα, καὶ ὅσα περὶς ἱστορίας
1 ἥκει λόγον, ὁ Φιλοστόργιος τὸν Παμφίλου [1] Εὐσέβιον ἐπαινέσας, περὶ τοῦ εὐσέβειαν ἁμαρτάνειν φησί. καὶ τὸ ἁμάρτημα ὁ δυσσεβὴς διηγούμενος, διότι ἄγνωστον τὸ θεῖον καὶ ἀκατάληπτον ἡγοῖτο. ἀλλὰ καὶ ἄλλα τοιαῦτά φησιν αὐτὸν πλημμελεῖν· καταπαῦσαι δὲ αὐτὸν τὰς οἰκείας τῆς ἱστορείας μνήμας, μέχρι τῆς τῶν παίδων διαδοχῆς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου συνεπιμαρτύρεσθαι.

2. Etſi aliis in rebus, & præcipue ob Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptionem, Euſebium Pamphili laudat Philoſtorgius, eumdem tamen errare dicit in iis quæ ad Religionem pertinent. Errorem autem illius hunc eſſe ait, quod Deum nec cognoſci, nec comprehendi poſſe exiſtimaverit. Aliis quoque ejuſdem modi erroribus implicatum eum fuiſſe dicit. Porro teſtatur, illum hiſtoriam ſuam ad ea uſque tempora perduxiſſe, quibus liberi Conſtantini Magni in patris imperium ſucceſſerunt. *Euſebii Pamphili errores.*

3. Ὅτι οὗτος ὁ δυσσεβής φησι τὰς ψήφους τῆς ἀρχιεροσύνης ἐπ' Ἀρειον φερομένας, αὐτὸν μᾶλλον Ἀλέξανδρον προτιμήσαντα ἑαυτοῦ, προελθεῖν αὐ-
2 τῷ ταύτας [2] κατεπράξατο.

3. Ait impius Philoſtorgius Arium, cum ſuffragia pro Archiepiſcopatu Alexandrino in ipſum inclinarent, Alexandrum tamen ſibi prætuliſſe, & ſuffragia in eum tranſtuliſſe. *Arius & Alexander.*

4. Ὅτι [a] Ἀλέξανδρόν τινα πρεσβύτερον Βαύκαλιν ἐπονομαζόμενον, διὰ τὸ σαρκὸς ὑπερτραφοῦς
3 ὄγκον ὑπὸ τῶν μεταφρένων [3] αὐτοῦ σεσωρευμένον, ἄσηρις ὀστρακίνου ἐκμιμῆσθαι σχῆμα, ἅπερ οὗν Βαυκάλας ὀπισχοείως Ἀλεξανδρεῖς εἰώθασιν ὀνομάζειν· τοῦτόν φησι τὸν δευτέραν τάξιν μετ' Ἄρειον ἔχοντα, ἀρχὰς τῆς αἰτίας, ἐξ ἧς ἡ διαφορὰ Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ Ἀρείῳ συνερράγη, ϗ τὸν τοῦ ὁμοουσίου ἀναχώρυξιν ἐκεῖθεν ὀπισχνεῖσθαι.

4. Ait Alexandrum quemdam presbyterum, cognomento Baucalim, ob coacervatam carnis ſuperfluæ molem, quæ in dorſo ejus excreverat inſtar vaſis teſtacei; cujuſmodi vaſa Alexandrini patrio ſermone Baucalas vocant. Hunc igitur Alexandrum, cum ſecundum ab Ario locum inter presbyteros obtineret, ait ſimultatis inter Alexandrum Epiſcopum & Arium cauſam præbuiſſe, & conſubſtantialis prædicationem ab eo tempore excogitatam fuiſſe. *Alexander Baucalis.*

5. Ὅτι φησὶ Κωνστάντιος ὁ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου πατὴρ κατ' ἀνδραγαθίαν τῶν ἄνω Γαλατῶν, ἐν αἷς ϗ αἱ καλούμεναι Ἄλπεις, βασιλεὺς ἀπεδείχθη. δυσέμβολα δὲ τὰ χωρία ταῦτα καὶ δυσπρόσοδα· τὰς δὲ Γαλατίας οἱ νῦν Γαλλίας ἐπονομάζουσιν. ἡ δὲ τελευτὴ Κωνσταντίου, ἐν Βρεταννίαν γέγονε, τὴν Ἀλβίωνος καλουμένην. ἐν ᾗ καὶ νοσοῦντα καταλαβὼν αὐτὸν Κωνσταντῖνος ὁ παῖς, φυγὼν μετὰ δόξης τὰς ἐπιβουλὰς Διοκλητιανοῦ, τελευτῶντα ἐκήδευσε, καὶ τῆς βασιλείας κατέσχε διάδοχος.

5. Conſtantius, Magni Conſtantini pater, ob eximiam fortitudinem, ut ait Philoſtorgius, ſuperioris Galatiæ in qua ſunt Alpes, Imperator renuntiatus eſt. Hæc autem loca acceſſu difficilia ſunt & impervia. Porro hæc ſuperior Galatia, nunc à Romanis Gallia vocatur. Mors autem Conſtantii contigit in Britannia, quæ Albionis inſula olim dicebatur. Illic Conſtantinus poſt vitatas feliciter Diocletiani inſidias, cum patrem ægrotantem reperiſſet, eum brevi poſt mortuum ſepulturæ mandavit, ac mox Imperii ſucceſſor factus eſt. *Conſtantius Chlorus.* *Conſtantino M. crux oſtenſa.*

6. Ὅτι τοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου μεταβο-

6. Cauſam cur Conſtantinus Magnus à

VALESII ANNOTATIONES.

1 Εὐσέβιον ἐπαινῶν] In Manuſcripto codice Samuelis Bocharti legitur ἐπαινήσας, quod ſcriptum eſſe opinor pro ἐπαινέσας.

2 Καπεπράξατο] Leges Grammaticæ poſtulant ut ſcribamus κατεπράξαντο. Alioqui ſi vulgatam lectionem retineamus, dicendum eſſet αὐτὸς μᾶλλον Ἀλέξανδρον προτιμήσας, &c.

3 Αὐτοῦ ἐσωρευμένον] Hunc locum facile erat reſtituere ex Nicephori libro 8. cap. 5. in quo ita legitur: ὑπὸ τῶν μεταφρένων αὐτοῦ σεσωρευμένον. Certe in codice Scoriacenſi ſcriptum eſt αὐτοῦ. In Manuſcripto autem exemplari Samuelis Bocharti ſcribitur αὐτῆς ἐσωρευμένον, manifeſto vocis lectionis veſtigio. Porro his verbis indicat Philoſtorgius, hunc Alexandrum habuiſſe in dorſo quandam carnis exuberantiam, quam Gallico ſermone lupam vocamus, ex quorundam perſpicillorum ſimilitudine, quæ figura convexa fabricantur è vitro, ad hoc ut literæ majores & evidentiores conſpiciantur. Quare in hoc loco mallem ſcribere ὑπὲρ τῶν μεταφρένων.

VARIORUM.

a Ἀλέξανδρον Βαύκαλιν] Obſervat Jac. Gothofredus ex Epiphanio hær. 68. & 69. Arium Alexandrinæ cujuſdam Eccleſiæ, quæ *Baucalis* dicebatur, presbyterum fuiſſe. Verum de hoc Alexandrino Baucali altum apud alios ſilentium.

λεω

Gentilium ſuperſtitione ad Chriſtianam religionem tranſierit, Philoſtorgius perinde ac reliqui omnes, ait fuiſſe victoriam de Maxentio. In qua crucis ſignum viſum eſt in Oriente, longiſſime protenſum, luce quadam admirabili eam depingente, & ſtellis undique circa eam currentibus inſtar cœleſtis arcus, & literarum formam exprimentibus. Porro literæ latino ſermone hæc verba deſignabant: In hoc vince.

λλῳ ἐκ τῆς Ἑλληνίδος θρησκείας εἰς τ̀ Χριστιανισμὸν· καὶ οὗτος τοῖς ἄλλοις φθεγγόμενος, αἰτίαν 1
γενέσθαι ἀναγράφει τ̀ κτ̀ Μαξεντίου νίκην· καθ' ἣν
ϗ τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον κτ̀ ἀνατολὰς ἐπὶ μήκι-
στον ὤφθη δίηκον, αἴγλης αὐτὸν καταπληττούσης 2
ἀστροπυμένης, ϗ ἀφέρων αὐτὸν κύκλῳ τεθειόν-
των, εἴδους τρόπῳ, ϗ πρὸς γραμμάτων χαρακτῆ-
ρα ῥυθμιζομένων· τὰ δὲ ἄρα Ῥωμαίων ἔλεγε φωνῇ,
Ἐν τούτῳ νίκα.

Contra Arium geſta.

7. Ait Philoſtorgius, ante Synodum Nicænam, Alexandrum Alexandriæ Epiſcopum, cum veniſſet Nicomediam, & collocutus eſſet cum Oſio Cordubenſi, aliiſque Epiſcopis qui una cum illo erant, perfeciſſe ut ſynodali ſententia Filium Patri conſubſtantialem eſſe profiterentur, & Arium à communione removerent.

7. Οτι ϗ πρὸ τ̀ ὁν Νικαίᾳ συνόδου, οὗτος τ̀
Ἀλεξανδρείας Φησιν Ἀλέξανδρον καταλαβόντα τ̀
Νικομήδειαν, ϗ Ὁσίῳ τε τῷ Κουδρούβης ἐντυχόν-
τα ϗ τοῖς σὺν αὐτῷ ἐπισκόποις, συνοδικαῖς ψήφοις
ἀνομολογῆσαι παρασχθάσαι ὁμόϑσιον τῷ
πατρὶ τὸν υἱὸν, ϗ τ̀ Ἄρειον ἀποκηρύξαι.

8. Nec multo poſt congregatam eſſe ſynodum apud Nicæam: Cui præter reliquos Antiſtites Baſileus Amaſiæ Epiſcopus, & Meletius Sebaſtopoleos interfuerunt.

8. Μετ' οὐ πολὺ δὲ χρόνον καὶ τ̀ ὁν Νικαίᾳ
συγκῆναι σύνοδον, ὁν ᾗ μ τ̀ ἄλλων ἀρχιερέων Θεῷ,
ϗ Βασιλέα τ̀ Ἀμασείας ἐπίσκοπον παρεῖναι, ϗ 3 4
Μελέτιον τ̀ Σεβαστουπόλεως.

9 Fatetur etiam Philoſtorgius, cunctos Epiſcopos expoſitioni fidei quæ Nicææ facta eſt, conſenſiſſe, excepto Secundo Ptolemaidis Epiſcopo, quem ſecutus eſt Theon Epiſcopus Marmaricæ. Reliqua autem caterva Arianorum Antiſtitum, Euſebius inquam Nicomedienſis, quem Philoſtorgius Magnum cognominat, Theognis Nicænus, & Maris Chalcedonenſis Epiſcopus, & cæteri omnes, ſententiam ſynodi amplexi ſunt: doloſe quidem ac fraudulenter, ut teſtatur etiam Philoſtorgius, cum ſub voce homouſii τὸ ὁμοιόϑσιον callide occultarent. Sed tamen ſynodi decretis conſentire non recuſarunt, cum Conſtantina ſoror Imperatoris Conſtantini hoc conſilium eis ſuggeſſiſſet.

9. Οτι ϗ αὐτὸς συνομολογεῖ πάντας ὁμοφρονῆ-
σαι τῷ ὁν Νικαίᾳ τ̀ πίστεως ὅρῳ, πλὴν Σεκουν-
δου τῦ Πτολεμαΐδος, ᾧ ϗ Θέων ὁ τῆς Μαρμαρι-
κῆς ἠκολούθησεν. τὸ δὲ ἄλλο σῖφος τ̀ Ἀρειανῶν ἐφο-
ρῶν, Εὐσέβιός τέ Φημι ὁ Νικομηδείας, ὃν ἔϑος ἀπο-
θεάζει μέγαν, ϗ Θέογνις ὁ Νικαίας, καὶ Μάρις ὁ
Καλχηδόνος, ϗ ἡ ἄλλη Φάλαγξ, πρὸς τὴν σύνοδον
μετετάξατο· δόλῳ μὲν, καὶ οὗτος Φησι, ϗ τὸ 2
ὁμοούσιον ὁν τῇ ὁμοιούσιῳ Φωνῇ ὑποκλέψαντες·
πλὴν γε συμφρονεῖν τοῖς συνοδικοῖς ψηφίσμασιν
ἀναδεξάμενοι, Κωνσταντίνας τῆς τοῦ Κωνσταντίνου
βασιλέως ἀδελφῆς εἰσηγησαμένης αὐτοῖς τ̀ εἰς τῦτο
παραίνεσιν.

Addit Philoſtorgius, Secundum, cum in exilium proficiſceretur, Euſebio dixiſſe: Euſebi, ſubſcripſiſti, ne in exilium mitteris. Ego vero Deo id mihi revelanti confido, te intra annum in exilium abductum iri. Sane Euſebius tribus menſibus poſt ſynodum exactis relegatus eſt, quemadmodum Secundus prædixerat, cum ad priſtinam impietatem palam reverſus eſſet.

10. Λέγει δὲ ϗ Σεκουνδου ὑποφευγόμενον εἰ-
πεῖν πρὸς Εὐσέβιον, Εὐσέβιε ὑπέγραψας, ἵνα μὴ
ἐξορισθῇς· πιστεύω τῷ Θεῷ δι' ὀναυλῦ σε δεῖ ἀχθή-
σεσθαι ἀπαγόμενον· καὶ γεγονέναι τῷ Εὐσεβίῳ τὸν
ἐξοφασισμὸν μ μῆνας ἀπὸ τ̀ συνόδου τρεῖς, καθὰ
ϗ Σεκουνδος προεῖπε, πρὸς τ̀ ἰδίαν κτ̀ τὸ πρω-
φανὲς ἀσέβειαν ἀνατρέψαντα.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ ἔτος τοῖς ἄλλοις] Supplendum eſt adverbium hoc modo καὶ ἔτος ὁμοίως τοῖς ἄλλοις φθεγγόμενος. Interpres hoc loco ſuam Græcæ linguæ imperitiam ſatis prodidit, tum in verſione, tum in Annotationibus.

2 Καὶ καταπληττούσης ἀστροπυμένης] Inepta eſt horum duorum participiorum conjunctio. Proinde aut prius illud participium delendum eſt, aut certe ſcribendum καὶ καταπληκτικῶς.

3 Βασιλέα τὸν ἀμασείας ἐπίσκοπον] Hujus meminit Conſtantinus Porphyrogennetus in libro primo de Thematibus, capite ſecundo, his verbis: φαύστινός τε ὁ ἀμασείας, καὶ Βασιλεὺς ὁ ἀοίδιμος, ὁ ἐπὶ Λικινίνε μαρτυρήσας, &c. Ubi Interpres Regem vertit gravi errore: Baſileus enim dicendus erat, ſicut dicitur in Chronico Euſebii: Philoſtorgius quidem hunc Baſileum interfuiſſe ſcribit Synodo Nicenæ. Verum reliqui omnes illum perſecutione Licinii extinctum eſſe conſentiunt, quorum ſententiæ libens accedo.

4 Καὶ μελέτιον τὸν σεβαστουπόλεως] De hoc Meletio vide quæ notavi ad librum 7. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Euſebii Pamphili cap. 32. Interpres enim Philoſtorgii, quis eſſet hic Meletius ignoravit, eumque cum Meletio Sebaſteno qui poſtea Antiochenſis Epiſcopus fuit, confudit.

VARIORUM.

a Τὸ ὁμοιόϑσιον (ita enim legendum) ὁν τῷ ὁμοουσίῳ ὑποκλέψαντες] Ad hujus loci explicationem conſule Fragmentum Philoſtorgii ex Niceta deſumptum, & infra citatum.

ΕΚ ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

Ὅτι ὁ Φιλοψευδὴς οὗτος κακοσόργιος, μὴ τὴν οἰκουμενικὴν σύνοδον, καὶ τὴν ἐκ τοῦ δήλου τῆς περὶ τὸ Εὐσέβιον πρὸς τὴν θυσέβειαν παλινῳδίαν, τὸν βασιλέα φησὶ Κωνσταντῖνον τύπους μὲν δίκην εἰσπράξασθαι, ἀνθ' ὧν ἄλλα φρονοῦντες τῷ Ὁμοουσίῳ ὑπεσημήναντο· τοὺς δὲ περὶ Σεκοῦνδον ἀναπαλέσασθαι. καὶ γράμματα πανταχοῦ διαπέμψαι, τὸ μὲν Ὁμοούσιον διασύροντα, κρατύνοντα δὲ τὸ ἑτερούσιον· οἷς γράμμασι καὶ τὸν Ἀλέξανδρον Ἀλεξανδρείας ὑπογράψαι, καὶ διὰ τοῦτο συμπαθεῖν αὐτὸν καὶ τοὺς περὶ Ἄρειον· τῆς δὲ ἐκ βασιλέως ἠρεμήσαντος φόβου, τὸν μὲν Ἀλέξανδρον ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἀναθαρρεῖν γνώμην· τὸν δὲ Ἄρειον πάλιν αὐτοῦ τε καὶ τῆς ἐκκλησίας σὺν τοῖς ὁμόφροσιν ἀποστῆναι.

1 Πρὸς τὴν εὐσέβειαν] Rectius in Manuſcripto codice Samuelis Bocharti ſcriptum eſt ἀσέβειαν. Euſebius enim Nicomedienſis, cum formulæ Nicænæ fidei primum ſubſcripſiſſet, paulo poſt ad priſtinam impietatem rediit, ut teſtantur Socrates, Sozomenus ac Theodoritus.

2 Συνελθεῖν αὐτοῦ] In Manuſcripto codice Samuelis Bocharti ad marginem emendatum eſt αὐτῷ, quod quidem magis probo. De hac porro narratione idem ſentio quod Photius, mera mendacia hæc eſſe ab impudenti homine conficta.

3 Ἐν τῇ θεομαχεῖς] Totum hoc caput prodigioſis erroribus ſcatebat, non tam vitio codicis Manuſcripti quo uſus eſt Gothofredus, quam ob ejus imperitiam in legendis Græcis exemplaribus. Ego ope MSS. codicum, Scoriacenſis ſcilicet & Bochartiani, errores illos emendavi.

4 Καὶ τοὺς πλείους αὐτῶν συναπενεχθῆναι] Scribendum puto αὐτῷ, ſupple τῷ ἀρείῳ.

VARIORUM.

a Ἐπιμύλια] Cantica in piſtrinis inter molendum cantari ſolita. Nullam hic Thaliæ mentionem facit Philoſtorgius: à qua & Athanaſius hæc cantica diſtinguit, in libro de Fidei Nicænæ Decretis.

b Ἀνελεῖν Κείσπον] Criſpum & Fauſtam à Conſtantino necatos aſſerunt Sextus Aurelius Victor cap. 41. Amm. Marcellinus lib. 14. Zoſimus lib. 2. Eutropius lib. 10. Artemius apud Metaphraſtam & Surium 20. Octobr. Hieronymus in Chronico, Oroſius lib. 7. cap. 29. Sidonius Apollinaris lib. 5. Epiſt. 8. Idacius, Zonaras, Suidas, aliique qui eos ſecuti ſunt. Quam tamen hiſtoriam Euſeb. in Vit. Conſt. & Socrates non habent: imo eam velut falſam jam olim ejerarunt Sozomenus lib. 1. cap. 5. & Evagrius lib. 3. c. 40, 41. & poſt Sozomenum Nicephorus lib. 7. cap. 35. & forte etiam Photius, qui ideo hæc ex Philoſtorgio dum excerperet, notare ea velut falſa voluerit. *Jac. Gothofred. Diſſert. in Philoſtorg. pag. 50.*

EX LIBRO SECUNDO.

1 AIT mendaciſſimus Philoſtorgius, poſt univerſalem ſynodum & poſt Euſebianorum palinodiam adverſus Religionem, Imperatorem Conſtantinum eos quidem pœna affeciſſe, propterea quod cum aliter ſentirent, Homouſio nihilo minus ſubſcripſerant: Secundum vero cum ſociis ab exilio revocaſſe. Literas etiam quaquaverſum miſiſſe, quibus conſubſtantialis quidem vocem explodebat, diſſimilis autem ſubſtantiæ fidem confirmabat. Quibus literis Alexandrum quoque Epiſcopum Alexandriæ ſubſcripſiſſe dicit, & ob hanc cauſam Arium etiam ei communicaſſe. Sed cum metus ab Imperatore deinceps ceſſaret, Alexander quidem ad priorem ſententiam rediit. Arius vero una cum ejuſdem opinionis aſſertoribus, ab Alexandro & ab Eccleſia ſeceſſit. *Conſtantinus cur Arianis infenſus.*

2. Ait Arium, cum ab Eccleſia receſſiſſet, cantica nautica & molendinaria ac viatoria conſcripſiſſe, aliaque ejuſmodi compoſuiſſe, quæ certis modulationibus aptavit, prout unicuique cantico convenire exiſtimabat: Atque ita imperitiorum animos ſuavitate cantus ad impietatem ſuam ſenſim abduxiſſe. *Arii cantica.*

3. Etſi Arium divinis laudibus efferat Philoſtorgius in eo quod divinitatem Filii oppugnat, abſurdis tamen erroribus eum implicari dicit, eo quod paſſim affirmet Deum nec cognoſci, nec comprehendi, nec mente concipi poſſe: Idque non ab hominibus ſolum, quod malum tolerabilius eſſet, ſed ne ab ipſo quidem unigenito Dei Filio. Et ad hujus erroris abſurditatem, non Arium modo, verum etiam pleroſque alios ea tempeſtate ſimul cum illo abreptos eſſe. Excepto enim Secundo ac Theona, & diſcipulis Luciani Martyris, Leontio ſcilicet, Antonio, & Euſebio Nicomedienſi, reliqua impiorum cohors hanc ſententiam amplexa eſt. *Arii doctrina.*

4. Ait Philoſtorgius Conſtantinum Novercæ calumniis circumventum, Criſpum filium interemiſſe. Eam vero poſtea cum in adulterio deprehenſa fuiſſet cum quodam ex Curſoribus, calore balnei ſuffocari juſſiſſe. Nec multo poſt Conſtanti- *Criſpi & Fauſtæ cades.*

VALESII ANNOTATIONES.

VARIORUM.

num, dum Nicomediæ moraretur, pœnas cædis filio persolventem, à fratribus suis veneno necatum esse.

Gothi Christiani facti.

5. Ait Philostorgius, Urfilam ex Transistrianis Scythis, qui ab Antiquis quidem Getæ, nunc vero Gothi appellantur, maximam hominum multitudinem in Romanum solum traduxisse, qui pietatis causa ex patriis sedibus ejecti fuerant. Eam autem gentem ad Christi fidem olim transiisse hoc modo. Cum Valerianus & Gallienus imperium administrarent, ingens multitudo Scytharum trans Istrum degentium, in Romanorum ditionem trajecit. Et Europæ quidem magnam partem excursionibus infestarunt. Deinde vero cum in Asiam trajecissent, Galatiam & Cappadociam invaserunt. Cumque plurimos homines captivos fecissent, inter quos non pauci erant Clerici; cum ingenti præda in patriam suam reversi sunt. Captivi igitur ac pii homines isti, barbaris permixti, non paucos eorum ad veram pietatem traduxerunt, utque pro Gentilium superstitione Christianam religionem amplecterentur, iis persuaserunt. Ex horum captivorum numero fuerunt etiam majores Ulfilæ, natione quidem Cappadoces, orti juxta urbem Parnassum, ex vico qui Sadagolthina vocatur. Hic igitur Ulfila, dux fuit piorum hominum qui ex Gothia egressi sunt, primusque eorum Episcopus fuit, constitutus hoc modo. Cum à rege qui tunc Gothis præerat, Legatus una cum aliis ad Imperatorem Constantinum missus esset: Nam & Barbaræ gentes illic positæ Constantino obsequebantur: ab Eusebio aliisque qui cum illo erant Episcopis, ordinatus est Episcopus Christianorum qui apud Gothos degebant. Eorum itaque tum aliis in rebus maximam curam gessit: tum proprias ipsis literas excogitavit, & universos sacræ Scripturæ libros patrio ipsorum sermone interpretatus est, exceptis libris Regnorum, eo quod illi res bello gestas contineant, gens autem illa bellis maxime delectetur, & freno potius opus habeat ad bellicos impetus comprimendos, quam calcari quo ad prælia incitentur. Maximam porro incitandi vim habent libri illi, utpote qui venerabiles maxime existimentur, & credentium animos ad Dei cultum informent. Hanc igitur transfugarum multitudinem Imperator in locis Moesiæ, pro ut cuique visum est, collocavit: Et Ulfilam ipsum magno in honore habuit, adeo ut de illo loquens, sæpe eum nostri temporis Mosem appellaret. Cæterum Philostorgius hunc Ulfilam miris laudibus extollit, aitque & illum, & eos qui sub illo erant Gothos, ejusdem cum ipso hæreseos sectatores fuisse.

δοῦντα Κωνσταντίνου τὴν δίκην, μετ' ὀ πολὺν χρόνον ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν Φαρμάκαις τ' τὴν Νικομήδειαν ἀφατείοντα ἀναιρεθῆναι.

§. Οτι [a] Οὐρφίλαν φησὶ κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἐκ τῆς πέραν Ἴστρου Σκυθῶν, οὓς οἱ μὲν πάλαι Γέτας, οἱ δὲ νῦν Γότθους καλοῦσι, πολὺν εἰς τ' Ῥωμαίων ἀφαβάσαι λαὸν, δι' εὐσέβειαν ἐκ τῆς οἰκείων ἠθῶν ἐλαθέντας. Χειραγωγῆσαι δὲ τὸ ἔθνος τρόπῳ τοιῷδε. Βασιλεύοντος Οὐαλεριανοῦ καὶ Γαλλιήνου, μοίρᾳ Σκυθῶν βαρεῖα τῆς πέραν τοῦ Ἴστρου, διέβησαν εἰς τὴν Ῥωμαίων· καὶ πολλὴν μὲ κατέθεμεν τῆς Εὐρώπης· ἀφικόμενοι δὲ καὶ εἰς τὴν Ἀσίαν, τῶ τε Γαλατίαν, καὶ τῶ Καππαδοκίαν ἐπῆλθον, καὶ πολλοὺς ἔλαβον αἰχμαλώτους, ἄλλους τε καὶ τ' κατειλεγμένων τῷ Κλήρῳ. καὶ μετὰ πολλῆς λείας ἀπεκομίσθησαν οἴκαδε. ὁ δὲ αἰχμάλωτος καὶ θυσεβὴς ὅμιλος συναναφραφέντες τοῖς βαρβάροις, οὐκ ὀλίγους τε αὐτῶν εἰς τὸ θυσεβὲς μετεποίησαν, καὶ τὰ Χειριανῶν φρονεῖν ἀντὶ τῆς Ἑλληνίδος δόξης παρεσκεύασαν. ταύτης τῆς αἰχμαλωσίας γεγόνεσαν καὶ οἱ Οὐρφίλα πρόγονοι, Καππαδόκαι μὲν γένος, πόλεως δὲ πλησίον Παρνασσοῦ, ἐκ κώμης δὲ Σαδαγολθινὰ καλουμένης. ὁ τοίνυν Οὐρφίλας οὗτος καθηγήσατο τῆς ἐξόδου τ' θυσεβῶν, ἐπίσκοπος αὐτῶν πρῶτος καθιστάμενος κατέστη ὧδε. [a] Ὡς τῶ τῶ δεχθέντος ἄγοντος τῶ ἔθνους ἐπὶ τῶν Κωνσταντίνου χρόνων εἰς πρεσβείαν σὺν ἄλλοις ἐπισταλείς· καὶ γὰρ καὶ τὰ τῇδε Βάρβαρα ἔθνη ὑπεκέκλιτο τῷ βασιλεῖ· ὑπὸ Εὐσεβίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων χειροτονεῖται τῆς ὑπ' τῇ Γετικῇ Χειριανιζόντων· καὶ τἆλλα αὐτῶν ἐπιμελεῖτο· καὶ γραμμάτων αὐτοῖς οἰκείων θυρετὴς καθίστα, μετέφρασεν εἰς τὴν αὐτῶν φωνὴν τὰς γραφὰς ἁπάσας, πλὴν γε δὴ τῶν βασιλειῶν, ἅτε τῆς μὲν πολέμων ἰσοδείαν ἐχουσῶν, τῷδε ἔθνους ὄντος φιλοπολέμου, καὶ δεομένου μᾶλλον χαλινοῦ τῆς ἐπὶ τὰς μάχας ὁρμῆς, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ πρὸς ταῦτα παροξύνοντος· ὅπερ ἰσχὺν ἔχει ταῦτα ποιεῖν, σεβάσμιά τε μάλιστα νομιζόμενα, καὶ πρὸς τὴν τοῦ θείου θεραπείαν τοὺς πειθομένους καταρυθμίζοντα. ἱδρύσατο δ' ὁ βασιλεὺς τὸν αὐτόμολον τοῦτον λαὸν πρὸς τὰ τῆς Μυσίας χωρία, ὡς ἑκάστῳ φίλον ἦν· καὶ τὸν Οὐρφίλαν ἀφ' πλείστης ἦγε τιμῆς, ὡς καὶ πολλάκις ὁ ἐφ' ἡμῶν Μωσῆς λέγειν πρὸς αὐτοῦ. λίαν δὲ οὗτος τὸν ἄνδρα θαύζει, καὶ τῆς αἱρετικῆς αὐτῷ δόξης ἐραστὴν αὐτόν τε καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἀναγράφει.

Valesii Annotationes.

1 Διαβάντες δὲ καὶ τὴν ἀσίαν] Hunc locum emendavi ex MS. codice Samuelis Bocharti, in quo ita legitur, Ἀφαβάντες δὲ καὶ εἰς τὴν ἀσίαν, &c.

2 Παρὰ τῶ τὴν ἀρχὴν ἄγοντος] Magis placet scriptura codicis Bocharti, ἀρχὴν ἔχοντος.

Variorum.

a Οὐρφίλαν] De Ulphila (ut alii hunc Gothorum Episcopum vocant) deque Gothis, quando, quave occasione Christiani facti fuerint, vid. Socr. l. 4. cap. 34. Soz. lib. 2. c. 6. lib. 6. cap. 37. Theod. l. 4. cap. ult.

6. Οτι

6. Οπ τοὺς ἐνδοτάτω Ἰνδοὺς, ὅσοι Χειρὸν ἔμαθον πμᾶν ἐκ τῆς Βαρθολομαίυ τ ἀποστόλυ διδασκαλίας, τὸ ἑτερούσιον προσδύμ ὁ δυσεβὴς Φησι·
1 ᾗ τ Θεόφιλον εἰσάγει τ Ἰνδὸν τὸ τοιοῦτον ἀσπαζόμενον Φρόνημα, ωδγενέσθαι τε εἰς αὐτὲς καὶ τ αὐτῶν ἐκδιηγεῖσθαι δόξαν. τόδε τ Ἰνδῶν ἔθνος
2 τῦτο, Σάβα μὲν πάλαι, ἀπὸ τῆς Σάβα μητροπόλεως, τὰ νῦν δ, Ὁμηρίτας καλεῖσθαι.

7. Οπ μ τρεῖς ὅλως ἐκαυτὲς Φησιν Εὐσέβιον ᾗ Μάριν ᾗ Θέογνιν, ψήφῳ βασιλέως τῦ Κωνσταντίνυ ἐπανόδου τυχόντας, πίστεώς τε σύμβολον αἱρετικῆς ἐκθεῖναι, ᾗ παλαχόσε ἀποπέμψαι, ἐπ'
2 ἀνατροπῇ τ ἐν Νικαίᾳ συνόδυ· 2 ᾗ τ Ἀλεξανδρείας Ἀλέξανδρον καθελεῖν τε ᾗ ἀποκηρύξαι, ἀνθ' ὧν ἐπὶ τὸ ὁμοούσιον παλιντραπέλως ἐπανέστρεφεν. ἀλλὰ ᾗ Εὐστάθιον τ Ἀντιοχείας, παιδίσκης μίξιν ᾗ αἰσχρᾶς ἡδονῆς ἀπόλαυσιν αἰτίαν ἐπιγραψαμέ-
3 νους, 3 Φυγὴν αὐτῷ βασιλεὺς ἐπιμήσατο, εἰς τ ἑσπέραν μεθόριον ποιησάμενος. πεντήκοντα δ ᾗ ἑξακοσίυς Φησιν εἶναι τὸ πλήρωμα τῦ ωδνόμυ τύτυ συνεδρίυ, ᾗ τ Νικομήδειαν αὐτοῖς τ ωδνομηθέντων ποιήσαι ἐργαστήριον.

4 8. 4 Οπ ωδὶ Ἀγαπητῦ τ συναιρεσιώτυ, ὃς ᾗ ἐκ καταλόχυ γραπτικῦ, πρεσβύτερός τε καὶ ἐπὶ ωδὶ τ ὁμοφρόνων, ᾗ Συνάδων ἐπίσκοπος ὕστερον· ωδὶ γῦν τύτυ πολλὰ τερατολογῶν, νεκρύς τε αὐτὸν ἀναστῆναι λέγει, ᾗ πολλῶν ἄλλων παθῶν Φυγαδευτὴν γενέσθαι ᾗ ἐλατῆρα. ὑ μὴν ἀλλὰ ᾗ παραδόξων ἄλλων ἔργων δημιυργὸν, ᾗ πολλὲς ἐξ Ἑλλήνων εἰς τὸν Χριστιανισμὸν μεταξαι ωδυσχυάσαι.

b 9. Οπ Κωνσταντίνον Φησιν b ὀκτῷ ᾗ εἰκοστῷ ἔτει τ βασιλείας αὐτῦ, τὸ Βυζάντιον εἰς Κωνσταντίνυ πόλιν μεταισχυάσαι, καὶ τ ωδεῖσθον ὁριζόμενον, βάδην τε ωδιέναι, τὸ δόρυ τῇ χειρὶ φέροντα. ἐπεὶ δ τοῖς ἑπομένοις ἐδόκει μεῖζον ἢ ωδσῆκε τὸ μέσον ἐκτείνειν, ωδστελθεῖν τε αὐτῷ τινα ᾗ μηνυθάναι.

6. Ait impius Philoſtorgius, interiores Indos qui Bartholomæi Apoſtoli prædicatione ad Chriſti cultum converſi ſunt, diſſimilem Filii ſubſtantiam profiteri. Narratque Theophilum Indum, qui hanc ſententiam amplectebatur, ad illos veniſſe, & ſuam illis opinionem tradidiſſe. Hos autem Indos, olim quidem Sabæos ait eſſe dictos ab urbe Saba, quæ caput eſt totius gentis: nunc vero Homeritas vocari. *De Indorum interiorum converſione Theodorit. lib. 1. c. 23.*

7. Ait Philoſtorgius, Euſebium, Marim & Theognium, poſt triennium Conſtantini Imperatoris juſſu ab exilio revocatos, ſymbolum hæreticæ fidei edidiſſe, & quaquaverſum miſiſſe ad everſionem ſynodi Nicænæ. Alexandrum quoque Epiſcopum Alexandriæ ab iiſdem depoſitum eſſe & excommunicatum, eo quod ad Conſubſtantialis fidem denuo reverſus eſſet. Sed & Euſtathium Antiochenſem Epiſcopum perinde ab iiſdem depoſitum eſſe, cum puellæ cujuſdam ſtuprum ac fœdæ libidinis crimen ei objeciſſent. Imperator vero eum exilio multavit, & in Occidentis partes relegavit. Cæterum in hoc illegitimo Concilio Epiſcopos numero ducentos & quinquaginta ſediſſe ſcribit, & malorum omnium officinam illis fuiſſe Nicomediam. *Arianorum Synodus, & Euſtathii depoſitio.* *Theodorit. l. 1. c. 21.*

8. De Agapeto, ejuſdem cum ipſo hæreſeos ſectatore, qui ex milite primum quidem presbyter ſectæ ſuæ, poſtea vero Epiſcopus Synadenſis factus eſt, multa prodigioſa narrat; mortuos ab illo ſuſcitatos eſſe dicens, multaſque ægritudines expulſas & ſanatas. Alia quoque miracula ab eodem patrata eſſe dicit, & multos Gentilium ad Chriſtianam religionem ejus opera converſos. *Agapeti miracula.*

9. Ait Conſtantinum octavo & viceſimo Imperii ſui anno ex Byzantio Conſtantinopolim condidiſſe. Et cum ambitum urbis illius delinearet, pedibus incedentem circumiiſſe, haſtam manu geſtantem. Cumque iis qui ipſum ſequebantur, majus quam oportebat ſpatium metiri videretur, quemdam ex illis ad eum acceſſiſſe dicit, ita *CPolis condita.* *Socr. lib. 1. cap. 16.*

Valesii Annotationes.

1 Θεόφιλον εἰσάγει τὸν Ἰνδὸν] Hunc Theophilum Philoſtorgius perpetuo Indum vocat, ut videre eſt in excerptis ex lib. 3. & 4 ſic autem dictus eſt Theophilus, ſeu quod oriundus eſſet ex India, ſeu quia legatus ad Indos, ſive Æthiopes miſſus fuerat à Conſtantio, quemadmodum docet Philoſtorgius. Certe Gregorius Nyſſenus in lib. primo contra Eunomium, Theophilum hunc Blemmyn vocat, aitque familiarem illum fuiſſe Cæſaris Galli: quod quidem teſtatur etiam Philoſtorgius in libro 4. Locus Gregorii Nyſſeni ſic habet, γινώσκει τὴν καινοφωνίαν ταύτην καὶ ὁ Βλέμμυας Θεόφιλος. ᾧ στωηθείας πνὸς ωδὶ τὸν Γάλλον ωδῦπαρχούσης, ὁ Ἀέτιος εἰς τὰ βασίλεια δι' αὐτῦ παρεδύετο. Niſi forte dicamus Blemmyas perinde ac Æthiopas vicinos, à veteribus Indos eſſe appellatos. Sane Blemmyes Mauri etiam dicti ſunt, uti diſcimus ex Ammonio in lib. de cæde Patrum in monte Sina.

2 Σάβα μὲν πάλαι] In MS. codice Samuelis Bocharti ſcribitur Σάβας. Quam lectionem confirmat Stephanus Byzantius, qui metropolim ipſam ita dictam eſſe teſtatur in voce Σάβας. Arrianus vero in periplo maris Erythræi, urbem ipſam Σάβη nominat, populos vero Sabaitas, qui eidem Regi parebant cui Homeritæ. Proinde Sabæos ab Homeritis diſtinguit Arrianus. Uranius quoque in lib. 1. Arabicorum, Sabæos ab Homeritis ſeparat, ut videre eſt apud Stephanum in voce κατσαμῶται.

3 Φυγὴν αὐτῷ βασιλεὺς ἐπιμήσατο] Poſt vocem ἐπιγραψαμένους apponenda eſt finalis diſtinctio, deinde ſcribendum eſt Φυγὴν δὲ αὐτῷ, &c. In MS. codice Samuelis Bocharti pro ἐπιγραψαμένους ſcriptum inveni ἐπιγραψάμθ.

4 Ὅπ ωδὶ Ἀγαπητῦ] De hoc Agapeto plura habet Suidas in voce Ἀγαπητὸς ex Philoſtorgio. Quanquam apud Suidam Euſebius Pamphili ponitur pro Philoſtorgio. Atqui Euſebius Pamphili in Eccleſiaſtica hiſtoria nuſquam mentionem fecit Agapeti. Proinde memoriæ vitio lapſus Suidas, Euſebium poſuit pro Philoſtorgio. Nam ea quæ de Agapeto referuntur à Suida, prorſus conveniunt cum iis quæ ex eodem Philoſtorgio refert Photius.

Variorum.

a Καὶ τὸν Ἀλεξανδρείας Ἀλέξανδρον καθελεῖν] Hoc falſiſſimum eſt: inter omnes enim Hiſtoricos conſtat, Alexandrum brevi temporis ſpatio Concilio Nicæno ſupervixiſſe. Quinto poſt menſe obiit juxta Athanaſium, Apol. 2. pag. 565. edit. Commelin. *W. Lowth.*

b Ὀκτῷ καὶ εἰκοστῷ] Annus viceſimus octavus Conſtantini, anno Chr. 334. menſe Julio abſolutus eſt, ideoque & Conſtantinopolis perfecta. *Ant. Pagi ad ann.* 324. *n.* 19.

percontantem: Quousque Domine? Ei vero Imperatorem his verbis respondisse: Donec sistat is qui me præcedit. Quo responso aperte declaravit, cælestem quamdam virtutem ipsum manu ducere, docentem ea quæ facienda essent. Addit Philostorgius, Constantinum postea quam urbem ædificasset, eam appellasse almam Romam, quod latine illustrem significat. Senatum præterea ibi constituisse, & copiosum annonæ modum civibus distribuisse, & reliquum omnem civitatis ornatum magnifice adjecisse, ita ut honore & gloria cum seniore Roma contenderet.

νεσθαι, ἕως πᾶ δέσποτα. τ ἢ ἐπικεινάμενον διαῤῥήδην φάναι, ἕως ἂν ὁ ἔμπροσθεν μοῦ στῇ, ἐπιδηλον ποιοῦντα, ὡς δύναμις αὐτῦ τις ὑρανία προηγοῖτο, ᾗ πραττομένοις διδάσκαλος. ἱδρυσάμενον ἢ τ πόλιν ἅλμα Ῥώμην ὀνομάσαι, ὃ δηλοῖ τῇ Ῥωμαΐδι γλώττῃ τ ἔνδοξον. ᾗ βουλήν τε σύγκλητον ταξαι, ᾗ ζητησίοις δαπάνην αὐταρκεστάτην διανεῖμαι τοῖς οἰκήτορσι, ᾗ τ ἄλλον ὁ αὐτῇ τῆς 1
πολιτείας πολυτελῶς κόσμον καταστῆσαι, ὡς ἀρ-
κεῖν εἰς ἀντίπαλον κλέος τῇ προτέρᾳ Ῥώμῃ.

Eusebius Ep. CP.

10. Mortuo autem hujus civitatis Episcopo Alexandro, ait Eusebium Episcopum Nicomediæ ad Episcopalem sedem urbis recens conditæ translatum fuisse.

10. [2] Τελευτήσαντος ὃ τῦ ταύτης τ πόλεως 2
ἀρχιερέως Ἀλεξάνδρου, τὸν Νικομηδείας Φησιν Εὐσέβιον, εἰς τὸν τῆς νεοκτίστου πόλεως ἀρχιερατικὸν μεταστῆσαι θρόνον.

Athanasius Ep. Alex.

11. Ait impius hic mendaciorum artifex, post mortem Alexandri Episcopi Alexandriæ, cum variantibus Episcoporum suffragiis, plures designarentur Episcopi, & aliquantum temporis in hac altercatione tereretur, divinum Athanasium sub vesperam in Ecclesiam quæ Dionysii dicitur, advolasse: cumque ibi duos quosdam Episcopos Ægypti reperisset, januas una cum suæ factionis hominibus firmissime occlusisse, atque ita ordinatum esse, multum licet reclamantibus Ordinatoribus. Sed cum vis illis inferretur ejusmodi, quæ voluntatem ipsorum potentiamque superabat, confectum esse id quod volebat Athanasius. Addit Philostorgius reliquam Episcoporum qui tum aderant multitudinem, Athanasium hujus rei causa Anathemati subjecisse. Hunc vero, cum res suas prius confirmasset, totius civitatis nomine literas ad Imperatorem de ordinatione sua scripsisse. Qui cum eas literas ab Alexandrinorum curia scriptas esse existimaret, electionem illam suo suffragio comprobavit. Postea vero de iis quæ acta fuerant certior factus, Athanasium misit Tyrum, quæ urbs est Phœnices, ut synodo quæ ibi collecta erat, rationem gestorum redderet. Et Athanasium quidem Imperatoris minis cessisse scribit Philostorgius. Tandem vero cum venisset Tyrum, ipsum quidem sistere se in judicio noluisse: sed meretricem quamdam, quæ ipso ventris tumore intemperantiam suam prodebat, mer-

11. Οτι τὸ δυσσεβὲς οὗτος τοῦ ψεύδους ὄργανον, Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀλεξανδρείας τελευτήσαντος, καὶ ψήφων ἄλλων ἐπ' ἄλλους Φερομένων, ᾗ [3] χρόνου 3
τινος ἐπὶ τῦτο ῥᾳθυμουμένου, τὸν θεῖον Ἀθανάσιόν Φησι σὺν δείλῃ ὀψίᾳ εἰς τὴν Διονυσίου καλουμένην ἐκκλησίαν [4] ἐσπεδήσαντα, καὶ δύο τινὰς τ 4
Αἰγυπτίων ἐπισκόπων θύραντα, τὰς πύλας τε σὺν ὀχυρώτατον μετὰ τῶν συσασιωτῶν ἐπικλεισάμενον, [2] οὕτω τὴν χειροτονίαν ὑπελθεῖν, τῶν χειρο- 2
τονουμένων πολλὰ μὲν ἀναινομένων· τῆς δὲ βιασθείσης αὐτοῖς βίας, μείζονος τῆς βουλῆς καὶ τῆς δυνάμεως γεγενημένης, τὸ δοκοῦν Ἀθανασίῳ ἐπιτελεσθῆναι. καὶ ὡς ὁ παρὼν τ ἐπισκόπων ἅπας ὅμιλος, διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν τῷ ἀναθήματι τοῦτον παρεπέμψαντο. τὸν δὲ Ἀθανάσιον κρατυνάμενον τὰ καθ' ἑαυτὸν, ὡς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τ πόλεως τοῖς βασιλέα γράψαι τιμὴ εἰς τιμὴ χειροσιτίᾳ ἀνάῤῥησιν αὐτοῦ· τὸν δὲ, νομίσαντα κοινῆς βουλῆς εἶναι τὸ γράμμα, ἐπιψηφίσαι τὴν κατοχὴν τοῦ θρόνου. ὕστερον δὲ μαθόντα τὰ πεπραγμένα, εἰς Τύρον τῆς Φοινίκης αὐτὸν ἐξαποστεῖλαι, τῷ ἐκεῖσε συνεδρίῳ λόγον ὧν ἔδρασε δώσοντα· καὶ μόλις μὲν οὖν εἶξαι τοῖς βασιλείοις ἀπειλαῖς τὸν Ἀθανάσιον. εἶξαντα δ' οὖν ᾗ παραγενόμενον εἰς Τύρον, [5] τοὺς μὲν δίκην ὀκ εἰσέρχε- 5
σθαι· γύναιον δὲ τι μαθοσάμενον ἑταιρικὸν, ἤδη τῷ τῆς γαστρὸς ὄγκῳ τιμὴ ἀκολασίαν σημαῖνον,

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῆς πολιτείας πολυτελῶς κόσμον] Hujus loci sensum non est assecutus Interpres, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Omnemque alium absolutissimæ dispositionis ornatum in ea constituisse.* Non hoc dicit Philostorgius, sed ait Constantinum civitatis CP. honorem mirum in modum auxisse, adeo ut par esset honori civitatis Romanæ. Privilegia scilicet concessit civibus CP. æqualia privilegiis quibus fruebantur cives Romani. Tale fuit jus Italicum, quod Constantinopolitanis postea concessum est lege Valentis Augusti, ut legitur in codice Theodosiano.

2 Τελευτήσαντος δὲ] Alexandri Constantinopolitani Episcopi obitum recte Philostorgius refert principatu Constantini Maximi. Sed quod Eusebium Nicomediensem in ejus locum subrogatum esse scribit, in eo fallitur, licet Theodoritus in libro primo Ecclesiasticæ Historiæ idem quoque scribat. Qua de re vide quæ notavi in libro secundo Observationum Ecclesiasticarum ad Socratem atque Sozomenum, capite primo.

3 Χρόνου τινὸς ἐπὶ τῦτο παρειμενομένου] Malim scribere ἐπὶ τότῳ.

4 Ἐκπηδήσαντα] Rectius in MS. codice Samuelis Bocharti scriptum est, ἐκπηδήσαντα. Et paulo post ubi antea legebatur, τῶν μὲν χειροθνηθέντων, ex eodem codice emendavi χειροθνούντων.

5 Τοὺς μὲν δίκην ὀκ εἰσέρχεσθαι] Non dubito quin scribendum sit, εἰς μὲν δίκην ὀκ εἰσέρχεσθαι: vel potius αὐτὸν μὲν δίκην ὀκ εἰσέρχεσθαι.

VARIORUM.

2 Οὕτω τὴν χειροτονίαν ὑπελθεῖν] Hæc quidem calumnia de Athanasio clanculum ordinato, Philostorgio cum reliquis Arianis communis est: ejus tamen falsitas abunde demonstratur ex Epistola Synodi Alexandrinæ apud Athanas. Apol. 2. pag. 565. *W. Lowth.*

ἐσαφεῖναι

ἐπαφεῖναι Ἀθανασίῳ τῷ Εὐσεβίῳ, ὃς τοῦ ἐκεῖσε συνεδρίου κορυφαῖος ἐνομίζετο· τῷ Ἀθανασίου συκοφαντίαν ὡς εἰκὸς ἐμπεσόντι θορύβῳ καὶ ταραχῇ, τήν τε δίκην ὑποκλέψαι, καὶ τοῦ κρίσιν ἐκφυγεῖν Ἀθανάσιος· φωραθῆναι δὲ τὴν συσκευὴν ὁ τοῦ ψεύδους Φίλος ἀναγράφει, δι' ἧς μεθόδου φασὶν οἱ θεοσεβεῖς τὸ κατὰ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου μισθὲν παρὰ τῶν δυσσεβῶν πρᾶγμα διελεγχθῆναι. τὸν μὲν γὰρ Εὐσέβιον ἀπορυθάνεσθαι τῆς ἑταίρας, εἰ γινώσκει αὐτῆς τὸν Φθορέα· τῆς δὲ καὶ μάλα ἀπορευομένης, προσαναπυθέσθαι, εἰ ἄρα γε τοῦτον ὁ παρὼν χρόνος ἔχει τοῦ δὲ φάναι, θύφημει, ὦ δέσποτα· οὐ γὰρ ἔγωγ' ἂν μανοίμην, ἀνδρῶν τοιούτων αἰσχρᾶς ἡδονῆς δουλείαν. ὥς τε καταγνωσθεὶς ἔτ' ἐντεῦθεν ἐξαμαυρῆς ἀπαγορευθῆναι τῆς ἀληθείας, τοῦ ὅλου συσκευοῦ ἀνακαλυφθῆναι· καὶ τὸν μὲν Εὐσέβιον κρείττω συκοφαντίας πάσης ὀφθῆναι· τὸν δὲ Ἀθανάσιον, ἀντὶ τοῦ φυγεῖν τὴν δίκην, διπλῆς ἔνοχον ἀπελεγχθῆναι, προσλαβούσης τῆς οὐκ ἀγαθῆς χειροτονίας τὴν ἀναγεγράφθαι συκοφαντίαν. διὸ καὶ τὴν καθαιρετικὴν ψῆφον ὁμόφωνον κατ' αὐτοῦ ἐξενεχθῆναι, ἐκεῖνον μέν τοί γε προσαναμαχυντεῖν, καὶ λέγειν, ἀπειθείᾳ τὴν καθαίρεσιν τοὺς συνεδρεύσαντας ἀπράξασθαι, ὥσπερ καὶ τὰς συκοφαντίας, διότι μὴ παρ' αὐτῶν ἀνάσχοιτο τὴν χειραπτικὴν χειροθεσίαν ἐπιθεῖναι. διὸ καὶ τὸν βασιλέα ἐπιτρέψαι πάλιν ἑτέρᾳ συνόδῳ τὰ κατὰ τὸν Ἀθανάσιον ἐξετασθῆναι. τοὺς δὲ καὶ ἕτερα τῶν ἐγκλημάτων ἐπισωρευθῆναι. Καλλίνικόν τε γὰρ τὸν ὁμολογητὴν, ἐπίσκοπον τοῦ Πηλουσίου, πέδαις σιδηραῖς ἐνδυσάμενον, εἱρκτῇ καταθέσθαι, καὶ μὴ διαλιπεῖν προσπυλακίζοντα, ἕως ἂν αὐτὸν τοῦ ζῆν ἀπελάσαι, προστεθῆναι ταῖς κατηγορίαις· καὶ δὴ καὶ ἡ Ἀρσενίου χεὶρ τμητικαῖς προεκομίσθη, καὶ ὁ Μαρεώτης, καὶ ὁ Ἰσχύρας, καὶ τὸ μυστικὸν ποτήριον, καὶ τὰ τοιαῦτα πλήσια τούτοις. ἐφ' οἷς αὐτὸν καὶ ἐκκηρύξαι τὸ συνέδριον, καὶ ἀντ' αὐτοῦ προχειρίσασθαι τὸν ἐκ Καππαδοκίας Γρηγόριον. ταῦτα μὲν οὖν ὁ Φιλοψευδὴς κακοσόργιος περὶ τοῦ ἁγίου πεπλάσθαι Ἀθανασίου.

cede conduxiſſe, & adverſus Euſebium, qui ſynodi illius princeps atque anteſignanus habebatur, per fraudem ſubmiſiſſe: tumultu illo ac motu qui ex hujuſmodi calumnia, ut veriſimile eſt, excitandus erat, eluſurum ſe judicium, & damnationem ſubterfugiturum eſſe, arbitrantem. Sed fraudem detectam eſſe ſcribit Philopſeudes noſter eodem plane modo, quo Orthodoxi ſcortum illud quod adverſus magnum Athanaſium ab Hæreticis conductum fuerat, convictum eſſe ſcribunt. Euſebium enim ait quæſiviſſe ex meretrice, utrum ſtupratorem ſuum noſſet. Quæ cum affirmaſſet illum ſibi probe notum eſſe, rurſus Euſebium quæſiviſſe, num ille in præſenti Epiſcoporum conſeſſu verſaretur. Eam vero reſpondiſſe: Bona verba, Domine. Neque enim ego tantopere inſanio, ut tales viros fœdæ libidinis inſimulem. Ex iis vero cum veritas in lucem prodire cœpiſſet, totam fraudis machinationem pateſactam fuiſſe. Et Euſebium quidem omni calumnia ſuperiorem apparuiſſe: Athanaſium vero qui judicium ſubterfugere ſperaverat, duplici judicio convictum abiiſſe, ad illegitimam ordinationem accedente ſceleſtiſſima calumnia. Atque idcirco communi omnium conſenſu depoſitionis ſententiam in eum latam eſſe. Athanaſium nihilominus frontem perfrixiſſe, ac dicere auſum, depoſitionis ſententiam ſicut & calumnias quæ ipſi objectæ fuerant, ab Epiſcopis qui in Concilio reſidebant, per odium ac ſimultatem eſſe fabricatam; propterea quod manuum impoſitionem ab ipſis accipere recuſaret. Quamobrem Imperatorem quoque alteri Epiſcoporum ſynodo mandaſſe, ut Athanaſii cauſa examinaretur. Iſtos vero alia inſuper crimina prioribus adjeciſſe. Nam & Callinicum Confeſſorem, Epiſcopum Peluſii, compedibus ferreis vinctum, ab illo miſſum eſſe in cuſtodiam: nec deſtitiſſe Athanaſium contumelias ei inferre, donec illum è medio ſuſtuliſſet. Tunc etiam manus Arſenii in medium prolata eſt, & Mareotes, & Iſchyras, & ſacrum poculum, & ejuſmodi alia. Has ob cauſas ait Athanaſium à ſynodo excommunicatum eſſe, & Gregorium Cappadocem in ejus locum ſubſtitutum. Et hæc quidem Philopſeudes noſter de ſancto Athanaſio falſa narrat.

12. Ὅτι φησὶν ἡ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου μήτηρ Ἑλένη, ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ τῆς Νικομηδείας κόλπου πόλιν ἐδείματο, [b] Ἑλενόπολιν αὐτὴν ἐπονομάσασα· ἀσπάσασθαι δὲ τὸ χωρίον κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ὅτι

12. Ait Helenam Imperatoris matrem, ad fauces ſinus Nicomediæ, urbem ædificaſſe quam Helenopolim cognominavit. Porro Helenam eo loco delectatam eſſe ob id unum, *Helenopolis.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐκφυγεῖν Ἀθανάσιον] Leges Grammaticæ poſtulant ut ſcribamus Ἀθανάσιον. Interpretem in hujus loci verſione lapſum eſſe mirum non eſt, quippe qui Græcæ linguæ prorſus fuerit ignarus.

2 Ὁ παρὼν χρόνος ἔχει] Aſſentior doctiſſimo viro Lucæ Holſtenio, qui ad latus ſui codicis emendavit χρεὼς: quam emendationem confirmant ſequentia. Ad hanc enim interrogationem Euſebii mulier illa ſic reſpondet: *σύφημει ὦ δέσποτα· οὐ γὰρ ἔγωγε ἂν μαινοίμην, ὥστε ἀνδρῶν τοιούτων αἰσχρᾶς ἡδονῆς δουλείαν καθεγνῶναι.* Id eſt, *Bona verba, Domine. Non enim tantopere inſanio, ut cuiquam ex confeſſu tantorum virorum crimen fœdæ libidinis objicere auſim.*

3 Πέδαις σιδηραῖς ἐνδυσάμενον] Lego ἐνδησάμενον.

VARIORUM.

a Ἀντ' αὐτοῦ προχειρίσασθαι Γρηγόριον] Poſtea, cap. 18. ait, Gregorium mortuum fuiſſe antequam Athanaſius de exilio, ſtatim poſt mortem Conſtantini, rediret. E contra inter omnes conſtat, Gregorium iſtum à Synodo demum Antiochena, anno 341, ordinatum fuiſſe. *W. Lowth.*

b Ἑλενόπολιν] Drepanum in Bithynia Helenopolim vocari juſſit Conſtantinus M. anno circiter Imperii ſui 21. in honorem Helenæ matris ibi natæ. vid. Soz. lib. 2. c. 2. not. a.

quod cadaver Luciani Martyris poſt coronam martyrii eo deportatum fuiſſet à delphino.

Lucianus M.

13. Ait Lucianum Martyrem, cum jam jam moriturus eſſet, & tyrannica vis nec Eccleſiæ, nec altaris copiam faceret: cumque vincula & plagæ ne quidem ut ſe commoveret, ei permitterent, ſupinum jacentem, ſupra proprium pectus tremendum ſacrificium peregiſſe, & tum ipſum participaſſe, tum aliis ut de immaculato ſacrificio participarent, copiam feciſſe. Peractum autem eſt hoc ſacrificium in carcere, cum ſacer Chriſtianorum Chorus qui illum ut pote morientem undique cingebat, Eccleſiæ ſpeciem referret, ac ſimul munimentum præſtaret, ne ab impiis ſpectari poſſent ea quæ gerebantur.

Luciani diſcipuli.

14. Hujus Martyris Luciani cum multos alios diſcipulos recenſet Philoſtorgius, tum præcipue Euſebium Epiſcopum Nicomediæ, Marim Chalcedonis, Theognin Nicææ: Leontium præterea qui poſtmodum Epiſcopus Antiochiæ factus eſt, & Antonium Tarſi Ciliciæ: Menophantum item & Numenium atque Exdoxium. Alexandrum quoque & Aſterium Cappadocem: Quos etiam ait Tyrannorum cedentes violentiæ, diis Gentilium ſacrificaſſe: poſtea tamen lapſum ſuum emendaſſe, magiſtro ipſis ad pœnitentiam opitulante.

15. Ex ſupradictis autem, Antonium quidem ac Leontium integram atque illibatam pietatem ſervaſſe dicit: Euſebium vero & Theognim ac Marim à Nicæna quidem ſynodo in tranſverſum abreptos eſſe: poſtea vero ad priſtinam ſententiam rediiſſe. Marim tamen qui ad ſanam doctrinam reverſus fuerat, in alium denuo errorem prolapſum eſſe. Pari modo etiam Theognim, qui Deum etiam antequam genuiſſet filium, patrem fuiſſe exiſtimavit, ut pote qui gignendi vim haberet. Sed & Aſterium Luciani doctrinam interpolaſſe ſcribit, quippe qui in ſcriptis & orationibus ſuis affirmet, Filium ſubſtantiæ Patris imaginem eſſe nulla in re differentem.

Conſtantini M. obitus & Teſtamentum.

16. Ait Conſtantinum, cum triceſimum ac ſecundum annum Imperii ſui ingreſſus eſſet, veneno à fratribus ſuis necatum eſſe Nicomediæ. Cumque exitus

δὲ Λυκιανὸς ὁ Μάρτυς ἐκεῖσε τύχοι μὲν ἐπὶ μαρτυρικὸν θάνατον ὑπὸ δελφῖνος ἐκκομισθείς.

13. Ὅτι τὸν Μάρτυρα Λουκιανόν φησι μέλλοντα τελευτᾶν, μήτε ναὸν μήτε θυσιαστήριον τῆς τυραννικῆς βίας παρεχούσης, ἀλλὰ μηδὲ ἀνπκινεῖσθαι τῶν δεσμῶν καὶ πληγῶν συγχωρούντων, ἐπὶ τῷ οἰκείῳ στέρνῳ ἀνακείμενον τὴν φρικτὴν θυσίαν τελεσάμενον, οὕτω τε αὐτὸν μεταλαβεῖν, καὶ τοὺς ἄλλους μεταλαβεῖν τοῦ ἀχράντου θύματος ὑπερθέσθαι. ἐτελέσθη δὲ ἡ ἱερουργία ἐν τῇ εἱρκτῇ, τοῦ κυκλώσαντος αὐτὸν ἱεροῦ χοροῦ ὡς ἤδη ἀποθνῄσκοντα, ἐκκλησίας σχῆμα καὶ ἀσφάλειαν τῷ μὴ καθορᾶσθαι τὰ δρώμενα ὑπὸ τῶν βεβηλούντων ἀναπληρουμένου.

14. Ὅτι τούτῳ τῷ μάρτυρος πολλοὺς μὲν καὶ ἄλλους μαθητὰς ἀναγράφει, οἷς καὶ Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας, καὶ Μάριν τὸν Χαλκηδόνος, καὶ τὸν Νικαίας Θέογνιν συνατάττει, καὶ Λεόντιον, τὸν ὕστερον γενόμενον τῆς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον, καὶ Ἀντώνιον τὸν Ταρσοῦ τῆς Κιλικίας, καὶ Μηνόφαντον, καὶ Νεομήνιον, καὶ Εὐδόξιον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἀλέξανδρον καὶ Ἀστέριον τὸν Καππαδόκην· οὓς καὶ Ἑλληνίσαι φησὶ συνδόξας τῇ τῶν τυράννων βίᾳ· ὕστερον δὲ ἀνακαλέσασθαι τὴν πεῖραν, συμβαλλομένου αὐτοῖς πρὸς τὴν μετάνοιαν τοῦ διδασκάλου.

15. Ὅτι τοὺς εἰρημένων Ἀντώνιον μὲν καὶ Λεόντιον, ἀπαρέγκλητον τὴν εὐσέβειαν διασώσασθαι λέγει· Εὐσέβιον δὲ καὶ Μάριν καὶ Θέογνιν, συναπαχθῆναι μὲν τῇ κατ' Νίκαιαν συνόδῳ, ἀνενεχθῆναι δὲ τῆς μεταβολῆς. τὸν δὲ Μάριν ἐκεῖθεν ἀνενεχθέντα, εἰς ἑτέραν αὖθις κατολισθῆσαι ἀτοπίαν, καὶ δὴ καὶ τὸν Θέογνιν· ὃς τὸν Θεὸν καὶ πρὸ τοῦ γεννῆσαι τὸν υἱὸν πατέρα οἴεται, ἅτε δὴ τὸ δύναμιν ἔχοντα τοῦ γεννῆσαι· ἀλλὰ δὴ καὶ τὸν Ἀστέριον διαστρέψαι τὸ φρόνημα, ἀπαράλλακτον εἰκόνα τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας εἶναι τὸν Υἱὸν ἐν τοῖς αὐτοῦ λόγοις καὶ γράμμασι διαμαρτυρόμενον.

16. Ὅτι τὸ τριακοστὸν δεύτερον ἔτος βασιλεύοντος αὐτῷ Κωνσταντίνου, ἐν Νικομηδείᾳ φαρμάκοις ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν τεθνάναι γράφει·

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀλλὰ μηδὲ ἀνπκινεῖσθαι] In MS. codice Samuelis Bocharti ſcriptum inveni, ἀλλὰ μηδὲ αὐτῆς κινεῖσθαι. Quæ licet corrupta ſit lectio, viam tamen ad veram ſcripturam nobis oſtendit. Scribo igitur, ἀλλὰ μηδὲ αὐτῷ κινεῖσθαι τῶν δεσμῶν καὶ πληγῶν συγχωρούντων, &c.

2 Παρὰ τῶν εὐσεβούντων] Sic etiam legit Nicephorus, ut videre eſt in libro octavo capite 31. Magis tamen placet conjectura Lucæ Holſtenii, qui ad latus ſui codicis annotavit legendum ſibi videri ἀσεβούντων.

3 Ἀπαράτρεπτον τὴν ἀσέβειαν] Procul dubio ſcribendum eſt εὐσέβειαν, ut legitur in MS. codice Bocharti.

4 Διαμαρτυρομένης] Quis non videt ſcribendum hic eſſe διαμαρτυρόμενον. Certe in MS. codice Bocharti legitur διαμαρτυρόμενος.

VARIORUM.

a Ἀπαράλλακτον εἰκόνα] Hæc Aſterius ex Luciani Symbolo totidem verbis mutuatus eſt, ut ex collatione apparebit, inquit el. G. Bullus Defenſ. Fid. Nic. Sect. 2. cap. 13. n. 6. quem de Luciano ejuſque Symbolo vid. apud Soz. lib. 3. cap. 5. not. a. Baronius etiam Lucianum hæreſi liberare conatur, *notis in Martyrologium, & Annalibus ad ann.* 311. & 318.

b Φαρμάκοις ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν τεθνάναι] Idem quod Philoſtorgius, produnt Zonaras & Cedrenus. Zonaræ verba ſunt: *Φάρμακόν τι πιεῖν δηλητήριον λέγεται παρὰ τῶν ἐπιγαμβρῶν αὐτῷ κεραθὲν ἀδελφῶν. toxicum à fratribus patre duntaxat eodem natis temperatum hauſiſſe fertur.* At nihil tale ab aliis Hiſtoricis, ſive Ethnicis ſive Chriſtianis memoratum reperimus.

ἐγὼ

ἐγγὺς δὲ τοῦ τέλους γενόζα καὶ αἰσθόμενον τῆς ἐπιβουλῆς, διαθήκας τε γράψαι, πιμωείαν ἀπαιτούσας τοὺς ἀνελόντας, ϗ ταύτῃ εἰσπράξαθαι
1 τὸν πρωτοκαθεδρίτην τῆς παίδων κελεῦσαι, δέος τοῦ μή τι κἀκείνους ὑπ' αὐτῶν ὅμοιον ὑποστῆναι· δοῦναί τε τὰς διαθήκας Εὐσεβίῳ τῷ Νικομηδείας. τὸν δὲ ὑφορώμενον τοὺς τοῦ βασιλέως ἀδελφοὺς, μή ποτε ζητήσαν αὐτὰς, καὶ ἀναμαθεῖν τὰ γεγραμμένα βουληθεῖεν, σθῆναι τῇ χειρὶ τοῦ νεκροῦ τὸ βιβλίον, καὶ πρυβύσαι τοῖς ἱματίοις. ἐπιζητη-
2 σάντων δ' ὡς ὑπενόει, λαβεῖν μὲν φᾶναι, ἀπαπαραδοῦναι δὲ πάλιν εἰς χεῖρας ὁμολογῆσαι. εἶτα μὲν ταῦτα ἀνελόμενον, Κωνσαντίῳ τῷ αὐτοῦ παιδὶ ἐγχειρίσαι τὸ γράμμα πρφθάσαντι τοὺς ἄλλους· τὸν δὲ μετ' οὐ πολὺ τὰ πρόσταγματα τοῦ πατρὸς ἀπραξάθαι.

17. Οὗτος ὁ θεομάχος, ϗ τὴν Κωνσαντίνου εἰκόνα τὴν ἐπὶ τῆς πορφυρᾶς κίονος ἱσαμένην,
3 θυσίαις τε ἱλάσκεσθαι, καὶ λυχνοκαΐαις καὶ θυμιάμασι τιμᾶν, καὶ εὐχὰς πρσάγειν ὡς Θεῷ, καὶ ἀποτροπαίους ἱκετηρίας τῶν δεινῶν ἐπιτελεῖν τοὺς Χριστιανοὺς κατηγορεῖ.

18. Ὅτι τελευτήσαντος τοῦ μεγάλου Κωνσαντίνου φησι, ϗ τ πανταχόθι μεθορίαις ἱταλαιπωρημένων ἄδειαν ἀνακλήσεως εἰληφότων, καὶ Ἀθανάσιόν φησι ἐκ τῆς Γαλλιῶν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πρσαγενόζα, ἐπεὶ Γρηγόριον ἐμεμαθήκει τετελευτηκόζα, ὡς εἶχεν εὐθὺς ἀπὸ τῆς νεὼς εἰς τ ἐκκλησίαν χωρῆσαι, ϗ τ θρόνον ἀναλαβεῖν, μηδένα λόγον τ ἀποκηρυξάντων αὐτὸν πεποιηκότα.

vitæ jam instaret, compertis insidiis testamentum scripsisse, quo mandabat, ut in auctores cædis animadverteretur: jussisseque ut ex liberis suis is qui primus advenisset, pœnas de illis sumeret, ne forte ipsi quoque simili fraude ab illis extinguerentur. Porro testamenti tabulas à Constantino traditas esse Eusebio Nicomedienſi Epiſcopo. Hunc vero metuentem ne Imperatoris fratres eas requirerent, & quid in illis scriptum esset cognoscere cuperent, tabulas in mortui manu repositisse, & in vestibus ejus occultasse. Cum igitur illi, sicut suspicatus fuerat Eusebius, testamenti tabulas requisiissent, Eusebium respondisse: se quidem eas accepisse, sed statim eas in manus Constantini ipsius reddidisse. Postea vero eumdem Eusebium, cum testamenti tabulas rursus abstulisset, eas tradidisse Constantio Constantini filio, qui fratrum suorum adventum præverterat. Hunc vero non multo post, ea quæ pater testamento mandaverat, executum esse.

17. Hic etiam impius Dei hostis Christianos accusat, quod imaginem Constantini in porphyretica columna stantem sacrificiis placarent, & lucernis accensis ac suffitibus honorarent; vota etiam facerent ut Deo, & supplicationes ad depellendas calamitates peragerent. *Constantini imago.*

18. Post mortem Constantini Magni, cum omnes ubicumque qui exulabant, redeundi licentiam nacti essent, Athanasium quoque ex Galliis Alexandriam reversum esse scribit. Cumque Gregorium mortuum esse didicisset, ex nave egressum, protinus ita ut erat, in Ecclesiam venisse ac sedem recepisse, nulla ratione habita eorum qui ipsum deposuerant. *Athanasii reditus.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Κελεῦσαι δὲ εἰ τοῦ μήπ κἀκείνους] Hujus loci emendatio debetur codici Bochartiano, in quo ita scribitur: ϗ ταύτῃ εἰσπράξασθαι τὸν πρωτοκαθεδρίτην τῶν παίδων κελεῦσαι, ὅπως μή τι κἀκείνους ὑπ' αὐτῶν ὅμοιον ὑποστῆναι. Sic etiam Lucas Holstenius ad latus sui codicis emendarat, retento tamen articulo τοῦ. Verum si articulus iste retineatur, expungendum erit adverbium μή, & locus ita legendus: ὅπως τοῦ κἀκείνους τι ὑπ' αὐτῶν ὅμοιον ὑποστῆναι.

2 Ὡς ἐπενόει] Dudum conjeceram scribendum esse, ὡς ὑπενόει. Conjecturam meam postea confirmavit codex Bocharti, in quo ita diserte scriptum inveni.

3 Θυσίαις τε ἱλάσκεσθαι] Non immerito Photius reprehendit Philostorgium, quod dixerit Constantini statuam victimis & sacrificiis cultam esse à Christianis. Id enim prorsus commentitium est, & à religione Christianorum alienum. Sed quod ait Philostorgius lucernas & cereos ad ejus statuam accensos fuisse, precesque ei allegatas, & morborum curationes ab eo postulatas, id verissimum est, nec reprehendi debuit à Photio. Idem certe testatur Theodoritus in libro 1. Hist. Eccles. cap. ultimo; & ex eo Nicephorus in fine libri septimi. Auctor quoque Chronici Alexandrini, Gallicano & Symmacho Coss. de hac Constantini statua ita scribit: ποιήσας ἑαυτῷ ἄλλον ξήλον ἀπὸ ξοάνου κεχρυσωμένου, βασταζόυσων ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ τὴν τύχην τῆς αὐτῆς πόλεως καὶ αὐτὴν κεχρυσωμένην, κελεύσας κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τοῦ γενεθλιακοῦ ἱππικοῦ εἰσέναι τὴν αὐτὴν τοῦ ξοάνου ξήλην, δηριζευομένην ὑπὸ τῶν θραυσμάτων μετὰ χλανιδίων καὶ κομπαγίων, πάντων κραζόντων κηρὸς λύκνους, ἀθρόως τὸ ὄχημα τὸν ἄνω κάμπον καὶ ἔρχεται εἰς τὸ σκάμμα κρίναντι τοῦ βασιλικοῦ κριτίσματος, καὶ ἐπιχείρας κατὰ καιρὸν βασιλέα, καὶ προσκυνῆν τὴν ξήλην τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Κωνσαντίνου καὶ τύχης τῆς αὐτῆς πόλεως. Id est, *Cum fecisset sibi aliam statuam ex veteri quodam simulachro, inauratam, quæ dextra manu gestabat fortunam urbis Constantinopolitanæ, quæ ipsa quoque erat inaurata. Jussitque ut eo die quo Circenses ob natalem urbis Constantinopolitanæ edebantur, introiret eadem statua simulachri, deducta à militibus, lanas & campagos, seu calceos habentibus, & cereos albos manu gestantibus: utque currus quo statua vehebatur circum iret superiorem campum, & ad Scamma procederet ex adverso imperialis solii: utque Imperator qui temporibus illis regnaret, è solio assurgens adoraret statuam ejusdem Imperatoris Constantini, & fortunæ urbis Constantinopolitanæ.* In Græco textu emendavi, καμπαγίων pro χαμπαχίων. Præterea correxi ἐπιχείρας τὸν κατὰ καιρὸν βασιλέα. Quam emendationem confirmat Hesychius in libro de originibus urbis Constantinopolitanæ sub finem. Verum dubitare quis non immerito possit, utrum hanc Constantini statuam intelligat Philostorgius hoc loco, an alteram potius ex ære radiatam, quam idem Constantinus in foro urbis Constantinopolitanæ sibi erexerat supra columnam porphyreticam, de qua loquitur Auctor Chronici Alexandrini, Januario & Justo Coss. Hanc igitur statuam, quam posteriore loco nominavi, potius intelligi puto à Philostorgio, duas ob causas. Primum, quia Philostorgius eam statuam prophyreticæ columnæ impositam fuisse dicit. Quod quidem verum est de posteriore statua Constantini, non autem de priore. Secundo, quia Philostorgius ad illam Constantini statuam crebros ac pene quotidianos populi conventus fuisse scribit: quod quidem statuæ illi, quæ erat in foro Constantini supra columnam porphyteticam, melius convenit. Statua autem illa, ἀπὸ ξοάνου, quæ fortunam urbis dextra manu gestabat, semel tantum quotannis ab Imperatore & populo adorabatur in Circo, ut testatur Hesychius de originibus Constantinopolitanis, & Auctor Chronici Alexandrini.

EX LIBRO TERTIO.

Conſtantini junioris cædes.

AIT Philoſtorgius, Conſtantinum, qui filiorum Conſtantini erat maximus natu, Conſtanti fratri inſidias ſtruxiſſe. Et cum ducibus ejus conſerto prælio interfectum eſſe, & portionem imperii illius, Conſtantis Imperio adjunctam fuiſſe.

Conſtantius Eccleſiam condit, & reliquias infert.

2. Multis laudibus Conſtantium effert Philoſtorgius, aitque eum Conſtantinopoli Eccleſiam ædificaſſe, quæ revera & eſt & dicitur magna. Reliquias etiam Andreæ Apoſtoli ex Achaia eum tranſtuliſſe ſcribit in Eccleſiam quam ipſe abſolverat, quæ Apoſtolorum vocatur. Et juxta eam Eccleſiam patris ſui tumulum collocaſſe. Lucam præterea Evangeliſtam ex eadem Achaia ab eo tranſlatum eſſe in ſupradictam Eccleſiam. Timotheum denique Apoſtolum ab urbe Ioniæ Epheſo in celebrem illam ac venerabilem Baſilicam juſſu ejuſdem Conſtantii deportatum fuiſſe.

Athanaſius fugit.

3. Ait Philoſtorgius Conſtantium, cum Athanaſium Alexandrinam ſedem poſtliminio recuperaſſe didiciſſet, eum quidem expuliſſe Alexandria: mandaſſe vero ut Georgius Cappadox ejus loco ordinaretur. Athanaſium itaque, cum Imperatoris minas & inimicorum inſidias reformidaret, ad Imperatorem qui tum in Occidentis partibus regnabat, denuo ſe contuliſſe.

Ad Homeritas Legatio.

4. Ait Philoſtorgius, Conſtantium Legatos miſiſſe ad eos qui olim quidem Sabæi, nunc autem Homeritæ vocantur. Eſt hæc gens eorum qui ex Chettura nati ſunt Abrahæ. Regionem autem quam incolunt, Arabiam magnam & Felicem à Græcis appellari ſcribit, & ad extimum Oceanum pertingere. Ejuſque metropolim eſſe Sabam, ex qua urbe olim Regina ad Salomonem viſendum profecta eſt. Eſt autem ea gens ex Circumciſione, & octavo die circumciditur. Sacrificant etiam Soli & Lunæ & diis indigenis. Judæorum quoque non exigua multitudo iis permixta eſt. Ad hos igitur Legationem miſit Conſtantius, eo conſilio ut ad veram pietatem illos traduceret. Proinde magnificis muneribus & blanda verborum perſuaſione Regem illius gentis ſibi conciliare ſtatuit,

ΕΚ ΤΗΣ ΤΡΙΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

ΟΤΙ [a]Κώνσταντά φησιν, ὃς ἰῶ πρεσβύτερος τῶν 2
Κωνσταντίνου παίδων, ἐπιβουλεύσαι τῷ ἀδελφῷ Κωνσταντίνῳ, καὶ μάχῃ τοῖς γνησίοις αὐτοῦ συρραγέντα ἀμφοτέρωθεν τε, καὶ τὴν μοῖραν τὴν ὑπ' αὐτὸν ἀρχῆς εἰς τὴν Κώνσταντος ἀνακοινωθῆναι.

2. Ὅτι Κωνστάντιον δι' ἐπαίνων ἄγει, καὶ τὴν ἐκκλησίαν φησὶν αὐτὸν δομήσασθαι τὴν ἐν Κωνσταντίνου πόλει, καὶ οὖσαν καὶ καλουμένην μεγάλην. καὶ δὴ καὶ Ἀνδρέου τοῦ Ἀποστόλου ἐκ τῆς Ἀχαΐας μεταχομίσαι ἐπὶ τὸν ναὸν ὃν οὗτος ἐξῳκοδόμησατο, τὸ κοινὸν [b]τῶν ἀποστόλων ἐπιφερόμενον ὄνομα. οὗ πλησίον καὶ τὸν παῖδα τάφον ἱδρύσασθαι· καὶ δὴ καὶ Λουκᾶν τὸν θαυμελιστὴν ἐκ τῆς αὐτῆς Ἀχαΐας εἰς τὸ αὐτὸ μετενεγκεῖν τέμενος· ἀλλὰ καὶ Τιμόθεον τὸν Ἀποστόλων ὡσαύτως ἐξ Ἐφέσου τῆς Ἰωνίας εἰς τὸν αὐτὸν ἀνακομίσαι θεῖόνυμον καὶ σεβάσμιον οἶκον. b

3. Ὅτι φησὶ ὡς ὁ Κωνστάντιος γνοὺς Ἀθανάσιον τὸν Ἀλεξανδρείας θρόνον ἀναλαβεῖν, ἐκεῖνον μὲν ἐλαύνει τῆς Ἀλεξανδρείας, ἀντιχειροτονηθῆναι δὲ γνώμῃ Ἀποφαίνῃ Γεώργιον τὸν ἐκ Καππαδοκίας. ὁ δὲ Ἀθανάσιος δείσας καὶ τὰς ἀπειλὰς καὶ τὸν ἐξ ἐπιβουλῆς θάνατον, πρὸς τὸν ἑσπέριον ἀφικνεῖται πάλιν βασιλέα.

4. Ὅτι Κωνστάντιόν φησι ἀπρεσβύσασθαι [c]πρὸς τοὺς πάλαι μὲν Σαβαίους, νῦν δὲ Ὁμηρίτας καλουμένους. ἔστι δὲ τὸ ἔθνος τὸ ἐκ Χετθούρας τῷ Ἀβραὰμ γενομένων· τὴν δὲ χώραν μεγάλην τε Ἀραβίαν καλεῖσθαι καὶ εὐδαίμονα πρὸς τῶν Ἑλλήνων· καθήκειν δὲ ἐπὶ τὸν ἐξώτατον ὠκεανόν· ἧς μητρόπολις ἡ Σάβα· ἐξ ἧς καὶ ἡ βασιλὶς [1]καὶ τὸν Σολομῶντα πρὸς ἀπογεγόνει. [2]ἐμπερίτομον δὲ τὸ ἔθνος, καὶ τὴν ὀγδόην πρὸς ἡμέραν· καὶ θύουσιν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ δαίμοσιν ἐπιχωρίοις. οὐκ ὀλίγον δὲ πλῆθος καὶ Ἰουδαίων αὐτοῖς ἀναπέφυρται. [3]πρὸς τούτοις οὖν ἀπρεσβεύεται Κωνστάντιος, ἐπὶ τὴν θεοσέβειαν σκοπὸν ποιούμενος αὐτοὺς μεταθέσθαι. δώροις τε οὖν μεγαλοπρεπέσι, [4]καὶ πλήθει, τὸν καθηγούμενον τοῦ ἔθνους οἰκειώσασθαι διενοεῖτο·

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ τὸν Σολομῶντα παραγεγόνει] Nicephorus in libro octavo cápite 35. hunc Philoſtorgii locum deſcribens, ita legit: ἐξ ἧς Σολομῶντι παραγεγενέναι λόγος ἔχει τὴν τοῦ νότου βασίλισσαν. Ego Photium ſcripſiſſe puto πρὸς τὸν Σολομῶντα.

2 Ἐκπεπέμφθαι δὲ τὸ ἔθνος] Scribendum eſt procul dubio ἐμπεπέμφθαι, quemadmodum præferunt ſcripti codices, Scoriacenſis ſcilicet & Bochartianus. Quam ſcripturam confirmat etiam Nicephorus in libro 8. capite citato.

3 Πρὸς τούτοις οὖν ἀπρεσβεύεται] Scribe meo periculo, πρὸς τούτους; Sic enim poſtulant leges Grammaticæ.

4 Καὶ πλήθει] Scribendum mihi videtur καὶ πηλοῖ, quam ſcripturam in interpretatione mea expreſſi. Certe vulgata lectio ferri non poteſt.

VARIORUM.

a Κώνσταντά φησιν] Ait hic Philoſtorgius Conſtantem fratri Conſtantino inſidias ſtruxiſſe; cum contra prodant alii Conſtantinum de Africa nominatim fratri Conſtanti controverſiam moventem adverſus eum bellum moviſſe. Et hunc ſenſum ſecutus eſt Valeſius in ſua Interpretatione. Vid. Socr. lib. 2. cap. 5. Soz. lib. 3. cap. 2.

b Τῶν Ἀποστόλων] SS. Apoſtolorum Templum, omnium poſt Sophianum celeberrimum ac pulcherrimum, exſtruxit Conſtantinus M. ut in eo Imperatores Chriſtiani poſt obitum humarentur. Theophanes pag. 21. Euſebius Vit. Conſt. lib. 4. cap. 58. Socr. lib. 1. cap. 16. Vide multa de hoc Templo apud DuCangium in CPoli Chriſtiana, lib. 4. cap. 5.

c Πρὸς τοὺς πάλαι μὲν Σαβαίους] Peracta eſt hæc Legatio anno 356. ut exiſtimat Gothofredus in Comment. Leg. 2. Cod. Theod. de Legatis, data XVIII. *Kal. Feb. Conſtantio Aug. VIII & Juliano Cæſ. Coſſ.* in qua dicit Imperator: *nullus ad gentem Axumitarum & Homeritarum ire præceptus &c.* Id eſt, *legatione fungi juſſus*, ut explicat Gothofredus.

1 Κακεῖθεν αὐτὴ καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας σπέρματα χώραν εὐκαιρίαν ἐναποθέσθαι. ἀξιοῖ δὲ καὶ παρασχεῖν ἐκκλησίας τοῖς ἐκεῖσε τῶν Ῥωμαίων ἀφικνουμένοις ἀνοικοδομήσασθαι, καὶ εἴπερ ἄλλο τῶν αὐτοχθόνων ἐπὶ τὴν εὐσέβειαν προκλίνοιεν. ἐδίδου δὲ καὶ φέρειν φιλοτίμως τοὺς πρέσβεις καὶ τῆς οἰκοδομῆς τὸ ἀνάλωμα. ταύτης δὲ τῆς πρεσβείας ἐν τοῖς πρώτοις ἦν καὶ Θεόφιλος ὁ Ἰνδός, ὃς πάλαι μὲν Κωνσταντίνου τοῦ πάλαι βασιλεύοντος, ἔτι τὴν ἡλικίαν νεώτατος, κατ' ὁμηρείαν 2 παρὰ τῶν Διβηνῶν καλουμένων εἰς Ῥωμαίους ἐστάλη. Διβοῦς γὰρ ἐστὶν αὐτοῖς ἡ νῆσος χώρα, τῶν Ἰνδῶν δὲ καὶ οὗτοι φέρονται τὸ ἐπώνυμον. τὸν μέντοι Θεόφιλον, ὀλίγον Ῥωμαίοις διατρίψαντα χρόνον, τά τε ἤθη εἰς τὸ ἀκρότατον πρὸς ἀρετὴν ῥυθμίσαι, καὶ τὴν δόξαν πρὸς θεοσέβειαν καὶ τὸν μοναύλιον ἀνελέσθαι βίον· καὶ δὴ καὶ εἰς βαθμὸν διακόνων προαγαγεῖλαι, Εὐσεβίου τὰς ἱερουργοὺς αὐτῷ χεῖρας ἐπιθεμένου. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρότερον. τὴν δὲ πρεσβείαν ὑπελθόντα καὶ 3 ἐφόρου λαβεῖν παρὰ τῶν ὁμοδόξων ἀξίωμα. ὁ μέντοι Κωνστάντιος μεγαλοπρεπῶς καὶ 4 εἰς τὸ μάλιστα κεχαρισμένον τὴν πρεσβείαν στέλλων, καὶ ἵππους εἰς διακοσίους τῶν ἐν Καππαδοκίᾳ εὐγενεστάτων ἱππαγωγοῖς πλοίοις κομιζομένους, καὶ πολλὰς ἄλλας δωρεὰς εἰς τὸ πολυτελέστατον θαῦμα παρασχεῖν, καὶ θελκτηρίους συνεξέπεμψε. καταλαβὼν δὲ τοὺς Σαβαίους ὁ Θεόφιλος, πείθειν ἐπεχείρει τὸν ἐθνάρχην, Χριστόν τε σέβειν εἰδέναι, καὶ τὴν Ἑλληνικῆς πλάνης ἀποστῆναι. ἡ δὲ τῶν Ἰουδαίων οἰκεία ἐπίνοια, τῷ Θεοφίλου θαυμαστοῖς ἔργοις καὶ ἅπαξ καὶ δὶς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἄμαχον ἐπιδειξαμένου, εἰς σιγὴν μὲν βαθείαν, 5 καὶ ἄκον τὸ ἀνυπόνοητον κατέδυ. τὰ δὲ τῆς πρεσβείας τὸ πέρας ἐδέχετο, καθαρότητι γνώμης τοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος τοῦ ἔθνους πρὸς τὴν εὐσέβειαν προκλίναντος, καὶ τρεῖς ἐν μίαν ἐκκλησίας ἀνὰ τὴν χώραν ἀναστήσαντος, οὐκ ἐξ ὧν οἱ πρέσβεις ἔφερον βασιλικῶν ἀναλωμάτων, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτὸς ἐκεῖνος προθύμως οἴκοθεν ἐχορήγει· καὶ

atque ex eo ſtatim opportunitatem nactus, Religionis ſemina ibi ſpargere. Poſtulavit etiam, ut Romanis illuc navigantibus, & regionis incolis qui ad Chriſti fidem converti vellent, Eccleſias ædificare liceret. Dedit etiam Legatis magnam vim pecuniæ, quam ædificandis Eccleſiis impenderent. Hujus porro Legationis princeps erat Theophilus Indus. Qui olim quidem Conſtantino imperium adminiſtrante admodum juvenis, obſes à Divæis miſſus fuerat ad Romanos. Horum regio Divus inſula eſt. Incolæ vero ipſi quoque Indi cognominantur. Porro hunc Theophilum, cum diu inter Romanos vixiſſet, mores ſuos ad ſummam virtutis perfectionem formaſſe, & veram de Deo opinionem amplexum eſſe ſcribit: ſed & Monaſticam vitam eum elegiſſe, & ad gradum diaconi promotum eſſe teſtatur, Euſebio ſacras ei manus imponente. Sed hæc quidem prius. Poſtea vero cum Legationem hanc obeundam ſuſcepiſſet, à ſuæ communionis hominibus Epiſcopali dignitate eum ornatum eſſe. Cæterum Conſtantius, cum eam Legationem magnificam & valde gratioſam eſſe vellet, ducentos equos ex Cappadocia generoſiſſimos navibus impoſitos, multaque alia dona, partim ad conciliandam admirationem, partim ad alliciendos animos miſit. Theophilus igitur cum ad Sabæos veniſſet, gentis principi perſuadere conatus eſt, ut Chriſtum coleret, & à Gentilium errore recederet. Et Judæorum quidem ſolita fraus ac malitia, in profundiſſimum ſilentium ſe ſe abdere coacta eſt, cum Theophilus admirandis operibus editis fidem Chriſti invictam eſſe ſemel atque iterum oſtendiſſet. Legatio vero felicem exitum ſortita eſt, cum princeps gentis illius ſincero animo ad veram pietatem tranſiiſſet, & tres Eccleſias in ea regione ædificaſſet, non tamen ex ea pecunia quam Legati ab Imperatore ſecum attulerant, verum ex iis ſumptibus quos ipſe alacri animo ex privata pecunia ſup-

Theophilus Indus.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Κακεῖθεν αὐτὴ καὶ τὰ] In MS. codice Bocharti ſcriptum inveni, κακεῖθεν αὐτῆς per compendium. Quod cum non intelligeret Gothofredus, edidit αὐτὴ: quæ vox nihili eſt Sed procul dubio legendum eſt αὐτοῖς, ſupple ὁμηρείτας. Scribendum etiam videtur χώραν εὐρών.

2 Πρὸς τῶν Διβηνῶν καλουμένων] Aſſentior Lucæ Holſtenio, qui ad latus ſui cod. adnotavit legendum ſibi videri, παρὰ τῶν Διβηνῶν καλουμένων. Quamquam πρὸς retineri etiam poteſt eodem ſenſu. Porro ab his Divæis ait Philoſtorgius obſidem miſſum eſſe ad Conſtantinum Magnum, Theophilum Indum, dum adhuc eſſet adoleſcens. Erat igitur hic Theophilus Divæus, ortus ex Diva inſula maris Indici. Hujus nationis Indicæ meminit Ammianus Marcellinus, in libro 22. pag. 211. editionis noſtræ. *Hinc nationibus Indicis certatim cum donis Optimates mittentibus ante tempus abuſque Divis & Serindivis.* Quo in loco Divi quidem ſunt, quos Divenos vocat Philoſtorgius, qui Divu, vel Devu inſulam incolunt. Hæc eſt fortaſſe inſula quæ Diu vulgo vocatur, ad oſtium Indi fluminis ſita, Regi Cambaiæ obnoxia: quam deſcribit Hieronymus Oſorius in libro 9. de rebus Emanuelis. Quod ſpectat ad Serindivos, aſſentior viro doctiſſimo Samueli Bocharto, qui Serindivos ait eſſe incolas inſulæ Seilan, quæ & Serandib Arabice dicitur. Quam eandem eſſe cum Taprobane, multis argumentis probat Bochartus in libro primo de coloniis Phœnicum, capite ultimo.

3 Ἐφόρου λαβεῖν παρὰ τῶν ὁμοδόξων ἀξίωμα] Id per invidiam atque æmulationem ab Arianis factum eſſe opinor. Nam cum Athanaſius paulo ante hæc tempora Frumentium Catholicum Epiſcopum ad Axumitas miſiſſet, ut ex Rufino refert Socrates atque Sozomenus, Ariani, Athanaſii gloriæ invidentes, ut ſuum dogma in illis regionibus diſſeminarent, Theophilum Indum eo mittendum curarunt: quem Epiſcopi dignitate decorarunt, ut illum opponerent Frumentio. Quin etiam ſuaſerunt Conſtantio Imperatori, ut ad Tyrannos Axumitarum (ſic enim Regulos earum nationum appellare conſueverant, ut docet Arrianus in Periplo maris Erythræi) literas ſcriberet, quibus poſcebat ut Frumentius ex illis regionibus ejiceretur, ut teſtatur Athanaſius in Apologetico.

4 Εἰς τὸ κάλλιστα] Rectius in codice Bocharti legitur εἰς τὸ μάλιστα κεχαρισμένον, quemadmodum etiam ſcriptum eſt apud Nicephorum in lib. 9.

5 Καὶ ἀκοντὶ ἀνυποπτήτως] In MS. codice Samuelis Bocharti ſcriptum inveni, καὶ ἄκον τὸ ἀνυπόνοητον καθέδυ. Quæ lectio procul dubio vulgatæ præferenda eſt. Neque enim ἀνυποπτήτως Græce dicitur; aut ſi dicitur ἀνυποπτήτου, non convenit tamen huic loco. Poſſet etiam legi ἐκ ἄπαν τὸ ἀνυπόνοητον. Porro de Judæorum malitia, qui Theophili prædicationi obſiſtebant, teſtatur etiam Metaphraſtes in martyrio S. Arethæ & ſociorum: cujus locum jam protulit Gothofredus in Annotationibus. Nec quicquam cauſæ erat, cur Gothofredus dubitaret utrum è Philoſtorgio, an ex Nicephoro narrationem illam hauſiſſet Metaphraſtes, cum Nicephorus longe poſterior ſit Symeone Metaphraſte.

peditavit, admirandis Theophili operibus æqualem animi sui magnitudinem exhibere contendens. Ex illis autem Ecclesiis, unam quidem in Metropoli totius gentis quam Tapharon vocant, ædificavit. Aliam vero in eo loco in quo Romanum erat emporium, ad exteriorem Oceanum vergens. Vocatur autem hic locus Adane, quo cuncti qui ex Romanorum ditione veniunt, appellere solent. Tertiam denique Ecclesiam in altera Regionis parte extruxit, ubi Persicum est emporium celebre, in ostio maris Persici quod inibi est, situm.

τῷ θαύματι τ̃ Θεοφίλε ἔργων, ἀμείλλον παρέχειν ἐφιλοπμεῖτο τὸ ϖεθυμον. τ̃ν δὲ ἐκκλησιῶν μίαν μὲν ἐν αὐτῇ τῇ μητροπόλει τ̃ παντὸς ἔθνες Τάφαρον ὀνομαζομένη καθιδρύσατο. ἑτέραν δὲ ἐν ᾧ τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐμπόριον ἐτύγχανεν, ἔξω ϖρὸς τὸν ὠκεανὸν τετραμμένον· καλ̃σι δὲ τὸ χωρίον Ἀδάνην, ἔνθα κ̀ τοὺς ἐκ Ῥωμαίων ἀφικνουμένους ἔθος ἐ῀ καθορμίζεσθαι· τ̃ δὲ τρίτην ἐπὶ θάτερον τ̃ς χώρας μέρος, ἐν ᾧ Περσικὸν ἐμπόριον γνωρίζε῀ ἐπὶ τῷ στόματι τ̃ ἐκεῖσε Περσικ̃ς κείμενον θαλάσσης.

5. At Theophilus, cum apud Homeritas singula, prout poterat & prout temporis ratio sinebat, ordinasset, & Ecclesias dedicavisset, & ornamentis quibus poterat exornasset, ad insulam Divu, quam ipsi patriam fuisse superius indicavimus, navigavit. Atque inde ad alias Indiæ regiones perrexit: multaque quæ apud illos non rite fiebant, emandavit. Nam & lectiones Evangelii audiebant sedentes, & alia quædam peragebant quibus divina lex repugnabat. Verum Theophilus, cum singula apud eos juxta sanctiorem ritum Deoque magis acceptum correxisset, Ecclesiæ quoque dogma confirmavit. Neque enim circa divini numinis cultum, ut ait impius iste, ulla egebant emendatione, utpote qui ab ultima antiquitate constantissimè Filium alterius à Patre substantiæ profiterentur.

Evangelium à stantibus audiendum.

5. Ὁ μὲν τοι Θεόφιλος τὰ ἐν τοῖς Ὁμηρίταις, ὡς ἕκαστα δυνατὸν ἦν, κ̀ ὁ καιρὸς ἐδίδου, διαθεὶς, κ̀ τὰς ἐκκλησίας ἱερωσάμενος, κ̀ κόσμοις οἷς ἐ῀ν δυνατὸν ἀμφεκοσμήσας, ἐπὶ τ̃ Διοσ̃ νῆσον (ἣν αὐτοσ̃ πατρίδα ϖροεδίδαξεν ὁ λόγος) ἀπέπλευσε· κ̀κεῖθεν εἰς τ̃ ἄλλην ἀφίκετο Ἰνδικ̀ν, κ̀ πολλὰ τ̃ παρ' αὐτοῖς ὀρθ̀ θύραγε δρωμένων ἐπανωρθώσατο. Κ̀ γὰρ καθεζόμενοι τ̃ θυαγγελικῶν ἀναγνωσμάτων ἐποιοῦντο τ̃ ἀκρόασιν, κ̀ ἄλλα τινα ὧν μὴ θεῖος θεσμὸς ἐπεξάτῳ διεπεράτουτο. ἀλλὰ ταῦθ' ἕκαστα ϖρὸς τὸ σεβάσμιον αὐτοῖς κ̀ θεοφιλὲς μεταρυθμίσας, κ̀ τὸ τ̃ ἐκκλησίας δόγμα ἐκρατύνατο. ϗ γὰ ἐδέουτό, φησιν ὁ δυσσεβὴς ἕτος, τ̃ τὸ θεῖον σέβας διορθώσεως ὑφηγήσεως, ἐξ ἀρχ̃ς ἀπαραπτώτως τὸ ἑτερούσιον ϖροσθυόμενοι.

1

2

Evangelium à stantibus audiendum.

Sit Deus in primis, hominem qui condidit ipse,
Et Christum, & sanctum Spiritum esse colas.
Sit pia mens hominis, sit recta fides, ratioque recta,
Spes bona, sincera charitas, atque pudor.
Sit comes & virtus, & cum virtute fortitudo,
Quæ mala cuncta domet, quæ bona cuncta juvet.
Sit prudens moderata manus, sit lingua fugatrix
Mendacii, & falsi testis amica parum.
Sit castus sermo, & vultus pudibundus honesti,
Et probitas animi, recta & honesta fides.
Sit sine fraude fides, sit cum ratione voluntas,
Et sine mente manus, & sine lite sermo.
Sit requies parcis, & cum moderamine risus,
Et fugiat mores prava libido malos.
Sit tibi cura boni, studium sectare quietis,
Et fuge luxuriæ, fuge petulantis opus.
Sit fuga avaritiæ, & victus parcus honestus,
Et sine fermento simplicitate cibus.
Sit sine labe decus, & sit sine crimine vita,
Et sine mendacio gloria recta tua.
Sit sine fine quies, & sit sine nocte dies lux,
Et sine fraude lucri, & sine fine salus.

Ejusdem moris illustre extat exemplum in vita sancti Anselmi Lucensis Episcopi, ubi de Mathilde Comitissa hæc leguntur: *Præscripta Domina multis diebus febribus nimium laboraverat, & capitis dolor vehemens ipsam fatigaverat. Cum vero die quadam ex more missarum solemniis adesset, enitens, dum legebatur Evangelium, erecta esse in pedibus, fatigata mox infirmitate decidit.* Item in vita MS. sancti Willelmi Abbatis Monasterii Eskilensis in Dania, scripta ante annos quingentos ab Eskilensi Monacho, Petri Roskildensis Episcopi æquali. *In Vigilia Pentecostes, expletis Prophetiis & glorificationibus, Diacono Evangelium pronuntiante audivit vocem* (mulier contracta) *dicentem sibi: Mulier surge; non decet Christianos ad Evangelium sedere, sed cum reverentia stare, & auscultare quod legitur.* Quem locum debeo indicio viri doctissimi & veterum monumentorum studiosissimi, Hadriani Valesii fratris mei. Eundem morem fuisse in Africa docet Augustinus in libro 50. Homiliarum, Sermone 26. [Idem quoque in Gallia observatum fuisse docet Cæsarius Arelatensis in Homilia 13.] Ex eadem consuetudine & illud profluxit, ut populus in Ecclesia stans sacras conciones audiret, quippe quæ nihil aliud essent quam Evangelii expositio. Testatur hoc Eusebius noster in lib. 4. de vita Constantini, c. 33. & Augustinus in Sermone 2. de SS. Martyribus: item in Tractatu 112 in Evangelium Joannis; & in Sermone de communi vita Clericorum suorum ad populum Hipponensem; & in Sermone 122 habito in Basilica Fausti. Vide Ferrarium in lib. 2. de sacris concionibus, cap. 21.

6. Ex hac autem magna Arabia profectus est Theophilus ad Æthiopas qui Auxumitæ vocantur. Habitant isti ad primum littus maris rubri, quod Oceanus illic

Auxumita.

6. Ἐκ δ̃ ταύτης τ̃ς μεγάλης Ἀραβίας, [a] εἰς τὺς Αὐξωμίτας καλουμένους ἀπαίρει Αἰθίοπας, οἳ κ̀τὰ τὰς πρώτας ὄχθας [3] κατώκηνται δ̃ ἐρυθρᾶς θαλάσσης, ἣν ὁ ταύτῃ ὠκεανὸς εἰσκολπιζόμενος ἐργά-

3

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ γὰρ καθεζόμενοι] Moris fuit ut Christiani qui missarum solemnibus intererant, stantes, retecto capite, & baculis humi depositis, Evangelii lectionem audirent. Ac de capite quidem nudo, & de baculis, diserte testatur ordo Romanus. De statione vero, versus sunt elegantes Hildeberti Cenomanensis Episcopi, in libro de expositione Missæ, quos ex veteri Codice Claromontani Collegii descriptos hic apponam.

DE EVANGELIO.

Inde sinistrorsum Domini sacra verba leguntur.
Plebs baculos ponit, stat, retegitque caput.
Neve superveniens zizania seminet hostis,
Frontibus imprimitur mystica forma crucis.
Rejiciente fidem Judæa, gratia Christi
Transiit ad gentes, Israel erat adhuc.
Transitus hic, quoties Evangelium recitatur,
Mentibus occurrit, exprimiturque loco.
Ad lævam legitur, quia quo transivit aberrans,
Et velut ad lævam gens idolatra fuit.
Ut sis attentus, patiens, erectus in hostem,
Et caput, & baculus, & status ipse docent.
Quippe caput retegens attente audire moneris.
Parcere, cum baculum projicis, instrueris.
Stans discis, quoniam stantes pugnare solemus,
Quod te pugna gravis sub vigili hoste manet.

Ejusdem moris illustre extat exemplum in vita sancti Anselmi Lucensis Episcopi, ubi de Mathilde Comitissa hæc leguntur: *Præscripta Domina multis diebus febribus nimium laboraverat, & capitis dolor vehemens ipsam fatigaverat. Cum vero die quadam ex more missarum solemniis adesset, enitens, dum legebatur Evangelium, erecta esse in pedibus, fatigata mox infirmitate decidit.* Item in vita MS. sancti Willelmi Abbatis Monasterii Eskilensis in Dania, scripta ante annos quingentos ab Eskilensi Monacho, Petri Roskildensis Episcopi æquali. *In Vigilia Pentecostes, expletis Prophetiis & glorificationibus, Diacono Evangelium pronuntiante audivit vocem* (mulier contracta) *dicentem sibi: Mulier surge; non decet Christianos ad Evangelium sedere, sed cum reverentia stare, & auscultare quod legitur.* Quem locum debeo indicio viri doctissimi & veterum monumentorum studiosissimi, Hadriani Valesii fratris mei. Eundem morem fuisse in Africa docet Augustinus in libro 50. Homiliarum, Sermone 26. [Idem quoque in Gallia observatum fuisse docet Cæsarius Arelatensis in Homilia 13.] Ex eadem consuetudine & illud profluxit, ut populus in Ecclesia stans sacras conciones audiret, quippe quæ nihil aliud essent quam Evangelii expositio. Testatur hoc Eusebius noster in lib. 4. de vita Constantini, c. 33. & Augustinus in Sermone 2. de SS. Martyribus: item in Tractatu 112 in Evangelium Joannis; & in Sermone de communi vita Clericorum suorum ad populum Hipponensem; & in Sermone 122 habito in Basilica Fausti. Vide Ferrarium in lib. 2. de sacris concionibus, cap. 21.

2 Ἀπαραπτώτως] Existimavi aliquando scribendum esse ἀπαρατρέπτως. Nunc tamen vulgatam lectionem retineo; eadem enim voce utitur Philostorgius in libro 2. c. 16.

3 Κατώκηνται τ̃ς ἐρυθρᾶς] Rectius in MS. codice Bocharti scriptum est, κατῴκηνται, quomodo etiam legit Nicephorus.

VARIORUM.

a Εἰς τὺς Αὐξωμίτας] Tradit hic Philostorgius Auxumitas à Theophilo Ariano conversos tempore Constantii; cum populi istius conversio revera tribuenda sit Frumentio Orthodoxo, ordinato ab Athanasio in principio episcopatus ejus, circa ann. 327. Vide Epistolam Constantii ad tyrannos Auxumitarum apud Baronium ad ann. 356. n. 23. & Pagi ad ann. 327. n. 12, 20. *W. Lowth.*

ξετα

ζεται πᾶσαν· ἡ μὴν τοι ἐρυθρὰ ἐπὶ πλεῖον μη-
κυνομένη, εἰς δύο πινὰς ἀπομερίζεται κόλπους· καὶ
τὸ μὲν αὐτῆς ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ Κλύσμα, καθ' ὃ
τελευτᾷ τὸ ἐπώνυμον φέρον· δι' ἣ πάλαι καὶ τὸ
Ἰσραηλιτικὸν φεύγοντες τοὺς Αἰγυπτίους, ἀβρόχῳ
τῷ ῥείθρῳ διεπεραιώθησαν· ποδί. τὸ δὲ ἕτερον μέρος,
ἐπὶ Παλαιστίνης ἔρχεται κἀπὶ πόλιν Αἰλὰ ἐκ πα-
λαιοῦ καλουμένην. ἀλλὰ μὲν ταύτης τῆς ἐρυθρᾶς
θαλάσσης, οἱ ἀριστερᾷ τοῦ ἔξωθεν Αὐξωμίτῃ καλέ-
χουσιν, ἀπὸ τῆς μητροπόλεως οὕτω κληθέντες. Αὔξω-
μις γὰρ αὐτοῖς ἡ μητρόπολις. πρότεροι δὲ τούτων τῶν
Αὐξωμιτῶν ἐπὶ τὸ ἐξωλάτω πρὸς ἀνατολὰς καθή-
κοντες ὠκεανὸν παροικοῦσιν οἱ Σύροι, ταύτην τε κλῆ-
σιν καὶ παρὰ τοῖς ἐκεῖσε Φέρονλες. ὁ Ἀλέξανδρος δὲ
παρὰ τούτοις ὁ Μακεδὼν ἐκ τῆς Συρίας ἀναστήσας,
ἐνταυθοῖ καθῴκισεν, οἱ καὶ νῦν ἔτι τῇ πατρῴῳ φωνῇ κέ-
χρηνται. μέλανες οὖν εἰσὶ δεινῶς ἅπαντες, ὀξείας αὐ-
τοῖς τοῦ ἀκτῖνος ἡλίου καθαπτομένης. παρὰ τούτοις
ἥτε Ξυλοκασία μάλιστα γίνεται, καὶ ἡ Κασία, καὶ
τὸ Κάσσαμον, καὶ τὸ Κιννάμωμον, καὶ δὴ καὶ ἐλεφάντων
πλῆθος. πρὸς μὲν τούτους ὁ Θεόφιλος οὐκ ἀφίκετο·
τοῖς Αὐξωμίταις δὲ παρασεσονὼς, καὶ τὰ ἐκεῖσε καλα-
σιρισάμενος, τῆς ἐπὶ Ῥωμαίους ἀνακομιδῆς εἴχετο.
πολλῆς δὲ τοῦ πιμῆς παρὰ τοῦ βασιλέως μετὰ τὴν ἐπάνο-
δον ἀξιωθείς, πόλιν μὲν ἰδίαν ἐφορᾶν οὐκ ἐκληρώσατο·
κοινὸν δ' ὥσπερ ἄγαλμα δι' ἀρετὴν τοῖς ὁμοδόξοις
ἐβλέπετο.

7. Οπ ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Περσικῆς θαλάσσης,
ἣν ὁ ταύτῃ ὠκεανὸς εἰσέχων ἀποτελεῖ, μεγίστην τε
οὖσαν, καὶ ἔθνη κύκλῳ πολλὰ περιβαλλομένην, ἄλλοι
τε μέγιστοι ποταμοὶ, καὶ ὁ Τίγρις τοῖς ῥείθροις ἐμβάλ-

sese insinuans efficit. Ac rubrum quidem mare in maximam extensum longitudinem, in duos sinus dividitur. Et alter quidem eorum versus Ægyptum tendit, Clysma, ubi desinit, cognominatus. Per hunc sinum Israelitæ quondam fugientes Ægyptios, sicco pede transgressi sunt. Altera vero pars in Palæstinam fertur, juxta urbem quæ jam inde à priscis temporibus Aila vocatur. Ad hujus igitur maris rubri exteriorem sinum, in sinistro latere degunt Auxumitæ, ex vocabulo Metropolis ita appellati. Urbium enim caput Auxumis dicitur. Ante hos autem Auxumitas, Orientem versus, ad extimum pertingentes Oceanum, accolunt Syri, ab earum quoque regionum incolis ita dicti. Etenim Alexander Macedo eos ex Syria abductos illic collocavit: Qui quidem patria Syrorum lingua etiamnum utuntur. Porro hi omnes colore sunt admodum nigro, acutis scilicet solis radiis eos perstringentibus. Apud hos Xylocassia præcipue nascitur, & Cassia: Cassamum item & Cinnamomum. Plurimi etiam ibidem sunt Elephanti. Et Theophilus quidem ad hos usque minime penetravit. Sed cum ad Auxumitas venisset, & cuncta illic negotia probe ordinasset, inde ad Romanorum ditionem redire cœpit. Multis deinde honoribus ab Imperatore post reditum affectus, nullius quidem urbis peculiarem sortitus est Episcopatum. Verum ab hominibus suæ sectæ, velut publicum quoddam virtutis simulachrum suspectus fuit.

7. Ait Philostorgius, ad ostium maris Persici quod Oceanus illuc influens efficit, quodque maximum est, & à plurimis gentibus circumsitis accolitur, tum alios maximos amnes influere, tum præcipue Tigrim. *Tigris fluvius.*

VALESII ANNOTATIONES.

1. Ἐπὶ πλεῖον μὴ κινημένη] Scribendum est procul dubio μηκυνομένη una voce, ut habent MSS. codices. Atque ita etiam legit Nicephorus in libro nono capite 18.

2 Καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ κλύσμα] Assentior doctissimo viro Lucæ Holstenio, qui ad latus sui codicis hunc locum ita interpretatus est, *Et unus quidem usque ad clysma Ægypti tendit.* Scribendum est igitur καὶ ὁ μὲν, &c. Nicephorus tamen in hoc Philostorgii loco legit τὸ μὲν, articulum hunc jungens cum vocabulo κλύσμα. Sic enim locum expressit in capite 18. libri noni: ὧν τὸ μὲν ἓν κλύσμα ταύτης, ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ· ἔνθα δὴ τελευτᾷ τὸ τὴν ἐπωνυμίαν φέρον αὐτῆς. Sed procul dubio falsus est Nicephorus, quippe qui non animadvertit Clysma esse civitatem Ægypti, ad Arabicum sinum sitam. De qua Bochartus multa notavit in libro de sacra Geographia pag. 122. erudite omnino. Sed non probo quod eandem vult esse Arsinoem, contra Ptolemæi auctoritatem, qui eam à Clysma distinguit. Nec probo quod idem Bochartus scribendum esse dicit Κλεῖσμα: quæ vox Græca non est. Κλύσμα enim Græci omnes eam vocant, παρὰ τὸ κλύζειν, eo quod maris Erythræi fluxus eam urbem adluat. Ex eo autem portu solvebant qui ab Ægypto in Indiam navigabant, ut docet Lucianus in Pseudomanti.

3 Καθ' ὃ τελευτᾷ τὸ ἐπώνυμον φέρον] Hunc Philostorgii locum Nicephorus non intellexit, ut ex verbis ejus supra citatis colligere licet. Sed neque Gothofredus, neque Holstenius verba Philostorgii intellexerunt. Sic enim vertit Gothofredus: *Ubi nomen suum retinens occidit.* Holstenius vero ad oram sui codicis pro verbo *occidit*, emendat *desinit.* Atqui non hoc dicit Philostorgius, sed ait sinum illum maris Erythræi, qui ad Ægyptum tendit, nomen accipere à loco in quo desinit: id est, sinum illum vocari Clysma ex nomine urbis in qua terminatur. Eodem modo quo alter sinus maris Erythræi qui in Palæstinam fertur, Elaniticus cognominatur ab urbe Elana, quæ eadem est cum Aila, ut notavit Bochartus in libro de coloniis Phœnicum capite 44. Totum igitur hunc locum ita distinguendum puto. ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ· Κλύσμα, καθ' ὃ τελευτᾷ, τὸ ἐπώνυμον φέρον: ubi ἐπ' Αἰγύπτου ponitur pro ἐπ' Αἴγυπτον. Sic paulo post Philostorgius dicit ἐπὶ Παλαιστίνης ἔρχεται.

4 Δι' ἣ πάλαι καὶ τὸ Ἰσραηλιτικὸν] Idem testatur Auctor Itinerarii Antonini Martyris pag. 31. *Et transcendentes venimus in locum ubi intraverunt mare. Ibique est oratorium Moysi, & civitas parva quæ dicitur Disma, ad quam naves de India veniunt. In loco vero ubi transierunt, exit mare de majore pelago, & extenditur in multis milibus, quia habet accessa & recessa. Recedente autem mari apparet omnis submersio Pharaonis.* Ita legitur hic locus in Manuscriptis codicibus, sed pro *Disma* procul dubio scribendum est *Clisma.* Ejusdem urbis iterum meminit pag. 32. *Et inde exeuntes, venimus in civitatem quæ dicitur Disma.* Verum hoc loco Manuscripti codices *Clisma* diserte scriptum habent.

5 Ἐν ἀριστερᾷ τῆς ἔξωθεν] In codice Samuelis Bocharti scriptum inveni τοῖς ἔξωθεν. Quam scripturam magis probo, ut hic sit sensus; ad sinistram partem maris Erythræi externis illac navigantibus habitant Auxumitæ. Singula enim maria & sinus habent dextrum & sinistrum latus, respectu scilicet eorum qui sinus illos ingrediuntur. Ita dextrum ac sinistrum latus Ponti Euxini distinguunt Geographi. Nicephorus quoque in hoc Philostorgii loco legit τοῖς ἔξωθεν; sed locum aliter interpolavit. Sic enim habet, ταύτης τοίνυν τῆς ἐρυθρᾶς τοῖς ἔξωθεν μέρεσιν ἐν ἀριστερᾷ, αὐξωμῖταί εἰσιν. Id est, ut vertit Langus: *In rubri istius maris partibus exterioribus, ad sinistram Auxumitæ sunt.* In quibus verbis nullus est sensus.

6 Ἀλέξανδρος δὲ παρὰ τούτοις] Scribendum puto Ἀλέξανδρος γὰρ τούτους ὁ μακεδὼν ἐκ τῆς Συρίας ἀναστήσας, &c. Atque ita legit Nicephorus.

qui ad Apeliotem, & infra mare Hircanum in Corduenis conſpicuo fonte ortus, per Syriam labitur. Ubi vero ad Suſianam regionem pervenit, aquis Euphratis ei commixtis, magnus deinceps fluens & rapidus, ingenti ſonitu in ulteriora progreditur. Unde & vocabulum Tigridis feræ, ei impoſitum eſſe perhibent. Priuſquam autem in mare ſe ſe immittat, in duos magnos amnes dividitur. Deinde duobus extremis oſtiis longe à ſe invicem diſſitis, in Perſicum mare evolvitur, maximum terrarum ambitum aquarum divortio complexus, & inſulam efficiens fluvialem ſimul ac marinam, quam incolit gens Meſenorum.

λει. ὃς πρὸς Ἀπηλιώτην καὶ κάτωθεν τῆς Ὑρκανίας θαλάσσης, ἐν Κορδιαίοις μὲν τὰς ἐμφανεῖς ἀναδόσεις λαμβάνει πρὸς τὴν Συρίαν ἐλκόμενος. ἐπεὶ δ' ἂν γένοιτο κατὰ τὴν Σουσίδα γῆν, ἐνταῦθα δὴ Εὐφράτου τὸ ῥεῖθρον αὐτῷ μιγνύντος, μέγας ἤδη τοῖς ὄγκοις χωρήσας πρόεισι παφλάζων· ὅθεν αὐτὸν φασὶ καὶ [2] τοῦ θηρίου τοῦ Τίγρητος λαβεῖν τὸ ἐπώνυμον. πρὶν δὲ ἐπὶ θάλατταν καταβαίνει, σχίζεται εἰς δύο μεγάλους ποταμούς· ἔπειτα δυσὶ τοῖς ἐσχάτοις ῥόμασιν ἀλλήλων διειργομένοις, εἰς τὴν Περσικὴν θάλατταν ποιεῖται τὰς ἐκβολάς, γῆν ἐν μέσῳ πλείστην περιτεμνόμενος, καὶ νῆσον αὐτὴν ποιῶν, ποταμίαν τε ἅμα καὶ θαλαττίαν, ἣν ἔθνος οἰκεῖ τὸ Μεσηνῶν ὀπισκαλούμενον. 2

Euphrates. 8. Eufrates vero ex Armeniis conſpicuo fonte oritur: Quo loco mons eſt Ararat, qui etiamnum ab Armeniis ita nominatur. Super quo monte Arcam poſitam fuiſſe ſacri libri teſtantur. Multaque adhuc fragmenta lignorum & clavorum ejuſdem arcæ ſupereſſe aiunt, quæ illic ſervantur. Hinc igitur Eufrates ortus, principio quidem exiguus fluit. Deinde in ulteriora progrediens, ſubinde augetur, plurimos amnes qui in alveum ejus influunt, in nomen ſuum adſciſcens. Poſtquam autem per Armeniam majorem ac minorem lapſus eſt, ulterius procedit. Ac primum quidem Syriam ſecat, eam quæ proprie Eufratenſis vocatur. Poſtea vero aliam quoque Syriam permenſus, & per regiones quas permeat, in variam ac multiplicem helicem fractus; ubi proxime ad Arabiam acceſſit, tum in orbem ex adverſo maris Erythræi prætergreſſus, Regionemque haud exiguam ſinu ſuo complexus, ad Cæciam deinceps, qui inter Boream & Subſolanum ventos medius eſt, aquarum curſum convertit. Cumque ad fluvium Tigrim pervenerit, totus ei miſceri non poteſt. Sed quibuſdam ſui partibus antea abſumtis, reliqua tandem parte, quæ & maxima eſt & navigabilis, circa urbem potiſſimum Suſa Tigridi ſociatur. Jamque amiſſo proprio nomine, una cum illo in Perſicum evolvitur ſinum. Porro quæ inter hæc duo flumina, Tigrim ſcilicet atque Eufratrem, ſita eſt regio, Meſopotamia vocatur.

8. Ὁ δὲ Εὐφράτης ποταμὸς ἐξ Ἀρμενίων τοῦ Περφανὴς ἀνατέλλει· ἔνθα τὸ ὄρος ἐστὶ τὸ Ἀραράτ, ἐπ' αὐτοῖς Ἀρμενίων οὕτω καλούμενον, ἐφ' οὗ καὶ τὴν κιβωτὸν ἱδρυθῆναί φησιν ἡ γραφή· ἧς ἄχρι καὶ νῦν εἶναί φασιν ἔνιοι μικρὰ λείψανα τῶν τε ξύλων, καὶ τῶν ἥλων ἐκεῖσε ζωζόμενα. ἐντεῦθεν καὶ ὁ Εὐφράτης ὀλίγος τὰ πρῶτα ῥυείς, προβαίνων ἀεὶ γίνεται μείζων, πλείστους ἐμβαλλόντας αὐτῷ ποταμοὺς εἰς τὴν ἑαυτοῦ προσηγορίαν συνεφελκόμενος. τὴν Ἀρμενίαν δὲ, τήν τε μεγάλην καὶ τὴν μικρὰν διελθών, ἔπειτα πρόσω, τέμνων μὲν πρότερον τὴν Συρίαν τὴν ἰδίως Εὐφρατησίαν καλουμένην, ἔπειτα μὴν καὶ τὴν ἄλλην, Δαμειψάμενος, [1] καὶ ἕλικα Δράσπων, ὧν [2] δίεισι ποικιλωτάτην κλαδεὶς, ὁπηνίκα τῇ Ἀραβίᾳ πελάσῃ, ἐνταῦθα δὴ κυκλοτερῶς καθ' ἀντικρὺ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης παρενεχθεὶς, καὶ χώραν οὐκ ὀλίγην ἐγκολπωσάμενος, ἔπειτα πρὸς Καικίαν ἄνεμον ὑποτρέφει τὸ ῥεῖθρον, ὅπερ ἐν Βορέᾳ τε καὶ Ἀπηλιώτου μέσος ἕστηκε· καὶ πρὸς Τίγρητα ποταμὸν ὁρμήσας, οὐχ οἷός τέ ἐστιν αὐτῷ ὅλως συμμίξαι, ἀλλὰ μοίραις τισὶν ἐν τῷ διὰ μέσου παραναλύμενος, τῇ ὑπολειπομένῃ μεγίστῃ τε οὔσῃ, [3] καὶ ναυτῶν ἀναχέεσθαι δυνατωτάτῃ, τῷ Τίγρητι καθ' Σοῦσας μάλιστα συμπίπτει. καὶ δὴ τὴν ἑαυτοῦ προσηγορίας ἀποπαυσάμενος, σὺν ἐκείνῳ πρὸς τὸν Περσικὸν κατασύρεται κόλπον. καὶ τὸ μεταξὺ τῶν δύο ποταμῶν τόπων τοῦτο Τίγριός καὶ τοῦ Εὐφράτου, Μεσοποταμία τυγχάνει προσαγορευόμενον. 3

Eorum in Paradiſo origo.

9. Et Eufratis quidem ac Tigridis fontes, prout nobis apparent, ſupra relati ſunt. Sacri vero libri noſtri, in quibus ſcriptum eſt eos ex paradiſo oriri, veriſſime dicunt. Ex eo namque aquarum ducentes initium, aliquatenus quidem procedunt, ſupra ter-

9. Ὅτι ὁ Τίγρης καὶ ὁ Εὐφράτης, κατὰ μὲν τὸ ἐμφανὲς ὅθεν ἀναδύονται, εἴρηται. ἡ δὲ ἱερὰ ἡμῶν γραφὴ, ἐκ τοῦ Παραδείσου τούτους λέγουσα ὁρμᾶσθαι, τὸ ἀληθέστατον ἱστορεῖ. καὶ γὰρ ἐξ αὐτοῦ τὰς πρώτας ἀρχὰς τῶν ῥείθρων φέροντες, ἄχρι μού τινος προΐασιν, ἴσως

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἔπειτα μέντοι τὴν ἄλλην, καὶ πιότιδα δὲ καὶ τὴν ἄλλην] Sic etiam ſcribitur hic locus in codice Bocharti & apud Nicephorum. Verum in codice Scoriacenſi ita legitur, ἔπειτα δὲ καὶ τὴν ἄλλην Δραμειψάμενος, &c. expunctis quinque illis vocibus, quæ prorſus inutiles ſunt ac ſuperfluæ.

2 Καὶ ἕλικα Δράσπων] Vetuſtiſſima eſt hujus loci depravatio, quam retinuit etiam Nicephorus. Non dubito tamen quin hic locus ita ſcribendus ſit, καὶ εἰς ἕλικα διὰ τόπων ὧν δίεισι ποικιλωτάτην κλαδεὶς, &c.

3 Καὶ ναυτῶν ἀναχέεσθαι] In Manuſcripto codice Samuelis Bocharti legitur καὶ ναῦν ἀναχέεσθαι. Sed melius ſcribitur in Nicephoro ναῦς.

VARIORUM.

a Τοῦ θηρίου τοῦ τίγρητος λαβεῖν τὸ ἐπώνυμον] At Curtius lib. 6. Strabo lib. 8. Plinius lib. 6. cap. 27. Tigrin fluvium à celeritate Sagittæ inſtar dictum volunt, quia *Tigrin* Medi ſagittam appellant. ——— Syriam ſupra pro *Aſſyria* dixit Philoſtorgius, errore cum aliis ſcriptoribus communi.

ὑπὲρ

ὑπὲρ γῆς ῥέοντες· ἔπειτα δὲ τ̃ μεγάλης ἐρήμου καὶ ἀμμωδεστάτης αὐτοὺς ἐκδεξαμένης, πρὸς τὸ βάθος ἐνταῦθα καταπινόμενοι, ϗ πρότερον ἵστανται τ̃ς ἐπὶ τὰ κάτω φορᾶς, πρὶν ἐπ' αὐτόδηλα τὸ γεγανὸν ϗ πετρῶδες τ̃ αὐτόθι καταπλήσωσι γῆς· φάσιν δ' αὐτοῖς τ̃ ἐπὶ τὰ κάτω προχωρήσεως τ̃ αὐτόθι κρημνῖδος ἀναχομένης, ἐνταῦθα ἤδη τ̃ ῥευμάτων αὐτοῖς συναγερομένων ὑπὸ πλήθους καὶ ἰσχύος τ̃ ἀεὶ ἐπιφερομένου τε πρόσω χωρῆσιν ἐπ' εὐθὺ βιαζόμενοι. ἀλλ' ὅτοι μὲ οἱ ποταμοὶ κατωρύχιοι πορευόμενοι, μοῖραν αὐτῶν οὐκ ὀλίγην τ̃ ἐν μέσῳ γῆς ὑπεξαιρουμένης, ἐλάττους ἀπαντῶσιν ἤδη ϗ ἀσθενέστεροι ἐπὶ τὰς τόπους τ̃ ἀναδύσεων. ϗ τό γε μυχίους αὐτὰς πλείστην ἐπίεναι γῆν, οὐκ εἰκὸς ἀπιστεῖν. πολλὰ γάρ ἐστι ϗ ἄλλα ῥεύματα παντοδαπὰ ϗ τ̃ σφόδρα μεγίστων τε ϗ ἰχυροτάτων, ὑπὸ γῆν ἀφικνούμενα· δῆλον δ̃· ἦχός τε γὰρ ἀπ' αὐτῶν ἀκούεται μέγας, σὺν ταραχῇ ϗ ῥοίζῳ πολλῷ φερομένων. ἀλλὰ καί τινες ὑπ' αὐτῶν φρέατα ὀρυσσόμενοι, ϗ τ̃ ἀπροσδοκήτως αὐτοῖς πλακὸς κάτωθεν ἐπ' ὀλίγον τρώσαντες, ὑφ' ἣν τὸ ῥεῖθρον ἤδη καχλάζον τ̃ ἐπὶ τὸ ἄνω φορᾶς βιαζόμενον, μόλις γ' ἀνελήφθησαν ὑπὸ τ̃ ἐπὶ γ̃ χείλους τ̃ φρεωρυχίας ἑστώτων ἀναρπαζόντες. ϗ τὸ ῥεῖθρον ἐφομαρτῆσαν εἰς ὀχετὸν πρὸ χώρησεν, ὑπ' ὑδρεμίας ἀνομβρίας ἔτι παραλυπούμενον, διὰ τὸ τ̃ χορηγίας ἀένναον. ἡ γὰρ γ̃ Θεοῦ ἀπόῤῥητος σοφία, οἱονεὶ φλέβας χορηγὰς τ̃ ἀναβλύσεων τὰς τ̃ ῥείθρων διεκδρομὰς, τὰς μὲ ἀφανεῖς, τὰς δὲ προδήλους εἰργάσατο. ταύτῃ ἄρα ϗ ὁ προφήτης ἐμελῴδησε Δαυὶδ, αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, ϗ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν· ὡς τὰς μὲ θαλάσσας τοῖς μεγίστοις αὐτοῖς κολπώμασιν οἷον ἀποθησαυρίσας, ϗ τ̃ βάσιν αὐτοῖς κρατυνάμενος πρὸς τὸ ἀνέχεσθαι τοσοῦτον ὄγκον καὶ πλῆθος τ̃ ἐν αὐτῇ φερομένων· τοῖς δὲ ποταμοῖς τ̃ διέξοδον ἀπόλυτον ταῖς θυμηχάνοις αὐτῆς ἀγαθέσεσι δυὶς ἀεὶ, ταῖς τ̃ χωρίων ὑπαγωγαῖς τε ϗ ταπεινότησιν ἀπὸ τ̃ ὑψηλοτέρων ἐπὶ τὰ χθαμαλώτερα, τόπον τῇ ῥοπῇ γ̃ βεβαίως ὑδάτος ἀναχώσαν.

ram fortaſſe labentes, poſtea vero vaſta & arenoſa ſolitudine eos excipiente, illic in profundum demerſi, ad inferiora ferri non prius deſinunt, quam ad ſtabile ac petroſum ſolum regionis illius pervenerint. Poſtquam autem crepido illa curſum illorum ad inferiora tendentem repreſſerit, tum demum ſinguli aquis ſuis collectis, ulterius progrediuntur, præ vi ac multitudine undarum perpetuo adfluentium, recta ferri contendentes. Cæterum ſubterranei meantes hi fluvii, ut pote terra quæ interjacet partem eorum haud exiguam abſorbente, minores atque infirmiores ad locum eruptionis ipſorum accedunt. Non eſt autem adeo incredibile, hos amnes per tanta terrarum ſpatia ſubterraneos labi. Multa enim ubique ſunt maximorum & rapidiſſimorum amnium fluenta, quæ ſub terram feruntur. Idque ex eo manifeſtum fit, quod ingens eorum ſonitus auditur, cum magno ſtrepitu & fragore fluentium. Sed & nonnulli cum ſupra eos amnes puteos fodere aggreſſi eſſent, & petroſum ſolum quod ipſis occurrerat, paulatim pertudiſſent, ſub quo perſtrepens unda ſurſum verſus erumpere nitebatur, difficile admodum retracti ſunt ab iis qui ſurſum ſtabant in crepidine putei. Et aqua ſubſecuta in rivum proceſſit, qui nulla deinceps ſiccitate interceptus eſt, ob perennis aquæ adfluentiam. Quippe arcana Dei ſapientia, fluminum meatus, tanquam venas quaſdam neceſſaria ſuppeditantes, alios quidem occultos, alios autem conſpicuos effecit. Unde & Propheta David cecinit: Ipſe ſuper maria fundavit eam, & ſuper flumina præparavit eam. Maria quidem maximis terræ ſinibus quaſi Theſauros recondens, baſimque eis firmam conſtituens ad tantam aquarum quæ in ea feruntur vim ac multitudinem ſuſtinendam. Fluminibus vero liberum curſum perpetuo præbens diſpoſitione ſolerti: locorum depreſſionibus, ac declivitate à ſublimioribus ad inferiora vergente, iter faciens impetui currentis undæ.

10. Οτι κεῖσθαι τὸν Παράδεισον ἔστος εἰκασίας χρώμενος λέγει, κτ' τὰς ἰσημερίας τ̃ ἥλιου, πρῶτον μὲ ἐξ ὧν τὰ πρὸς μεσημβρίαν δῆλά ἐστι πάντα οἰκούμενα χεδὸν μέχει τ̃ ἔξω θαλάττης, ἣν

10. Paradiſum ad æquinoctium Orientis ſitum eſſe ſcribit Philoſtorgius, conjecturam capiens, primum ex eo quod cuncta fere loca ad meridiem ſita conſtat eſſe habitabilia, uſque ad Oceanum, quem de- *Paradiſi ſitus, ejuſque fluvii.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τοῦ ἀεὶ ἐπιφερομένου τε πρόσω] In codice Bocharti, & apud Nicephorum in lib. 9. legitur τὸ πρόσω. Ego vero mallem ſcribere τῷ πρόσῳ. Id eſt: *Ob copiam ac vim undarum, quæ identidem aliæ ſuper alias adfluunt.* Joannes quidem Langus qui Nicephorum Latine interpretatus eſt, totum hunc locum ita vertit: *Ubi unda eorum continue & confeſtim confluentes, vi & magnitudine ſua directum eos deinde curſum tenere cogunt.* In margine codicis Bocharti adnotatum eſt, ſcribendum eſſe ἐπὶ τὸ πρόσω χωροῦσιν.

2 Μόλις δ' ἂν ἐλήφθησαν] Codex Bocharti habet μόλις γ' ἀνελήφθησαν. Et paulo poſt ubi legitur ὑπὸ τῶν ἐπὶ γ̃ πείσους, idem codex ſcriptum habet ἐπὶ γ̃ χείλους. Quomodo etiam legitur in Nicephoro. Quam quidem ſcripturam vulgatæ lectioni longe antepono.

3 Καὶ τὸ ῥεῖθρον ἐφομαρτῆσαν] Hunc locum emendavi ex Manuſcripto codice Bocharti, in quo diſerte legitur ἐφομαρτῆσαν, quemadmodum etiam ſcribitur apud Nicephorum. Mox ubi antea legebatur ἀφ' τὸ τ̃ χορήσεως ἀέννων, ex iiſdem codicibus reſtitui τ̃ χορηγίας, qua emendatione nihil certius.

4 Τοῖς μεγίστοις αὐτοῖς κολπώμασιν] Procul dubio ſcribendum eſt αὐτ̃, ſupple τ̃ γ̃, quemadmodum legitur in codice Bocharti, & apud Nicephorum. Cæterum non aſſentior Philoſtorgio, qui verſum hunc Davidis ex Pſalmo 23. *Ipſe ſuper maria fundavit eam*, &c. de aquis ſubterraneis intellexit. Explicandus potius eſt verſus ille juxta ſententiam veterum, qui terram Oceano velut fundamento ſuperſtare crediderunt. Idem certe repetitur in Pſalmo 135.

5 Καὶ τ̃ν βάσιν αὐτοῖς κρατυνάμενος] Etiam hoc loco ſcribendum eſt αὐτ̃ς. Quod ſi vulgatam ſcripturam retinere voluerimus, vox αὐτοῖς referenda erit ad vocabulum κολπώμασι, quæ nihil aliud quam ſinum ſeu gremium terræ ſignificat.

θαλάττης

inde ſol adurit, radios ſuos perpendiculo in eum immittens. Atque hæc eſt quæ media dicitur Zona. Deinde ex eo quod Fluvius qui nunc Hyphaſis dicitur, in ſacris autem libris Phiſon nominatur, ortus & ipſe ex Paradiſo, ex Arctois magis Orientis partibus meridiem verſus fluere videtur, & in Oceanum qui illic eſt aquas ſuas evolvere, ex adverſo inſulæ Taprobanæ. Ubi ad ripas fluvii invenitur Caryophyllum, ſive is fructus, ſive flos eſt. Creduntque incolæ ejus loci, hanc arborem unam eſſe ex iis quæ erant in Paradiſo. Etenim univerſa quæ ſupra illos eſt regio, admodum deſerta, prorſuſque infructuoſa eſt. Ex eo vero quod fluvius iſte florem gignit, manifeſtum fit eum ſupra terram totum fluere, neque uſpiam ſub terra cuniculos agere. Alioqui florem illic natum perferre nullo modo poſſet. Porro hic fluvius aliud quoque indicium præfert terreni cum Paradiſo commercii. Aiunt enim, ſi quis ardentiſſima febre correptus, in hoc fluvio mergatur, eum confeſtim morbo liberari. Tigris contra & Eufrates, propterea quod terram ſubeunt ac rurſus emergunt, nihil inde deferre poſſunt perinde ac Hyphaſis. Sed neque Nilus. Nam hunc quoque ex Paradiſo fluere teſtantur Moyſis oracula, quæ illum Gion appellant: Græci vero Ægyptium olim nominarunt. Hic, ut conjicere licet, ex Paradiſo erumpens, priuſquam ad regionem habitabilem perveniat, terra abſorptus, deinde Indicum mare ſubiens, & circa illud in orbem, ut credibile eſt, circumvolutus: quis enim hominum id exacte cognoverit? poſthæc ſub univerſa tellure quæ in medio eſt, uſque ad rubrum mare occultus fluens, ac ſub ipſo etiam mari rubro ſubterlapſus, ad alterum ejus latus erumpit, ſub eo monte qui Lunæ vocatur. Ibi duos fontes maximos efficere dicitur, non modico intervallo à ſe invicem diſtantes, qui ex imo violenter in ſublime prorumpunt. Hinc per Æthiopiam lapſus, in Ægyptum fertur, per abruptos ſcopulos præcipitatus.

θάλατταν ὁ ἥλιος ἤδη ξυμφλέγει καθέτως ἐπ' 1
αὐτῆ τὰς ἀκτῖνας ἐφείδων· καὶ ἡ διὰ μέσου λεγομένη
ζώνη τοῦτό ἐστιν. ἔτι δὲ καὶ διότι ὁ νῦν Ὕφασις
καλούμενος πόλαμος, ὃν ἡ γραφὴ [a] Φεισὼν ὀνομάζει, a
καὶ αὐτὸς ἐκ Παραδείσου ἀναβλύζων, ἐκ τῶν Ἀρκτώων μᾶλλον τῶν ἀνατολῆς μερῶν ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν
φαίνεται ῥέων, καὶ εἰς τὸν ταύτῃ ὠκεανὸν τὸ ῥεῖθρον εἰσερυγόμενος, ἀντικρὺ τῆς νήσου Ταπροβάνης· ἔνθα παρὰ
τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ εὑρίσκεται τὸ λεγόμενον Καρυόφυλλον, εἴτε καρπὸς, εἴτε δὲ καὶ ἄνθος τυγχάνει· καὶ
πεπιστεύκασιν οἱ ἐκείνῃ, ἐκ τοῦ Παραδείσου τοῦτο δένδρον εἶναι· καὶ γὰρ καὶ ἡ ὑπ' αὐτὸν γῆ, ἔρημός τέ ἐστι δεινῶς ἅπασα καὶ ἀκαρποτάτη· ἐξ ἧς
δὲ φέρειν τὸν ποταμὸν τὸ ἄνθος, ἐπίδηλον ἂν εἴη ὡς
ἔστος ὁ ποταμὸς [2] ὑπὸ γῆς ἅπας ῥεῖ, μηδαμόθι 2
καταδυόμενος. ἐκ γὰρ ἂν τὸ ἐκεῖθεν φυόμενον ἠδύνατο φέρειν. ἔχει δέ τι καὶ ἄλλο σύμβολον τὸν παρὰ
τὸν Παράδεισον γενεᾶς ἐπιμιξίας. φασὶ γὰρ ὡς ἐάν
τις τύχοι πυρετῷ λαύρῳ φλεγόμενος, εἰς τὸν πόλαμὸν βαπτισάμενος, παραυτίκα τοῦ νοσήματος ἀπαλλάττεται. ὁ δὲ Τίγρης καὶ Εὐφράτης, διότι καταδύονται καὶ πάλιν ἀνίσχουσιν, οὐδὲν ἐκεῖθεν δύνανται κομίζειν
ὡς ὁ Ὕφασις. οὐδέ γε ὁ Νεῖλος· καὶ γὰρ καὶ τοῦτον
ἐκεῖθεν ῥεῖν ἡ Μωσέως ἐπίπνοια λέγει, Γηὼν αὐτὸν ὀνομάζουσα· ὃν οἱ παρ' Ἕλλησιν Αἰγύπτιον ἐκάλουν. ἔστος, ὡς ἔστι συμβαλεῖν, ἐξορμῶν τοῦ Παραδείσου, πρὶν ἐπὶ τὸ οἰκούμενον φθάσαι, καταδυόμενος, ἔπεφτα τὴν Ἰνδικὴν θάλατταν ὑπελθὼν ἔπειτα καὶ
κύκλῳ γε αὐτὴν περιελιχθείς, [3] ὡς εἰκάσαι· τίς γὰρ 3
ἀνθρώπων ἀκριβώσαιτο τοῦτο; καὶ ὑπὸ πᾶσαν τὴν ἐν
μέσῳ γῆν διεχθεὶς μέχρι τῆς ἐρυθρᾶς θαλάττης,
καὶ ταύτην ὑποδραμών, ἐπὶ θάτερον αὐτῆς ἐκδίδοται μέρος, ὑπὸ τὸ τῆς σελήνης καλούμενον ὄρος· ἐν
ᾧ δύο πηγὰς λέγεται ποιεῖν μεγάλας, ἀλλήλων οὐκ
ὀλίγον διεστηκυίας κάτωθεν βιαίως ἀναρυσσομένας· καὶ
μετὰ τῆς Αἰθιοπίας διεχθεὶς, ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον χωρεῖ,
μετὰ πετρῶν ὑψηλοτάτων καταπίπτων.

Animalia Orientalia.

11. Ait univerſam regionem quæ ad ſolis ortum & circa meridiem ſita eſt, quamvis immodico æſtu torreatur, cuncta tamen quæ terra marique gignuntur, longe optima & maxima producere. Nam & Balænas incredibilis magnitudinis eo in mari ineſſe, quæ ſæpenumero per Oceanum illum navigantibus viſæ ſunt è pelago emergentes. Terra quoque illa maximos habet Elephantos ac vaſtiſſimos. Eos item qui Taurelephanti dicuntur. Quod belluarum genus, cætera quidem bos eſt maximus: corio autem & colore cutis & magnitudine ferme Elephas. Hoc enim animal ipſe vidi, cum ad Romanos delatum eſſet: idque quod vidi ſcribo. Sunt præterea apud illos dracones, craſſitudine quidem trabibus æquales: longitudine vero ad

11. Ὅτι φησὶν ἅπαν τὸ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον καὶ περὶ
τὴν μεσημβρίαν κλίμα, καίτοι πέρα τοῦ μέτρου θαλπόμενον, ὅμως τὰ κράτιστα καὶ μέγιστα φέρειν τῶν ὅσα
γῆ καὶ θάλαττα δυνατὴ τρέφειν. τά τε γοῦν κήτη τὰ
ὑπερμεγέθη ταύτῃ εἶναι τῇ θαλάττῃ· καὶ ἤδη
ὤφθη πολλάκις ὑπὸ πολλῶν τοῖς τὸν ὠκεανὸν ἐκεῖνον ναυτιλλομένοις. ἥπτε γῆ τοὺς ἐλέφαντας ἔχει τοὺς
μεγίστους καὶ ὑπερφυεστάτους, καὶ δὴ καὶ τοὺς ταυρελέφαντας λεγομένους. ὧν τὸ μὲν γένος τὰ μὲν ἄλλα πάντα βοῦς ἐστι μέγιστος, τὴν δὲ βύρσαν καὶ τὸ χρῶμα
ἐλέφας, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν καὶ τὸ μέγεθος. καὶ γὰρ εἰς
Ῥωμαίους κομισθὲν τὸ ζῶον ἐθεασάμην, καὶ τὸ θέαμα γράφω. ἀλλὰ καὶ δρακόντιά ἐστι τούτοις εἰσὶ,
πάχος μὲν δοκῶν οὐκ ἐλάττους, τὸ δὲ μῆκος εἰς δε-

Valesii Annotationes.

1 Καθ' ἕπος ἐπ' αὐτῆ] Aſſentior Lucæ Holſtenio, qui ad latus ſui codicis adnotavit ſcribendum eſſe καθέτως, id eſt, *perpendiculariter*.

2 Ὑπὸ γῆς ἅπας ῥεῖ] Scribendum eſt procul dubio, ὑπὸ γῆς, quemadmodum legitur apud Nicephorum. Idque ex ſequentibus manifeſte convincitur.

3 Ὡς εἰκάσαι] Deeſſe videtur verbum. Quod ſupplere poteſt hoc modo: ὡς ἐστὶν εἰκάσαι.

Variorum.

a Φεισὼν] Acacius Cæſarienſis in Catena Græcorum Patrum ſic de quatuor fluminibus Paradiſi: Τὰ τῶν τεσσάρων ποταμῶν ὀνόματα καὶ τὰ μὲν Ἑβραίων ἅπερ καλεῖται· ὁ μὲν πρῶτος Φεισὼν, ὁ δὲ δεύτερος Γεὼν, ὁ τρίτος Φαρρὰθ, ὁ τέταρτος Ἐδδικέμ· παρὰ δὲ Ἕλλησι Γάγγης, Νεῖλος, Εὐφράτης, Τίγρης.

καπέντε

a καπένλε παρατεινόμενον [a]ὀργυίας· καὶ γὰρ καὶ τούτων τὰς δορὰς εἰς Ῥωμαίους ἀποκομισθείσας εἶδον. ὅ τε Μονόκερως τὸ ζῶον παρ' αὐτοῖς ἐστι· καὶ μὲν κεφαλὴν δρακόντος φέρων, κέρας δὲ σκολιὸν αὐτῷ πέφυκεν, οὐπω σφόδρα μέγα· ὁ δὲ ἀνθρεὼν αὐτῷ, πώγωνος ὑποπίμπλαται ἅπας. μακρὸς δὲ ὁ τράχηλος εἰς ὕψος ἀνατεινόμενος, ὁλκῷ δρακόντος ἐγγύτατα παραπλήσιος· τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ἐλάφῳ προσέοικε μᾶλλον· τοὺς δὲ πόδας λέοντος ἔχει. καὶ ἔστι γε αὐτοῦ τὸ ἐκτύπωμα ὁρᾶν ἐν Κωνσταντίνου πόλει. καὶ δὴ καὶ ἡ Καμηλοπάρδαλις τῆς ἐκείνης γέννημα χώρας· ἡ τὰ μὲν ἄλλα, ἔλαφός ἐστι μεγίστη, καμήλου δὲ ὕψος ἐνέδωκε τὸ σῶμα μιμεῖσθαι· τὸν μέν τοι αὐχένα μήκιστον, καὶ ὑπὲρ τὴν ἀναλογίαν τοῦ λοιποῦ σώματος φέρει εἰς ὕψος ἀνορθούμενον. ἀλλὰ καὶ τὴν δορὰν ἅπασαν ἀπὸ κεφαλῆς ἄκρας ἕως ἐσχάτων ποδῶν παρδάλει μάλιστα [1]τὴν ποικιλίαν προσφερεστάτην ἔχει, καὶ τοὺς ἔμπροσθεν πόδας ὑψηλοτάτους τῶν ὀπίσω. παρ' αὐτοῖς δέ ἐστι καὶ ὁ λεγόμενος αἰγοπίθηκος, πίθηκός τις ὤν· μυεῖα γάρ ἐστι γένη πιθήκων. Ἀρκοπίθηκοι γάρ εἰσιν ἐν αὐτοῖς, καὶ Λεοντοπίθηκοι, καὶ Κυνοκέφαλοι, [2]καὶ ἄλλαις πολλῶν ζώων εἰδέαις τὴν πιθηκείας μορφῆς ἐπιμιγνυμένης. καὶ δῆλον ταῦτά ἐστι, πολλῶν εἰς ἡμᾶς κομιζομένων· οἷος δὴ καὶ ὁ Παὶν ἐπικληθεὶς ὑπάρχει· ὃς τὴν κεφαλὴν αἰγοπρόσωπός ἐστι καὶ αἰγόκερως, καὶ ἔκ λαγόνων τὰ κάτω αἰγοσκελής· τὴν δὲ κοιλίαν καὶ τὸ στέρνον καὶ τὰς χεῖρας καθαρὸς πίθηκος· ὃν καὶ ὁ τῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς Κωνσταντίῳ ἀπεστάλκει· τοῦτο δὲ τὸ ζῶον, ἔζη μὲν φερόμενον ἄχει τινὸς, ἔν τινι πλέσματι ἀφ' οὗ τὸ θηριῶδες εἰργμένον· ἐπεὶ δὲ ἀπέθανε, ταριχεύσαντες αὐτὸ οἱ κομίζοντες, θεάματος παρασχεῖν ἀσυνήθους εἰκόνα, μέχρι τῆς Κωνσταντίνου διεσώσαντο πόλεως. καί μοι δοκοῦσι τὸ ζῶον τοῦτο Ἕλληνες πάλαι ἰδεῖν, καὶ ἐκπλαγέντες τῷ ξένῳ τῆς θέας, Θεὸν σφίσιν νομίσαι, εἰθισμένον αὐτοῖς τὰ παράδοξα ποιεῖν, ὥσπερ καὶ τὸν σάτυρον· ἔστι δὲ καὶ τοῦτο πίθηκος, ἐρυθρὸς τὸ πρόσωπον, καὶ ὀργὸς τὴν κίνησιν, καὶ οὐρὰν ἔχων. καὶ μὴν καὶ ἡ σφίγξ, γένος ἐστὶ πιθήκων· αὐτὸ γὰρ θεασάμενος γράφω· ἧς τὸ μὲν ἄλλο σῶμα λάσιόν ἐστι ὡς τοῖς λοιποῖς πιθήκοις· τὸ δὲ στέρνον ἄχει γε αὐτοῦ ψιλὸν τραχήλου· μαζοὺς δὲ γυναικὸς ἔχει, ἐρυθρῷ τινος βραχέος κεγχροειδοῦς ἐπανθήματος ἅπαν ἐν κύκλῳ τὸ γεγυμνωμένον τοῦ σώματος περιθέοντος, καὶ εἰς πολλήν τινα ὑπέρπειραν ἀνθρωποφανεῖ ὄντι τῷ ἐν μέσῳ χρώματι, συναρμοζομένου· τότε πρόσωπον ἐπεσγογύλωται μᾶλλον, καὶ εἰς γυναικείαν ἕλκει μορφήν· ἥ τε φωνὴ ὀπτικῶς ἀνθρωπεία· πλὴν ὅσον οὐκ εἰς ἄρθρα

quindecim usque Orgyias protensi. Nam & horum pelles ad Romanorum ditionem perlatas vidi. Monoceros item animal apud eos nascitur, caput quidem draconis habens, nisi quod cornu flexuosum, non ita magnum ei innascitur: mentum ejus integrum barba vestitur. Cervix longa in sublime protensa, ad draconis tractus similitudinem proxime accedens. Reliquum corpus cervi potius similitudinem refert. Pedes vero Leonis habet. Ejus effigiem Constantinopoli depictam licet cernere. Sed & Camelopardalis in eadem regione nascitur. Quæ cætera quidem cervus est maximus: proceritate vero cameli corpus videtur imitari. Collum quidem longissimum, nec reliqui corporis proportioni respondens, in sublime erectum gestat. Pellis autem tota à summo vertice usque ad imos pedes, varietate simillima est pardo. Pedes anteriores, posterioribus altiores habet. Est etiam apud illos Ægopithecus, simiæ genus quoddam: plurima enim sunt genera simiarum. Nam & Arcopitheci sunt & Leontopitheci & Cynocephali, aliis atque aliis animalium formis permiscente se simiarum figura. Idque apparet ex multis hujusmodi bestiis quæ ad nos comportantur. Cujusmodi etiam est is qui Pan vocatur: capite, vultu, & cornibus capram referens: ab ilibus deorsum versus caprinis cruribus insistens. Ventre vero & pectore ac manibus, merus simius. Hoc animal Rex Indorum dono misit ad Imperatorem Constantium. Vixit autem aliquamdiu, cum in cavea quadam inclusum ob ferocitatem ferretur. Postquam autem mortuum est, hi qui illud afferebant, sale condierunt, insoliti spectaculi ostentandi causa; & Constantinopolim usque integrum servarunt. Ac mihi quidem videntur Græci istud animal olim vidisse, & spectaculi novitate obstupefacti, Deum sibi finxisse, cum solemne eis esset, ex rebus stupendis atque admirandis Deos facere: quemadmodum etiam fecerunt in Satyro. Nam & hic simius est, facie ruber, motu concitus, & caudam habens. Sed & Sphinx simiæ genus est. Id enim testor quod ipse vidi. Cujus reliquum quidem corpus hirsutum est, sicut cæteris simiis: pectus vero ad cervicem usque glabrum est. Mammas vero habet mulieris. Totumque corpus qua nudum est, rubra quædam milii speciem referens eminentia, in orbem circuit: & humano colori cutis quæ in medio est, plurimum gratiæ & decoris affert. Facies fere rotunda est, & ad muliebrem formam accedit. Vox humanæ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὴν ποικιλίαν] Mallem scribere τῇ ποικιλίᾳ. Paulo post etiam ὑψηλοτέρους lego pro ὑψηλοτάτους.

2 Καὶ ἄλλαις πολλῶν ζώων εἰδέαις] Non dubito quin scribendum sit, ἄλλαις καὶ ἄλλαις πολλῶν ζώων εἰδέαις. Id enim est longe elegantius.

VARIORUM.

a Ὀργυίας] Orgyia mensuræ genus est, sex continens pedes: ulnam Latini appellant. Pollux exponit spatium quantum protensa hominis utrinque brachia, ab altero summo medio digito ad alterum trajecta per pectus longitudine patent. Et sic fere Scholiastes in Oppianum: Ὀργυία, ἀπὸ τοῦ ὀρούω τὸ ὀρμῶ, καὶ τοῦ γυῖον ἡ χεὶρ· ἡ τῶν χειρῶν ἔκτασις καὶ ὄρεξις.

διαιρεμένης

ferme ſimilis, niſi quod minime eſt articulata, ſed velut mulieris cujuſdam, celeriter & cum ira ac dolore quodam, verba minime diſtincta proferentis. Gravis porro eſt magis quam acuta. Cæterum hoc animal ferum admodum eſt & vafrum, nec facile manſueſcit. Quod cum Thebas urbem Bœotiæ olim deportatum fuiſſet, & in quoſdam eorum qui ad ſpectaculum ejus confluxerant, inſiluiſſet, vultuſque eorum laceraſſet, Oedipus civium ſuorum multilationes moleſte ferens, beſtiam interfecit: atque ex ea re, ut mihi quidem videtur, maximam gloriam eſt conſecutus. Cæterum fabula, ut fortitudinis laudem conciliet Oedipo, ipſum quidem animal alatum finxit, propterea quod velociter inſiliret. Eidem vero pectus mulieris & corpus Leonis aptavit. Illud quidem ob expoſitam nuditatem, & ob muliebris formæ ſimilitudinem: hoc vero propter feritatem, & quod ut plurimum quatuor pedibus inſiſteret. Rationis quoque particeps illud fabulæ finxere, ob ſimilitudinem vocis humanæ. Ænigmata vero ab eodem proponi dixerunt, eo quod ignotas voces ac minime diſtinctas ederet. Neque vero id magnopere mirandum eſt, cum Græci multa quoque alia in fabulas ſoleant detorquere. Cæterum eadem regio fert etiam aſinos agreſtes, ſtatura maximos, & pelle mirum in modum variegata, albo ac nigro colore ſibi invicem valde permixto. Quippe zonas quaſdam habent, à ſpina dorſi ad latera & ad ventrem uſque demiſſas, ibique diviſas, quæ per circulos quoſdam ſibi invicem innexæ, mirabilem quamdam texturam efficiunt ac varietatem. Phœnix item, avis multorum ſermone celebrata, apud eos naſcitur. Pſitacum quoque inde allatum vidi, quod genus avis eſt loquaciſſimum, & ad vocis humanæ ſimilitudinem proxime accedens. Variegatas præterea ac punctis diſtinctas aves, quas vulgo Garamantidas vocant, nomine eis indito ex gente, ex qua plurimæ ad nos deportantur. Alia denique complura animalia citra controverſiam eximia, ibi proveniunt. Quorum multitudinem recenſere præſens narratio reformidat. Sed & aurum puriſſimum illic gignitur, aureis quaſi fibris ſponte ex ea terra ſurgentibus, aliiſque ſuper alias jacentibus, & auri illius productionem apertam ac manifeſtam præbentibus. Quin & fructus apud illos pulcherrimi ſunt & maximi, ex quibus notiſſimæ ſunt nuces. Univerſa denique Homeritarum regio uſque ad rubrum mare, duplicem quotannis fructuum proventum reddit. Unde etiam Arabia felix cognominata eſt. Sed & generaliter, omnis ea regio quæ ad orientem ſolem vergit, reliquis regionibus omni ex parte multum præſtat. Paradiſus vero, cum totius Orientis præſtantiſſimus, ac puriſſimus ſit tractus, & cælum habeat nitidiſſimum ac pulcherrimum, aquis denique limpidiſſimis irrigetur, procul dubio totius terrarum orbis

διαιρεμένη, ἀλλά πινι ταχέως, ϗ οἷον μελά. πινος ὀργῆς τε ϗ ἀχθηδόνος ἄσημα· ὑποφθεγγομένη προσεοικυῖα· βαρυτέρα τε μᾶλλόν ἐστιν ὀξυνομένη· ἄγριόν τέ ἐστι δεινῶς τὸ θηρίον ϗ πανουργότατον, ϗ οὐδὲ ῥᾳδίως. πθαοσευόμενον ταύτης εἰς Θήβας μοι δοκῶ τὰς Βοιωτίας πάλαι κομισθείσης, καί πισιν ἴσως τῶν ἐπὶ θέᾳ συνερρυηκότων ἐφαλλομένης, ϗ τοῖς προσώποις λυμηναμένης, δηνὸν ποιησάμενος ὁ Οἰδίπους τὰς τῶν ὁμοφύλων λώβας, καταφονεύσας τὸ ζῶον, ϗ ὄνομα λαμπρὸν ἐκεῖθεν λαβεῖν. ϗ αὐτὸν ὁ μῦθος εἰς ἀνδρείαν κοσμῶν, ὑπόπτερον μὲν τὸ θηρίον ἀναπλάττει, διὰ τὸ ὀξέως ἁρπηδᾶν· γέρνον δὲ γυναικὸς ἐφαρμόττει, ϗ τὸ σῶμα λέοντος. γυναικὸς μὲν, διὰ τὸ πρόχειρον τῶν γυμνώσεως, ϗ πρὸς τὸ γυναικεῖον εἶδος ὁμοιώσεως· λέοντος δὲ, διὰ τὸ θηριῶδες, ϗ ὅτι ϗ τὸ πλεῖστον τοῖς τέτρασι τυγχάνει ποσὶν ἐρειδόμενον. λόγου δὲ τὸ θηρίον μετέδωκε τὸ πλάσμα, διὰ τὸ τῆς φωνῆς ἀνθρωποειδές· αἰνιγματώδους δὲ, διὰ τὸ ἄσημα φθέγγεσθαι. ϗ θαυμαστὸν οὐδέν· πολλὰ μὲν ϗ ἄλλα σύνηθες τοῖς Ἕλλησι πρὸς τὸ μυθῶδες διαπλάττειν. ϗ αὐτὴ δὲ χώρα ϗ ὄνους ἀγρίους μεγίστους τε τῷ μεγέθει φέρει, ϗ τὴν δορὰν ϗ τὸ ξενίζον πεποικιλμένους, λευκῷ σφίσι ϗ μέλανος χρώματος, ἀλλ' ϗ μικρὸν συμποικιλλομένου. ἀλλὰ ζωναί πινές εἰσιν ἀπὸ τῆς ῥάχεως ἐπὶ τὰς πλευρὰς ϗ τὴν κοιλίαν καθήκουσαι· ϗ ἐνταῦθα διηχιζόμεναι, ϗ καλά πινας περιφέρειας ἀλλήλαις ἐναλιττόμεναι, θαυμαστήν τινα ϗ ξένην ἀπεργάζονται πλοκὴν ϗ ποικιλίαν. ἀλλά γε δὴ ϗ ὁ φοῖνιξ τὸ πολυθρύλλητον πτηνὸν, παρ' αὐτοῖς τυγχάνει γινόμενος. ϗ μὴν δὴ ϗ τὴν Σιττάκην ἐκεῖθεν ἴσμεν κομιζομένην, ὁ τῶν ὀρνέων ἐστὶ λαλίστατον, ϗ τὴν ἀνθρωπίνης γλώττης μιμητικώτατον· ϗ τὰς ποικίλας δὲ ϗ καταγεῖς ὄρνις, ἃς Γαραμαντὰς ὀνομαλοῦσί τινες, ἀπὸ τοῦ ἔθνους ἐξ οὗ μάλιστα πλεῖστοι κομίζονται, τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχηκεν. ϗ ἄλλα δὲ πλεῖστα διαφανῶς ὑπερφυέστατα φύεται, ὧν τὸ πλῆθος ἡ διήγησις ὑποστέλλεται. ἀλλὰ ϗ ὁ χρυσὸς ἐνταῦθα γενναῖος καθαρώτατος, χρυσιπίδων οἱονεὶ τριχῶν αὐτοφυῶν τῆς ἐκείνης γῆς ἀναδιδομένων, ϗ ἐπ' ἀλλήλοις κειμένων, ϗ ἐπίδηλον αὐτοῦ τὴν γένεσιν παρεχομένων· ϗ καρποὶ δὲ κάλλιστοί τε ϗ μέγιστοι· ὧν γνώριμα ϗ τὰ κάρυα. ἀλλὰ μὴν ϗ τὸ ἐπὶ τοῖς Ὁμηρίταις κλίμα πᾶν μέχρι τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, δὶς ἔτους ἑαυτῷ ἀναδίδωσι τὸν καρπόν· ἐξ οὗ καὶ τὴν χώραν Ἀραβίαν εὐδαίμονα προσηγόρευσαν. καὶ ὅλως ἡ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἅπασα γῆ, μακρῷ τῆς ἄλλης ἐν πᾶσι διαφέρει· ὁ δὲ Παράδεισος, ἁπάσης τῆς ἑῴας τὸ κράτιστον τε ϗ καθαρώτατον ὑπάρχων, ϗ τὸν ἀέρα ἀκραιφνέστατον ϗ καλλίστους ἔχων, ϗ τοῖς διαφανεστάτοις ὕδασι καταρδόμενος, δῆλον ὡς ἀπαραβλήτῳ ὑπεροχῇ τῆς ὑφ' ἡλίῳ πάσης ἐν πάσῃ τὸ

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὑποφθεγγομένης προσοικυῖα] Scribendum puto ὑποφθεγγομένη. Refertur enim ad vocem quæ præceſſit, πνὶ ſcilicet. Mox legendum exiſtimo βαρυτέρα τε μᾶλλόν ἐστιν ἢ ὀξυνομένη, addito vocabulo ἢ, id eſt, *Vox Sphingis gravis magis eſt quam acuta.*

χρεῖττον

κρεῖττον φέρει· ἢ ἔξωθεν θαλάττης καὶ ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον αὐτῷ προσκλυζομένης.

12. Ὅτι φησὶ Ἀθανάσιος πρὸς τὴν ἑσπέριον ἀφικόμενος βασιλέα, καὶ δώροις τοὺς αὐτῷ προσδυναστεύοντας ὑπαγαγὼν ἀφθονίᾳ, μάλιστα δὲ Εὐστάθιον, ὃς κόμης ἦν τῶν λεγομένων πραιβάτων, καὶ τῷ βασιλεῖ πιθανώτατος, [a] ἐπιστολὴν πρὸς Κωνστάντιον κομίζεσθαι, λέγουσαν ὧδε. Ἀθανάσιος ἦκεν ὡς ἡμᾶς, ἑαυτῷ προσήκειν τὴν ἐπισκοπὴν τῆς Ἀλεξανδρείας ἀποδεικνύς. τυγχανέτω τοίνυν ἀφ' οὗ σε ταύτης. ἐπεὶ τοῖς ἐμοῖς γε αὐτὴν ἀναλήψεσθαι ὅπλοις. Δεξάμενον οὖν τὴν ἐπιστολὴν τὸν Κωνστάντιον, καὶ τοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ κοινωνίᾳ βουλῆς συγκαλέσαντα, γνώμην παρ' αὐτῶν λαβεῖν, ἄμεινον εἶναι μὴ πόλεμον ἀναρρῆξαι τῷ ἀδελφῷ, ἢ τῆς Ἀθανασίου βαρύτητος τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀπαλλάξαι. διὸ καὶ [1] ἐφιέναι αὐτῷ τὴν ἐπισκοπὴν ἀναλαβεῖν, καὶ τὸν Γεώργιον μετ' ἐπιστολῆς εἰς ἑαυτὸν μεταπέμψασθαι. ἀλλ' ὁ μὲν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα τὴν Καππαδοκίαν ἀφίκετο, κἀκεῖ διῆγε τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐπισκοπούμενος. ὁ δὲ Ἀθανάσιος, μᾶλλον μείζονος ἤδη φρονήματος διϊὼν τὰς πόλεις, καθ' ἃς γίνοιτο τῶν ἐπισκόπων, λόγοις αὐτοὺς ἐξεκαλεῖτο πρὸς τὸ ὁμοούσιον· [2] καὶ τοὺς μὲν ἄλλους μὴ προσδέχεσθαι. Ἀέτιον δὲ τὸν ἔφορον τῆς Παλαιστίνης ἐπὶ πορνείᾳ καταγγελλόμενον, καὶ βουληθέντα τῇ πρὸς Ἀθανάσιον ἐπιχωρήσαι τὸ αἶσχος ἐπικαλύψασθαι, πρὸς τὴν [3] ἐκείνου δόξαν αὐτομολῆσαι· [3] δοῦναι δ' ὅμως ὀξύτατα τὴν δίκην, ᾧ αἰδοῖα ἀφανισθέντος καὶ σκώληκας βρύσαντος, καὶ ὕστερον τοῦ ζῆν ἐλαθέσθαι. ἀλλὰ καὶ Μάξιμον τὸν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπον, πρὸς τὴν Ἀθανασίου δόξαν ἀποκλίναι. καίτοι [4] ὁ κατὰ Μαξιμιανὸν διωγμὸς μάρτυρα τοῦτον ἐδείκνυ, καὶ τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν, ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας φέροντα διορωρυγμένον. καὶ πολλοὺς ἄλλους μικρὸν εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν τὸν Ἀθανάσιον ὑποσύρασθαι.

13. Ὅτι φησὶ τὸν Ἀντιοχείας Φλαβιανὸν, πλῆθος μοναχῶν συναγείραντα, πρῶτον ἀναβοῆσαι, δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. τῶν γὰρ πρὸ αὐτοῦ, τοὺς μὲν, δόξα Πατρὶ δι' Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ

cunctis in rebus longe præstantissimus est locus, qui ad solis ortum Oceani fluctibus alluitur.

12. Ait Philostorgius Athanasium, cum ad Occidentalium partium Imperatorem veniisset, ejusque palatii proceres, ac præcipue Eustathium comitem rerum privatarum, qui auctoritate plurimum valebat apud Principem, donis ac muneribus sibi conciliasset, literas à Constante ad Constantium attulisse, quarum hæc erant verba. Athanasius ad nos veniens, Episcopatum Alexandriæ ad ipsum pertinere manifestis probationibus ostendit. Quare illum per te consequatur » aut certe meis armis eumdem recuperabit. Porro his literis acceptis, ait Constantium Episcopos convocasse, ut una cum illis quid facto opus esset deliberaret. Eos vero id consilium dedisse Constantio, satius esse ut Alexandria Athanasii jugo minime liberaretur, quam ut bellum adversus fratrem susciperet. Constantium itaque permisisse Athanasio, ut Episcopatum reciperet: Georgium vero per Epistolam ad se evocasse. Ac Georgius quidem in Cappadociam, ex qua oriundus erat, reversus est, ibique degens privata negotia administravit. Athanasius vero, majore deinceps confidentia per urbes transiens, singulos Episcopos ad quos accesserat, ad Consubstantialis fidem sermonibus suis excitabat. Et alios quidem Episcopos verbis Athanasii non obtemperasse scribit. Aetium vero Episcopum Palæstinæ, qui fornicationis reus delatus fuerat, cum per communionem Athanasii id probrum occultare vellet, ad ejus sententiam se transtulisse. Eumdem tamen brevi pœnas dedisse, tabefactis genitalibus, ac vermibus scaturientem, atque ita ex hac luce sublatum. Maximum quoque Hierosolymorum Episcopum ad sententiam Athanasii declinasse scribit, tametsi hic in persecutione Maximiani, confessionis gloria illustris fuisset, & alterum oculum effossum haberet. Addit præterea, Athanasium paulatim multos alios ad opinionem suam pertraxisse.

Athanasius Constantis gratia restitutus.

13. Ait Flavianum Antiochenum, collecta Monachorum multitudine, primum omnium acclamasse: Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Nam ex iis qui ætate illum antecesserant, alios quidem dixisse, Gloria Patri per

Flaviani doxologia.

Theodorit. lib. 2. c. 24.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐφιέναι αὐτῷ τὴν ἐπισκοπὴν] Hunc locum emendavi ex codice Samuelis Bocharti, in quo diserte scriptum habetur ἐφιέναι, optime.

2 Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους μὴ προσδέχεσθαι] Hunc locum non intellexit Gothofredus, sicut ex versione & notis ejus apparet. Putavit enim Philostorgium id dicere, Athanasium, dum per Palæstinam transiret, cunctos Episcopos ad Consubstantialis fidem prædicationibus suis traduxisse. Atqui contrarium dicit Philostorgius: Athanasium scilicet cunctos Palæstinæ Episcopos ad quos accesserat, hortatum esse, ut Consubstantialis fidem amplecterentur. Sed nullum monitis ejus obtemperasse præter Aetium. Et hæc quidem falsa esse testatur Synodus Episcoporum Palæstinæ, quæ eo tempore à Maximo Hierosolymorum Episcopo collecta est, ut scribit Athanasius in Apologetico.

3 Δοῦναι δικῆν ὅμως] Hunc locum præclare restitui ex MS. codice Samuelis Bocharti, in quo diserte ita scribitur, δοῦναι δ' ἓν ὅμως ὀξυτάτῃ δίκην, &c. Porro Interpres suam Græcæ linguæ imperitiam in hoc præcipue loco patefecit, dum Aetium ob adulterii crimen in crucem sublatum, fractis cruribus interiisse censet. Mox pro σκώληκας βρύσαντα, in Bocharti codice MS. scriptum inveni βρύσαντος, quod magis probo.

4 Ὁ κατὰ Μαξιμιανὸν διωγμὸς] Maximianum pro Maximino posuit Philostorgius.

VARIORUM.

a Ἐπιστολὴν πρὸς Κωνστάντιον] De Constantis ad fratrem Constantium minacibus literis vid. Socr. lib. 2. cap. 22, 23. Soz. lib. 3. cap. 20. De Aëtio quod hic dicit Philostorgius, proculdubio calumniosum esse, eumque hoc tempore orthodoxum fuisse, quanquam olim Ariana labe infectum, docet Jacobus Gothofredus, Dissert. p. 144. De Maximo Hierosol. Ep. quomodo se gessit versus Athanasium, vid. Socr. lib. 2. cap. 24. not. c.

Filium in ſancto Spiritu, atque hanc acclamationem uſu magis receptam eſſe. Alios vero dicere ſolitos: Gloria Patri in Filio & Spiritu Sancto.

Πνεύματι· λέγειν τε αὐτὴν μᾶλλον τῇ ἐπιφωνήσει ἐπιπολάζειν· τοὺς δὲ, δόξα Πατρὶ σὺν Υἱῷ τε ἁγίῳ Πνεύματι.

Ariani à Catholicis penitus recedunt.

14. Ait Arianos, quamvis in fidei doctrina diſſentirent ab iis qui Conſubſtantialem Filium prædicabant, in precationibus tamen atque hymnis & conſultationibus, aliiſque fere omnibus, præterquam in myſtico ſacrificio, cum iiſdem communicaſſe. Poſtquam vero advenit Aetius, & diſſenſionis circa hæc quoque auctor fuit; perſuaſit cætui eorum qui idem cum ipſo ſentiebant, ut ruptis omnibus amicitiæ & conſuetudinis vinculis, quibus antea cum homuſianis conjuncti erant, illis maxime adverſam factionem conſtituerent.

14. Ὅτι φησὶν εἰ καὶ διεφέροντο κατὰ τὰς δόξας τοῖς τὸ ὁμοούσιον πρεσβεύουσιν οἱ ἐξ Ἀρείου, ὅμως καὶ εὐχῶν, καὶ ὕμνων, καὶ βουλευμάτων, καὶ τῶν ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων, πλὴν τῆς μυστικῆς συνοικονόμου θυσίας. ἐπιγενομένου δὲ τοῦ Ἀετίου, καὶ τῆς ἐν τούτοις διαφάσεως ἄρξαντος, τὴν ὁμόδοξον συναγωγὴν, πάντας δεσμοὺς καὶ φιλίας καὶ συνηθείας, οἷς τοῖς ἑτεροδόξοις συνήπτοντο, διαῤῥήξαντας, εἰς ἀντίπαλον τούτοις μάλιστα ὠθήσασθαι καταστῆσαι τὴν μοῖραν.

Aetius haereticus.

15. Ait Aetium ortum fuiſſe ex Cœle Syria. Pater vero ejus, cum in præſidiali officio militaſſet, male rem geſſit. Cumque in ejuſmodi ſtatu mortuus eſſet, is qui tunc rector erat provinciæ, facultates ejus fiſco addixit. Ita Aetius adhuc admodum adoleſcens, una cum matre ad ſummam egeſtatem redactus eſt. Qua de cauſa aurificinam exercere aggreſſus eſt, quo tum ſibi, tum matri victum compararet. Cumque hanc artem ſatis diu exercuiſſet, ob indolis præſtantiam, ad Philoſophicas diſciplinas animum applicuit. Ac primum quidem auditor fuit Paulini, qui ex Epiſcopatu Tyri ad ſedem Antiochenam tranſlatus fuerat. Poſtea vero cum mater ipſius extremum diem obiiſſet, cujus potiſſimum cauſa aurificinæ artem excolebat, totum ſe deinceps Aetius ad Logicæ ſtudia con-

15. Ὅτι πατρὶς Ἀετίῳ ἡ κοίλη γέγονε Συρία· τοῦ δὲ πατρὸς αὐτοῦ τὴν στρατείαν δυσπραγέστερον διοικουμένου· καὶ τὸ βίον συνεκτόντος, τὴν μὲν οὐσίαν τοῦ τότε ἄρχοντος φησὶ δημοσιεῦσαι. νέον δὲ τὸν Ἀέτιον ὄντα, εἰς ἔσχατον σὺν τῇ μητρὶ πενίας ἐλάσαι, καὶ ἀφ' οὗ τοῦτο ἐπὶ τὸ χρυσοχοεῖν ὁρμῆσαι, ὡς ἂν ἀμοιβαίως αὐτός τε καὶ ἡ γεννησαμένη ἀφθόνως βιώσαιτο. ἀποχρώντως δὲ τῇ τέχνῃ κεχρημένον, ἀφ' ὁρμῆς Φύσεως ἐπὶ τὰς λογικὰς ἐπιστήμας μαθήσεις. καὶ Παυλίνου μὲν ἀκροάσασθαι πρότερον, ὃς ἐκ τῆς ἐφορείας Τύρου εἰς τὸν τῆς Ἀντιοχείας μετέστη. τῆς δὲ μητρὸς τὸν βίον λειπούσης, δι' ἣν μᾶλλον καὶ ἡ ποικίλαις εἰδέαις τὸ χρυσοῦν ἐπιμορφοῦσα τέχνη μετεχειρίζετο τῷ Ἀετίῳ, ἐκεῖθεν αὐτὸν ὅλον εἰς τὴν τῶν λογικῶν μαθη-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὴν ὁμόδοξον συναγωγὴν] Non aſſentior Gothofredo, qui τὴν ὁμόδοξον συναγωγὴν, *Orthodoxos* ſive *Homoouſianos* eſſe credidit. Rectius Lucas Holſtenius hæc verba de Arianis intellexit, quibus auctor fuit Aetius, ut ruptis omnibus amicitiæ & concordiæ vinculis, quibus hactenus juncti fuerant cum orthodoxis, peculiarem ac propriam factionem conſtituerent. Certe Holſtenius ad oram ſui codicis, hunc locum ita interpretatur: *In eadem fide conſentienti ſibi conventui, ruptis omnibus quibus cum aliter ſentientibus conjungebantur, amicitiæ & conſuetudinis vinculis, contrariam hiſce factionem ut conſtitueret, auctor fuit.*

2 Ἡ σὺν κοίλη γέγονε Συρίᾳ] Articulus ἡ ſatis indicat nomen civitatis hic deſiderari, ex qua oriundus erat Aetius. Certe Suidas in voce Ἀέτιος, Philoſtorgii locum hunc deſcribens, Antiochiam Aetio patriam aſſignat. Niceph. vero in lib. 9. hunc Philoſtorgii locum ita expreſſit: πατρὶς δὲ αὐτῷ ἡ κοίλη Συρία ἦν. Quem ſequutus Gothofredus hæc Philoſtorgii verba ita interpretatus eſt: *Ait Aetio patriam fuiſſe Coelen Syriam.* Verum hæc locutio impropria eſt; patria enim cujuſque dicitur, non provincia ex qua oriundus eſt, ſed civitas aut vicus ejus provinciæ. Obſervavi tamen patriam vocari ſolere à Philoſtorgio provinciam, ex qua quis ortus eſt. Sic in cap. 8. lib. 4. Philoſtorgii, & in cap. 3. lib. 6.

3 Τῶν σὺν στρατείᾳ δυσπραγέστερον συνηνεγμένων] Rectius apud Suidam hic locus refertur hoc modo: ὁ δὲ πατὴρ αὐτῷ τῶν σὺν στρατιᾷ δυσπραγέστερον ἐνειλεγμένων χρόνῳ ἐπιθήκει. Ac primum quidem ἐν στρατιᾷ libentius lego cum Suida, quam ἐν στρατείᾳ, ut habent noſtri codices. Neque enim pater Aetii armatam militiam ſecutus eſt. Sed Officialis fuit, ſive Apparitor Præſidis provinciæ: quæ militia cohortalis dicebatur; eratque longe vilior caſtrenſi militia. στρατιὰν certe pro officio & apparitione ſumi, jam pridem obſervavi in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum. Porro patrem Aetii non militem fuiſſe, ſed Officialem Præſidis, hinc conjicere licet. Primo, quia Philoſtorgius ſubdit bona ejus fiſco addicta eſſe à Præſide provinciæ: quod procul dubio factum nunquam eſſet, ſi pater ille Aetii armatam militiam ſequutus fuiſſet. Milites enim in alio foro judicabantur, in foro ſcilicet Judicum militarium. Præterea Suidas ex Philoſtorgio diſerte ſcribit, parentes Aetii fuiſſe viles ac pauperes: quod utique non diceret, ſi Aetius militari genere ortus fuiſſet. ἐνειλεγμένων quoque, quomodo legitur apud Suidam, libentius amplector, quam ἐννενεγμένων, vel ἐπηνεγμένων, ut legitur in codice Bocharti. Dicitur autem ἐνειλεγμένων pro ἐγκατειλεγμένων.

4 Δημοσιεῦσαι] In MS. codice Bocharti, & apud Nicephorum in libro nono ſcriptum inveni, δημοσιῶσαι, quod rectius mihi videtur. Alii dicerent δημεῦσαι.

5 Καὶ Παυλίνου μὲν] De hoc Paulino, qui ab Epiſcopatu Tyri ad Antiochenam ſedem † tranſlatus eſt, vide quæ notavi in Annotationibus ad librum decimum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euſebii. Gothofredus enim graviter hic lapſus eſt, qui Paulinum hunc anno Chriſti 324. mortuum eſſe exiſtimavit. Ab hoc Paulino diſtinguendus eſt alter Paulinus, qui poſt mortem Philogonii Antiochenſis Epiſcopi, paulo ante Synodum Nicænam, eandem Eccleſiam rexit: de quo multa obſervavi in Annotationibus ad Sozomenum, pag. 107. not. 1. Hujus Paulini præter Hieronymum meminit Niceph. Patriarcha in Chronogr. Zonaras in to. 2. Ann. & Nicetas in Theſauro orthodoxæ fidei: qui tamen eum cum Paulino Tyriorum Epiſcopo, qui poſt Euſtathium ad Antiochenam ſedem tranſlatus eſt, perperam confuderunt.

VARIORUM.

† Valeſii auctoritate motus in ea opinione aliquando fui, Paulinum è ſede Tyrienſi ad Antiochenam tranſlatum fuiſſe. Verum re melius perpenſa, etſi libens concedo Paulinum Synodo Nicænæ aliquot annis ſuperfuiſſe, Eccleſiæ tamen Antiochenæ præſediſſe nego. Neque ulli veterum, unico excepto Philoſtorgio, id affirmant; nec ipſius Euſebii locus quem ex lib. 1. cont. Marcell. cap. 4. pro ſe adducit Valeſius (Euſeb. Hiſt. lib. 10. cap. 1. not. 1.) rite intellectus id ſuadet; ex quo nil aliud exculpi poteſt, quam Paulinum Epiſcopatum Tyri tanta cum laude adminiſtraſſe, ut Antiochenſis Eccleſia in eo tanquam proprio bono (fuerat enim ejuſdem Eccleſiæ presbyter) gloriari ſolita ſit. *Guil. Cave in Euſebio Vol. I. pag.* 131.

μάτων

1 μάτων μεταπάξαθαι θεωρίαν· καὶ θᾶττον ἐπὶ λόγων ἀμίλλαις τῶν πλειόνων ὁρᾶν κρατοῦντα, καὶ φθόνον ἐκ τούτου ὐ μικρὸν ἀνάπλεων. ἀλλὰ μέχρι μὲν ὁ Παυλῖνος ἔζη, τῷ ἰσχυρῷ ὁ φθόνος παρῄρητο· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος μετὰ μῆνας ἓξ ἀπεβίω, 2 ἀντ' αὐτοῦ ἡ Εὐλάλιος τὸν θρόνον εἶχεν, εἰς τὸ αὐτοῦ δυνάμων ἐπανελθὼν ὁ φθόνος, κινεῖ τὸν Εὐλάλιον τῆς Ἀντιοχείας τὸν Ἀέτιον ἀπελάσαι. ὁ δὲ, εἰς τὴν τῆς Κιλικίας Ἀναζαρβὸν ἀφικόμενος, τῇ τέχνῃ πάλιν ὡς τὸ ζῆν ἀπεχρῆτο, οὐδὲ τῆς ἐν λόγοις ἀφιλαμένος ὡς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀμίλλης· γραμματικοῦ δέ τινος τὴν φύσιν αὐτοῦ ἀγαμένου, καὶ μεταδοῦναι τῆς τέχνης ὁρμημένου, ὁ Ἀέτιος παρ' αὐτὸν εἰσοικισθεὶς ἐθήτευεν, τὰς οἰκετικὰς αὐτῷ τελῶν λειτουργίας. ὁ δὲ μὲν τὴν γραμματικὴν προθύμως αὐτὸν ἐδιδάξατο· ὁ δὲ, 3 τοῦ διδασκάλου δημοσίᾳ ποτὲ καταιδὼς εἰς ἔλεγχον, ὅτι μὴ τὰ θείων λογίων ὀρθὴν ἐποιεῖτο τὴν δίηγησιν, ὁ πολλῷ αὐτοῦ τῷ ἐπ' ἀμαθείᾳ τοιούτων αἰσχύνῃ καταχεάμενος, ἀντιμισθίαν ὧν τῷ ἀποκήρυξιν τῆς θυεργεσίας αὐτὸν οἰκίας. ἐκεῖθεν δὲ ἐλαθεὶς, Ἀθανασίῳ συγγένετο, ὃς τὰ μὲν Λουκιανοῦ τοῦ μάρτυρος ὁμιλητῶν εἷς ἐγεγόνει, 4 τῷ Ἀναζαρβὸν διεσκόπει. παρ' ᾧ τοὺς θυαγγελιστὰς ἀναγνοὺς, καὶ τοῖς καθ' ἕκαστον αὐτὸν ἐπιτρήσας, ἐπὶ τὰ Ταρσὸν ὡδοιπόρει Ἀντώνιον ἀφικνεῖται. τὰ Λουκιανοῦ δὲ καὶ οὗτος ἦν γνωρίμων· ὑφ' ᾧ τὰς τοῦ ἀποστόλου ἀναδιδαχθεὶς ἐπιστολὰς, ἱκανὸν αὐτῷ συνδιέτριψε χρόνον, τὰ τοῦ πρεσβυτέρου τάξιν πληρούντι. ἐπεὶ δ' ὁ Ἀντώνιος ἔφορος ἐγεγόνει, καὶ οὐκ οἷός τε ἦν σχολαίῳ τῇ σοφιζούσῃ τὰ Ἀέτιον διδασκαλίᾳ, εἰς τὰ Ἀντιόχου πάλιν ὁ Ἀέτιος ἐπανεισιν, 5 ἀκροασόμενος Λεοντίου. πρεσβύτερος δὲ ἦν ὁ Λεόντιος καὶ ἐκείνου καιροῦ, καὶ αὐτὸς τῶν μαθητῶν Λουκιανοῦ χρηματίσας. ὃς αὐτῷ καὶ τὰς προφήτας ἐξηγήσατο, καὶ μάλιστα τὸν Ἰεζεκιήλ. ἀλλὰ κἀκεῖθεν αὐτὸν ὁ φθόνος αὖθις, ὡς Φιλοστόργιος λῆρεῖ, ὡς δ' ἄν τις ἀληθεύων εἴποι, τῆς γλώσσης ἡ ἀκρασία, καὶ τὸ τοῦ φρονήματος δυσσεβὲς ἀπελαύνει. ἐκεῖθεν οὖν τὴν Κιλικίαν κατα-

vertit. Ac brevi in diſputando pleriſque ſuperior viſus eſt. Ex quo etiam non mediocris invidia adverſus illum exarſit. Verum Paulino quidem ſuperſtite, vires ſuas compreſſit invidia. Ubi vero Paulinus poſt ſextum Epiſcopatus ſui menſem mortuus, & Eulalius in ejus locum ſubſtitutus eſt, tum vero invidiæ livor priſtinum robur recuperans, Eulalium incitavit, ut Aetium Antiochia expelleret. Igitur Aetius Anazarbum, quæ Ciliciæ urbs eſt, profectus, artem ſuam denuo exercuit ad victum ſibi comparandum; nec tamen à diſputationibus adverſus eos qui cum ipſo congredi vellent, penitus abſtinuit. Porro cum grammaticus quidam, ingenii ejus admiratione captus, artem ei ſuam tradere aggreſſus eſſet, Aetius in domum ejus admiſſus ei miniſtravit, ſerviles operas præſtans. Et ille quidem libenti animo Aetium artis grammaticæ præceptis inſtituit. Aetius vero, cum aliquando magiſtrum ſuum publice coarguiſſet, tanquam divina oracula minus recte explicantem, magnoque eum pudore ob ejuſmodi imperitiam affeciſſet, hanc mercedem retulit, ut ex domo bene de ipſo merita ejiceretur. Inde igitur expulſus, cum Athanaſio verſatus eſt, Luciani Martyris diſcipulo, qui tunc Anazarbi Epiſcopatum regebat. Apud quem cum Evangeliſtas legiſſet, & ſingula quæ in illis occurrunt accurate obſervaſſet, Tarſum inde perrexit: viſurus Antonium, qui & ipſe unus erat ex diſcipulis Luciani. A quo cum Epiſtolarum Pauli explanationem didiciſſet, ſatis diu cum eo vixit, in presbyterorum ordine adhuc conſtituto. Ubi vero Antonius ad Epiſcopatum evectus eſt, nec erudiendo Aetio vacare amplius poterat, iterum Aetius Antiochiam revertitur, Leontium auditurus, qui tunc temporis presbyter erat Antiochiæ, & unus fuerat ex auditoribus Luciani. Hic Prophetas, ac præcipue Ezechielem expoſuit Aetio. Sed rurſus invidia, ut ſomniat Philoſtorgius, ſeu ut verius aliquis dixerit, linguæ intemperantia & dogmatum impietas, inde eum ejecit. Illinc igitur Aetius in Ciliciam profectus eſt. Ubi

Valesii Annotationes.

1 Ἐπὶ λόγων ἄμιλλαν] In codice Samuelis Bocharti ſcriptum erat ἀμίλλαις, ſed per compendium. Quæ ſcriptura videtur etiam fuiſſe in codice Gothofredi; quam ille, ut pote in Græcis exemplaribus legendis parum exercitatus, minime intellexit. Nicephorus quoque ita videtur legiſſe: ſic enim hunc Philoſtorgii locum expreſſit: ἀμίλλας ἰσῶν.

2 Ἀντ' αὐτοῦ δὲ Εὐλάλιος] Hic locus Philoſtorgii integrior extat apud Suidam in Ἀέτιος, hoc modo: ἐπὶ δὲ Παυλῖνος ἐτεθνήκει, Εὐλαλίου τελοῦντος καὶ εἰκοστοῦ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἔχοντος τὸν θρόνον, &c. In Chron. * B. Hieronymi, & in Chronographia Nicephori Patriarchæ, Eulalius 25. numeratur Epiſcopus Antiochiæ poſt Apoſtolos; qui tamen potius 26. dicendus erat. Nam Paulinus Tyriorum Epiſcopus, qui ab illis omiſſus eſt, inter Antiochenſes Epiſcopos quintum ac viceſimum locum obtinuit. Porro quod Philoſtorgius dicit, Eulalium viceſimum tertium fuiſſe poſt Apoſtolos, id non ita intelligendum eſt, quaſi omnes Apoſtoli Antiochenam ſedem obtinuerint: ſolus enim Petrus Antiochenam cathedram tenuit, ut inter omnes conſtat. Sed quod ab uno Apoſtolo geſtum eſt, id ab omnibus ſimul Apoſtolis geſtum eſſe dicitur, ob collegium & conſortium Apoſtolatus. Quemadmodum in edicto unius Præfecti Prætorio jubere dicebantur etiam cæteri, propter auctoritatem ejuſdem poteſtatis, ut ſcribit Auctor quæſtionum veteris & novi teſtamenti, capite 97. Eccleſia itaque ab uno Apoſtolo fundata, ab omnibus ſimul Apoſtolis recte dicitur conſtituta. Certe Euſebius in libris Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Apoſtolicarum ſedium ſucceſſiones enumerans, Epiſcopos illarum ſemper vocat Apoſtolorum ſucceſſores. Verbi gratia, Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopos enumerans, non ſolius Marci, ſed generaliter Apoſtolorum ſucceſſores nominat; idem quoque obſervat in Epiſcopis Antiochiæ. Ita etiam Irenæus in libro primo, de Hygino loquens Romanæ urbis Epiſcopo, eum nonum locum Epiſcopalis ſucceſſionis tenuiſſe dicit poſt Apoſtolos: ſed & Latinos eodem modo locutos invenimus. Certe Rufinus de adulteratione lib. Origenis ita dicit: *Clemens Apoſtolorum diſcipulus, qui Romanæ Eccleſiæ poſt Apoſtolos Epiſcopus & Martyr præfuit.*

3 Τοῦ διδασκάλου δημοσίου] Hunc locum emendavi ex codice Bocharti, in quo δημοσίᾳ diſerte ſcribitur: & paulo poſt, ἐπ' ἀμαθείᾳ, optime procul dubio.

4 Τὸν ἀναζαρζὸν διεσκόπει] Lucas Holſtenius ad latus ſui codicis emendavit, δὲ ἐσκόπει. In Bocharti autem codice neſcio quis adnotavit, forte ſcribendum eſſe δὲ διεσκόπτ. Ego mallem legere, τὸν ἀνάζαρβον δ' ἐπεσκόπτ.

5 Ἀκροασόμενος Λεοντίου] Procul dubio ſcribendum eſt ἀκροασόμενος, quemadmodum legitur in MS. codice Bocharti.

Variorum.

* Vide Hieronymi locum à Valeſio adductum in not. 1. ad Sozom. pag. 107. ubi Paulinus numeratur viceſimus ſecundus Antiochiæ Epiſcopus, & Eulalius viceſimus quartus.

quidam ex hæresi Borborianorum pro defensione dogmatis sui cum eo congressus, penitus eum vicit atque oppressit. Quam ob causam despondere animum cœpit, nec sibi amplius vivendum esse existimabat, cum mendacium veritate potentius esse cerneret. Dum sic animo affectus esset Aetius, visio quædam, ut fingit Philostorgius, ei oblata est, quæ animum ejus erexit ac confirmavit: signis quibusdam exhibens invictam vim sapientiæ, quæ illi deinceps adfutura esset. Ex eo tempore id datum est divinitus Aetio, ut à nemine in disputationibus vinceretur. Nec multo post Aphthonius quidam Manichæorum insaniæ præpositus, & tum sapientiæ, tum eloquentiæ causa magnam apud multos gloriam consecutus, in urbe Alexandria cum eo congressus est. Etenim Aetius ex urbe Antiochia ad eum venerat, fama hominis excitus. Ubi vero ad certamen ventum est, non valde prolixa disputatione habita Aetius Aphthonium ad sermonis inopiam redactum, ex magna gloria in summum dedecus atque ingnominiam depressit. Quare Aphthonius præter expectationem victum se ægre ferens, in gravissimum morbum incidit, quem mors brevi subsecuta est, cum ultra septem dies post hanc acceptam cladem supervivere minime potuisset. Aetius vero adversarios suos sermonibus ubique superabat, & illustrem victoriam reportabat. Per idem tempus medicinæ quoque operam dedit, quo non solum animorum, verum etiam corporum morbos curare posset. Habuit autem in ea disciplina Magistrum Sopolim, virum in hac arte nulli secundum. Porro Aetius cum in arte medica excelleret, gratuitam indigentibus operam præstabat. Quod si forte ipse rebus ad vitam necessariis opus haberet, ad aliquem ejusdem artis opificem noctu accedens, ne interdiu à gravioribus negotiis avocaretur: quodcumque aurum peritioris artificis indigebat manu, illud celeriter elaborans, mercedem ab aurifice referebat, eoque modo vitam sustentabat. Hæc vero principatu Constantii acciderunt, eodem tempore quo Theophilus ex India reversus, Antiochiæ morabatur.

λαμβάνει· καί [a]τις τ̃ Βορβοριανῶν λόγοις αὐτῷ [1]ὑπὸ τ̃ ἰδίας δόξης συμπλακεὶς, εἰς ἐσχάτην καλέσησεν ἦπαν· ἐφ' ᾧ ἀθυμία τε αὐτὸν κατεῖχε, ϗ τὸ ζῆν οὐκ ἀνεκτὸν ἡγεῖτο, ὁρῶν τὸ ψεῦδος τ̃ς ἀληθείας ἐπικρατέστερον. οὕτω δὲ τῷ Ἀετίῳ ᾳφικεμβύῳ ὀπλασία τις, ὡς ὅτος τερατολογεῖ, ἐπίσαταγ λυθσα τὴν ἀθυμίαν, συμβόλοις παρεχομβύη τὸ ἀναγαγώνισον τ̃ς ἤδη [2]παρεχομβύης αὐτῷ Ϛοφίας. κἀκεῖθεν παραγενόμβῳ τῷ Ἀετίῳ τὸ μηδενὸς ὢν συμπλοκαῖς ἡττᾶσθαι λόγων. μετ' οὐ πολὺ γοῦν Ἀφθόνιός τις τ̃ Μανιχαίων λύσης ᾳφεστὼς, ϗ μεγάλῃ παρὰ πολλοῖς ἐπὶ Ϛοφίᾳ ϗ δριότητι λόγων φέρων τιὴ δόξαν, ὢν τῇ καθ' Αἴγυπτον αὐτῷ Ἀλεξανδρείᾳ συμπλέκεται. ϗ γὼ ἦκε πρὸς αὐτὸν ἐξ Ἀντιοχείας ὁ Ἀέτιος, ὑπὸ τ̃ αὐτῷ Φήμης ἑλκόμενος. ὡς δ' εἰς ἅμιλλαν ἀλλήλοις κατέστησαν, οὐδὲ πολλοῖς καταναλωθείσης ᾳφαλέξεως, εἰς ἀφωνίαν συνελάσας ὁ Ἀέτιος τ̃ Ἀφθόνιον, ἐκ μεγάλης δόξης εἰς μεγάλιὴ αἰσχύνιὴ κατήνεγκε. διὸ ϗ τῷ ἀπροσδοκήτῳ βαρυθυμίσας τ̃ ἥττης, νόσον τε ἐπεσπάσατο χαλεπιὴν, ϗ τῇ νόσῳ πέρας ὁ θάνατος ἦν, ὐδὲ περαιτέρω τ̃ ἑπτὰ ἡμερῶν διαρκέσαντος τ̃ σώματος ἀπὸ τ̃ πληγ̃ς. Ἀέτιος ὢ ᾳφὶ πάντων ἐχώρει, τοῖς λόγοις τοὺς ἀντιπάλους κρ̃τ' κράτος βάλλων, καὶ τιὴ νίκιὴ λαμπρῶν ἀναδούμβνος. τότε ὢ [3]καὶ τ̃ς ἰατρικ̃ς ἐξ̃πτο, ὡς ἂν μὴ μόνον ψυχαῖν, ἀλλὰ καὶ Ϛωμάτων ἔχοι τὰς νόσους ἰᾶσθαι. Σώπολις δ' ἦν αὐτῷ τ̃ μαθήματος ὁ διδάσκαλος, ἀνὴρ ὢν τῇ τέχνῃ μηδενὸς ἔχων τὰ δεύτερα· ἀειτεύων δὲ ὢν ἰατρικῇ ὁ Ἀέπος, ἄμισθον παρεῖχε τοῖς δεομβνοις τιὴ θεραπείαν. εἰ δέ ποτε ἐδέησεν αὐτῷ τ̃ ἀναγκαίων, ᾠδ' ἅττι τ̃ ὁμοτέχνων νύκτωρ φοιτῶν, ἵνα μὴ δι' ἡμέρας ἀπάγοιτο τ̃ σπουδαιοτέρων ὅσον τοῦ χρυσίου τεχνικωτέρας ἐδεῖτο χειρὸς, [4]τ̃το δὲ ἄρα ἐξεργαζόμβνος θᾶττον, ᾠδ' τοῦ ὁμοτέχνου τ̃ μισθὸν ἐκομίζετο, καὶ τὸν ἑαυτῦ βίον σωεῖχε. ταῦτα δὲ κατ' ἐκείνους καιροὺς τ̃ Κωνσταντίου ἦν, καθ' οὓς ϗ ὁ Θεόφιλος ἐκ τ̃ Ἰνδῶν ἐπανελθὼν διῆγεν ἐν Ἀντιοχείᾳ.

a

1

2

3

4

Valesii Annotationes.

1 Λόγοις αὐτῷ ὑπὸ τ̃ς ἰδίας δόξης συμπλακεὶς] Assentior viro docto, qui ad latus codicis Bochartiani ad vocem ὑπὸ, adnotavit scribendum videri ὑπὲρ: qua quidem emendatione nihil certius. Interpres quidem Gothofredus in hujus loci versione turpiter hallucinatus est, cujus versionem Lucas Holstenius in suo codice ita emendavit: *Et Borborianorum aliquis rationibus propriam opinionem propugnans, cum eo congressus penitus ipsum confutavit.*

2 Παρεχομένης αὐτῦ σοφίας] Rectius in codice Bocharti scribitur αὐτῷ. Nec displicet conjectura Holstenii, qui in margine sui codicis adnotavit scribendum sibi videri παρεσομένης.

3 Καὶ τ̃ς ἰατρικ̃ς ἐξ̃πτο] Aetium medicinæ artem leviter attigisse testatur etiam Gregorius Nyssenus in libro primo contra Eunomium, pag. 293. Cujus libros si legisset Jacobus Gothofredus, plurimum ex eo utilitatis percipere potuisset: multa enim de Aetio, ejusque studiis atque institutis illic refert Gregorius, quæ non leguntur in Philostorgio. Cujusmodi illud est, Aetium primo quidem Amperidis cujusdam servum fuisse, deinde vero nescio qua arte manumissum, fabrum ærarium extitisse. Verba Gregorii Nysseni sic habent: οὐδύτα γάρ αὐτὸν ἤδη τὴν δουλείαν Ἀμπελίδος—τ̃ς κεκλημένης αὐτόν. τὸ δὲ ὅπως ἐδὲν δέομαι λέγειν, ὡς ἂν μὴ δόξαιμι κακηθέστερον τοῦ διηγήματος ἅπτεσθαι· εἶναι μὲν καμινοῦτην, &c. Quem locum prorsus infeliciter vertit Gretserus, hoc modo: *Quippe illum, relicta cultura vineæ quam possidebat (at quam juste, tacebo, ne videar odiosius narrationem auspicari) principio quidem factum esse fabrum caminarium, &c.* Hunc Gregorii Nysseni locum citat etiam Nicetas in Thesauro orthodoxæ fidei, lib. 5. cap. 30.

4 Τοῦτο δὲ ἄρα ἐξεργαζόμενον] Malim scribere τοῦτο δὴ &c. pro ἐξεργαζόμενον, in codice Bocharti scribitur simpliciter ἐργαζόμενον.

Variorum.

a Τις τῶν Βορβοριανῶν] Borboriani, seu Borboritæ, Hæretici exorti temporibus Hadriani Imp. circa an. Chr. 129. *qui*, ut ait Philastrius in Catal. Hæretic. *vitiis implicati seculi, & malis concupiscentiis servientes, judicium non sperarunt futurum, sed potius carnalem seculi concupiscentiam laudarunt.* Sic dicti ex Græco βόρβορος *cœnum.* Sic enim idem: *Hi itaque in cœnum euntes, & inde obliti de cœno facies & membra sua deformantes, eadem re cunctis velut culpandam Dei creaturam demonstrabant.* Vide Theodorit. Hæret. Fab. lib. I. cap. 13. & Epiphan. hæres. Gnosticorum 26. n. 3.

16. Οτι Ἀέτιός, φησι, τοῖς περὶ Βασίλειον τ̃ Ἀγκύρας, καὶ Εὐσάθιον τ̃ Σεβαστείας, εἰς τοὺς περὶ ζ̃ ὁμουσίου λόγους καταξας, καὶ πάντων ἀνθρώπων αὐτοὺς διελέγξας ἀφνοτάτους, ὡς ἔτος περιτολογεῖ, εἰς μῖσος αὐτοῖς ἄσπονδον κατέχη.

16. Ait Aetium, cum adversus Basilium Ancyræ, & Eustathium Sebastiæ Episcopum de consubstantiali disputans, omnium hominum infantissimos eos ostendisset, ut quidem iste confingit; implacabili odio ab illis deinceps exagitatum fuisse.

17. Οτι Λεόντιός, φησιν, ὃν ὁ ἔμπροσθεν λόγος πρεσβύτερόν τε καὶ διδάσκαλον Ἀετίου ὑπέδειξεν, ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας καταξας, εἰς ἀγχονίαν τ̃ μαθητοῦ περιεῖζε, καὶ διδάσκειν ἐν ἐκκλησίᾳ τὰ τ̃ ἐκκλησίας ἐπιτρέπει δόγματα. ὁ δὲ περὶ μὲν τὸ τ̃ διακονίας ἔργον ὑπεραίρη· διδάσκειν δὲ
1 ἀνεδέξατο· χρόνον δὲ διατρίψας, ὡς ᾤμιζεν αὐτῷ εἰς τ̃ τ̃ θείων μαθημάτων ἐξαρκέσειν παράδοσιν, ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν αὖθις παραγίνεται. ἤδη γὰρ
2 ἐν αὐτῇ ὁ Ἀθανάσιος πολὺς ἦν ἐπὶ τῷ ὁμουσίου ῥέων, καὶ ἐχρῆν εἶναι τὸν ἀντιπνέοντα.

17. Leontius is, quem presbyterum ac præceptorem Aetii fuisse supra retulimus, cum ad Episcopatum urbis Antiochiæ promotus fuisset, discipulum suum ad diaconatus gradum evexit, eique permisit ut Ecclesiastica dogmata publice in Ecclesia doceret. Verum Aetius, Diaconi quidem functionem detrectavit: docendi vero munus libenter amplexus est. Cumque illic tamdiu mansisset, quantum sibi sufficere judicabat ad sacrarum disciplinarum traditionem, rursus Alexandriam perrexit. Jam enim illic agebat Athanasius, & τὸ ὁμοούσιον magnis viribus defendebat, prorsusque necesse erat ut aliquis ei resisteret. *Leontius Ep. Antioch.* *Theodorit. l. 2. c. 24.*

18. Οτι Φησι Φλαβιανὸν καὶ Παυλῖνον, οἳ καὶ μ̃ ταῦτα τ̃ Ἀντιοχείας θρόνου εἶχον διανειμάμενοι, τούτους τὸν εἰρημένον Λεόντιον ἅτε δὴ μὴ ὁμοδοξοῦντας καθελεῖν. ἦτοι δὲ ἦσαν Εὐσαθίῳ σωνακολου-
3 θήσαντες, ἐς τὴν μεθόριον ἀπαγομένῳ, ὡς τ̃ ἱερῶν τ̃ Ἀντιοχείας Φροντίδων, μᾶλλον δὲ τ̃ ὅλης θεσεβείας, οὐδὲν ἠνέσχετο τοῖς καιροῖς συγκαπηλεύσασθαι.

18. Ait Philostorgius Flavianum ac Paulinum, qui Antiochenum Episcopatum inter se postea diviserunt, à supradicto Leontio, ut pote contraria ipsi sentientes, depositos esse. Hi vero Eustathium secuti fuerant, cum is in exilium abduceretur. Qui quidem ex sacerdotali munere Antiochensis Ecclesiæ, seu potius ex universa religione, nihil omnino temporum vicissitudine passus est interpolari. *Flavianus & Paulinus à Leontio depositi.*

a 19. Οτι a Σεκουνδου καὶ Σέρρα εἰς ἐπισκοπὴν τὸν Ἀέτιον περιχειζομένων, αὐτὸς φησιν οὐκ ἠν-
4 έσχετο, μὴ καθαρῶς αὐτοὺς ἱεράσθαι, 4 διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τ̃ τὸ Ὁμοούσιον θρησκευόντων ἀποφαινόμενος.

19. Ait Philostorgius Aetium, cum Secundus & Serras ad Episcopatum gerendum eum elegissent, assentiri noluisse: cum diceret eos non pure nec sancte divina celebrare mysteria, ut pote qui Homusianis permixti essent. *Aetius Episcopatum recusat.*

20. Οτι Φησιν, Εὐνόμιος κτ' πύσιν τ̃ Ἀετίου Σοφίας εἰς Ἀντιόχειαν ἐκ Καππαδοκίας ἀφικόμενος, τῷ Σεκουνδῳ συνέμιξεν. ὁ δὲ αὐτὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τότε τῷ Ἀετίῳ διατρίβοντι συνέσηκε· καὶ συνέσην ἄμφω, ὁ μὲν διδάσκων, b ὁ δὲ τοῖς ἱεροῖς μαθήμασι συνασκούμενος.

20. Eunomius, cum fama ad ipsum perlata esset de Aetii sapientia, ex Cappadocia Antiochiam profectus, in colloquium venit cum Secundo. Hic vero Aetio qui tum Alexandriæ degebat, Eunomium commendavit. Ambo igitur simul habitarunt: Aetius quidem docens: Eunomius vero sacras disciplinas percipiens. *Eunomius.*

21. Οτι Εὐνομίῳ, Φησιν οὗτος ὁ δυσεβὴς οὐκ αἰσχυνόμενος, 5 ἐγκώμιον ἀνατάξασθαι.

21. Ait impius Philostorgius se encomium Eunomii conscripsisse, nec erubescit id profiteri.

22. Οτι Φησι τ̃ Κώνσταντα, διὰ τ̃ ὑπὲρ Ἀθανασίου σπουδὴν ὑπὸ τυραννίδι τῇ Μαγνεντίου τ̃ ζωὴν καταφθαρῆναι. τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ, καὶ ζ̃ μὲν Κωνσταντίου κτ' τ̃ Ἔδεσαν τ̃ Μεσοποταμίας διατρίβοντος· τοῦτο γὰρ ὁ Περσικὸς ἀπῄτει πόλε-

22. Ait Constantem, ob studium erga Athanasium, à Magnentio Tyranno extinctum fuisse. Post cujus obitum, cum Constantius Edessæ in Mesopotamia moraretur: Id enim exigebat bellum Persicum: *Constans.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὡς ᾤμιζεν αὐτῷ] Non dubito quin scribendum sit ὅσον ἠνόμιζεν αὐτῷ εἰς τὴν τῶν θείων μαθημάτων ἐξαρκέσειν παράδοσιν, &c.

2 Πολὺς ἦν ἐπὶ τῷ ὁμοουσίου] In codice Bocharti scriptum inveni, ὑπὸ τοῦ ὁμοουσίου. Quare non dubito quin scribendum sit hoc loco, ὑπὲρ τοῦ ὁμοουσίου. Eundem errorem paulo antea observavi.

3 Ὡς τῶν ἱερῶν τῆς Ἀντιοχείας Φροντίδων] Assentior Gothofredo, qui hæc de Leontio, non autem de Eustathio dici recte observavit. Ejusdem Leontii Antiocensis Episcopi elogium extat in Chronico Alexandrino, p. 672.

4 Διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τῶν τὸ ὁμοούσιον, &c.] In manuscriptis codicibus Scoriacensi & Bochartiano scriptum est τῶν περὶς τὸ ὁμοούσιον, &c. Proinde malim legere, διὰ τὴν ἐπιμιξίαν περὶς τοὺς τὸ ὁμοούσιον θρησκεύοντας: quamquam pro vocabulo ὁμοούσιον, libentius hoc loco legerem ὁμοιούσιον. Ariani enim, quorum Antesignani erant Secundus & Serras, non communicabant Homusianis; sed iis tantum qui τὸ Ὁμοιούσιον profitebantur. Verum re attentius examinata, nihil hic mutandum censeo. Ariani enim Homusianis eo quidem tempore in Oriente communicabant, ut docet Socrates in lib 2. cap. 22.

5 Ἐγκώμιον ἀνατάξασθαι] Scribendum est συντάξασθαι, vel certe ἀναγράψασθαι.

VARIORUM.

a Σεκούνδου καὶ Σέρρα] Erant hi Ariani Episcopi, Secundus quidem Ptolemaidis in Ægypto, Serras vero Parætonii in Libya.

b Ὁ δὲ τοῖς ἱεροῖς] Eunomius Aetii non modo discipulus fuit, verum etiam amanuensis, ut habet Socr. lib. 2. cap. 35. in fin.

Soz. lib. 4. cap. 1. Magnentius & Veteranio tyranni.

Eorum ſoror natu maxima Conſtantina, quæ vidua erat Hanniballiani, timens ne Magnentius Tyrannus univerſum imperium ſub poteſtatem ſuam redigeret, Veteranionem, unum ex magiſtris militiæ, Cæſarem renuntiavit. Videbatur autem illa id ſuo jure facere, propterea quod communis eorum pater, dum viveret, diademate eam coronaverat, & Auguſtam nuncupaverat. Conſtantius vero his cognitis, ſtatim diadema miſit ad Veteranionem, Imperatoriam ei dignitatem ſuffragio ſuo confirmans: poſtea vero adverſus Magnentium in Occidentis partes cum exercitu profectus, ſub obtentu colloquii quod cum Veteranione amice inire voluerat, eo quod is defectionis ſuſpicionem præbuiſſet: eum comprehendit, & Imperatoria veſte exuit. Nullo tamen alio affectum incommodo, immo vero menſæ ſuæ adhibitum, Pruſam Bithyniæ amandavit, amplos ac magnificos ſumptus ei conſtituens, providenſque ne quidquam eorum quibus privatorum hominum vita beate tranſigitur, ei deeſſet.

μος· ἡ πρεσβυτάτη τούτων ἀδελφὴ Κωνσταντίνα, 1
Ἀνβαλλιανοῦ δὲ ἦν κεχηρωμένη γυνὴ, δείσασα μὴ φθάσειεν ὁ τυραννήσας Μαγνέντιος τὸ πάντων ἀναρτήσασθαι κράτος, Οὐετρανίωνα τινὰ τῶν γραπτηγούντων ἕνα καθίστησι Καίσαρα. ἐδόκει δὲ δύνασθαι τοῦτο πράξειν, διότι ζώντων ὁ κοινὸς αὐτῶν πατὴρ διαδήματί τε αὐτὴν ἐταινίωσε, καὶ Αὐγοῦσταν ἐπωνόμασεν. ὁ δὲ Κωνστάντιος ταῦτα μαθὼν, παραυτίκα μὲν Οὐετρανίωνι τὸ διάδημα πέμπει, συνεπικυρῶν αὐτῷ καὶ τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα· ἔπειτα δὲ πρὸς ἑσπερίους τοὺς Μαγνεντίῳ γραπτευόμενος, καὶ συμμίξας Φιλίως τῷ Οὐετρανίωνι βουληθεὶς, ἐπειδὴ ἐκεῖνος παρέσχεν ὑποψίαν ἐπαναστάσεως, χειρώσασθαι μὲν τὸν Οὐετρανίωνα, καὶ τῆς βασιλικῆς ἀποδύσαι στολῆς· μηδὲν δὲ κακὸν ἐπεργασάμενος ἄλλο, ἀλλὰ καὶ τραπέζης αὐτῷ κοινωνήσας, εἰς Πρῦσαν τῆς Βιθυνίας ἐκπέμπει, λαμπρὰς καὶ μεγαλοπρεπεῖς ἀφορίσας αὐτῷ τὰς χορηγίας, μηδενὸς ὑστερῆσθαι, ὧν ἀνθρώπου βίος ὡς ἐν ἰδιώταις εὐδαιμονεῖ, φροντίσαντος.

Jacobus Niſibenus. Theodorit. l. 2. c. 30.

23. Ait Philoſtorgius, Saporem Perſarum Regem Romanis bellum intuliſſe, & Niſibin urbem oppugnaſſe: verum re infecta, præter omnium opinionem pudore affectum receſſiſſe, cum Jacobus urbis illius Epiſcopus, civibus quid faciendum eſſet commonſtraſſet, & firma in Deum ſpe ac fiducia pro ſalute urbis admirabiliter propugnaſſet.

23. Ὅτι Σαπώρην τὸν βασιλέα Περσῶν ἀναγράφει, γράψαντα κατὰ τῆς Νισίβιδος, καὶ εἰς πολιορκίαν αὐτῆς καθαζῆναι· ἄπρακτον δὲ καὶ παρὰ δόξαν καθηκυμβῶνα ὑποφέψαι, Ἰακώβου τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου τό, τε πρακτέον τοῖς πολίταις εἰσηγουμένου, καὶ τῇ πρὸς Θεὸν παῤῥησίᾳ, κατὰ τὸ ἀνυπέρβλητον τῆς πόλεως ὑπερμαχεσαμένου.

Alpes Succi & Juliæ.

24. Alpes, ut ait Philoſtorgius, tam Succi, quam hæ quæ Juliæ vocantur, tranſitus ſunt anguſti, maximis utrimque montibus unum in locum, ita ut fere ſibi mutuo jungantur, coeuntibus. Porro tranſitus ſimiles quodammodo ſunt anguſtiis Thermopylarum. Sed Juliæ quidem Alpes Gallias atque Italiam dividunt. Succi vero inter Daciam ſiti ſunt & Thracias. Quorum anguſtias cum occupare tentaſſet Veteranio, defectionis ſuſpicionem Conſtantio præbuit.

24. Ὅτι αἱ Ἄλπεις, αἵ τε Σύκεις καλούμεναι, καὶ αἱ Ἰουλίαι, διόδοι εἰσὶ γενναὶ μεγίστων ὀρῶν ἐκλέρωθεν, καὶ ὑφ' ἓν χωρίον ἐγγὺς ἀλλήλων συμπλύσεσθαι συνελθούσων. ἐοίκασι δὲ αἱ διόδοι αὗται, τοῖς ἐν Θερμοπύλαις γενοῖς. ἀλλ' αἱ μὲν Ἰουλίαι Ἄλπεις, τὰς Γαλλίας καὶ Ἰταλίας διορίζουσι τῶν Ἰταλῶν· αἱ δὲ Σύκεις, μεταξὺ Δακίας εἰσὶ καὶ Θρᾴκης· ἃς καταλαβεῖν ἐπειγόμενος Οὐετρανίων, τὴν ὑπόνοιαν τῆς ἐπαναστάσεως παρέσχε Κωνσταντίῳ.

Socr. pag. 108. n. 1.

25. Dum Conſtantius adverſus Magnentium Tyrannum expeditionem pararet, nuntius ad eum perlatus eſt, Perſas cum ingentibus copiis adverſus Orientis provincias moveri. Quare neceſſe habuit Gallum Cæſarem nuncupare, & contra Perſas in Orientem mittere. Erat autem Gallus, frater ejus patruelis. Etenim Galli pater Conſtantius, frater fuit Conſtantini Magni: Ex quo orti erant Conſtantius & fratres ejus.

Gallus Cæſ.

25. Ὅτι ὡς Κωνστάντιος τῷ Μαγνεντίῳ παρεσκευάζετο τῷ τυράννῳ, τὸ Περσικὸν ἀκούσας τὰ ἑῴας βαρυτέρᾳ τῇ κινήσει, εἰς ἀνάγκην ἦκε Γάλλον Καίσαρα χειροτονήσας, καὶ ἐπ' αὐτοὺς ἐκπέμψαι. ἀνεψιὸς δὲ ἦν ὁ Γάλλος· καὶ γὰρ ὁ Γάλλου πατὴρ Κωνστάντιος, ἀδελφὸς ἦν Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, ὃς ἐγέννατο Κωνστάντιον καὶ τοὺς αὐτοῦ ἀδελφούς.

Crux Hieroſolymis in cœlo viſa.

26. Et Conſtantius quidem victoriam de tyranno reportavit, cum ſignum crucis illic quoque viſum eſſet, ad longiſſimum ſpatium protenſum, & diurnam lucem ſplendidiſſimis ad ſtuporem uſque radiis longe ſuperans. Apparuit autem Hieroſolymis, circa horam tertiam ejus diei quæ vulgo dicitur Pentecoſte. Porro hoc ſignum divinitus pictum, à Calvariæ monte uſque ad montem Olivarum pertingere videbatur,

Soz. pag. 134, 137.

26. Ὁ μὲν οὖν Κωνστάντιος ἐκράτησε τοῦ τυράννου γίνεται, κἀνταῦθα τοῦ σημείου τοῦ χαυροῦ ἐπὶ μέγιστόν τε προφανέντος, καὶ καταπληκτικωτάταις αἴγλαις ὑπεραφάντου τὸ τῆς ἡμέρας φῶς. ὤφθη δὲ ἐπὶ τῶν Ἱεροσολύμων περὶ τὴν τρίτην ὥραν μάλιστα τῆς ἡμέρας, ἑορτῆς τῆς λεγομένης πεντηκοστῆς σημαινούσης. ὁ δὲ θεόγραφος τύπος ἐκεῖνος, ἀπὸ τοῦ λεγομένου κρανίου μέχρι τοῦ τῶν ἐλαιῶν ὄρους δήπου ὡράθη,

VALESII ANNOTATIONES.

1 Κωνσταντίνα] In codice Bocharti Κωνσταντία ſcribitur. Sed verum ejus nomen eſt Κωνσταντίνα, ut in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum obſervavi.

2 Διότι ζώντων] Nemo non videt ſcribendum eſſe ζῶν, quamvis manuſcripti codices repugnent.

3 Τὰς Γαλλίας καὶ Ἰταλίαν διορίζουσι] In manuſcriptis codicibus noſtris hunc locum ita ſcriptum inveni: τὰς Γαλλίας καὶ Ἰταλίας διορίζουσι τῶν Ἰταλιῶν. Verum hæ voces καὶ Ἰταλίας prorſus expungendæ ſunt, ut ſuperfluæ. Certe Nicephorus in libro nono capite triceſimo ſecundo, hunc Philoſtorgii locum deſcribens, duo hæc vocabula prætermiſit.

Ἰουλος

Ἶριδος μεγάλης στεφάνῳ τρόπον πανταχόθεν αὐτὸν περιειληφύσης. ἐδήλου δὲ ἄρα, ἡ μὲν Ἶρις τὴν τοῦ σταυρωθέντος καὶ ἀναληφθέντος εὐμένειαν· ὁ δὲ στέφανος τὴν τοῦ βασιλέως νίκην. τὸ δὲ στενασφόρον ἐκεῖνο καὶ σεβάσμιον θέαμα οὐδὲ τοῖς ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου ἀθέατον ἦν. ἀλλ' ἐπιδήλως ὁρώμενον, Μαγνέντιον μὲν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἅτε τὴν τῶν δαιμόνων θεραπείαν προσανακειμένους, εἰς ἀμήχανον δέος καθέστησε· Κωνστάντιον δὲ καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν εἰς θάρσος ἄμαχον ἀνεκτήσατο. ἡττηθεὶς δὲ τὰ πρῶτα Μαγνέντιος, εἶτα κατὰ μικρὸν ἀναλαβὼν ἑαυτὸν, καὶ συμπλακεὶς ἐκ δευτέρου τῷ πολέμῳ, καὶ τὸ κρατιστεῦον καταπολεμηθεὶς, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ μικροῦ πάντας ἀποβαλὼν, πρὸς τὴν Λουγδουνῶν ἀποδιδράσκει πόλιν. καὶ τὰ μὲν πρῶτα κατ' εὔνοιαν δῆθεν τὸν οἰκεῖον ἀδελφὸν ἀποσφάττει, πολεμίας περιφέρων ὕβρεως καὶ χειρός· ἔπειτα καὶ εἴτις ἄλλος παρῆν τῶν οἰκειοτάτων. τελευταῖον δὲ, τὸ ξίφος ὑποστήσας ἑαυτῷ, ἐπερρήχθη τε, καὶ διελαθεὶς κατὰ τὸ μετάφρενον, ἐξέψυξεν, ὑδ' ὅλα τέσσαρα τυραννήσας ἔτη.

27. Ὅτι φησὶ τοὺς περὶ Βασίλειον καὶ Εὐστάθιον δι' ἔχθρας γενομένους τῷ Αἰτίῳ, διαβολὰς ἀτόπους συρράψαι, καὶ τὸν Γάλλον ἐπὶ ταυτὸ παροξυναι· ὥστε ἐκεῖνον ὡς ἐπισκόποις πιστεύσαντα καὶ πρὸς ὀργὴν ἐκταραχθέντα, κελεῦσαι τὸν Αἴτιον ἀναζητηθῆναι, καὶ ἀμφοῖν τοῖν σκελοῖν κατεαγῆναι. Λεοντίου δὲ τοῦ ἐπισκόπου Ἀντιοχείας τἀναντία τούτοις τοῦ Καίσαρα διδαξαμένου, ἅτε καταδικάζεσθαι ψῆφος ἀνεβλήθη, καὶ εἰς θέαν ὁ Γάλλος μετ' οὐ πολὺ τοῦ Αἰτίου κατέστη, καὶ φίλος ἐκείθεν· καὶ πολλάκις πρὸς Ἰουλιανὸν ἀπεστάλη, καὶ μάλιστα ἡνίκα διεπυνθάνετο πρὸς τὸν ἑλληνισμὸν ὁ ἀδελφὸς ἐκεῖνον ἀποκλίνειν. ἐστέλλετο δὲ, τὸν ἀσεβείας τὸ δυνατὸν αὐτὸ ἀνασώσασθαι. ὃ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν θείων μαθημάτων ὁ Γάλλος διδάσκαλον τὸν Αἴτιον ἐποιεῖτο.

magna Iride inſtar coronæ illud undique ambiente. Et Iris quidem, Chriſti crucifixi & in cælum aſſumpti clementiam deſignabat: corona vero Imperatoris victoriam. Porro ſplendidum iſtud ac venerandum ſignum, ne militum quidem oculos effugit. Sed ab utroque exercitu clare conſpectum, Magnentium quidem & eos qui à partibus illius ſtabant, ut pote dæmonum cultui addictos, ſupra modum terruit. Conſtantio vero & iis qui cum illo erant, invictam quandam fiduciam addidit. At Magnentius, cum à Conſtantio primum victus fuiſſet, poſtea viribus paulatim reſumptis, ſecundo prælio congreſſus, penitus debellatus eſt. Amiſſoque prope modum omni exercitu ſuo, ad urbem Lugdunum profugit. Ac primo quidem benevolentiæ ſpecie fratrem ſuum interfecit, ut hoſtium manibus & injuriis eum eriperet. Deinde vero ex propinquioribus quemcumque adeſſe viderat, eodem ſuſtulit modo. Poſtremo ipſe in gladium quem pectori ſuo ſuppoſuerat, incubuit, transfixoque dorſo animam exhalavit, cum per annos ferme quatuor tyrannidem exercuiſſet.

27. Ait Philoſtorgius, Baſilium & Euſtathium, ſuſceptis adverſus Aetium inimicitiis, abſurdas quaſdam calumnias confinxiſſe, & Gallum contra eum incitaſſe. Adeo ut Gallus tanquam Epiſcopis fidem habens, & ira excandeſcens, Aetium perquiri juſſerit, & fractis cruribus occidi. Sed cum Leontius Epiſcopus Antiochiæ, contraria iis quæ contra Aetium delata fuerant Cæſari retuliſſet, damnationis ſententia revocata eſt, & Aetius non multo poſt in conſpectum Galli venit, & inter amicos ejus habitus eſt. Miſſus eſt etiam ſæpius ad Julianum, ac præcipue eo tempore quo Gallus fratrem ſuum ad ſuperſtitionem gentilium declinare didicerat. Mittebatur autem eo conſilio, ut Julianum ab impietate revocaret. Sed & Gallus Aetium ſacrarum diſciplinarum magiſtrum ſibi adſcivit.

Aetium Gallus in amicitiam recipit.

28. Ὅτι Γάλλος τὴν Περσῶν εἰς τὸ κρεῖττον ἀνδραγαθήσαντος, εἰς φθόνον οἱ ταῖς διαβολαῖς χαίροντες ἀναφλέξωσι τὸν βασιλέα· καὶ τῷ Περσικοῦ πολέμου ταῖς τοῦ Καίσαρος ἀρετείαις πεπαυμένου, ἀποστέλλει Δομετιανὸν ἔπαρχον τῶν καλουμένων πραιτωρείων ὁ Κωνστάντιος, ἐντειλάμενος αὐτῷ κρύβδην τὸ ἀφανὲς, τὰς τοῦ Γάλλου περιόπτειν ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας ἐξόδους, τὸν ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ τῇ τῶν κοινῶν ἐπιμελείᾳ δόξαν αὐτοῦ καταμικρύνῃ ταύτῃ διανοούμενος. ὁ δὲ Δομετιανὸς οὐδὲν τῶν προσταχθέντων μετριώτερον, ἀλλὰ καὶ θρασύτερον καὶ φρονῶν καὶ πράττων, οὐδὲ παραγενόμενος εἰς Ἀντιόχειαν, ἔνθα διέτριβεν ὁ Γάλλος, οὐδ' εἰς ὄψιν αὐτοῦ ἐλθεῖν κατεδέξατο· ἐξ ἧς αἰτίας, καὶ ἑτέρων συνεπιῤῥυέντων, θανάτῳ τὸν ὑβριστὴν μεπελθεῖν ἐβουλεύσατο, καὶ τὸν Μόντιον κοινωνὸν γενέσθαι τῆς κρίσεως παρε-

Gallus calumniis appetitus.

28. Cum Gallus in bello adverſus Perſas admodum ſtrenue ſe geſſiſſet, calumniatores Conſtantium ad invidiam concitarunt. Conſtantius igitur, bello Perſico virtute ac fortitudine Cæſaris Galli jam ſopito, Domitianum Præfectum prætorio miſit, hoc ei dans occulte in mandatis, ut egreſſus Galli ex urbe Antiochia comprimeret. Hac enim ratione gloriam Galli ex fortitudine reique publicæ cura imminuere cogitabat. Domitianus vero, non modo non moderatius iis quæ ipſi imperata fuerant, verum etiam audacius agens ac ſentiens, cum veniſſet Antiochiam, in qua Gallus morabatur, ne in conſpectum quidem ejus venire ſuſtinuit. Quam ob cauſam, & ob alia quædam quæ inciderant, Gallus præfectum, ut inſolentem & contumacem, extremo ſupplicio afficere decrevit, & Montium ad hujus judicii ſocietatem aſſeſſorem ſibi adſumpſit.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐπὶ τ' αὐτοῦ παροξύναι] Mallem ſcribere κατ' αὐτοῦ. In manuſcripto codice Samuelis Bocharti legitur, ἐπὶ ταυτόν. Poſt ubi legitur τὸν Καίσαρα διδεξαμένου, ſcribendum eſt διδαξαμένου, ut in codice Bocharti ſcriptum inveni.

2 Καὶ τὸν μόντιον] Fallitur vir doctus, qui in margine codicis Bocharti annotavit forte ſcribendum eſſe λεόντιον. Hic enim eſt Montius Quæſtor ſacri Palatii, de quo Ammianus Marcellinus loquitur in libro decimo quarto. Ejuſ-

λάμβανεν·

Hic vero immoderata uſus confidentia, Gallum his verbis compellavit: Ne curatorem quidem vrbis tibi creare licet. Quonam igitur modo præfectum prætorii poſſes occidere? Quibus verbis exaſperata Conſtantia uxor Galli, quod Gallus, qui & Cæſar & Auguſtæ maritus erat: hanc enim dignitatem à patre ipſa acceperat: ejuſmodi contumelia afficeretur: Ipſa ſuis manibus Montium ex tribunali detractum Protectoribus tradidit. Qui confeſtim eum abripientes, ad Domitiani prætorium deportarunt. Cumque illum etiam ex tribunali detraxiſſent, ambos funibus ad utriuſque pedes adnexis, miſerandum in modum interemerunt. Idque celeriter factum eſt, conſentiente etiam Gallo.

λάμβανεν. ὁ δὲ θράσους ἀμετείᾳ χρησάμενος, 'οὐδὲ λογιστὴν ἀντεῖπεν· ἔξεστί σοι προχειρίσασθαι. 1 καὶ πῶς ἂν πραιτωρίων ἔπαρχον ἀνελεῖν δύναιο; ἐφ' οἷς ἡ [a] Γάλλου γυνὴ Κωνσταντία θειαλγὴς a γενομένη, εἰ ἔτως ὁ Γάλλος Καῖσάρ τε ὢν καὶ Λυγούστης ἀνήρ· καὶ γὰρ αὕτη πατρόθεν ἦν δεδεγμένη τὸ ἀξίωμα· προπηλακίζοιτο, αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἐπισπασαμένη τὸν Μόντιον, τοῖς δορυφόροις ἐκδίδωσιν· ὥστε τὴν ταχίστην ἀραμένους πρὸς τὸ Δομετιανὸν ἀποκομίσαι, κἀκεῖνον καταspάσαντας ἀπὸ θρόνου, ἄμφω σκοίνοις τοὺς ποδῶν ἐξαψαμένους, κακοὺς κακῶς ἀπολέσαι. καὶ τοῦτο θᾶττον ἐπράχθη, συνεπιψηφίζοντος καὶ τοῦ Γάλλου.

EX LIBRO QUARTO.

ΕΚ ΤΗΣ ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

Galli cades.

I. CONSTANTIUS, cum ea quæ Montio ac Domitiano acciderant, comperiſſet, ira excandeſcens, Gallum ad ſe evocavit. Hic vero, etſi nihil boni de hac evocatione ſuſpicaretur, tamen metuens ne, ſi recuſaſſet, bellum civile commoveretur, mandatis obtemperavit. Antegreſſa autem eſt Conſtantia, prior fratrem convenire ſtudens, & pro marito eum exorare. Sed cum Bithyniam veniſſet, viæ ſimul ac vitæ ejus curſum repentina mors interrupit. Quo caſu Gallus in graviorem metum conjectus, priorem tamen ſententiam non mutavit. Profectus eſt autem una cum illo etiam Theophilus Indus. Porro cum Gallus in Noricum veniſſet, ex urbe Mediolano in qua tum degebat Conſtantius, miſſus eſt Barbatio magiſter militum, qui & Gallum purpurea veſte exueret, & in quamdam Dalmatiæ Inſulam relegaret. Verum Theophilus qui aderat, rem ad exitum perduci haudquaquam paſſus eſt. Nam quo tempore Gallus Cæſar factus eſt, ipſe jurisjurandi quod inter Gallum & Conſtantium interceſſerat, quo mutuam inter ſe amicitiam, nec alterum alteri unquam inſidiaturum eſſe ſpopondeRant, interpres fuerat, & mutuam inter eos concordiam continebat. Conſtantius igitur de Theophili interceſſione certior factus,

I. ΟΤι ὁ Κωνστάντιος μαθὼν τὰ περὶ Μόντιον καὶ Δομετιανὸν συνενεχθέντα, καὶ ὀργῆς ἀναπλησθεὶς, μετεκαλεῖτο τὸν Γάλλον. ὁ δὲ, τὸ μὲν κλῆσιν, 'οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ συλλαβὼν, θυλακώδης 2 δὲ μὴ πόλεμος ἀπειθήσαντος συρραγῇ, [3] τοῦ προ- 3 στάγματος γίνεται. προεξώρμα δὲ καὶ ἡ Κωνσταντία προευτυχεῖν σπεύδουσα τῷ ἀδελφῷ, καὶ αἰδέσασθαι αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ἀνδρός. ἀλλ' αὕτη μὲν κατ' Βιθυνίαν γενομένη, ἐπεσχέθη τῷ θανάτῳ καὶ τὴν ὁδοῦ καὶ τοῦ βίου. ἐξ ὧν καὶ ὁ Γάλλος μᾶλλον τοῦ δέους γενόμενος, καὶ ἐξ ἀρχῆς γνώμην ὅμως οὐ μετέθετο. συναπῆν δ' αὐτῷ καὶ Θεόφιλος ὁ Ἰνδός. ἐπεὶ δὲ τοὺς Νωρικοὺς κατέλαβεν, ἐνταῦθα δὴ ἐν Μεδιολάνῳ, ἔνθα διῆγεν ὁ Κωνστάντιος, καταπέμπεται Βαρβατίων, ἀνὴρ τιμὴν στρατηγικὴν ἔχων ἀρχὴν, ἐφ' ᾧ τὸν Γάλλον ἀφελέσθαι μὲν τὸ ἀλυργίδος, ὑπερόριον δὲ [b] κατά τινα b νῆσον τῆς Δαλματίας ποιήσασθαι. ὁ δὲ Θεόφιλος παρὼν, οὐκ εἴα προελθεῖν τὸ πρᾶξιν. καὶ γὰρ καθ' ὃν καιρὸν Καῖσαρ ὁ Γάλλος κεχειροτόνητο, τὰ μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Κωνσταντίου προελθόντων ὅρκων, οἱ τὰ ἐν ἀμφοῖν Φιλίαν, καὶ τὸ παρ' ἑκατέρου ἀνεπιβούλευτον ἑκατέρῳ διετίθεντο, αὐτὸς ὁ μεσίτης ἦν, καὶ ὁ συνέχων αὐτῶν τὰ ὁμόνοιαν. πλὴν ἀλλά γε μαθὼν ὁ Κωνστάντιος τὴν τοῦ Θεοφίλου ἀποκώλυσιν, ἐκεῖνον

VALESII ANNOTATIONES.

dem meminit Gregorius Nyſſenus in libro primo contra Eunomium, pag. 294. τοῦ δὲ περὶ τὸν ὕπαρχον Δομετιανὸν καὶ Μόντιον ἄρσης τιμωκαῦσι τολμηθέντος, &c.

1 Οὐδὲ λογιστὴν ἔξεστί σοι προχειρίσασθαι] Hunc locum non intellexit Gothofredus. Nam Logiſtam quidem, Rationarium Præfecti Prætorio intellexit: προχειρίσασθαι vero accepit pro ἀναιρήσασθαι, id eſt, *interficere*. Nos jam pridem in Annotationibus ad librum 14. Ammiani Marcellini, pag. 36. & in Annotationibus ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam Euſebii, obſervavimus Logiſtas eſſe Curatores civitatum. προχειρίσασθαι vero idem eſſe quod *promovere*, vel *creare*, nemo eſt in Græcis literis mediocriter verſatus qui neſciat. Montius ergo Quæſtor Gallum Cæſarem ita admonebat: *Non licet tibi ne Curatorem quidem urbis promovere, quantominus licet Præfectum occidere?* Sciendum porro eſt, Curatores civitatum ab ipſis Imperatoribus promoveri ſolitos, ut notavi ad Amm. Marcellin. Proinde Gallus, quippe qui Imperator non eſſet, ſed Cæſar duntaxat, id eſt, Imperatoris miniſter, Curatoris creandi poteſtatem non habebat.

2 Οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ συλλαβὼν] Scribendum puto συμβαλὼν. Id eſt, *conjectans*.

3 Τοῦ προστάγματος γίνεται] In margine codicis Bochartiani adnotatum eſt eadem manu, deeſſe hic aliquid: ſtatimque alia manu adjectum eſt forte πληρωθεὶς. Quam tamen conjecturam non probo. Neque enim hæc locutio ſatis elegans mihi videtur. Exiſtimo igitur nihil deeſſe. Eſt enim locutio familiaris Philoſtorgio. Sic infra in hoc capite de eodem Gallo dicit: ἐξ ὧν καὶ ὁ Γάλλος μᾶλλον τοῦ δέους γενόμενος.

VARIORUM.

a Γάλλου γυνὴ Κωνσταντία] Conſtantini filia, ideoque, ut videtur, Auguſta hic appellata; Anniballiano prius nupta. Hanc alteram Megæram vocat Ammianus Marcellinus lib. 14. initio. quem vide. *W. Lowth.*

b Κατά τινα νῆσον] Flanonem vocant Socr. l. 2, c. 34. & Soz. lib. 4. cap. 7. Porro Euſebium Eunuchum in cauſa fuiſſe, ut Gallus interficeretur, ſcribit Julianus Imp. in Epiſtola ad Senatum populumque Athenienſem, pag. 501. cum ait, Gallum occiſum in unius Spadonis & Cubicularii gratiam, εἰς χάριν ἑνὸς ἀνδροτύπου καὶ καζικομιασοῦ, καὶ ὥσπερ τοῦ τῶν μαγείρων ἐπιτρόπου.

μὲν

1 μὴ ὑπερόριον ἄγαν κελεύσῃ, τὸν Γάλλον εἰς ἰδιώτην ἀπογυμνωθέντα, φρουρησόμενον ἐκπέμπεσθαι
2 καὶ τῷ νήσῳ. Εὐσέβιος δὲ ὁ εὐνοῦχος, ὃς εἰς τὴν τοῦ πραιποσίτου τιμὴν ἐκεκόμικει, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, τὸν Κωνστάντιον ἔτι σωφρονέστερον κατὰ τοῦ Γάλλου, δεδιότες μὴ τὸν ὅρκων εἰς ὑπόμνησιν ἐλθὼν, καὶ τὸ τοῦ αἵματος ὁμόγνιον αἰδεσθεὶς, ἀνήσῃ τὴν Καίσαρος ὑπεροψίας, καὶ σφᾶς ἐκεῖνος τὸν κίνδυνον ἀφυγὼν
3 κακοὺς κακῶς ἀπολέσῃ. φθάνουσι τοίνυν τῇ τούτων περιδρομῇ οἱ τὸν Γάλλον ἀναιρήσοντες· ὅπω δὲ τοῦ πάθους προελθόντος, εἰς μετάνοιαν ἐπιστραφεὶς ὁ Κωνστάντιος, ἑτέρους ἐκπέμπει τὸν φόνον κωλύσοντας· τοὺς δὲ οἱ περὶ Εὐσέβιον ὑποπιοῦντα, μὴ πρὶν παραγενέσθαι τῇ νήσῳ, μηδ' ἐμφανίσαι τινὶ τὰς ἀνακαλούσας τὸν θάνατον ψήφους, πρὶν ἂν ὁ καθαιρεθεὶς τῷ ξίφει τοῦ ζωοῦ ἀπορρήξῃ· καὶ γέγονεν ὡς ἐσπούδασαν. ἀφ' οὗτο καὶ Ἰουλιανὸς ὕστερον τὸν τῆς βασιλείας περιζωσάμενος κράτος, Εὐσέβιόν τε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, τῆς περὶ τὸν ἀδελφὸν παρανομίας δίκην εἰσεπράξατο.

2. Τὸ μὲν οὖν γε βάρος τῆς ἀρχῆς ὑπολογιζόμενος ὁ Κωνστάντιος, καὶ ὡς οὐχ οἷός τε εἴη μόνος φέρειν, Ἰουλιανὸν τὸν ἀδελφὸν Γάλλου τῆς Ἰωνίας μεταπεμψάμενος, χειροτονεῖ Καίσαρα, Ἑλένην αὐτῷ τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν εἰς γυναῖκα κατευξυγησάμενος· καὶ τὸν μὲν τὰς Γαλλίας φυλάττειν ἐκπέμπει· καὶ γὰρ λίαν ἐτεταράχατο τὰ τῇδε.

3. Αὐτὸς δὲ ἐν Σιρμίῳ διαγενόμενος, διῆγεν ἐν ᾧ καὶ τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον Λιβέριον ὑπὸ Ῥωμαίων ἐπιζητούμενον σφόδρα, τῆς φυγῆς καλάγει, καὶ ἀποδίδωσι τοῖς αἰτησαμένοις. τηνικαῦτα
4 δὲ οὗτός φησι, καὶ Λιβέριον κατὰ τοῦ ὁμουσίου καὶ μὴν καὶ κατά γε τοῦ Ἀθανασίου ὑπογράψαι· ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ἐπίσκοπον Ὅσιον, συνόδου τινὸς ἐνταῦθα συγκάσης, καὶ εἰς ὁμοφωνίαν αὐτοὺς ὑποσπασαμένης. ἐπεὶ δὲ ὑπέγραψαν, τὸν μὲν Ὅσιον εἰς τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν τὴν Κουδρούβην τῆς Ἱσπανίας ἐπανελθεῖν, καὶ τοῦ θρόνου ἄρχειν· Λιβέριον δὲ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας. Φίληξ δὲ ὁ ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος καλαχθεὶς, εἰς ἑαυτὸν ἀπῆει, τὸ μὲν ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς φέρων, ἐν μιᾷ γέ τινος ἐκκλησίας περιῳκισμένος.

4. Ὅτι Λεοντίου τοῦ Ἀντιοχείας ἐπισκόπου τελευτήσαντος, Εὐδόξιόν φησιν ἐκ Γερμανικείας
5 μεταστησάμενοι οἱ ὁμόδοξοι, ἐπιβιβάζουσι τῷ θρόνῳ.

eum quidem in exsilium mitti præcepit, Gallum vero purpura nudatum, privati habitu in insulam deportari, illic à militibus custodiendum. Porro Eusebius eunuchus qui ad præpositi dignitatem evectus fuerat, & ii qui cum illo erant, Constantii animum adhuc magis incitarunt adversus Gallum: metuentes scilicet, ne Constantius aut jusjurandum in memoriam revocans, aut propinquitatem sanguinis reveritus, Cæsarem ab exsilio revocaret, neve Gallus ex eo discrimine elapsus, ipsos malos male perderet. Horum igitur fraudibus atque insidiis missi sunt qui Gallum interficerent. Cæde tamen nondum perpetrata, pœnitentia ductus Constantius, alios misit qui cædem prohiberent. Verum Eusebius istis persuasit, ne ad insulam accederent, neve principis rescriptum quo cædes Galli inhibebatur, cuiquam evulgarent prius, quam Gallus gladio vitam finiisset. Idque ita gestum est ut ipsi moliti fuerant. Quamobrem Julianus postea imperium adeptus, Eusebium ac socios ob injustam Galli cædem capitali supplicio affecit.

2. Porro Constantius molem totius Imperii considerans, & quod solus ipse ei sustentandæ haudquaquam sufficeret, Julianum Galli fratrem ex Ionia accitum, Cæsarem constituit, Helena sorore sua ei in conjugium data. Ac Julianum quidem ad custodiam Galliarum protinus misit. Nam in illis partibus res admodum perturbatæ erant. *Julianus Cæsar in Gallias missus.*

3. Ipse vero Sirmium profectus, illic consedit: quo quidem tempore etiam Liberium Episcopum urbis Romæ, quem Romani summo studio flagitabant, ab exilio revocatum, civibus suis reddidit. Tunc etiam eundem Liberium, & una cum illo Osium Episcopum, contra consubstantialis vocabulum & contra Athanasium subscripsisse ait Philostorgius, cum synodus quædam illic collecta esset, & supra memoratos in sententiam suam pertraxisset. Postquam vero subscripsissent, Osium quidem ad sedem suam Cordubam scilicet Hispaniæ reversum, Ecclesiam ejus loci gubernasse; Liberium vero Romanæ Ecclesiæ præfuisse. At Felix, qui absente Liberio Episcopus fuerat ordinatus, ad sua se recepit, Episcopi quidem dignitatem retinens, nulli tamen præsidens Ecclesiæ. *Liberii Hosiique lapsus.* *Soz. l. 4. c. 15.* *Theodorit. l. 2. c. 17.*

4. Mortuo Leontio Antiochenæ urbis Episcopo, Eudoxium ex urbe Germanicia translatum, hi qui ejusdem cum illo opinionis erant, ut ait Philostorgius, in sede Anti- *Eudoxius Ep. Antioch. Theodorit. l. 2. c. 25.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὸν γάλλον εἰς ἰδιώτην] Procul dubio scribendum est, τὸν δὲ γάλλον, ut in margine codicis Bochartiani adnotatur.

2 Εἰς τὴν τοῦ πραιποσίτου τιμὴν ἐνεβίβακει] Codex Bochartianus habet ἐσεβήκει.

3 Τῇ τούτων περιδρομῇ] Scribendum est procul dubio περιδρομῇ. Est autem περιδρομὴ circumcursatio, vel ambitus. Glossæ veteres, περιδρομεὺς *ambitiosus*, περιδρομὴ, *ambitus*. Recte igitur Lucas Holstenius Gothofredi interpretationem emendans, pro *velocitate* reposuerat *instantia*. Sumitur etiam hoc verbum pro fraude & insidiis ac circumventione.

4 Λιβέριον κατὰ τοῦ ὁμουσίου] De Liberii subscriptione in Synodo Sirmiensi, vide, si placet, quæ notavi ad caput 15. libri 4. Historiæ Ecclesiasticæ Sozomeni.

5 Ἐκ Γερμανικείας μεταστησάμενοι] Ex codice Bocharti emendavi μεταστησάμενοι. Et paulò post, pro ὑπηνέγκατο, ex eodem codice restitui ὑπηνέχετο. Porro fallitur hic Philostorgius, & qui eum sequutus est Gothofredus, qui translationem Eudoxii ex Episcopatu Germaniciensi ad sedem Antiochenam, contigisse putant post lapsum ac restitutionem Liberii Pontificis Romani. Etenim Eudoxius Antiochiam translatus est anno Christi trecentesimo sexagesimo septimo. Liberius vero anno sequenti in propriam sedem est restitutus, ut ostendi in Annotationibus ad librum quartum Sozomeni.

ochena collocarunt. Porro Eudoxius Arianorum quidem ſententiam ſequebatur. Niſi quod ex libris Aſterii, ad ſententiam eorum qui Filium ſimilem ſecundum ſubſtantiam profitebantur, abductus fuerat. Sed Ariani eum ab hoc dogmate retrahentes, ad diſſimilis ſubſtantiæ aſſertionem revocarunt. Cæterum Philoſtorgius ait, Eudoxium moribus mitem fuiſſe ac modeſtum, nec mediocri ſolertia ac dexteritate præditum: ob ignaviam tamen ac timiditatem magnopere traducit. Patrem ejus Cæſarium nomine, ait ortum fuiſſe ex Arabiſſo minoris Armeniæ oppido. Eumque, licet in amores mulierum effuſior fuiſſet, vitam tamen conſummaſſe martyrio, quod & maculas ejus abſterſit, & coronas athleticas inſuper ei contulit.

ὁ δὲ τῆς Ἀρειανῆς μὲν δόξης ἦν, πλὴν ἐκ τῶν Ἀσπείου γραμμάτων εἰς τὸ κατ' οὐσίαν ὅμοιον ὑπεπλώκτο. οἱ δὲ συναιρεσιῶται τοῦτον ἀναφέροντες, πρὸς τὸ ἑτεροούσιον ἀνῆγον. ἐπεικὴς δὲ τὸν Εὐδόξιον ὁ Φιλοστόργιος, καὶ κόσμιον τὰ ἤθη, καὶ τὰ ἄλλα δεξιὸν ἀναγεγράφαι, εἰς δειλίαν ἐκτόπως ἀβάλλει· καὶ Ἀραβισσὸν μὲν τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας πόλιν πατρίδα λαχεῖν τὸν αὐτοῦ πατέρα, Καισάριος ὄνομα αὐτῷ· μαρτυρικὸν δέ, καί τοι πρὸς γυναῖκας ἡττώμενον ἡδονῶν, ὅμως θάνατον διαθλῆσαι, καθάρσιόν τε τῶν μολυσμάτων, καὶ πρός γε στεφάνους ἀθλητικοὺς ὑποφέρονθα. 1

Eunomius.

5. Eudoxius, ut ait Philoſtorgius, Eunomium ad Diaconatus gradum promovit. Verum Eunomius, priuſquam univerſam eorum doctrinam accuratiſſime didiciſſet, munus illud ſuſcipere recuſavit.

5. Οτι Εὐδόξιος μέν φησιν, εἰς διακονίαν Εὐνόμιον προχειρίζεται. ὁ δὲ πρὶν εἰς τὸ ἀκριβέστατον ἐκεῖνον τῆς δόξης ἀνελθεῖν, τὴν λειτουργίαν οὐ δέχεται. 2

Baſilius Ancyræ Ep. Eudoxio invidet.

6. Cum Antiochenſis Eccleſiæ adminiſtratio tradita eſſet Eudoxio, ait Philoſtorgius Baſilium Ancyranum ægre admodum id tuliſſe. Ipſe enim ad eam ſedem cupiditatis oculos adjecerat, ejuſque amorem penitus in animo defixum circumferebat.

6. Οτι φησὶ Εὐδοξίου τὴν Ἀντιοχείας ἐγχειρισθέντος, ὁ Ἀγκύρας Βασίλειος ἐδυσχέραινεν· αὐτὸς γὰρ ἐπ' αὐτῇ εἶχε τὸ βλέμμα τῇ γνώμῃ σπειζόμενον.

Theophilus Indus Auguſtam ſanat.

7. Conſtantius, cum uxor ipſius quam quidem ſummopere amabat, furoribus uteri laboraret, neceſſe habuit Theophilum ab exilio revocare. Hunc enim divina virtute morbos curare, celebris fama erat. Poſtquam vero advenit Theophilus, Conſtantius eorum quæ adverſus ipſum peccaverat, veniam petiit, utque uxorem ſuam curaret, multis precibus rogavit. Nec irrita fuit ejus poſtulatio, ut teſtatur Philoſtorgius. Nam cum Theophilus manus placatrices impoſuiſſet, mulier morbo liberata eſt.

7. Οτι φησὶ [a] τῆς Κωνσταντίου γυναικὸς τῷ τῆς μητρομανίας ἀλγύσης πάθει, ἐξεκρέματο ἢ τοῖς ἰμέροις αὐτῆς ὁ Κωνστάντιος, εἰς ἀνάκλησιν ἦκε τὸν Θεόφιλον τῆς ὑποροίας ἀναλέσασθαι. θυμιάζετο γὰρ ἔτος παθῶν εἶναι θεία δυνάμει θεραπευτής. ἀδικημάτων δὲ καὶ συγγνώμην οἷς εἰς αὐτὸν ἥμαρτεν αἰτήσας, καὶ πρὸς τὴν τῆς γυναικὸς θεραπείαν ἐκλιπαρήσας· καὶ μὴ ἁμαρτεῖν, ὡς ἔτος λέγει, τῆς αἰτήσεως. ἐπιθέντος γὰρ τὰς ἱλαστηρίους χεῖρας ὁ Θεόφιλος, ἀπαλλαγῆναι τὸ πάθος τὸ γύναιον.

Baſilius Aetium, Eudoxium, Theophilumque exagitat.

8. Baſilius, ut ſcribit Philoſtorgius, adjuncto ſibi Euſtathio Sebaſtiæ Epiſcopo aliiſque Eccleſiarum præſidibus, Aetium præcipue, deinde vero Eudoxium quoque apud Imperatorem accuſavit, tum alia adverſus eos confingens, tum quod conſcii ac participes fuiſſent conjurationis Galli. Sed & Theophilus iiſdem calumniarum nexibus comprehenſus eſt. Imperator igitur Baſilio credens, ac præcipue mulieribus; has enim Baſilius præveniens ad partes ſuas traduxerat: Theophilum quidem exilio multatum Heracleam Ponti relegavit. Eudoxium vero Antiochia excedere ac domi manere juſſit. Aetium denique ac reliquos qui una cum illis erant, calumniatorum poteſtati tradidit. Cæterum Baſilius coram Imperatore de fide diſputationem habuerat: In

8. Οτι φησὶ Βασίλιος συλλαβὼν μεθ' ἑαυτοῦ τόν τε τῆς Σεβαστείας Εὐστάθιον, καὶ ἑτέρους ἐκκλησιῶν προεστῶτας, τόν τε Α�έτιον μάλιστα, εἶτα δὴ καὶ τὸν Εὐδόξιον πρὸς τὸν βασιλέα διαβύλλει, ἄλλα τε πλάττων περὶ αὐτῶν, καὶ ὡς εἶησαν μύσται καὶ κοινωνοὶ τῆς κατὰ Γάλλου ἐπαναστάσεως, συμπεριλαβὼν ταῖς κατ' ἐκείνων διαβολαῖς καὶ τὸν Θεόφιλον. ὁ δὲ πειθεὶς, μάλιστα δὴ διὰ τὰς γυναικῶν· ταύτας γὰρ οἱ περὶ Βασίλειον πρὸς τὸν ἑαυτοῦ γνώμην προκατειργάσαντο· τῷ μὲν Θεοφίλῳ, ζημίαν ἐπιβάλλει, τὴν εἰς τῷ Πόντῳ Ἡράκλειαν οἰκεῖν ὑπερόριον· τὸν δὲ Εὐδόξιον τῆς Ἀντιοχείας ἐκποδὼν ἀναμένειν οἴκοι, Α�έτιον δὲ καὶ ἑτέρους τινὰς τῶν σὺν αὐτοῖς εἰς τὸν τῶν διαβαλλόντων δίδωσιν ἐξουσίαν. ἐτύγχανον δὲ οἱ περὶ Βασίλειον καὶ κατὰ πρόσωπον τοῦ βασιλέως περὶ τῆς πίστεως

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καισάριος] De hoc Cæſario Eudoxii patre, deque ejus martyrio multa habet Suidas, ex Philoſtorgio procul dubio deſumpta.

2 Πρὶν εἰς τὸ ἀκριβέστατον ἐκεῖνον τῆς δόξης ἀνελθεῖν] Hunc Philoſtorgii locum levi mutatione reſtituendum eſſe exiſtimo, in hunc modum, πρὶν εἰς τὸ ἀκριβέστατον τῆς ἐκείνων δόξης ἀνελθεῖν, id eſt: *Eunomius Diaconatum ſibi oblatum ſuſcipere recuſavit, priuſquam univerſam eorum doctrinam, Eudoxii ſcilicet atque Aetii, accuratiſſime percepiſſet.*

VARIORUM.

a Τῆς Κωνσταντίου γυναικὸς] Euſebia hæc eſt: quam ſterilem, quoad vixit, fuiſſe teſtantur Am. Marcellinus lib. 16. c. 11. Zonaras, & Cedrenus p. 249. Nec Theophili curationi (qualiſcunque ea fuit) diu ſupervixit: quippe Conſtantius Fauſtinam, aliam conjugem, duxerat anno Chr. 360. *amiſſa jampridem Euſebia*, inquit Marcellinus, lib. 21. cap. 6.

διειλεγμένοι.

a διειλεγμένοι. ἐν οἷς τὸ μὲ [a]ὅμοιον τῷ Πατρὶ λέγειν κζ' πάντα τ' Υἱὸν διετρανῶτο· οὐσίας δὲ ὅλως b οὐδὲ ὀνόματι [b]μνήμης τοῖς ἄλλοις λόγοις συνεισήγετο. ταύτην δὲ τ' δόξαν, καὶ συνόδω κείσῃ, καὶ ὑπογραφαῖς βεβαιῶσαι διεσπούδασαν. μεθ' ἃ πολὺ δὲ καὶ Εὐνόμιος τ' φήμης τ' ὑπὸ Βασιλείου πεπραχθέντων καταλαβούσης τ' Ἀντιόχειαν, τὴν τε διακονίαν τ' Διακόνου ὑποδέχεται· καὶ πρέσβυς ἀποσταλεὶς πρὸς Κωνστάντιον ἀναλύσαι τὰ ἐψηφισμένα, ἁλίσκεται κζ' τ' ὁδὸν ὑπὸ τ' ἀμφὶ Βασίλειον, καὶ εἰς Μιδαίον Φρυγίας πέμπεται, πόλιν τ' Φρυγίας· τὸν δὲ Ἀέτιον ὑπὸ τ' ἐξουσίαν πεσόντα τ' ἀμφὶ τ' Βασίλειον, ὑπερόριον 1 ἡ Πέπουζα τῆς Φρυγίας εἶχεν· Εὐδόξιος δὲ εἰς τ' ἑαυτοῦ πατρίδα ὑπεχώρησε τ' Ἀρμενίαν. ἄλλα τε καὶ ἕτεροι ταῖς ὑπεροψίαις ἐδόθησαν, ταῖς περὶ τ' Βασίλειον ὑπαγόμενοι ψήφοις, ὧν ὁ ἀριθμὸς εἰς ἑβδομήκοντα σύμπας ἐκεφαλαιοῦτο.

qua similem quidem per omnia Patri Filium esse exponebatur: substantiæ vero nulla mentio, ne nomine quidem tenus fiebat. Hanc autem opinionem, & synodi sententia & subscriptionibus firmari studuerunt. Nec multo post Eunomius, cum fama eorum quæ à Basilio gesta fuerant Antiochiam perlata esset, Diaconi ordinationem suscepit: & Legatus ad Constantium missus, ut ea quæ decreta fuerant rescinderentur, in itinere captus à Basilianis, & Midaium Phrygiæ relegatus est. Aetium vero in potestatem Basilianorum delapsum, Pepuza Phrygiæ vicus exulem accepit. At Eudoxius in Armeniam, ex qua oriundus erat, recessit. Alii præterea numero septuaginta, Basilianorum sententia damnati, in exilium missi sunt.

9. Ὅτι οἱ ἀμφὶ Βασίλειον ταῦτα διαπραξάμενοι 2 πάντα, παντάχοῦ φοιτῶντες, τὸ ὁμοούσιον συνεκρότουν· καὶ πολλῶν πειθομένων, καὶ τὸν Κωνσταντινουπόλεως Μακεδόνιον, καίτοι τοῖς περὶ 3 Εὐνόμιον [3]προσκεκλιμένον, εἰς τ' ἑαυτῶν ὅμως ἐπεσπάσαντο δόξαν. ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἑτέρους τ' ἐπισκόπων, τοὺς μὲν ὑπάγοντες λόγοις, τοὺς δέ, τισὶ πειθῶ συνεπικερανύντες τῇ βίᾳ.

9. Hæc ubi fecissent Basiliani, universa loca peragrantes, ὁμοιούσιον, id est similis substantiæ vocabulum confirmarunt. Multisque in eorum sententiam concedentibus, Macedonium quoque Constantinopoleos Episcopum, quamvis antea in sententiam Eunomii esset propensior, in suam nihilominus sententiam pertraxerunt. Multos etiam alios Episcopos, partim verbis allicientes, partim vim suasionibus admiscentes, ad suas partes traduxere.

Basiliani ὁμοιούσιον confirmant.

Theodorit. l. 2. c. 6.

10. Ὅτι Πατρόφιλον τὸν Σκυθοπόλεως, καὶ Νάρκισσον τὸν Εἰρηνοπόλεως, καὶ ἑτέρους σὺν αὐτοῖς, ἐν Σεγγιδόνι τῆς Μυσίας παραγενομένους, τὸν Κωνσταντίου φησὶν ἀναδιδάξαι τὰ παρὰ τοῦ Βασιλείου δεδραματουργημένα· καὶ τὸν καταπλαγέντα καὶ ὑποφαλγήσαντα, τοὺς μὲν μεθοσίων τοὺς καταψηφισμένους ἀνεῖναι· συνόδους δὲ γενέσθαι τριττάς δύο, τὴν μὲν ἐν Ἀριμίνῳ τοὺς ἀπὸ δύσεως συναλίζουσαν· τὴν δὲ τοὺς ἐξ ἑῴας καὶ Λιβύης καὶ Θράκης ἐν Νικομηδείᾳ· αἳ τὰ παρ' ἑκατέρου μέρους λεγόμενα, δοκιμασίαις ἔμελλον παραβάλλειν. ἀλλὰ τὴν μὲν ἐν Νικομηδείᾳ, ὡς οὗτος ὁ δυσσεβὴς δυσφημεῖ, τ' πλειόνων πρὸς τὸ ὁμοούσιον νενθικότων, σεισμὸς ἀνατέλλει, ὃς c [c]τοῖς προκαταλαβοῦσιν εἰς δεκαπέντε τὸν ἀριθμὸν ἀνῃρεμένοις, ἅμα ᾧ ταύτης ἐπισκόπῳ Κεκροπίῳ,

Patrophilus & Narcissus Basilium ap. Imp. accusant.

Synodus Arimini.

Clades Nicomediæ.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πέπουσα τῆς φρυγίας] Assentior Lucæ Holstenio, qui ad latus sui codicis adnotavit scribendum esse πέπουζα. Sic certe in codice MS. Samuelis Bocharti diserte exaratum inveni. Pepuza oppidum fuit Phrygiæ, quod Montanus novam Hierusalem cognominarat, ut docet Eusebius in libro quinto Ecclesiasticæ hist. capite 18. Ex cujus oppidi nomine, Montanistæ Pepuziani vocati sunt.

2 Πάντα παντάχοῦ φοιτῶντες] Gothofredus hunc locum ita interpretatur: *Omnia ubique versantes.* Quæ interpretatio ferri nullo modo potest. In MS. codice Samuelis Bocharti aliam hujus loci distinctionem inveni. ὅτι οἱ ἀμφὶ Βασίλειον ταῦτα διαπραξάμενοι πάντα, παντάχοῦ φοιτῶντες, &c. Quam quidem distinctionem magnopere probo. Vox tamen πάντα delenda videtur, utpote superflua, & ex sequenti vocabulo perperam geminata. Paulo post pro ὁμοούσιον, procul dubio scribendum est ὁμοιουσιον. Quod confirmat Philostorgius in capite 12. infra.

3 Προσκεκλιμένον] Hunc locum restitui ex MS. codice Samuelis Bocharti, cui consentit etiam Scoriacensis. Interpretationem autem Gothofredi, Holstenius ad latus sui codicis ita correxerat: *Inter alios Macedonium Constantinopolitanum, quamvis ante in Eunomii partes inclinatum, in suam nihilominus sententiam pertraxerunt.*

VARIORUM.

a Ὅμοιον τῷ Πατρὶ κατὰ πάντα] Hæc non sunt desumta è Formula Fidei à Synodo Sirmiensi tertia composita, & Consulum nominibus præfixis famosa, ut existimat Gothofredus in notis ad locum. Quæ enim hic describuntur, anno superiore gesta sunt, quam Synodus ista coacta fuerit. Itaque potius è Formula Synodi Ancyranæ desumta sunt, cui Liberius Episcopus Romæ subscripsit. Vid. Soz. lib. 4. cap. 15. & ibi Valesium. Certe Basilius Ancyranus erat Semi-Arianorum antesignanus. *W. Lowth.*

b Μνήμης] Rectius legi videtur μνήμη. *W. Lowth.*

c Τοῖς προκαταλαβοῦσιν — ἀνῃρεμένοις] Videtur legendum τὰς προκαταλαβούσας — ἀνῃρεμένας. *W. Lowth.*

concussa Ecclesia in qua erant congregati. Ariminensis autem synodus, ad quam trecenti convenerunt Episcopi, substantiæ quidem vocabulum penitus rejecit. Filium vero Patri similem secundum Scripturas prædicans, additis singulorum subscriptionibus firmavit.

Synodus Seleucia.

11. Nicomedia hunc in modum terræ motu & incendio ac maris inundatione, ut iste ait, eversa, multisque hominibus extinctis, synodus Seleuciæ tandem congregata est, cum Basilius quidem Nicæam recusasset, Eudoxius vero & Aetius Tarsum admittere noluissent. At Basiliani, cum synodum quibusdam machinationibus in duas factiones divisissent, & seorsum convenissent, similem quidem secundum substantiam confirmarunt: eos vero qui contra sentirent deposuerunt, dissimilis substantiæ dogmate condemnato. Ipsique per se se Annianum Antiochiæ Episcopum ordinarunt. Eudoxius autem & Aetius, cum dissimilis substantiæ dogma scripto confirmassent, literas suas quaquaversum miserunt.

Theodorit. l. 2. c. 26.

Synodus CPoli.

12. Verum Imperator his de rebus certior factus, universos Constantinopolim convenire jussit. Conveniunt itaque, tum ex Occidentis partibus, tum ex Oriente ac Libya fere universi. Et eorum quidem qui Filium similem secundum substantiam profitebantur, Antesignani erant Basilius & Eustathius. Quibus tum alii aderant suppetias ferentes, tum Basilius alter, intra diaconi gradum etiam tum subsistens: dicendi quidem facultate multis superior: verum ob timiditatem ac pusillum animum publicas disputationes detrectans. Eorum vero qui dissimilem substantiam prædicabant, Aetius quidem & Eunomius, quantum ad vim ac potentiam attinet, præcipui erant; uterque Diaconi dumtaxat obtinens gradum. Secundas autem ab his partes implebant Episcopi, Maris & Eudoxius, qui tum quidem Episcopatum gesserat Antiochiæ, postea vero ad Constantinopolitanam sedem promotus est Itemque Acacius Episcopus Cæsareæ Palæstinæ; qui se cum illis consentire simulabat, ut Basilium vicissim dolore afficeret, propterea quod Basilius Cyrillum Hierosolymorum Episcopum ab ipso depositum, nihilominus honore afficiebat. Erat porro Acacius audax in disputationibus: idem in dignoscendis negotiis acutissimus, & ad exponendos animi sui sensus satis disertus. Unde etiam acta hujus synodi, quæ non pauca sunt, ab hoc uno digesta ac disposita fuere. Cum igitur ambæ partes in certamen de dogmatibus suis venissent, eorum quidem qui Filium similem secundum substantiam profitebantur, patronus erat Basilius. Qui vero dissimilem substantiam asserebant, Aetium causæ suæ patronum constituerunt, adjuncto

Theodorit. l. 2. c. 27.

ἐπικαταστείσας τὸν ναὸν ἐν ᾧ συνεδρίαζον, ἀφανίσθείρει. ἡ δὲ ἐν Ἀριμίνῳ εἰς τριακοσίους ἄνδρας συνελθοῦσα, τὸ μὲν τῆς οὐσίας ὄνομα εἰς τὸ παντελὲς διώσατο· ὅμοιον δὲ τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ καθὰ τὰς γραφὰς ἀνακηρύξασα, ὑπογραφαῖς ἰδίαις κατησφαλίσατο.

11. Ὅτι ἡ Νικομηδείας σεισμῷ καὶ πυρὶ καὶ θαλάσσης ἐπικλύσει καθαιρεθείσης, ὡς ἔτος λέγει, καὶ πολλῶν ἀνθρώπων ἀφανισθέντων, ἡ σύνοδος ἐν Σελευκείᾳ τῇ συρίᾳ συνῆλθε· τῶν μὲν περὶ Βασίλειον τὴν Νικαίαν παραιτησαμένων· τῶν δὲ ἀμφὶ τὸν Εὐδόξιον καὶ Ἀέτιον, τὴν Ταρσὸν οὐ θελησάντων. οἱ δὲ περὶ Βασίλειον μηχαναῖς τισὶ σύνοδον ἀναστήσαντες, καὶ καθ' ἑαυτοὺς συνεδριάσαντες, κυροῦσι μὲν τὸ κατ' οὐσίαν ὅμοιον· τοὺς δ' ἀντιφερομένους καθαιροῦσιν, ἀποκηρύξαντες τὸ ἑτεροούσιον. καὶ χειροτονοῦσιν αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐπίσκοπον τῆς Ἀντιοχείας Ἀνιανόν. πλὴν γε καὶ οἱ περὶ Εὐδόξιον καὶ Ἀέτιον, τὸ ἑτεροούσιον ἐγγεγράφως κρατυνάμενοι, πανταχοῦ τὴν τόμον ἀναπέμπουσιν.

12. Ὁ δὲ βασιλεὺς ταῦτα μαθὼν, σπεύδειν ἔταξεν ἅπαντας εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀπαντᾶν. καὶ δὴ συναθροίζονται ἔκ τε τῆς ἑσπερίων καὶ τῆς ἑῴας καὶ Λιβύης μικροῦ σύμπαντες. σπουδαιοτέρους δὲ τῶν μὲν κατ' οὐσίαν ὅμοιον πρεσβευόντων, Βασίλειός τε καὶ Εὐστάθιος· οἷς ἄλλοι τε καὶ Βασίλειος ἕτερος παρὼν συνασπίζων, ἀκόνων ἐπὶ τάξιν ἔχων· δυνάμει μὲν τοῦ λέγειν πολλῶν σπουδαίων· τῷ δὲ τῆς γνώμης ἀθαρσεῖ, σπᾶς τοὺς κοινοὺς ὑποστελλόμενος ἀγῶνας. τῶν δὲ τὸ ἑτεροούσιον, Ἀέτιος μὲν καὶ Εὐνόμιος ὑπῆρχον, οἱ τὴν δύναμιν ἄκροι, ἀκόνων ἑκάτερος βαθμὸν ἔχων· ἐπίσκοποι δὲ δευτεραγωνιστῶν χορὸν ἐκπληροῦντες, Μάρης τε καὶ Εὐδόξιος, ὁ τότε τῆς Ἀντιοχείας ἐπισκοπήσας, ὕστερον δὲ καὶ τὸν Κωνσταντινουπόλεως ὑπελθὼν θρόνον. καὶ δὴ καὶ Ἀκάκιος ὁ τῆς Παλαιστίνων Καισαρείας, τῶν σπᾶς ἐκείνους ὑποκεινόμενος ὁμοδοξίαν, ἐφ' ᾧ τοὺς σπερὶ Βασίλειον ἀνιλυπῆσαι, διότι καὶ κεῖνοι Κύριλλον τῶν Ἱεροσολύμων ὑπ' αὐτῷ παυθέντα τοῦ ἱεραθαι, ἀπὸ τιμῆς ἔφερον. ὧν ἦν ὁ Ἀκάκιος θαρσαλέος μὲν ἐν τοῖς ἀγῶσι, ἀγχινοηθῆναί τε πράγματος φύσιν ὀξὺς, καὶ λόγῳ δηλῶσαι τὸ γνωσθὲν ἱκανός· ἐξ οὗ καὶ τὰ ταύτης τῆς συνόδου γράμματα, πολλὰ δ' ἐστὶν, οὗτος ὧν μόνος ὁ ἀναπθέμενος. εἰς ἅμιλλαν οὖν δογμάτων ἑκατέρας μοίρας καταστάσης, ὁ μὲν Βασίλειος τῶν τὸ ὁμοούσιον δοξαζόντων σπηγόρει· οἱ δὲ τοῦ ἑτεροουσίου ὑπὲρ ἁπάντων λέγειν τὸν Ἀέτιον προύτρεψαν, συνασπίζοντος αὐτῷ καὶ Εὐνο-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῷ δὲ τῆς γνώμης ἀθαρσεῖ] Ignaviam ac timiditatem Basilio magno objicit Philostorgius Eunomianus: In hoc Eunomium ducem suum sequutus, qui idem vitium Basilio exprobraverat, ut testatur Gregorius Nyssenus in libro primo adversus Eunomium, pag. 318. Verum Nyssenus eam accusationem eleganter ac luculente refutat in sequentibus.

2 Ταύτης τῆς συνόδου γράμματα] Suspicatus sum aliquando scribendum hic esse πράγματα. Ferri tamen potest vulgata scriptura, quippe quæ eundem sensum habet. γράμματα enim hoc loco non epistolas duntaxat, verum etiam acta totius Synodi designant. Certe verbum ἀναπθέμενος quod sequitur, non convenit solis epistolis.

μίου.

μίου. ὡς δὲ εἶδον οἱ ἀμφὶ τὸν Βασίλειον προβεβλημένον αὐτοῖς εἰς ἀντιλογίαν τὸν Ἀέτιον, δείσαντες αὐτῷ τῷ δυνάμει τῶν λόγων, οὐκ ἔφασαν δεῖν ἐπισκόπους ὄντας μετὰ διακόνου περὶ δογμάτων εἰς λόγους καθίστασθαι. ἀντεπόντων δὲ τῶν ἑτεροφρονούντων, ὡς οὐκ ἀξίας νῦν ἐστὶ κρίσεως, ἀλλ' ἀληθείας ἐπιζητήσεως, δέχονται μὲν καὶ ἄκοντες [a] οἱ περὶ Βασίλειον τὸν ἀγῶνα· καὶ ὡς οὗτος λέγει, κατὰ κράτος τῇ τοῦ Ἀετίου γλώσσῃ ἡττήθησαν, ὡς μὴ μόνον ὁμολογῆσαι, παραλλάττειν τῷ τοῦ γεννηθέντος οὐσίαν πρὸς τὴν τοῦ γεννήσαντος, καὶ τὸ μηδὲν κοινωνεῖν, ἀλλὰ καὶ χειρὶ οἰκείᾳ τῷ ὁμολογίαν, Ἀετίου τοῦτο πρᾶσσαι τήσαντος, βεβαιώσασθαι. μαθόντα δὲ ταῦτα τὸν βασιλέα, καὶ ἣν πάλαι Βασίλειος τῷ Ἀετίῳ ἀβολίαν συνεσκευάκει, τῷ μέσης τῆς καρδίας ἀκμάζουσαν φέροντα, τὸ συνενεχθὲν ἁρπάσαι πρὸς τὴν τῆς ὀργῆς ἐκπλήρωσιν. διόπερ ἄμφω μὲν εἰς θέαν παρίστησι· πυθάνεται δὲ τοῦ Βασιλείου, τίνα ἂν εἴη, οἷς ἐπαιτιᾶται τὸν Ἀέτιον. ὁ δέ, ὡς ἀνόμοιον ἔφη τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν εἰσηγεῖται. ἀμείψασθαι δὲ πρὸς ταῦτα τὸν Ἀέτιον, τοσοῦτον ἀπεῖναι τοῦ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ἀνόμοιον εἰπεῖν ἢ δοξάσαι, ὥστε μὴ ἀπαραλλάκτως ὅμοιον αὐτὸν κηρύττειν. τὸ δὲ τοῦ ἀπαραλλάκτου φωνῆς ὑποδραξάμενος ὁ Κωνσάντιος, μηδ' ἀναχόμενος ὅλως ἐπικαταμαθεῖν, καθ' ὃν ἐκεῖνος τρόπον ἀνεφθέγξατο τὸ ἀπαραλλάκτον, ἐκβληθῆναι μὲν κελεύει τῶν βασιλείων τὸν Ἀέτιον· ὕστερον δὲ τῇ συνδρομῇ Ἀκακίου, μετὰ καθαιρέσεως ὑποβληθῆναι ψήφοις, τῶν ὀρθοδοξούντων μόνων ὑποσημηναμένων τῇ καθαιρέσει, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν εἰς τὰ μάλιστα τοῦ Φρονήματι κοινωνούντων· τῶν μὲν καὶ γνώμην μεταβληθέντων· τῶν δὲ τῷ ἀκούσιον πρᾶξιν οἰκονομίας ῥήματι καταχρηματιζόντων. ὁ δὲ Κωνσάντιος τὸν ἑσπερίων τόμον προκομισάμενος, τοῦτον καὶ τῶν παρόντων ὑποσημήνασθαι χειρὶ οἰκείᾳ διεκελεύσατο. ἐνεῖχετο δὲ τῷ τόμῳ, ὅμοιον τοῦ Πατρὶ κατὰ τὰς γραφὰς ἀνομολογεῖν τὸν Υἱόν· καὶ πάλιν ἐνταῦθα συνδρομῇ τοῦ Ἀκακίου, ὃς ἕτερος μὲν ἦν τὴν δόξαν, ἕτερος δὲ τῷ γλώττῃ, ὑπογράφουσι πάντες ὅσοι παρῆσαν, καὶ ὅσοι πρὸν ἐπρέσβευον τὸ ἑτερούσιον.

ei Eunomio. Porro Basilius & qui cum illo erant, cum Aetium adversarium sibi oppositum vidissent: ejus dicendi vim formidantes, indecorum esse dixerunt ut Episcopi de dogmatibus fidei cum diacono certarent. Sed cum adversæ partis antistites reclamassent, non de dignitate præsens judicium, sed veritatis inquirendæ causa institutum esse dicentes, Basilius licet invitus in certamen descendit: & quemadmodum iste scribit, ab Aetii lingua penitus devictus est. Adeo ut non solum confessus fuerit, substantiam geniti differre à substantia genitoris, nec ulla in re convenire: verum etiam propriæ manus subscriptione, sicut Aetius postulaverat, confessionem suam firmaverit. Quæ cum didicisset Imperator, & calumniam quam Basilius in Aetium confinxerat, adhuc vigentem in animo suo circumferret, eventus illius occasionem ad explendam iram suam arripuit. Ambobus igitur in conspectum suum venire jussis, Basilium interrogavit quænam essent illa de quibus Aetium incusaret. Respondit Basilius, quod is dissimilem Patri Filium assereret. Ad hæc Aetius: Tantum abest, inquit, ut Filium Patri dissimilem dicam aut sentiam: Quin potius absque ullo discrimine similem profiteor. At Constantius vocabulum illud ἀπαράλλακτος insimulans, nec discere omnino sustinens quonam sensu eam vocem usurpasset Aetius; eum palatio expelli jussit. Postea vero Acacii opera perfecit, ut idem Aetius Episcopali judicio deponeretur, subscribentibus ejus depositioni non solum Orthodoxis, verum etiam iis ipsis qui ejusdem cum illo opinionis erant: quorum alii priorem sententiam mutaverant, alii id quod inviti fecerant, dispensationis nomine prætexebant. Porro Constantius Occidentalium Epistolam in medium proferens, præsentium Episcoporum subscriptionibus firmari eam jussit. Continebatur autem in hac Epistola, Filium Patri similem esse secundum scripturas. Tum vero opera etiam ejusdem Acacii, qui quidem aliud in pectore reconditum, aliud in lingua promptum habebat, universi qui aderant, & ii quoque ipsi qui dissimilem substantiam antea professi fuerant, subscripserunt.

Filius Patri similis secundum Scripturas.

ΕΚ ΤΗΣ ΠΕΜΠΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

EX LIBRO QUINTO HISTORIÆ.

1. Ὅτι φησὶ μὲν ταῦτα Ἀκάκιος, τοὺς περὶ Βασίλειον καὶ Εὐστάθιον βασιλέα πείσας, καὶ αἰτίαις ἄλλους ἄλλαις ὑποβαλὼν, καθαιρεῖ τῶν θρόνων· καθαιρεῖ δὲ καὶ Μακεδόνιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον. παυθέντος δὲ τοῦ Μακεδονίου, Εὐδόξιος ἐξ Ἀντιοχείας Κωνσταντίου γνώμῃ ἀντικαθιδρύεται τοῦ θρόνου· ὑποδραμόντες δὲ καὶ οἱ καθαιρεθέντες, Βασίλειος μὲν εἰς Ἰλλυρικούς· οἱ δὲ λοιποὶ, ἄλλος ἀλλαχόσε. οἱ πρὸς τὸν ὑπόδικον πελάσαντες, ἀθετοῦσι μὲν τὰς οἰκείας ὑπογραφὰς,

1. Post hæc Acacius, cum Imperatorem in suam sententiam pertraxisset, Basilium & Eustathium alioslque plures variis criminationibus appetitos, ex suis sedibus depositit. Ipsum quoque Macedonium Constantinopolis Episcopum Sacerdorio exuit. Porro depositio Macedonio, Eudoxius ex Antiochensi Episcopo, annuente Constantio, in ejus locum subrogatus est. Ii vero qui depositi fuerant, in exsilium missi sunt. Basilius quidem in Illyricum: reliqui autem, alius alio dispersi. Qui cum in exilium ducerentur, subscriptiones

Acacius Basilianos & Aetianos pellit.

Theodorit. l. 2. c. 27.

VARIORUM ANNOTATIONES.

a Οἱ περὶ Βασίλειον] Duo Basilii in hoc capite memorantur; scil. Magnus ille qui postea Cæsareæ in Cappadocia antistes fuit; nunc vero diaconus: & Basilius Ancyræ Episcopus. De hoc posteriori hic sermo est.

αἷς

ſuas quibus Ariminenſis Concilii fidem confirmaverant, revocarunt: atque hi quidem conſubſtantialem, illi vero ſimilis ſubſtantiæ Filium iterum prædicarunt. Aetius autem depoſitus, propterea quod ἀπαράλλακτον invexerat, quod reliquis ejus ſermonibus ac ſcriptis manifeſte repugnabat, Mopſueſtiam Ciliciæ relegatur: Cum omnes prope modum ejus ſautores ac ſectatores, non ipſum modo, verum etiam fidem quam prædicabat, ſubſcriptione ſua damnaſſent: alii quidem opinionem quam prius amplexi fuerant abjicientes: alii vero tempori ſervientes, & Imperatoris voluntatem veritate ipſa potiorem judicantes. Porro Acacius, cum Baſilium quidem ob privatas inimicitias, Aetium verò ob dogmatum diſcrepantiam depoſuiſſet, & in exſilium truſiſſet; Cæſaream rediens, in Eccleſiis quæ Paſtore ſuo viduatæ erant, eos Epiſcopos conſtituit, qui conſubſtantialis fidem profiterentur. Ac Nicomediæ quidem in locum Cecropii, Oneſimum ordinavit: Ancyræ vero in locum Baſilii Athanaſium ſubſtituit. Tarſenſibus autem Silvani loco Acacium alterum præfecit. Antiochiæ vero Clerici omnes qui cum Baſilio olim conſenſerant in his quæ contra Aetium & Eudoxium tentata fuerant, indicta cauſa expulſi ſunt. Et Meletius ex urbe Armeniæ Sebaſtia accitus, in Antiochena ſede ab eodem Acacio collocatus eſt, vice Eudoxii. Jam enim Eudoxius Conſtantinopolitanam ad ſedem conſcenderat. At Meletius, prius quidem diſſimilis ſubſtantiæ Filium profeſſus, ad Imperatoris arbitrium ſe ſe accommodabat, & Occidentalium Epiſtolæ ſubſcripſerat. Sed poſtquam ad Antiochenam ſedem promotus eſt, Conſubſtantialis propugnator acerrimus exſtitit. Laodiceæ vero idem Acacius Pelagium ordinavit Epiſcopum. Atque ut breviter dicam, ubicumque vis ac potentia ei conſilium dabat, in eorum locum qui expulſi fuerant, eos qui conſubſtantiale apertiſſime profiterentur, ſummo ſtudio collocavit.

Homoouſiani ordinati.

Meletius Ep. Ant.

Aetii Exilium.

2. Cum Imperator ex Acacio didiciſſet, Aetium ab Auxentio Mopſueſtiæ Epiſcopo omni humanitate ac benevolentia foveri, eum Amblada deportari juſſit, ut

αἷς ϯ ἐν Ἀριμίνῳ πίστιν ὑπεσημήναντο· ἀνακηρύττῃσι ϗ πάλιν οἱ μὲ τὸ ὁμοούσιον, οἱ δ τὸ ὁμοιούσιον. ϗ ὁ Ἀέτιος δὲ καθαιρεθεὶς διότι τὸ ἀπαράλλακτον εἰσηγήσατο, ὅπερ αὐτῷ ταῖς ἄλλαις ὁμιλίαις ϗ συγγραφαῖς ἀφαρρήδην ἀπεμάχετο, Μοψουεστίαν τῆς Κιλικίας ἐκπέμπεται, Μοψουεστίαν ἀναγραψάντων κατ' αὐτοῦ ϗ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τῆς πίστεως ἣν ἐκήρυττε, μικροῦ πάντων αὐτῷ τῶν ἑταίρων καὶ ὁμοφρόνων· τῶν μὲν ἐκ μεταβολῆς τῶν πάλαι δεδογμένων· τῶν δὲ τοῖς καιροῖς εἰδότων, καὶ τῇ τοῦ βασιλέως γνώμῃ κρείττω τῆς παρὰ σφίσιν ἀληθείας ποιησαμένων. ὁ δὲ Ἀκάκιος τοὺς μὲν Βασίλειον δι' ἰδίαν ἔχθραν, καὶ τὸν Ἀέτιον ἀφ' ὧν ἑτεροδοξεῖν καθελὼν καὶ Μοψουεστίους ποιησάμενος, ἀνατρέχων ἐπὶ τὴν Καισάρειαν, ταῖς χηρευούσαις ἐκκλησίαις ἀρχιερεῖς καθίστη, τὸ ὁμοούσιον θρησκεύοντας· καὶ καθίστησι μὲν ἐν Νικομηδείᾳ ἀντὶ Κεκροπίου, Ὀνήσιμον· ἀντὶ δὲ Βασιλείου τῆς Ἀγκύρας, Ἀθανάσιον· Ἀκάκιον δὲ ἕτερον ἀντὶ Σιλβανοῦ, τῆς Ταρσοῦ. ὅσοι δὲ τῆς Ἀντιοχείας, ὅσοι μέν ποτε τοῦ τῷ Κλήρῳ συνέπραξαν Βασιλείῳ ἐν τοῖς κατὰ τοῦ Ἀετίου καὶ Εὐδοξίου τολμηθεῖσιν, ἐρήμῳ ἠλαύνοντο. Μελέτιον δὲ τῆς Σεβαστείας τῆς Ἀρμενίων μεταπεμψάμενος, ἀντὶ Εὐδοξίου τῷ θρόνῳ ἐγκαθιδρύει· ἤδη γὰρ Εὐδόξιος Κωνσταντινουπόλεως ἐπέβαινεν. ὁ δὲ Μελέτιος, τὰ μὲν πρῶτα, τῇ τοῦ βασιλέως ῥοπῇ θεραπεύων τὸ ἑτερούσιον ὑπεκρίνετο, καὶ τῷ τόμῳ τῶν ἑσπερίων ὑπέγραψε. ἐπεὶ δὲ τῆς Ἀντιοχείας ἐπάρξας θρόνου, θερμὸς ἦν τοῦ ὁμοουσίου ὑπέρμαχος. χειροτονεῖ δὲ καὶ Πελάγιον ὁ Ἀκάκιος ἐν Λαοδικείᾳ. καὶ ἁπλῶς ἔνθα ἂν ἡ δυνάμις εἴπετο, τῇ βουλῇ ἐδίδου, κατὰ τὸ κρεῖττον ἀντὶ τῶν ἐξελαθέντων, τοὺς τὸ ὁμοούσιον εἰς τὸ ἀπροφάσιστον πιστοῦντας ἐγκαθιστάναι.

2. Ὅτι φησὶν ὁ βασιλεὺς παρὰ Ἀκακίου μαθὼν, ὡς ὁ Ἀέτιος ὑπὸ Αὐξεντίου τῆς Μοψουεστίας ἐπισκόπου ἐς τὰ μάλιστα φιλοφροσύνης ἀξιοῦται, εἰς Ἄμβλαδα τοῦτον μεθορισθῆναι προσκελεύει,

Valesii Annotationes.

1 Τῇ ἀγκύρᾳ ἀθανάσιον] De hoc Athanaſio Ancyræ Epiſcopo, præter Socratem & Baſilium à Gothofredo citatos, meminit Gregorius Nyſſenus in libro primo contra Eunomium, p. 292. τὸ γὰρ κατὰ τὸν Ἀέτιον τοῦτον Ἀθανασίῳ ποτὲ τῷ Γαλατῶν ἐπισκόπου λέγοντος ἤκουσα, ἀνδρὸς οὐκ ἄν τι πρὸ τῆς ἀληθείας προτιμήσαντος, &c. Id eſt: *Nam quis & qualis fuerit hic Aetius, audivi quondam narrantem Athanaſium Epiſcopum Galatiæ, virum cui nihil unquam veritate fuit antiquius.*

2 Ὑπεκρίνετο] Scribendum puto ὑπεκλίνετο. Eodem verbo utitur Philoſtorgius in libro 4, cap. 9. καίτοι τοῖς τῶν εὐνόμιον ἀσεβήμασι συγκεκλιμένον. Gothofredus vero hunc locum aliter interpunxit, ut ex verſione ejus apparet. Sic enim interpretatur: *At Meletius, initio quidem Imperatoris nutui ſerviens, ἑτεροῦσιον ſimulavit.* Verum Græci ſermonis proprietas hoc loquendi genus non admittit, τῇ τοῦ βασιλέως ῥοπῇ θεραπεύων. Dicerent enim δουλεύων, aut quid ſimile. Recte igitur emendavi, ὑπεκλίνετο τῇ τοῦ βασιλέως ῥοπῇ. Quæ elegans eſt metaphora à momento trutinæ deſumpta. Jam vero θεραπεύων τὸ ἑτερούσιον eleganter dicitur pro πιστοῦν, ut paulo poſt loquitur Philoſtorgius.

3 Ἔνθα ἂν ἡ δύναμις εἴπετο] Suſpicatus ſum aliquando hunc locum ita reſtituendum eſſe: ἔνθα ἂν ἡ δύναμις αὐτῷ τῇ βουλῇ ἐδίδου, &c. Et in fine ἐγκαθίστησι. Sed nunc re attentius examinata, nihil mutandum cenſeo.

4 Ὁ βασιλεὺς παρὰ ἀκακίου] In Apographo Samuelis Bocharti, poſt has voces, in margine annotantur hæc verba: *Adde ῥηθὲν ex margine manuſcripti exemplaris.*

5 Εἰς Ἄμβλαδα] In manuſcripto codice Samuelis Bocharti legitur, Ἄμβλασα. Et paulo poſt pro ἀνυποίητον idem codex habet ἀνυποστάτου, ὡς ἔτος ὁ δυσεβὴς ψευδολογεῖ. Porro cum hoc capite jungendus eſt locus Suidæ in voce αὐξέντιος, qui abſque ulla dubitatione deſcriptus eſt ex hoc Philoſtorgii libro. Nam & Aetii & Eunomii elogium quod illic legitur, id manifeſte declarat, & ſtilus ipſe Philoſtorgium auctorem indicat. Ἔφορος enim ibi dicuntur Epiſcopi: quæ locutio peculiaris eſt Philoſtorgio.

Variorum.

a Ἄμβλαδα] Piſidiæ civitas dicitur Artemidoro, & ex eo Straboni; Tauro monti ſubjecta, Iſauriæ olim vicina, & forte pars ejus hoc ævo, quo Iſauri latrociniis dediti, ad gravia bella proruperant, ut ſcribit Marcellinus lib. 14. in geſtis anni 353. *J. Gothofred. in loc.*

Ἐπεῖ

ἐκεῖ κακῶς ἀποῤῥῆξαι τὸν βίον, διὰ τὸ βάρβαρον καὶ μισάνθρωπον τῶν οἰκούντων. αὐχμοῦ δὲ καὶ λοιμοῦ τὴν χώραν ἔχοντος ἀνυποίστου, ὡς οὗτος ὁ δυσσεβὴς ψευδολογεῖ, τὸν Ἀέτιον ἐξιλεωσάμενον τὸ θεῖον λύσαι μὲν τὰ δεινὰ, παμπόλλης δ' τυχεῖν ὑπὸ τ οἰκούντων εὐνοίας τε καὶ σεβασμιότητος.

vitam illic miſere finiret, ob barbariem atque inhumanitatem incolarum. Cumque æſtus ac peſtilentia intolerabilis eum locum infeſtarent, impius iſte mendaciorum ſcriptor ait, Aetium placato divino numine has calamitates depuliſſe, & ſumma benevolentia atque obſervantia ab incolis exceptum eſſe.

3. Οτι τ περὶ Εὐσταθιον καὶ Εὐσέβιον καὶ Ἐλευσιον καθαιρεθέντων, οἱ ἀμφὶ τ Μάριν καὶ Εὐδόξιον γνώμη Κωνσταντίου, [a] τῆς Κυζίκου τ Εὐνόμιον ἐπίσκοπον χειροτονοῦσιν, οὐκ ἄλλως ἐκεῖνος τ χειροτονίαν ἀναδεχόμενος, εἰ μὴ παρ' αὐτῶν ὑποχέσεις λάβοι, τὸν Ἀέτιον καὶ τ ὑπερορίας καὶ τ καθαιρέσεως ἀθωωθῆναι· καὶ χρόνος ἦν ὁ τ προθεσμίας εἰς τρεῖς ἀπαρτιζόμενος μῆνας.

3. Poſt Euſtathii, Euſebii, & Eleuſii depoſitionem, Maris atque Eudoxius annuente Conſtantio Eunomium Cyzici Epiſcopum ordinarunt. Qui tamen hanc ordinationem ſuſcipere recuſavit, niſi prius ſponſionem ab iis accepiſſet, Aetium & exilio & depoſitionis ſententia abſolutum iri. Eique rei perficiendæ intervallum trium menſium definitum eſt. *Eunomius Ep. Cyzici.*

4. Οτι φησιν εἰωθὼς Κωνσταντιος τοὺς πολεμίους κρατεῖν, ἐπειδὴ [b] ὁμογνίῳ λύθρῳ τ δεξιὰν ἐξεμίανε, καὶ τοὺς ἀμφὶ Θεόφιλον καὶ Ἀέτιον καὶ Σέρραν, διαβολαῖς ἀναπεισθεὶς Βασιλείου, ὑπερορίους ἐποιήσατο, πρὸς Πέρσας συμπλακεὶς τὸ ἧττον ἤνεγκεν.

4. Cum Conſtantius de hoſtibus victoriam reportare antea ſolitus eſſet, poſtquam proximorum cruore dextram ſuam contaminavit, & Baſilii calumniis impulſus, Theophilum & Aetium ac Serram exilio multavit, commiſſo cum Perſis prælio victus receſſit. *Conſtantius Perſis bello inferior.*

5. Οτι φησιν ὕπος ὁ δυσσεβὴς, τ Ἀντιοχείας Μελέτιον ὑπὸ ὗ Κωνσταντίου καὶ αὐτοῦ ἐν Ἀντιοχείᾳ διατρίβοντος, ὑπερόριον ἐς τ ἑαυτοῦ πατρίδα τ Μελιτινὴν ἐκπέμψαι, ὡς ὀρκίαις ἁλόντα, καὶ ὅτι ὁμοούσιον προσθοὺν ἐκτόπως, τὸ ἑτεροούσιον καλεχημαλίζετο. μεταπέμπει δὲ ἐξ Ἀλεξανδρείας, τ συναιρεσιώτην Ἀρείου Εὐζώιον· καὶ τούτῳ χεῖρας ἐπιθεῖναι τοὺς ἐπισκόπους κελεύσας, ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας ἀποκαθίστησιν.

5. Ait impius Philoſtorgius, Meletium Antiochenſem Epiſcopum à Conſtantio, qui tunc Antiochiæ degebat, Melitinam, quæ patria ejuſdem erat, relegatum eſſe, tanquam perjurii convictum, & propterea quod cum τὸ ὁμοούσιον ardentiſſime prædicaret, idem tamen τὸ ἑτεροούσιον amplecti ſe fingebat. Poſthæc Conſtantius Euzoium hæreſeos Arii conſortem, ex urbe Alexandria evocavit: juſſiſque Epiſcopis ei manus imponere, Epiſcopum Antiochiæ eum conſtituit. *Meletio pulſo ſubrogatus Euzoius.* *Theodorit. l. 2. c. 31.*

ΕΚ ΤΗΣ ΕΚΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

Οτι τὸν Εὐνόμιον τινες τῶν ἐν τῷ Κλήρῳ Κυζίκου Εὐδοξίῳ διαβάλλουσιν, ὡς ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν εἰσηγούμενον, τὸ μὴ καθ' ὑσίαν ὅμοιον εἰς κατηγορίαν ἀνομοιότητος Πατρὸς πρὸς Υἱὸν μετασκευάζοντες· καὶ τὰ παλαιὰ δὲ μετακινεῖν ἔθη, καὶ τοὺς μὴ συναστρέφειν ἐθέλοντας διασκευάζειν. ἐπὶ τούτοις θόρυβος τὴν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίαν εἶχεν, ἀνακινουμένου αὐτὴν ἐπίτηδες τινὸς τῶν ἐν αὐτῇ πρεσβυτέρου, Ἡσυχίου τοὔνομα. διὸ μεταπέμπει ὁ Εὐδόξιος τ Εὐνόμιον ποιεῖται. παραγενομένου δὲ, ὁ μὲν τῆς βραδυτῆτος καὶ ὀλιγωρίας τῶν ὑπεσχημένων τὸν Εὐδόξιον ἤπατο. [1] ὁ δ', περὶ τούτων μὲν ὑπεκρίνατο μὴ ἂν ἀμελῆσαι· δεῖν δὲ πρὸ τοῦ περὶ αὐτοῦ γεγενημένου διαλῦσαι φάσιν. ἐντεῦθεν εἰς ἀπολογίαν ὁ Εὐνόμιος τῷ Κωνσταντινουπόλεως κλήρῳ καταξὰς, οὕτω τοὺς περὶ θορυβοῦντας εἶλεν, ὡς

EX LIBRO SEXTO HISTORIÆ.

QUIDAM ex Clero urbis Cyzicenæ Eunomium criminati ſunt apud Eudoxium, quaſi is diſſimilem Patri Filium aſſereret, ex eo quod ſimilem ſecundum ſubſtantiam negabat, argumentum ducentes diſſimilitudinis Patris cum Filio. Eumdem præterea accuſabant, quod veteſtos ritus mutaret, & eos qui cum ipſo impie agere nollent, ejiceret. Hanc ob cauſam tumultus in Eccleſia Conſtantinopolitana excitatus eſt, Heſychio quodam ejus Eccleſiæ Presbytero eam de induſtria commovente. Proinde Eudoxius Eunomium ad ſe accerſit. Qui cum adveniſſet, Eudoxium inſimulavit tarditatis ac negligentiæ in perficiendis iis quæ promiſerat. Eudoxius vero, ſe haudquaquam ea neglexiſſe reſpondit, ſed prius componendum eſſe tumultum qui ipſius cauſa excitatus fuerat. Eunomius igitur apud clerum Conſtantinopolitanum defenſionem ſuam exorſus, eos *Eunomii accuſati defenſio.* *Theodorit. l. 2. c. 29.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὁ δ' περὶ τούτων μὲν ὑπεκρίνατο] Non dubito quin ſcribendum ſit ἀπεκρίνατο, licet Manuſcripti codices nihil mutent.

VARIORUM.

a Τῆς Κυζίκου τὸν Εὐνόμιον] Socr. lib. 4. cap. 7. & Soz. lib. 6. cap. 8. Eunomium faciunt Cyzici Epiſcopum ſub Valente Imp. ſub Conſtantio melius Theodoritus, lib. 2. cap. 27. & hic Philoſtorgius.

b Ὁμογνίῳ λύθρῳ] Cæde ſcilicet Conſtantii, Dalmatii, & Annibaliani, patruorum & patruelium: præcipue vero Galli Cæſaris; de cujus nece pœnitentem Conſtantium inducit Julianus, Epiſt. ad Senatum populumque Athen. ἀπορίαν τε οὐτιοῦν νομίζει δυσχερῆ, τό τι ἐς τοὺς πολεμίους Πέρσας εὖ τυχῶς πράξαντα οὐ τούτων ὑπολαμβάνει.

μὴ μόνον

qui prius tumultuabantur, ita sibi conciliavit, ut non modo in contrariam sententiam transierint, verum etiam Eunomio deinceps testimonium pietatis ultro perhibuerint. Non enim solum in his quas habuit Concionibus, nunquam deprehensus est dissimilem Patri Filium asserere: Immo vero similem secundum Scripturas, prædicare se libere professus est. Similem quidem secundum substantiam neutiquam admittebat: ejusdem impietatis esse dicens, similem secundum substantiam dicere Filium Patri: & non simillimum profiteri juxta rationes unigenito Filio convenientes ad Patrem qui sine passione genuit. Neque vero clerum dumtaxat ita affecit: verum etiam universum Ecclesiæ populum, cum hæc disseruisset, ingenti admiratione tum sapientiæ, tum pietatis suæ perculit. Quamobrem Eudoxius supra modum gavisus exclamavit: Defensio mea apud eos qui me interrogant, hæc est. Et populus applausit Eudoxio, quod bene atque opportune sacræ scripturæ verba pronunciasset.

μὴ μόνον εἰς τὸν ἀντίαν μεταθῆσαι δόξαν, ἀλλὰ μάρτυρας αὐτοῦ θερμοὺς τῆς θεοσεβείας γενέσθαι. καὶ γὰρ ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν οὐ μόνον ὑδαμῶς ἐν οἷς ἐδημιήργησε δογματίζειν ἐφωράθη, ἀλλά γε καὶ ὅμοιον κατὰ τὰς γραφὰς ἀνακηρύττειν ἐπαῤῥησιάζετο. τὸ μέντοι ὅμοιον κατὰ οὐσίαν οὐ προσίετο· ἴσον εἰς βλασφημίαν λέγων εἶναι, ὅμοιον καθ' οὐσίαν λέγειν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, καὶ μὴ ὁμοιότατον φρονεῖν κατὰ τοὺς μονογενεῖ Θεῷ πρὸς τὸν ἀπαθῶς γεγεννηκότα Πατέρα προσήκοντας λόγους. ὑ μόνον ἢ τὸν κλῆρον οὕτω διέθηκεν, ἀλλὰ καὶ πάνδημον ὅλίω ἐκκλησίαν, τὰ αὐτὰ διαλεχθεὶς, εἰς μέγα καὶ γλυκὺ θαῦμα καὶ σοφίας καὶ θεοσεβείας εἰλκύσατο. ἐξ οὗ ὁ τὸν Εὐδόξιον ὑφαγαθέντα ἀναβοῆσαι, ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν αὕτη ἐστιν. καὶ κρότον ἀγεῖραι τῷ πλήθει, ὡς δὴ καὶ κατὰ καιρὸν τὸν ἱερὰν ἀνειπόντος χρῆσιν.

Eunomii de Filio impia dicta.

2. Ait impius Philostorgius, Deo invisum Eunomium festo Theophaniorum die, jussu Eudoxii, sermonem ad populum habuisse, in quo impia eorum doctrina apertissime detecta est. Nam & Josephum detestandi illi, post ineffabilem partum coivisse eum Virgine ausi sunt dicere. Et multo adhuc impudentius, Filium Patris servum ac ministrum, Spiritum item Filii, pronuntiare non dubitarunt. Porro genus dicendi quo illi tunc usi sunt, à panegyrica venustate alienum fuit: & obscuritate ac superfluitate verborum, & vocabulorum impurorum usu tumidum: ad ingratum ac ridiculum & confusum characterem pertinens: mentis eorum caliginem ac perturbationem, inflictamque ipsis à Deo pœnam perspicue declarans.

2. Οτι ὁ δυσσεβὴς οὗτος, Εὐνόμιον τὸν θεομαχῆ καθ' ἐπιτροπὴν Εὐδοξίου δημηγορήσαι τῷ πλήθει λέγει τῆς τῶν Θεοφανείων ἑορτῆς σκιαμαχίας, ἐν ᾗ τὸ δυσσεβὲς αὐτῶν καὶ ἄθεον μάλιστα ἀπογυμνοῦται. τόν τε γὰρ Ἰωσὴφ οἱ κατάρατοι μὴ τὸ ἄφραστον κυοφορίαν, συνάπτειν ὑ πεφρίκασι τῇ παρθένῳ· καὶ τὸν Υἱὸν ἀνανδρότερον τοῦ Πατρὸς δοῦλον καὶ ὑπηρέτην, καὶ δὴ καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, φοβερὸν οὐδὲν ἡγοῦντο λέγειν. ἔστι δὲ ὑ αὐτοῖς ἡ φράσις ἐν τούτοις, παντελοῦς χάριτος ἀπολλοτριωμένη, ἀσαφείᾳ ἢ ὑ περιλογίᾳ, ὑ ῥημάτων ὑ καθαρῶν ἀλλαχρήστῳ εἰς τὸ ἀπεπέταλον καὶ καταγέλαστον καὶ τεταραγμένον εἶδος ἀνοιδουμένη, καὶ τὸν τῆς ψυχῆς γνόφον καὶ σάλον καὶ τὸ θεοβλαβὲς ἐνδεικνυμένη.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἐν οἷς ἐδημιήργησε] Scribendum est, ni fallor, ἐδημηγόρησε, id est, in concionibus quas Eunomius habuit ad Clerum Constantinopolitanum, ut se ab hæreseos crimine apud illos purgaret. Certe Philostorgius paulo ante testatus est, Eunomium Apologeticum sive defensionem suæ fidei ac doctrinæ coram Clero urbis Regiæ instituisse. εἰς ἀπολογίαν ὁ εὐνόμιος τῷ Κωνσταντινουπόλεως κλήρῳ καθίστας, &c. Et hæc est fortasse Apologia qua tantopere gloriabatur Eunomius, ut refert Gregorius Nyssenus in libro primo contra Eunomium.

2 Τὸ μέντοι ὅμοιον] Hunc locum mutilum esse Asterisscus ipse satis indicat. Nos vero ex Manuscripto codice Samuelis Bocharti hanc lacunam supplevimus hoc modo. τὸ μέντοι ὅμοιον κατὰ τὴν οὐσίαν ὁ προσίετο· ἴσον εἰς βλασφημίαν λέγων εἶναι, ὅμοιον καθ' οὐσίαν λέγειν τῷ πατρὶ, &c. Id est, *Similem autem secundum substantiam neutiquam admittebat, ejusdem impietatis esse affirmans, similem secundum substantiam dicere Filium Patri, & non simillimum profiteri juxta rationes unigenito Filio convenientes ad Patrem qui sine passione genuit.* Quæ si cui fortasse obscura esse videbuntur, is legat expositionem fidei Eunomii, quam nuper edidi in Annotationibus ad librum 5. Historiæ Ecclesiasticæ Socratis pag. 274. &c. Sed verba ipsa Eunomii præstat hic adscribere, prout illa interpretati sumus; quippe quæ non mediocrem lucem allatura sint huic loco. *Hunc Filium Dei & unigenitum Deum agnoscimus: solum similem Patri ob præcipuam similitudinem & propriam ac peculiarem significationem, non ut Patrem Patri: neque enim duo sunt Patres. Non ut Filium Filio: quippe cum non sint duo Flii. Neque ut ingenitum ingenito. Unus enim ingenitus est, Deus scilicet omnipotens, & unus Filius, unigenitus scilicet. Sed similem, ut Filium Patri, quippe qui imago sit & sigillum omnis operationis ac virtutis paternæ, sigillum omnium operum ac sermonum & consiliorum Patris.*

3 Προσήκοντας] In editione Genevensi à Librariis, ut opinor, omissa erat vox λόγους, quam nos ex Manuscriptis exemplaribus nostris hic supplevimus.

4 Τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν] Scribendum est ἀνακρίνουσιν, ut legitur in Manuscripto codice Samuelis Bocharti. Verba sunt Pauli Apostoli ex epistola prima ad Corinthios cap. 9. quibus usus erat Eudoxius Constantinopolitanus Episcopus, cum Apologiam Eunomii in Ecclesia audiisset. Quo audito, universus populus qui aderat, plaudens acclamavit: bene & commode dictum illud Apostoli ab Eudoxio prolatum esse significans. Sic enim interpretanda sunt verba illa Philostorgii, τὴν ἱερὰν ἀνειπόντος χρῆσιν: quemadmodum Lucas Holstenius ad latus sui codicis adnotavit.

5 Καὶ τὸ πνεῦμα δ' υἱοῦ φοβερὸν ἡγοῦντο λέγειν] Veram hujus loci emendationem nobis indicavit codex Samuelis Bocharti, in quo ita scribitur. καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, φοβερὸν οὐδὲν ἡγοῦντο λέγειν. Optime, si vocem unam addideris hoc modo. καὶ τὸ πνεῦμα ἔργον τοῦ υἱοῦ, φοβερὸν οὐδὲν ἡγοῦντο λέγειν. Id est, *Sed & Spiritum sanctum Filii opus dicere nequaquam reformidarunt.* Certe hoc fuisse dogma Eunomii, docet ejusdem expositio jam à nobis citata. Sed nihil addendum est. Supplendum dumtaxat ἀπὸ κοινοῦ vocabulum quod præcessit, ὑπηρέτην καὶ δοῦλον.

3. Ὅτι

3. Οπ μὴ τοὺς πολλοὺς ἐπαίνους Εὐνομίῳ, ὧν μόνων οὐδὲν ὧν ὑπέχετο διανοίθη περαίνειν Εὐδόξιος, ἀλλὰ κἀκεῖνον ἐπεχείρει πείθειν, γεαφῇ τήν τε καθαίρεσιν Ἀετίου, καὶ τῷ ὑπ' Ἀειμίνῳ ἔκθεσιν ὑποσημήνασθαι, εἰς τὸ τῆς οἰκονομίας πρόσχημα τὸ ἔκθεσμον αὐτοῖς καταρυθμίζων καὶ ἀθέλητον. ἐφ' οἷς ὁ Εὐνόμιος βαρέως ἐνεγκὼν, οὐδέτερον μὲν ὑπέστη· [a] περισσαπολιμπάνει δ' αὐτοῖς καὶ τὴν Κύζικον, πρῶτα μὲν λόγοις, εἶτα δὴ γεάμμασι, καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα τὴν Καππαδοκίαν ἀφικνεῖται.

4. Οπ κατ' Εὐνομίου κινηθεὶς ὁ Ἀκάκιος ἐφ' ᾧ Κυζίκου κατέστη ἐπίσκοπος, συνδιαβάλλει καὶ τοὺς περὶ Εὐδόξιον, ὡς χωρὶς κοινῆς γνώμης τὸν μαθητὴν Ἀετίου κεχειροτονηκότας ἐπίσκοπον, ἄνδρα τὸ οἰκεῖον διδάσκαλον τῶν περὶ τὴν αἵρεσιν ὀξυῤῥεπεστάτων [2] ζήλων ὑπερβάλλεσθαι φιλοτεχνήσαντα. καὶ πείθει ταῖς διαβολαῖς τὸν Κωνστάντιον, μεταπεμπτὸν δὲ Ἀντιοχείᾳ ποιήσασθαι τὸν Εὐνόμιον. καὶ παραγενόμενον, εἰς ἀπολογίαν κελεύει καταστῆναι συνοδικῇ διαίτῃ λογοθετηθέντα. ἐπεὶ δὲ ἡ σύνοδος τὸν κατήγορον ἐζήτει, ὁ δὲ ἦν ἀφανισμός. ὁ γὰρ Ἀκάκιος ἀποδειλιάσας, καὶ γὰρ ἐνόμιζεν ἐκ μόνης τῆς πρὸς βασιλέα διαβολῆς τὸν ἐχθρὸν αἱρήσειν κατὰ κράτος· εἰς ἦν τῶν εἰς τὸ βαθύτατον σιγώντων. διὸ καὶ ὁ Κωνστάντιος ταῦτα μαθὼν, δι' ὑπονοίας τε τὸν Ἀκάκιον ἔσχεν, ὡς ἀπεχθημοσυνῇ μᾶλλον ἢ τρόπων βεβαιότητι τὴν κατηγορίαν σκηπτόμενον· καὶ θᾶττον αὐτὸν εἰς τὴν ἰδίαν ἐπανασταθμεῖν ἐκέλευσε παροικίαν, μείζονι συνόδῳ ταμιευόμενος τὴν τῶν προκειμένων διάγνωσιν.

5. Ταῦτα δὲ Κωνστάντιῳ διανοουμένῳ, ἡ τοῦ Ἰουλιανοῦ ἐπανάστασις ταῖς φήμαις αὐτῷ προσημαίνεται. ὁ δὲ, αὐτίκα τε τὴν ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ἐξέ-

3. Eudoxius poſt multas laudes in Eunomium congeſtas, non modo nihil eorum quæ promiſerat, perficere in animum induxit: Immo vero perſuadere illi conatus eſt, ut depoſitioni Aetii, & Ariminenſis fidei expoſitioni ſubſcriberet, diſpenſationis ſpecie illegitimum atque involuntarium facinus eis excuſans. Quibus Eunomius graviter commotus, neutrum præſtare voluit. Sed & Cyzicum ipſi dimiſit, primo quidem verbis, poſtea vero etiam per literas: & ad patriam ſuam Cappadociam ſe recepit. *Eudoxius & Eunomius diſſident.*

4. Acacius adverſus Eunomium commotus, eo quod Epiſcopus Cyzici conſtitutus fuiſſet, Eudoxium quoque ſimul cum eo criminatus eſt, quod abſque communi conſenſu diſcipulum Aetii Epiſcopum ordinaviſſet: virum qui ferventiſſimo in hæreſim zelo magiſtrum ſuum ſuperare contenderet. Tantumque perfecit calumniis, ut Conſtantius aures ei accommodans, Eunomium Antiochiam evocaret. Qui cum eo veniſſet, juſſit eum Conſtantius in ſynodali judicio examinatum cauſam dicere. Sed cum ſynodus accuſatorem requireret, nullus uſpiam apparuit. Acacius enim metu perculſus; quippe qui exiſtimaverat ſola apud Imperatorem calumnia inimicum à ſe penitus oppreſſum iri, in altiſſimo ſilentio permanſit; quæ cum didiciſſet Conſtantius, Acacium ſuſpectum habuit, utpote qui per ſimultatem potius, quam ex morum probitate accuſationem inſtituiſſet. Eumque confeſtim ad Eccleſiam ſuam reverti juſſit, præſentis negotii diſquiſitionem majori ſynodo reſervans. *Acacius Eunomium inſectatur.*

5. Hæc dum Conſtantius animo volveret, fama ad eum perfertur de Juliani rebellione. Statim ergo iter arripuit Conſtantinopolim. *Conſtantius Julianum repreſſurus obit. Theodorit. l. 2. c. ult.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Εἰς τὸ τῆς οἰκονομίας πρόσχημα] Hunc locum Gothofredus non intellexit. Cujus interpretationem Lucas Holſtenius in margine ſui codicis ita emendavit. *Conniventia titulo nefarium ipſorum & involuntarium factum obtegens, vel cohoneſtans.* Verum hanc interpretationem probare non poſſum. Nam conniventia vitio verti ſolet; quippe quæ argumentum ſit negligentiæ. Contra vero οἰκονομία ſemper in laude ponitur, & quidem jure merito, cum ſit conjuncta prudentiæ. Quamobrem Philoſtorgius ait hoc loco, Eudoxium, qui non ſincere neque ex animo, ſed per fraudem ac ſimulationem, Ariminenſis fidei formulæ & Aetii condemnationi ſubſcripſerat, id factum οἰκονομίας ſpecie prætexuiſſe. Quod quidem Philoſtorgius ſupra quoque notavit in libro 4. ſub finem, ubi de Aetii depoſitione loquitur. *οὐ τῶν ὀρθοδοξούντων μόνων ὑποσημηναμένων τῇ καθαιρέσει, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν εἰς τὰ μάλιστα τῷ Φορνίμαπι κοινωνούντων. τῶν μὲν καὶ τὴν γνώμην μεταβληθέντων, τῶν δὲ τὴν ἀκούσιον πρᾶξιν οἰκονομίας ῥήμαπι καλλιχήμαπιζόντων.* Idem diu poſtea fecerunt Acephali: Qui cum duas in ſectas diviſi eſſent Alexandriæ, in Gaianitas & Theodoſianos, poſtea inter ſe reconciliati unitatem fecere, quam ſpecioſo οἰκονομίας titulo prætexebant. Verum adverſus hanc Acephalorum unitatem egregium librum ſcripſit Eulogius Epiſcopus Alexandrinus, in quo quænam eſſet œconomia ſeu diſpenſatio Eccleſiaſtica, & quot ejus ſpecies eſſent, accurate obſervavit, ut videre eſt in Bibliotheca Photii cap. 227. Primum igitur notat Eulogius, non omnibus promiſcue licere οἰκονομίᾳ ſeu diſpenſatione uti, ſed iis dumtaxat qui miniſtri ſunt ac diſpenſatores myſteriorum Dei, præſidibus ſcilicet Eccleſiæ. Deinde notat, nunquam locum eſſe œconomiæ ſeu diſpenſationi, niſi ſalva prorſus atque illibata permanente fidei doctrina. His poſitis, Eulogius triplex diſtinguit genus œconomiæ Eccleſiaſticæ. Primum conſiſtit in rebus. Secundum in nominibus ac verbis. Tertium in perſonis. Hæc Eulogius in ſupradicto libro fuſius perſequitur. Verum Interpres, vir alioqui doctus & de literis optime meritus, pulcherrimum & utiliſſimum Tractatum interpretatione ſua penitus obſcuravit. οἰκονομίαν enim *incarnationem* ubique fere interpretatus eſt: quo nihil fingi poteſt abſurdius. Quod cum ego ante annos triginta & amplius Franciſco Florenti, docto imprimis Juriſconſulto indicaſſem, id ille in ſuos Juris Canonici commentarios retulit, & Præfationem integram de diſpenſationibus Eccleſiaſticis ex illo Eulogii loco concinnavit: Me à quo illud acceperat, ne nominato quidem.

2 Ζήλων ὑπερβάλλεσθαι] In Manuſcripto codice Bocharti ſcribitur ὑπερβαλέσθαι. Sed parum refert utro modo ſcribatur hoc verbum. Vox autem ζήλων procul dubio corrigenda eſt hoc modo: τῷ ὀξυῤῥεπεστάτῳ ζήλῳ. Similis error ſæpius occurrit in his libris, qui ex eo profluxit, quod veteres ι adſcribere ſolebant ad latus literæ, non autem ſubſcribere, ut nunc facimus.

VARIORUM.

a Περισσαπολιμπάνει δ' αὐτοῖς καὶ τὴν Κύζικον] Male Valeſius vocem αὐτοῖς de Eudoxio intellexit: cum enim ſit numeri pluralis, de Clero Cyziceno exponenda eſt, qui inimicitias cum Eudoxio exercuerunt, ut narratur cap. 1. hujus libri. *W. Lowth.*

Simul ſynodum in urbe Nicæa indixit, ad examinandum τὸ ἑτεροούσιον. Sed cum Mopſucrenas veniſſet, morbo correptus, ibidemque ab Euzoio baptizatus, Imperium pariter ac vitam, & ſynodos ad ſtabiliendam impietatem, dereliquit.

διζε, ϗ σύνοδον ἅμα διώιζειν ὑπὲς τ ἑτεροουσίου χ' Νίκαιαν ἴσα. Φθάσας δὲ παρὰ τὰς Μόψου καλουμένας κρηνίας, ϗ νόσῳ βληθεὶς, εἶτα καὶ βαπτισάμενος παρὰ Εὐζοΐῳ, τήν τε βασιλείαν αὐτῷ βίῳ, ϗ τὰς ἐπ' ἀσεβείᾳ συνόδους ἀπολείπει.

Conſtantii funus.

6. Cum Conſtantius ad ſepulturam ferretur, Julianus Conſtantinopolim ingreſſus, ante feretrum proceſſit abſque diademate, honorem exhibens mortuo, cui paulo ante vitam adimere properabat.

6. Οτι κομιζομένῳ πρὸς ταφὴν Κωνσταντίου ὁ Ἰουλιανὸς καταλαβὼν, τ τε ζωρᾶ προεπόμπευε, ϗ κεφαλῆς ἀφελόμενος τὸ διάδημα, ϗ τιμῶν τ νεκρὸν, ϗ τ ζωὴν ἀφελεῖν ἐπεσπούδαζεν.

Julianus exules Epiſcopos revocat. Soz. l. 5. c. 5.

7. Julianus, cum imperium per vim ſibi vindicaſſet, Aetium, utpote qui Galli cauſa in diſcrimen veniſſet, ab exilio revocavit: nec eum ſolum, ſed & reliquos omnes qui ob Eccleſiaſtica dogmata relegati fuerant, in ſuas ſedes reſtituit.

7. Οτι τὴν βασίλειον ἀρχὴν ἁρπάσας ὁ Ἰουλιανὸς, Ἄτε δὴ Ἀέτιον ἀφ' Γάλλου δεθεν κινδυνεύοντα, ϗ φυγῆς ἀνακαλεῖται· οὐκ αὐτὸν ἢ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους, ὅσοι δογμάτων ἐκκλησιαστικῶν ἐνεκα ἐφυγάδευσαν ὑπέστησαν.

EX LIBRO SEPTIMO HISTORIÆ.

ΕΚ ΤΗΣ ΕΒΔΟΜΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

Gentiles in Chriſtianos inſurgunt.

1. JULIANUS cum Imperium per vim arripuiſſet, & Gentilibus per edicta licentiam omnem conceſſiſſet, ut nihil eorum quæ didicerant, omitterent: Chriſtianos in graviſſimas & inexplicabiles ærumnas conjecit: Gentilibus ubique locorum, omnis generis tormenta, novoſque cruciatus, & acerbiſſima mortis genera eis infligentibus.

1. Οτι τ βασιλείαν Ἰουλιανὸς ἁρπασάμενος, ϗ τοῖς Ἕλλησι ἀφ' προγραμμάτων πᾶσαν ἄδειαν εἰσενεγκών, μηδὲν τ μελετωμένων ἄπρακτον ἐᾷν, εἰς ἄῤῥητά τε καὶ ἀδιήγητα πάθη κατέστησε τοὺς Χριστιανοὺς, πανταχοῦ τῶν Ἑλληνιστῶν πάσας αἰκίας καὶ καινὰς βασάνους καὶ πικροτάτους θανάτους ἐπαγόντων αὐτοῖς. 2

Georgii Ep. Alex. cædes.

2 Cum Georgius Alexandriæ Epiſcopus Concilio præſideret, & eos qui idem cum Aetio ſentiebant, Epiſtolæ adverſus Aetium ſubſcribere cogeret, gentiles repente inſilientes eum comprehenderunt. Et poſt multas corpori ejus illatas contumelias, ad extremum igni tradiderunt. Porro impius iſte ſcriptor ait, Athanaſii conſilio eos ad hoc facinus incitatos fuiſſe. Quippe interfecto Georgio Athanaſius propriam ſedem recuperavit, Alexandrinis libenti animo eum excipientibus.

2. Οτι Γεώργιον τ Ἀλεξανδρείας συνεδρίου, φησὶ, προκαθεζόμενον, ϗ τ χ' Ἀετίου τόμον ὑποσημαινοντας μιᾷ ὀμοδόξους βιαζόμενον, εἰσπηδήσαντες τὸ Ἑλληνικὸν ϗ συλλαβόντες αὐτὸν, πολλά τε εἰς τὸ σῶμα ὑβρίσαντες, εἶτα πυρὶ παρέδοσαν. Φησὶ δ' ὁ δυσσεβὴς συγγραφεὺς ἕτος, ϗ Ἀθανασίου γνώμῃ φρατηγῆσαι τῆς πράξεως. ἀλλὰ γὰρ Γεωργίου ἀφθαρέντος, τὸν οἰκεῖον θρόνον ὁ Ἀθανάσιος, τῶν Ἀλεξανδρέων αὐτὸν ἀσμένως ὑποδεξαμένων, ἀναλαμβάνεται. 3

De Statua Chriſti Paneade.

3. De ſtatua Servatoris noſtri, quam fides mulieris quæ ſanguinis profluvio laborabat, bene de ſe merito gratiam referens erexit, ſcribit Philoſtorgius eam collocatam fuiſſe juxta fontem qui eſt in urbe, unà cum aliis ſtatuis, & jucundum atque amœnum ſpectaculum præbuiſſe ſpectantibus. Cumque herba ad pedes Servatoris enata, adverſus morbos omnes, præcipue vero ad-

3. Οτι περὶ τῆς εἰκόνος τ Σωτῆρος ἡμῶν, ἣν ἡ τῆς αἱμόῤῥου πίστις ἀμειβομένη τὸν εὐεργέτην ἀνέστησεν, ἱστορῶν φησιν, ἀνεστηλῶσθαι μὲν ταύτην κατὰ τὴν πηγὴν τὴν ἔνδον τῆς πόλεως, μετὰ ϗ ἑτέρων ἀγαλμάτων, τερπνότητός τι παρέχειν τοῖς φοιτῶσι θέαμα. τῆς δὲ τ Σωτῆρος εἰκόνος βοτάνης χ' τὰς πόδας ἀναφυείσης, νοσημάτων μὲν 4

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἄτε δὴ Ἀέτιον] Scribendum eſt tranſpoſitis vocabulis, Ἀέτιον ἄτε δὴ, &c.

2 Μηδὲν τῶν μελετωμένων] Codex Bocharti ſcriptum habet μεμελετωμένων. Leges tamen Grammaticæ μεμελετημένων dici jubent.

3 Γεώργιον τὸν Ἀλεξανδρείας] Lucas Holſtenius in margine ſui codicis ad hæc verba id ſcholium annotavit. *De Presbyterorum Alexandrinorum collegio & prima inter ipſos Epiſcopi cathedra, ex ſancti Hieronymi & Hilarii Diaconi Romani ſententia loquitur.* Sed hanc Holſtenii interpretationem probare non poſſum. Nam συνέδριον hoc loco non Collegium Presbyterorum ſignificat, ſed Synodum Epiſcoporum Ægypti, quos Georgius Alexandriæ collegerat. Nam cum Epiſcopi Synodi Conſtantinopolitanæ epiſtolam ad eum ſcripſiſſent, qua Aetium quidem anathemate damnaverant: reliquos vero Actii ſectatores, qui plurimi erant in Ægypto, à communione Eccleſiæ ſubmoverant, indulto eis ſex menſium ſpatio ad reſipiſcendum: Georgius acceptis his literis Concilium Epiſcoporum Ægypti congregavit, in quo cunctos Actii ſectatores damnationi ejuſdem ſubſcribere compulit, ut hoc loco docet Philoſtorgius. ὁμοδόξους igitur hic intelligere debemus Actianos, Serram videlicet, Stephanum & Heliodorum, Epiſcopos Libyæ, de quibus paulo poſt loquitur Philoſtorgius. τόμον vero τὸν κατὰ Ἀετίου vocat epiſtolam Synodi Conſtantinopolitanæ, quam refert Theodoritus in capite 28. lib. 2. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

4 Τερπνότητός τι παρέχειν] Scribe meo periculo περπνότητός τι παρέχειν τοῖς φοιτῶσι θέαμα.

VARIORUM.

a Τὴν Ἀθανασίου γνώμῃ φρατηγῆσαι τῆς πράξεως] Manifeſta Arianorum in Athanaſium calumnia. Verum ne ipſe quidem Julianus Georgii cædem in Chriſtianos rejecit, in Epiſtola 10. hac de re ad Alexandrinos ſcripta: quæ exſtat item apud Socratem lib. 3, cap. 3. vid. etiam Sozom. lib. 5. cap. 7. *W. Lowth.*

b Περὶ τῆς εἰκόνος] De hac ſtatua ſeu imagine Chriſti videantur Euſebius Hiſt. lib. 7. cap. 18. Rufin. lib. 7. cap. 14. Aſterii Homilia 10 apud Photium in Bibliotheca, num. 271. Sozom. lib. 5. cap. 21. Artemii Act. 20. Octob. cap. 38. Cedrenus pag. 251. Niceph. lib. 10. cap. 30.

ἁπάν-

ἁπάντων, μάλιστα δὲ τῆς φθινάδος, ἴαμα· καὶ ζητουμένων τὴν αἰτίαν· ἐλελήθει γὰρ τῷ χρόνῳ ᾗ ὅ τινος ἔφερε μορφὴν, καὶ ἡ πρᾶξις δι' ἣν ἀνεστήλωτο. ὁ ὑπαίθρῳ γὰρ γυμνὸς ἑστὼς, ἐπ' ὀλίγον συνεχώσθη τῷ σώματος, γῆς ἐπ' αὐτὸν ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων ἀεὶ τόπων ὑπὸ τοῖς τῶν ὄμβρων μάλιστα καιροῖς ἐπιφερομένης, ὑφ' ἧς ἡ τῶν γραμμάτων τῶν ἕκαστα δηλούντων ἠφάνιστο γνῶσις. τῆς οὖν ζητήσεως ταύτης ὑπαισθόμενοι, ἀνωρύχθη μὲν τὸ συγκεχωσμένον· εὑρέθη δὲ γράμματα τὴν ἰσοδίαν πᾶσαν ἀναδιδάσκοντα. καὶ ἡ πόα μὲν οὐκ ἔτι μετ' ἐκεῖνον ὤφθη τὸν χρόνον, οὔτε ἐκεῖ, οὔτε ἀλλαχόθι. τὸν δὲ ἀνδριάντα [1] μεταστησάμενοι ὑπὸ τῷ τῆς ἐκκλησίας Διακονικῷ, τὰ πρέποντα ἐθεράπευον, σέβοντες μὲν ἢ προσκυνοῦντες οὐδαμῶς· οὐ γὰρ ἦν θέμις χαλκὸν ἢ ἄλλην ὕλην προσκυνεῖν. [2] αὐτὸ δὲ τοῦτο, τάσῃ τε σεμνοτέρᾳ, καὶ τὸ μεθ' [3] ἡδονῆς ὑπαφοιτᾶν τῷ τόπῳ τὸ εἶδος [3] θεραπευσομένους, τὸν περὶ τὸ ἀρχέτυπον πόθον ἐπιδεικνύμενοι. τοῦτο τὸ ἄγαλμα ἐπὶ τοῦ Ἰουλιανοῦ χρόνου, [4] τὸ Ἑλληνικὸν εἰς ἀσέβειαν ἀναφλεχθέντες οἱ τὴν Πανεάδα οἰκοῦντες, τῶν βάθρων ἀνασπασάμενοι, καὶ τῶν ποδῶν ἐκδησάμενοι, διὰ μέσης ἕσυρον τοῦ λεωφόρου [5] ἐφ' ᾧ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα διασπώμενοι κατέκλασαν· τῷ δὲ κεφαλῷ ὑπὸ τῷ σύρεσθαι, τοῦ αὐχένος διεζευγεῖσαν, τινὲς λαθόντες τὸ ἐπαλγοῦντων τοῖς δρωμένοις, ἀνελάβοντό τε, καὶ ὡς ἠδυνάντο διεσώσαντο. καί φησι, ταύτην ἣν αὐτὸς θεάσασθαι. ἡ μὲν τοίνυν Πανεὰς Δὰν ἐπωνομάζετο τὸ παλαίτατον, τῷ προσηγορίαν ἀπὸ τοῦ παιδὸς τοῦ Ἰακὼβ Δὰν ἑλκυσαμένη, τοῦ Φυλάρχου [6] τῶν [2] ταύτῃ οἰκούντων τότε· εἶτα δὲ [2] Καισάρεια ἡ Φιλίππου ἐπεκέκλητο. τῶν δὲ Ἑλληνιζῶν Πανὸς ξόανον αὐτῇ καθιδρυσάντων, εἰς τὸ τῆς Πανεάδος ἐπωνυμίαν μετέβαλεν.

versus tabem efficaciſſimum eſſet remedium, cauſa hujus rei inquiri cœpit. Temporis enim lapſu memoria exciderat, & cujuſnam ea effigies eſſet, & quam ob cauſam fuerat collocata. Quippe Servator ſub dio ſtans nuduſque, haud exigua corporis parte obrutus fuerat, terra continue ex ſuperioribus locis, maxime vero pluviarum tempore ad ſtatuam aggeſta, quæ literarum quibus ſingula narrabantur notitiam obliteraverat. Cum igitur diligens fieret inquiſitio, pars quidem ſtatuæ quæ humo obruta erat, effoſſa eſt: literæ vero repertæ ſunt, quæ totam rei geſtæ ſeriem indicabant. Ac planta quidem ex eo tempore non amplius viſa eſt, nec ibi, nec alio in loco. Statuam vero in Diaconico Eccleſiæ collocarunt, competentem ei curam atque obſervantiam deferentes: nequaquam tamen eam colentes aut adorantes. Neque enim fas erat æneam aut aliam quamlibet materiam adorare. Sed hoc uno, quod eam honoratiore in loco collocaverant, & quod ſpectandi cauſa ad eum locum cupide adventarent, amorem ipſius Archetypi declarantes. Hanc igitur ſtatuam regnante Juliano Gentiles qui Paneadem incolebant, ad impietatem incitati, à baſi ſua revulſam, funibus ad pedes circumligatis, per mediam plateam traxerunt. Poſt hæc reliquum quidem corpus diſtrahentes confregerunt. Caput vero inter trahendum à cervice disjunctum, nonnulli id quod fiebat ægre ferentes, clanculo abripuerunt, & quoad fieri potuit conſervarunt. Idque à ſe viſum fuiſſe teſtatur Philoſtorgius. Cæterum Paneas olim Dan vocabatur, ex nomine Dan filii Jacob, qui princeps fuit unius tribus, quæ in his locis tunc ſedes habebat, id cognomentum trahens. Secutis autem temporibus Cæſarea Philippi cognominata eſt. Sed cum Gentiles Panis ſimulacrum in ea collocaſſent, in Paneadis vocabulum tranſiit.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καταστησάμενοι ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας Διακονικῷ] Magis probo ſcripturam codicis Bochartiani, in quo ita legitur, τὸ δὲ ἀνδριάντα μεταστησάμενοι, &c. Atque ita quoque ſcribitur apud Nicephorum in libro 10. cap. 30. De Eccleſiæ Diaconico multa hic erudite obſervat Jacobus Gothofredus, id eſſe, quod Latini olim Secretarium vocabant, nos Sacriſtiam dicimus: ubi vaſa ac veſtimenta ſacra aſſervantur. Sed quod negat Diaconicum eſſe partem Eccleſiæ, in eo graviter fallitur. Verebatur ſcilicet Gothofredus, ne ſi Diaconicum pars Eccleſiæ eſſet, Chriſtiani ſtatuas atque imagines Chriſti olim in Eccleſiis habuiſſe viderentur. De Diaconico loquitur Joannes Moſchus in Prato, capite 25. εἰσῆλθεν ἐν τῷ Διακονικῷ κλαίων καὶ ῥίπτων ἑαυτὸν ἐπὶ πρόσωπον. Interpres vertit: *Ingreſſus eſt ſacrarium plorans, corruitque in faciem ſuam.*

2 Αὐτὸ δὲ τοῦτο] Scribendum eſt αὐτῷ δὲ τούτῳ, ſupple τιμῶντες. Paulo poſt etiam ſcribendum καὶ τῷ μεθ' ἡδονῆς, &c.

3 Θεασαμένους] Scribendum eſt procul dubio θεασομένους. Verum in codice Bocharti longe aliter ſcribitur hic locus, hoc ſcilicet modo: καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς ἐπιφοιτᾶν τῷ τόπῳ τὸ εἶδος θεραπευσομένους, τὸν περὶ τὸ ἀρχέτυπον πόθον ἐπιδεικνύμενοι. Quam quidem lectionem veriſſimam eſſe exiſtimo. τὸ εἶδος θεραπευσόμενοι, id eſt, *imaginem illam obſervaturi.* Certe Philoſtorgius σεβασμὸν quidem & προσκύνησιν ſtatuis & imaginibus nequaquam adhibendam eſſe affirmat. θεραπείαν vero, id eſt, *obſervantiam non denegat.* Nam paulo ante dixit de hac ſtatua, τὸν δὲ ἀνδριάντα μεταστησάμενοι, ἐν τῷ Διακονικῷ τὰ πρέποντα ἐθεράπευον. Hæc porro obſervantia in eo conſiſtebat, ut ſtatua quam maxime niteret, nec pulvere aut ſordibus aut rubigine impleretur. In Manuſcripto quoque Scoriacenſi legitur ἐπιδεικνύμενοι, non ut Gothofredus edidit ἐπιδεικνυμένης.

4 Τὸ ἐκκλησιαστικοὺς] Scribendum eſt procul dubio τὸ ἑλλήνικὸν, ut legitur in codice Bochartiano, & apud Nicephorum. Phraſis eſt Philoſtorgii, qua uſus eſt paulo ante in cap. 2. hujus libri. Paulo poſt ex iiſdem codicibus emendavi ὠκοδομήσαντο.

5 Ἐφ' ᾧ] In Manuſcripto codice Samuelis Bocharti ſcriptum inveni ἐν ᾧ. Et ſtatim pro verbo μάσασθαι quod nauci eſt, idem codex ſcriptum habet θιάσασθαι, optime procul dubio: Quemadmodum etiam conjeceram, antequam codicem illum nactus eſſem.

6 Τῶν ταύτῃ οἰκούντων] Codex Bocharti ſcriptum habet τῶν ταύτην οἰκούντων.

VARIORUM.

a Καισάρεια ἡ Φιλίππου] Idem ſcribit Joſephus de Bello Jud. lib. 2. c. 13. Φίλιππος (ſc. Herodis M. filius) Πανεάδα τὴν πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἰορδάνου καλλισκευάσας ὀνομάζει Καισάρειαν. Unde & Plinius lib. 5. cap. 15. *Jordanes amnis oritur è fonte Paneade, qui cognomen dedit Cæſareæ.* Quod autem Paneas à Panis ſimulacro olim ibi poſito cognominata fuerit, nemo veterum præter unum Philoſtorgium prodidit, ut obſervat *Jac. Gothofredus in hunc locum.*

Gentiles in Sanctos mortuos vivosque sevunt.

4. Cum multa atrocia Gentiles adversus Christianos ubique perpetrarunt, tum istud facinus ab iisdem admissum est in Palæstina. Elizæi Prophetæ & Joannis Baptistæ ossa, è loculis suis extracta; illic enim uterque eorum sepultus fuerat; brutorum animalium ossibus permiscentes, igni tradiderunt, & in cinerem redacta sparserunt in ventum. Nonnullis etiam in locis Christianos cum comprehendissent, aris incensis tanquam victimas imposuerunt. Multa quoque alia dictu horrenda, velut furore perciti commiserunt. Quæ cum Julianus probe nosset, non modo indignatus non est, verum etiam gaudio exultavit, cum infamia quidem atrocium facinorum penes alios esset; Ipsius autem voluntas factis eorum adimpleretur. Sed cum animadverteret, hujusmodi atrocitate nihil eorum quæ cupiebat, ad exitum perduci: quippe Christianorum quos oppugnabat, animus magis ac magis confirmabatur: id commentus est, ut Episcopos qui ob varias causas expulsi fuerant, eosque qui in illorum locum substituti erant, inter se committeret. Utrique igitur parti licentiam dedit faciendi quæcumque possent ad restitutionem suam ac defensionem. Quam ob causam illi inter se collisi, ingens dedecus atque opprobrium, quemadmodum apostatæ in votis erat, religioni nostræ intulerunt. Alia quoque his adjecit non dissimilis malignitatis. Eos enim qui clero adscripti erant, ad publicas decurionum functiones retraxit, & Ecclesiarum annonas ministris Dæmonum tradidit. Denique omnia facere ac moliri non destitit, ut dæmonum quidem superstitio floreret: nostra autem religio, sicuti sperabat, penitus exstingueretur.

Julianus Episcopos inter se committit.

4. Οπ τῶν Ἑλλήνων τὰ ἀποπώτατα κατὰ τῶν Χριστιανῶν πανταχοῦ παλαμωμένων, καὶ τοῦτο τοῖς ἀσεβέσι κατὰ Παλαιστίνην δεδραματούργηται. τὰ τοῦ προφήτου Ἐλισαίου ὀστᾶ, καὶ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου· ἐκεῖ γὰρ ἄμφω ἐτέθαπτο· τῶν ἄλλων ἐξελόμενοι, καὶ ζώων ὀστοῖς ἀλόγων συγκαταμίξαντες, ὁμοῦ πρὸς κόνιν κατέκαυσαν, καὶ εἰς τὸν ἀέρα διεσπείραντο. καὶ τοὺς Χριστιανίζοντας ἢ συλλαμβάνοντες, εἴτ' ὄντες τοῖς βωμοῖς ἀναπλωμένοις ὡς ἱερεῖα ἐπετίθεσαν· ἢ εἰς πολλὴν ἄλλην ἀρρητουργίαν ἐξεβακχεύθησαν. ἅπερ Ἰουλιανὸς ὀπτάμενος, οὐχ ὅπως ἤχθετο, ἀλλὰ μᾶλλον ἔχαιρεν· καὶ τὸ μὲν ἐπὶ τοῖς δρωμένοις δυσκλείας εἰς ἑτέρους ἀνήγετο, τὸ δ' αὐτῷ γνώμης τοῖς ἐκείνων ἔργοις περαινομένης. σωιδὼν δὲ, μᾶλλον τῆς τοσαύτης μανίας οὐδὲν ὧν ἐβούλετο περαινόμενον· μᾶλλον γὰρ τὸ Χριστιανῶν πολιορκούμενον ἐπερρώννυτο φρόνημα· μηχανᾶται τοὺς ἐπ' αἰτίαις ἐκβεβλημένους τῶν ἐπισκόπων, καὶ τοὺς ἀντ' ἐκείνων ἔχοντας τοὺς θρόνους, εἰς πόλεμον συρράξαι· ἢ δὴ πάσης ἐξουσίας ἑκατέρᾳ μοίρᾳ μεταδίδου, πράττειν ὅσα ἢ δυνατὰ αὐτοῖς εἴη εἰς τὴν οἰκείαν σύστασίν τε καὶ ἀσφάλειαν. ἐξ ὧν ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους συρρηγνύμενοι, πολλὴν ἀχημοσύνην καὶ μέμψιν, ὅσῳπερ ἦν τῷ ἀποστάτῃ σπούδασμα, προσετείβοντο τῇ θρησκείᾳ. καὶ ἄλλα δὲ τῆς αὐτῆς κακοτεχνίας συνεπῆγε. τούς τε γὰρ ἐν κλήρῳ κατειλεγμένους, εἰς τὴν τῶν βουλευτῶν ἀνέστρεφε λειτουργίαν· καὶ τὰ ἐκκλησιῶν τὰ σιτηρέσια τοῖς τῶν δαιμονίων θεραπευταῖς μετεδίδου. ἢ πάντα πράττειν ὁδὸν ἐπεδίδου, ἐξ ὧν τὰ μὲν ἀκμάσῃ τὰ τῶν δαιμόνων, τὰ δὲ τῆς θρησκείας ὡς ἐνόμιζεν εἰς ἀφανισμὸν συνελαθείη.

Eudoxii & Euzoii de Aetio rixa.

5. Dum res hoc in statu essent, Eudoxius in memoriam revocans jusjurandum & sponsiones quibus se se apud Eunomium obstrinxerat in gratiam Aetii, literas scripsit ad Euzoïum Antiochensem Episcopum, mandans ut synodum colligeret, qua Aetius à damnationis sententia in ipsum olim prolata absolveretur. Verum Euzoïus nullam hujus petitionis rationem habuit: Eudoxium præcipue incusans, quod non ipse prior ea facere cœpisset, quæ aliis injungebat. Sed cum Eudoxius idem flagitare perseveraret, Euzoïus id se facturum promisit.

5. Οπ φησι τῶν πεπραγμάτων οὕτω φερομένων, εἰς μνήμην Εὐδόξιος ἀνελθὼν τῶν ὅρκων καὶ τῶν ὑπογραφέντων ἃς ὑπὲρ Ἀετίου πρὸς Εὐνόμιον ἀνεδέξατο, σύνοδον ἐπιστέλλει τῷ Ἀντιοχείας Εὐζωΐῳ συναθροῖσαι, δι' ἧς ἔδει τὸν Ἀέτιον τῆς καταδικάζεσθαι ψήφου ἀπολυθῆναι. ὁ δὲ Εὐζώϊος οὐδὲν πρὸς τὴν ἀξίωσιν ἐπεφράφη, αἰτιασάμενος μάλιστα τὸν Εὐδόξιον, ὅτι μὴ αὐτὸς πρωκαλήσατο πράττειν, ἃ παρ' ἐκείνου ἐπετίθησαν ἑτέροις. ὑπομένοντος δὲ τῷ Εὐδοξίῳ τῇ ἀξιώσει, ὑπεχνεῖτο καὶ ὁ Εὐζώϊος τὴν πρᾶξιν.

Aetius restitutus.

6. Dum Aetius & Eunomius Constantinopoli morarentur, accesserunt ad eos Leon-

6. Οπ δὲ Κωνσταντινουπόλει διατριβόντος τοῦ Ἀετίου καὶ Εὐνομίου, παραγίνεται Λεόντιος ὁ τῆς

Valesii Annotationes.

1 Ἔχαιρε δὲ τῆς μὲν] Quod in Annotationibus ad Evagrium observavi, in veteribus libris sæpe καὶ positum esse pro ὡς, idem quoque in Philostorgii libris erratum deprehendi. Lego igitur hoc loco ἔχαιρεν ὡς τῆς μὲν ἐπὶ τοῖς δρωμένοις δυσκλείας, &c. Paulo post scribendum est χρισιανῶν πολιορκουμένων, quod miror à Gothofredo animadversum non fuisse.

2 Τοὺς δ' ἐπ' αἰτίαις ἐκβεβλημένους] Scribendum est procul dubio ἐπ' αἰτίαις.

Variorum.

a Βαπτιστοῦ Ἰωάννου] De hujus ossibus disjectis Philostorgio consentiunt Rufinus l. 11. cap. 28. Theodorit. lib. 3. cap. 7. & Chronicon Alexandrinum. De Elisæo tacent.

b Ἐξ ὧν ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους συρρηγνύμενοι] Am. Marcellinus ait, Julianum *dissidentes Christianorum antistites monuisse, ut quisque nullo vetante religioni suæ serviret intrepidus. Quod*, inquit, *agebat ideo obstinate, ut dissensiones augente licentia, non timeret unanimantem postea plebem.* lib. 22. cap. 5. vid. Soz. lib. 5. cap. 5.

1 Τειπόλεως πρὸς αὐτὴς, ϗ Θεόδουλος ἀπὸ Χαι-
ρετόπων, οἵ τε ἀμφὶ τ Σέρραν ϗ Θεόφιλον καὶ
2 Ἡλιόδωρον ἐξ ἑκατέρας Λιβύης, καὶ ὅσοις ἄλλοις
γε ἡ αὐτὴ συμπέρσκε δόξα, οἱ μήτε τῇ τῦ Ἀετίυ
a καταδίκῃ, μήτε τῷ τόμῳ τ ἑσπερίων ὑπο-
3 γεάψαι ἠνέχοντο. ϗ συναθροισθέντες χειροτονῦσι
τὸν Ἀέτιον· ϗ ἰῷ αὐτοῖς αὐτός τε ϗ Εὐνόμιος ἅ-
παντα. ἐχειροτόνουν δὲ ϗ ἑτέρους ἐπισκόπους, ὐδὲν
τέως ᾧ Εὐδοξίυ δυσχεραίνοντος, ἀλλὰ καὶ ψήφους
4 πολλάκις ὑπὲρ τ μελλόντων χειροτονεῖσθαι τοῖς
περὶ Ἀέτιον περικομίζοντος. ἐν τύτῳ δὲ ϗ Εὐ-
ζώϊος εἰς σύνοδον τὸν ἀριθμὸν ἀθροισάμενος ἐννέα
τὰς κατὰ Ἀετίυ γενομένας πάλαι πράξεις δι-
ελύσατο. ἔλυσε δὲ ϗ τὴν ᾧ ἑξαμήνυ προθεσμίαν,
5 μεθ' ἣν τοῖς περὶ Σέρραν, εἰ μὴ τῇ τοῦ Ἀετίου
καθαιρέσει καὶ τῷ ἑσπερίῳ τόμῳ ὑπογράψαιεν,
ἡ ἱερωσύνης ἀφαίρεσις ἡ ζημία διωρίζετο. ἐκλέ-
6 ξας δὲ τῶν εἰρημένων προελθούσης πράξεως, τὺς
τόμυς ἀποστέλλειν τοῖς περὶ Εὐδόξιον παρεσκεύά-
ζοντο. ἀλλ' ὁ καλὰ τῆς Χριστιανῶν ἀνυπόστατος
διωγμὸς, τὴν ὁρμὴν προέκοψεν.

7. Οτι τὸν Οὐαλεντινιανὸν ὁ ἀποστάτης τάγμα-
τος ἐπάρχοντα γραπτικοῦ, κόμης γὰρ ἐκρημά-
τιζε τῶν λεγομένων Κερνούτων· ἐπεὶ πάντα πράτ-
των οὐδαμῶς αὐτὸν ἴσχυσε τῆς θεοσεβείας μετα-
σῆσαι, προσαλύσας τῷ ἀξιώματος, εἰς Θήβας τὰς
Αἰγυπτίους φυγαδεύει. τῦτον φασὶν ἡνίκα Κων-
σάντιος ἐβασίλευσεν, ἰδεῖν τινα τῶν λεγομένων Σι-
λεντιαρίων, πυρὸς φλόγα ᾧ στόματος ἀφιεῖσαν· ἰδεῖν
7 δὲ περὶ τὸ δειλινὸν, ἡνίκα μὴ τροφὴν τὸν ὕπνον
8 αἱρούμεθα· καὶ ταῦτα σημαινῶν Κωνσαντίῳ. καὶ
γὰρ ἐκεῖνον πέμψαντος αὐτὸν ἀφ' ὅτου χρείαν μετα-
καλέσασθαι τ Οὐαλεντινιανὸν, συντυχεῖν τῷ θεά-
ματι. ὁ δὲ Κωνσάντιος τῇ ἀγγελίᾳ εἰς ὑπόνοιαν
μὴ καὶ δέος κατέσχε· ὐδὲν γέ τι παρελύπησε τὸν

tius Tripoleos & Theodulus Chæretaporum Episcopus: Serras item ac Theophilus & Heliodorus ex utraque Libya, & quicumque alii eamdem sententiam amplectebantur, qui nec damnationi Aetii nec Occidentalium Epistolæ subscribere sustinuerant. Hi igitur in unum collecti Aetium ordinarunt Episcopum. Omniaque apud illos erant Aetius & Eunomius. Sed & alios Episcopos ordinarunt, Eudoxio tum quidem non modo non indignante, verum etiam suffragium suum pro iis qui ordinandi erant ad Aetium deferente. Per idem tempus Euzoius quoque, cum novem Episcoporum synodum collegisset, ea quæ contra Aetium olim gesta fuerant infirmavit. Infirmavit etiam sex mensium inducias, quibus elapsis sacerdotii privatio pœnæ loco irrogata fuerat Serræ, nisi Aetii depositioni & Occidentalium tomo subscripsisset. Porro cum utrumque negotium eorum quos supra nominavi, in hunc modum processisset, Euzoius Epistolas ad Eudoxium transmittere cogitabat. Verum persecutio Christianorum quæ tunc erat intolerabilis, impetum ejus repressit. *Theodorit. l. 2. c. 28.*

7. Julianus Apostata Valentinianum numeri cujusdam militaris rectorem; erat enim Comes eorum qui Cornuti dicuntur; cum omnibus frustra tentatis à pietate nunquam dimovere potuisset, dignitate privatum Thebas Ægyptias relegavit. Hunc olim, dum Constantius Imperio potiretur, quidam ex Schola Silentiariorum, flammam ex ore vomentem vidisse fertur. Erat autem meridianum tempus, quando somnum capere solemus post cibum: idque Constantio renuntiasse. Ab eo enim missus ad accersendum Valentinianum cujusdam negotii causa, huic spectaculo interfuerat. At Constantius ea re ipsi nuntiata, in suspicionem ac metum conjectus est. Nulla tamen molestia Valentinianum affecit. Ve- *Valentinianus Thebas relegatus.* *Theodorit. l. 3. c. 16.*

Valesii Annotationes.

1 Ἀπὸ χαιρετόπων] De hac urbe Holstenius ad oram sui codicis hæc annotavit: *Scribo χρεπάπων.* Hoc enim verum nomen in nummis ipsorum aliisque melioribus libris legitur. Idem ante Holstenium notaverat Ortelius in thesauro.

2 Ἐξ ἑκατέρας λιβύης] Duæ erant Libyæ in Ægypto. Altera Pentapolis; altera siccior Libya appellata, ut docet Ammianus Marcellinus in libro 22. Et Serras quidem Episcopus fuit Parætonii siccioris Libyæ. Heliodorus vero Episcopus Sozuzæ Pentapolis Libyæ, ut legitur in subscriptione Synodi Seleucientis apud Epiphanium in hæresi 73.

3 Χειροτονῦσι τὸν Ἀέτιον] De Aetii Episcopatu illustre extat testimonium in epistola 31. Imperatoris Juliani, quæ inscripta est ad Aetium Episcopum. Nondum tamen Aetius ad Episcopatum promotus fuerat tunc cum Julianus epistolam illam ad eum scripsit. Factus est enim Episcopus, postea quam ab exilio revocatus fuisset, ut testatur Philostorgius, & Epiphanius in hæresi Anomœorum. Porro cujusnam urbis Episcopus factus fuerit Aetius, obscurum est, nec ab ullo proditum quod sciam.

4 Ὑπὲρ τ μελλόντων χειροτονεῖσθαι] Non dubito quin scribendum sit ὑπὲρ τῶν, *&c.* Libentius etiam legerim περικομίζοντος. Neque enim audiendus est Gothofredus qui hunc locum ita vertit: *Eudoxio calculum iis qui ordinandi erant sæpius Aetianis præeunte.*

5 Μεθ' ἣν τοῖς περὶ Σέρραν] Assentior Holstenio, qui ad marginem sui codicis adnotavit legendum sibi videri τοῖς περὶ Σέρραν, *&c.* Ita certe flagitant leges Grammaticæ. Paulo post ubi legitur ἐ τῷ ἑσπερίῳ τόμῳ ὑπογράψαιεν, melius scriberetur τῷ ἑσπερίων τόμῳ.

6 Τοὺς τόμους ἀποστέλλειν] In Manuscripto codice Bocharti legitur τὸν τόμον, rectius ut opinor.

7 Κατὰ τὸ δειλινὸν] *Circa vesperam,* vertit Gothofredus, secutus interpretationem Joannis Langi, qui in libro undecimo Nicephori, ubi hic Philostorgii locus describitur, ita verterat. Ego vero *circa meridiem* vertere malui. Id enim significat Græca vox, ut testatur Suidas in δείλη, quæ utrumque tempus denotat, tam meridianum quam vespertinum. Verum ex iis quæ subjicit Philostorgius, satis apparet meridianum tempus hic intelligi.

8 Σημαινῶν] Sic etiam in codice Bochartiano scriptum inveni. Lex tamen Grammatica scribi jubet σημῆναι.

Variorum.

a Τόμῳ τῶν Ἑσπερίων] Intelligit Formulam Fidei cui Episcopi in Synodo Ariminensi subscripserunt. Quam enim Fidem Socrates ait Arimini editam, lib. 4. cap. 4. eandem Fidei Formulam ab occidentalibus Episcopis promulgatam appellat Sozom. lib. 4. cap. 18. Idem etiam episcopos Synodi Ariminensis occidentales vocat, cap. 23. ejusdem libri. Alia longe res erat Tomus Occidentalium, in canone quinto Concilii Generalis secundi memoratus. *W. Lowth.*

ἀνδρα·

rum ut timorem ſuum ſedaret, ad caſtella Meſopotamiæ eum miſit, ut iis locis præſidio eſſet, & Perſarum excurſiones comprimeret.

S. Babylas. 8. De Babyla Martyre, quot & quantis contumeliis ſacrum ejus corpus affecerit Julianus: quæ item dicere coacti fuerint Dæmones: & quemadmodum Apollinis templum una cum ſimulacro, fulmine ictum conflagraverit: reliqua denique admiranda, quæ partim humano more, partim ſupra humanas vires tunc geſta ſunt, non multum ab aliis diverſa narrat Philoſtorgius. Ait porro ſanctum Babylam martyrio perfunctum eſſe una cum tribus pueris fratribus, admodum adoleſcentibus; martyrium vero ex hujuſmodi cauſa proveniſſe. Erat Babylas Epiſcopus Antiochiæ. Quodam igitur tempore Numerianum Rom. Imperatorem, ſive, ut alii dicunt, Decium, à Dæmone invecta cupiditas inceſſit ingrediendi in Eccleſiam Chriſtianorum, cum populus ad eam frequentiſſimus conveniſſet. Verum Sacerdos Dei ad Eccleſiæ veſtibulum ſtans, aditum ei intercluſit, aſſerens non paſſurum ſe, quantum quidem in ipſo erat, ut Lupus in ovile irreperet. Imperator vero, ſtatim quidem ab incœpto deſtitit, ſeu quod ſeditionem reformidaret, ſeu ob aliam quampiam cauſam mutata ſententia. Epiſcopum vero, primum quidem temeritatis accuſavit: deinde dæmonibus ſacrificare juſſit. Unum enim id ſacrificium eſſe, quo & crimen ſuum diluere, & in poſterum honorem ſibi ac gloriam comparare poſſet. Epiſcopus vero, cum iis quæ ipſi proponebantur, forti ac generoſo animo reſtitiſſet, martyrii coronam adeptus eſt.

Euſeb. pag. 294. n. a.

Hieroſolymorum inſtauratio fruſtra ſuſcepta.

9. Apoſtata Julianus, Servatoris noſtri oracula, quibus Hieroſolyma ita everſum iri prædixerat, ut ne lapis quidem ſupra lapidem eſſet remanſurus, falſi convincere molitus, non modo eorum quæ ſtuduerat nihil perfecit: immo etiam certiſſimam eorumdem veritatem invitus licet confirmavit. Nam cum omnes undique Judæos collegiſſet, & pecunias iiſdem ex ærario ac reliqua ſubſidia præbuiſſet, præcepit eis ut templum inſtaurarent. Verum terrores divinitus immiſſi, quos nulla vis eloquentiæ explicare poſſit, non modo impetum illorum compreſſerunt: ſed etiam tum Imperatorem ipſum, tum Judæos, ad inopiam conſilii redactos, ſummo dedecore affecerunt. Hinc enim ignis eos qui manum operi admovere auſi fuerant, depaſtus eſt: Hinc terræ motus obruit. Alios aliæ calamitates extinxere. Sic audacia quæ oracula Domini noſtri ignominia afficere tentaverat, eorundem inviolabilem ac venerandam efficaciam imprudens palam prædicavit.

Theodorit. l. 3. c. 20.

8. Ὅτι τὰ [a] περὶ τοῦ μάρτυρος Βαβύλα, ὅσα τε Ἰβλιανὸς εἰς τὸ μαρτυρικὸν ἐκεῖνο σῶμα παράνησεν, ὅσα τε εἰπεῖν ἐξεβιάσθη τὰ δαιμόνια, καὶ ὅπως κεραυνῷ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος [1] αὐτῷ καθ' ἱδρύματι ἀπεπρόσθη τέμενος, καὶ ὅσα ἄλλα ὑπ' ἀνθρώπων τε καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπους παρεδοξοποιήθη, οὐκ ἐπὶ μέγα παραλλάττουσα τοῖς ἄλλοις ἔτος ἱστορεῖ. λέγει δὲ μαρτυρῆσαι τὸν ἱερὸν Βαβύλαν σὺν τρισὶ παισὶ, κομιδῇ μὰ νέοις, τὸ γένος δ' ἀδελφοῖς· τὸ δὲ μαρτύριον ἀπ' ἀρχῆς τοιαύτης πεφθῆναι. ἐπίσκοπος ἦν τῆς Ἀντιοχείας ὁ Βαβύλας. Νουμεριανῷ γὰρ τῷ Ῥωμαίων βασιλεῖ, ἢ ὡς ἔνιοι Δεκίῳ Φασι, καὶ δή τινα δαίμονα γνώμην ἐμπεσεῖν, πληθυούσης τῆς ἐκκλησίας εἰσελθεῖν ἐπ' αὐτῇ. ὁ δέ γε τοῦ Θεοῦ ἀρχιερέα κατὰ τὰ πρόπυλαια φάσκοντα τοῦ νεὼ, τὴν εἴσοδον ἀποτειχίζειν, Φάσκοντα, ὅσα γε δυνατὸς εἴη, μὴ προϊέναι λύκον τῷ ποιμνίῳ παρεισδυόμενον. καὶ ὃ μὲν αὐτίκα τῆς ὁρμῆς ἀνακρουσθῆναι, εἴτε φάσιν ὑπειδόμενον, εἴτε καὶ ἄλλως μεταξυβουλιάμενον· [2] τὸν ἐπίσκοπον πρῶτα μὲν τῆς τόλμης αἰτιᾶσαι· ἔπειτα δὲ κελεῦσαι τὸν ὅσιον τοῖς δαίμοσι θύειν· μόνῳ γὰρ εἶναι τοῦτο ἐξοσίωσιν ταύτην, λύσιν τε ἐγκλήματος, καὶ τοῦ μὴ ταῦτα τιμῆς τε καὶ δόξης προέσθαι. ὃ δὲ, γενναίως πρὸς ἕκαστα ὧν προτεινομένων ἀντιπαλόμενον, ὃ μαρτυρικὸν ἀναδήσασθαι στέφανον.

9. Ὅτι τοὺς τοῦ Σωτῆρος χρησμοὺς, οἱ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνατετράφθαι λέγουσιν, ὥστε μηδὲ λίθον ἐπὶ λίθῳ μεῖναι, τούτους ὁ Ἀπίστης εἰς ψεῦδος ἐλέγχειν διανοηθεὶς, οὐ μόνον οὐδὲν ἤνυσεν ὧν ἐσπούδασεν, ἀλλὰ τὸ σὺν τοῖς χρησμοῖς, εἰ καὶ ἄκων, ἐβεβαίωσεν ἀμεταπίστον. ὁ μὲν γὰρ τοὺς πανταχῆ συναγείρας Ἰουδαίους, καὶ οἴκοθεν χρήματα καὶ δύναμιν ἄλλην παρασχὼν, ἀνασκάπτειν ἐπέτρεπε τὸ ἱερόν. δείματα δὲ θεῖα γενόμενα διώκησιν ἐπαφείναντα, οὐ μόνον ἔσβεσεν αὐτῶν τὴν προθυμίαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς Ἰουδαίους εἰς ἐσχάτην ἀμηχανίαν καὶ αἰσχύνην κατέφερε. τοῦτο μὲν γὰρ, πῦρ ἐπενέμετο τοὺς ἐργάζεσθαι τολμῶντας· τοῦτο δὲ, σεισμὸς ἐχώννυεν· καὶ ἄλλους ἄλλα πάθη κατεμείζετο. καὶ ἦν καταισχύνειν τὰ δεσποτικὰ λόγια μελετήσασα τόλμα, τὸ ἐκείνων ἀκαταίσχυντον καὶ σεβασμιώτατον λέλυθεν ἑαυτὴν ἀνακηρύττουσα.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Αὐτῷ καθιδρύματι] Hunc locum reſtitui ex Manuſcripto codice Samuelis Bocharti, in quo ita ſcribitur: αὐτῷ καθιδρύματι. In eodem codice ſcriptum inveni γνώμῃ ἐμπιστῶν, non ἐπιστῶν, ut edidit Gothofredus.

2 Τὸν ἐπίσκοπον πρῶτα μὲν] Ante hæc verba ponenda eſt finalis diſtinctio. Deinde ſupplenda eſt conjunctio hoc modo, τὸν δὲ ἐπίσκοπον, &c. ut hæc reſpondeant ſuperioribus.

VARIORUM.

a Περὶ τοῦ μάρτυρος Βαβύλα] De inſigni hoc martyre, quem paſſum eſſe ſub Decio Imp. non ſub Numeriano conſtat, vid. Chryſoſt. Orat. de Babyla, Tom. V. Edit. Savilianæ, & Suidam in voce Βαβύλας. *W. Lowth.*

10. Οτι

10. Οπ πολλοὶ μ τ εἰς τοὺς Χριστιανοὺς καὶ τ θεοσέβειαν ἐκμανέντων, δίκας ἔπσαν ὑ μεμπτὰς· εἰς τὸ φανερώτατον δὲ ὑ ἐπιφανεῖς, Ἰουλιανός τε ὁ τ ἑῴας ἄρχων, θεῖος ὢν κτ τὸ μητρῷον γένος ὑ ἀποστάτης Ἰουλιανῦ, ὑ Φήλιξ ὁ τοὺς θησαυροὺς διατιθέμενος, ὑ Ἐλπίδιος τ βασιλικῆς οἰκίας προεστώς· κόμητας πριβάτων ἡ Ῥωμαίων γλῶτται καλεῖ. ὅτοι δ' οἱ τρεῖς, τῶν ἐξαρνησαμένων τ θεοσέβειαν εἰς τῶ βασιλεῖ κεχαρισμένοι ἦσαν. ὁ μὲν οὖν Φήλιξ ἐξ οὐδεμιᾶς ἐμφανοῦς αἰτίας, τ δ βάθει φλεβῶν μᾶς τῆς μεγίστης ἀναῤῥαγείσης, αἷμά τε αὐλὸν ἐξέπεμψεν ἐκ τῦ στόματος, ὑ θέαμα τοῖς ὁρῶσι γενόμενος φοβερὸν, οὐδὲ δι' ὅλης ἡμέρας ἦρχεσεν· ἀλλὰ περὶ δείλην ὀψίαν τῦ αἵματος ἐπιλείποντος, ὑ τ ψυχὴν συναπέβαλε. ὁ δέ γε Ἰουλιανὸς χαλεπῷ ὑ δυσεκμάρτῳ βληθεὶς νόσῳ, ἐπὶ τεσσαράκοντα τὰς ὅλας ἡμέρας ἀποτάδην ἔκειτο, μήτε φθεγγόμενος, μήτέ τινα συναίσθησιν ἔχων· μικρὸν δέ πως ὑποῤῥαίσας, πολλὰ μὲν κατεγίνωσκεν ἑαυτοῦ τ ἀθεμίτου τόλμης, ὑ τ δίκην ἐκείθεν αὐτῷ συναίσθησιν ἔλαβε καταῤῥαγῆναι· ὑ μέχρι τῦ μάρτυρα αὐτὸν ἑαυτῦ τ ἀνοσιουργίας γενέσθαι ἀνενεγκῶν, παντοδαποῖς ἕλκεσι τ γαστέρα σπασθεὶς, συνδιεῤῥάγη ὑ τ ψυχῇ. ὑ ὁ Ἐλπίδιος δὲ, εἰ καὶ τ ἄλλων βραδύτερον, ἀλλ' οὖν τῇ τῦ Προκοπίου τυραννίδι συμπεσόντων φωραθεὶς, ὃς ἐπανέστη τῷ Οὐάλεντι, τ τε χρημάτων γυμνωθεὶς, ὑ εἱρκταῖς καταδίοις, ἀκλεῶς καθαιρέει τ βίον, ἐπάρατος πᾶσι γεγενὼς, ὑ ὁ θύτης Ἐλπίδιος ἐπονομαζόμενος. ἄλλος δέ τις συνεισελθὼν τοῖς εἰρημένοις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἣν ἐπόρθουν ὑ ἀπεσύλων τὰ ἀναθήματα, καὶ τὰ κειμήλια λαφυραγωγοῦντες, τὸν ἐν αὐτοῖς θεραπευόμενον ἐξύβριζον· ὅτος δὴ περισαυρώμενος τ ἐσθῆτα, τῷ θυσιαστηρίῳ ἐπαστραγαίνων ἐπαπύρησε, ὑ παραυτίκα ποινὴν χαλεπὴν ὑ ὀξεῖαν ἀπέτισε. δι' ὧν γὰρ ὕβρισε μορίων, ταῦτα μέχρι τ ἐντέρων διαπεπεὶς, ὑ σκωλήκων ἀδιήγητον χρῆμα τεκνώσας, οἰκτρῶς ἄγαν ὑ οὐδ' ἀφηγήσεως ἀξίως, καταστρέφει τ βίον. ὑ μὴν δὴ καὶ ἕτεροι πλείονα τετολμηκότες, ἐφαμίλλους τὰς ποινὰς ἔδωκαν.

10. Cum multi ex iis qui adversus Christianos & contra religionem debacchati fuerant, meritas pœnas dederunt: tum manifestissime & sub omnium conspectu præsentes solverunt pœnas, Julianus Comes Orientis, avunculus Apostatæ Juliani, & Felix Comes largitionum, & Elpidius præpositus Domus regiæ, quos Romani vocare solent Comites rerum privatarum. Hi porro tres, erant ex numero eorum qui in Imperatoris gratiam à religione nostra desciverant. Ac Felix quidem, cum nulla alia præcessisset causa, una ex interioribus venis quæ omnium maxima est, subito rupta, sanguinis rivum ex ore effudit, & horrendum cunctis qui aderant spectaculum præbens, ne diem quidem totum supersuit; sed sub vesperam deficiente sanguine, animam simul efflavit. Julianus vero difficili & ignoto correptus morbo, totos quadraginta dies supinus jacuit, nec loquens quidquam, nec sensu ullo præditus. Postea vero cum paulo commodius se habere cœpisset, impium facinus quod admiserat, identidem damnavit, eamque ob causam id supplicium sibi irrogatum esse confessus est: & hactenus morbo levatus, quoad usque suæ ipsius impietatis testis exstitisset, omni ulcerum genere ventrem ejus dilacerante, animam inter cruciatus exhalavit. Elpidius denique, licet serius quam reliqui, tamen cum Procopii qui adversus Valentem rebellaverat, tyrannidi faviisse deprehensus fuisset, bonis spoliatus, & in carceribus perpetuo degens, cum summa ignominia vitam finivit, omnibus eum detestantibus, & sacrificatorem Elpidium cognominantibus. Alius præterea quidam una cum supradictis ingressus in Ecclesiam, quam illi vastabant ac spoliabant, sacra vasa ac donaria deprædantes, Deumque qui per hæc colebatur, contumelia afficientes: hic inquam levata veste petulanter in altare imminxit: statimque acerbissimas ac præsentes pœnas persolvit. Iisdem enim membris quibus ad contumeliam abusus fuerat, ad interiora usque viscera putrefactis, & immensam vermium multitudinem gignentibus, prorsus miserabili exitu, & qui ne referri quidem meretur, interiit. Sed & alii plures qui ejusmodi facinora perpetrare ausi fuerant, non minores pœnas dederunt.

Juliani Comitis, Felicis, Elpidii horrendi exitus.

Theodorit. lib. 3. cap. 12, 13.

11. Οπ Ῥωμαίων ὁ βασιλεὺς Ἀδριανὸς, ὃς Αἴλιος ἐπωνόμαστο, τὰ Ἱεροσόλυμα Αἰλίαν ἐξ ἑαυτῦ μετεκαλέσατο· ὡς ἂν παντάπασι τὸ Ἰουδαίων αὐτῆς ἔθνος ἀποστήσῃ καὶ ἀπορρήξῃ, καὶ μηδ' ἐκ τῆς κλήσεως ὡς πατρίδος αὐτῆς ἀντιποιεῖσθαι

11. Hadrianus Imperator Romanorum, qui Ælius dicebatur, urbem Hierosolymam ex suo nomine Æliam appellavit, eo consilio ut Judæorum gentem ab ea penitus arceret atque excluderet: Ne vel ex ipsa appellatione prætextum haberent Judæi, eam tan-

Hierosolyma, Ælia dicta.

Euseb. Hist. l. 4. cap. 6.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῦ αἵματος ἐπιλείποντος] In codice Samuelis Bocharti legitur ἐπιλείψαντος καὶ τὴν ψυχὴν ἀπέβαλε.

2 Ἐποτάδην ἔκειτο] Hunc locum correxi ex Manuscripto codice Samuelis Bocharti, & ex libro decimo Nicephori capite 29. qui diserte scriptum habent ἀποτάδην. Repudianda est igitur conjectura Lucæ Holstenii, qui ad oram sui codicis annotavit scribendum omnino esse ἐπωμάδην: quæ lectio ferri nullo modo potest.

3 Μικρὸν δὲ ὑποῤῥαίσας] Pessime Gothofredus hunc locum vertit hoc modo: *Paulatim vero diffluens.* Longe melius Joannes Langus hæc verba interpretatus est in capite 29. libri 10. Historiæ Nicephori, ubi eadem verba leguntur ex Philostorgio desumpta: *μικρὸν δὲ πως ὑγιάσας, & valetudine paululum recuperata, &c.* Harpocration in Lexico, ῥαΐσας, inquit, ἀντὶ τῦ ῥάων ἔχων ἀπὸ τῆς νόσου· Δημοσθένης Φιλιππικῇ. Locus Demosthenis, quem indicat Harpocratio, extat in prima Olynthiaca, ubi de Philippo Macedone ita scribit, ἠρρώστησε πάλιν ῥαΐσας ἀπὸ ἐπὶ τὸ ῥᾳθυμεῖν ἀπέκλινε. Ad quem locum Ulpianus notat verbum ῥαΐσας non significare ὑγιάνας, sed idem esse quod κουφότερον ἔχων, id est, *commodius se habens.* Eustathius ad librum 4. Odysseæ pag. 1509. λέγεται δὲ, inquit, καὶ ῥᾴων ὁ ἀπὸ νόσου ὑγιὴς, ὃ ῥαΐζειν τὸ ἀπὸ νόσου ἀναφάλλειν.

θεσφασιν

quam patriam ſibi vindicandi. Quippe Hadrianus fervidum illorum ac temerarium ingenium reformidabat, ne forte ſacrificandi ſpecie in ea urbe congregati, negotium Romanis faceſſerent.

Oracula falſidica.

12. Poſt tranſlationem reliquiarum martyris Babylæ, gentilium oracula, initio facto ab eo quod erat apud Daphnen, reſponſa ac vaticinia ediderunt: cum divina providentia eis ut loquerentur quidem permiſiſſet: ſtudium vero & cultum ipſis eorum cultoribus in ſummum dedecus convertiſſet. Quanto enim ardentiore ſtudio gentiles ſtuduerunt ut dæmones oracula redderent, quo juſtiorem cauſam haberent eos divinis honoribus afficiendi: eo magis infirmitatem eorum ac fallaciam deprehendere compulſi ſunt à divina providentia. Quippe oracula quæ inde profluxerunt, falſa atque imperfecta apparuere. Certe cum omnia ſingillatim oracula reſpondiſſent, Julianum Imperatoris avunculum, qui tum morbo laborabat, nequaquam eſſe moriturum; dum ea ipſa legerentur oracula, animam miſerabiliter exhalavit.

Theodorit. l. 3. c. 10.

Apoſtata duo miſere pereunt. Theophanes in Chronico, pag. 43.

13. Heron quidam ex urbe Ægypti Thebis oriundus, & qui Epiſcopatum geſſerat, cum poſtea ad ſuperſtitionem gentilium deſciviſſet, repente putredinis morbo correptus eſt: quæ totum illius corpus depaſta, abominabilem illum præſtitit. Undique igitur ad ſummam redactus inopiam, in plateis jacebat, cum nemo illum miſericordia ulla proſequeretur. Nam Chriſtiani quidem eum penitus averſabantur. Gentiles vero eum hactenus norant, quatenus in erroris ſocietatem eum traduxerant. Et Heron quidem ita acerbo atque infelici exitu periit. Sed & Theotecnus quidam ad gentilium ſuperſtitionem tranſgreſſus, repente toto corpore putrefacto, vermium receptaculum factus eſt. Qui cum oculos ei effodiſſent, ad extremum inſania correptus eſt. Et ſua ipſius lingua conciſa & comeſa, ex acerbiſſimis tormentis ad multo graviora ſupplicia eſt tranſmiſſus. Multa hujuſmodi prodigia Deus tunc edidit, ab iis qui impudenter à pietate deſciverant, meritas eorum ſceleri reſpondentes exigens pœnas.

B. Joannis Evangelium Hieroſolymis repertum. Supra, c. 9.

14. Julianus, cum urbem Hieroſolyma inſtaurari juſſiſſet, eo conſilio ut Domini noſtri de illa prædictiones irritas eſſe convinceret, prorſus contrarium iis quæ moliebatur effecit. Nam & multa alia prodigia cœlitus immiſſa opus repreſſerunt. Et cum fundamenta pararentur, unus ex lapidibus qui in ima baſi collocabatur, ſuo loco demotus, oſtium antri cujuſdam aperuit, quod in rupe excavatum erat. Sed cum ob profunditatem ea quæ intus erant cernere difficile eſſet, curatores operum rei cognoſcendæ cupidi, quemdam ex operariis prolixo funi adſtrictum demiſerunt. Hic demiſſus, aquam in antro reſidem ad media uſque crura reperit. Et cum undique locum circuiſſet, & pari-

πρόφασιν ἐχούσης. ἐδόκει γὰρ αὐτοῖς τὸ θερμουργὸν καὶ ῥιψοκίνδυνον, μὴ συναγειρόμενοι ἐπὶ προφάσει τῆς ἐν τῇ πόλει λατρείας, πράγματα Ῥωμαίοις παρέξωσιν. 1

12. Ὅτι φησὶ Βαβύλα μάρτυρος τὰ λειψάνων μετατεθέντων, τὰ τῶν Ἑλλήνων χρηστήρια, καὶ καλὰ Δάφνῃ ἀρξάμενα, χρησμοὺς ἀνεδίδου καὶ λόγια, τῆς θείας προνοίας φθέγγεσθαι μὲν αὐτοῖς ἐπιτρεπούσης, τρεπούσης δὲ τὸ "ἐς πᾶν αὐτοῖς ὁρμὴν σπουδὴν εἰς αἰσχύνην ἄφατον. καὶ γὰρ ἐξ ὧν ἐσπουδάζετο τὸ Ἑλληνικὸν κινεῖν τὰ δαιμόνια, ἵν' ἔχοιεν ἐπὶ μᾶλλον θεάζειν αὐτά, ἐκ τούτων τὸ ἀσθενὲς αὐτῶν καὶ πεπλανημένον διελέγχειν τῇ θείᾳ προνοίᾳ συνηλαύνοντο. ψευδεῖς γὰρ καὶ ἀτέλεστοι κατά γε τὸ σαφανέστατον οἱ ἐκεῖθεν χρησμοὶ ἐγνωρίζοντο. ὅθεν καὶ προθεσπισάντων ἅμα πάντων καθ' ἕκαστον τῶν μαντείων, ὡς Ἰουλιανὸς ὁ τοῦ βασιλέως θεῖος νοσῶν τελευτήσει, ἐπὶ αὐταῖς τοῖς χρησμῶν ἀναγνώσεσιν, οἰκτρῶς ἐκεῖνος καὶ ἐλεεινῶς τὸν βίον ἀπέρρηξεν. 2

13. Ὅτι φησὶν Ἥρωνά τινα ἐκ Θηβῶν τῶν Αἰγυπτίων ὁρμώμενον, καὶ εἰς ἐπισκοπὴν τελέσαντα, εἶτα εἰς Ἑλληνισμὸν μεταβαλόντα, εἶθ' ὑγιαχρῆμα νόσος σηπεδονώδης ἀπέλαβε, καὶ πᾶν καταβοσκηθεῖσα τὸ σῶμα, βδέλυγμα πᾶσιν ὑπέδειξεν. ὁ δὲ πανταχόθεν ἄπορούμενος, οὐ τοῖς ἀμφόδοις καλέκειτο, μηδ' ὅν τινα ἂν μηδαμόθεν ἔλκων ἔλεον τὸ μὴ Χειστιανῶν παντελῶς αὐτὸν ἐκλεπομένων· τῶν Ἑλλήνων γὰρ μέχρι καθυποβαλεῖν αὐτὸν τῇ πλάνῃ μόνον αὐτὸν ἐγνωκότων. ἀλλ' ὁ μὲν Ἥρων πικρῶς ὕστερον καὶ παναθλίως τοῦ ζωῆς ἀπελήλαται. καὶ Θεότεκνος δέ τις τῶν Ἑλληνισμὸν ἀπρύειν, πᾶσαν ἀθρόως τὴν σάρκα διασαπεὶς καὶ σκωλήκων ὕλη γενόμενος, καὶ δὴ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπ' αὐτῶν ἐξορυχθείς, τελευτῶν εἰς μανίαν ἐτράπη, καὶ τὴν ἑαυτοῦ γλῶτταν καταφαγών, ἐκ πικρῶν βασάνων εἰς πολὺ χαλεπώτερα παρεπέμφθη κολαστήρια. καὶ πολλὰ τοιαῦτα τὸ θεῖον ἐπεργατούργει, ἀνιππρόπους τὰς ποινὰς τῶν ἀναίδην ἀσεβούντων εἰσπραττόμενον.

14. Ὅτι προστάξας, φησὶν, Ἰουλιανὸς τὰ Ἱεροσόλυμα ἀνοικοδομεῖσθαι, ὡς ἂν τοὺς περὶ αὐτῶν δεσποτικὰς προρρήσεις ἀκύρους ἐλέγξῃ, τοὐναντίον ἅπαν ὧν ἐσπούδασεν, ἐξεργάσατο. ἀλλά τε γὰρ τέρατα ὑπερφυῆ τὸ ἔργον κατασκήψαντα ἐπέσχε· καὶ δὴ καὶ τῶν θεμελίων βυτρεπιζομένων, εἷς τῶν λίθων, εἰς τὴν ἐσχάτην κρηπίδα τεταγμένων κινηθείς, στόμιον ἄντρου τινὸς παρέδειξεν, ἐνειργασμένου τῇ πέτρᾳ. ὡς δ' ἄποροι τοῦ βάθους ἰδεῖν τὰ ἔνδον, βουλόμενοι γνῶναι τὸ σαφὲς οἱ τοῖς ἔργοις ἐφεστῶτες, καθιᾶσί τινα τῶν ἐργατῶν σχοίνῳ μακρᾷ ἐκδησάμενοι. ὁ δὲ καθιμηθεὶς, ὕδατι μὲν βύρει εἰς μέσας κνήμας καὶ τὸ ἄντρον σωφεικός· πανταχοῖ δὲ περιελθὼν καὶ τοίχων ἐφα-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πρόφασιν ἐχούσης] Leges Grammaticæ poſtulant ut ſcribamus πρόφασιν ἔχον, vel ἔχοι. Subauditur enim Ἰουδαίων ἔθνος. Poteſt etiam ſcribi, πρόφασιν ἔχωσι, eamque ſcripturam magis probo.

2 Ἄποροι ἦν] Scribendum eſt procul dubio ἄπορον ἦν.

VARIORUM.

a Ἐς πᾶν] Ἐπιμὸν legit Gothofredus. *W. Lowth.*

ψάμενος,

ψάμμος, τετράγωνον μὲν τὸ ἄντρον ἔγνω· ἀναφέρων δὲ ἐς τὸ μέσον γεγονὼς, συντυγχάνει στήλῃ τινὶ, βραχὺ διεχούσῃ τοῦ ὕδατος· ἣν τῇ χειρὶ ἐπιβαλὼν θύραθεν βιβλίον αὐτῇ ἐπικείμενον, λεπτοτάτῳ καὶ καθαροτάτῳ περιειλημμένον [a] ἡμιτυβίῳ· ἀνελόμενος δὲ ὡς θύρε τὸ βιβλίον, σημαίνει δεῖν αὐτὸν ἀνακομίζειν. ἀνακομισθεὶς δὴ, ἐπιδείκνυσι τὸ βιβλίον, καὶ εἰς θάμβος ἅπαντας ἄγει, μάλιστα δ' ὅτι ἐ νεουργὸν καὶ ἀθιγῆ παρεῖχε τὴν θέαν, ἐ ὡς ἐν ἐκείνῳ ἂν θύρεθὲν τῷ χωρίῳ. τὸ δὲ ἄρα τὸ βιβλίον, ὃ καὶ πλέον Ἑλληνίζοις καὶ Ἰουδαίους καλέπλῆξεν, θύθὺς καθ' ἑκὰς ἀναπτυχθὲν, μεγάλοις ἔλεγε γράμμασιν, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, ἐ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, ἐ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. καὶ ἁπλῶς ὁλόκληρον ἡ γραφὴ τὸ εὐαγγέλιον ἐδείκνυ, ὅθεν ἡ θεολόγος τοῦ μαθητοῦ ἐ παρθένου εὐαγγελίσατο γλῶσσα. ἐδήλου ἦ ἄρα μετὰ τῶν ἄλλων παραδόξων ἔργων ἃ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ θεανόθεν ἐπεδείχθη, μὴ ἄν ποτε ἀφανισεῖν δεσποτικὴν ἀπόφασιν, ἥ τις τὴν εἰς τέλος ἐρήμωσιν τοῦ νεὼ προανεῖπε. καὶ γὰρ Θεόν τε ἐθεολόγει τὸ βιβλίον τὸν ταῦτα προτεθεσπικότα ἐ δημιουργὸν ἁπάντων· ἐ ἔλεγχος ἦν τοῖς [2] Μάτην ἐκείνους περὶ τὴν οἰκοδομὴν ποιεῖσθαι, τῆς θείας καὶ ἀμεταθέτου ψήφου τὸν εἰς τέλος τοῦ νεὼ ἀφανισμὸν καταψηφισαμένης. τὰ μὲν τοι Ἱεροσόλυμα, Ἰεβοὺς πρότερον ἐκαλεῖτο, τῆς Βενιαμίτιδος Φυλῆς ταύτην ἐνοικούσης, πρὶν ἢ Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς ὑποχέσει στρατηγίας ἑλὼν αὐτὴν ἀπὸ τοῦ Ἰοάβου, ἐκείνῳ τε τὴν ὑπόσχεσιν ὡς ὑπεδέξατο δίδωσι, καὶ αὐτὸς πόλιν ἐν αὐτῇ δειμάμενος, μητρόπολιν τοῦ παντὸς ἔθνους τῶν Ἑβραίων ἀπεργάσατο.

15. Ὅτι τοῖς πανταχόθεν χρησμοῖς τῶν Ἑλλήνων ὁ παραβάτης ἀναπεισθεὶς ὡς ἄμαχον ἕξει τὸ κράτος, κατὰ Περσῶν ἐστρατεύει. γέρων δέ τις τῶν [3] πάλαι Πέρσαις τῆς στρατείας ἀφειμένων ἤδη ἀπέστη μετέρχεται τὸν παραβάτην ἐν Περσίδι στρατευόμενον· καὶ ἐρημίαις ἐν τόποις καὶ ἀμηχάνοις συγκλείσας ὁδοῖς, ἐν οἷς τὸ πλεῖστον τοῦ λαοῦ διεφθάρη, ἕτοιμον θήραμα τοῖς πολεμίοις τοῖς ὁμόφυλοις παρέσχεται. [4] τὸ ἢ Περσικὸν ἐπελαύνει κατ' αὐτῶν, συνεπαγόμενον καὶ τοὺς ἱππόσπονδους κοντοφόρους Σαρακηνούς. ὧν εἷς ἐπὶ τὸν Ἰουλιανὸν τὸ δόρυ ἐκτείνας, πλήττει μὲν αὐτὸν ἐν ἰσχύϊ κατὰ τὸ περιτόναιον. ἅμα ἢ τῇ αἰχμῇ ἐξελκομένῃ, καὶ κόπρος τις ἐπηκολούθησε συνεπισπωμένη τῷ αἵματι.

etes contrectasset, antrum quadratum esse deprehendit. Reversus deinde, cum in medio constitisset, columnam quamdam offendit quæ paululum supra aquam exstabat. Quam cum manu apprehendisset, librum ei impositum reperit, tenuissimo ac purissimo linteo involutum. Cumque eum uti invenerat sustulisset, signum dedit ut ipsum retraherent. Retractus igitur ostendit librum, & universos admiratione perculit, ob id maxime quod recens adhuc atque intactus videbatur, & quod in eo loco repertus fuisset. Hic igitur liber, quod Gentilibus ac Judæis majori adhuc admirationi fuit, confestim apertus, in capite, hoc habebat scriptum grandioribus literis: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Prorsusque hic liber integrum illud continebat Evangelium, quod sacra Discipuli Virginisque lingua annuntiaverat. Porro hoc miraculum una cum aliis prodigiis quæ tunc cœlitus ostensa sunt, perspicue indicabat, nunquam in irritum casuram esse sententiam Domini, quæ templi vastationem perpetuo mansuram prædixerat. Liber enim ille, eum qui ista multo ante pronuntiaverat, Deum & universi conditorem esse prædicabat. Certissimumque erat indicium, frustra eos in ædificando laborare, cum immutabilis Dei sententia templum perpetua subversione damnasset. Ipsa quidem urbs Hierosolyma, antea Jebus vocabatur, tribulibus Benjamiticæ Tribus eam incolentibus, priusquam Rex David, opera Joabi eam cepisset. Cui cum exercitus imperium promisisset, si ea urbe potiretur: urbe capta, id quod ei promiserat tradidit. Ipse in eodem loco urbem ædificans, universæ gentis Hebræorum Metropolim eam esse voluit.

15. Apostata Julianus cunctis undique Gentilium oraculis confisus, quod invictam vim esset habiturus, adversus Persas expeditionem suscepit. Senex vero quidam qui jampridem missione donatus fuerat apud Persas, dolo ac perfidia circumvenit Apostatam in Perside bellum gerentem. Qui cum Romanos in inviam quamdam solitudinem, & in maximas difficultates conjecisset, in quibus maxima pars exercitus periit, hostes velut prædam venaticam popularibus suis tradidit. Persæ enim in Romanos irruerunt, adjunctis sibi fœderatis equitibus Saracenis qui contos gestabant. Quorum unus cum hastam in Julianum intorsisset, eum in femore circa peritonæum percussit. Et cum cuspis extraheretur, stercus quoque una cum sanguine secutum profluxit.

Julianus Imp. Persidem invadens perit.

Theodorit. l. 3. c. 21, 25.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Νεουργὸν καὶ ἀθιγῆ] Ex codice Bocharti emendavi, καὶ ἀθιγῆ.

2 Μάτην ἐκείνους περὶ τὴν οἰκοδομὴν ποιεῖσθαι] Scribendum videtur πονεῖσθαι.

3 Ἤδη ἀπέστη] In codice Manuscripto Samuelis Bocharti, ad vocem ἀπέστη asteriscus notatus est, & ad marginem adscripta sunt hæc verba: *locus non sanus.* Deinde emendationes aliquæ apponuntur adeo infelices, ut eas conjector ipse deleverit. Ego vero antequam codicem illum nactus essem, hunc locum ita emendaveram. γέρων δέ τις τῶν παρὰ πέρσαις τῆς στρατείας ἀφειμένων ἤδη, ἀπιστίᾳ μετέρχεται τὸν παραβάτην.

4 Τὸ δὲ περσικὸν ἐπελαύνει] Rectius in codice Samuelis Bocharti scribitur hic locus in hunc modum: τὸ δὲ περσικὸν ἐπελαύνει καθ' αὐτῶν, *&c.* quod quidem miror ab Holstenio animadversum non fuisse. Paulo post ubi legitur πλήττει μὲν αὐτὸν ἐν ἰσχύϊ, idem codex scriptum habet ἐν ἰσχίῳ. Atque ita fere codex Scoriacensis. Ego tamen scribendum puto ἰξύϊ, id est, *in lumbis.* Ita glossæ veteres exponunt ἰξύος lumbi.

VARIORUM.

a Ἡμιτυβίῳ] Hæc vox occurrit infra, lib. 11. cap. 1. Est autem ἡμιτύβιον linteum, sudarium, fascia, findon. Hac voce jam olim usi sunt Aristophanes, Hippocrates, Plutarchus. *Jac. Gothofred. in loc.*

Ac percussori quidem Saraceno, unus ex Imperatoris protectoribus in eum irruens, caput abscidit. Julianum vero letali vulnere percussum, Romani confestim scuto impositum in tabernaculum asportarunt. Multique à Romanis id facinus admissum esse existimarunt, eo quod repente, ac momento temporis id vulnus inflictum fuerat. Nec unde inflictum erat quisquam sciebat. At vero miser Julianus cruorem ex vulnere manibus suis excipiens, ad Solem projecit, elata voce dicens: Satiare. Sed & alios Deos, malos atque exitiales appellavit. Erat in ejus comitatu præstantissimus medicorum Oribasius, oriundus ex Sardibus Lydiæ. Sed vulnus omni medicinæ arte superius, Juliano intra triduum vitam ademit, cum Cæsaris quidem dignitatem quinquennio: Augustum autem imperium post mortem Constantii duobus annis ac dimidio gessisset. Et Philostorgius quidem hoc loco scribit, Julianum haustum sanguinem in solem projecisse, & Diis suis conviciatum esse. Plerique tamen historiæ scriptores, utrumque horum à Juliano factum esse tradunt adversus Dominum nostrum ac Deum verum Jesum Christum.

εἶτα τ῀ βαλόντα Σαρακηνὸν εἰς τ῀ δορυφόρων ἐπελθὼν, τ῀ς κεφαλ῀ς ἀποτέμνει. τρωθέντα δὲ καιρίαν τ῀ Ἰουλιανὸν, οἱ οἰκεῖοι ἁμὰ τάχει ἀναλαβόντες ἐπ' ἀσπίδος, εἰς τὸ σκηνικὸν ἀνεχώρουν. καὶ τοῖς πολλοῖς ἀφ' τὸ ἀθρόον κ' δι' ὀλίγου συμβ῀ναι τὴν πληγὴν, κ' μηδ' ὅθεν ἰδε῀ν ἠνέχθη, ἀφ' τ῀ν οἰκείων ἐνομίσθη τὸ πάθος προελθε῀ν. ἀλλ' ὅ γε δύλαιος Ἰουλιανὸς, τ῀ τραύματος ταῖς χερσὶν ὑποδεχόμενος τὸ αἷμα, πρὸς τὸν ἥλιον ἀπέῤῥαινε, ἀφῤῥήδην πρ῀ς αὐτὸν λέγων· κορέσθητι. καὶ δὴ κ' τοὺς ἄλλους Θεοὺς, κακούς τε κ' ὀλετῆρας ἐκάλει. ἰατρῶν μὲν τοίνυν ἄριστος ὁ Λυδὸς Οὐριβάσιος αὐτ῀ συνῆν ὁ ἐκ Σάρδεων· ἀλλ' ἡ πληγὴ πᾶσαν χλευάζουσα θεραπείαν, ἁμὰ τριῶν ἡμερῶν τ῀ Ἰουλιανὸν ἀπαλλάττει τ῀ βίου, ὃν μὲν τ῀ τ῀ Καίσαρος ἀξ́ήματι, πέντε σὺν αὐτοῖς, ἐν δὲ τ῀ ἁμὰ τ῀ μὲν Κωνσταντίου θάνατον, δύο κ' ἥμισυ διανύσαντα ἔτη. κ' ἦτος μὲν εἰς τὸν ἥλιον ἀπῤῥαίνειν τὸ αἷμα, κ' τοὺς αὐτ῀ θεοὺς κακολογε῀ν· οἱ δὲ πλε῀ους τ῀ν ἱστορούντων, εἰς τ῀ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τ῀ ἀληθινὸν Θεὸν, ἑκάτερον γράφουσιν ἐναπῤῥίψαι.

EX LIBRO OCTAVO HISTORIÆ.

ΕΚ ΤΗΣ ΟΓΔΟΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

Jovianus Imp.

1. Post obitum Juliani, exercitus postero die Jovianum Imperatorem renuntiavit. At ille: neque enim alia ratio expediendæ salutis supererat, cum universus exercitus ad decimam partem redactus esset: tricennales inducias pactus est cum Persis, Nisibi ipsa eis tradita, & castellis, quæcumque propugnaculi instar adversus Persas à Romanis objecta erant ad Armeniam usque. Porro cadaver Juliani, Merobaudes & qui cum illo erant, cum in Ciliciam deportassent, non consulto, sed casu quodam è regione sepulchri in quo Maximini ossa erant condita, deposuerunt, via publica dumtaxat loculos eorum à se invicem separante

1. Ὅτι τ῀ ἑπαύριον κ' ἁμαφθαρ῀ναι τ῀ ἀποστάτου, ἀνίστησιν ὁ στρατὸς Ἰωβιανὸν βασιλέα· ὁ δ῀, ὅ γ' ὢν ἄλλως ἁμασωθ῀ναι, εἰς δέκατον μέρος τ῀ς ὅλης στρατι᾽ς ἀπολελειμμένης· τριακοντούτεις τίθενται πρὸς τ῀ Πέρσην σπονδὰς, τ῀ς τε Νισίβεως αὐτ῀ς ὑπεκστὰς, καὶ τῶν φρουρίων ὅσα Ῥωμαίοις ἐπὶ Πέρσας ἄχει τ῀ς Ἀρμενίας οἱονεὶ τεῖχος προυβέβλητο. [a] τὸν δὲ νεκρὸν Ἰουλιανοῦ Μεροβαύδης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἐν Κιλικίᾳ κομίσαντες, κ' χ῀ πρόνοιαν, χ῀ δέ πινα σφεῖς φορ῀ν, ἀντικρὺ τ῀ ἱτάφου ὃς τὰ Μαξιμίνου συνεῖχεν ὀσᾶ, κατέθεντο, λεωφόρου μόνης ἀπαλλήλων τὰς θήκας αὐτῶν διατειχιζούσης.

a

De Aetio supr. l. 7. c. 5, 6.

2. Euzoius & qui cum illo erant Episcopi, libellum quidem pro Aetio ejusque doctrina conscripserunt: operam tamen non dederunt ut res ad exitum perduceretur. Proinde Aetius & Eunomius qui Constantinopoli morabantur, sua negotia per se ipsi adminis-

2. Οτι Εὐζώϊος, φησι, κ' οἱ σὺν αὐτῷ, τ῀ μὲν ὑπ῀ρ Ἀετίου καὶ τ῀ δόγματος τόμον ἐξέθεσαν· οὐ μὴν γε περαίνειν ταῦτα ἁμανέσησαν. διὸ οἱ σφεῖς Ἀέτιον καὶ Εὐνόμιον ἐν Κωνσταντινουπόλει διατρίβοντες, καθ' ἑαυτοὺς ἤδη τ῀ πραγμάτων σφί-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Οὐ μὴν γε περαίνειν τοῦτο διανέσησαν] Pessime hunc locum vertit Gothofredus hoc modo: *non ideo tamen suadere hæc, seu ad hæc hortari sustinuisse.* Quasi παραινεῖν legeretur. Atqui tum in textu, tum in Annotationibus suis Gothofredus παραίνειν constanter posuit. Quare non dubito, quin in MS. codice quo usus est, scriptum sit περαίνειν, quomodo habent nostri codices, Scoriacensis videlicet & Bochartianus. Est autem hic hujus loci sensus. Cum Euzoius & Antiochena Synodus, regnante Juliano collecta, Epistolam Synodicam de restitutione Aetii & consortium ejus scripsisset; ob persecutionem Christianorum quæ tunc maxime flagrabat, eam ad Eudoxium & reliquos Episcopos mittere supersedit, ut scribit Philostorgius in lib. 7. Post mortem vero Juliani, reddita jam Ecclesiis pace, epistolam quidem illam Synodicam ad Eudoxium & ad alios Episcopos transmisit, operam tamen non dedit ut res ad exitum perduceretur. Quare Aetius & Eunomius qui tum Constantinopoli morabantur, cum segnitiem Euzoii animadverterent, Theophilum Indum miserunt Antiochiam: præcipue quidem eo consilio ut Euzoium urgeret atque excitaret, quo rem illam ad exitum perducere, & Synodi suæ sententiam executioni mandare vellet: sin minus, ut Aetianis illic degentibus præesset. Sic enim scribit Philostorgius infra: ἀφικνεῖται Θεόφιλος ὁ Ἰνδὸς, ἐφ' ᾧ τὴν Εὐζώϊον μὲν κατὰ τὸ σπουδαζόμενον ἀναζῆσαι, εἰς πλ῀ον ἀγαγεῖν τὰ ὑπὲρ Ἀετίου ἐγνωσμένα. περαίνειν igitur idem valet quod εἰς πλ῀ον ἀγαγεῖν.

VARIORUM.

a Τὸν δὲ νεκρὸν Ἰουλιανοῦ Μεροβαύδης] At Am. Marcellinus id à Procopio factum scribit, lib. 25. cap. 9. *Cum Juliani supremis Procopius mittitur, ea, ut superstes ille mandaverat, humaturus in Suburbano Tarsensi* in Cilicia. Hoc cæteri omnes Historici testantur. Tarsi etiam Maximinus Imperator & sævus Christianorum persecutor extinctus est. Eutrop. lib. 10. Zosim. lib. 2. pag. 677. & Lactant. de mortibus Persecut. cap. 49. quem vid. ap. Euseb. p. 458. not. a.

γαντο

ςαντο· τά τε ἄλλα ὡς αὐτοῖς ἐδόκει πρὸς τὸ ἄριστον πιθέμενοι· καὶ δὴ καὶ ἐπισκόπους καθίς-
a σασαν· ὧν [2]Κάνδιδος μὲν καὶ Ἀρριανὸς ταῖς ἐν Λυδίαν καὶ Ἰωνίαν ἐκκλησίαις ἐφίσανται· Παλαι-
στίνης δὲ ὁ ἀπὸ Χαιρετόπων Θεόδουλος ἐπισκόπησεν. ἐν δὲ Κωνσταντινουπόλει· καὶ γὰρ Εὐδοξίου καὶ
τινῶν ἄλλων αἱρέσεων ἀπορρυὲν οὐκ ὀλίγον πλῆθος, τῷ περὶ Ἀέτιον καὶ Εὐνόμιον μοῖραν ἐπηύξησε·
χειροτονῆσι πρῶτον τῆς καθ' ἑαυτοὺς ἐκκλησίας, Ποιμένιον ὄνομα· ὃ καὶ τὸν Εὐδόξιον, μέχρι τότε
1 τὰς πρὸς αὐτοὺς [1]τῆς ἑνώσεως ἐλπίδας ὑποθάλποντα, εἰς τὸ βεβαίως ἀντίπαλον μετεσήσατο. Ποι-
μενίου δὲ μετ' οὐ πολὺ ἀποβιώσαντος χρόνου, ἀντικαθιστῶσι Φλωρέντιον. εἰς δὲ τὴν Λέσβον, τοῦ ταύ-
2 της ἀποιχομένου ποιμένος, [2]χειροτονῆσι Θάλλον.
3 [3]τῇ δὲ πρὸς τῷ Ποντίῳ Γαλατίᾳ καὶ Καππα-
4 δοκίᾳ [4]Εὐφρανίου προχειρίζονται· τὴν δὲ Κιλικίαν Ἰουλιανὸς ἐσχειρίζεται. πρὸς δὲ τὴν ἐν τῇ κοίλῃ Συρίᾳ Ἀντιόχειαν, μετ' οὐ πολὺ χρόνον ἐθελοντὴς ἀφικνεῖται Θεόφιλος ὁ Ἰνδός· ἐφ' ᾧ τὸν Εὐζώϊον μὲν, ἐν τὸ προηγούμενον, ἀναςῆσαι εἰς τέλος ἀγαγεῖν τὰ ὑπὲρ Ἀετίου ἐγνωσμένα· εἰ δὲ μὴ, αὐτός γε καθηγήσεσθαι τοῦ ἐκεῖσε πλήθους, ὅσον τῷ ἐκείνου γνώμῃ ἠσπάζετο. ἑκατέρας δὲ Λιβύης καὶ ὅσον ἐν τῇ Αἰγύπτῳ τὸ αὐτῶν διέσωζε Φρόνημα, τοῖς ἀμφὶ Σέρραν τε καὶ Στέφανον καὶ
5 Ἡλιόδωρον [5]ἔμελεν. τούτοις μὲν οὖν ἅπασι ὁ Φιλοστόργιος ἐπαίνοις οὐκ ἔχει κόρον ἀμφικομεῖν, τῷ τε δυνάμει τῶν λόγων ἀνυμνῶν, καὶ τὸν βίον ἀποθειάζων.

stravarunt. Et cum alia pro arbitrio suo constituerunt pro ut ipsis commodissimum videbatur, tum Episcopos sibi ordinarunt. Ex quorum numero, Candidus quidem & Arrianus Ecclesiis Lydiæ & Ioniæ præpositi sunt. Palæstinæ vero Episcopus factus est Theodulus ex Episcopo Chæretaporum. Jam vero Constantinopoli; multi enim in ea urbe ab Eudoxio aliisque sectis deficientes, Aetii atque Eunomii adauxerant partem; primum Ecclesiæ suæ Episcopum ordinarunt Pœmenium. Quod quidem factum, Eudoxium qui unitatis cum illis ineundæ spem hactenus foverat, prorsus ipsis adversarium reddidit. Pœmenio autem non multo post mortuo, Florentium in ejus locum substituerunt. Lesbi præterea, cum ejus loci Episcopus mortuus esset, Antistitem ordinarunt Thallum. Galatiæ item quæ est juxta Pontum, & Cappadociæ Episcopum præfecerunt Euphronium, & Ciliciæ Julianum. Antiochiam vero Cœlesyriæ haud multo post sua sponte se contulit Theophilus Indus. Præcipue quidem ut Euzoium excitaret ad ea quæ pro Aetio decreta fuerant, adimplenda: sin minus, ut plebi quæ illic doctrinam ipsius amplectebatur, præesset. Utriusque autem Libyæ, & quotquot per universam Ægyptum dogmati ipsorum adhærebant, cura penes Serram & Stephanum atque Heliodorum stetit. In his omnibus prædicandis nullum modum servat Philostorgius, tum eloquentiam eorum, tum vitæ sanctitatem miris laudibus efferens.

b 3. Οτι [b]Θεοδόσιον τινὰ τῶν ἐπισκόπων, θερμὸν ἐραστὴν τῆς αὐτῷ αἱρέσεως εἰσάγει, καὶ τὰς διὰ
6 τῶν γυναικῶν [6]ἡδονὰς ἀποκλίναι, καὶ ἄλλά τε δυσεβῆ τῇ ἀρχαίᾳ δόξῃ συνάψαι, καὶ δὴ ὡς ὁ

3. Theodosium quemdam Episcopum memorat Philostorgius, ardentissimum amatorem dogmatis Eunomianorum: qui tamen ad lascivos mulierum amores descivit, & cum alia quædam impia prisco dogmati adjecit, *Theodosius Ep. Eunomianus.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῆς ἑνώσεως ἐλπίδας ὑποθάλποντα] Longe rectius in MS. codice Samuelis Bocharti scribitur ὑποτρέφοντα. Eudoxius enim CP. Episcopus, ad id usque temporis spem fecerat Aetio & Eunomio, societatis atque uniratis cum illis ineundæ. Sed postquam vidit Eudoxius, Aetium eo temeritatis erupisse, ut Episcopum sectæ suæ Constantinopoli ordinaret, sese ab Aetii partibus penitus abrupit.

2 Χειροτονῆσι] Post verbum χειροτονῆσι asteriscus appositus, quidpiam hic deesse significat. Desideratur autem nomen Episcopi quem Aetiani seu Anomæi in Insula Lesbo constituerunt. Ejus nomen nobis servavit optimus codex Samuelis Bocharti, in quo diserte scriptum invenimus χειροτονοῦσι Θάλλον· τῇ δὲ, &c. In authentico quidem exemplari Bocharti scriptum erat χειροτονῆσι· ἄλλον. Unde vir doctus ad oram codicis Bochartiani annotavit, legendum esse Θάλλον potius quam γάλλον.

3 Τῇ δὲ πρὸς τῷ Ποντίῳ Γαλατίᾳ] Lucas Holstenius in margine sui codicis hæc adnotavit. *Lego πόντῳ.* Intelligit Ponticam regionem, in duas Provincias divisam, Helenopontum, & Pontum Polemoniacum. Idem fere annotarat vir doctus ad latus Manuscripti codicis Bocharti: vel scilicet scribendum esse πρὸς τῷ πόντῳ, vel unica voce προποντίδι. Sed prior emendatio magis placet.

4 Εὐφράνιον] Codex Scoriacensis scriptum habet εὐφράνιον. Bochartianus vero εὐφράνιον. Sed non dubito quin scribendum sit εὐφρόνιον. Sic enim nominatur à Philostorgio in libro 9. cap. 18.

5 Ἔμελλεν] Procul dubio scribendum est ἔμελεν. Quam quidem conjecturam in margine codicis Bocharti adscriptam inveni.

6 Ἡδονὰς ἀποκλίναι] Non probo interpretationem Gothofredi, qui hunc locum ita vertit: *Et muliebres voluptates abhorruisse.* Ego vero ita vertendum esse existimo: *Ad lascivos mulierum amores descivisse.* Primum quia Philostorgius semper hoc sensu usurpat vocem ἀποκλίναι, ut superius observare memini. Deinde eo quod Philostorgius hoc loco vituperat Theodosium. Nullum autem esset probrum, si diceret Episcopum concubitus mulierum aversatum esse. Quare scribendum puto πρὸς πὰς ἀφ' ὧν γυναικῶν ἡδονὰς ἀποκλίναι. Postremo Philostorgius ipse interpretationem nostram confirmat. Scribit enim in sequenti capite, cum Aetius in Lydiam venisset, ut Candidum & Arrianum Episcopos illic constitueret, Theodosium istum de quo nunc loquitur, veritum ne vivendi ratio illorum, suæ reprehensio atque objurgatio esset, adversus Aetium inimicitias suscepisse. Theodosii igitur vita dissoluta erat ac flagitiosa. Illi enim, Arrianus scilicet & Candidus, ob vitæ sanctitatem à cunctis suspiciebantur, si Philostorgio credimus. Adde quod Philostorgius τῷ ἐκτοπισμὸν πολιτείαν tribuit Theodosio, id est, *irregularem conversationem.*

VARIORUM.

a Κάνδιδος] De Candido & Arriano mox cap. 4. 6. 7. & lib. 9. cap. 1. Hic est ille Candidus qui scripsit ad Marium Victorinum librum *de generatione divina.* De Theodulo supra, lib. 7. c. 6. & infra lib. 9. cap. 18. De reliquis item lib. 9. cap. 1. & 18.

b Θεοδόσιον] Hujus Theodosii, Philadelphiæ in Lydia episcopi, meminerunt etiam Socrates lib. 2. cap. 40. Athanasius de Synodis pag. 679. Edit. Commelin. Epiphanius hæresi 73. num. 26. *Fac. Gothofred. in loc.*

tum illud, Chriſtum ſuapte quidem natura eſſe mutabilem, ſed eximio quodam ſtudio virtutum ad immutabilem ſtatum evectum fuiſſe: Et quod Deus neque loquatur neque audiat. Alioqui manus ei aureſque affingerentur. Alia quoque ejuſdem modi ab illo impie aſſerta eſſe dicit.

Χειρὸς τρεπτὸς μὲν τῇ γε φύσει τῇ οἰκείᾳ, ὑπὲρ μελείᾳ δὲ τῆς ἀρετῶν ἀνυπερβλήτῳ εἰς τὸ ἄτρεπτον ἀνυφωθῆναι· καὶ ὅτι μηδὲ φθέγγοιτο μηδ' ἀκούοιτο τὸ θεῖον, ἐπεὶ χεῖρες ἂν αὐτῷ καὶ ἀκοαὶ συμπλασθήσονται· καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτά φησι αὐτὸν δυσσεβῆσαι.

Ejus adverſus Candidum &c. geſta.

4. Aetius quidem in Lydiam perrexit, ut Candidum & Arrianum Eccleſiis ejus provinciæ præficeret. Prædictus autem Theodoſius vitam hominum illorum ſuæ ipſius reprehenſionem fore veritus, adverſus Aetium inimicitias ſuſcepit, tametſi antea Epiſtolæ ſynodicæ contra Aetium ſubſcribere recuſaſſet: Sed tunc communicato conſilio cum Phœbo, qui & ipſe unus erat ex numero eorum qui Aetium condemnare noluerant: Amicum vero illum Theodoſii effecerat, tum vetus conſuetudo, tum ſimilitudo vitæ flagitioſæ: ambo igitur adjuncto ſibi Auxidiano, qui & ipſe Epiſcopus erat perinde ac illi: adverſus Aetium & Candidum inſidias ſtruunt. Aliiſque præterea ſex Epiſcopis in unum congregatis, facta ſynodo, literas communi conſilio ad Eudoxium & Marim direxerunt. In quibus ordinationem Aetii velut illegitime factam incuſabant, & præcipue quod ille poſt depoſitionem à Diaconatu, cum illi qui eum depoſuerant, ſententiam ſuam minime revocaſſent, ex eo gradu exturbatus, ad ſuperiorem nihilominus gradum proſiluiſſet. Sed & Candidi atque Arriani ordinationes improbabant, utpote quæ citra communem conſenſum temere præſumptæ fuiſſent: Alias item quas Aetius celebraverat. Eudoxius vero cum hanc Epiſtolam libentiſſime accepiſſet, ſacramenta quidem quibus Eunomio ſe ſe obſtrinxerat, & literas quas ad Euzoium ſcripſerat, multaſque & varias pollicitationes quibus fidem ſuam obligaverat, nullatenus in memoriam ſuam revocavit. Ad Theodoſium autem eoſque qui cum illo erant reſcripſit, incitans illos ad rem ſtrenue exequendam, monenſque ut in eos potius qui ordinationes fecerant, quam in illos qui ſuſceperant, animadverterent.

4. Ὅτι ὁ Ἀέτιος μὲν εἰς τὴν Λυδίαν ἀφίκετο, τὸν Κάνδιδον καὶ Ἀρριανὸν ταῖς ἐκκλησίαις διδρύσαι· ὁ δὲ θεοσεβὴς Θεοδόσιος τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τὸν βίον ἔλεγχον τῷ οἰκείῳ ὑπειδόμενος, δι' ἔχθρας καθίσταται τῷ Ἀετίῳ, καίτοι γε μὴ ἀναχόμενος πρὶν εἰς τὸν κατ' αὐτῷ τόμον χειρογραφῆσαι. ἀλλὰ τῷ γε Φόβῳ κοινωσάμενος· εἰς δὲ καὶ οὗτος ἦν τῶν οὐχ ἑλομένων καταψηφίσασθαι Ἀετίου· φίλον δ' αὐτὸν παλαιά τε συνήθεια ἐποίει, καὶ τῆς ἐνθέσμου πολιτείας τὸ ἀπαράλλακτον· οὗτοι δὴ καὶ Αὐξιδιανὸν ἑταιρισάμενοι· ἐπίσκοπος δ' ἦν καὶ οὗτος ὥσπερ κἀκεῖνοι· κατὰ δὴ τοῦ Ἀετίου καὶ τῶν περὶ Κάνδιδον συσκευάζονται. καὶ δὴ καὶ ἑτέρους ἐξ ἕτ ἐπισκόπων συναγράμενοι, καὶ συνέδριον καθίσαντες, κοινῇ ψήφῳ γράμμα τοῖς περὶ Εὐδόξιον καὶ Μάριν ἀπέπεμψαν. τὸ δὲ γράμμα, τιμῶ τε χειροτονίαν Ἀετίῳ ἐπεκάλει ὥσπερ θεσμὸν γεγενημένῳ, μάλιστά γε καὶ ὅτι μετὰ τιμῶ καθαίρεσιν τῆς ἀφανίας, τῶν καθελόντων καὶ λυσαμένων τιμῶ ψήφον, ὁ καθελκόμενος ἐκεῖθεν ὅμως καὶ πρὸς βαθμὸν ἀνεπήδησε μείζονα. καὶ μὴν καὶ τὰς περὶ Κάνδιδον χειροτονίας ἀπεδοκίμαζεν, ὡς πρὸς τιμῶ κοινὴν νεωτερισθείσας γνώμην· ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰς ἄλλας ἃς οἱ περὶ Ἀέτιον ἐπελέσαντο. δεξάμενος δὲ τιμῶ ἐπιστολὴν ἄσμενος ὁ Εὐδόξιος, τ μὲν ὅρκων οὓς Εὐνομίῳ ὀμώμοτο, καὶ τῶν πρὸς Εὐζώιον γραμμάτων, καὶ τῶν πολλῶν αὐτοῦ καὶ ποικίλων ὑποσχέσεων, τούτων οὐδὲν ἐπὶ νοῦν ἐλάμβανεν. ἀντιγράφει δὲ πρὸς τοὺς περὶ Θεοδόσιον, ἐποτρύνων αὐτοὺς εἰς τιμῶ πρᾶξιν, μᾶλλον δὲ ὑποτιθέμενος χωρεῖν κατὰ τῶν πεποιηκότων, ἢ τῶν δεξαμένων τὰς χειροτονίας.

Valesii Annotationes.

1 Εἰς τὸν καθ' αὐτοῦ νόμον χειρογραφῆσαι] Jam pridem conjeceram ſcribendum eſſe τὸν καθ' αὐτοῦ τόμον. Poſtea vero codex Samuelis Bocharti, quem abſoluta interpretatione mea nactus ſum, conjecturam meam confirmavit. In eo enim diſerte ſcribitur τόμον, ſicuti legendum conjeceram. Per tomum vero intelligit Philoſtorgius epiſtolam Synodicam Concilii CP. de damnatione ac depoſitione Aetii, quam refert Theodoritus in lib. 2. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Ejuſdem mentionem facit Philoſtorgius ſupra in lib. 4. & in lib. 7. cap. 2. ubi τὸν κατὰ Ἀετίου τόμον nominat, perinde ac in hoc loco. τόμον enim vocare ſolebant epiſtolam. Sic in Concilio Chalcedonenſi epiſtola Leonis Papæ paſſim tomus appellatur. Et in Canonibus Synodi primæ CP. tomus Occidentalium nihil aliud eſt quam epiſtola Damaſi Papæ, ut jam monui in Annotationibus ad Theodoritum.

2 Φόβῳ κοινωσάμενος] Aſſentior Gothofredo, qui φοίβῳ emendavit, & Phœbum hunc Epiſcopum fuiſſe Poluchalandi urbis Lydiæ monuit ex Epiphanio. Sed quod idem Gothofredus addit in Annotationibus, Phœbum hunc amicum fuiſſe Aetii, errat toto cœlo. Neque enim Aetii, ſed Theodoſii amicum illum fuiſſe dicit Philoſtorgius, tum ob veterem conſuetudinem, tum ob vitæ ac morum ſimilitudinem. Id enim ſignificant hæc verba, καὶ τῆς ἐνθέσμου πολιτείας τὸ ἀπαραλλακτον. Quæ Philoſtorgii verba Gothofredus in prodigioſum quemdam ſenſum detorſit, ut videre eſt in ejus Annotationibus.

3 Καὶ δὴ καὶ ἑτέρους δὲ] Hunc locum ex manuſcriptis codicibus, Scoriacenſi videlicet & Bochartiano, emendavi in hunc modum. καὶ δὴ καὶ ἑτέρους ἐξ ἕτ ἐπισκόπων συναγειράμενοι, &c. Fuit igitur hæc Synodus Epiſcoporum novem provinciæ Lydiæ. Nam Theodoſius una cum Phœbo & Auxidiano ſex alios Epiſcopos ex Lydia, aut ex finitimis Provinciis in unum collegerant.

4 Ὥσπερ θεσμὸν γεγενημένῳ] Scribendum eſt procul dubio ὡς παρὰ θεσμὸν γεγενημένῳ. Ita Philoſtorgius loquitur paulo poſt de ordinationibus Candidi & Arriani: ὡς παρὰ τὴν κοινὴν νεωτερισθείσας γνώμην.

5 Ὁ δὲν καθελκόμενος] In Manuſcriptis codicibus Scoriacenſi & Bochartiano hic locus ita ſcribitur. ὁ δὲ καθελκόμενος, &c. magis tamen probo vulgatam ſcripturam, quam ſic interpretor. Epiſcopi Lydiæ ordinationem Aetii incuſabant, tum quod contra Canones facta eſſet: tum præcipue eo quod Aetius poſt depoſitionis ſententiam in ipſum prolatam, antequam Epiſcopi qui eum Diaconatu exuerant, ipſum reſtituiſſent, ſicuti fieri oportebat; nihilominus ad majorem gradum promotus fuiſſet. ὁ δὲν igitur idem valet ac, ὅπερ ἴδιον.

6 Ὡς περὶ τὴν κοινὴν] In Manuſcripto codice Samuelis Bocharti ad marginem notantur hæc verba, ἴσως ταμά. Quæ quidem emendatio prorſus neceſſaria eſt.

5. Ὅτι

5. Οτι ὁ βασιλεὺς Ἰωβιανὸς [a] τ ἀρχαῖον κόσμον ἀπεκαθίστησι ταῖς ἐκκλησίαις, πάσης αὐτὰς ἀπαλλάξας ἐπηρείας, ὅσην αὐταῖς ὁ ἀποστάτης ἐπήνεγκεν. ἀνακαλεῖ δὲ καὶ οὓς ἐκεῖνος τῆς εὐσεβείας ἕνεκα μεθειμένους ἐφυγάδευσε· τούτων καὶ Οὐαλεντινιανὸς ἦν, ἀπὸ Θηβῶν τῶν Αἰγυπτίων ἀνακομιζόμενος.

5. Imperator Jovianus priſtinum cultum reſtituit Eccleſiis, omni eas vexatione liberans quam Apoſtata Julianus ipſis intulerat. Revocavit etiam ab exilio quoſcumque ille relegaverat, propterea quod pietatem prodere noluiſſent. Quorum ex numero fuit Valentinianus, qui tum à Thebis Ægyptiis reverſus eſt. *Jovianus Imp. Eccleſias reſtituit.*

6. Οτι φησὶν οἱ περὶ Κάνδιδον καὶ Ἀρριανὸν προσγενεῖς ὄντες τῷ βασιλεῖ, πρὸς αὐτὸν ἐν Ἐδέσῃ συναγίνονται, καὶ τῷ Ἀθανασίῳ ἐξοικειώσασθαι τὸν βασιλέα σπουδάζοντι ἐμποδὼν ἵστανται. πλὴν ὅ γε βασιλεὺς εἰς δίαιταν κοινὴν τὰ παρ' ἑκατέρου μέρους λεχθέντα ἀναθέμενος, ῥοπὴν οὐδετέροις πέως παρέσχεν ἐπίδηλον.

6. Candidus & Arrianus, qui propinqui erant Imperatoris Joviani, cum Edeſſæ morantem adierunt, & Athanaſio Imperatoris benevolentiam ſibi conciliare ſtudenti obſtiterunt. Imperator vero, ea quæ ab utraque patre dicta fuerant, ad commune judicium rejecit, nullo manifeſto indicio interim dato, utram in partem propenderet. *Candidus & Arrianus Athanaſio obſiſtunt.*

7. Οτι Εὐδόξιος κατὰ Κανδίδου καὶ Ἀρρίανου πρὸς Εὐζώϊον γράφει. ὁ δὲ ἠχθέσθη μὲν· συμπαραλαβὼν δὲ καὶ Ἐλπίδιον, ἀντιγράφει μεμφόμενός τε τὴν συμβουλὴν, ἀποχέσθαι δὲ κἀκεῖνον μᾶλλον ἀντιπαραινῶν τῆς τοιαύτης γνώμης· ἐν ταυτῷ δ' ἠρέμα πως ἐπητιᾶτο τὴν μακρὰν ἀναβολὴν τῶν διομολογηθέντων ὑπὲρ Ἀετίου Εὐνομίῳ.

7. Eudoxius adverſus Candidum & Arrianum literas ſcripſit ad Euzoium. Euzoius vero, id quidem graviter tulit. Et adjuncto ſibi Elpidio, reſcripſit Eudoxio, partim reprehendens ejus conſilium, partim eum contra exhortans, ut ipſe potius ab ejuſmodi ſententia recederet. Simul etiam leniter eum incuſabat, ob nimis diuturnam dilationem eorum quæ in gratiam Aetii Eunomio jamdudum promiſerat. *Adverſus hos Eudoxius ſcribit.*

8. Οτι Ἰωβιανὸς ὁ βασιλεὺς πρὸς τ Κωνσταντινούπολιν ἀπαίρων, καὶ γενόμενος ἐν Ἀγκύρᾳ, θάτερον τῶν ἑαυτοῦ παίδων Οὐαρονιανὸν, κομιδῇ νέον ὄντα, ἐπιφανέστατον, ὃ πρὸς Ῥωμαίοις τ νωβελίσιμον δυνάτας, ἀναγορεύει. ἐνθεῖθεν δὲ σφοδροτάτῳ χειμῶνος ἐπικειμένῳ, σὺν τῷ στρατῷ χωρεῖ ἐπὶ τὰ πρόσω. καὶ πολλοὶ μὲν κατ' τ ὁδὸν ἀπεφθείροντας· αὐτὸς δὲ μετὰ τοὺς ὑπολειφθέντας, καταλαμβάνει τὰ Δαδάστανα. ἔν τινι δὴ καταλύσας σταθμῷ, καὶ τροφῆς μετασχὼν, ἐν οἰκήματί τινι ἄρτι κεκονιαμένῳ κατακλίνεται πρὸς ὕπνον. πυρὸς δ' ἀναφθέντος, ὥστε ἀλέαν ἐγγενέσθαι τῷ οἰκήματι, νοτὶς μὲν τῶν νεοχείστων τοίχων ἀνεδίδοτο· ἠρέμα δὲ διὰ τ ῥινῶν πρόσω διαδυομένη, καὶ τοὺς ἀναπνευστικοὺς πόρους ἐπιφράττουσα καὶ ἀποπνίγουσα, ἀπαφθείρει τ βασιλέα, διανύσαντα ἐν τῇ βασιλείᾳ μῆνας ἐγγὺς δέκα. ἀλλ' ὁ μὲν τούτου νεκρὸς εἰς τ Κωνσταντινούπολιν ἄγεται. ὁ δὲ στρατὸς κατ' Νίκαιαν γενόμενος, ἡμερῶν ἀπογενομένων δώδεκα, τ Οὐαλεντινιανὸν ἀναγορεύει βασιλέα· Δατιανοῦ μὲν τοῦ Πατρικίου, ἐκ Γαλατίας τὴν βουλὴν γράμμασιν εἰσηγησαμένου· ἐν αὐτῇ γὰρ ἀφ' τε γήρως καὶ τοῦ κατὰ χειμῶνος ὑπελέλειπτο μέγεθος. συνεφαπτομένου δὲ τῇ πράξει Σεκούνδου τε τοῦ ἐπάρχου καὶ Ἀγιλθαίου τοῦ στρατηγοῦ, καὶ Γλαίφου,

8. Imperator Jovianus Conſtantinopolim proficiſcens, cum Ancyram veniſſet, alterum ex filiis ſuis, Varronianum nomine, admodum puerum, Nobiliſſimum deſignavit. Exinde aſperrimo hyemis tempore ulterius cum exercitu profectus eſt, multis in itinere amiſſis. Ipſe vero una cum iis qui ſuperfuerant, venit Dadaſtana. Cumque in ſtatione quadam diverſaretur, ſumpto cibo, in cubiculo quodam recens calce illito decubuit, ſomni capiendi cauſa. Porro cum ignis accenſus eſſet, ut tepor per cubiculum diſpergeretur; humor quidam ex parietibus recens illitis exſpirare cœpit. Qui ſenſim per nares ſubingreſſus, reſpirandi meatus obſtruens ac præfocans, Imperatorem extinxit, poſt exactos in imperio menſes circiter decem. Et hujus quidem cadaver Conſtantinopolim delatum eſt. Exercitus vero cum Nicæam veniſſet, duodecim diebus elapſis Valentinianum Imperatorem renuntiavit: Cum Datianus quidem Patricius id conſilium per literas ſuggeſſiſſet ex Galatia: illic enim, partim ob ſenectutem, partim ob hyemis aſperitatem relictus fuerat. Secundus vero præfectus prætorio, & Arinthæus magiſter militum, cum Dagalaiſo *Theodorit. lib. 4. c. 5.* *Jovianus obitus.* *Valentinianus Imp.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Μετὰ τοὺς ὑπολειφθέντας] Sic etiam legitur in ſcriptis codicibus. Leges tamen Grammaticæ poſtulant ut ſcribamus μετὰ τῶν ὑπολειφθέντων.

2 Σεκούνδου τε τοῦ ἐπάρχου] Gothofredus in Annotationibus ad hunc locum, notat hunc Secundum Præfectum Prætorio eundem eſſe cum Saluſtio: Et olim quidem ita ſenſeram in Annotationibus ad librum 22. Ammiani Marcellini pag. 266. meamque opinionem ſecutus eſt Gothofredus in dicto loco. Verum poſtea re attentius examinata, hunc Secundum Præfectum Prætorio deprehendi alium eſſe à Saluſtio, ut oſtendi in Annotationibus ad lib. 6. Sozomeni pag. 222. Hujus Secundi Præfecti Prætorio mentionem facit Libanius in epiſtola 122. lib. 4. quæ ſcripta eſt ad Jovinum de Petronio quodam, qui primum Advocatus fuerat, poſtea Præſes Euphratenſis Provinciæ. εἰδὼς μὲν ὁ κρίσπος σεκοῦνδος.

VARIORUM.

a Τὸν ἀρχαῖον κόσμον] Intelligit non modo *veterem ornatum* in Eccleſias collatum; ſed & annonæ præbitionem & Immunitates; quæ omnia Julianus ab Eccleſiis abſtulerat. Vid. Soz. lib. 6. cap. 3. De Valentiniano ſupra, lib. 7. cap. 7. & Soz. lib. 6. cap. 6. *Jac. Gothofred in loc.*

Comite domeſticorum operam ſuam ad id perficiendum contuliſſent. Cumque exercitus ſtatim poſt nuncupationem Auguſtam rogaſſet Imperatorem ſcuto impoſitum, ut conſortem Imperii ſibi adjungeret, Imperator ſublata manu, ſilere eos juſſit. Nec ullatenus conterritus, imperiali conſtantia ſic eos allocutus eſt. Veſtri quidem arbitrii ac ſuffragii fuit, ut me ex privato Imperatorem crearetis. Deinceps vero quid faciendum ſit diſpicere ac diſponere, non eorum qui imperio ſubjecti ſunt, ſed Imperatoris officium eſt. Ingreſſus
Valens Imp. autem Conſtantinopolim, fratrem ſuum Valentem in conſortium Imperii adſcivit, adſumptoque eo Sirmium uſque, in Occidentis partes perrexit. Sirmii vero omnibus ornamentis Imperii, & quæcumq; ad reliquum cultum ac ſatellitium ſpectant, cum fratre diviſis, eum quidem Conſtantinopolim remiſit, Orientis partem ei tradens quæcumque ſub ditione fuerat Conſtantii. Ipſe vero reliquas duas ad Occaſum ſitas ſortitus, totius Occidentis imperium obtinuit. Nec multo
Soz. l. 6. c. 10. poſt Gratianum filium ſuum, adhuc adoleſcentem, cum ad Imperium promoviſſet, ad morum ſuorum ſimilitudinem formavit.

Hypatia Philoſophia. Socr. l. 7. c. 15. 9. Haypatiam Theonis filiam ait Philoſtorgius in mathematicis diſciplinis à patre inſtitutam fuiſſe: Sed longe præſtantiorem magiſtro ſuo extitiſſe, præſertim in aſtronomia; & multis Mathematicas diſciplinas tradidiſſe. Eamdem tamen principatu Theodoſii junioris ab homouſianis diſcerptam eſſe impius iſte affirmat.

Philoſtorgius & filii, medici. 10. Valentis ac Valentiniani temporibus Philoſtorgium vixiſſe refert hic Scriptor, qui medicorum omnium præſtantiſſimus fuit. Filios autem habuit Philagrium & Poſidonium. Ex quibus Poſidonium ab ſe viſum eſſe teſtatur, in arte medica excellentem. Hic tamen Poſidonius falſo aſſerebat, homines non dæmonum impulſu bacchari: ſed malorum quorumdam humorum redundantia id fieri. Neque enim dæmonum vim ullam eſſe, quæ hominum genus vexaret. Floruit etiam iiſdem temporibus Alexandriæ Magnus, qui eamdem artem profitebatur.

Baſil. Greg. Naz. Apollinaris. 11. Impius iſte Scriptor, licet invitus, Baſilium magnum & Gregorium Theologum ſapientiæ cauſa admiratur. Nazianzum vero patriam Gregorii, Nadiandum etiam nominat.

τῶν Δομεστίκων οὗτος ἡγεῖτο. τοῦ δὲ στρατοῦ κατ' αὐτὸν τὴν ἀναγόρευσιν, [a]ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ἐποχού- 2
μενον τὸν βασιλέα προσλαβεῖν κοινωνὸν εἰς τὴν βασιλείαν ἀξιοῦντος, τῇ χειρὶ μὲν σιγᾶν αὐτοὺς ἐπιτρέπει. ἀτρέμα δὲ καὶ βασιλικῷ τῷ φρονήματι ἔφη, βασιλέα μὲν ἐμὲ ποιεῖν ἐξ ἰδιώτου ἡ ὑμετέρα ψῆφος τὸ κῦρος ἐπεῖχεν· ἐκεῖθεν δὲ τὸ πρακτέον σκοπεῖν καὶ διατιθέναι, οὐχὶ τῶν βασιλευομένων, τοῦ δὲ βασιλεύοντος ἡ κρίσις ὑπάρχει. ἐπιβὰς δὲ τῇ Κωνσταντινουπόλει, κοινωνὸν μὲν τῆς βασιλείας τὸν ἀδελφὸν Οὐάλεντα ποιεῖται. συμπαραλαβὼν δ' αὐτὸν μέχει Σερμίου, ἐπὶ τὴν ἑσπέραν ἀπαίρει. ἐν δὲ τῷ Σερμίῳ τὰ τῆς βασι- 1
λείας πρὸς αὐτὸν διανειμάμενος, ὁπόσα εἰς κόσμον καὶ τὴν ἄλλην ἐτέλει θεραπείαν, τὸν μὲν εἰς Κωνσταντίνου πόλιν ἀποπέμπει, τῆς ἑῴας μοῖραν ἐσχειρίσας ὅσης ὁ Κωνσταντίος ἐπῆρχεν. αὐτὸς δὲ τὰς λοιπὰς δύο τὰς πρὸς δύσιν ἀποκληρωσάμενος τῆς ἑσπέρας ἐβασίλευε πάσης. μετ' οὐ πολὺ δὲ παῖδα Γρατιανὸν ἔτι μειράκιον ὑπενιβάσας τῇ βασιλείᾳ, εἰς τὸν ἑαυτοῦ σωφρονισμὸν τρόπον.

9. Οτι οὗτος Ὑπατίαν τὴν Θέωνος θυγατέρα φησὶ μὲν τοῦ πατρὸς ἐξασκῆσαι λέγει τὰ μαθήματα· πολλῷ δὲ κρείττω γενέσθαι τοῦ διδασκάλου, καὶ μάλιστά γε περὶ τὴν ἀστροθεάμονα τέχνην, καὶ καθηγήσασθαι δὲ πολλῶν ἐν τοῖς μαθήμασι. λέγει δ' ὁ δυσσεβὴς, Θεοδοσίου τοῦ νέου βασιλεύοντος, ἀσπασθῆναι τὸ γύναιον ὑπὸ τοῦ τὸ ὁμοούσιον προσβλύζοντος.

10. Οτι τὸν Οὐάλεντα καὶ Οὐαλεντινιανὸν ἰατρὸν τὸ Φιλοστόργιον γενέσθαι, ὃς ἄριστος ἰατρῶν ὑπῆρχε, καὶ παῖδας φῦσαι Φιλάγριόν τε καὶ Ποσειδώνιον· θεάσασθαι δὲ τὸν Ποσειδώνιον ἐν ἰατρικῇ ἀριστεύοντα. λέγειν δ' αὐτὸν ὅμως οὐκ ὀρθῶς, οὐχὶ δαιμόνων ὑποθέσει τοὺς ἀνθρώπους ἐκβακχεύεσθαι, ὑγρῶν δέ τινων κακοχυμίαν τὸ πάθος ἐργάζεσθαι· μηδὲ γὰρ εἶναι τὸ σῶμα ἰσχὺν δαιμόνων, ἀνθρώπων φύσιν ἐπηρεάζουσαν. εὐδοκιμεῖν δὲ καὶ Μάγνον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τῇ αὐτῇ τέχνῃ μεταχειριζόμενον.

11. Οτι καὶ ἄκων ὁ δυσσεβὴς, Βασίλειόν τε τὸν μέγαν, καὶ τὸν Θεολόγον Γρηγόριον, ἐπὶ Σοφίᾳ θαυμάζει. Ναδιανδὸν δὲ καὶ Ναζιανζὸν ἐξονομά-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὰ τῆς βασιλείας πρὸς αὐτὸν διανειμάμενος] Hunc locum non intellexit Gothofredus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit. *Sirmii vero iis quæ ad Imperium pertinebant, diſpoſitis, quæcumque ſcilicet ad ornatum & reliquum miniſterium ſpectabant.* Ego vero de officiis Palatii & de Comitibus hunc locum accipiendum eſſe aio, quos Valentinianus cum fratre ſuo Valente partitus eſt. Idque teſtatur Ammianus Marcellinus in lib. 26. pag. 315. *Næſſum advenerunt, ubi in ſuburbano quod appellatur Mediana, à civitate tertio lapide diſparatum, quaſi mox ſeparandi, partiti ſunt comites.* Et paulo poſt. *Quibus ita digeſtis, & militares partiti numeri. Et poſt hæc cum ambo fratres Sirmium introiſſent, diviſo palatio, ut potiori placuerat; Valentinianus Mediolanum. Conſtantinopolim Valens diſceſſit.* Ubi vides triplicem diviſionem inter Valentinianum ac Valentem Imperatores factam eſſe. Prima eſt diviſio Comitum, quæ facta eſt Naiſi, quod eſt oppidum Daciæ. Secunda fuit diviſio legionum & auxiliorum. Poſtrema fuit diviſio Palatii facta in urbe Sirmio. Per Palatium vero intelligo officia Palatina quæ erant ſub diſpoſitione Magiſtri officiorum, & ſub Caſtrenſi ſacri Palatii: quod confirmat Philoſtorgius his verbis· ὁπόσα εἰς κόσμον, καὶ τὴν ἄλλην ἐτέλει θεραπείαν.

VARIORUM.

a Ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ἐποχούμενον] Mos erat ſolennis tunc temporis, ut is quem milites Imperatorem renunciarent, protinus ſcuto impoſitus circumferretur. Unde & paſſim in Faſtis Idacianis legas *Imperatorem levatum* pro renunciato, etiam Valentinianum hoc ipſo anno 364. *Gothofr. in loc.* Quod mox ait Philoſtorgius, Gratianum adhuc adoleſcentem, à patre ad Imperium *non multo poſt* evectum, id anno 367 conſignant Chronologi, dum Gratianus adhuc puer eſſet, octo aut novem annos natus.

1 ζει. τὸν μὴν τοι γε Λαοδικείας Ἀπολινάριον, [1]ὅσα γε εἰς τὴν ἱερὰν μάθησιν ἑκατέρου προτάττει. Φησὶ
2 δὲ ὡς Βασίλειος μὲν [2]Ἀπολιναρίου λαμπρότερος ἦν. τῷ δὲ Γρηγορίῳ, καὶ παρ' ἀμφοτέροις ἐξεταζομένῳ, [3]μείζω βάσιν εἰς συγγραφὰς εἶχεν ὁ λόγος· καὶ ἦν εἰπεῖν Ἀπολιναρίου μὲν ἀδρότερος, Βασιλείου δὲ σταθερώτερος.

12. Οτι ὁ μόνον τὸν μέγαν Βασίλειον, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἀπολινάριον λέγει πρὸς τὴν ἀπολογίαν Εὐνομίου ἀντιγράψαι. εἶτα πάλιν Εὐνομίου ἐν πέντε λόγοις συμπλακέντος Βασιλείῳ, σθλυχεῖν ἐκεῖνον τῷ πρώ-
a τῳ, καὶ βαρυθυμήσαντα λιπεῖν τὸν βίον. [a]οὕτως αὐτῷ τὸ ψεῦδος ἐπὶ πολλοῦ τῆς ἀληθείας τετίμηται.

13. Οτι τοὺς εἰρημένων ἁγίων ἀνδρῶν Βασιλείου καὶ Γρηγορίου, σφοδρῶς καὶ ἀναιδῶς καταψεύδεται. μὴ γὰρ λέγειν αὐτοὺς ἄνθρωπον γεγενῆσθαι τὸν Υἱόν, ἀλλ' ἐνοικῆσαι ἀνθρώπῳ, καὶ ταύτῃ διαζυγῆναι τὸν Ἀπολλινάριον τῆς μοίρας αὐτῶν. αἰτιᾶται δὲ κἀκεῖνον, οὐκ ἐφ' οἷς τοῖς θυσεβέσι παρέσχεν αἰτίαν, ἀλλ' εἰς ἑτέραν αὐτὸν κατασύρειν εἰ-
b σάγει σπουδήν. λέγει δὲ μεῖ τοὺς ἄλλων, ὅτι [b]τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν ἀπεκήρυξεν.

14. Οτι Φησὶ, Ἀπολλινάριος κατὰ Πορφυρίου γράψας, ἐπὶ πολὺ κρατεῖν τῶν ἠγωνισμένων Εὐσεβίῳ κατ' αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ τῶν Μεθοδίου τε τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως σπουδασμάτων.

15. Λέγει δ' οὖν, οὐκ οἶδ' ὅθεν λαβών, τὸν
4 [4]Ἀπολινάριον ἐπίσκοπον εἶναι, καὶ τὸν Οὐάτον ἐκ Φυλῆς ὁρμᾶσθαι τῶν Φρυγῶν.

16. Οτι Οὐαλεντινιανὸν καὶ Οὐαλέντα τὴν Κίβαλιν λαχεῖν ἀναγράφει πατρίδα.

c 17. Οτι τοὺς [c]τὸ ὁμοούσιον δοξάζοντων, Θεόδωρος μὲν Φησιν ἐνδιλόπατος ἐγεγόνει, τὴν ἐν Θρᾴκῃ ἐφορθώσαν Ἡρακλείας· καὶ Γεώργιος δὲ, Ἀλεξανδρεὺς μὲν τὸ γένος, καὶ τῶν ἐκ φιλοσοφίας ὁρμωμένων, τῆς δὲ κατὰ Συρίαν Λαοδικείας ἐπισκοπῆσαν.

Apollinarem tamen Laodicenum, quod quidem ad ſacras literas pertinet, utrique anteponit. Ac Baſilium quidem Apollinare ſplendidiorem fuiſſe dicit in panegyricis. Gregorii vero, ſi cum utroque comparetur, magis fundata ad ſcribendum fuit oratio. Et Apollinare quidem uberior fuit in dicendo; Baſilio autem firmior.

12. Ait Philoſtorgius, non ſolum Baſilium Magnum, verum etiam Apollinarem, ſcripſiſſe adverſus Apologeticum Eunomii. Poſtea vero Eunomium quinque libris adverſus Baſilium decertaſſe. Hunc vero, cum primum dumtaxat librum legiſſet, gravi dolore perculſum ex hac vita migraſſe. Adeo hic Scriptor mendacium pluris facit quam veritatem. *Eorum ſcripta in Eunomii Apologeticum.*

13. Eoſdem ſanctiſſimos viros, Baſilium ſcilicet & Gregorium, aperte & impudenter calumniatur. Neque enim eos dicere Filium hominem factum eſſe, ſed in homine inhabitaſſe: Eamque ob cauſam Apollinarem ab eorum partibus ſe ſe abjunxiſſe. Iſtum vero etiam accuſat, non ob ea quorum cauſa à piis omnibus merito reprehenſus eſt: ſed in aliud quoddam ſtudium abreptum eſſe tradit. Inter alia autem dicit, eum reſurrectionem corporum negaviſſe. *In eoſdem calumnia.*

14. Apollinaris in libris quos contra Porphyrium ſcripſit, ea quæ ab Euſebio adverſus eundem Porphyrium ſcripta ſunt, longo intervallo ſuperavit. Methodii quoque libros ejuſdem argumenti infra ſe reliquit. *Apollinaris in Porphyrium Scripta.*

15. Ait præterea, quod quidem neſcio unde hauſerit, Apollinarem Epiſcopum fuiſſe. Et Novatum ex Phrygum gente originem duxiſſe.

16. Scribit Philoſtorgius, Valentiniano ac Valenti patriam fuiſſe Cibalim.

17. Inter eos qui ſimilem ſecundum ſubſtantiam Filium aſſeruerunt, celeberrimum ait fuiſſe Theodorum, Epiſcopum Heracleæ quæ eſt in Thracia, & Georgium Epiſcopum Laodiceæ in Syria, Alexandrinum genere, qui prius Philoſophiæ operam dederat. Ab *Ὁμοιουσίου præcones.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ὅσα γε τῷ εἰς τὴν ἱερὰν μάθησιν] Prius τὴν deeſt in MS. codice Samuelis Bocharti. In Scoriacenſi autem codice ſcriptum habetur, ὅσα γε τοῖς εἰς τὴν, *&c.* Quare ſcribendum videtur, ὅσα γέ τοι εἰς τὴν ἱερὰν μάθησιν. Id eſt, *quantum quidem ad ſacræ Scripturæ intelligentiam pertinet, Apollinarem utroque præſtantiorem fuiſſe ait Philoſtorgius.* Verba ipſa Philoſtorgii extant apud Suidam in voce ἀπολινάριος. Ex quibus diſcimus cur Philoſtorgius dixerit, in Apollinare majorem fuiſſe ſcientiam ſcripturarum quam in Baſilio ac in Gregorio: Eo quod videlicet Apollinaris Hebraicam linguam callebat.

2 Ἀπολιναρίου λαμπρότερος] Apud Suidam additur verbum πανηγυρίσιν, quod neſcio cur Photius prætermiſit, cum in eo pœne tota vis conſiſtat ſententiæ. Ait enim Philoſtorgius hos quidem tres, Apollinarem ſcilicet, Baſilium atque Gregorium, omnium ſui temporis diſertiſſimos fuiſſe. Singulos tamen proprium ac peculiarem dicendi characterem habuiſſe. Nam Apollinaris quidem ſtilum fuiſſe ad ſcribendos commentarios aptiſſimum. Baſilium vero in panegyrico dicendi genere excelluiſſe. Gregorii vero orationem magis fundatam fuiſſe; id eſt, ut vulgo loqui ſolemus, magis periodicam.

3 Μείζων εἰς συγγραφὰς] Hunc locum emendavi ex codice Samulis Bocharti, in quo ita legitur: μειζω βάσιν εἰς συγγραφὰς εἶχεν ὁ λόγος. Quam ſcripturam confirmat Suidas in voce ἀπολινάριος.

4 Ἀπολινάριον ἐπίσκοπον] Gothofredus in Annotationibus unicum profert teſtimonium beati Hieronymi, qui Apollinarem Laodicenum Epiſcopum vocat. Verum ante Hieronymum Athanaſius in epiſtola Synodica ad Euſebium & Luciferum, diſerte Apollinarem Epiſcopum appellat pag. 580. παρῆσαν δὲ καὶ τινὲς ἀπολιναρίου τοῦ ἐπισκόπου μονάζοντες, παρ' αὐτοῦ εἰς τοῦτο πεμφθέντες.

VARIORUM.

a Οὕτως αὐτῷ τὸ ψεῦδος—] Jure hoc Epiphonema narrationi iſti ſubjunxit Photius. Eunomius enim libros iſtos non niſi poſt obitum Baſilii in lucem edidit, teſte eodem Photio, Cod. 138. *W. Lowth.*

b Τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν ἀπεκήρυξεν] Apollinaris Reſurrectionem non negavit, verum circa reſurrectionem ineptivit; mortuos enim reverſuros dixit ad Legem & circumciſionem, ritus, ſacrificia templum per mille annos; ut teſtantur Baſilius Epiſt. 74. Epiphanius hæreſi 77. Hieronymus in cap. 36. Ezechielis. De peculiari ejus hæreſi vid. Socr. lib. 2. cap. ult. not. a.

c Τὸ ὁμοούσιον] Legendum ὁμοιούσιον. Ita legendum infra, lib. 10. cap. 3. ubi in impreſſis ὁμοούσιον legitur, ut obſervavit Valeſius. *W. Lowth.*

δύτε-

his ſecundi fuerunt & ætate poſteriores, Euſtathius ſenex, apud vulgus venerabilis & ad perſuadendum idoneus. Baſilius item & Macedonius Conſtantinopolis Epiſcopus, & Eleuſius Cyzici. Cumque his Marathonius & Maximinus, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ presbyteri.

δεύτεροι μετ' αὐτὸν τῷ χρόνῳ Εὐσταθιος γηραιὸς ἀνὴρ, καὶ τῷ πλήθει αἰδεσίμος τε καὶ πιθανὸς, καὶ δὴ καὶ Βασίλειος, ἀλλὰ γὰρ καὶ Μακεδόνιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ὁ Κυζίκου ἐπίσκοπος Ἐλεύσιος· μεθ' ὧν Μαραθώνιος καὶ Μαξιμῖνος τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησίας πρεσβύτεροι.

Eunomius Aetio collatus.

18. Eunomium cum Aetio comparans Philoſtorgius, quod quidem ſpectat ad vim demonſtrationum & ad ſingula reſpondendi promptam facultatem, Aetium anteponit. Prorſus enim in primore ejus lingua cuncta ſimul conferta jacere videbantur. Quantum vero ad perſpicuitatem in docendo & ad concinnitatem, & ad dicendi genus diſcentibus aptiſſimum, Eunomium præfert.

18. Οτι παραβάλλων τὸν Εὐνόμιον Ἀετίῳ, εἰς μὲν ἰσχὺν ἀποδείξεων καὶ ἑτοιμότητα πρὸς ἕκαστα ἀπαντήσεων, προτάττει Ἀέτιον. ἀτεχνῶς γάρ φησιν ἐπὶ τῆς γλώττης ἄκρας αὐτοῦ ἅπαντα δοκεῖν ἀθρόα κεῖσθαι· σαφήνειαν δὲ διδασκαλίας καὶ συμμετρίαν, καὶ τῷ πρὸς τοὺς μαθησομένους μάλιστα ἁρμοδιωτάτῳ τὸν Εὐνόμιον.

EX LIBRO NONO HISTORIÆ.

ΕΚ ΤΗΣ ΕΝΝΑΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

Hæretici pugnaculo-rum.

1. Nonus hiſtoriæ liber ſtupenda quædam Aetii & Eunomii ac Leontii miracula continet, à Philoſtorgio conficta: Candidi item & Evagrii & Arriani atque Florentii: præcipue vero Theophili Indi, & aliorum quorundam, quos ejuſdem impietatis furor fervidiores cæteris oſtentabat. Atque hæc cum fingeret Philoſtorgius, nullus eum ſenſus ſubiit abſurditatis qui ipſum reprimeret.

1. Οτι τῷ Φιλοστοργίῳ ὁ ἔνατος λόγος, Ἀετίου χειρῶν ὑφυφὴ ἔργα, Εὐνομίου τε καὶ Λεοντίου ἀφαπλάττει· καὶ δὴ καὶ Κανδίδου καὶ Εὐαγρίου καὶ Ἀρριανοῦ καὶ Φλωρεντίου, καὶ μάλιστα Θεοφίλου τοῦ Ἰνδοῦ, καὶ πάντων ἄλλων, οὓς ἡ αὐτὴ τῆς ἀσεβείας λύσσα θερμοτέρους ἐπεδείκνυ. καὶ ταῦτα τὸ ἀπιθανώτατον ἀναπλάττοντι οὐδεμία παρῆν αἴσθησις τῆς ἀτοπίας ἀνακεφάζουσα.

Jannes & Jambres.

2 Moſes, ut ait Philoſtorgius, cum Jannem & Jambrem ulceribus divinitus invectis puniiſſet, matrem quoque alterius eorum morti tradidit.

2. Οτι Μωσῆς φησι τοὺς περὶ Ἰαννοῦ καὶ Ἰαμβρῆ ἐν ἕλκεσι κολασάμενος, καὶ τὴν θατέρου τούτων μητέρα τῷ θανάτῳ περιπέραψατο.

Eudoxius & Euzoius Eunomio adverſantur.

3. Valens, ut ſcribit Philoſtorgius, cum ex Illyrico Conſtantinopolim reverſus eſſet, Eudoxium præcipuo honore coluit. Cumque Eudoxius ea quæ Eunomio promiſerat, facile poſſet implere, voluntas tamen ei defuit. Sed & Euzoio opportunum ſimiliter tempus aderat, quo executioni mandaret ea quæ in ſynodo Antiochiæ pro iiſdem geſſerat. Verum uterque illorum tantum abfuit ut memor eſſet pollicitationum: Quin potius Euzoius quidem conviciari cœpit iis quorum patrocinium ſuſceperat, θρανοβάζας in Eccleſia per ludibrium appellans ſectatores Aetii, & Theophilum Æthiopem: prorſus quaſi non de religione ac fide ageretur, ſed de colorum ac generis delectu. Eudoxius vero, tum alia in eos convicia intorſit, tum hæc nominatim in Eccleſia dixit. Equidem illos impios non voco, quod tamen illi cupiunt audire, ne eorum defectio ſpecioſum prætextum nacta eſſe videatur. Sed peſtes eos appello.

Supra l. 7. cap. 6.

3. Οτι Οὐάλης, φησὶν, ἐκ τῶν Ἰλλυριῶν ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀφικόμενος, μεγάλης ἐτύγχανεν Εὐδόξου· καὶ δυνάμενος μάλιστα ταῖς τοῦ Εὐνομίου ὑποσχέσεσι πέρας ἐπιθεῖναι, [a] τὴν γνώμην οὐκ εἶχε συντρέχουσαν ὁ Εὐδόξιος· ἀλλὰ καὶ Εὐζωίῳ παρῆν ὁ αὐτὸς καιρὸς, ἄδειαν διδοὺς πράττειν ἃ δὴ οἱ Ἀντιοχείᾳ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν συνῳδικῶς διεπράξατο. τοσοῦτον δὲ αὐτῶν ἑκάτερος ἐδέησε μνήμην ἔχειν ἐκείνων, ὥστε ὁ μὲν Εὐζώιος εἰς τὸ κακολογεῖν τοὺς ἄνδρας ὧν ὑπεστήσατο, ἀπετρέπετο, [2] θρανοβάζας ἐπ' ἐκκλησίας εἰρωνευόμενος, τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀέτιον, [3] Αἰθιοπά τε τὸν Θεόφιλον ἐξυβρίζειν· ὡς δὴ οὐκ θυσιβείας καὶ πίστεως τὸ ἀγώνων ὄντων, ἀλλὰ χρωμάτων ἐκλογῆς καὶ γένους· ὁ δὲ Εὐδόξιος ἄλλά τε κατ' αὐτῶν ἀπερρίπτει, καὶ ἐπ' ἐκκλησίας, ἀσεβεῖς μὲν αὐτοὺς, φησὶν, ἐγὼ λέγω, ὅτῳ θέλουσιν ἀκούειν, ἵνα μὴ δόξῃ θυπρόσωπος αὐτῶν ἡ ἀπόστασις εἶναι· λοιμοὺς μέν τι αὐτοὺς λέγω.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Παρῆν ὁ αὐτὸς καιρὸς] Non dubito quin ſcribendum ſit ὡσαύτως. Paulo poſt pro ὑπερήπαιζεν, emendavi ὑπερέπαιτεν, ut legitur in codice Bocharti.

2 Θρανοβάζας] In Manuſcriptis codicibus θρανοβάζας ſcriptum habetur. Quare ſuſpicor legendum eſſe θρανοβάτας. Sic autem Euzoius Aetium & Eunomium per ludibrium appellabat ob audaciam ac dementiam, quod inſtar gigantum in cœlum conſcendere tentarent, & de divinitate temere garrire præſumerent.

3 Αἰθιόπα τε τὸν Θεόφιλον] Codex Bocharti habet αἰθιοπόν τε, &c. ſed omnino ſcribendum eſt αἰθίοπα. Hoc autem cognomentum Euzoius idcirco tribuebat Theophilo, quod eſſet oriundus ex Æthiopia. Erat enim Blemmys, ut ex Gregorio Nyſſeno ſuperius obſervavi.

VARIORUM.

a Τὴν γνώμην οὐκ εἶχε συντρέχουσαν ὁ Εὐδόξιος] De Eudoxii & Euzoii dictis factiſque in Aetium & Eunomium toties tamque operoſe agit Philoſtorgius, eo fine ut perfidiam eorum magis magiſque arguat, & Schiſmatis culpam penes illos collocet, quæ revera penes hos ab aliis collocata eſt, nempe quod ideo ab Eudoxio Eunomius ſeceſſerit, quod Eudoxius magiſtrum ſuum Aetium non reciperet: ut notavit Jac. Gothofredus. De Aetio vid. Socr. lib. 2. c. 35. Soz. lib. 4. cap. 13. Theodorit. Hiſt. lib. 2. cap. 27. Mox idem Gothofredus de voce Θρανοβάζας (quemadmodum in MS. depictam reperit) agens, hæc habet. 'Putet quis legendum Οὐρανοβάζας. Verum alia 'mihi ſtat ſententia; nempe Οὐρανοβάσκας hic legendum 'putem; alluſione videlicet ad Aetianorum Eccleſias facta, quaſi *paſcua cœleſtia* incolerent haberentque: pari 'Ironia qua μισηπωλίχαι, infra lib. 10. cap. 1.

4. Οτι

4. Οπ κατὰ τὸ καρτερὸν οἱ περὶ Ἀέτιον καὶ Εὐνόμιον, τῆς περὶ Εὐδόξιον ἀφεστάντες καὶ Εὐζώϊον, τὴν μὲν Κωνσταντίνου πόλιν [a] Φλωρεντίῳ ἐφεῖσαν. αὐτῶν δὲ ὁ μὲν Ἀέτιος ἐπὶ τὴν Λέσβον ἀποπλεῖ· κἀκεῖ περὶ Μιτυλήνην ἐν ἀγρῷ τινι διέτριβε, τοὺς ἀφικνουμένους λόγοις δεξιούμενος. δῶρον δ' ἦν ὁ ἀγρὸς Ἰουλιανῷ τῷ βασιλέως τῆς πρὸς αὐτὸν ἀφθέστου σύμβολον. ὁ δὲ Εὐνόμιος ἐπὶ τὴν Καλχηδόνα ἀφέρας, ἐν αὐτῇ κατά τινα κῆπον, οἰκεῖον κτῆμα, πλησιάζον τοῖς ἐπιθαλαττίοις πύργοις, ἐποιεῖτο τὴν διαιταν, ἅτε αὐτὸς τῶν πρόσθεν τὴν προαίρεσιν ἐλάττων σωνεισάγων. ἅτε ἕτερος δ' αὐτῶν [2] ἐκκλησίας ἦρχεν ἀποταξμένης. ἀλλὰ κοινοὺς αὐτοὺς οἱ ὁμόδοξοι πατέρας ἦγον, ἢ ἡγεμόνας. ὁ δέ γε Εὐνόμιος οὐδὲ ἱερουργίας [3] ἐξ ἧς τῆς Κυζίκου μετέστη, ἀ μὴ οὖν εἰς [4] ὅσον ἐνεῖναι χρόνον, ἥψατο. καί τοι τῶν ὁμοδόξων ἐπισκόπων οὐδεὶς ἦν, ὃς τῆς ἐκείνου γνώμης χωρὶς, οὐδὲν τῆς ἐκκλησιαστικῶν διεπράττετο.

4. Aetius & Eunomius ab Eudoxio atque Euzoio penitus se se abrumpentes, Constantinopolim Florentio commiserunt. Et Aetius quidem relicta Constantinopoli in Lesbum navigavit. Ubi in agro quodam circa Mitylenem urbem vixit, eos qui ipsum adibant blandis sermonibus excipiens. Hunc autem agrum Julianus Imperator Aetio donaverat, suæ erga illum benevolentiæ monumentum. Eunomius vero Chalcedonem trajiciens, illic in horto quodam muris maritimis proximo, quæ propria ipsius erat possessio, vitam egit, eorum qui ad ipsum accessissent, perinde ac Aetius, curam gerens. Neuter porro eorum peculiarem Ecclesiam rexit. Verum hi qui ejusdem sectæ erant, eos velut communes patres atque antistites ducebant. Eunomius certe ex quo ab urbe Cyzico migraverat, toto deinceps vitæ suæ tempore, ne sacra quidem mysteria unquam celebravit: Quamvis Episcoporum ejusdem sectæ nullus esset, qui absque ejus sententia quidquam ex rebus Ecclesiasticis perageret.

Ab iis Aetius & Eunomius discedunt.

5. Οπ τείτῳ τῆ βασιλείας ἔτους Οὐάλης ὑπατεύων, ἐπὶ Πέρσας ἐστράτευσε· [b] καθ' ὃν καιρὸν καὶ Προκόπιος τὴν τυραννίδα κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἐσκηνάσατο ὁ δὲ Προκόπιος οὗτος, εἰς τὸ τοῦ Ἰουλιανοῦ γένος ἀνεφέρετο. καὶ πολλοὶ ἀνεκινοῦντο λογισμοὶ, τὴν βασιλείαν αὐτῷ περιάπτοντες, ἃ τοὺς λογισμοὺς καὶ λόγοι διέφερον. ἀφ' οὗτο Ἰωβιανοῦ βασιλεύσαντος τῆς Μεσοποταμίας οὗτος ἀποδρὰς, καὶ πολλοὺς ἐν παλιπορίᾳ τόπους ἀμείψας, φεύγων τε μὲν τῆς γυναικὸς καὶ κρυπτόμενος, ὡς ἀπείρητε πλανώμενος, τὸν ἕκατόν, φησιν, ἀναρίθμει κύβον· καὶ τὴν Καλχηδόνα καταλαβὼν, ἐν τῷ τοῦ Εὐνομίου ἀγρῷ, τῆς πόλεως ἔξωθεν ἀφειμένῳ, ἀδ' ὑπεδημοῦντος τοῦ δεσπότου, ἑαυτὸν κατακρύπτει· ἐκεῖθεν δὲ εἰς τὴν πόλιν ἀφίκετο, ἐγκρατὴς ἀναιμωτὶ τῆς βασιλείας γίνεται. εἶτα μετ' οὐ πολὺ χρόνον πολέμῳ συρράγεις Οὐάλεντι, προδοσίᾳ τοῦ αὐτοῦ στρατηγῶν Γομαρίου καὶ Ἀγιλίωνος,

5. Valens tertium Imperii sui annum ingressus, expeditionem adversus Persas suscepit. Quo quidem tempore Procopius quoque Constantinopoli tyrannidem arripuit. Porro hic Procopius propinquitate generis conjunctus erat Juliano. Multaque hominum judicia de illo fiebant, quibus Imperium ei deferebatur: Quæ quidem judicia crebris sermonibus evulgabantur. Quam ob rem Joviano ad Imperium evecto, Procopius arrepta fuga, Mesopotamiam reliquit, & una cum uxore se se occultans, variisque subinde commutatis locis non sine ingenti difficultate ac miseria, errorum ac latebrarum pertæsus, tandem extremam, ut aiunt, aleam jecit. Chalcedonem igitur profectus, in Eunomii agro qui extra urbem situs erat, absente tunc domino, delituit. Unde cum trajecisset Constantinopolim, absque ulla cæde Imperium occupavit. Nec multo post prælio cum Valente congressus, ducum suorum, Gomarii & Agilonis, pro-

Procopius tyrannus.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Πρόσθειαν ἐλάττων σωνεισάγων] Nemo non videt scribendum esse ἐλάττω. Sic in superiore libro μείζων βάσιν legebatur pro μείζω. In margine codicis Bochartiani scriptum erat eadem manu: *Lego πρόσθειαν ἐλάττονα.*

2 Ἐκκλησίας ἦρχεν ἀποταγμένῳ] Rectius in codice Scoriacensi & Bochartiano, legitur ἀποταγμένης. Idque miror à Gothofredo animadversum non fuisse, cum sequentia Philostorgii verba hanc emendationem confirment. Itaque Holstenius interpretationem Gothofredi correxit hoc modo: *Neuter vero eorum Ecclesiam sibi peculiariter destinatam rexit.*

3 Ἐξὸν τῆς κυζίκου μετέστη] Hunc locum emendavi ex Manuscripto codice Bocharti, in quo scribitur ἐξ ὃ τῆς κυζίκου. Valeat itaque conjectura Lucæ Holstenii, qui in margine sui codicis ad hunc locum hæc annotat: *Lego* ἐξ ὧν, & versionem Gothofredi ita emendaverat. *Imo Eunomius ne sacrum quidem ministerium, ex quo Cyzico demigravit, quin nec reliquo tempore quoad vixit, contigit.* Verum in hac emendatione, multa sunt quæ probare non possum. Primum enim ἐξ ὧν Græcum non est pro *ex quo tempore.* Nam Græci semper dicunt ἐξ ὅ. Deinde non placet quod verba illa Philostorgii τῆς ἱερουργίας ἥψατο, cum Gothofredo interpretatur, *sacrum ministerium contigit.* Quasi Philostorgius de sacris vasis hic loquatur. Atqui ἱερουργία est sacrificium Missæ; à quo Eunomium, ex quo Cyzicum reliquerat, perpetuo abstinuisse testatur Philostorgius. Sic Eusebius noster eam vocem usurpat in libro 4. de vita Constantini cap. 45. θυσίας ἀναίμους καὶ μυστικαῖς ἱερουργίαις τὸ θεῖον ἱλάσκοντο. Verum sacrificii nomen potuit fortasse displicere Gothofredo, quippe qui Calvini hæresim sectaretur. Holstenius vero, utpote Catholicus, retinere illud debuit. Fatendum tamen est ἱερουργίαν generaliter sumi posse pro officio Sacerdotali. Sic enim Philostorgius in cap. 10, eam vocem usurpat pro Ordinatione.

4 Ὅσον ἐνεῖναι χρόνον] Olim quidem existimavi scribendum hic esse ἐπιβῆναι, quomodo etiam hunc locum intellexit Gothofredus. Potest tamen alius quoque afferri sensus horum verborum, quasi dicat Eunomium non modo post abdicationem Episcopatus Cyziceni, verum etiam antea toto vitæ suæ tempore, sacra mysteria nunquam celebrasse. Qui quidem sensus verbis Philostorgii aptius convenit. Certe Holstenius hunc locum ita videtur intellexisse.

VARIORUM.

a Φλωρεντίῳ] Vide lib. 8. cap. 2. *W. Lowth.*

b Καθ' ὃν καιρὸν] Contra hanc Philostorgii Chronologiam, statuunt Pagius & Gothofredus Procopianam tyrannidem contigisse anno 365. De Procopio vid. Socr. lib. 4. cap. 3. & Soz. lib. 6. cap. 8.

ditione ſuperatus eſt: arreptaque fuga Nicæam ſe recepit. Poſtridie vero cum inde diſcedere meditaretur, à Florentio, cui urbis illius cuſtodiam commiſerat, comprehenditur, vinctuſque ad Valentem perducitur. Et Procopius quidem mox capite truncatus eſt, cum ſex menſium ſpatio tyrannidem exercuiſſet. Florentio vero, ne ad vitam quidem ipſius ſervandam ſuffecit proditio. Sed milites eum incendio tradiderunt, ob veterem ſimultatem ei infenſi, propterea quod miſſus à Procopio ad cuſtodiendam Nicæam, multos ipſorum male multaſſet, ut pote qui Valentis partibus faverent.

ἡβᾶτας καὶ φθύγων καταλαμβάνει τὴν Νίκαιαν. τῇ δὲ ἐπαύριον ἀγανοηθεὶς ἐκεῖθεν ἀπαίρειν ὑπὸ Φλωρεντίου, ὃς φρούραρχος ὑπ' αὐτῷ τῆς πόλεως κατέστη, συλλαμβάνεται. καὶ δεσμώτην αὐτὸν ὁ συλλαβὼν πρὸς Οὐάλην ἄγει· ᾧ Προκόπιος μὲν τῆς κεφαλῆς ἀποτέμνεται, ἐπὶ μῆνας ἓξ μετωκειωθεὶς τὴν τυραννίδι. Φλωρεντίῳ δὲ οὐδὲ ἤρκεσεν [1] ἡ σωτήριος προδοσία, ἀλλὰ πυρὶ διδόασιν αὐτὸν οἱ φρατὸς καθ' ὀργὴν παλαιὰν, διότι Φρουρῶν ἐκεῖνος τοῦ Προκοπίου τὴν Νίκαιαν, πολλοὺς αὐτῶν ἐκάκωσεν αἱρουμένους τὰ Οὐάλεντος.

6. Quo tempore Procopius adhuc tyrannidem exercebat, Eunomius ad eum Cyzici tum degentem venit. Porro adventus Eunomii, liberationem poſtulabat eorum qui à Procopio in vinculis detinebantur. Conjecti autem erant in vincula, eo quod Valentis partes amplexi eſſent. Horum propinqui Eunomium coegerant, ut hanc legationem obiret. Eunomius igitur hac legatione ſuſcepta, cum viros illos cuſtodia liberaſſet, ſtatim reverſus eſt. Sub idem tempus is qui à Procopio miſſus fuerat ut inſulam adminiſtraret, Aetium quoque in judicium traxit, accuſatum ab incolis quod Valentis partibus faveret. Et violenta mors calumniam haud dubie ſubſecuta eſſet, niſi quidam ex iis qui in aula Procopii plurimum poterant, eo ipſo tempore ſuperveniens, Aetium gladio ſubtraxiſſet. Etenim is qui miſſus fuerat à Procopio, cognatus erat Herenniani & Gerreſiani. Hi autem fratres erant, & cum Eunomio verſati fuerant, & una cum illo accuſati. Hic igitur pro ea qua præditus erat poteſtate, cum & judici qui eos condemnaverat, minatus eſſet, & capitalem ſententiam quæ in illos lata fuerat reſcidiſſet, eos à criminibus objectis puros atque integros dimiſit. Aetius vero iſtis ſecum aſſumptis, Conſtantinopolim navigavit, atque ibi cum Eunomio ac Florentio vixit. Nec multo poſt diſceſſit è vita, Eunomio os ei occludente, & oculos digitis ſuis comprimente, & reliqua quæ ad funus pertinent, una cum ejuſdem opinionis Sectatoribus ſplendidiſſime procurante.

Aetii obitus.

6. Ὅτε Προκοπίῳ ἔτι τῆς τυραννίδος ἐπεχειρεῖτο, Εὐνόμιος πρὸς αὐτὸν ἐν Κυζίκῳ ἀφίκετο παραγίνεται. ἡ δὲ ἄφιξις, λύσιν ἐπεφέρετο τῶν ἐν δεσμοῖς ὑπ' αὐτῷ κατεχομένων. ὁ δεσμὸς δὲ τούτους ἐπίεζεν, ὅτι πρὸς ἔστεργον τὰ Οὐάλεντος. καὶ οἱ τῶν δεσμίων συγγενεῖς ἐξεβιάσαντο τὸν Εὐνόμιον τὴν πρεσβείαν ὑπελθεῖν. ὁ δὲ, ὑπελθὼν καὶ τοὺς ἄνδρας λύσας, θᾶττον ἐπανῆκεν. ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ Ἀέτιον ὁ [2] τῆς νήσου ἀφ' οὗ Προκοπίου ζαλεὶς ἄρχειν, ἀγαβληθέντα ἀφ' τ' ὀπιχωρίων τὰ Οὐάλεντος αἱρεῖσθαι, εἰς κρίσιν εἶλκε· καὶ θάνατος ἂν βίαιος διεδέξατο τ' ἀγαβολὴν, εἰ μή τις ἀφικόμενος κατ' ἐκεῖνο καιρὸς τῶν ἀφαδιωκευόντων Προκοπίῳ, τὸν Ἀέτιον τῷ ξίφους ἁρπάζει. καὶ γὰρ πρὸς γένους ὢν ὁ καταπεμφθεὶς ἐκ Προκοπίου Ἑρρενιανοῦ καὶ Γερρεσιανοῦ, ἀδελφοὶ δὲ ἦσαν ἔτοι, καὶ τῷ Εὐνομίῳ συνῆσάν τε καὶ συνδιεβέβλητο. [2] οὕτως κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν καὶ τὸν καταδικασάμενον αὐτοὺς ἀπειλήσας, καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς θανατηφόρον ἀνασωσάμενος ψῆφον, καθαροὺς ἀπολύει τῶν ἐπικληθέντων· [3] ὁ δὲ Ἀέτιος τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ συναναλαβὼν, ἐπὶ τ' Κωνσταντίνου πόλιν ἀπαίρει· κἀκεῖ συνὼν Εὐνομίῳ τε καὶ Φλωρεντίῳ, καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον τελευτᾷ, Εὐνομίου [4] τό τε στόμα συνελόντος, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῖς δακτύλοις ἐπιστείλαντος, καί γε καὶ τὴν ἄλλην κηδείαν μετὰ τῶν ὁμοφρόνων τελεσαμένου πρὸς τὸ λαμπρότατον.

Eunomius CPoli pulſus.

7. Dum Eudoxius Marcianopoli moraretur una cum Valente, Clerus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Eunomium ex urbe regia pellendum eſſe decrevit. Eunomius igitur Chalcedonem profectus, Eudoxio

7. Ὅτι κατὰ Μαρκιανούπολιν Εὐδοξίου συνδιατρίβοντος τῷ Οὐάλεντι, ὁ ἐν Κωνσταντινουπόλει Κλῆρος ψηφίζονται ταύτης ἀπελαύνεσθαι [b] τὸν Ἀέτιον. ὁ δὲ τὴν Καλχηδόνα καταλαβὼν, γράφει

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἡ σωτηρίου προδοσία] Jam pridem conjeceram ſcribendum eſſe φλωρεντίῳ δὲ ἐδὲ ἤρκεσεν εἰς σωτηρίαν ἡ προδοσία. Poſtea vero nactus codicem Manuſcriptum Samuelis Bocharti, eam emendationem in margine adſcriptam inveni. In textu vero ita ſcriptum habet idem codex, ἡ σωτηρία προδοσία.

2 Οὕτως δὲ ἔτος] Scribendum puto ἔτος δὲ ἓν κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν. Sed & paulo ante ubi legitur καὶ τῷ εὐνομίῳ συνῆσάν τε καὶ συνδιεβέβλητο, melius, ut opinor, ſcriberetur τῷ Ἀετίῳ. Accuſatus enim, licet falſo, apud Procopium fuerat Aetius, quod partes Valentis foveret, ut paulo ante retulit Philoſtorgius. Eunomio vero id crimen objectum non fuerat. Quo enim modo id objici potuiſſet Eunomio, qui Procopium in agro ſuo Chalcedonenſi occultaverat, & qui Cyzicum profectus fuerat ad Procopium, pro captivis interceſſurus.

3 Ὁ δὲ Ἀέτιος τοὺς] Scribendum procul dubio τούτους, id eſt, *Herrenianum & Gerreſianum*; Qui una cum ipſo accuſati fuerant Aetio.

4 Τό τε στόμα συνελόντος] Rectius in Manuſcripto codice Samuelis Bocharti ſcribitur συνελόντα.

VARIORUM.

a Τῆς νήσου] Inſula hæc erat Lesbos, quo Aetius, relicta Conſtantinopoli, navigaſſet, ut ſupra narratur cap. 4.

Τὸν Ἀέτιον] Non video cur Valeſius hic in ſua Interpretatione *Eunomium* pro Aetio poſuerit, de quo nihil monuit in notis, imo illic de Aetio (æque ac Gothofredus) hæc accepit.

τὸ

1 τὸ συνενεχθὲν Εὐδοξίῳ. ὁ δὲ οὐ μόνον [1]οὐκ ἀπε-
2 γράφη τοῖς γεγραμμένοις, ἀλλ' ὅπ μὴ κ' [2]μείζω
πάθοι δυχεραίνων ἐπεδείκνυτο.

id quod acciderat, per literas significavit. Hic vero, iis quæ scripta fuerant non modo commotus non est, verum etiam palam ostendit, ægre ferre se quod graviora perpessus non fuisset.

8. Οπ συκοφαντῆσί Φησιν Εὐνόμιον, ὡ τῷ οἰ-
κείῳ ἀγρῷ κατακρύψαι τὸν Προκόπιον τὶὼ τυραν-
νίδα παλαμώμενον· καὶ μόλις αὐτὸς τὰς ἀγχο-
λὰς καὶ τὸν ἐνεῖθεν διεκρούσατο θάνατον. ὑπερό-
ριος δ' οὖν εἰς τὶὼ Μαυρουσίδα γῆν ἐκπέμπε-
ται, Αὐξονίου τῆ τῶν πραιτωρίων ἐπάρχου τὴν φυγὴν
3 αὐτῷ ἐπιβαλόντος. ἀλλ' ὁ μὲν [3]χειμῶνος ὄντος
a ἐπήγετο· [a]κατὰ Μοῦρσαν δὲ τῆς Ἰλλυρίδος φθά-
σας, ἧς ἐπίσκοπος ἐτύγχανέ πις Οὐάλης, δεξιώ-
σεώς τε πολλῆς ἀπολαύει, καὶ τῆς ὑποφείας ἀν-
b ακομίζεται, πρὸς τὸν βασιλέα [b]παραγενόπως τῆ
Οὐάλεντος σὺν Δομνίνῳ· τῆς Μαρκιανουπόλεως δὲ
4 ἐπίσκοπος οὗτος ἦν· καὶ τὰ κατ' αὐτὸν [4]δεινοπα-
θῆς ἀναδιδαξάντων. ὥρμησε δὲ ὁ βασιλεὺς, εἰς ὄ-
ψιν μετὰ τὴν ἀνάκλησιν Εὐνομίῳ ἐλθεῖν· ἀλλ' ὁ
Εὐδόξιος τέχναις τὴν θέαν ἐπέχει. μετὰ τῆτο ἦ
εἰς Νίκαιαν ἀφικόμενος ἐπίσκοπον αὐτῇ καθιδρύ-
σαι· ἐτεθνήκει γὰρ Εὐγένιος ὁ ταύτῃ ἐφορβίων·
πρὶν ἢ πέρας ἐπιθεῖναι τῇ βελῇ, τὸν βίον ἐκ-
λείπει. καὶ μετάγεται Δημόφιλος ἀπὸ Βερροίας
ὡ Κωνσαντινοπόλει, Οὐάλεντος τῆ βασιλέως συν-
5 οδικὴν [5]ὑποκειναμένε ψῆφον.

8. Quidam, ut ait Philostorgius, Eunomium calumniati sunt, quod in agro suo Procopium occultasset, tyrannidem arripere meditantem. Quam calumniam, mortemque ob id intentatam, ægre admodum effugit Eunomius. Exsul tamen missus est in Mauritaniam; Auxonio Præfecto Prætorii hanc ei pœnam irrogante. Et Eunomius quidem, dum hyemis tempestas sæviret, abductus est in exsilium. Sed cum Mursam Illyrici urbem venisset, cujus urbis Episcopus erat Valens quidam, humaniter admodum exceptus est, & ab exsilio revocatus: cum Valens Imperatorem adiisset una cum Domnino Marcianopolis Episcopo, & Eunomii causam multo cum affectu exposuissent. Cæterum Imperator post revocationem Eunomii, eum in conspectum suum admittere cupiebat. Verum Eudoxius quibusdam artibus hunc congressum inhibuit. Post hæc vero Nicæam profectus ut Episcopum illic ordinaret, mortuus enim erat Eugenius urbis illius Episcopus: priusquam huic negotio finem imposuisset, abiit è vita. Demophilus vero à Berrœa translatus est Constantinopolim, Imperatore sententiam synodi comprobante.

Eunomii Exilium.

Eudoxius moritur.

9. Οτι φησὶν ὁ Βοεσσῷ, κώμη δὲ τῆς δευ-
c τέρας Καππαδοκίας τὸ χωρίον, [c]πρεσβύτερος Ἀνύ-
σιος ὤκει, ὑὸὺς μὲ τέσσαρας ἔχων, θυγατέρα δὲ
6 μίαν, [6]ἧς Εὐλάμπιος μὲν ἡ ὀνομασία. Φιλοσόργιον
δὲ ἐγένατο τὸν ταῦτα γεγραφόπα. ὁ δὲ ταύτης
ἀνὴρ Καρτέριος ὄνομα, τὴν Εὐνομίε δόξαν ἐτίμα·
ᾗ πείθει τὴν γυναῖκα πρὸς τὴν αὐτῆ μεταθάξα-
γνώμιν· καὶ γὰρ ἐκ πατρὸς ᾗ μητρὸς αὕτη τὸ
ὁμοήσιον ἔσεργεν· ἡ δὲ πεισθεῖσα, τοὺς ἀδελφοὺς
σωεφέλκεται· εἶτα κῆ μέρος ᾗ τ πατέρα ᾗ τὲς
ἄλλους οἰκείους.

9. Ait Philostorgius Borissi, qui vicus est secundæ Cappadociæ, Anysium quemdam presbyterum vixisse, qui quatuor habebat filios, filiam vero unicam quæ Eulampia dicebatur: ex qua natus est Philostorgius hujus historiæ Scriptor. Ejus autem vir Carterius nomine, Eunomii sectam sequebatur. Is uxori suæ persuasit, ut ad opinionem suam desciscceret. Illa enim tam ex paterno, quam materno genere, consubstantialem Patri Filium profitebatur. Mulier vero mariti persuasionibus inducta, fratres primum, exinde patrem ac reliquos paulatim propinquos suos in eamdem sententiam pertraxit.

Philostorgii parentes.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Οὐκ ἀπεγράφη τοῖς γεγραμμένοις] Non dubito quin scribendum sit οὐκ ἐπεγράφη. Id est, *Eudoxius vero ea quæ ab Aetio ad ipsum scripta fuerant, non modo non attendit, vel non curavit.* Id enim significat verbum ἐπιγράφεσθαι, ut docet Suidas.

2 Μείζω πάθος δυχεράνων ἀπεδείκνυτο] Hujus loci emendatio debetur codici Samuelis Bocharti. Quem ego antequam nactus essem, πάθοι emendaveram. Ita enim legendum esse ipsa syntaxis docet.

3 Χειμῶνος ὄντος ἐπήγετο] Scribendum procul dubio est ἀπήγετο, id est, *in exilium abducebatur.*

4 Δεινοπαθῶς ἀναδιδαξάντων] In codice Samuelis Bocharti scriptum inveni ἀναδειξάντων. Vulgatam tamen scripturam magis probo.

5 Ὑποκειναμένε ψῆφον] Scribendum puto ἐπικειναμένου. Id est, *comprobante, & confirmante.* Id enim significat vox ἐπικεῖνεν, ut testantur Grammatici. Porro notandum est electionem Episcoporum, præcipue Patriarchalium sedium, ab Imperatoribus confirmatam fuisse. Cujus rei illustre exemplum est in libro primo Historiæ Philostorgii, ubi agit de electione Athanasii. συνοδικὴν autem ψῆφον ideo vocat, quod in Synodo facta fuisset hæc electio. Certe Patriarchas in Synodo Episcoporum electos & ordinatos fuisse, ostendi in libro 3. Observationum Ecclesiasticarum, capite ultimo.

6 Ἧς εὐλάμπιος μὲν ἡ ὀνομασία] Non dubito quin scribendum sit εὐλάμπιον. Nam fœminarum nomina neutro interdum genere efferebantur. Sic Eustochium, & similia prope infinita.

VARIORUM.

a Κατὰ Μοῦρσαν τῆς Ἰλλυρίδος] Sive Pannoniæ, quæ Illyrici Provincia erat, urbs illustris profligatione Magnentii tyranni, Sozom. l. 4. cap. 7. n. a. & Valente hoc Episcopo Mursensi Ariano, infensissimo Athanasii hoste: de quo cum multa occurrant passim sub Constantio, illud de eo modo notandum est, eum eodem hoc tempore, anno Chr. 369 in occidente damnatum, Damaso Episcopatum Romanum gerente, ut discere licet ex Athanasio ad Epictetum Episcopum Corinthium. *Gothofred. in loc.* De Eugenio Ep. Nic. Vid. Soz. pag. 139. not. 1. De tempore obitus Eudoxii, Socr. pag. 230. not. 2.

b Παραγενόπως] Legendum παραγενότος. *W. Lowth.*

c Πρεσβύτερος υἱὸς ἔχων] Nempe hac adhuc tempestate alicubi, & quidem in Cappadocia, Presbyteri uxorati fuere, liberosque susceperе; quod etiam testatur Epiphanius hæresi Catharorum 50. n. 4. (etsi id ipse improbet) & Hieronymus Epist. ad Demetriadem; & lib. 1. adversus Jovinianum. *Gothofred. in locum.* Poterat tamen Anysius uxorem morte amisisse ante ordines susceptos, quod sæpius factum.

Demophilus Ep. CP.

10. Demophilum, ut ait Philoſtorgius, in ſede Conſtantinopolitana præcipue collocavit Theodorus Epiſcopus Heracleæ. Hic enim præ cæteris conſecrationis hujus privilegium habere videbatur. Porro dum Demophilus in Epiſcopali ſede collocaretur, multi ex populo qui tum aderant, non DIGNUS acclamarunt, ſed INDIGNUS.

10. Οτι Δημόφιλόν φησιν, ἐγκαθίσαται τῇ Κωνσταντινουπόλει ὑπὸ Θεοδώρου μάλιστα τῦ Ἡρακλείας ἐπισκόπυ· ἐδόκει γὰρ τὸ πρωτόμυον ἔθνος ἔχειν τῆς τοιαύτης ἱερυργικῆς ἐνεργείας· πολλοὶ ἦ τοῦ παρόντος ὄχλυ, ἐπὶ τῇ τοῦ Δημοφίλου καθιδρύσει, [a] ἀντὶ τοῦ ΑΞΙΟΣ, [b] ἀνεβόων τὸ ΑΝΑΞΙΟΣ. a b

Eunomius Naxum relegatus.

11. Poſt Auxonium Modeſtus promotus Præfectus Prætorii, cum Eunomio infenſus eſſet, ut ait Philoſtorgius, indicta cauſa eum damnavit, ut qui Eccleſias ac civitates perturbaret; & in inſulam Naxum eum relegavit.

11. Οτι μὲν Αὐξόνιον [c] Μόδεστος ἔπαρχος καθαρὰς, ἢ ἀπεχθῶς, φησιν, ἔχων πρὸς Εὐνόμιον, ἐρήμιν αὐτοῦ καταδικάσατο, ὡς τὰς ἐκκλησίας ἢ τὰς πόλεις ἐκταράσοντος· καὶ [1] εἰς Ἀξίαν αὐτὸν φυγαδεύει τὴν νῆσον. c 1

Cæſarea, olim Mozoca dicta.

12. Cæſarea prius Mozoca nominata eſt, à Moſoch gentis Cappadocum Principe id nomen trahens. Progreſſu vero temporis per inflexionem Mazaca appellata eſt.

12. Οτι Μάζακα τὸ πρῶτον ἐκαλεῖτο ἡ Καισάρεια, ἀπὸ Μοσὸχ ἕ Καππαδοκῶν γενάρχυ ἐλκυσαμένη τὸ ὄνομα. τῷ χρόνυ δὲ παρθυμένε, κατ' παρέγκλισιν ἤδη Μάζακα προσωνόμασαι. 2

Cyzicenorum Epiſcopus homouſiaſtes.

13. Ex quo Eunomius Cyzicum reliquerat, nullus adhuc Epiſcopus, ut ſcribit Philoſtorgius, in ejus locum fuerat ſubrogatus. Demophilus vero, cum Epiſcopi ordinandi cauſa, una cum Dorotheo aliiſque Cyzicum veniſſet, nihil perficere potuit, propterea quod incolæ illius urbis ſimilem ſecundum ſubſtantiam conſtantiſſime profiterentur, ex doctrina atque inſtitutione Eleuſii, qui hanc opinionem confirmaverat. Sed cum Demophilus & qui cum illo erant, Cyzicenorum proteſtationem admiſiſſent, & Aetium Eunomiumque anathemate damnaſſent: id enim erat proteſtatio: & Eunomium tum orationibus, tum ſcriptis publice Anomœum

13. Οτι πρὸ Εὐνομίυ φησὶ λιπόντος τὴν Κύζικον, οὐδεὶς τέως ἀντικατέστη ἐπίσκοπος· Δημόφιλος δὲ [3] σὺν Δωροθέῳ καί τισιν ἄλλοις ἀφικόμενος ἐγκαθέζεσαι, οὐδὲν περαίνειν ἠδύνατο, διὰ τὸ τοὺς ἐν αὐτῇ, τὸ κατ' οὐσίαν ὅμοιον ἐκ τῦ Ἐλευσίυ διδαγμάτων, [4] τὴν δόξαν κρατύναντας, προσβάλλειν εἰς τὸ ἀμετάθετον. Δημοφίλυ δὲ καὶ τῦ σὺν αὐτῷ τὴν τῦ [5] Κυζικηνῶν ἀναδεξαμένων πρόκλησιν, καὶ τὸν Ἀέτιον ἢ Εὐνόμιον ἀναθεματισάντων, τῦτο γὰρ ἡ πρόκλησις, [6] ἀνόμοιόν τε τὸν Εὐνόμιον δημοσίοις καὶ λόγοις ἢ γράμμασιν 3 4 5 6

VALESII ANNOTATIONES.

1 Εἰς ἀξίαν τὴν νῆσον] In Manuſcripto codice Samuelis Bocharti ſcriptum inveni εἰς ναυξίαν, corrupte pro ναξίαν. Sic recentiores videntur nominaſſe Inſulam maris Ægæi, quæ prius Naxus vocabatur.

2 Ὅτι μάζα κατὰ πρῶτον] Rectius in Manuſcripto codice Samuelis Bocharti ſcriptum eſt μάζακα τὸ πρῶτον ἐκαλεῖτο ἡ Καισάρεια. Idem error occurrit apud Sozomenum in libro 5. cap. 4. Apud Hieronymum quoque in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis μάζα dicitur. Sic enim habet vetus Lugdunenſis editio, quæ penes me eſt. *Baſilius Cæſarea Cappadociæ quæ prius Maza vocabatur Epiſcopus*, &c. Videtur tamen in Philoſtorgio ſcribendum eſſe μάζακα τὸ πρῶτον, &c.

3 Σὺν Δωροθέῳ] Hic Dorotheus Epiſcopus erat Heracleæ in Thracia, qui Demophilum Conſtantinopolitanum Epiſcopum conſecrarat, ut ſupra retulit Philoſtorgius in cap. 10. hujus libri, ubi Theodorus perperam nominatur. Qui locus Gothofredum in graviſſimum errorem induxit. Putavit enim Theodorum hunc à quo Demophilus eſt ordinatus; & qui poſtea Antiochenus & Conſtantinopolitanus Epiſcopus fuit, eundem eſſe cum Theodoro illo Heracleota, Arianorum Principe, qui in Synodo Sardicenſi condemnatus eſt, & cujus mentionem facit Hieronymus inter Scriptores Eccleſiaſticos. Atqui Theodorus Heracleotes, cujus meminit Hieronymus, & qui Synodi Sardicenſis ſententia damnatus eſt, obiit regnante Conſtantio, circa annum Chriſti 358. Eique in Epiſcopatu ſucceſſit Hypatianus, ut notavi ad librum ſecundum hiſtoriæ Socratis Scholaſtici cap. 29. Mortuo demum Hypatiano, principatu Valentis Auguſti, ſucceſſit Dorotheus, is qui Demophilum Conſtantinopolitanum Epiſcopum conſecravit. Sic enim eum appellat Socrates & Sozomenus & Philoſtorgius infra, in hoc libro. Sed & ipſe Philoſtorgius, quod non animadvertit Gothofredus, Theodorum Heracleotem perſpicue diſtinguit à Dorotheo Heracleote; nam in libro octavo capite 17. enumerans Epiſcopos qui inter Homœuſianos celeberrimi exſtiterant, primo quidem loco nominat Theodorum Epiſcopum Heracleæ, & Georgium Laodiceæ. Alios deinde recenſet, qui poſt illos vixerunt, Euſtathium Sebaſtenum, Baſilium Ancyranum, Macedonium Conſtantinopolitanum, & Eleuſium Cyzicenum. Vides Theodorum hoc loco longe differre à Dorotheo; neque enim Dorotheus Euſtathium, & Macedonium, atque Eleuſium ætate anteceſſit.

4 Τὴν δόξαν κρατύναντας] In Manuſcripto codice Samuelis Bocharti ſcriptum inveni κρατύναντος. Poſſet etiam ſcribi κρατύναντος, ſupple ἐλευσίυ. Quam ſcripturam in interpretatione mea ſum ſequutus.

5 Κυζικηνῶν πρόκλησιν] Hunc locum non intellexit Gothofredus, ut ex interpretatione, & Annotationibus ejus apparet. Cujus interpretationem recte Lucas Holſtenius correxit, hoc modo: *Cum igitur Cyzicenorum provocationem Demophilus, iique qui cum eo erant, admiſiſſent, & Aetium Eunomiumque Anathemate perculiſſent*, &c. πρόκλησις eſt provocatio, ut exponitur in gloſſis Græco-latinis. Malim tamen hoc loco vertere, *Proteſtationem*. Neque enim Cyziceni appellationem tunc ullam interpoſuerunt: ſed potius obſtiterunt Demophilo, qui Epiſcopum ipſis ordinaturus advenerat, proteſtatique ſunt nunquam ſe paſſuros, ut Epiſcopum ipſis ordinaret, niſi prius Aetium & Eunomium ſub anathemate damnaſſet. Quam conditionem cum admiſiſſet Demophilus, & Aetio atque Eunomio anathema dixiſſet, poſtea Epiſcopum Cyzicenis conſecravit eum, quem Cyziceni ſuffragio ſuo nominaverant.

6 Ἀνόμοιόν τε τὸν εὐνόμιον] Ferri quidem poteſt vulgata ſcriptura, cum Eunomius ἀνόμοιον, id eſt, *diſſimilem Patri Filium palam aſſeruerit*, ejuſque ſectatores anomœi ſint appellati. Non diſplicet tamen conjectura, quam in margine codicis Bochartiani eadem manu adſcriptam inveni ad vocem ἀνόμοιον. ἴσως ἀνόμιον; eſt enim elegans paronomaſia, ut Anomius dicatur pro Eunomio.

VARIORUM.

a Ἀντὶ τοῦ ΑΞΙΟΣ] Solennis Acclamatio in electione Epiſcopi: Vid. Euſebium lib. 6. cap. 29. de electione Fabiani in Epiſcopum Romanum. *W. Lowth.*

b Ἀνεβόων τὸ ΑΝΑΞΙΟΣ] Ita milites de Galba in Imperatorem electo, clamaverunt ὦν ἄξιος. Plutarchus in vita Galbæ. *W. Lowth.*

c Μόδεστος] De hoc Modeſto vid. Socr. p. 231. not. a.

ἀναχω-

ἀναχυρξάντων, καὶ τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ δὴ καὶ τοὺς τὰ δόγματα ἐκείνων μαθήματα, ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἀρὰν ποιησαμένους, ὑφίσανται τὴν χειροτονίαν· οὐχ ἕτερόν τινα ταύτην ἐλθεῖν ἀναχόμενοι, ἀλλ' ὃν αὐτοῖς αἱ ψῆφοι προσέταττον· ὁ δέ γε χειροτονηθεὶς, εὐθὺς λαμπρῶς ἐκήρυττε τὸ ὁμοούσιον.

appellassent, fidemque eorum & cunctos qui eorum doctrinam amplecterentur, eidem anathemati subjecissent, tandem Cyziceni ordinationem admiserunt, neminem alium ad Episcopatum promoveri passi, nisi quem ipsorum suffragia prætulissent. Cæterum is qui ordinatus est, illico consubstantialem Filium palam prædicavit.

14. Οπ τελευτήσαντος Εὐζωΐου τῆς Ἀντιοχείας, ὁ Δωρόθεος ἐξ Ἡρακλείας τῆς Θρᾴκης πρὸς μιᾷ τὸν ἐκείνου μεθίσαται θρόνον. Διασύρει δὲ τόν τε Δημόφιλον καὶ Δωρόθεον ὁ συγγραφεὺς, τὸν μὲν ἀλαζονέστατον λέγων, τὸν δὲ Δημόφιλον φύρειν τε πάντα καὶ συγχεῖν ἀκρατέστατον, καὶ μάλιστά γε τὰ ἐκκλησιαστικὰ δόγματα· ὥστε ποτὲ μὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησιάζοντα φάναι, τὸ σῶμα τοῦ υἱοῦ ἀνακραθὲν τῇ θεότητι, εἰς τὸ ἀδηλότατον κεχωρηκέναι, ὃν τρόπον καὶ γάλακτος ξέσης τοῦ παντὸς ἡ θαλάσσης ἐμπεσὸν συγήματι. παῖς δ' ἦν ἡ Θεσσαλονίκη τοῦ Δημοφίλου, ἐν τὸ ἄλλο γένος οὐκ ἄσημον. πρὸς δὲ τῶν λεγομένων Εὐνομιανῶν πολὺς ἔρρει ταῖς κακώσεσιν ὁ Δημόφιλος.

14. Mortuo Euzoio Antiochensi Episcopo, Dorotheus ex Heraclea Thraciæ in ejus sedem translatus est. Utrumque porro, tam Demophilum, quam Dorotheum perstringit Philostorgius: hunc quidem vanissimum appellans: Demophilum vero miscere omnia & confundere solitum, ac præcipue Ecclesiastica dogmata. Adeo ut quodam tempore, dum sermonem haberet ad populum Constantinopoli, dixerit corpus Christi permixtum divinitati penitus evanuisse, eo modo quo lactis sextarius in universum maris elementum conjectus evanescit. Cæterum Demophilus ortus fuit ex urbe Thessalonica, genere haud ignobili. Idem Eunomianis admodum infensus, gravissimis malis eos affecit.

Dorotheus Ep. Antioch.

15. Οπ τοὺς Οὐάλεντος χρόνους, τὰ Ἑλληνικῶν χρηστηρίων τοῖς προσοῦσιν ἀνεδίδοντο ψῆφοι κατάστικτοι γράμμασιν· ἃ συντιθέμενα, τοῖς μὲν τὸν Θεοδόσιον ἐδόκει δηλοῦν, τοῖς δὲ τὸν Θεόδουλον, ἢ τὸν Θεόδωρον, ἢ τινὰ ἄλλον τοιοῦτον. μέχρι γὰρ τοῦ δέλτα τῶν γραμμάτων οἱ τύποι προήγοντο, λοξὰς τῶν δαιμόνων, ὡς εἰώθασιν, ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν πεπομμένων, ἐν ἀναχωρήσει τῆς ἀποτυχίας τὰς ἀναῤῥήσεις ποιουμένων. διὸ καὶ Θεόδωρός τις ἐξαπατηθεὶς τῇ ἀπάτῃ, καὶ τυραννίδος ἐπιβαίνειν ἐξάμενος, θᾶττον σὺν τοῖς ἑπομένοις ἀπώλετο· μεθ' ὧν καὶ τῶν ἀναιτίων οὐκ ὀλίγους δίκας Οὐάλης ἀπήτησεν, ὅτι τοῖς αὐτοῖς ἡ ἀρχὴ τῶν ὀνόματος δι' ἐκείνων τῶν γραμμάτων ἀνεγινώσκετο.

15 Valentis temporibus, Gentilium oracula iis qui ipsa consuluerant, calculos quosdam dederunt certis literis insignitos. Literæ inter se junctæ, aliis Theodosium, aliis Theodulum aut Theodorum, sive alium quempiam designare videbantur. Nam figuræ literarum ad δ usque progrediebantur, Dæmonibus obliqua, ut solent, responsa dantibus, in perniciem eorum qui fidem illis habent, & ad effugium mali eventus. Unde & Theodorus quidam apud Syros in fraudem inductus, cum tyrannidem invadere cœpisset, statim cum iis qui ipsum secuti fuerant, exstinctus est. Cum illis vero multos quoque innocentes Valens supplicio affecit, eo quod ipsorum nomina ab his literis incipiebant.

De Valentis successore oracula. *Socr. lib. 4. cap. 19.* *Soz. lib. 6, cap. 35.*

16. Οτι Οὐαλεντινιανὸς τελευτᾷ, βασιλεύσας ἔτη δυοκαίδεκα· καὶ κληρονόμον τῆς ἀρχῆς Γρατιανὸν τὸν παῖδα καταλείπει. κατέλιπε δὲ καὶ ἑτέρους δύο παῖδας, Γάλλαν τε θυγατέρα, καὶ Οὐαλεντινιανὸν, τέτταρά πω γεγονότα ἔτη.

16. Valentinianus Imperator moritur, cum annos duodecim imperasset, & Gratianum filium heredem Imperii reliquit. Reliquit etiam duos alios liberos, Gallam scilicet filiam, & Valentinianum juniorem quatuor circiter annos natum. Quem il-

Valentinianus sen. obit. junior ei succedit.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Οὐχ ἕτερόν τινα ταύτην ἐλθεῖν] Deesse videtur præpositio, quæ suppleri potest hoc modo: *οὐχ ἕτερόν τινα ἐπὶ ταύτην ἐλθεῖν ἀναχόμενοι.*

2 Λαμπρῶς ἐκηρύττετο] Codex Bocharti auctior hic est & emendatior. Sic enim habet, *εὐθὺς λαμπρῶς ἐκήρυττε τὸ ὁμοούσιον.*

3 Καὶ τῶν ἀναιτίων οὐκ ὀλίγους] Non dubito quin scribendum sit hoc loco, *τῶν ἀναιτίων.* Id est, *Una cum illis multos quoque innocentes Valens supplicio affecit.* Emendationem nostram confirmat MS. codex Bocharti, in quo scriptum est *τῶν ἀναιτίων*, prout legendum esse conjeceram.

4 Τέτταρά πω ἔτη] In MS. codice Samuelis Bocharti scriptum inveni, *τέτταρά τω ἔτη*: quod licet exiguum sit, haud quaquam tamen negligendum putavi. Cæterum de ætate Valentiniani junioris, consentit etiam Ammianus Marcellinus in libro tricesimo, sub finem; & Victoris Epitome, & Zosimus ac Zonaras. Natus est igitur Valentinianus Junior anno Christi 371. Cæterum ab hoc Valentiniano juniore, qui filius fuit majoris Valentiniani, distinguendus est Valentinianus alter, filius Valentis Augusti, ut jam pridem observavi, tum in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum, tum in Annotationibus ad Socratem.

VARIORUM.

a Ὁ Δωρόθεος] Idem qui Theodorus, inverso nomine promiscue, ut supra, cap. 10, & 13. hujus lib. & apud Socr. lib. 4. cap. 35. & Sozom. lib. 6. cap. 37. in fin. & lib. 7. cap. 14. Mortem Euzoii refert Socrates loc. cit. ad ann. Chr. 376. *Gothofred.*

b Πατρὶς δὲ ἦν ἡ Θεσσαλονίκη τῷ Δημοφίλῳ] Berreæ propre Thessalonicam locus erat aut nativitatis, aut saltem Episcopatus Demophili, ut patet ex cap. 8, & 19. hujus lib. De Demophilo *v.* plura mox in Fragmento è Suida.

lico tum mater Juſtina, tum exercitus qui in Pannonia erat, Imperatorem crearunt. Et Gratianus quidem hanc nuncupationem cum didiciſſet, eo quod abſque conſenſu ipſius facta fuerat, non probavit. Quoſdam etiam qui id tentare auſi fuerant, ſupplicio affecit. Fratrem nihilominus conſortem Imperii habere non renuit, & patris erga eum vicem implevit.

Valens bello Scythico perit.

17. Scythæ qui trans Iſtrum poſiti ſunt, ab Hunnis bello appetiti, & ſedibus ſuis expulſi, in Romanorum ditionem ſpecie amicitiæ trajecerunt. Porro Hunni, iidem videntur eſſe qui ab antiquis Neuri vocabantur, ad Ripæos montes ſiti, ex quibus ortus Tanais fluvius, in Mœotidem paludem aquas ſuas evolvit. Scythæ vero in Romanorum ſolum transgreſſi, cum initio moderate ſe geſſiſſent erga Romanos, tandem ad latrocinandum converſi ſunt, ac deinde bellum iis intulerunt, nullo prius miſſo qui bellum indiceret. Quæ cum accepiſſet Valens, ſtatim Antiochia digreſſus eſt. Cumque veniſſet Conſtantinopolim, in Thraciam perrexit. Ubi prælio congreſſus cum Barbaris, multiſque ſuorum amiſſis, contento curſu fugam arripuit. Ultima tandem neceſſitate oppreſſus, & ad inopiam conſilii redactus, in agreſti quadam caſa qua fœnum conditum erat, una cum paucis qui ipſum ſequebantur, ſe ſe occultavit. At Barbari qui eum perſequebantur, tum obvia quæque, tum tugurium illud incenderunt, nihil penitus de Imperatore ſuſpicati. Et Valens quidem hunc in modum ſublatus eſt, numeroſiſſima ac fortiſſima Romani Imperii parte ſimul amiſſa. Barbari vero univerſam Thraciam abſque ullo deinceps metu pervaſtarunt, duce Fritigerno. Porro Gratianus patruum quidem ſuum luxit, & Romanorum calamitatem deflevit. Theodoſium vero cum Imperatorem renuntiaſſet, ad regendum patrui Imperium miſit. Hic Theodoſius patriam habuit Hiſpaniam, quæ nunc Iberia appellatur; Ibero ſcilicet fluvio qui per eam fluit, priorem appellationem abolente.

Theodoſius Imp.

Eunomiani Epiſcopi.

18. Mortuo Theodulo Chæretapenſi, qui Palæſtinæ erat Epiſcopus, Eunomius Carterium in ejus locum ordinavit. Qui cum brevi poſtea ex hac luce migraſſet, Joannes in ejus locum ſubrogatus eſt. Cum hoc Joanne idem Eunomius & Arrianus atque Euphronius, relicta Conſtantinopoli, in Orientem profecti ſunt, ut & Julianum ex Cilicia illuc adducerent, & Theophilum Indum Antiochiæ convenirent, & totius Orientis ſtatum ordinarent.

ὃν αὐτίκα ἥπτε μήτης Ἰουſτῖνα, καὶ ὁ κατὰ Παιονίαν ϛρατὸς βασιλέα ποιεῖ. Γρατιανὸς μὴν τὴν ἀναγόρθωσιν μαθὼν, ὅτι μὴ ἀφ' ἑνὸς γνώμης αὐτῷ γέγονεν, οὐκ ἐπῄνεσεν, ἀλλὰ καί [a] τινας τῶν 1 a
αὐτοῦ νεωτερισάντων ἐκολάσατο· ὅμως ἔϛερξε τὸν ἀδελφὸν [a] ἔχειν βασιλεύοντα, ϗ πατρὸς αὐτῷ τάξιν 2
ἀποπληροῦν.

17. Οτι οἱ πέραν τοῦ Ἴϛρου [b] Σκύθαι, τῶν b
Οὔννων αὐτοῖς ἐπιϛρατευσάντων ἀνάϛατοι γενόμενοι, καὶ εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν εἰς Φιλίαν ἐπεραιώθησαν. εἶεν δ' ἂν οἱ οὗτοι, οὓς οἱ παλαιοὶ Νεύρους ἐπωνόμαζον, καὶ ἀφ' τὰ Ῥιπαῖα καλούμενα ὄρη, ἐξ ὧν ὁ Τάναϊς εἰς τὴν Μαιώτιδα λίμνην καταϲυρόμενος τὸ ῥεῖθρον ἐκδίδωϲιν. οἱ δέ γε Σκύθαι μεταναϛάντες ἀπὸ τῆς μέτεϊσι τὰ πρῶτα εἶναι τοῖς Ῥωμαίοις, εἰς τὸ ληϊζεύειν ἐτράποντο· εἶτα καὶ πόλεμον ἀκήρυκτον εἵλοντο. Οὐάλης δὲ ταῦτα πεπυσμένος, ἐξ Ἀντιοχείας ἀπαίρει· ϗ κατὰ Κωνϛαντινούπολιν γενόμενος ἐπὶ Θρᾴκην ἐλαύνει· καὶ μάχῃ συμπλακεὶς τοῖς Βαρβάροις, καὶ πολλοὺς ἀποβαλών, ἀνὰ κράτος φθύγει· καὶ πάσῃ ϲυχεθεὶς ἀμηχανίᾳ καὶ ἀπορίᾳ, ἔν τινι τῶν χθαμαλῶν οἰκημάτων χόρτον φέροντι, ϲυὼ ὀλίγοις τοῖς ἑπομένοις καταϰρύπτει ἑαυτόν. οἱ δὲ Βάρβαροι καταδιώκοντες, ὥϲπερ τὰ ἄλλα τῶν ἐν ποϲὶν, οὕτω καὶ τὸ οἴκημα πυρὸς δαπάνῃ ἐτίθεντο, [3] οὐδεμίαν τοῦ βασιλέως λαβόντες ὑπόνοιαν. ἀλλ' 3
ὁ μὲν οὕτως ἠφάνιϲται, τὸ πλεῖϲόν τε ϗ κράτιϲον τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ϲυναποκειράμενος. οἱ δὲ Βάρβαροι πᾶϲαν ἀδεῶς τὴν Θρᾴκην ἐληΐζοντο, φειτιγέρνους αὐτοὺς ἄγοντος. ὁ δὲ Γρατιανὸς ἐκόψατο μὲν τὸ θεῖον, ἐθρήνησε δὲ τὴν Ῥωμαίων ϲυμφοράν· Θεοδόϲιον δὲ βασιλέα χειροτονήϲας, εἰς τὴν τοῦ θείου βασιλείαν ἀναπέμπει. ὁ δὲ Θεοδόϲιος τὰς Ἰϐηρίας μὲν εἶχε πατρίδα, ἃς νῦν Ἰβηρίας καλοῦϲι, τοῦ δ' αὐτῶν ῥέοντος Ἴβηρος ποταμοῦ τὴν ϖρότερον ἐπικλήϲαντος ὀνομαϲίαν.

18. Οτι τελευτήϲαντος Θεοδούλου τοῦ ἀπὸ Χαιρετάπων· τῆς Παλαιϲτίνης δ' ὄντος ἐπεϲκόπου· οἱ ἀμφὶ τὸν Εὐνόμιον, Καρτέριον αὐτοῦ χειροτονοῦϲι· τοῦ δὲ θᾶττον τελειωθέντος, Ἰωάννην ἀντικαθιϲτῶϲι· καὶ ϲὺν αὐτῷ ἀπὸ Κωνϛαντινουπόλεως αὐτός τε Εὐνόμιος καὶ Ἀρριανὸς ϗ Εὐφρόνιος ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἀφικνοῦνται, ὡς ἐκεῖϲε τόν τε Ἰουλιανὸν ἐκ τῆς Κιλικίας ἄξοντες, ϗ Θεόφιλον τὸν Ἰνδὸν ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ καταληψόμενοι, καὶ τὰ τῆς ἄλλης ἑῴας καταϲηϲόμενοι.

Valesii Annotationes.

1 Τινὰς τῶν αὐτοῦ νεωτερισάντων] Gothofredus legiſſe videtur, τῶν τοῦτο νεωτερισάντων: ſic enim vertit: *Sed & quoſdam, qui id aggreſſi fuerant, punivit.* Videtur tamen aliquod mendum hic latere, ac fortaſſe ſcribendum eſt, καθ' αὐτοῦ νεωτερισάντων, &c. niſi αὐτοῦ ſumatur adverbialiter pro *illic*, id eſt, *in Pannonia*.

2 Ἔχειν βασιλεύοντα] Melius ſcriberetur ἔχειν συμβασιλεύοντα.

3 Οὐδεμίαν παρὰ τῆς βασιλέως] Scribendum eſt procul dubio οὐδεμίαν περὶ τοῦ βασιλέως λαβόντες ὑπόνοιαν.

Variorum.

a Τινας — ἐκολάσατο] Hoc unus Philoſtorgius habet. Quare hæc inter alias ejus in Gratianum calumnia cenſenda eſt; in quem cæteroquin iniquior fuit ob rationes dictas l. 8. cap. 8. & lib. 10. cap. 5. *Gothofred.* De obitu Valentiniani Senioris vid. Socr. lib. 4. cap. 31. & Soz. lib. 6. cap. 36.

b Σκύθαι] De Scythis ſeu Gothis ab Hunnis devictis, & ad Romanos confugientibus vid Socr. lib. 4. cap. 33, 34. Soz. l. 6. cap. 37. de Valentis adverſus eos profectione & interitu, Socr. l. 4. c. 38. Soz. lib. 6. cap. 39, 40. de Theodoſio in conſortium Imperii à Gratiano adſcito Socr. lib. 5. cap. 2. Soz. l. 7. cap. 2.

19. Οτι

2 19. Οτι Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς κατὰ Σίρμιον τοῖς βαρβάροις συμβαλών· ἐπεὶ γὰρ αὐτίκα τοῦ λαβεῖν τὴν ἀρχὴν τῆς χρείας ἀπαιτούσης παρεγένετο· καὶ νικήσας μάχῃ, ἐνεῖθεν λαμπρῶς ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἄνεισι. καὶ τοῖς μὲν τὸ Ὁμοούσιον φρονοῦσι, τῶν ἐκκλησιῶν ἐπιτρέπει τὴν θεραπείαν· Ἀρειανοὺς δὲ καὶ Εὐνομιανοὺς ἀπελαύνει τῆς πόλεως, ὧν εἷς ἦν καὶ ὁ Δημόφιλος· ἀπελαθεὶς ἦν, τὴν ἑαυτοῦ πόλιν καταλαμβάνει τὴν Βέρροιαν. καὶ Ὑπάτιος δὲ τῆς Νικαίας ἐκβληχθεὶς, πρὸς τὴν γενναιοτάτην Κύρον τῆς ἐν Συρίᾳ παρεγένετο. ἀλλὰ καὶ Δωρόθεος τῆς Ἀντιοχείας ἀπελαθεὶς, τὴν Θρᾴκην, ὅθεν ἐγεγόνει, κατέλαβεν. καὶ ἄλλοι δὲ ἀλλαχόθι διεσκάρησαν.

19. Theodosius Imperator juxta urbem Sirmium congressus cum barbaris: eo enim simul atque Imperium accepisset, utilitate publica id exigente, profectus fuerat: victis prælio Barbaris, exinde Constantinopolitanam urbem cum ingenti pompa ingressus est. Et Homousianis quidem Ecclesiarum curam commisit. Arianos vero & Eunomianos urbe expulit. Ex quorum numero fuit etiam Demophilus: Qui cum ejectus fuisset, ad civitatem suam Berroeam se contulit. Hypatius quoque Nicæa expulsus, Cyrum Syriæ ex qua erat oriundus se recepit. Sed & Dorotheus Antiochia ejectus, in Thraciam unde originem ducebat, demigravit. Alii denique in alia dispersi sunt loca.

Theodosius victis barbaris, Homousianos restituit.

ΕΚ ΤΗΣ ΔΕΚΑΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

EX LIBRO DECIMO HISTORIÆ.

1. Οτι Δωρόθεος μὲν, ὡς ἐρρήθη, τῆς Ἀντιοχείας ἠλάθη· οἱ δὲ ταύτης πρεσβύτεροι Ἀστέριος καὶ Κεισπῖνος, καὶ τὸ ἄλλο πλήρωμα συνεδριάσαντες, συμπαρόντων αὐτοῖς καί τινων τῶν πλησίον πόλεων ἐπισκόπων, πέμπουσι πρὸς τοὺς ἀμφὶ τὸν Εὐνόμιον, τὴν κοινωνίαν αὐτῶν ἐπιζητοῦντες. οἱ δὲ ἀντεπιστέλλουσι, μὴ ἄλλως αὐτοὺς προσδέξασθαι, εἰ μὴ τὴν ἐπ' Ἀετίῳ καὶ τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασι καταχειροτονίαν ἀποψηφίσονται· ἔτι δὲ καὶ 1 Διακαθάρσιν ἀπῄτουν τοῦ βίου· συνεφύροντο γάρ καί τισιν οὐ καθαροῖς διαιτήμασιν. οἱ δὲ 2 τότε μὲν τὴν πρόκλησιν οὐ προσήκαντο· χρόνῳ δ' ὕστερον, καὶ εἰς τὸ κακίζειν ἐπ' ἐκκλησίας, τόν τε Εὐνόμιον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ προελθόντας, μετεωρολέσχας αὐτοὺς καλοῦντες, καὶ πλήρεις πονηρίας καὶ σκαιότητος, ἀνθ' ὧν αὐτοῖς τοιαῦτα προστετήνευν ἔγνωσαν.

1. Dorotheus quidem, uti supra dictum est, Antiochia est expulsus. Presbyteri vero ejusdem urbis Asterius & Crispinus, & reliquus Clerus, collecto Concilio, cui nonnulli etiam ex vicinis Episcopis interfuerunt, ad Eunomium eosque qui cum illo erant miserunt, communionem eorum postulantes. Hi vero per literas responderunt, non alia conditione se se illos susceptures esse, quam si damnationis sententiam in Aetium ejusque scripta olim latam rescidissent; sed & vitæ eorum emendationem requirebant. Quibusdam enim haud puris actibus erant contaminati. At illi, tum quidem conditionem oblatam non admiserunt. Postea vero eo usque progressi sunt, ut & Eunomium & eos qui cum illo erant, in Ecclesia proscinderent, μετεωρολέσχας eos vocantes, plenosque desperationis ac vesaniæ, eo quod scilicet hujusmodi conditionem ipsis ferre ausi fuissent.

Cleri Antiocheni ad Eunomium Legatio.

2. Οτι τὸν ἡγεμόνα αὐτῶν τῆς ἀσεβείας Ἄρειον ὁ συγγραφεὺς Φιλοστόργιος, ὡς πολυμερῆ καὶ πολυσύνθετον λέγοντα τὸν Θεὸν τῶν ὅλων. οὐ γὰρ ὅσον ἐστὶν ὁ Θεὸς καταλαμβάνεσθαι, κηρύσσειν, ἀλλ' ὅσον ἡ ἑκάστου δύναμις πρὸς κατάληψιν ἔρρωται· καὶ μήτε δὲ οὐσίαν αὐτὸν εἶναι δογματίζειν, μήτε ὑπόστασιν, μήτε ἄλλο μηδὲν ὧν ὀνομάζεται· καὶ τὴν ἐν Ἀριμίνῳ δὲ σύνοδον, ἣ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει, τὰ αὐτὰ δοξάζειν, ἅτις τὴν τοῦ μονογενοῦς 3 γέννησιν ἀγνωστοτάτην πᾶσιν ἀπέφηνε, τῷ γινο-

2. Arium impietatis ipsorum antesignanum accusat Philostorgius, quod hujus universi Deum ex multis partibus compositum esse dixerit. Ait enim Arium asseruisse, Deum non quantus est comprehendi posse, sed in quantum uniuscujusque vis comprehendere valet. Eumdem quoque sensisse, Deum neque substantiam esse, neque hypostasin, neque aliud quidquam eorum quæ de illo dicuntur. Sed & Ariminensem synodum & Constantinopolitanam eadem asserere. Quæ unigeniti generationem omnibus ignotissimam esse definivit, ei soli qui gene-

Arii dogmata.

Soz. lib. 4. cap. 24.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Διακαθάρσιν] In manuscripto codice Bocharti legitur distinctis vocibus, διὰ καθάρσιν. Unde quis suspicari possit scribendum esse, ἰδίᾳ καθάρσιν ἀπῄτουν τοῦ βίου.

2 Τὴν προσκλησιν οὐ προσήκαντο] Laudo versionem Gothofredi, qui sic interpretatur hunc locum: *Conditionem non admiserunt*. Vide, si placet, quæ de hac voce notavi ad librum nonum hujus Historiæ.

3 Τῶν γινομένων μόνῳ] Ad hæc verba Lucas Holstenius in suo codice hæc annotarat: legendum τῷ γενναμένῳ μόνῳ. Sic enim formula Ariminensis apud Theodoretum in hist. Eccles. lib. 2. cap. 21. ἢ τὴν γέννησιν οὐδεὶς οἶδε, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ. Et apud Hieronymum contra Luciferianos: *Cujus nativitatem nullus novit, nisi solus qui eum genuit Pater*. Sed scriptura huic inhærendo legendum est, τῷ γενναμένῳ μόνῳ. In MS. Scoriacensi, non τῷ sed τῷ expresse legitur, cujus doctissimi viri sententiæ libens subscribo.

VARIORUM.

2 Κατὰ Σίρμιον τοῖς βαρβάροις συμβαλών] Errat hic Philostorgius. Nam Theodosius Sirmii quidem Imperator factus fuit, at idem in Macedonia jam constitutus Thessalonicæ Gothos devicit. Illud recte Philostorgius cum cæteris, quod Theodosii de Gothis victoriam ad id tempus refert, quo jam Imperator renunciatus erat. Male enim Theodoritus, qui lib. 5. cap. 5. ante ejus Imperium id factum memorat. Profligatis barbaris venit Theodosius Constantinopolim, statimque Ecclesias restituit Homoousianis, sub finem anni 380. inquit *Jac. Gothofredus in locum.*

μόνων

ravit, cognitionem ejus generationis attribuens. Hæc est autem ipsa synodus quæ Aetium condemnavit.

μθίων μόνῳ τῇ γνῶσιν αὐτῆς ἀφιεῖσα. αὕτη δ' ἦν ἡ καταδικασαμένη τὸν Ἀέτιον.

Arianorum secta.

3. Ariani similitudinem Unigeniti cum Patre, in varias sententias distraxerunt. Alii enim eam constituerunt in eo, quod uterque præscientiam habeat futurorum. Alii in eo, quod uterque natura est Deus. Nonnulli vero in eo, quod uterque creare potest ex nihilo. Verum hæc, inquit Philostorgius, licet differre inter se videantur, in unum tamen idemque recidunt, ut scilicet Filium Patri ὁμοούσιον prædicent. Hos porro ait Philostorgius, postquam in varias sententias discissi fuissent, multa quoque alia indecora ac turpia perpetrasse: Quippe qui sacerdotia pretio emerint ac vendiderint, & flagitiosas corporis voluptates consectati sint.

3 Ὅτι οἱ ἐξ Ἀρείου τὴν πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Μονογενοῦς ὁμοιότητα, εἰς πολλὰς αἱρέσεις διεχίσαντο. οἱ μὲν γὰρ κατὰ τὸ προγινώσκειν ἑκάτερον ἔφασαν· οἱ δὲ τὸ τὴν Φύσιν Θεός· ἄλλοι δὲ διότι ἐκ μὴ ὄντων ἑκάτερος αὐτῶν πέφυκε δημιουργεῖν. ἀλλὰ ταῦτά φησι καὶ Διαφέρειν δοκῇ, εἰς ἓν καταλήγει, τὸ δοξάζειν ὁμοούσιον τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί. τούτους δέ φησι μετὰ τὸ κατατμηθῆναι ταῖς δόξαις, καὶ εἰς πολλὴν ἄλλην ἀχρημοσύνην ἐκδιαιτηθῆναί φησι, χρημάτων τε τὰς ἱερωσύνας καὶ διδόντας καὶ λαμβάνοντας, καὶ τὰς ὑπθυμίους καὶ σωματικὰς ἡδονὰς μεταδιώκοντας.

Eunomianorum Baptismus.

Soz. pag. 252. n. a.

4. Eunomiani, ut scribit Philostorgius, ab Hæresibus supra memoratis tantopere abhorruerunt, ut nec baptismum earum, nec ordinationem admitterent. Baptizabant porro Eunomiani, non trina mersione, sed unica, in mortem Domini, sicut aiebant, baptizantes: quam ille semel tantum, non autem bis terve sustinuit pro nobis.

4 Ὅτι φησὶν οἱ περὶ Εὐνόμιον, τοσοῦτον τῶν εἰρημένων αἱρέσεων ἀπεκέθησαν, ὡς μήτε βάπτισμα αὐτῶν, μήτε χειροτονίαν προσίεσθαι. ἐβάπτιζον δὲ οἱ περὶ Εὐνόμιον, οὐκ εἰς τρεῖς καταδύσεις, ἀλλ' εἰς μίαν, εἰς τὸν θάνατον, ὡς ἔφασκον, τοῦ Κυρίου βαπτίζοντες, ὃν ἅπαξ ἦν, ἀλλ' οὐχὶ δίς, ἢ τρὶς ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο.

Gratiani cædes.

5. Theodosius Imperator Arcadium filium suum admodum puerum imperiali dignitate ornavit. Nec multo post Gratianus Imperator in Galliis Maximi tyranni fraude perimitur. Multas porro calumnias adversus Gratianum confingit Philostorgius, adeo ut Neroni eum comparet. Neque enim placebat Philostorgio rectæ fidei doctrina, quam Gratianus profitebatur.

5. Ὅτι φησὶν ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος [b] Ἀρκάδιον τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν, νέον ὄντα κομιδῇ, τὸ τῆς βασιλείας [2] ἀξίωμα περιτίθεται. ὃς μετ' οὐ πολὺ, Γρατιανὸς ὁ βασιλεὺς περὶ τὰς ἄνω Γαλατίας τῇ τοῦ τυράννου Μαξίμου συσκευῇ ἀναιρεῖται. πολλὰς δὲ καὶ διαβολὰς ὁ συγγραφεὺς κατὰ Γρατιανοῦ ἀναπλάττει, ὡς καὶ τῷ Νέρωνι παρεικάζειν αὐτόν. [3] οὐ γὰρ ἤρεσεν αὐτῷ, ὡς ἔοικε, τὸ ἐκείνου πίστεως τὸ ὀρθόδοξον.

Eunomius in varia loca relegatus.

Socr. l. 5. cap. 20. Soz. lib. 7. cap. 17.

6. Theodosius Imperator cum quosdam cubicularios suos Eunomii doctrinam sequi deprehendisset, eos quidem palatio ejecit. Ipsum vero Eunomium statim ex Chalcedonensi urbe abripiendum curavit, & Halmyridem relegari jussit. Est autem Halmyris locus in Mœsia, ad Danubi-

6. Ὅτι Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς θυρών τινας τῶν ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ τὰ Εὐνομίου φρονήσας, τούτους μὲν τοῦ παλατίου ἐλαύνει· τὸν δὲ Εὐνόμιον ἐκ τῆς Καλχηδόνος τὴν ταχίστην [4] τοὺς ἀπασαμένους ἐκπέμπει, καὶ [5] εἰς τὸν Ἀλμυρίδα Φυγάδα ποιεῖν ἐκελεύσθη. τὸ δὲ χωρίον τῆς ἐν Εὐρώπῃ Μυσίας ἐστὶν, ἐν χώρᾳ τοῦ Ἴστρου διακείμενον.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὸ δοξάζειν ὁμοούσιον] Non dubito quin Philostorgius scripserit ὁμοιούσιον: neque enim Arriani consubstantiale unquam admiserunt. Porro in hoc capite Gothofredum nihil vidisse, ex ejus Annotationibus perspicue apparet.

2 Ἀξίωμα παραπέπηγεν] Scribendum est procul dubio περιπέπηγεν. Quomodo etiam in margine codicis Bochartiani scriptum inveni eadem manu: ἴσως περιπέπηγεν.

3 Οὐ γὰρ ἤρεσεν αὐτῷ] Holstenius ad latus sui codicis adnotavit: lego ἤρεσεν. In manuscripto autem codice Samuelis Bocharti ita scriptum est in margine: *malim* ἤρεσκεν.

4 Τοὺς ἁρπασαμένους ἐκπέμπει] Scribendum est procul dubio ἁρπασομένους. Sed hic solemnis est error Librariorum, ut sciunt qui manuscriptos codices evolverunt.

5 Πρὸς τὴν ἀλμυρίδα] Hujus urbis meminit Hierocles in συνεκδήμῳ: quem olim manuscriptum vidi in Bibliotheca doctissimi viri Jacobi Sirmondi. ἐπαρχία σκυθίας ὑφ' ἡγεμόνα πόλεις ιδ'. τόμις, &c. Ultima urbs nominatur ἀλμυρὶς. Citatur hic Hieroclis locus à Constantino Porphyrogenneto, in libro 2. de Thematibus; sed corrupte: nam provincia Mœsia pro Scythia illic scribitur. Ejusdem urbis mentionem facit Stephanus Byzantius: χορκυρὶς, inquit, πόλις αἰγύπτου· ὡς ἀργυρὶς, ἀλμυρὶς. Cæterum assentior Morello, qui in Annotationibus ad dictum locum Constantini Porphyrogenneti, ἀλμυρίδα eandem esse dicit cum Salmuride, cujus mentio fit in Itinerario Antonini. Certe ut Latini Sexantaprístin dicunt, quam Græci ἑξαπαρίσιν, & Salmydessum pro ἁλμυδήσσῳ: sic etiam Salmuridem dixere, quam Græci ἁλμυρίδα. Solent enim Latini S ponere pro aspiratione in nominibus quæ sunt Græcæ originis, quod multis exemplis demonstrari potest. Neminem porro turbare debet, quod Philostorgius Salmuridem Mœsiæ attribuit, quam Hierocles ponit in Scythia. Id enim factum est ob viciniam harum provinciarum.

VARIORUM.

a Χρημάτων τε τὰς ἱερωσύνας] Quod Ordinationum nundinationem attinet, jam olim quoque Athanasius id de Arianis prædicavit, *Epistola ad Orthodoxos: & Epistola ad solitariam vitam agentes.*

a Ἀρκάδιον — Γρατιανὸς] Arcadius renunciatus est Augustus anno Chr. 383. Socr. pag. 272. n. b. occisus est Gratianus eodem anno. Socr. pag. 277. n. b.

ἀλλ

ἀλλ' ἡ μὲν Ἀλμυρὶς, κρυσταλλωθέντος τοῦ Ἴστρου, ὑπὸ τῶν βαρβάρων αὐτὸν βαρβάρων ἁλίσκεται· ὁ δὲ Εὐνόμιος ἐκεῖθεν εἰς Καισάρειαν τῆς Καππαδοκίας ὑπερορίζεται, μισητὸς ὢν τοῖς ἐκεῖσε, διὰ λόγους τοὺς τοῦ ταύτης ἐπισκόπου συντάξατο. ἐκεῖθεν δὲ εἰς τοὺς ἑαυτῷ ἀγροὺς ἀφείθη· 1 Δακοροΐνοι δὲ τοῖς ἀγροῖς τὸ ὄνομα. ἐνταῦθα δὲ αὐτὸν φησι καὶ Φιλοστόργιος εἰκοστὸν ἔτος ἄγων, ὡς Κωνσταντινουπόλει παραγενόμενος, θεάσασθαι, ὑπερθειάζων τὸν Εὐνόμιον, τῷ τε συνέσεσιν λέγων αὐτὸν εἶναι, καὶ τῷ ἀρετῷ ἀπαράβλητον. ἀλλὰ καὶ τῇ μορφῇ τὸ σχῆμα καὶ τὰ μέρη εἰς τὸ ὑπερτέρατον τοῖς λόγοις ἐξωραΐζει· καὶ τοὺς ἐκ τοῦ στόματος λόγους, μαργαρίταις ἐοικέναι· καίτοι μορίων, τραυλῷ αὐτοῦ τῷ γλώττῃ ἢ μὴ θέλων συνομολογεῖ· 2 οὐδὲ τῷ τραυλότητα ἀπαρχωθεὶς εἰς πολλὴν ἀποσεμύνειν γλαφυρότητα· 3 ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀλφοὺς οἳ τὸ πρόσωπον αὐτῆς κατεμάρμαρόν τε καὶ κατέστιζον, κόσμον ἐμποιεῖν τῷ σώματι ἀφατείνεται. τοὺς δὲ λόγους αὐτοῦ πάντας ἀποθειάζων, ἀφέρειν τῶν ἄλλων ἐπὶ μᾶλλον λέγει τὰς ἐπιστολάς.

4 7. Ὅτι Πλακιδίας ἀποβιούσης, ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος ὁ ταύτης ἀνὴρ Γάλλαν ἄγεται γυναῖκα, ἀδελφὴν μὲν τῆς νεωτέρας Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ βασιλέως, θυγατέρα δὲ τοῦ μεγάλου, ὃν αὐτῷ Ἰουστῖνα ἐγείνατο. αὕτη δὲ τὰ Ἀρείου ἔφερεν. ἐξ αὐτῆς οὖν τῷ Θεοδοσίῳ, ἡ μὲν θυγάτηρ Πλακιδία τίκτεται.

8. Ὅτι Θεοδόσιος μετὰ Θεσσαλονίκην τῷ Οὐαλεντινιανῷ συναφθεὶς, στρατεύει κατὰ Μαξίμου τοῦ τυράννου. καὶ ὁ μὲν τύραννος τὴν Γαλλιανὴν καλέσας ἀρχὴν, διενοεῖτο πορθεῖν καὶ τὴν Οὐαλεντινιανοῦ. ἐκπέμπουσι δὲ οἱ βασιλεῖς κατ' αὐτοῦ Τιμάσιον, καὶ Ῥυχόμηρον, καὶ Πρόμοτον, καὶ Ἀργαβάστην, τοὺς στρατηγούς. οἱ δὲ 5 παραστάντες αὐτὸν ἐξαπιναίως, τῆς τε θρόνου καταστρώσι, καὶ τῶν τῆς βασιλείας ὑπασπίων ἀποδύσι, καὶ τοῖς βασιλεῦσι κατὰ ἰδιώτην προσάγουσι. κἀνταῦθα Μάξιμος ἡ κεφαλῆς ἀποτέμνεται, τυραννίσας πέντε τὰ σύμπαντα ἔτη.

um ſitus. Verum Halmyris quidem à Barbaris Danubium glacie conſtrictum tranſgreſſis, brevi poſt capta eſt. Eunomius vero inde Cæſaream Cappadociæ relegatur. Sed cum inviſus eſſet Cæſarienſibus, eo quod adverſus Baſilium ipſorum Epiſcopum libros olim conſcripſerat, permiſſum eſt ei ut in agris ſuis degeret, qui Dacoroëni vocabantur. Cæterum hoc loco Philoſtorgius ſcribit, ſe viginti annos natum cum veniſſet Conſtantinopolim, Eunomium vidiſſe. Eum vero divinis laudibus extollit, & prudentiam ejus & virtutem incomparabilem fuiſſe affirmans. Sed & oris formam & reliqua corporis membra plena decoris ac venuſtatis deſcribit. Sermones quoque qui ex ejus ore profluebant, margaritis comparat: Quamvis paulo poſt balbum illum fuiſſe vel invitus fateatur. Nec illum pudet, balbutiem ad ſummam gratiam atque elegantiam extollere. Ad hæc vitiliginem quæ faciem ejus quaſi notis quibuſdam ac vibicibus diſtinxerat, ornamentum quoddam corpori attuliſſe aſſerit. Porro etſi libros ejus omnes divinis efferat laudibus, Epiſtolas tamen reliquis ejuſdem operibus multum præſtare affirmat.

7. Mortua Placidia conjuge, Theodoſius Imperator uxorem duxit Gallam, ſororem quidem Valentiniani junioris, filiam vero magni Valentiniani & Juſtinæ Auguſtæ. Porro hæc Juſtina Arianam hæreſim ſequebatur. Ex Galla Theodoſius filiam ſuſcepit, nomine Placidiam. *Galla Aug.* *Theodorit. l. 5. c. 19.*

8. Theodoſius apud Theſſalonicam copiis ſuis cum Valentiniano conjunctis, contra Maximum tyrannum profectus eſt. Maximus enim cum Gratiani Imperium occupaſſet, Valentiniani quoque ditionem ſibi adjungere conabatur. Mittunt igitur Imperatores contra Tyrannum, magiſtros militum Timaſium & Richomerem; Promotum item & Arbogaſtem. Qui cum ex improviſo ſuperveniſſent, eum repente ex ſolio deturbant, & Imperii inſignibus exuunt, ac privato habitu indutum Imperatoribus obtulerunt. Tunc Maximus capite truncatus eſt, cum per annos quinque Tyrannidem exercuiſſet. *Maximus tyrannus.* *Theodorit. l. 5. c. 12, 15.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Δακορωνοὶ] In manuſcripto exemplari Samuelis Bocharti ſcriptum eſt δακορηνοὶ. Apud Nicephorum vero δακορωνοὶ. Cæterum non aſſentior Gothofredo, qui in Annotationibus ad hunc locum ſcribit Philoſtorgium, dum Conſtantinopolim proficiſceretur, vidiſſe Eunomium in agro Dacoreno, juxta Cæſaream Cappadociæ. Atqui non hoc dicit Philoſtorgius: ſed ſe annum agentem viceſimum, cum veniſſet Conſtantinopolim, vidiſſe Eunomium, in ſupra dicta ſcilicet urbe Conſtantinopoli: Nam cum Salmuridem urbem cepiſſent Barbari, illinc extractus Eunomius, per Conſtantinopolim tranſiit, ut Cæſaream in exilium duceretur. Illic ergo Eunomius dum tranſiret, videri potuit à Philoſtorgio.

2 Οὐδὲ τὴν τραυλότητα ἀπαρχωθεὶς] In MS. codice Samuelis Bocharti ſcriptum inveni, ἐπαρχυνθεὶς, longe rectius, meo quidem judicio. Porro interpretationem Gothofredi Holſtenius in ſuo codice ita correxit: *Neque balbutiem eam ſermonis elegantia cohoneſtare eum pudeat.*

3 Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀλφοὺς] Eunomium leproſum fuiſſe, his verbis indicat Philoſtorgius. ἀλφὸς enim lepram ſignificat, ut docet Auctor Etymologici in voce ἀλφός. Certe Rufinus Eunomium leproſum fuiſſe diſerte teſtatur in libro decimo cap. 25. *Vir corpore & anima leproſus, & interius exteriuſque morbo regio corruptus.* Idem quoque de Eunomio ſcribit Gregorius Nyſſenus in libro 1. contra Eunomium, pagina 307. his verbis: ὁ εἰσδύων εἰς τὰς οἰκίας αὐτόκλητος, οὐδὲ τὴν ἐκ τῆς παλαιᾶς ἀκηδίαν τῇ καθ' ἑαυτὸν ἀμαυρᾷ θεωρίᾳ, οὐδὲ τὴν φυσικὴν τῶν ὑγιαινόντων πρὸς τοὺς τοιούτους ἀποστροφὴν λογιζόμενος. Et hæc quidem de Eunomii lepra jam dudum à me obſervata ſunt in Annotationibus Euſebianis. Nunc ad vocem ἀλφὸς redeamus, quam Latini fere vitiliginem interpretantur. Gloſſæ veteres vituliginem vocant: ſic enim habent. Vituligo ἀλφὸς, ἀλωπικία. Inquirendum itaque eſt, utrum vituligo rectius ſcribatur, quam vitiligo. Neque enim vitiligio formari poteſt à vitio. An igitur vituligo dicta eſſe videtur à vitulis, eo quod leproſi vitulinæ carnis albedinem referant. Certe ut Ophiaſis, Alopecia, & Elephantiaſis, quæ ſunt leprarum ſpecies, ab animalibus nominatæ ſunt, ita & vituligo nominari potuit à vitulis.

4 Ὅτι Πλακιδίας] Scribendum eſt procul dubio, Πλακίλλας, vel potius Φλακίλλας: Sic enim dicta eſt uxor Theodoſii, ut docent nummi veteres, & Greg. Nyſſenus.

5 Παραστάντες αὐτὸν ἐξαπίναιοιν] Rectius in manuſcriptis codicibus ſcribitur ἐξαπιναίως. Sed præterea corrigendus videtur locus hoc modo, οἱ δὲ ἐπιστάντες αὐτῷ ἐξαπιναίως, &c. καὶ τῶν τῆς βασιλείας παρασήμων ἀποδύσι.

Sidus novum.

9. Poſt victoriam de Maximo relatam, & poſt adventum Theodoſii in urbem Romam, cum Imperator illinc digreſſurus eſſet, ſidus quoddam novum atque inuſitatum in cœlo viſum eſt: quod quidem maximas calamitates orbi terrarum nuntiabat. Apparuit vero primum media nocte, juxta luciferum, in ipſo circulo qui Zodiacus dicitur. Magnum porro erat ac ſplendidum id ſidus, nec multo inferius lucifero. Poſtea vero concurſus aſtrorum undique ad illud factus eſt: inſtar apum examinis quæ circa regem ſuum in orbem denſantur. Exinde, veluti mutua colliſione cogente, omnium aſtrorum lux in unam flammam commixta effulſit, & ancipitis gladii, magni ac terribilis figuram expreſſit. Et ex aliis quidem ſideribus quæ in illud aſtrum conflata erant, lux emicans, enſis ſpeciem præferebat. Unus vero ille qui primus apparuerat, inſtar capuli ſupradictæ figuræ videbatur, aut inſtar radicis cujuſdam quæ univerſam apparentis aſtri lucem ex ſe gignebat; flamma, velut ex ellychnio cujuſdam lucernæ, ſurſum provolante. Et aſtrum quidem quod tunc apparuit, adeo novum atque admirabile ſpectaculum præbuit. Motus vero à reliquo ſtellarum curſu longe diverſus fuit. Nam cum inde unde diximus, apparere ac moveri cœpiſſet, initio quidem oriebatur & occidebat una cum Lucifero. Poſtea vero paulatim recedens, ad Septentrionem aſcendebat, ſenſim ac lente progrediens, & oblique tanquam ad lævam, reſpectu quidem intuentium, proprium curſum inſtituens: communem vero circuitionem eamdem habuit quam reliquæ ſtellæ juxta quas ambulabat. Cæterum cum proprium curſum quadraginta dierum ſpatio compleviſſet, in mediam majorem urſam ſe conjecit: & in ipſo ejus meditullio poſtremum viſum, ibidem extinctum eſt. Neque vero hoc ſolum, ſed multa quoque alia admiranda de hoc ſidere gladii ſpeciem referente ſcribit Philoſtorgius.

9. Ὅτι μετὰ τὴν κατὰ Μαξίμου νίκην, καὶ [a] τὴν ἐπὶ Ῥώμην ἐπάνοδον, ἐξελαύνειν αὐτῆς μέλλοντος τοῦ βασιλέως, ἄστρον κομήτης τὸ οὐρανὸν ὤφθη παράδοξος καὶ ἀήθης· μεγάλων δὲ ἄρα κακῶν ἄγγελος τῇ οἰκουμένῃ γενήσεσθαι ἔμελλεν. ἐξέλαμψε δὲ πρῶτον κομήτης μέσας νύκτας πλησίον τοῦ ἑωσφόρου, κατ' αὐτὸν δὴ τὸν καλούμενον Ζωδιακὸν Κύκλον. μέγας δὲ καὶ ἐκφεγγὴς ταῖς μαρμαρυγαῖς· ὑπὸ πολλοῦ τοῦ ἑωσφόρου λειπόμενος. ἔπειτα συνδρομὴ πανταχόθεν ἀστέρων ἐπ' αὐτὸν ἀθροιζομένων ἐγίνετο. εἰκάσαις ἂν σμήνη μελιττῶν τῶν ἡγουμένων σφαιρουμένων, τὸ θέαμα· κἀντεῦθεν οἱονεὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους [b] συμπλέξεως βιασμένης τὸ τῶν ἁπάντων φῶς, εἰς μίαν τινὰ συνεφθὲν ἀνέλαμπε φλόγα. [3] καὶ μαχαίρας ἄντικρυς ἀμφήκους μεγάλης καὶ φοβερᾶς ἀπετέλεσαν εἶδος, πληκτικῆς ἐξαυγαζομένης, τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων ἀστέρων εἰς τοῦτο μεταπεσόντων, τοῦ θέας· ἑνὸς δὲ καὶ μόνου τοῦ πρώτου θεωρηθέντος, ἐν τάξει ῥίζης τινὸς [b] ἢ λαβὶς τῷ παντὶ σχήματι ὑποφαινομένη, καὶ οἷον τὸ πᾶν τοῦ δειχθέντος ἀστέρος ἀποτέλεσμα· ὡς ἂν ἐκ λύχνου τινὸς θρυαλλίδος τῆς φλογὸς πρὸς ὕψος ἐξαιρομένης· τὸ μὲν φανὲν ἔτος τῷ δόξαν παρεῖχε τὴν θέαν. καὶ ἡ κίνησις δὲ πρὸς πάντα παρήλλαττεν ἀστέρος δρόμον· τὰ γὰρ ἀρχὴν ὅθεν εἴρηται φανῆναι, καὶ τὴν κινήσεως πεισάμενος, συναπῄχετο μὲν τὰ πρῶτα τῷ ἑωσφόρῳ, καὶ συναπεδύετο. ἔπειτα δὲ κατ' ὀλίγον διϊσάμενος, ἐπὶ τὰς ἄρκτους ἀνῄει, σχολῇ τε καὶ βάδην κινούμενος, καὶ ἐκαρσίως, ὡς ἐπ' ἀριστερᾶς τοῖς θεωμένοις εἰπεῖν, τὴν ἰδίαν πορείαν ποιούμενος· τὸν μὲν τοιγε κοινὴν ἀφ' ὁδὸν τὴν αὐτὴν εἶχε τοῖς ἄλλοις καθ' οὓς ἂν γένοιτο πορευόμενος. ἐπὶ τεσσαράκοντα δὲ ἡμέρας τὴν ἰδίας αὐτοῦ πορείας ὑπερτελουμένης, εἰς μέσον τὴν μεγάλην ἄρκτον ἐνέβαλε, κἀν τῷ μεσαιτάτῳ αὐτῆς τὰ τελευταῖα φανεὶς, αὐτοῦ που ἀπέσβη. καὶ ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ θαυμαστὰ [4] περὶ ξιφοειδοῦς τούτου δείκνυσιν ἀστέρος.

a

4

Homines portentoſi.

10. Ait Philoſtorgius, ſe quoque contra Porphyrium ſcripſiſſe pro Chriſtianis.

11. Eodem tempore quo ſidus illud enſiferum apparuit, viſa ſunt etiam duo corpora humana: alterum quidem in Syria, humanæ ſtaturæ proceritatem multum excedens: alterum vero in Ægypto incredibilis

10. Ὅτι κατὰ Πορφυρίου φησὶ καὶ οὗτος ὁ συγγραφεὺς ὑπὲρ Χριστιανῶν ἀγῶνας καταθέσθαι.

11. Ὅτι καθ' ὃν χρόνους ὁ μαχαιροφόρος ἀστὴρ ἐφάνη, καὶ σώματα ἀνθρώπων ὤφθη δύο· ἓν μὲν ἐν τῇ Συρίᾳ, τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν εἰς μέγεθος ἐκβαῖνον· θάτερον δὲ ἐν Αἰγύπτῳ, εἰς ἄπιστον βραχύτητα

VALESII ANNOTATIONES.

1 Εἰκόσας ἂν σμήνη] Rectius in manuſcriptis codicibus Scoriacenſi & Bochartiano ſcribitur, *εἰκόσαις*, ſed & *σμήνες* ſcribendum eſt pro *σμήνη*, & *περὶ τὸν ἡγούμενον*, non *παρὰ*, ut edidit Gothofredus.

2 Συμπλέξεως] Holſtenius ad latus ſui cod. annotavit legendum eſſe *συμπλήξεως*, quomodo etiam in margine codicis Bochartiani adnotatum inveni.

3 Καὶ μαχαίρας ἄντικρυς ἀμφήκας] Jam pridem conjeceram ſcribendum eſſe *ἀμφήκους*. Poſtea vero manuſcriptum Bocharti codicem nactus, ita prorſus in eo ſcriptum inveni, uti conjeceram. Eſt autem *ἀμφήκης μάχαιρα, ἡ ἑκατέρωθεν ἠκονημένη*, id eſt, *utrimque acuta*, ut exponit Suidas in voce *ἀμφῆκες*. At Lucas Holſtenius ad latus ſui codicis emendat *ἀμφήκης* ex codice Scoriacenſi, ut opinor. Verum hæc ſcriptura tolerari non poteſt.

4 Περὶ τὸ ξιφοειδοῦς δείκνυσιν ἀστέρος] Scribendum eſt procul dubio *περὶ τοῦ*, quod miror ab Holſtenio animadverſum non fuiſſe. *δείκνυσιν* poſitum eſt pro *δείκνυσιν*.

VARIORUM.

a Τὴν ἐπὶ Ῥώμην ἐπάνοδον] De hoc Theodoſii adventu in urbem Romam vid. Socr. lib. 5. cap. 14. Soz. l. 7. cap. 14. De Sidere novo, Philoſtorg. infra, c. 11. & lib. 11. cap. 7. Id ad conſulatum Timaſii & Promoti (qui fuit annus Chr. 389.) referunt Marcellinus in Chronico, Faſti Idaciani, & Chronicon Alexandrinum. *Gothofred.*

b Ἡ λαβὶς] Legendum videtur ἡ λαβίδος. *W. Lowth.*

καθ-

καταλῆγον. ὁ μὲ ὖν Σύρος πενταπήχης ἦν τὸ μέγεθος ϗ σπιθαμὴν ἔφερε προσθήκην, καίτοι τ ποδῶν αὐτῦ πρὸς τὸ ἄλλο ᾧ σώματος μὴ συνομολογύντων τὸ ὕψος· ἀλλ' εἶσω ϗ πρὸς τὸ βλαισὸν ὑποκαμπτομένων· Ἀντώνιος ἦν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ὄνομα. ὁ δ Αἰγύπτιος οὕτω κατεβραχύνετο, ὥστε μηδ' ἀχαρείστως τὰς ἐν τοῖς κλωβοῖς πέρδικας ἐκμιμεῖσθ, ϗ συναθύρειν αὐτῷ πρὸς ἔριν ἐκείνας. τὸ δ παραδοξότερον, ὅτι ϗ ἡ Φρόνησις οὐκ ἦν τῷ ἀνθρώπῳ, ὑδὲν ὑπὸ τ βραχύτητος καλαβλαπτομένη. ϗ γὰ ϗ τὸ φθέγμα ὐκ ἄμουσος ἦν, καὶ οἱ λόγοι τοῦ νῦ παρεῖχον ὁρᾶσθ τ γενναιότητα. ἑκάτερος δ τ εἰρημένων τοῖς ᾧ συγχρεφέως χρόνοις ἐνήκμασε, ϗ ὐ πάνυ μέλλησε τ βίον. ὁ μὲ γὰ μέγιστος τὰ εἴκοσι πέντε διεξιὼν ἔτη ἀπεβίω· ὁ δ' ἐλάχιστος, ὐκ ὀλίγῳ ϗ τούτων λειπόμενος. πολλὰ δ ϗ ἕτερα τέρατα, τὰ μὲ τοῖς εἰρημένοις ὁμόχρονα, τὰ δὲ ϗ προγεγενημένα, ταῖς ἱστορίαις αὐτῦ καταφώνυσιν.

12. Ὅτι τ πρᾴδος ϗ ἀσκηθὴς τ νηστείαν, ὁ Φιλοστόργιός φησιν ὐκ ἐν μόνῃ τ κρεῶν ἀποχῇ περιορίζεσθ, ἀλλὰ ϗ τὸ μηδὲ τροφῆς ὅλως ἄπεσθαι μέχρι τ ἑσπέρας, κανονίζεσθ. λέγει γὰ πού τινος Εὐδοξίου, συναιρεσιώτου μὲ, πρεσβυτέρου δ τ τάξιν, ἐψιλωμένου δὲ τ δι' ὧν ἡ διαδοχὴ ᾧ γένους, τοιάδε· νηστευτικός τε ὕτως ἦν, ὡς ϗ παρ' ὅλον μὲ τὸν χρόνον, μὴ μόνον τὰς κτ' ἀφαίρεσιν τ μνήμιμα ᾧ κυριακοῦ πάθους φερούσας, ...

Λείπει τέτταρα φύλλα.

brevitatis. Syrus quidem ſtatura erat quinque cubitorum altitudinis, adjecto inſuper palmo: quamvis pedes reliquæ totius corporis proceritati minime reſponderent; ſed introrſum retorti varique eſſent. Nomen huic erat Antonio. Ægyptius vero in tantam contractus erat brevitatem, ut incluſas in caveis perdices non invenuſte imitaretur, utque perdices cum illo ad rixam uſque colluderent. Quod vero admirabilius eſt, inerat ei prudentia, brevitate corporis nullatenus imminuta. Nam neque voce erat rudi, & ſermones vim intelligendi qua præſtabat, ſatis declarabant. Uterque porro eorum hominum vixit temporibus Philoſtorgii, nec ita cito ex hac luce migravit. Nam procerus quidem ille, poſt annum ætatis quintum ac viceſimum abiit è vita. Minimus alter, ab hoc vitæ ſpatio non multum abfuit. Multa quoque alia prodigia hoc loco refert Philoſtorgius, quæ vel iiſdem temporibus quibus ſupra memorata prodigia, vel ſuperiori memoria acciderant.

12. Jejunium quartæ & ſextæ feriæ, non in ſola carnium abſtinentia poſitum eſſe ait Philoſtorgius: ſed canonibus definitum eſſe, ne quidquam omnino cibi ad veſperam uſque ſumatur. Nam de Eudoxio quodam ejuſdem hæreſis ſectatore, qui gradu quidem presbyter erat, orbatus autem genitalibus, ita ſcribit. Adeo autem jejunandi ſtudioſus fuit, ut toto vitæ tempore non modo eos dies qui ex præcepto memoriam Paſſionis dominicæ ſervant ..... *Socr. pag. 295. n. b. Eudoxius jejunator.*

Deſunt quatuor folia.

ΕΚ ΤΗΣ ΕΝΔΕΚΑΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

EX LIBRO UNDECIMO HISTORIÆ. Deeſt initium.

..... θηκτῶν ϗ λεόντων χρήσασθ. αὐτῦ τε τῆ ζῆν ϗ τ ἀρχῆς, ϗ τ ἐπὶ τοῖς θηρίοις ἄθλων, εἰκοστὸν ἀπὸ γενέσεως διανύων ἔτος, ἀπεφθάρη. ἦν δὲ ϗ τ θυμὸν ἀκρᾴτως, ὃ καὶ μάλιστα τῆ ζῆν αὐτὸν ἐξεδίκευεν. Ἀγανακτοῦντος γάρ ποτε κατὰ τὸ παλάτιον τῷ Ἀρβαγάστῃ, ἐπείπερ αὐτὸν οἱ λόγοι πρὸς ὀργὴν ἀνέσπων, ξίφος ὥρμησε κτ' στρατηγοῦ σπάσασθαι· κωλυθεὶς δὲ, ὁ γὰρ δορυφόρος ἐπέσχεν, ᾧ τὸ ξίφος ἕλκειν ἐπεβάλλετο, κατὰ τὸ παρὸν λόγοις μὲ ἐπειρᾶτο τ ὑπονοίας τ Ἀρβαγάστην ἀπάγειν. ὁ δὲ διὰ τ λόγων τινὰ ὑπόνοιαν αὐτῦ μᾶλλον εὗρεν εἰς ἀκρίβειαν μεθισταμένην γνώσεως. ϗ γὰ ἐπερωτήσαντι τ τοσαύτης ὁρμῆς τ αἰτίαν, ἑαυτὸν ἀφαχρήσασθ ..... *Valentiniani jun. cades.*

urſis ac leonibus uteretur: annum ætatis agens viceſimum, vita ſimul atque Imperio & ferarum venationibus privatus eſt. Porro iracundiæ erat immodicæ. Idque præcipue cauſam ei mortis præbuit. Nam cum aliquando in palatio cum Arbogaſte colloqueretur, verbiſque illius ad iram excitatus eſſet, adverſus Magiſtrum militum gladium ſtringere aggreſſus eſt. Prohibitus vero: nam ſatelles cujus gladium extrahere conatus fuerat, eum repreſſit: tum quidem Abrogaſtem ab ea ſuſpicione removere verbis conatus eſt. Verum ille ex verbis principis conſilium ipſius certius deprehendit, in apertam lucem prolatum. Interroganti enim quænam fuiſſet tanti impetus cauſa, reſpondit

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀλλ' εἶσω καὶ πρὸς τὸ βλ....] Hunc locum ex manuſcriptis codicibus Scoriacenſi & Bochartiano ſupplevimus hoc modo: πρὸς τὸ βλαισὸν ὑποκαμπτομένων. Gloſſæ veteres Græco-latinæ hanc vocem ita interpretantur, βλαισόπους, ſcaurus. In aliis gloſſis Latino-græcis Valgus exponitur βλαισὸς.

2 Μηδ' ἀχαρείστως] In manuſcripto codice Samuelis Bocharti, ad marginem adſcriptum eſt eadem manu, ἴσως ἀχαρίστως. Ita quoque Holſtenius legendum eſſe adnotavit ad latus ſui codicis.

3 Ἐψιλωμένου δὲ τῶν διῶν] Hunc locum ex manuſcriptis codicibus emendavi, hoc modo: τῶν δι' ὧν ἡ ἀφαίρεσις τοῦ γένους: id eſt, *qui orbatus erat iis corporis partibus, quibus liberi procreantur.* Quibus verbis Spado, ſive Eunuchus deſignatur. Miror tamen Lucam Holſtenium hæc verba non intellexiſſe. Sic enim ille hunc locum interpretatus eſt: *Orbatus cognatis, & ſucceſſione generis.*

4 Τῆ κυριακοῦ πάθους φερούσας] Poſt hæc verba in MS. cod. Scoriacenſi lacuna eſt, & notatur deeſſe quatuor folia, λείπει τέτταρα φύλλα, ut teſtatur Lucas Holſtenius. In exemplari autem Samuelis Bocharti notatur ad marginem, deeſſe hic ultra dimidiam paginam, quæ noſtri codicis tres fere pagellas continet, in qua erat undecimi libri principium.

5 Τὸ ξίφος ἕλκειν ἐπεβάλλετο] Rectius in Nicephoro ſcribitur ἐπεβάλετο. Paulo poſt, ubi legitur, τῆς ὑπονοίας τὸν Ἀρβαγάστην ἀπάγειν, in MS. codice Bocharti adſcriptum eſt ad marginem, ἴσως ὑπονοίας.

Valentinianus, manus ſibimetipſi illaturum ſe eſſe, propterea quod Imperator cum eſſet, nihil eorum quæ volebat, agere ſineretur. Arbogaſtes vero, tum quidem nihil amplius curioſe percontatus eſt. Poſtea vero Viennæ in Gallia cum eum pranſum, & meridiano tempore in deſerto quodam palatii loco cum quibuſdam ſcurris labra in fluvium mergentem vidiſſet, ſatellites quoſdam in eum miſit. Qui manuum vi ac mentis feritate miſerum ſtrangularunt, cum nullus ex miniſtris Imperatoris adeſſet. Eo enim tempore univerſi ad prandium perrexerant. Cæterum ne quis illico cædis auctores requireret, hi qui eum ſtrangulaverant, ſudarium ipſius, inſtar laquei, collo ejus circumligantes, eum ſuſpenderunt, ut ſua ſponte gulam ſibi ipſe fregiſſe videretur.

Socr. lib. 5. cap. 25. Soz. lib. 7. cap. 22.

Arbogaſtes & Eugenius cæſi.

2. Occiſo Valentiniano Arbogaſtes, cum genus ab Imperio ipſum excluderet: patre enim barbaro natus erat: Eugenium quemdam, dignitate quidem magiſtrum, religione autem paganum, Imperatorem renuntiavit. Quibus compertis Theodoſius, alteri quidem ex filiis Honorio Imperatoriam coronam impoſuit. Ipſe vero ea quæ ad bellum erant neceſſaria, tota hyeme præparavit. Appetente autem vere, adverſus tyrannum expeditionem ſuſcepit. Cumque ad Alpes veniſſet, eas proditione occupavit; & congreſſus cum tyranno juxta fluvium qui Frigidus cognominatur, acri prœlio commiſſo, & quamplurimis utrimque cæſis, tandem victoria tyrannum averſata, legitimum Imperatorem coronavit. Captus igitur tyrannus & capite truncatus eſt. Arbogaſtes vero omni ſpe abjecta, gladio ſuo incumbens, mortem ſibi conſcivit. Poſthæc Imperator Mediolanum ingreſſus, Honorium filium ſuum evocavit, eique totius Occidentis Imperium tradidit. Poſt relatam autem de tyranno victoriam Theodoſius aquæ intercutis morbo correptus, vitam finivit, cum regnaſſet annis ſexdecim. Porro quamdiu imperavit, ad ſummum humanæ felicitatis pervenit faſtigium. Nam & ob victorias illuſtris, & totius Imperii Romani Monarchiam obtinens, & duorum Imperatorum ſe ſe videns patrem, & Imperium illis firmaſſe, & ſororem Honoriam Auguſtam, & uxorem Auguſtam Placidiam, & filiam Auguſtam Honoriam, & nepotem Theodoſium, & ſororis filium Nepotianum, & ſororis nepotem Nepotianum, & ſororis neptis filium Nepotianum, & ſororis neptis filium Nepotianum, & ſororis neptis filium

ἑαυτὸν ὀπίσω, καὶ τούτοις ἀφασίαστον ἀπολιπόμενος τὴν βασιλείαν, καὶ ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ κλίνης εὐδαιμονέστατα τελείπει τὸν βίον, τῷ θερμοῦ μοι δοκῶ καὶ τῶν εἰδώλων ζήλῳ τοῦτο γέρας ἐξενεγκών. ταῦτα λέγων ὁ δυσσεβὴς περὶ τοῦ εὐσεβεστάτου Θεοδοσίου, οὐκ αἰσχύνεται κωμῳδεῖν αὐτὸν ἐπ' ἀκρασίᾳ βίου καὶ τρυφῆς ἀμετρίᾳ, δι' ἣν αὐτὸν ἀλῶναι γράφει καὶ τῷ τοῦ ὑδέρου νοσήματι.

3. Οπ Ἀρκαδίῳ μὲν ἐπ' ἀνατολῆς Ῥυφῖνος παρεδυνάστευε· καὶ δὲ τ δύσιν τῷ Ὁνωρίῳ τὴν αὐτὴν ὁ Στελίχων τάξιν διέσωζεν. ἑκάτερος γὰρ αὐτῶν, ἑκατέρῳ τῶν Θεοδοσίου παίδων τὸ τῆς βασιλείας 1 σχῆμα καὶ τὸ ὄνομα νέμειν ὑπομένων, τὸ 2 κράτος τῆς ἀρχῆς ἀφ' χειρὸς καὶ γλώττης εἶχεν, ὡς ὑπάρχοι προσηκούσης βασιλέων τῷ βασιλέοντος. ἑκάτερος δὴ αὐτῶν οἷς ὑπῆρχε τῶν βασιλέων ἔστεργεν. ὁ μὲν γὰρ Ῥυφῖνος, καὶ τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα εἰς ἑαυτὸν μεθέλκειν ἐτέχναζεν· 3 ὁ Στελίχων δὲ τῷ ἑαυτοῦ παιδὶ Εὐχερίῳ περιάπτειν ἠγωνίζετο. ἀλλὰ τ μὲν Ῥυφῖνον ὁ ἀπὸ Ῥώμης ἀνακομισθεὶς στρατὸς, οἳ τῷ Θεοδοσίῳ τῷ τυράννῳ συνεστρατεύσαντο, 4 ἐν τῷ λεγομένῳ τριβουναλίῳ, πρὸς αὐτοῖς τοῖς τοῦ βασιλέως ποσὶ, ταῖς μαχαίραις κατεκόψατο· τοῦτο μὲν ἔχοντες ἐντολὰς παρὰ Στελίχωνος ἐξεργάσαντο· τοῦτο δὲ καὶ διότι μυκτηρίζων αὐτοὺς ἐπεφώρατο. καὶ καθ' ἐκείνην ἀπερράγη τοῦ ἡμέραν 5 τῆς ζωῆς, καθ' ἣν οἱ στρατολόγοι μονονουχὶ τοῦ ἀλουργίδα αὐτῷ περιεβάλοντο. δυμήκης δέ, φησι, ὁ Ῥυφῖνος ἦν καὶ ἀνδρώδης· καὶ τοῦ σφοδρὸν αἴ τε τ ὀφθαλμῶν κινήσεις ἐδήλουν, καὶ τῶν λόγων ἡ ἑτοιμότης. ὁ δὲ Ἀρκάδιος βραχὺς τῷ μεγέθει, καὶ λεπτὸς τ ἕξιν, καὶ ἀδρανὴς τ ἰσχύν, καὶ τὸ χρῶμα μέλας· καὶ τ τ ψυχῆς νωθείαν οἵ τε λόγοι διήγγελον, καὶ τ ὀφθαλμῶν ἡ Φύσις, ὑπνηλῶς τε καὶ δυσαναφόρως αὐτοὺς δεικνύουσα καθελκομένους. ἃ καὶ τ Ῥυφῖνον ἠπάτα, ὡς ἐξ αὐτῆς μόνης τ ὄψεως ὁ στρατὸς αὐτὸν μὲν αἱρήσεσθαι χαίρων βασιλέα, ἀποσκευάσεσθαι δὲ τ Ἀρκάδιον. τ μέντοι κεφαλὴν Ῥυφίνου τεμόντες, τῷ στόματι λίθον ἐνέθεσαν· ἐπὶ καμάκου δ' ἀναρτήσαντες, πανταχοῦ περιέθεον· καὶ τ δεξιὰν ὡ-

mum ac ſeditionis expers relinquens, in ſuo denique lecto feliciſſima morte ſublatus eſt; zeli ſui quo adverſus ſimulacrorum cultum exarſit, hanc mercedem, ut mihi quidem videtur, referens. Hæc cum de Theodoſio dicat impius Philoſtorgius, ipſum tamen non pudet, ob intemperantiam vitæ & ob immodicas delicias eumdem traducere: eaque ex cauſa morbum aquæ intercutis contraxiſſe illum dicit.

3. In Orientis quidem partibus Rufinus apud Arcadium ſummam poteſtatem obtinebat: In Occidente autem Stilicho apud Honorium eundem obtinebat locum. Uterque enim iſtorum, Imperii nomen ac ſpeciem penes utrumque filiorum Theodoſii remanere facile paſſus, robur Imperii penes ſe retinuit: Alter ſub Magiſtri militum, alter ſub Præfecti appellatione Imperatori ſuo imperans. Neuter porro illorum eo loco quem apud principes ſuos obtinebat, contentus fuit. Nam Rufinus quidem etiam Imperatorium nomen ad ſe ipſum trahere omni arte ſtudebat: Stilicho vero filio ſuo Eucherio Imperium vindicare nitebatur. Sed Rufinum milites qui una cum Theodoſio ad bellum adverſus tyrannum profecti erant, Roma reverſi, in loco qui Tribunal dicitur, ad ipſos Imperatoris pedes gladiis contrucidarunt: tum quod ipſis id mandatum fuerat à Stilichone: tum quod derideri ſe à Rufino deprehenderant. Cæterum eo ipſo die interfectus eſt, quo aſtrologi illum purpura tantum non induerant. Porro Rufinus procero corpore, & virilis animi fuit, ut ſcribit Philoſtorgius. Solertiam vero ejus, tum oculorum motus, tum linguæ facundia declarabat. Contra vero Arcadius, brevis ſtatura, & habitu corporis tenuis, & viribus infirmus, & colore niger fuit. Mentis quoque ſocordia, tum ex ejus ſermonibus, tum ex conniventibus oculis apparebat, qui dormientium more, clauſi, ægre admodum aperiebantur. Quæ quidem res Rufinum deceperunt: quaſi exercitus primo ſtatim aſpectu, ipſum quidem Imperatorem libentiſſime creaturus, Arcadium vero abjecturus eſſet. Porro milites cum Rufino caput amputaſſent, lapidem ori ejus immiſerunt: haſtæque infixum circumferentes, quaquaverſum diſcurrere cœperunt. Dextram quoque ejuſdem

Arcadius & Honorius Imp.

Rufinus & Stilicho.

Socr. l. 6. c. 1. Soz. l. 8. c. 1.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Νέμειν οὐ παραιτέμενον] Scribendum exiſtimo μένειν δὲ παραιτέμενον; quam ſcripturam in verſione mea ſum ſequutus. In MS. codice Samuelis Bocharti ſcriptum inveni, νέμειν ἐπαραιτέμενον; & in margine adſcriptum eſt eadem manu, ἴσως παραιτέμενον. Quam lectionem ſi ſequamur, ſenſus erit, Rufinum & Stiliconem nomen quidem atque habitum Imperii recuſaſſe, nec voluiſſe illud tanquam hereditatem cum Imperatoribus ſuis ſortito dividere: Vim tamen ejus ac poteſtatem penes ſe retinuiſſe. Sed verba Græca, meo quidem judicio, hunc ſenſum non admittunt. Ait enim Philoſtorgius, ἑκατέρῳ τῶν βασιλέων νέμειν: quod ſignificare non poteſt: *partiri cum utroque Imperatore.* Dicendum enim eſſet νέμειν σὺν ἑκατέρῳ. Quare prior interpretatio magis placet: quam confirmat etiam Nicephorus in libro 13. cap. 1. ubi pro verbis illis, νέμειν δὲ παραιτέμενον, ponit ſimpliciter χαιζέμενον.

2 Διὰ χθρὸς & γλώσσης εἶχεν] In MS codice Samuelis Bocharti deſunt verba illa, καὶ γλώσσης. Quæ quidem otioſa prorſus mihi videntur ac ſuperflua. Sed poſt verba illa, ἀφ' χθρὸς εἶχεν deſideratur integra pericope, quam nos ex conjectura reſtituimus hoc modo: ὁ μὲν πλίχων σὺν στρατηγοῦ, ὁ δὲ οὐρβίκου σὺν ὑπάρχου φθονηρείᾳ, &c. Qua quidem conjectura nihil certius eſſe exiſtimo. De ambobus enim ſimul loquitur Philoſtorgius. Nicephorus tamen vulgatam ſcripturam ſequutus eſt in cap. 1. lib. 13.

3 Ὁ πλίχων δὲ] Ante hæc verba deerat integra pericope, quam nos ex optimo codice Samuelis Bocharti adjecimus in hunc modum. ὁ μὲν γὰρ Ῥυφῖνος, καὶ τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα εἰς ἑαυτὸν μεθέλκειν ἐπέχναζεν. Quam ſcripturam confirmat Nicephorus in capite primo libri 13.

4 Ἐν τῷ λεγομένῳ τριβουναλίῳ] De hoc tribunali quod erat in Septimo, multa notavi in Commentariis ad Ammianum Marcellinum pag. 316. quæ Jacobus Gothofredus in Annotationibus ad hunc Philoſtorgii locum magna ex parte deſcripſit.

5 Οἱ στρατολόγοι] Quinam ſint iſti qui ad delectus militum agendos miſſi erant, non ſatis expreſſit Philoſtorgius. Videntur tamen fuiſſe principales milites, quorum maxima erat auctoritas in exercitu: Quos Rufinus pecunia corruperat, ut Imperatorem ipſum proclamarent. Hæc vox tamen mihi valde ſuſpecta eſt, nec video quomodo convenire poſſit huic loco. Nam Philoſtorgius paulo ante dixit, univerſos milites infenſos fuiſſe Rufino. Cur ergo nunc στρατολόγοι iſti Rufinum purpura induere

σαύτως

præciſam geſtantes, per ſingulas officinas urbis circumtulerunt, hæc addentes; Date ſtipem inſatiabili. Magnamque auri vim hujuſmodi poſtulatione collegerunt. Hi enim qui caput illud videbant, tanquam ob jucundum ipſis ſpectaculum libenti animo aurum largiebantur. Ac Rufini quidem ambitio & imperandi cupiditas hunc exitum ſortita eſt. Stilichonem quoque ob inſidias Honorio ſtructas, ut ait Philoſtorgius, exercitus, accepta ab Imperatore teſſera, una cum conjurationis ſociis interfecit.

Soz. l. 9. c. 4.

Eutropius Eunuchus.

4. Poſt cædem Rufini Eutropius Eunuchus, ſervili genere ortus, cum in palatium irrepſiſſet, & ad dignitatem Præpoſiti evectus eſſet, præſenti tamen fortuna minime contentus fuit. Sed quoniam genitalium abſciſſio eum ab Imperio ſubmovebat, perſuaſit Imperatori, ut ipſum Patricium & Conſulem renuntiaret. Itaque Eunuchus, qui ne vilem quidem filium gignere poterat, pater deinceps Imperatoris fuit.

Eunomii corpus ſepulcro motum, librique uſti.

5. Eutropius, ut ait Philoſtorgius, Cæſario qui poſt Rufinum præfecturam prætorii adminiſtrabat, mandavit, ut Eunomium ex agro Dacoroeno Tyana transferret, à Monachis qui illic erant ſervandum. Invidens quippe Eunomii gloriæ, ne cadaver quidem ejus commune cum magiſtro ſepulchrum ſortiri permiſit, idque licet plurimi id enixe flagitaſſent. Sed & libros ejuſdem Eunomii, publicis edictis juſſit aboleri.

Arcadii Imp. uxor.

6. Arcadius Imperator, poſt patris obitum, filiam Bautonis duxit uxorem. Erat autem Bauto natione Barbarus, & Magiſterio militum in Occidentis partibus perfunctus fuerat. Porro mulier longe à viri deſidia ac ſocordia diſtabat. Inerat enim ei nonnihil Barbaricæ audaciæ. Suſceperat jam ex ea Arcadius filias duas, Pulcheriam & Arcadiam. Poſtmodum vero Marinam quoque & Theodoſium filium ex ea ſuſtulit. Tunc igitur cum duorum tantum liberorum parens eſſet, ab Eutropio contumelia affecta: minatus enim ei fuerat Eutropius, ſe palatio eam propediem ejecturum eſſe: liberos ſuos ambabus ulnis complexa, ſicut erat, ad maritum acceſſit: & lamentans ſimul ac liberos prætendens, lacrymarum imbrem profudit. Alia item adjecit, quæ mulieres iratæ muliebri arte facere ſolent, quibus mariti animum ad miſerationem vehementius concitent. Tum vero Arcadius, & miſeratione infantium commotus eſt, qui naturali quodam impulſu una cum matre ejulabant; & ira exarſit. Ac tum demum Arcadius, ira eum inflammante & verborum vigorem ei ſuggerente,

σαύτως τεμόντες, ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις τῆς πόλεως ᾠείηγον, δότε τῷ ἀπλήστῳ, λέγοντες. καὶ πολὺ χρυσίον ἡ αἴτησις ἠραγίσατο. οἷα γὰρ ἐπὶ καθυμίῳ θεάματι, προθύμως τὸ χρυσίον οἱ ὁρῶντες ἀντιδίδοσαν. ἀλλ' ὁ μὲν Ῥυφίνου τῆς βασιλείας ἔρως εἰς τοῦτο ᾠείκοφε. καὶ τ' Στελίχωνα δὲ, ὡς 1
οὗτος λέγει, ἐπιβουλὴν κατὰ τοῦ Ὁνωρίου συστησάμενον, αὐτόν τε καὶ τοὺς συστασιώτας ὁ τὸ σωτήριον παρὰ τοῦ βασιλέως δεξάμενος στρατὸς ἀπο-
σφάττουσιν.

4. Οπ Εὐτρόπιός φησι μὲν Ῥυφῖνον, ἐκ δούλων εὐνοῦχος εἰς τὰ βασίλεια παρεισδὺς, καὶ τὴν τοῦ 2
πραιποσίτου τιμὴν ἀναδὰς, τοῖς παροῦσιν οὐκ ἠγάπησεν. ἀλλ' ἐπειδήπερ αὐτὸν ἡ ἐκτομὴ τῆς ἀλυργίδος ἀπεῴρει, πείθει βασιλέα, πατρίκιόν τε αὐτὸν, καὶ ὕπατον ἀναγεγράφειν. ᾧ ἦν λοιπὸν παῖδα εὐνοῦχος βασιλέως, ὁ μηδὲ τ' τυχόντα παῖδα φῦναι δυνάμενος.

5. Οπ φησιν Εὐτρόπιος ᾠχετάθει Καισαρίῳ τ' Ῥυφίνου διαδεξαμένῳ ἀρχὴν, Εὐνόμιον ἐκ τῶν Δακοροηνῶν ἐπὶ Τύανα μεταστῆσαι, ὑπὸ τ' ἐκεῖ μοναζόντων τηρησόμενον. βασκαίνων γὰρ αὐτῷ καὶ κλέους, οὐδὲ τὸν νεκρὸν αὐτοῦ ταφῆς τυχεῖν τῆς μετὰ τοῦ διδασκάλου συνεχώρει, καίτοι πολλὰ πολλῶν δεηθέντων. ἀλλὰ καὶ [a]τὰς βίβλους αὐτοῦ δημοσίοις a
γράμμασιν ἀφανίζεσθαι διετάξατο.

6. Οπ φησιν Ἀρκάδιος ὁ βασιλεὺς μετὰ θάνατον τοῦ πατρὸς, θυγατέρα Βαύδωνος ἄγεται γυναῖκα· ὁ δὲ, Βάρβαρος μὲν ἦν τὸ γένος, φρατρίᾳ δὲ κατ' ἐσπερίαν ἀφαιρέτας. τὸ δὲ γύναιον, ὃ κατ' τ' ἀνδρὸς διέκειτο ναθείαν, ἀλλ' ἐνῆν αὐτῇ τοῦ Βαρβαρικοῦ θράσους ὐκ ὀλίγον. αὕτη δὲ θυγατέρας ἤδη τῷ Ἀρκαδίῳ δύο, Πουλχερίαν καὶ Ἀρκαδίαν ἐγείνατο· ὕστερον δὲ καὶ Μαρῖναν, καὶ υἱὸν ἐπέτεκε Θεοδόσιον. τότε δ' οὖν τ' δύο παίδων μητὴρ οὖσα, παρὰ Εὐτροπίου ᾠειυβελιθεῖσα, ὡς κατειλεῖν αὐτῇ ἐπενεγκεῖν, τ' βασιλείων θᾶττον ἀποπέμψασθαι· ὡς εἶχεν ἀγκαλισαμένη τὰ παιδία μετὰ χειρὸς ἑκατέρας, ᾠεσέρχεται τῷ ἀνδρὶ· καὶ κωκύσασά τε ἅμα, καὶ τὰ βρέφη ᾠετεινομένη, δακρύων ἠφίει λιβάδας, καὶ τἆλλα ἐποίει ὅσα γυνὴ φλεσμαίνουσα, γυναικείᾳ τέχνῃ πρὸς τὸ παθητικώτερον ἐφελκύσαιτο τὸν ἄνδρα. τῷ δὲ Ἀρκαδίῳ οἰκτός τε τῶν παίδων εἰσήει, ἐκ δ' πρὸς τὴν μητέρα συμπαθείας [3]βραυ- 3
κανομένων, καὶ ὀργὴ ἀνήφθη. καὶ δὴ τότε τοῖς τε θυμοῖς καὶ τῇ δι' αὐτῶν ἐμβριθείᾳ τ' λόγων ὁ Ἀρκά-

VALESII ANNOTATIONES.

conantur? omnino ἀστρολόγοι ſcribendum hic mihi videtur, non φρατρόλογοι. Aſtrologi enim ſeu Mathematici Rufino Imperium prædixerant. Occiſus eſt autem Rufinus eo ipſo die, quo Aſtrologi illum Imperatorem fore pronuntiaverant.

1 Εἰς τοῦτο ᾠειέκοψεν] Melius ni fallor ſcriberetur ᾠεθέκοψεν. In Manuſcripto codice Bocharti ſcriptum inveni περίκοψεν. Sed Nicephorus emendationem noſtram confirmat: ᾠεθέβη enim poſuit: quod idem eſt ac ᾠεθέκοψε.

2 Καὶ τῷ τοῦ πραιποσίτου τιμὴν ἀναδὰς] Addenda videtur præpoſitio hoc modo, καὶ ἐς τὴν τοῦ πραιποσίτου, &c.

3 Βραϋκανομένων] In Manuſcripto codice Samuelis Bocharti legitur βραυκανομένων cum diphthongo. Et ad marginem adſcriptum eſt eadem manu, ἴσως κραυγαζομένων. Sed nihil opus eſt hac emendatione, cum βραυκανομένων Græca vox ſit, ut teſtatur Heſychius his verbis: βραυκανᾶσθαι ἐπὶ τῶν κλαιόντων παιδίων λέγεται, ὡς μίμημα φωνῆς.

VARIORUM.

a Τὰς βίβλους αὐτοῦ δημοσίοις γράμμασιν ἀφανίζεσθαι διετάξατο] Hoc ipſum Conſtitutione ſua Arcadius ad Eutychianum Cæſarii ſucceſſorem miſſa anno Chr. 398. ſancivit, lib. 34. Cod. Theod. de Hæreticis. *Codices ſane eorum* (Eunomianorum &c.) *ſcelerum omnium doctrinam ac materiam continentes ſumma ſagacitate mox quari ac prodi exerta authoritate mandamus, ſub aſpectibus eorum judicantium incendio mox cremandos. Ex quibus ſi quis forte aliquid qualibet occaſione vel fraude occultaſſe nec prodidiſſe convincetur, ſciat ſe velut noxiorum codicum & maleficii crimine conſcriptorum occultatorem capite eſſe plectendum.*

δις βασιλεὺς ἦν. ὅθεν αὐτίκα τὸν Εὐζόπιον τιμῆς τε ἁπάσης ἀφείλετο, καὶ τὸν πλοῦτον ἀφῃρέθη, καὶ εἰς Κύπρον τὴν νῆσον φυγαδεύει. μεθ' ὃ πολὺ δὲ τινῶν ἀπενεγκάντων καθ' αὐτοῦ γραφὴν, ὡς ὁπότε ὕπατος ἐγεγόνει, βοσκήμασιν ἀπεχρήσατο, οἷς οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἐξῆν, μὴ ὅτι γε μόνῳ βασιλεῖ, μετάπεμπτος ἀπὸ Κύπρου γίνεται. καὶ συνεδρίου κατὰ τὸ καλούμενον Παντίχιον καθεζέντος, Αὐρηλιανὸς δ' ὁ ὕπαρχος καὶ ἕτεροι τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἐπιφανῶν ἀρχόντων διεσκόπουν τὰ καληγορούμενα· αἰτίαις ὁ Εὐζόπιος ἁλοὺς, τὴν κεφαλὴν ἀφῃρέθη. ἀλλ' ὁ μὲν Φιλοστόργιος ταῦτα περὶ Εὐζοπίου λέγει· ἕτεροι δὲ ἄλλας αἰτίας, δι' ἃς ἀφῃρέθη τῆς ἀρχῆς, καὶ τῆς εὐπορείας, καὶ δὴ καὶ τοῦ θανάτου ἀνεφορῶσιν.

Imperator apparuit. Statim igitur Eutropium omni dignitate exuit, opesque ei ademit, & in Cyprum insulam eum relegavit. Nec multo post, cum nonnulli eum accusassent, quod consul factus ornamentis iis usus esset, quibus nemini præter Imperatorem uti licebat, ex Cypro revocatus est. Cumque Judices in Pantichio consedissent, Aurelianus vero Præfectus prætorio, & alii qui præcipuos Magistratus gerebant, ad exercendam quæstionem constituti essent, Eutropius convictus criminis cujus accusabatur, capite pœnas dedit. Et Philostorgius quidem de Eutropio ista scribit. Alii vero alias causas referunt, ob quas Eutropius dignitate nudatus ac relegatus, & postremo capite multatus est.

Socr. lib. 6. cap. 5. Soz. lib. 8. cap. 7.

Eutropius capite plexus.

7. Ὅτι φησὶ καὶ τοὺς ἐπ' ἐμὲ γεγενημένους χρόνους τοσαύτη φθορὰ γέγονεν ἀνθρώπων, ὅσην οὐδεὶς χρόνος ἐξ αἰῶνος ἔγνω· καὶ ταύτῃ ἄρα καὶ τὸν ξιφίαν σημαίνειν ἀστέρα. οὐ γὰρ μόνον τὸ μάχιμον, ὥσπερ πάλαι κατὰ τοὺς ἔμπροσθεν πολέμους, ἀπανηλώθη, οὐδ' ἐν μέρει γῆς τὰ πάθη συνέσχε· ἀλλὰ πάντα μὲν διεφθείρετο γένη· πᾶσα δ' ἀπόλωλεν ἡ Εὐρώπη, καὶ τῆς Ἀσίας οὐκ ὀλίγη μοῖρα συνδιεφθάρη· ἀλλὰ καὶ τῆς Λιβύης ἡ πολλὴ, καὶ μάλιστα γε ὅση Ῥωμαίοις ὑπολελεῖ. Βαρβαρικὴ μὲν γὰρ τὸ τῆς φθορᾶς πλῆθος εἰργάζετο μάχαιρα· λιμὸς δὲ καὶ λοιμὸς, καὶ θηρίων ἀγρίων ἀγέλαι συνεπεπίθεντο· σεισμοί τε ἐξαίσιοι πόλεις καὶ οἰκίας ἀνασπῶντες ἐν βάθρων, εἰς τὸ ἀφυκλόταλον τ' ὄλεθρον ἀναφίεσαν. καὶ χάσματα δὲ γῆς ἐναχθῆ τοῖς οἰκήτορσιν ὑπορρηγνυμένης, ταφὴν ἦν αὐτοχέδιος· ἐπικλυσμοί τε τ' ἐξ ἀέρος ὑδάτων, καὶ καθ' ἄλλους αὐχμοὶ φλογώδεις, πρηστῆρές τε ἦσαν οἷς ἐμβαλλόμενοι, ποικίλον τε τὸ δεινὸν ἐποίουν καὶ ἀφόρητον. καὶ δὴ καὶ χάλαζα μείζων ἢ κατ' ἀνθρώπου χερμάδα πολλαχοῦ γῆς κατεφέρετο. ἄχρι γὰρ καὶ ὀκτὼ τῶν λεγομένων λιτρῶν ἕλκουσα βάρος, ὤφθη καταση̃ψασα. χιόνος δὲ πλῆθος καὶ κρυμοῦ ὑπερβολαὶ, οὓς ἄλλη πληγὴ οὐ προαναίρπασε, τούτους καταλαμβάνουσα τοῦ βίου ἐξέλαυνον, καὶ σαφῶς τὴν θείαν ἀνεκήρυττον ἀγανάκτησιν· εἰ καθ' ἕκαστον ἐπεξελθεῖν, ὑπὲρ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἂν εἴη δύναμιν.

7. Ait Philostorgius, sua adhuc ætate tantam hominum luem exstitisse, quanta nunquam superiori memoria extiterat. Atque hoc ait portendisse stellam quæ instar gladii apparuerat. Neque enim militares copiæ tantum, ut superioribus bellis, consumptæ sunt: Neque in parte aliqua orbis terrarum calamitates substiterunt. Verum cujuscumque conditionis homines interierunt: & tum universa Europa, tum Asiæ non minima pars funditus periit. Africæ præterea magna pars, ac præcipue ea quæ Romanis parebat. Nam & Barbaricus ensis maximam hominum multitudinem delevit: Et pestilentia ac fames, & agrestium ferarum greges simul incubuerunt. Ad hæc terræmotus gravissimi, urbes ac domos à fundamentis ipsis evertentes, in exitium inevitabile projecerunt. Hiatus quoque terræ in quibusdam locis ruptæ ac dehiscentis, subitaneum sepulcrum incolis præbuit. Aquarum item è cælo cadentium diluvia quibusdam in locis: alibi vero siccitates flammeæ, & ignis turbines cælitus immissi, multiplicem atque intolerabilem intulerunt calamitatem. Sed & grando, lapide manum implente major, multis in locis decidit. Deprehensa enim est alicubi, quæ octo librarum ut vocant pondus æquaret. Nivium præterea vis & frigoris immanitas, eos quos alia calamitas non præripuerat, corripiens, vita privavit, dei indignationem manifeste denuntians. Verum singula commemorare, humanis viribus majus videtur.

Calamitates publicæ.

8. Ὅτι τῶν Οὔννων φησὶν οἱ μὲν, τὴν ἐντὸς Ἴστρου Σκυθίας τὴν πολλὴν χειρωσάμενοι καὶ διαφθείραντες

8. Hunni qui Scythiam quæ trans Istrum sita est occupaverant prius ac devastarant,

Barbarorum motus Soz. lib. 8. cap. 1.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Βοσκήμασιν ἀπεχρήσατο] Longe melius in codice Samuelis Bocharti scribitur κοσμήμασιν. Quam scripturam confirmat Nicephorus in cap. 4. libri 13. ubi hunc Philostorgii locum ita expressit. κόσμοις παρ' ἀξίαν ἐχρήσατο, οὓς μόνῳ ἔξεστι βασιλεῖ ἀμφιέννυσθαι. *Purpuram* igitur intelligo, qua Eutropius Kalendis Januarii, dum Consul procederet, usus fuerat.

2 Κατὰ τὸ καλούμενον Παντυχίον] Rectius in codice Bocharti scriptum est Παντίχιον, & ad marginem adnotatum eadem manu: vel Παντίχιον. *Nam prior quidem scriptura erat cum* τ; *sed postea medium inter* τ *&* ι *insertum est longiusculum.* Ex quo conjicere licet, scriptum fuisse in hoc codice Παυλείχιον cum diphthongo, quemadmodum scribitur apud Sozomenum in libro 7. cap. 21. Dicta est autem ea Statio Pantichium, eo quod nihil aliud haberet quam murum. Ab eadem causa Panormus olim nominata est, urbs Siciliæ. Cæterum non assentior Gothofredo, qui συνέδριον hoc loco interpretatur Consistorium. Atqui συνέδριον nunquam Consistorium significat, nisi aliquid amplius addideris. Sic in Hesychii Lexico legitur κοινοσύνεδρον, θεῖον συνέδριον. Consistorium porro dici non potest, nisi in quo Princeps judicat, assidentibus Judicibus Consistorianis, ut alibi notavi.

3 Οὗ καθ' ἕκαστον ὑπεξελθεῖν] Scribendum puto, ὧν τὸ καθ' ἕκαστον ἐπεξελθεῖν. Quam lectionem confirmat Nicephorus in cap. 36. libri 13. ubi hunc Philostorgii locum ita expressit: περὶ ὧν καθ' ἕκαστον ἐπεξελθεῖν, ὑπὲρ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἂν εἴη δύναμιν. Posset etiam scribi, ἃ καθ' ἕκαστον ἐπεξελθεῖν, &c. In MS. codice Bocharti καθέκαστον scribitur una voce, non male.

poſtea, amnem gelu conſtrictum trajicientes, in Romanorum ditionem irruperunt: & per univerſam Thraciam diffuſi, totam Europam depopulati ſunt. Hunni autem Orientales, trajecto amne Tanai, in Orientis provincias effuſi, per majorem Armeniam in Regionem quæ Melitine dicitur, irruerunt. Exinde Euphratenſem aggreſſi, ad Cœleſyriam uſque penetrarunt: & percurſa Cilicia, incredibilem hominum cædem perpetrarunt. Mazices præterea & Auſoriani, qui inter Africam ac Libyam ſedes habent, ab Orientali quidem ipſorum plaga Libyam devaſtarunt, & Ægypti haud exiguam partem ſimul oppreſſerunt. Ab Occidentali autem plaga Afros aggreſſi, ſimili clade affecerunt. Præter hos omnes Barbaros, Tribigildus quoque, vir natione Scytha, ex iis qui nunc Gothi nominantur: horum enim Scytharum gentes ſunt numero plurimæ ac diſcrepantes: hic igitur cum Barbarorum copias circa ſe haberet, & Nacoliæ in Phrygia reſideret, Comitis dignitate decoratus; ex amico repente hoſtis Romanorum efficitur. Et ab ipſa exorſus Nacolia, plurimas Phrygiæ urbes occupavit, magnamque hominum ſtragem fecit. Contra hunc miſſus Gaina Magiſter militum, ipſe quoque natione Barbarus, victoriam prodidit, cum & ipſe paria adverſus Romanos moliretur. Exinde Tribigildus, quaſi Gainam fugiens, in Piſidiam ac Pamphyliam invaſit, eaſque depopulatus eſt. Dein variis locorum difficultatibus & Iſauricis præliis attritus, tandem in Helleſpontum evaſit. Unde cum in Thraciam trajeciſſet, non multo poſt extinctus eſt. At Gaina poſt proditionem cum Magiſtri militum dignitate reverſus Conſtantinopolim, eam occupare conatus eſt. Verum cæleſtis quidam exercitus, conſpectus ab iis qui rem executioni mandare aggreſſi erant, cum eos perterruiſſet, urbem quidem expugnationis periculo liberavit: illos vero deprehenſos, hominum vindictæ tradidit. Ingens itaque eorum cædes perpetrata eſt. Gaina vero tanto metu perculſus fuit, ut ſtatim nocte ſuperveniente, cum iis quos colligere potuit, portarum cuſtodes vi facta perrumpens, ex urbe egreſſus ſit. Quoniam vero Thracia penitus vaſtata erat, ac neque neceſſariorum quidquam præbere, neque aliam deprædationem ſuſtinere jam poterat, Gaina in Cherroneſum trajecit, ratibus inde in Aſiam transfretare cogitans. Quod quidem ejus conſilium cum Imperator didiciſſet, miſſus eſt contra illum Fravita Magiſter militiæ, Gothus quidem natione, ſed religione paganus: fidus autem Romanis, & rei militaris peritiſſimus. Hic igitur, dum Gaina exercitum ſuum in oppoſitam continentem ratibus trajiceret, navibus armatis in eas invectus, levi negotio cunctos qui illis vehebantur confecit. Quare Gaina nullam ſibi ſpem relictam videns,

Tribigildus. *Socr. lib. 6. cap. 6.* *Soz. lib. 8. cap. 4.*

Gaina.

Fravita.

θρότερον, ἔπειτα παγέντα τὸν ποταμὸν διαβάντες, ἀθρόως εἰς τὴν Ῥώμην εἰσήλασαν· καὶ κατὰ πᾶσαν ἀναχθέντες τὴν Θρᾴκην, ὅλην τε Εὐρώπην ἐληίσαντο. οἱ δὲ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, τὸν Τάναϊν ποταμὸν διαβάντες, καὶ τῇ ἑῴᾳ ἐπεισρυέντες, διὰ Ἀρμενίας μεγάλης εἰς τὴν καλουμένην Μελιτινὴν κατερράγησαν. ἐκ ταύτης δὲ Εὐφρατησίαν τε ἐπέθεσαν, καὶ μέχρι τῆς Κοίλης, Συρίας ἤλασαν· καὶ τὴν Κιλικίαν καταδραμόντες, φόνον ἀνθρώπων εἰργάσαντο ἀνιστόρητον. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ Μάζικες καὶ Αὐξωριανοὶ· μεταξὺ δὲ Λιβύης καὶ Ἄφρων οὗτοι νέμονται· κατὰ μὲν τὸ ἑῷθινὸν αὐτῶν κλίμα τὴν Λιβύην ἐξηρήμωσαν, καὶ τῆς Αἰγύπτου μοῖραν οὐκ ἐλαχίστην συνδιώλεσαν· Ἄφροις τε ἐμβαλόντες καὶ δυόμενον ἥλιον, τὰ πλησία ἔδρασαν. ἀλλ' ἐπὶ τούτοις πᾶσι καὶ Τριγιβίλδος, ἀνὴρ Σκύθης μὲν γένος, τῶν νῦν ἐπικαλουμένων Γότθων, πλεῖστα γὰρ καὶ διάφορα τούτων ἔστι Σκυθῶν γένη, ἔτος δὴ δύναμιν βαρβαρικὴν ἔχων, καὶ τὴν Φρυγίας ἐν τῇ Νακωλείᾳ καθεζόμενος, καὶ κόμητος ἔχων τιμὴν, ἐκ φιλίας εἰς ἔχθραν Ῥωμαίων ἐκπεσών, ἀπ' αὐτῆς Νακωλείας ἀρξάμενος, πλείστας τε πόλεις τὴν Φρυγίας εἷλε, καὶ πολὺν φόνον ἀνθρώπων εἰργάσατο. ἐφ' ὃν Γαϊνᾶς ὁ στρατηγὸς ἐκπεμφθείς, βάρβαρος δ' ἐὼν καὶ αὐτὸς, πρᾴδωκε τὴν νίκην, τὰ ἴσα καὶ αὐτὸς Ῥωμαίοις δράσαι διανοούμενος. ἐκεῖθεν ὁ Τριγιβίλδος ὡς δὴθεν τὸν Γαϊνᾶν διαφυγών, τήν τε Πισιδίαν καὶ τὴν Παμφυλίαν ἐπιὼν καταλυμήνατο· εἶτα πολλαῖς καὶ αὐτὸς πρότερον δυσχωρίαις τε καὶ Ἰσαυρικαῖς μάχαις θερμανθεὶς τὴν ἰσχὺν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον διασώζεται. καὶ περαιωθεὶς ἐπὶ τὴν Θρᾴκην, ἃ μετὰ πολὺ διαφθείρειν. Γαϊνᾶς δὲ μετὰ τὴν θεοδοσίαν ἐν τῷ τοῦ στρατηγοῦ σχήματι πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανελθὼν, εἰς μελέτην ἦκε ταύτην ἀφικέσθαι. ἰδρυία δέ τις ἔνοπλος ἐπιφανεῖσα δύναμις, καὶ τοὺς ἐπιβαλεῖν ὁρμηθέντας τῇ πράξει δειματώσασα, τὴν μὲν πόλιν τῆς ἁλώσεως ῥύεται, ἐκείνους δὲ φωραθέντας, ταῖς ἀνθρωπίναις δίκαις ἐκδίδωσι, καὶ φόνος αὐτῶν ἐρρύη πολύς. ὁ δὴ Γαϊνᾶς εἰς τοσοῦτον καλέσῃ δέους, ὡς αὐτίκα νυκτὸς ἐπεχούσης, μεθ' ὅσων ἠδύνατο τοὺς ἐπὶ τῶν πυλῶν βιασάμενος, ἐξελαύνει τῆς πόλεως. ἐπεὶ δὲ ἡ Θρᾴκη ἐξηρήμωτο, καὶ οὔτε παρέχειν τι τῶν ἐπιτηδείων ἦν δυνατὴ, οὔτε φθορὰν ἄλλην ἐνεγκεῖν, ἐπὶ Χερρόνησον ὁ Γαϊνᾶς στέλλεται, σχεδίας διανοούμενος ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαπεραιοῦσθαι. διαγνωσθείσης δὲ τῷ βασιλεῖ τῆς αὐτοῦ διανοίας, πέμπεται στρατηγὸς καθ' αὐτοῦ φρουίτας, Γότθος μὲν τὸ γένος, ἕλλην δὲ τὴν δόξαν, πιστὸς δ' ἦν Ῥωμαίοις, καὶ τὰ πολέμια κράτιστος. οὗτος ἐν ᾧ Γαϊνᾶς στρατὸν ἔπεμπε τὸν ὑπ' αὐτῷ στρατὸν ταῖς σχεδίαις διαπεραιοῦσθαι, νηίτῃ φόλῳ συμπλέκεται ταύταις, καὶ ἐκ ῥᾳστου πάντας τοὺς συμπλέοντας ταῖς σχεδίαις διαφθείρει. ἐξ ὧν Γαϊνᾶς τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀπογνούς,

VALESII ANNOTATIONES.

1 *Εὐφρατησίαν τι ἐπίθεσαν*] Scribendum eſt procul dubio *εὐφρατησίᾳ*, quemadmodum in MS. exemplari Samuelis Bocharti ad marginem emendatum inveni. De hac Hunnorum irruptione in Orientales provincias Imperii Romani, præter Scriptores à Gothofredo laudatos, loquitur etiam Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ.

ἀπογνοὺς,

ἀπογνὺς, εἰς τὰ τ῀ Θράϊκης ἀνωτέρω φθύγει, καί τινες τ῀ Οὔννων ὑ πολλοῦ διαῤῥυέντος χρόνου ἐπελθόντες, αὐτὸν ἀναιρῦσι· ϗ ἡ κεφαλὴ ταριχευθεῖσα, εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐκομίσθη. χωρὶς δὲ τ῀ εἰρημένων κακῶν, ϗ τὸ Ἰσαύρων γένος, παντοδαπὲς ἐπήνεγκεν ὀλέθρους. πρὸς μὲ γὰρ ἥλιον ἀνίσχοντα, τήν τε Κιλικίαν καλέδεσμον, ϗ τ῀ ὅμορον Συρίαν· ϗ τ῀ κοίλην μόνον, ἀλλὰ ϗ τ῀ ἄλλην μέχρι Περσῶν αὐτῶν ἀφικομένην. κζ' δὲ Ἰάπυγα ἄνεμον ϗ Θρασκίαν, Παμφυλίαν τε ἐπῆλθον, ϗ Λυκίους διέφθειρον· Κύπρον τε τ῀ νῆσον καταῤῥεψάμενοι, Λυκάονάς τε ϗ Πισίδας ᾐχμαλώτισαν· ϗ Καππαδόκας τὸ πλεῖον ἀναστήσαντες, ἄχρι καὶ ἐπὶ τ῀ πόντου διεκπλεύσαντες· ϗ τ῀ ἄλλων Βαρβάρων τὰ χείριστα τοὺς ἁλισκομένους ὅτοι διέθεντο.

in ſuperiora Thraciæ loca aufugit. Nec multo poſt Hunni quidam impetu facto eum interfecerunt: caputque ejus ſale conditum Conſtantinopolim perlatum eſt. Præter has calamitates, Iſaurorum gens varias clades intulit Romanis. Nam ad ſolis quidem ortum Ciliciam percurſarunt, & finitimam Syriam, non eam ſolum quæ Cœlè dicitur, ſed & eam quæ ad Perſas uſque pertingit. Ad Iapygem autem & Thraſciam ventos, Pamphyliam invaſerunt, & Lyciam populati ſunt. Cyprum quoque inſulam vaſtarunt: Lycaonas item ac Piſidas in ſervitutem abduxerunt. Cumque Cappadocas ſedibus ſuis expuliſſent & captivos egiſſent, ad Pontum uſque progreſſi ſunt, & atrocius quam reliqui Barbari in captivos ſævierunt.

ΕΚ ΤΗΣ ΔΩΔΕΚΑΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

1. Ὅτι Φιλοστόργιος, ϗ ὅτι ἄλλοις πολλοῖς Στιλίχωνος κατατρέχων, καὶ τυραννίδος ἔνοχον γεγράφη. καὶ ὡς Ὀλύμπιος τὶς τ῀ μαγίστρων, Φερόμθνον κζ' τ῀ βασιλέως ὅτι τ῀ παλατίῳ τὸ ξίφος ἀνταλαβὼν τῇ χειρὶ, ἑαυτὸν μὲν ἐλυμήνατο, τὸν βασιλέα δὲ διέσωσε· καὶ συνεργὸς αὐτ῀ καλέσαι τοὺς τὴν ἀναίρεσιν Στιλίχωνος, κατὰ τὴν Ῥάβενναν διατρίβοντος. ἄλλοι δὲ οὐκ Ὀλύμπιον, ἀλλ' Ὀλυμπιόδωρον φασὶν· οὐδ' ἐπαμύναι τ῀ βασιλεῖ, ἀλλ' ἐπιβεβλῦσθαι τ῀ εὐεργέτῃ Στιλίχωνι, καὶ εἰς τυραννίδα συκοφαντῆσαι αὐτόν· καὶ οὐδὲ μάγιστρον τηνικαῦτα εἶναι, ἀλλ' ὕστερον μετὰ τὸν ἄδικον τ῀ Στιλίχωνος φόνον, ἔπαθλον τὴν ἀξίαν λαβεῖν. ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὰν ϗ αὐτὸν ῥοπάλοις ἀναιρεθέντα, τῆς μιαιφονίας τὴν δίκην ἀποτίσαι τ῀ Στιλίχωνι.

EX LIBRO DUODECIMO HISTORIÆ.

1. PHILOSTORGIUS cum ob alia multa Stiliconem graviter perſtringit, tum affectatæ tyrannidis reum fuiſſe ſcribit. Refert etiam quomodo Olympius quidam Magiſter, gladium qui adverſus Imperatorem ſtrictus erat in palatio, manu ſua corripiens, ſeipſum quidem læſerit, Imperatorem vero ſervarit, eique ad occidendum Stiliconem qui tunc Ravennæ morabatur, operam ac miniſterium ſuum commodaverit. Alii hunc non Olympium, ſed Olympiodorum nominant: Nec Imperatori ſuppetias eum tuliſſe dicunt, ſed Stiliconi bene de ſe merito inſidias ſtruxiſſe, eumque affectatæ tyrannidis falſo accuſaſſe. Nec Magiſtrum eo tempore adhuc fuiſſe ſcribunt, ſed poſt injuſtam Stiliconis cædem, eam dignitatem præmii loco accepiſſe. Eundem tamen haud multo poſt fuſtibus interfectum, nefariæ cædis pœnas pependiſſe Stiliconi.

Stiliconis cades.

Olympius.

2. Οπ κζ' τοὺς παρειρημένους χρόνους Ἀλάριχος Γότθος τὸ γένος, ἐκ τὰ τῆς Θράϊκης ἄνω μέρη δύναμιν ἀθροίσας, ἐπῆλθε τῇ Ἑλλάδι, καὶ τὰς Ἀθήνας εἷλε, καὶ Μακεδόνας, ϗ τοὺς παρεχεῖς Δαλμάτας ἐλῄσατο. ἐπῆλθε δὲ ϗ τὴν Ἰλλυρίδα, καὶ τὰς Ἄλπεις ὑφελὰς, ταῖς Ἰταλίαις ἐπέβαλε· Στιλίχωνι δὲ, ὡς οὗτος λέγει, ζῶντι μετάπεμπτος ἦν, ὃς αὐτ῀ καὶ τὰς τ῀ Ἄλπεων πύλας διῴοιξε. καὶ γὰρ ἐπιβουλὰς πάσας Στιλίχωνα κατὰ βασιλέως παλαμᾶσθαι, καὶ μηδ'

2. Iiſdem temporibus Alaricus, natione Gothus, circa ſuperiores Thraciæ partes collecto exercitu, in Achaiam irrupit, & Athenas cepit: Macedonas quoque & finitimos Dalmatas populatus eſt. Illyricum præterea invaſit, & Alpes tranſgreſſus in Italiam intravit, à Stilicone qui tunc adhuc ſuperſtes erat, evocatus, ut ait Philoſtorgius: Qui quidem Alpium etiam clauſtra ei reſeravit. Omne enim inſidiarum genus adverſus Imperatorem ſtruxiſſe ait Stiliconem, nec ob id ſaltem re-

Alaricus in Romanum orbem irrumpit.

Soz. lib. 8. cap. 25. & lib. 9. cap. 4.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Μέχρι περσῶν αὐτῶν ἀφικομένην] Non dubito quin ſcribendum ſit, ἀφικόμενοι, ſupple *Iſauri*. Certe in MS. codice quo uſus eſt Bochartus, ſcriptum erat ἀφικόμε, accentu in antepenultima, & ſupra ultimam literam apponitur η, quæ nota indicare mihi videtur ſyllabam νοι.

2 Κατὰ δὲ ἄπυπα ἂν ἐκεῖ] Longe rectius in MS. codice Samuelis Bocharti legitur hoc modo: κατὰ δὲ ἰάπυγα ἄνεμον ϗ θρασκίαν. Sic etiam in Scoriacenſi codice ſcriptum fuiſſe teſtatur Holſtenius, qui Latinam Gothofredi interpretationem ita correxit: *Ad Iapygem autem & Thraſciam ventum*: Hoc eſt, *ad Occaſum æquinoctialem. & Septentrionem verſus. Inde enim Corus & Cæcias ſpirant.*

3 Καὶ Καππαδόκας ἀναστήσαντες] In MS. codice Samuelis Bocharti hic locus auctior habetur. Sic enim codex ille: ϗ Καππαδόκας τὸ πλεῖστον ἀναστήσαντες, &c. Id eſt, *Et Cappadocibus magna ex parte in ſervitutem abductis, ad Pontum uſque progreſſi ſunt.* ἀναστήσαντες enim idem eſt quod ἀναστάσους ποιήσαντες. Quod cum non intelligeret Gothofredus, hunc locum peſſime interpretatus eſt. Cujus verſionem Holſtenius ad latus ſui codicis emendavit hoc modo: *Et Cappadocibus vaſtatis, ad Pontum uſque progreſſi ſunt: modiſque peſſimis, præ aliis Barbaris captivos ipſi afflixerunt.*

4 Ζῶντι μετάπεμπτος] In MS. codice Samuelis Bocharti verbum additur hoc modo: μετάπεμπτος ἦν. Quod idcirco monui, ne quis forte exiſtimaret, nos ex conjectura quidquam ſuppleviſſe.

veritum esse quod generum illum haberet, data illi in matrimonium filia; sed potionem ei præbuisse, qua procreandæ sobolis facultas adimeretur: neque illud animadvertit, se, dum Eucherium filium Imperatorem contra jus fasque renuntiare studeret, nepotem cui successionis jure Imperium debebatur, ante adultum florem succidere ac perdere. Porro Stiliconem adeo manifeste ac sine ullo metu tyrannidem exercuisse scribit, ut etiam nummos percuteret, in quibus præter ipsius effigiem nihil deerat.

[a] ὅπ γαμβρὸν αὐτὸν εἶχεν ἐπὶ θυγατρὶ δυσωπεῖας, ἀλλὰ χ' Φάρμακον αὐτῷ ἀγωνίας ἐγκεράσας. ἐλελήθη δὲ ἄρα ἑαυτὸν, ὁ τῷ σπουδάζειν ἵ ὑὸν [b] Εὐχέριον ἀναιρήσειν τῶν νόμων βασιλέα, τὸν ἔκγονον τῆς κατὰ θεοδοσίου καὶ θεσμὸν βασιλείας παραπεσόντα χ' ζημιώμενος. ὅπου δὲ καὶ φόρον καὶ ἀδεᾶ τινὶ [2] τυραννίδα παρεσκεῦσθαι τὸν Στελίχωνα λέγει, ὡς χ' νόμισμα, μορφῆς λειπούσης μόνης, κόψαντα.

Barbari Romam petunt.

3. Interfecto Stilicone, Barbari qui una cum illo erant, assumpto ejus filio statim abscesserunt. Cumque Romam appropinquassent, huic quidem permiserunt ut in templum quoddam quod jure asyli fruebatur, confugeret. Ipsi vero cuncta quæ circa urbem erant vastarunt: tum ut Stiliconem ulciscerentur, tum quod fame pressi erant. Ubi vero literæ ab Honorio missæ jure asyli potentiores, Eucherium morte multarunt, post hæc Barbari Alarico juncti, eum ad expugnandam urbem Romam incitarunt. Hic vero confestim Portum occupavit. Id autem est maximum navale urbis Romæ, tribus portubus constans, & in parvæ urbis magnitudinem extensum. Illic etiam annona publica juxta veterem consuetudinem erat recondita. Cum igitur *Alaricus.* Alaricus Portum levi negotio occupasset, urbem Romam tum annonæ penuria, tum reliquis machinamentis expugnavit. Et Romanis decernentibus: id enim illis Alaricus permiserat: *Attalus.* Attalum Imperatorem renunciavit. Ortus hic erat ex minore Asia: religione quidem paganus, dignitate vero Præfectus urbis Romæ. Post nuncupationem Imperatoris Attali, Alaricus permisit deinceps reliquiis populi Romani, his scilicet quos fames & humanorum corporum comestio reliquos fecerat, ut annonam sibi ex portu conveherent. Assumpto deinde Attalo, Magistri militum munere eidem fungens, Ravennam adversus Honorium cum exercitu proficiscitur. Inter hæc Attalus mandavit Honorio, ut privatam potius vitam eligeret, & extremorum membrorum abscissione totius corporis salutem redimeret.

3. Ὁπ Στελίχωνος ἀνηρημένου, οἱ συόντες βάρβαροι τὸν ἐκείνου παῖδα λαβόντες, τινὶ ταχυτῆτι ὤχοντο· καὶ τῇ Ῥώμῃ πλησιάσαντες, [c] τὸν μὲν ἐφεῖσαν εἴς τινα τῶν ἀσύλων ἱερὸν καταφυγεῖν· οἱ δὲ τὰ τῆς πόλεως πέριξ ἐπόρθουν, [3] τῶν μὲ τῷ Στελίχωνι τιμωρουμένων, τῶν δὲ λιμῷ πιεζόμενοι· ἐπεὶ δὲ παρὰ Ὁνωρίου γράμμα, κρεῖττον τῆς ἀσυλίας γενόμενον, ἀναιρεῖ τὸν Εὐχέριον, ἅμα ταῦτα συμμίξαντες οἱ Βάρβαροι Ἀλαρίχῳ, εἰς τὸν περὶς Ῥωμαίους αὐτὸν ἐξορμῶσι πόλεμον. ὁ δὲ ῥᾳδίως καταλαμβάνει τὸν πόρτον· μέγιστον δὲ οὗτος νέφελον Ῥώμης, λιμέσι τισὶ περιγραφόμενος, καὶ εἰς πόλεως μικρᾶς παρατεινόμενος μέγεθος. ἐν τούτῳ δὲ ὁ δημόσιος ἅπας σῖτος καὶ παλαιὸν ἔθος ἐταμιεύετο. ἑλὼν δὲ ῥᾳδίως τὸν Πόρτον, καὶ τῇ [4] σιτοδείᾳ, ἢ ταῖς ἄλλαις μηχαναῖς πολιορκήσας τινὰ Ῥώμην κατὰ κράτος αἱρεῖ· καὶ ψηφισαμένων τῶν Ῥωμαίων· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς Ἀλάριχος ὑπεδήλου· [d] Ἄτταλον αὐτοῖς ἀναγορεύει βασιλέα. οὗτος δὲ Ἰὼν μὲν ἦν τὸ γένος, Ἕλλην δὲ τινὰ δόξαν, τῆς αὐτῆς δὲ πόλεως ἔπαρχος. οὗτος δὲ λοιπὸν μὲ τινὰ ἀναγόρθωσιν τὸ λείψανον τῶν Ῥωμαίων, ὅτῳ ὁ λιμὸς αὐτὸς χ' ἡ ἀλληλοφαγία ὑπελείπετο, τροφὴν αὐτοῖς κομίζειν ἀπὸ τοῦ Πόρτου ἐφίησιν. εἶτα τὸν Ἄτταλον λαβὼν, καὶ στρατηγοῦ σχῆμα πληρῶν αὐτῷ, ἐπὶ τινὰ Ῥάβενναν κατ' Ὁνωρίου στρατεύει. καὶ κελεύει Ἄτταλος τὸν Ὁνώριον, τὸν ἰδιώτου ἀνθελέσθαι βίον, καὶ τῶν τοῦ σώματος ἀκροτηριῶν τῇ περιτομῇ τὴν τοῦ ὅλου σωτηρίαν ὠνήσασθαι.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Φάρμακον αὐτῷ ἀγωνίας ἐγκεράσαι] Hunc locum correxi ex manuscriptis codicibus Scoriacensi & Bochartiano, in quibus ἀγωνίας diserte scriptum habetur. Quare Holstenius interpretationem Gothofredi correxit hoc modo: *Sed & venenum, quod prolis procreandæ facultatem extingueret, potandum exhibuisse.* Melius medicamentum vertisset.

2 Τυραννίδα παρεσκευάσθαι] In codice Bocharti ad marginem adscriptum inveni, ἴσως παρεσκευάσθαι. Quæ conjectura certe non displicet. In textu autem scriptum erat παρεσκευάσθαι.

3 Τῶν μὲν τῷ Στελίχωνι τιμωρούντων] In manuscriptis codicibus legitur τιμωροῦντες. Quare non dubito quin totus locus ita restituendus sit, τὸ μὲν τῷ Στελίχωνι τιμωροῦντες, τὸ δὲ, &c. Id est, *Tum ut Stiliconem ulciscerentur, tum quod fame oppressi erant.* Potest etiam scribi: τοῦτο μὲν, &c. τοῦτο δὲ, &c.

4 Σιτοδείᾳ, ἢ τοῖς ἄλλαις μηχαναῖς] In MS. codice Samuelis Bocharti, ad vocem ἢ tria puncta notata sunt; & in margine leguntur hæc verba: ἴσως καὶ, quæ corruptio τοῦ καὶ, in ἢ occurrit. *In M. Aurel. Anto. libris:* id est, *in Marci Aurelii Antonini libris de vita sua.*

VARIORUM.

a Ὅπ γαμβρὸν αὐτὸν εἶχεν] Post Eudoxiam quippe defunctam, duxerat Honorius primo Mariam, deinde Thermantiam, Stilichonis filias. *Jac. Gothofred.*

b Εὐχέριον ἀναιρήσειν βασιλέα] Zosimus modestiam Stilichonis commendans ait, eum, cum unius filii pater esset, hanc ei dignitatis metam statuisse, ut ad officium tribuni notariorum provecto nullam aliam potestatem tribueret, *lib.* 5.

c Τὸν μὲν ἐφεῖσαν] De hac Eucherii fuga in ecclesiam quandam urbis Romæ, consentit quoque Zosimus lib. 5. De Alaricho & Attalo vid. Socr. lib. 7. cap. 10. Soz. lib. 9. cap. 6, 7. &c.

Σάρος

1 Σάρος δὲ, ὃς μὴ Στελίχωνα τὴν φρατηγικὴν
ἀρχὴν Ὁνωρίου δεδωκότος εἶχε, συμβαλὼν Ἀλα-
ρίχῳ, κρατεῖ τῇ μάχῃ, καὶ τῆς Ῥαβέννης ἀπο-
2 διώκει. 2 ὁ δὲ τὸν πόρτον καταλαβὼν, ἀποδύει μὲν
τῆς βασιλείας τὸν Ἄτταλον· οἱ μὲν Φασὶ, μὴ εὖ-
3 νουν εἶναι ἀφ' ἑαυτοῦ βουληθέντα· οἱ δὲ, διότι 3 σπονδὰς δι-
ενοεῖτο πρὸς Ὁνώριον ποιεῖσθαι, καὶ τὸ δοκοῦν ἐμ-
ποδὼν ἐᾶναι, δέον ἡγεῖτο προαποσκευάσασθαι.
μετὰ τοῦτο πρὸς Ῥάβενναν ὁ Ἀλάριχος ἐπανελ-
θὼν, καὶ σπονδὰς προτείνων, ὑπὸ τοῦ προειρη-
μένου διεκρούσθη Σάρου, Φαμένου τὸν δίκας ὀφεί-
4 λοντα τοῖς τολμηθέντων, 4 μὴ ἂν ἄξιον εἶναι Φίλοις
συνίστασθαι. ἐκεῖθεν Ἀλάριχος ὀργισθεὶς μετὰ
σφισιν τὸν τῆς πορείας ἐπὶ τὸν πόρτον ἐφόδου,
5 5 ὡς πολέμιον ἐπελαύνει τῇ Ῥώμῃ. καὶ τὸ σύ-
τευθεν τῆς τοσαύτης δόξης τὸ μέγεθος, καὶ τὸ τῆ
δυνάμεως προσώνυμον, ἀλλόφυλον πῦρ καὶ ξίφος
πολέμιον, καὶ αἰχμαλωσία κατεμερίζετο βάρβα-
ρος. ἐν ἐρειπίοις δὲ τῆς πόλεως κειμένης, Ἀλάρι-
χος τὰ κατὰ Καμπανίαν ἐληίζετο, κἀκεῖ νόσῳ
Φθείρεται.

6 4. 6 Ὁ δὲ τῆς αὐτῆ γυναικὸς ἀδελφὸς, ...

Desunt hic duæ lineæ.

7 7 βαρβαρικοῦ γὰρ γένους τοῦ Σαυρομάτων ἐγημα-
8 τίζειν αὐτὸν, 8 καὶ συναφθῆναι τότε τῷ ὀφρακίνῳ
γένει τὸν ἐκ Σιδήρου τὸν γένεσιν ἔλκοντα. ὃ τοῦτο

Sarus vero, cui post Stiliconis necem Honorius magisterium rei militaris contulerat, inito adversus Alaricum prælio, eum superavit, & ab urbe Ravenna longius fugavit. Tum vero Alaricus occupato portu, Attalum Imperio exuit: sive quod accusatus fuerat quasi malevolo animo esset erga Alaricum: sive, ut alii dicunt, eo quod Alaricus in mente habebat, fœdus cum Honorio inire, ac prius è medio tollendum esse ducebat eum qui impedimento esse videbatur. Post hæc Alaricus Ravennam reversus, cum fœdus obtulisset Honorio, à supra memorato Saro repulsus est, eum qui audaciæ suæ pœnas dare debuisset, indignum esse affirmante qui inter amicos numeraretur. Iratus ob hæc Alaricus, anno post primam irruptionem in Portum urbis Romæ, tanquam hostis infestis signis Romam versus contendit. Exinde vero tantæ gloriæ magnitudinem ac potentiæ famam externus ignis, & hostilis gladius, & Barbarica captivitas, quasi sortito inter se diviserunt. Dum urbs Roma in ruderibus esset, Alaricus Campaniam deprædatus est. Atque illic morbo correptus occubuit. *Sarus.* *Alaricus obit.*

4. Uxoris autem ejus frater Adaulfus ei succesſit. Qui Placidiam Honorii sororem, quam Alaricus captivam ab urbe Roma secum abduxerat, sponsam accepit; repudiata priore uxore, quæ ex Sarmatarum gente erat oriunda. Ac tunc demum testaceo generi copulatum esse ait Philostorgius eum qui ex ferrea stirpe erat oriundus. Ne- *Adaulfus ei succedit.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὴν φραϊκωτικὴν ἀρχὴν] Longe rectius in manuscripto Samuelis Bocharti legitur τὴν φρατηγικὴν ἀρχὴν: id est, *Magistri militum dignitatem.* Atque ita legit Nicephorus in capite 35. libri decimi tertii.

2 Ὁ δὲ τὸν πόρτον καταλαβὼν] Non possum assentiri Jacobo Gothofredo, qui portum hic intelligi censet, non urbis Romæ, sed Ravennæ, qui Classis vocabatur. Nam cum Philostorgius portum simpliciter dixerit, portum urbis Romæ intelligamus necesse est; sic enim paulo ante portum urbis Romæ absolute vocavit. Quod si portum urbis Ravennæ nunc intelligeret, procul dubio nomen urbis Ravennæ adjecisset. Sed & ipsa rerum gestarum series quæ hic à Philostorgio narrantur, satis ostendit portum urbis Romæ hic intelligi, non autem portum Ravennæ. Alarichus enim post Attalum Imperio exutum, Ravennam venisse dicitur: quod quidem confirmat etiam Sozomenus ac Zosimus. Certe Sozomenus diserte scribit, Alarichum portum Ravennæ qui Classis dicitur, occupasse post exauctorationem Attali. *

3 Σπονδὰς διενοεῖτο] Fallitur hic Gothofredus, qui hæc Philostorgii verba de Attalo accepit, cum de Alaricho intelligenda sint. Alarichus enim cum in animo haberet pacem inire cum Honorio Imperatore, Attalum qui huic consilio impedimentum allaturus videbatur, è medio tollendum esse statuit. Neque enim pacem unquam initurus erat cum Alaricho Honorius, nisi Attalo prius exauctorato.

4 Μὴ ἀνάξιον] In manuscripto codice Samuelis Bocharti, ad marginem adscriptum est eadem manu; lego μὴ ἂν ἄξιον, vel μὴ ἄξιον. Prior quidem emendatio placuit Lucæ Holstenio. Eam enim ad latus sui codicis apposuit. Posteriorem tamen magis probo.

5 Ὡς πολέμιον ἐπελαύνει] In MS. codice Bocharti scribitur ὡσπολέμως ἐπελαύνει τῇ Ῥώμῃ. Forte scribendum est ὡς πολέμιος. Nec dubito quin Philostorgius ita scriptum reliquerit.

6 Ὁ δὲ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς ἀδελφὸς] Post hæc verba in MS. quidem codice Jacobi Gothofredi deerant novem lineæ, ut ipse Gothofredus testatur. Lucas tamen Holstenius in margine sui codicis notavit, in manuscripto codice Scoriacensi nullam hic lacunam esse. Verum ex verbis quæ proxime sequuntur, satis apparet, multa hic desiderari. Certe in manuscripto codice Samuelis Bocharti vacuum spatium hic relictum est novem linearum, perinde atque in codice Gothofredi. Eam lacunam supplere conati sumus ex conjectura: de qua velim judicent eruditi.

7 Βαρβαρικοῦ γὰρ γένους τοῦ σαυροματῶν] Hæc de priore Ataulfi uxore intelligenda esse arbitror, quam Ataulfus repudiavit, ut Placidiam uxorem duceret. Causa autem repudii hic affertur à Philostorgio, quod ex barbara gente Sarmatarum oriunda esset. Porro ex hac priore conjuge Ataulfus liberos suscepérat, quos Sigerichus postea ad regnum Gothorum evectus crudeliter interfecit, ut narrat Olympiodorus. Non dissimulabo tamen in manuscripto exemplari Bocharti scriptum esse χρηματίζειν αὐτοὺς. Quam lectionem si sequamur, non de uxore Ataulfi hæc erunt intelligenda, sed de ipso Ataulfo & de Gothis, quos origine Sarmatas fuisse scribit Philostorgius.

8 Καὶ συναφθῆναι τότε τῷ ὀφρακίνῳ γένει] Alludit Philostorgius ad somnium illud Regis Nabuchodonosor, quod refertur in capite secundo Danielis, ubi pedes statuæ illius quam in somnis viderat Nabuchodonosor, partim ex testa, partim ex ferro conflati fuisse dicuntur. Hanc igitur prophetiam Philostorgius Honorii temporibus bis completam esse dicit. Et primo quidem, quando completa fuerat, relatum erat in superiore lacuna. Iterum vero adimpletam esse subdit, tunc cum Ataulfus Gothorum Rex Placidiam Honorii sororem matrimonio sibi sociavit. Jam igitur divinandum nobis est, quando primum completam esse hanc Danielis prophetiam scripserit Philostorgius. Olim quidem conjeceram, Philostorgium censuisse hanc prophe-

VARIORUM.

* Gothofredo adstipulatur Pagi ad ann. Chr. 410. n. 4, 5. Idem locus qui apud Sozomenum p. 375. Κλέστεις appellatur, ut locum feliciter emendavit Cluverius, Ital. Antiq. lib. 1. c. 28. ubi vulgo τὰς Ἄλπεις legitur, nullo sensu. Classis nimirum est oppidum in portu Ravennæ situm. In eodem Sozomeni loco pro ἑξήκοντα στάδια, idem legit εἴκοσι καὶ τρία στάδια. *W. Lowth.*

que tunc ſolum, ſed & rurſus tunc cum Adaülfus matrimonii jure Placidiam ſibi ſociavit; tunc enim teſtacea natura conjuncta eſt ferreæ. Sed quoniam Scriptura dicit non diu permanſuram eſſe eam conjunctionem, idcirco Conſtantius qui Placidiam adamabat, hanc ſpem animo conceperat, ſe, ſi Adaülfum bello ſuperaſſet, Placidiam ſibi ſponſam accepturum eſſe. Nec multo poſt Adaülfus, cum multa gravia facinora iracundia ipſum impellente perpetraſſet, à quodam domeſtico ſuo interficitur. Exinde Barbari fœdus cum Honorio percuſſerunt, & Placidiam ſororem atque Attalum Imperatori Honorio tradiderunt, cum priùs ipſi annonas ab Imperatore, & partem Galliæ ad agros excolendos accepiſſent.

Conſtantius.

Roma inſtaurata.

Attali pœna.

5. Poſt hæc autem Roma à graviſſimis malis paululum reſpirans, incolis frequentari cœpit. Et Imperator cum eo adveniſſet, manu ſimul & lingua ædificationem urbis comprobavit. Cumque ſupra tribunal aſcendiſſet, ad primum ejus gradum tranſire Attalum juſſit. Poſt hæc

δὲ μόνοι, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα πάλιν Ἀδαοῦλφος γαμικαῖς ὁμιλίαις τῇ Πλακιδίᾳ συνείπετο, τὴν γὰρ ὀστρακίνῳ Φύσιν. 1 2

Deſunt hic novem lineæ.

ἐλπίδας τρέφων, ὡς αὐτὸς κατὰ πολεμίους Ἀ- 3
δαοῦλφον, τῇ Πλακιδίαν νυμφεύσαιτο. οὐ πολὺ δὲ τὸ μέσον καὶ πολλὰ δεδραματουργήσας, ἐξ ὀργῆς Ἀδαοῦλφος ὑπό τινος τῶν οἰκείων ἀποσφάττεται. ἐκ τούτου τὸ Βάρβαρον πρὸς Ὁνώριον σπένδεται, καὶ τῇ οἰκείᾳ ἀδελφῇ, καὶ τὸν Ἄτταλον τῷ βασιλεῖ παραδιδόασιν αὐτοί, ζητήσεώς τε ἀξιωθέντες, καὶ μοῖραν τινὰ τῆς τῶν Γαλατῶν χώρας εἰς γεωργίαν ἀποκληρωσάμενοι.

5. Μετὰ ταῦτα δὲ καὶ ἡ Ῥώμη τῶν πολλῶν ἀ
κακῶν ἀναχῦσα συνοικίζεται· ἐφ᾽ ᾧ ὁ βασιλεὺς αὐτῇ
παραγενόμενος, χειρὶ καὶ γλώττῃ τὸν συνοικισμὸν 4
ἐπεκρότει. ὑπὲρ δὲ τὸν βῆμα ἀναβὰς, τὸν τῶν πρώτην 5
αὐτῷ βαθμίδα τοῦ Ἀτταλον διαβαίνειν ὑπελίπετο. . . . 6

VALESII ANNOTATIONES.

tiam primum impletam eſſe, tunc cum Ataulfus Placidiam ſibi deſpondit uxorem. Sed nunc, re attentius examinata, hæc conjectura non placet: nam ſponſalia & nuptiæ, cum ad unam eandemque rem ſpectent, pro duobus diverſis unius prophetiæ complementis accipi non poſſunt. Aliud igitur inquiramus neceſſe eſt. Proinde exiſtimo Philoſtorgium in priore illa lacuna ſcripſiſſe, prophetiam Danielis primum adimpletam eſſe, tunc cum Ataulfus Gothorum Rex pacem fecit cum Honorio, & relicta Italia in Gallias ſe recepit. Quod quidem anno Chriſti 412. factum eſſe cenſet Sigonius in libro 11. de Imperio Occidentali.

1 Τῇ τοιαυτίδιᾳ συνείπετο] Scribendum videtur *συνήπλετο*. In manuſcripto codice Samuelis Bocharti ad marginem adſcriptum eſt, *ἴσως συνῆπλο*. In textu autem ſcriptum eſt *συνήπετο*. Porro de nuptiis Placidiæ & Ataulfi diſſentiunt Scriptores. Sigonius quidem ſcribit Ataulfum, cum in locum Alarici, Rex Gothorum creatus eſſet, ante omnia Placidiam ſibi deſpondiſſe, anno Chriſti 411. Deinde ſub exitum ejuſdem anni, apud forum Cornelii Æmiliæ civitatem nuptias cum Placidia celebraſſe. In quo Jordanis ſententiam ſequitur, qui in rebus Geticis idem ſcribit. Sed Olympiodorus in libro undecimo Hiſtoriæ, & Idatius in Chronico, eas nuptias Narbone in Gallia celebratas eſſe tradunt, anno Chriſti quadringenteſimo duodecimo. Quo quidem tempore alteram Danielis prophetiam impletam eſſe ait Idatius, qua prædictum erat, filiam Regis Auſtri ſociandam eſſe Regi Aquilonis.

2 Τὴν γὰρ ὀστρακίνῳ φύσιν] Poſt hæc verba duas lineas deſiderari in ſuo codice monuit Gothofredus. Verum in noſtris exemplaribus, Scoriacenſi videlicet & Bochartiano deſunt octo circiter vel novem lineæ; quas quidem ita commode ſuppleri poſſe exiſtimo, *τὴν γὰρ ὀστρακίνῳ φύσιν εἶναι τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν. τὴν δὲ ἐκ σιδήρου τὸ τῶν Γότθων γένος. μετὰ δὲ ταῦτα Ἀδαούλφου πρὸς τοὺς Ῥωμαίους σπονδὰς ἀφανίσαντος, Κωνστάντιος στρατηγὸς ἐπέμφθη κατ᾽ αὐτοῦ ἐλπίδας τρέφων, &c.* Si non eadem verba, hic ſaltem ſenſus fuit Philoſtorgii; quæ Latine reddita ita ſonant: *Teſtam enim Philoſtorgius ait eſſe Imperium Romanum. Ferrum autem eſſe Gothorum nationem. Poſt hæc cum Ataulfus pacem quam cum Romanis pepigerat, violaſſet, Conſtantius Magiſter militum adverſus eum miſſus eſt cum exercitu: hanc ſpem tacite animo fovens, &c.* Ex his patet quantopere falſus fuerit Gothofredus, qui paulo ante pro *ὀστρακίνῳ γένει* emendavit *ὀστρογοθίνῳ*. Qua emendatione nihil fingi poteſt ineptius, cum teſta illa, ut ſupra vidimus, non Gothos deſignet, ſed potius Romanos, eo quod imbelles tunc eſſent atque infirmi. Adde quod Græce dici non poteſt *ὀστρογοθοβίνῳ*; dicendum enim erat, *ὀστρογοθικῷ*.

3 Κατὰ πολίμιον Ἀδαοῦλφον] Hunc locum emendavi ex manuſcripto codice Scoriacenſi, qui diſerte ſcriptum habet *καζαπολεμήσας*. In manuſc. codice Samuelis Bocharti legitur *κατὰ πολεμίας*: & in margine adſcriptum eſt eadem manu, *Lego καζαπολεμήσας*.

4 Χειρὶ καὶ γλώττῃ] Quæri merito poteſt quid ſignificet quod ait Philoſtorgius, Honorium Imperatorem Romam ingreſſum, manu & lingua inſtaurationem urbis comprobaſſe: an per manum intelligit ſignum ab Honorio datum protenta manu; an potius conſtitutionem Honorii intelligit, ejus manu ſubſcriptam, qua cives Romanos ad inſtauranda urbis mœnia incitabat.

5 Ὁ τῷ πρώτῳ αὐτῷ βαθμίδα] Holſtenius in ſuo codice notavit, pro ὁ forte ſcribendum eſſe ὡς. Et corruptiſſimam Gothofredi interpretationem reſtituit hoc modo: *Tribunal vero conſcenſurus, primi gradus loco Attalum conſcendendum ſuppoſuit.* Ego vero articulum ὁ expungendum cenſeo, ut pote ſuperfluum. Illud quoque in Holſtenii verſione reprehendi poteſt, quod verbum ἀναβὰς interpretatus eſt *Tribunal conſcenſurus*, cum tamen Græca vox non futurum tempus deſignet, ſed præteritum. Denique verbum βαίνειν ſimpliciter poſitum, ſignificare non poteſt, *Ad tranſeundum*, niſi addideris πρὸς τὸ. Porro ingreſſus Honorii in urbem Romam, & triumphus iſte de Attalo contigit, Honorio undecimum, & Theodoſio iterum Coſſ. anno Chriſti quadringenteſimo decimo ſeptimo, ut ſcribit Proſper in Chronico.

6 Διαβαίνειν ἐπιτίθει] Holſtenius in margine ſui codicis annotavit, forte ſcribendum eſſe ὑπατεύει. Quam Holſtenii emendationem laudo equidem ac probo: ſed totum hunc locum longe aliter interpretor quam ille: ſic enim verto: *Cumque Tribunal conſcendiſſet, ad primum ejus gradum tranſire Attalum juſſit.* Honorius enim cum Romam ingreſſus eſſet, præeunte currum ipſius Attalo, recta in forum contendit: ubi cum tribunal purpureis gradibus ſtructum conſcendiſſet, Attalum ad primum Tribunalis gradum adduci juſſit. Illic duos dextræ manus digitos ei juſſit abſcindi. Lego igitur: εἰς πρώτην αὐτοῦ βαθμίδα τὸν Ἄτταλον βαίνειν ὑπατεύει. Nicephorus in capite triceſimo quinto libri decimi tertii, hunc Philoſtorgii locum ita expreſſit: Ἀττάλῳ δὲ ὑπὸ πόδας βηματος ἐστηθέντος γηγενὼς ὀναξίου, τοὺς δύο τῶν δακτύλων μόνους ἀφαιρεῖται. Quæ Nicephori verba male Langus interpretatus eſt hoc modo: *Attalus ad infima Tribunalis ſubſellia poſitus, ubi ſe Honorii poteſtati permiſit: poſtea duobus tantum digitis ei amputatis, &c.* Ego vero ita interpretor: *Extructo Tribunali, Attalus pedibus Honorii advolutus, duobus duntaxat digitis amputatis, &c.* βαθμίδες ſunt *ſubſellia*, ut docet Simeon Theſſalonicenſis. Primum igitur ſubſellium Honorius Attalo poſuerat juxta Tribunal ſuum.

VARIORUM.

a Ἡ Ῥώμη συνοικίζεται] Ita etiam Olympiodorus: *Poſt Romam à Gothis captam, Albinus urbis præfectus, quod jam eadem ad priſtinum rediret ſtatum, ſcripſit non ſufficere præbitam populo partem* (ſc. frumenti publici quod viritim

Deſunt

Desunt hic duæ lineæ.

1 δεξιᾶς χειρὸς ἀπέτεμε τὼς δύο δακτύλους · ὧν ὁ μὲν ἀντίχειρ·
ὁ δὲ λιχανὸς ἔχει τιμὴ κλῆσιν· καὶ εἰς Λίπαρα τὴν
2 νῆσον [2]τοῦτον φυγαδεύει, μηδενὸς ἄλλου κακοῦ πρὸς πεῖραν καταστήσας, ἀλλὰ καὶ τὰς εἰς τὸν βίον χρείας ἐφοδιάζων.

3 6. [2]Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Ἰοβιανός τε [3]ἐπανέστη, εἰς φθορὰν ἀπέσβη. καὶ Σεβαστιανὸς ἀδελφὸς αὐτοῦ τοῖς ἴσοις ἐπιφθαλμήσας, τὴν ἴσην
4 [4]ἔδωκε δίκην. ὁ δ' Ἡρακλειανὸς, μιμησάμενος
5 τούτους, [5]καὶ πλέον τοῦ τῆς τύχης γέλωτος ὀφλὼν,
6 θυελλοειδεστέραν ἔσχε τὴν καταστροφὴν, [6]τῆς θείας ἐμφανῶς ἐπικηρυττούσης.

7 [7]οὐδὲ ἀκόσμητον ἐᾷ, οὐδὲ χαίρει τοῖς τυραννοῦσιν·
8 ἀλλ' οἷς ὁ κατὰ θεσμὸν βασιλεὺς ἁρμόζει, [8]τούτῳ καὶ αὐτὴ συμπαρατάττεται.

7. Οπ τελευτήσαντος Ἀρκαδίου, Θεοδόσιος τὴν ἑῴας ἀρχῆς κομιδῇ νέος ὢν Θεοδόσιος ὁ παῖς, ἀναδείκνυται. σιωπῇ δ' αὐτοῦ ἡ Πουλχερία ἡ ἀδελφὴ,
9 [9]τὰς βασιλικὰς σημειώσεις ὑπηρετουμένη καὶ διοικοῦσα.

dextræ manus duos digitos ei abscidit, quorum alter quidem pollex, alter vero index vocatur. Eumque in insulam Liparam relegavit, nullo alio supplicio eum afficiens, immo cuncta ad vitam necessaria ei subministrans.

6. Per idem tempus Jovianus adversus Imperatorem rebellavit, ac brevi oppressus est. Sebastianus quoque ejus frater, cum paria affectasset, pares etiam pœnas persolvit. Heraclianus vero horum vesaniam imitatus, & ad majus adhuc fortunæ ludibrium evectus, illustriorem exitum sortitus est: divina providentia aperte proclamante, nihil se inordinatum relinquere, nec tyrannis delectari. Sed qui legitimum Imperatorem defendunt, iis se quoque auxilium præbere. *Jovianus, Sebastianus, Heraclianus, tyranni.*

7. Mortuo Arcadio Theodosius ejus filius, admodum puer, Orientalis Imperii successor declaratur: degebat cum eo in Palatio Pulcheria ejus soror, Imperiales subscriptiones administrans ac dirigens. *Theodosius jun. & Pulcheria. Soz. l. 9. c. 1.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ων ὁ μὲν] Post hæc verba lineam hic deesse monet Gothofredus. Sed Lucas Holstenius in suo codice hæc ad marginem adscripsit: *In manuscripto Scoriacensi unum tantum vel alterum verbum deesse puto, ἀντίχειρ.* Ita quoque in manuscripto exemplari Samuelis Bocharti.

2 Τοῦτον φυγαδεύει] Holstenius in suo codice ad marginem hæc notavit: *τοῦτον ex Nicephoro legendum apparet. De solo enim Attalo hic loquitur.*

3 Ἐπανέστη, εἰς φθορὰν ἀπέσβη] In manuscripto codice Samuelis Bocharti, hic locus ad marginem suppletur hoc modo: *ἐπανέστη τῷ βασιλεῖ, καὶ πεσὼν εἰς φθορὰν ἀπέσβη.*

4 Ἔδωκε δίκην] Post hæc verba duæ circiter voces deerant in manuscriptis codicibus Scoriacensi & Bochartiano. Et in codice quidem Bocharti hic locus ad marginem ita suppletur. *ὁ δὲ . . . . μιμησάμενος τούτους, &c.* Holstenius vero ita supplet hunc locum: *ὁ δὲ Ἡρακλιανὸς μιμησάμενος, &c.* Quæ fuit etiam conjectura Gothofredi, cui nos libenter accedimus. Hi enim tres Tyranni uno eodemque anno aboliti sunt, Lucio solo Consule, qui fuit annus Christi 413, ut scribunt Idatius in Fastis, & Prosper in Chronico. Heraclianus quidem initio ejus anni, Consul processerat: sed postea hostis publicus declaratus, ejusque nomen è Fastis expunctum est, ut testatur Prosper. De Heracliani tyrannide loquitur Hieronymus in libro tertio adversus Pelagianos. *Scripsit dudum vir sanctus — eloquens Episcopus Augustinus ad Marcellinum, qui postea sub invidia tyrannidis Heraclianæ, ab Hæreticis innocens cæsus est, &c.* De eodem Heraclitano intelligenda sunt ejusdem Hieronymi verba in epistola ad Demetriadem de servanda virginitate, ubi de Juliana Demetriadis matre loquitur: *Quæ de medio mari fumantem viderat patriam, & fragili Cymbæ salutem suam suorumque commiserat, crudeliora invenit Africæ litora. Excipitur enim ab eo quem nescias utrum avarior, an crudelior fuerit: cui nihil dulce præter vinum & pretium: & qui sub occasione partium clementissimi Principis, sævissimus omnium extitit Tyrannorum, &c.* Et paulo post: *Et mirantur æmuli: virtus enim semper invidiæ patet, cur tantarum secum pudicitiam tacita proscriptione mercata sit, cum & ille partem dignatus sit accipere, qui totum potuit auferre, & hæc quasi Comiti negare non ausa sit, quæ se intelligebat sub nomine privatæ dignitatis Tyranno servientem.* Heraclianum intelligit comitem rei militaris per Africam, qui sub nomine Comitis diu tyrannidem in Africa exercuit.

5 Καὶ πλέον τοῦ τῆς τύχης γέλωτος] Non placet hæc scriptura. Mallem omnino scribere, *καὶ πλέον*, id est, *Longius quam illi, Jovinus scilicet ac Sebastianus, progressus.* Vel si mavis, *altius sublatus.*

6 Τῆς θείας ἐμφανῶς ἐπικηρυττούσης] Non assentior Jacobo Gothofredo, qui Philostorgium hic loqui censet de divina scriptura. Atqui fatetur ipsemet Gothofredus, nusquam legi in sacris libris id quod hic dicitur à Philostorgio. Ego vero de divina justitia ac providentia hunc locum intelligendum esse affirmo, ut ex sequentibus manifeste colligitur. Itaque post vocem *ἐπικηρυττούσης*, addendum est omnino *προνοίας*, vel potius *δίκης*.

7 Οὐδὲ ἀκόσμητον ἐᾷ] In manuscripto codice Samuelis Bocharti, ad marginem adscriptum est eadem manu: *Deest ὅτι τὴν ἔννομον βασιλείαν οὐδὲ, &c.* Id est, *Divina providentia clare pronuntiante, se legitimum imperium, ne quidem male ordinatum deserere.* Quæ conjectura, sive Bocharti sive alterius cujuspiam, profecto non displicet. Posset etiam emendari ac suppleri locus hoc modo: *ὅτι οὐδὲν ἀκόσμητον ἐᾷ.*

8 Τούτῳ καὶ αὐτὴ συμπαρατάττεται] Scribendum est *τούτοις*, ut patet ex præcedentibus. Atque ita in margine codicis Bochartiani ex conjectura emendatum inveni.

9 Τὰς βασιλικὰς σημειώσεις] Jacobus Gothofredus *Imperiales dispositiones* interpretatur. Ego vero *annotationes* malim vertere. Nam *σημείωσις* proprie annotationem significat, ut jam pridem monui in Annotationibus Eusebianis. Porro Annotationes dicebantur olim rescripta Principum, & jussiones. Interdum etiam à sacris Pragmaticis & edictis distinguuntur, ut docet Brissonius in Lexico. Sic in Notitia Imperii Romani, ubi officium Consularis Palæstinæ describitur: *Exceptores*, inquit, *habet & cæteros cohortalinos, quibus non licet ad aliam transire militiam, sine annotatione clementiæ principalis.* Ita quoque in officio Præsidis Thebaidos, in actione prima Chalcedonensis Concilii pag. 98. hæc leguntur. *Idem devotissimus exceptor dixit. Est in recitata prece etiam divina annotatio sacratissimi & piissimi Imperatoris, &c.* In Græco est

VARIORUM.

populo Romano distribuebatur) *multitudine jam aucta civitate:* additque uno die numerum initum esse civium quatuordecim millium. Albinus autem hoc anno (414) Præfectus urbis fuit, ut liquet ex leg. ult. cod. Theod. *de Naviculariis*, qua annonæ urbis Romæ Honorius consuluit, idque occasione suorum Vicennalium. Attali supplicium & exilium refert Prosper in Chronico ad ann. Chr. 418. qui nobis est 417.

a Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους] Oppressi sunt hi tres tyranni anno Chr. 413. ut Pagius asserit: *Jovinus & Sebastianus ab Honorii ducibus Narbonæ. Heraclianus movens exercitum de Africa adversus Honorium, Utriculo in Italia in conflictu superatus effugit in Africam, cæsis in loco supradicto quinquaginta millibus armatorum. Ipse post Carthagine in ade Memoriæ per Honorium percussoribus missis occiditur:* inquit Idacius in Fastis.

8. Οτι

Sol deficit. 8. Cum Theodosius adolescentiæ annos jam ingressus esset, die XIX. mensis Julii, circa octavam diei horam sol tantopere defecit, ut stellæ quoque visæ fuerint; tan-
Siccitas. taque siccitas hunc Solis defectum secuta est, ut multorum hominum ac brutorum animalium insueta mortalitas ubique terrarum grassata sit. Porro eo tempore quo
Fulgor. sol defecit, fulgor quidam in cœlo apparuit, coni similitudinem referens: quem nonnulli præ imperitia cometam vocarunt. In iis enim quæ fulgor ille nobis ostendit, nihil erat simile cometæ. Nam neque in comam desinebat lux illa, neque ullam omnino stellæ speciem præferebat. Sed velut lampadis cujusdam ingens flamma per se ipsam subsistens videbatur, nulla subtus stella ellychnii speciem præferente. Sed & motus ejus longe diversus fuit à motu cometarum. Mota enim primum ab ortu solis æquinoctiali, inde ultimam stellam in cauda Urlæ sitam transgressa, paulatim ad occasum processit. Postquam vero universum cœlum permensa est, tandem disparuit, cum cursus ejus plus quam quatuor menses durasset. Porro ejus vertex, nunc quidem in magnam longitudinem acuebatur; adeo ut coni modum ac mensuram excederet, nunc vero ad coni mensuram redibat. Alias præterea prodigiosas species oculis subjecit, quæ à vulgarium signorum natura illam differre ostendebant. Cœpit autem à media æstate, & ad exitum ferme autumni perseveravit. Fuitque signum gravium bellorum & mortalitatis hominum incredibilis. Insequenti anno terræ motus cœpere, qui cum superioribus haud facile conferri possint. Simul autem cum terræ motibus ignis quoque è cælo demissus, omnem salutis spem præclusit: nullam tamen hominibus cladem intulit. Divina enim benignitas, immisso vehementi vento cum ignem undique fugasset, in mare tandem projecit. Et videre erat novum quoddam spectaculum, maris videlicet fluctus quasi saltus quosdam ac silvas, diuturno tempore conflagrare, donec flamma penitus in mari exstincta esset.

8. Οτι [a] Θεοδοσίου τῆς τῶν μειρακίων ἡλικίας ἐπιβεβηκότος, ᾗ τοῦ μηνὸς Ἰουλίου εἰς ἕνεα ἐπὶ δεκάτῃ ἀφεθαίνοντος, περὶ ὀγδόην τῆς ἡμέρας ὥραν, ὁ ἥλιος οὕτω βαθέως ἐκλείπει, ὡς ᾗ ἀστέρας ἀναλάμψαι· ᾗ [1] αὐχμὸς ὕστερον τῷ πάθει συνέπεσε, ὡς πολλῶν ἀνθρώπων ᾗ τῶν ἄλλων ζώων ἀσυνήθη φθορὰν παντα χοῦ φέρεσθαι. Ἐκλείποντι δὲ τῷ ἡλίῳ, φέγγος τι κατὰ τὸν ὑφανὸν συνανεφάνη, [2] κώνου σχῆμα παραδύομενον, ὅ τινες ἐξ ἀμαθίας ἀστέρα κομήτην ἐκάλεσαν. ᾗ γὰρ ὧν ἐκεῖνος ἐδείκνυ, [3] οὐδὲν ἦν κομήτας παρόμοιον, οὔτε γὰρ τὸ φέγγος εἰς κόμην ἐπέβαινεν, οὔτε ἀστέρι ὅλως ἐφκει· ἀλλ' οἷον λύχνου τις μεγάλη φλὸξ ὑπῆρχε καθ' ἑαυτὴν ὁρωμένη, μηδενὸς ἀστέρος [4] θρυαλλίδος αὐτῷ τινος μορφὴν ὑποτρέχοντος. ἀλλὰ γὰρ καὶ τῇ κινήσει παρήλλαττε· ᾗ γὰρ κινηθεὶς ὅθεν ὁ ἥλιος χτ' ἰσημερίαν ἀνέσχει, ἐκεῖθεν τὸν χτ' ἃ οὐρᾶς ἄρκτου τεταγμένον ἕκατον ἀστέρα ὑπερεσχὼν ἡρέμα πρὸς δυσμὰς ἐπορεύετο. ἐπεὶ ᾔ διεμέτρει τὸν οὐρανὸν, ἀφανὴς ἦν, πλείους τεσσάρων μηνῶν ἐξανυσθείσης αὐτῷ τῆς πορείας. ἡ δὲ κορυφὴ τοῦ φέγγους, νῦν μὲ εἰς μῆκος μέγα ᾠξάνετο, ὡς ἐκβαίνειν τοὺς τοῦ κώνου λόγους· νῦν δὲ πρὸς τὸ ἐκείνου μέζον συνεστέλλετο. ᾗ ἄλλα ᾔ παρεῖχε τερατώδη θεάματα, δι' ὧν ἃ τὰ συνήθων φασμάτων ἐξηλάττετο φύσεως. ἤρξατο ᾔ ἀπὸ μέσου θέρους χειδόν τι μέχρι τῆς ὀπωρινῆς μετοπώρου πελθούσης. γέγονε δὲ ἄρα ᾗ τοῦτο σημεῖον πολέμων μεγάλων, ᾗ φθορᾶς ἀνθρώπων ᾗ ῥητῆς. τῷ ᾗ ἑξῆς ἔτει ἤρξαντο σεισμοὶ, ᾗ ῥᾳδίους ὄντας τοῖς θεωμένοις θαμβεῖν. τοῖς ᾗ σεισμοῖς ᾗ πῦρ ᾗ ἐρανόθεν συνεκαταῤῥηγνύμενον, πᾶσαν ἐλπίδα σωτηρίας ἀφεῖκοπε· πλήν γε φθορὰν ἀνθρώπων οὐκ ἐπειργάσατο. ἀλλ' ἡ θεία βυμφέρεια πνεῦμα σφοδρὸν καθεῖσα, ᾗ τὸ πῦρ πανταχόθεν διελάσασα, χτ' ἃ θαλάσσης ἀπέῤῥιψε. ᾗ ἦν ἰδεῖν ξένην θέαν, τὰ κυμάτων [5] ἐπὶ πλεῖστον ὥσπερ τινῶν λασίων χωρίων τῷ πυρὶ καταφλεγομένων, ἄχρι τελείως τὸ φλέγον διαπέσῃ τῷ πελάγει.

VALESII ANNOTATIONES.

Θεία ὑποσημείωσις. Post hæc recitatur annotatio Principis, quæ subjecta erat libello precum Eutychis, his verbis. *Deponant apud reverendissimos Episcopos, &c.* in pag. autem 116. actionis primæ ejusdem Concilii, sacra subnotatio dicitur ἡ θεία ὑποσημείωσις.

1 Αὐχμὸς ὕστερον τῷ πάθει.] Lego αὐχμὸς τοσοῦτος τῷ πάθει συνέπιπτε, ut scribitur apud Nicephorum, in cap. 36. libri 13.

2 Κώνου σχῆμα παραδύομενον] Sic etiam scribitur apud Nicephorum in loco supra citato, ubi Langus interpretatur: *coni seu metæ similitudinem gerens.* Certe hoc verbum raro admodum legere memini. Vide Suidam in παραδύομαι.

3 Οὐδὲν ἦν κομήτας παρόμοιον] In Manuscripto Scoriacensi legitur κομήτης, quemadmodum etiam legitur in Nicephoro. Melius tamen scriberetur οὐδὲν ἦν κομήτης παραπλήσιον.

4 Θρυαλλίδος αὐτῷ τινος μορφὴν] Male hunc locum Langus interpretatus est hoc modo; *Nec radii ejus aliqui stellæ cujusquam formam subiere.* Interpretationem Langi compilavit, ut solet, Jacobus Gothofredus. Atqui non id dicit Philostorgius. Sed ait flammam illam instar cujusdam magnæ lampadis per se solam apparuisse, nullo subtus astro, instar ellychnii, subsistente. Quid sit θρυαλλὶς docent glossæ Græco-Latinæ. θρυαλλὶς flumus. Ubi *flumus*, idem est quod Græce φλώμος. Suidas φλώμος, inquit, βοτάνη ᾗ καὶ ἀντὶ ἐλλυχνίου χρῶνται. Eadem fere habet Hesychius. φλώμος, ait, πόα τις ᾗ καὶ ἀντὶ ἐλλυχνίου χρῶνται. ἡ αὐτὴ δὲ καὶ θρυαλλὶς.

5 Ἐπὶ πλεῖστον] Non probo interpretationem Langi, qui totum hunc locum ita vertit: *Et videre erat spectaculum novum, fluctus ipsos perinde ac regiones quasdam marinas plurimum igni ardere.* Gothofredus vero interpretationem Langi ita interpolavit, *& videre erat mirum spectaculum, procellas ut plurimum velut regiones quasdam marinas igni ardentes.* Atqui ἐπὶ πλεῖστον significat *diuturno tempore*, vel certe, *per longissimum spatium.* Aut enim subauditur χρόνον, aut τόπον. Præterea verba illa ὥσπερ λασίων χωρίων, non sunt regiones marinæ, ut Langus interpretatus est; sed potius loca fruticosa, ut Holstenius ad latus sui codicis adnotavit.

VARIORUM.

a Θεοδοσίου τῆς τῶν μειρακίων ἡλικίας] Omnes consentiunt Solis Eclipsin mox memoratam contigisse, Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. qui fuit annus Domini 418. Ergo Theodosius, qui natus fuit A. D. 401. ingressus est annum ætatis decimum Octavum. *Gothofred.*

9. Οπ χτ' πολλοὺς τόπους τ σεισμῶν γενομέ-
νων, ὤφθησαν ὀροφαὶ οἰκιῶν ἀπ' ἀλλήλων μ με-
1 γάλων πατάγων ἡ ἀῤῥαγμῶν ᾳφεσᾶσαι, ὡς καὶ
τοὺς ἔνδον παραλυχόντας καθαρῶς τῇ ὄψει τ οὐρανὸν
ὑποβάλλειν. ἡ μ τ τοσαύτην διάσασιν, εἶτα πά-
λιν ἁρμοθεῖσαί τε ἡ συναφθεῖσαι, ὡς μηδεμίαν αἴ-
σθησιν ἔτ νεωτερισθέντος μηδενὶ παρασχεῖν. τὸ αὐτὸ
δ τοῦτο πάθος, ἡ ᾗδε τὰ ἐδάφη πολλαχῇ συν-
2 ηνέχθη. ² ἡ γὰς σιτοβόλων τοὺς κάτωθεν οἰκοῦντας
ἀπέπνιξαν, τὸν σῖτον αὐτοῖς ἀθρόον ὑπερχάμενοι
3 ³ διὰ τ πάλων· ἡ πάλιν οὕτω παρέσχον τὸ ἔδα-
φος ἡρμοσμένον, ὡς ἐξαπορεῖν ἅπαντας πόθεν ὁ φο-
4 νθὶς ⁴ ἀπερρύη σῖτος. ἡ ἄλλα δ τοιαυτόπορα πάθη
τηνικαῦτα ἐνεωχμώθη, δεικνύντα μὴ φυσικῇ τινι
ταύτα προελθεῖν ἀκολουθίᾳ, ὡς Ἑλλήνων παῖδες
ληρῶσιν, ἀλλὰ θείας ἀγανακτήσεως μάστιγας ἐπα-
φεθῆναι.

9. Porro multis in locis cum terra mo- *Terræ motus.*
viſſet, viſa ſunt ædium culmina magno
cum fragore ac ſonitu diſrumpi, adeo ut
ii qui intra domos erant, cælum ipſum
oculis ſuis cernerent. Poſt hujuſmodi au-
tem divulſionem ita rurſus juncta & com-
paginata ſunt, ut nullum ejus rei quæ
acciderat, indicium relinqueretur. Idem
quoque pavimentis ædium accidit diverſis
in locis. Nam & horrea eos qui ſub ipſis
habitabant oppreſſerunt, frumenti acer-
vum ipſis ſuperfundentia per ſubitos hiatus:
ac rurſus ſolum ita coaluit, ut cuncti am-
bigerent undenam frumentum illud letale
defluxiſſet. Alii præterea hujuſmodi ca-
ſus novi atque inſueti eo tempore contigerunt, qui quidem manifeſtiſſime oſten-
debant, non naturali modo atque ordine
iſta evenire, ut Gentiles falſo opinantur;
ſed divinæ indignationis flagella in homi-
nes immiſſa eſſe.

10. Οπ διαφόροις ἐπιχειρήμασι κατασκευάζ-
σειε τ, τὺς σεισμοὺς μήτε διὰ πλημμύραν ὑδά-
των συνίσαται, μήτε πνευμάτων ἐναπολαμβανομέ-
νων τοῖς κόλποις τ γῆς· ἀλλὰ μηδὲ γῆς τινος ὅλως
παρεγκλίσει· μόνῃ δὲ τῇ θείᾳ γνώμῃ, πρὸς ἐπιστρο-
φὴν ἡ διόρθωσιν τ ἁμαρτανομένων. ἡ ταῦτα φησιν
ἰσχυριζόμενον λέγειν, διότι τὰ τηλικαῦτα πάθη
μὴ δύναται μηδέτερον τ εἰρημένων στοιχείων κτ' φυ-
σικὸν ἀποτελεῖν δύναμιν. ἐπεὶ Θεοῦ γε βουληθέντος,
ἡ ψεκὰς ἡ σμικροτάτη προσπεσοῦσα καὶ νιφὰς ἡ
κουφοτάτη, τ Ὄλυμπον τ Μακεδονίας, ἤ τι ἄλλο
τ μεγίστων ὀρῶν κινήσειε ἂν ῥᾳδίως. ἐπεὶ ἡ φαίεν ἄν
πολλάκις τὸ θεῖον ἐπὶ παιδείᾳ τ ἀνθρώπων, τού-
τοις χρώμενον. τῷ τε γὰ ἐρυθρὰν θάλασσαν, ῥᾴον
ὂν ἀθρόον διασχῆσαι, νότῳ βιαίῳ πρότερον μαστιγώ-
σας ἡ σωφθίσας, εἶτα διέχησεν, τῇ γ νότῳ φύσει
μηδεμιᾶς δυνάμεως τοιαύτης ἐγκαθιδρυμένης, ἀλλὰ
τ ἄνωθεν ῥοπῆς ὑπερφυῶς αὐτῷ χρησαμένης πρὸς
τὸ οἰκεῖον βούλημα. ἡ ῥάβδος δ πηγὰς ἐκ πέτρας
ναμάτων πλήθουσα προχέει· καὶ Ἰορδάνου ῥεῖθρα
καθαίρουσι λέπρας, ἡ τ φύσεως αὐτῶν ταῦτα
δρᾶν ἐνδυναμούσης, γ δ πλάστου μεταπλάττειν ἔχε-
σαν τ δημιουργημάτων πρὸς ἣν ἂν ἐθέλοι χρείαν,
πολλὴν ἡ ἀκώλυτον ἔχοντος τ ἐξουσίαν.

10. Idem Philoſtorgius variis argumen- *Unde factum quod terra moveatur.*
tis oſtendere conatur, terræ motus neque
ex inundatione aquarum fieri, neque ven-
torum vi intra ſinus terræ incluſorum,
nec rurſus ex aliqua terræ inclinatione,
ſed ſola Dei voluntate accidere ad conver-
ſionem & emendationem peccatorum. Ait-
que iſta ſe conſtanter aſſeverare, propterea
quod neutrum ex ſupradictis elementis e-
juſmodi caſus vi naturali perficere poteſt.
Quod ſi Deus ita voluerit, vel minima
gutta è cælo delapſa, vel nix leviſſima,
Olympum Macedoniæ, aut alium quem-
piam ex altiſſimis montibus, facillime mo-
vere poſſit: Quando quidem videmus,
Deum ſæpe numero his rebus uſum eſſe
ad emendationem generis humani. Nam
& rubrum mare cum facile poſſet ſubito
diſcindere, auſtro violento prius illud ver-
berans atque impellens, ita demum diviſit:
non quod ulla hujuſmodi virtus in auſtro
inſita ſit à natura: ſed quod divina vis
ad voluntatem ſuam exequendam eo uſa
fuerit. Sed & virga percutiens, fontes
aquarum elicuit ex petra. Et Jordanis
fluenta lepram ſanarunt: non quod eo-
rum natura iſta operari valeat, ſed quia
Creator ſingulas creaturas ad eum quem
voluerit uſum tranſmutandi, plenam atque
omnimodam habeat poteſtatem.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ ἀῤῥαγμῶν] Sic etiam excuſum eſt apud Nicephorum: magis tamen placet ſcriptura codicis Bochartiani, ἀραγμῶν, per ſimplex ρ.

2 Καὶ γὰρ σιτοβολῶν] Scribe meo periculo σιτοβολῶνες, id eſt, *horrea*. Heſychius σιτοβολῶνες ὅρεια. Ubi ὅρεια vox eſt Latina Horrea. σιτοβολῶνες leguntur etiam apud Suidam in voce σιτοβολίοις. Ubi Suidas notat utrumque dici, σιτοβίλια ſcilicet & σιτοβολῶνας de horreis ſeu apothecis. Certe in Gloſſis Græco-Latinis legitur σιτοβόλιον granarium. Male igitur in Nicephoro excuſum eſt καὶ πινες τῶν σιτοβόλων pro σιτοβολώνων. Auctor vitæ B. Athanaſii δημοσίους σιτοβολῶνας, vocat publica horrea. Utitur etiam hac voce Palladius in Lauſiaca, ubi de Severiano. Et Philo, in libro 5. Mechanicorum, ubi docet quomodo conſtruendi ſint σιτοβολῶνες, ſi materiæ copia deſit.

3 Διὰ τῶν πάλων] In Nicephoro legitur ᾗφ' τῶν πάτων. Ubi Langus interpretatur per *rimas patentes*. Langi interpretationem ſecutus eſt ſuo more Gothofredus. Ego vero pabulata malim vertere. πάλος enim *pavimentum* ſignificat, ut docent Gloſſæ Græco-Latinæ. πάτοι igitur hoc loco ſunt tabulata, quæ nos *plancaria* Gallice appellamus: Quæ cum terræ motu divulſa fuiſſent, per ea frumentum quod erat in horreis, effundebatur in eos qui ſubtus habitabant. Certe quod Philoſtorgius hoc loco πάλων ſeu πάτων dixit, ſtatim appellat ἔδαφος.

4 Ἀπερρύη σῖτος] In Manuſcripto codice Samuelis Bocharti legitur ἀπερρύκει, & ad marginem hæc notata ſunt: *In Manuſcripto obliteratum eſt* τὸ κει.

11. Οπ

Lucianus CPoli novæ Sectæ auctor.

11. Poſt mortem Eudoxii, qui Conſtantinopoli Eunomianorum ſectæ præfuerat, Lucianus ſororis Eunomii filius in ejus locum ſubſtituitur. Hunc porro aiunt, cum in avaritiam & cognata vitia prolapſus eſſet, pœnamque ob id metueret, à reliquorum quidem Eunomianorum ſecta ſeſe abrupiſſe: propriæ vero factionis principem extitiſſe, nec contemnendæ multitudini præfuiſſe, cum improbi omnes & diverſis vitiis implicati ad eum confluxiſſent.

11. Οπ [a] μ῀ θάνατον Εὐδοξίου, ὃς τ῀ ὁ Κωνσταντινουπόλει Εὐνομιανῆς συναγωγῆς [b] ὑπῆρχε, Λευκιανὸς ἀντικαθίσταται, παῖς ὢν ἀδελφῆς Εὐνομίου. τοῦτον δή φασιν εἰς φιλαργυρίαν τε καὶ τὰ συγγενῆ κατολιθήσαντα πάθη, καὶ τ῀ ἐπ' αὐτῆς ὑφορώμενον δίκην, ἀποχίσαι μὲν τ῀ ἄλλης Εὐνομιανῶν μοίρας· ἰδίας δ' συμμορείας ἀρχηγὸν ἑαυτὸν ἀναδεῖξαι, καὶ συνάλσματος οὐκ εὐκαταφρόνητου ἄρξαι· πάντων τ῀ ὀπῤῥήτων τε καὶ ποικίλοις πάθεσι καθωπλισμένων πρὸς αὐτὸν ἀπερρυηκότων.

a

b

Conſtantii breve imperium.

Socr. lib. 7. cap. 24.

12. Honorius Imperator Conſtantium Magiſtrum militum ob affinitatis honorem ad conſortium Imperii adſcivit, cum Placidia Valentinianum ei filium jam peperiſſet. Cui quidem Valentiniano Honorius Nobiliſſimi dignitatem tribuit. Conſtantii igitur imagines, ut moris erat eorum qui recens ad Imperium promoti erant, miſſæ ſunt in Orientem. Sed Theodoſius, cum nuncupationem auguſtam Conſtantii improbaret, imagines ejus non admiſit. Cumque Conſtantius ob hanc contumeliam ſe ſe ad bellum pararet, mors ſuperveniens, vita ſimul & curis eum liberavit, cum imperaſſet menſibus ſex.

12. Οπ Ὁνώριος ὁ βασιλεὺς Κωνσταντίου τ῀ γραπτὸν χ῀ τιμὴν δ῀ κήδους εἰς τὸ τ῀ βασιλείας προσλαμβάνεσθαι σκῆπτρον· ἤδη καὶ παῖδα Οὐαλεντινιανὸν τ῀ Πλακιδίας αὐτῷ γεναμένης, ᾧ καὶ τ῀ δ῀ ὀπφανείαν ἔδωκεν ὁ Ὁνώριος ἀξίαν. αἱ δὲ δ῀ Κωνσταντίου εἰκόνες, ὡς ἔθος ἦν τοῖς ἄρτι παρελθοῦσιν εἰς βασιλείαν πράττειν, ἀναπέμπονται πρὸς τὴν ἑῴαν. ἀλλ' ὅ γε Θεοδόσιος οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ ἀναῤῥήσει, οὐ προσίετο ταύτας. καὶ δὴ Κωνσταντίῳ ὡς βασκευαζομένῳ ἀφ' τ῀ ὕβρεως ἐπὶ πόλεμον, καὶ τ῀ ζωῆς καὶ τ῀ φροντίδων ὀπίσω ὁ θάνατος τ῀ ἀπαλλαγὴν παρέχει, βασιλεύσαντι μῆνας ἕξ.

Honorii obitus. Joannes tyrannus.

Socr. l. 7. cap. 23.

13. Conſulatu Imperatoris Theodoſii decimo & Honorii tertiodecimo, idem Honorius aquæ intercutis morbo interiit. Joannes vero cum tyrannidem arripuiſſet, Legationem miſit ad Theodoſium. Sed re infecta, Legati inſuper contumelia affecti, alius alio per Propontidem relegati ſunt. Placidiam vero & Valentinianum tertium, qui poſt obitum Honorii Byzantium profugerant, Theodoſius Theſſalonicam miſit. Illic patrueli ſuo Cæſaris dignitatem conceſſit, & Ardaburio Magiſtro militum ejuſque filio Aſpari, belli adverſus Tyrannum adminiſtrationem commiſit. Hi Placidiam & Valentinianum ſecum ducentes, cum Pannoniam & Illyricum pertranſiſſent, Salonas urbem Dalmatiæ vi ceperunt. Poſt hæc Ardaburius quidem cum navalibus copiis contra tyrannum profectus eſt. Aſpar vero aſſumptis ſecum equeſtribus copiis, & impreſſionis inopinæ celeritate ſuſpicionem præveniens, Aquileiam urbem maximam occupavit, Placidia & Valentiniano ipſum comitantibus. Et hic quidem maximam civitatem abſque ullo negotio cepit. Ardaburium vero violentus quidam ventus excipiens, una cum duabus triremibus in manus tyranni detulit. Ille de fœdere ineundo cogitans, Ardaburium humaniter excepit. Qui cum maxima libertate frueretur,

13. Οπ ἐν ὑπατείᾳ τ῀ βασιλέως Θεοδοσίου τὸ δέκατον, καὶ Ὁνωρίου τὸ τρισκαιδέκατον, αὐτὸς Ὁνώριος ὑδέρῳ τελευτᾷ. καὶ Ἰωάννης τυραννίδι ἐπιθέμενος, διαπρεσβεύεται πρὸς Θεοδόσιον· ἀπράκτου δ῀ τ῀ πρεσβείας γεγενημένης, καὶ οἱ πρέσβεις ὑβρισθέντες, ἄλλος ἀλλαχῆ κατ῀ τ῀ Προποντίδα φυγῇ προεπέμφθησαν. τ῀ μὲν τοι Πλακιδίαν καὶ τ῀ τέκνον Οὐαλεντινιανὸν μ῀ δὲ Κωνσταντίνου θάνατον, πρὸς τὸ Βυζάντιον ἀνεκομίσθησαν· ἀποστέλλει πρὸς Θεσσαλονίκην Θεοδόσιος· καὶ ἐκεῖ τῷ δ῀ Καίσαρος ἀξίαν τ῀ ἀνεψιῷ παρατίθησιν, Ἀρδαβυρίῳ τῷ στρατηγῷ, καὶ τῷ τούτου υἱ῀ Ἄσπαρι τ῀ κατ῀ δ῀ Τυρράνου στρατηγίαν ἐγχειρίσας. οἱ δὴ καὶ συνεπαγόμενοι Πλακιδίαν τε καὶ Οὐαλεντινιανὸν, καὶ τὰς τε Παίονας καὶ τὰς Ἰλλυρίδας διελάσαντες, τὰς [2] Σάλωνας, [2] πόλιν τ῀ Δαλματίας, ἀναιροῦσι κατ῀ κράτος. ἐντεῦθεν ὁ μὲν Ἀρδαβύριος νηΐτῃ στόλῳ κατ῀ δ῀ Τυράννου χωρεῖ· ὁ δ῀ Ἄσπαρ τ῀ ἱππικὴν δύναμιν συναλαβὼν, καὶ τῷ τάχει τῆς ἐφόδου κλέψας τὰς αἰσθήσεις, τ῀ Ἀκυληίας μεγάλης πόλεως ἐγκρατὴς γίνεται, συνόντων αὐτῷ Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Πλακιδίας. ἀλλ' ὁ μὲν οὕτω τ῀ μεγάλην ἀπαλαιπώρως παρασχόμενος. τ῀ δὲ Ἀρδαβυρίου βίαιον ἀπολαβὸν πνεῦμα, σὺν δυσὶν ἑτέραις τριήρεσιν εἰς χεῖρας ἄγει τ῀ Τυράννου. ὁ δὲ πρὸς σπονδὰς ἀφορῶν, φιλανθρώπως ἐκέχρητο τῷ Ἀρδαβυρίῳ. καὶ πολλῆς ὕστερον ἀπολαύων τ῀ ἀδείας,

τοὺς

Valesii Annotationes.

1 Τῷ ἀνεψιῷ παραπίθησιν] Scribendum eſt ϖεπίθησιν. Quem errorem jam ſupra non ſemel caſtigavi.

2 Σάλωνας ἀναιροῦσι κατ῀ κράτος] Manuſcripti quidem codices nihil variant. Nihilominus tamen ſcribendum eſt αἱροῦσι, quemadmodum legitur apud Nicephorum in lib. 14. cap. 7.

Variorum.

a Μετὰ θάνατον Εὐδοξίου] Hæc refert Gothofredus anno 420. quando Eunomiani procul Conſtantinopoli abacti ſunt. Anno quippe 415. conventus eorum in urbe inhibuerat Theodoſius ſub pœna deportationis domuſque proſcriptionis. *d. lib. 58. cod. Theod. de Hæreticis*: quod obſervavit idem Gothofredus.

b Ὑπῆρχε] Legendum ἐπῆρχε. *W. Lowth.*

21 τοὺς [1] ὑποστρατηγοὺς τ῀ τυράννου, ἤδη καὶ αὐτοὺς ἐπωκειωμένους, τ῀ ὑπεβελὴν κρατύνῃ τ῀ κτ᾽ τοῦ τυράννου· κ᾽ σημαίνῃ Ἀσπαρεῖ τῷ παιδὶ παραγενέσθαι, ὡς ἐφ᾽ ἑτοίμῳ τῷ κατορθώματι. ὅ δ᾽ ἧττον σὺν τοῖς ἱππότῃ γρατῷ φθάσαντος, κ᾽ μάχης τινὸς συρραγείσης, συλλαμβάνεται ὁ Ἰωάννης τῇ τ῀ ἀμφ᾽ αὐτὸν προδοσίᾳ, κ᾽ πρὸς Πλακιδίαν κ᾽ Οὐαλεντινιανὸν εἰς 2 Ἀκυληίαν ἐκπέμπεται· κἀκεῖ [2] τ῀ δεξιὰν προδιαλυθεὶς, εἶτα κ᾽ τ῀ κεφαλῆς ἀποτέμνεται, ἕνα τυραννήσας ἐπὶ τῷ ἡμίσει ἑαυτόν. τότε κ᾽ βασιλέα ὁ Θεοδόσιος τ῀ Οὐαλεντινιανὸν ἀποφείλας ἀναγορβύῃ.

21 tous [1] hupostratègous t῀ turannou, ēdē kai autous epōkeiōmenous, t῀ hupebolēn kratunē t῀ kt᾽ tou turannou· k᾽ sēmainei Aspareï tō paidi paragenesthai, hōs ep᾽ hetoimō tō katorthōmati. ho d᾽ hēttōn sun tois hippotē gratō prosgenomenos, k᾽ machēs tinos surrageisēs, sullambanetai ho Iōannēs tē t῀ amph᾽ auton prodosia, k᾽ pros Plakidian k᾽ Oualentinianon eis 2 Akuleïan ekpempetai· kakeï [2] t῀ dexian prodialuthheis, eita k᾽ t῀ kephalēs apotemnetai, hena turannēsas epi tō hēmisei heautou. tote k᾽ basilea ho Theodosios t῀ Oualentinianon apopheilas anagorbuē.

ductores tyranni, qui jam ad defectionem propenſi erant, contra tyrannum animavit. Simul Aſpari filio per literas ſignificavit, ut tanquam ad paratam victoriam adeſſet. Qui cum celeriter adventaſſet una cum equeſtribus copiis, conſerto levi prœlio captus eſt Joannes, proditione eorum qui circa ipſum erant, & Aquileiam ad Placidiam & Valentinianum deducitur. Illic dextra manu prius amputata, poſtea etiam capite truncatus eſt, cum per unum ac dimidium annum tyrannidem exercuiſſet. Tum vero Theodoſius Valentinianum Romam miſſum, Imperatorem renuntiavit.

14. Οτι Ἀέτιος ὁ ὑποστρατηγὸς Ἰωάννου τοῦ τυράννου, μ῀ τρεῖς ἡμέρας τῆς ἐκείνου τελευτῆς, Βαρβάρους ἄγων μισθωτοὺς εἰς ξ᾽ χιλιάδας σχεδὸν γίνεται· κ᾽ συμπλοκῆς αὐτῷ τε κ᾽ τ῀ περὶ τ῀ Ἀσπαρα γεγενημένης, Φόνος ἑκατέρωθεν ἐρρύη πολύς. ἔπειτα σπονδὰς ὁ Ἀέτιος τίθεται πρὸς Πλακιδίαν κ᾽ Οὐαλεντινιανὸν, κ᾽ τ῀ κόμητος ἀξίαν λαμβάνει· κ᾽ οἱ Βάρβαροι χρυσίῳ καταθέμενοι τ῀ ὀργὴν κ᾽ τὰ ὅπλα, b ὁμήρους τε δόντες, κ᾽ τὰ πιστὰ λαβόντες, [b] εἰς τὰ οἰκεῖα ἤθη ἀπεχώρησαν.

14. Oti Aetios ho hupostratègos Iōannou tou turannou, m῀ treis hēmeras tēs ekeinou teleutēs, Barbarous agōn misthōtous eis x᾽ chiliadas schedon ginetai· k᾽ sumplokēs autō te k᾽ t῀ peri t῀ Aspara gegenēmenēs, Phonos hekaterōthen errhuē polus. epeita spondas ho Aetios tithetai pros Plakidian k᾽ Oualentinianon, k᾽ t῀ komētos axian lambanei· k᾽ hoi Barbaroi chrusiō katathemenoi t῀ orgēn k᾽ ta hopla, b homērous te dontes, k᾽ ta pista labontes, [b] eis ta oikeia ēthē apechōrēsan.

14. Aetius unus ex ducibus Joannis tyranni, tertio poſt ejus obitum die ſupervenit, Barbaros adducens mercede conductos, ad ſexaginta fere hominum millia. Commiſſoque inter ipſum & Aſparis exercitum prœlio, multi ex utraque parte ceciderunt. Poſthæc Aetius fœdus iniit cum Placidia & Valentiniano, & Comitis dignitatem accepit. Barbari vero auro accepto, iram atque arma depoſuerunt, & obſidibus datis fideque viciſſim accepta in proprias ſedes reverſi ſunt.

Aetius comes factus.

Τέλος τῶν ἐκλογῶν τῆς παρόντος βιβλίου τ῀ ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Φιλοστοργίου.

Finis Excerptorum Eccleſiaſtica hiſtoriæ Philoſtorgii.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τοὺς ὑποστρατήγους τοῦ τυράννου] Gothofredus interpretatur exauctoratos à tyranno. Quod nullo modo probare poſſum. Neque enim Philoſtorgius hic loquitur de iis quos tyrannus exauctoraverat: ſed de ducibus qui ſub illo militabant. Addè quod ὑποστράτηγος Græce non dicitur. Proinde non dubito quin ſcribendum ſit hoc loco ὑποστρατηγὸς. In Manuſcripto codice Bocharti legitur ὑποστρατηγὸς accentu in ultima. Et in margine adſcriptum eſt eadem manu, ἴσως ὑποστρατηγὸς.

2 Τὴν . . . . σχεδιατμηθεὶς] Apud Nicephorum hic locus ita legitur, τὴν χεῖρα πρῶτον ἀμπηθεὶς, &c. in MS. codice Samuelis Bocharti ad marginem ita adſcriptum inveni: *Deeſt vocabulum, forte γλωσσαν.*

VARIORUM.

a Ὑποστρατηγὸς] Deeſt vox ad ſenſum perficiendum. *W. Lowth.*
b Εἰς τὰ οἰκεῖα ἤθη] Videtur legendum ἔθνη. *W. Lowth.*

SUPPLEMENTA PHILOSTORGIANA.

De Joſepho, Phlegonte & Dione, *ex Suida in voce* Φλέγων.

PHILOSTORGIUS ait, ea quæ circa Judæos acciderunt, pluribus & copioſius executum eſſe Juſtum: Phlegontem vero & Dionem breviter meminiſſe, eaque velut obiter hiſtoriæ ſuæ indidiſſe. Cæterum eorum quæ ad pietatem aliaſque virtutes ducunt, neque ille curam ullo modo geſſiſſe dignoſcitur, quemadmodum neque hi: Contra vero Joſephus & reformidanti ſimilis eſt caventique, ne Græcos offendat.

Τούτῳ Φλέγωνός φησι Φιλοστόργιος Ἴωσον τὰ [1] χ' τοὺς Ἰουδαίους συμπεσόντα διὰ πλείονος ἐπεξελθεῖν τῇ πλάτει· Φλέγωνος δὲ Δίωνος βραχέως ὑπομνησθέντων, καὶ παρενθήκην αὐτὰ ἴδιά λόγῳ ποιησαμένων· ἐπεὶ τό γε εἰς εὐσέβειαν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἐλκόντων, οὐδ' ὁπῇον οὐδ' οὗτος δείκνυται περφροντικῶς, ὅπερ οὐδ' ἐκεῖνοι τρόπον. τοὐναντίον μὲν οὖν ὁ Ἰώσηπος, καὶ δεδοικότι ἔοικε καὶ εὐλαβουμένῳ ὡς μὴ προσκρούσειεν Ἕλλησι.

De Euſebio Nicomedienſi, & Theophilo Indo. *Ex uno e ſex prioribus libris, referente Photio in Bibl.* N. XL.

Quod vero ad miracula attinet vitamque, Euſebium Nicomediæ (quem & *Magnum* appellat) & Theophilum Indum, alioſque plures extollit.

Ἐν τεσσαρσὶ δὲ καὶ βίῳ Εὐσέβιον τῆς Νικομηδείας, ὃν καὶ μέγαν ἐπικαλεῖ, καὶ Θεόφιλον τὸν Ἰνδὸν καὶ ἄλλους πλείονας ἐξαίρει.

De his qui ab Ario *ſteterunt in* Synodo Nicæna, *ex Niceta* in Theſauro orthod. fid. lib. 5. c. 7. in fin.

Cæterum (ut Philoſtorgius primo Hiſtoriæ ſuæ libro author eſt) ab Ario in Synodo Nicæna ſteterunt hi, quorum nomina ſubſequuntur Epiſcopi. Ex ſuperiore quidem *Libya* Sentianus Boræi, Dachius Beronices, Secundus Theuchirorum, Zopyrus Barces, Secundus alius Ptolemaidis, Theon Marmaricæ: Ex Thebis *Aegyptiis* Melitius: ex *Palæſtina* Patrophilus Scythopoleos, Euſebius, Cæſarienſis, qui Pamphili dictus eſt: Ex *Phœnicia* Paulinus Tyri, Amphion Sigedonis: Ex *Cilicia* Narciſſus Irenopoleos, Athanaſius Anazarbi, Tarcodimatus Ægon: ex *Cappadocia* Leontius, Longianus & Eulalius: ex *Ponto*, Baſilius Amaſiæ, Melitius Sebaſtopoleos: ex *Bithynia*, Theognis Nicææ, Maris Chalcedonis, Euſebius Nicomediæ, *Magnus* quidem cognomine, qui Luciano Martyri familiaris fuerat, miraculiſque clarus, ut qui vel maxime: ex quo etiam *Magni* cognomen adeptus erat.

De Subſcriptionum *varietate in Concilio Nicæno, ex Niceta* in Theſauro orthodoxæ fidei, lib. 5. c. 8.

Philoſtorgius, *ſub finem libri primi*, author eſt, eorum qui Nicænæ fidei ſubſcripſerant, alios quidem è chirographorum ſuorum regione ὁμοουσίῳ dictionem adſcripſiſſe, alios vero ab Euſebio inſtructos blaſphemam ὁμοιουσίῳ vocem loco ὁμοουσίῳ ſuppoſuiſſe, præter Secundum & Theonam, qui etiam una cum Ario ejuſque presbyteris in Illyricum relegati ſunt.

De Pœnitentia *quorundam Arianorum, quod Concilio Nicæno ſubſcripſiſſent: quod refert Nicetas* in Theſ. orth. fid. lib. 5. c. 8.

Philoſtorgius *initio libri ſecundi*, ſcribit Euſebium, Theognin & Marin, eorum quæ ſubſcripſerant pœnitudine ductos ad Imperatorem veniſſe, hiſque apud eum verbis uſos: *Iniqui, Imperator, in eo fui-*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἴωσον] Ita correxi ex conjectura. Nam in Lexico Suidæ, ex quo hic Philoſtorgii locus deſcriptus eſt, hodie legitur ὅσον. Certe Scriptoris Hiſtorici nomen prorſus hic deſideratur. Aut igitur Juſti nomen hic ſubſtituendum eſt, aut Joſepi. Quæ ſequuntur Philoſtorgii verba, id potius ſuadere nobis videntur, ut Joſepi nomen ſubſtituamus. Sequitur enim τοὐναντίον μὲν οὖν ὁ Ἰώσηπος, &c. Ex quibus verbis colligitur, paulo antea ſermonem fuiſſe de Joſepo. Eligat itaque ſtudioſus Lector utrum voluerit. Porro hoc fragmentum Philoſtorgii depromptum eſt ex Procemio ejus Hiſtoriarum. Quo in loco Philoſtorgius Scriptores omnes Hiſtoriæ ſacræ commemorabat. Ac primo quidem Moſem, deinde Scriptorem Hiſtoriæ Macchabæorum recenſebat: poſtremo loco Juſtum ac Joſepum rerum Judaicarum ſcriptores referebat.

mus, quod tui metu perculsi impietati ſubſcripſerimus. Ex quo factum ſit, ut Imperator excandeſcens eos in Galatias ſeu Gallias Occiduas relegarit, & Arianos ſua quemque patria excedere juſſerit.

De Paulino *Ep Antiocheno facto: quod refert Nicetas* in Theſauro orthod. fidei, lib. 5. c. 9.

Solus Philoſtorgius *libro Hiſtoriarum ſecundo,* * Paulinum Tyro Antiochiam tranſlatum (in locum Euſtathii) author eſt.

De Aëtio & Eunomio, *ex uno e ſex prioribus ejus libris, referente Photio in Biblioth.* N. XL.

Ἐξαίρει δὲ, ἐν οἷς λόγοις μάλιστα Ἀέτιον καὶ Εὐνόμιον, μόνους ἀνακαθάραι τὰ τῆς θεοσεβείας δόγματα τῷ χρόνῳ συγκεχωσμένα πεφαντασμένος.

Extollit vero in ſermonibus maxime *Aëtium* & *Eunomium*, falſo aſſerens, eos ſolos repurgaſſe pietatis dogmata tempore contaminata.

De Acacio *Cæſareæ Pal. Ep. apud Photium in Bibl.* N. XL.

Κατηγορεῖ δὲ Ἀκακίου μάλιστα τῆς Καισαρείας τῆς κατὰ Παλαιστίνην ἐπισκοπήσαντος δεινότητά τε ἀνυπέρβλητον καὶ κακουργίαν ἄμαχον, μεθ' ὧν καὶ πάντων φησὶ καταχύσαι τῶν τε ὁμοφρόνων δοκούντων, εἰς ἔχθραν δέ τινα καταστάντων, καὶ τῶν τἀναντία θρησκευόντων.

Reprehendit vero *Acacii* maxime Cæreæ Palæſtinæ Epiſcopi vim dicendi intolerabilem & verſutiam inexpugnabilem, quibus eum artibus oppreſſiſſe ait præ omnibus tam eos qui idem ſentire viderentur, odio tamen quodam diviſos, quam contraria in religione ſentientes.

De Aëtio *ex Photii Biblioth.* N. XL.

Ἱστορεῖ δὲ ὁπόθεν τῆς Ἀρείου περὶ τὴν αἵρεσιν σπουδῆς τε καὶ καταρξεως, μέχρι τοῦ Ἀετίου τοῦ δυσσεβεστάτου ἀνακλήσεως. οὗτος δὲ ὁ Ἀέτιος παρ' αὐτῶν μὲν τῶν συναιρεσιωτῶν, διὰ τὸ κἀκείνους ὑπερβάλλεσθαι τῇ δυσσεβείᾳ, ὡς αὐτὸς ἑκὼν καὶ μὴ βουλόμενος ἱστορεῖ, τῆς διακονίας καθηρέθη· ὑπὸ δὲ τοῦ δυσσεβεστάτου Ἰουλιανοῦ ἀνεκλήθη τε καὶ φιλοφρόνως ἐδεξιώθη.

Narrandi porro initium fecit ab Arii in hæreſin ſtudio & initio, ad Aetii impiiſſimi revocationem uſque. Hic vero Aetius à cohæreticis ipſis, quod ipſos impietate ſuperaret, ut hic ipſemet etiam invitus narrat, diaconatu ſubmotus: ab impiiſſimo vero Juliano revocatus & humaniſſime exceptus fuit.

De Baſilio *ex Photii Bibl.* N. XL.

Βασιλείου δὲ τοῦ μεγάλου ἐπεχείρησεν ὑφανᾶναι μῶμον, δι' οὗ λαμπρότερον ἔδειξε. τὴν μὲν γοῦν ἰσχὺν καὶ τὸ κάλλος τὸ ἐν τοῖς πανηγύρεσιν ὁμιλίας ὑπ' αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἐναργείας ἐβιάσθη συμφθέγξασθαι· θράσυν δ' αὐτὸν ὁ δείλαιος ἀποκαλεῖ, καὶ ἀντιλογικῶν λόγων ἄπειρον, ὅτι φησὶν, ἀπετόλμησεν Εὐνομίου ταῖς συγγραφαῖς ἀντιπαῖξαθαι.

Baſilio vero Magno calumniam texere auſus eſt, qua illuſtriorem eum reddidit. Vim enim & venuſtatem ſermonis in concionibus, ipſa rei evidentia fateri coactus eſt. Temerarium tamen ipſum homo futilis appellat, nec in refutando exercitatum, eo quod, ut ait, Eunomii libris reſpondere auſus eſt.

De Leontio *Ep. Tripolis, apud Suidam in* Λεόντιος.

Τὸν τοιοῦτον Λεόντιον προσεταιρίζεται ὁ κακόφρων Φιλοστόργιος ἐν τῇ βίβλῳ ἀντὶ οἷου, ὡς ὁμόφρονα τῆς Ἀρειανικῆς αὐτοῦ κακοφροσύνης.

Hunc vero Leontium ſibi vindicat improbus Philoſtorgius in libro ..... velut conſentientem Arianæ ſuæ improbitati.

De Jordane, & *de* Paneade, *quod habet Joannes Antiochenſis* περὶ Ἀρχαιολογίας ἀπὸ τῆς ἱστορίας Φιλοστοργίου.

Ἐπ' ἐσχάτοις τῆς Παλαιστίνης τέρμασι, μεθ' ἣν ἡ τῶν Φοινίκων ἐκδέχεται, κεῖται πόλις Δὰν ὀνομαζομένη πρότερον ἐκ τοῦ Δὰν Φυλῆς, ὀπηνίκα χρόνον ἐπ' οὐκ ὀλίγον ἦσαν δὴ μόνοι τοῦ παντὸς ἔθνους πλανώμενοι, τελευταῖον τὰ ταύτῃ καταλαχόντες χωρία, μόγις ἱδρύσαντο, καὶ πόλιν ἐπὶ τοῖς ἄκροις αὐτῶν ὄρεσι δειμάμενοι, τιμῶ τοῦ Φυλάρχου σφῶν ἐπέθηκαν κλῆσιν. καὶ τοῦτο ἦν τὸ Ἰουδαίας ὁ ἔσχατος πρὸς Φοινίκην ὅρος. ταύτην χρόνῳ ὕστερον Ἡρῴδης ὁ μέγας

Ad extremos Palæſtinæ fines, poſt quam Phœnicia excipit, ſita eſt urbs quæ Dan prius vocabatur de tribu Dan: quo tempore eoque haud parvo hi ſoli totius gentis errantes, tandem locis illis occupatis vix & ægre conſederunt, urbemque ad extremos eorum fines ædificantes, Phylarchi ipſorum nomen indiderunt. Hicque ultimus erat Judææ Phœniciam verſus terminus. Hanc cum Herodes Magnus poſteri-

oribus temporibus ædificaſſet, mutato nomine Cæſaream Philippi vocavit. Nunc vero Paneas vocatur. Cum enim Panis in ea ſimulacrum poſitum fuiſſet, nomen iſtud urbs illa accepit. In hac Paneade alter è duobus Jordanis fontibus oritur (duo enim fontes ſunt) qui Dan etiamnum ex veteri nomine vocatur. Alterum vero qui Jor nominatur, procul ab illo ſtadiis circiter 160. collis quidam ex eodem monte profundit. Ex utroque horum effunditur fluvius hic quidem Jorates, ſicut ille Danites vocatur. Qui per montem delati, ubi in plana deſcenderint, inde jam confluunt, maximumque fluvium efficiunt Jordanem. Qui exinde & aquas & nomen utriuſque in unum commiſcens, per lacum Tiberiadis tranſit, medium eum ſecans, perque totum eum proprio alveo fluens, quoad uſque ad oppoſitam continentem perveniat: ſibi ipſi æqualis ſemper ac ſimilis. Inde jam per Palæſtinam labens, totus in mare quod mortuum dicitur illapſus extinguitur.

οἰκοδομήσας, Καισάρειαν Φιλίππου μετωνόμασεν· νῦν δὲ Πανεὰς ἐστὶ καλουμένη. τὸ γὰρ Πανὸς ἐν ταύτῃ βρέθας σπάνιον, εἰς τοῦτο δὴ τῆς πόλεως ἔτρεψαν θεοσημείαν. ἐν ταύτῃ τῇ Πανεάδι, ἓν μὲν Ἰορδάνου πηγῶν ἡ ἑτέρα τίκτει, δυοῖν ὑπῶν, Δὰν ἐκ μὲν παλαιοῦ ὀνόματος ἔτι καὶ νῦν ὀνομαζομένη· ἓν δὲ ἑτέραν, ἥτις Ἰὼρ ὑπακαλεῖται, πόρρωθεν αὐτῆς ὡς ἀπὸ σταδίων ρξ' κολωνός τις μία αὐτοῦ προίησιν ὄρους, ἀφ' ὧν [1] ἐξ ἑκατέρας συνίσταται ποταμὸς, ὁ μὲν Ἰορᾶτης, ὁ δὲ Δανίτης ὑπακαλούμενος· οἱ ἀφ' ἓν ὄρους ἐνεχθέντες ἐπειδὴ καταβαῖεν εἰς τὸ πεδίον, ἐνταῦθα ἤδη ξυνίασιν, καὶ ἕνα μέγιστον ἀποτελοῦσι πολαμὸν, τὸν Ἰορδάνην. ἐν ταυτῷ ἤδη τότε ῥοῦμα, καὶ τῷ προσηνείαν κιρνάμενος, τῷ τῆς Τιβεριάδος διέξεισι λίμνην, μέσην τέμνων αὐτὴν, καὶ δι' ὅλης αὐτῆς [2] ἐν τῷ οἰκείῳ ὁλκῷ ῥεόμενος μέχρις ἂν ἐπὶ τὸ καλούμενον ἐκπεράσῃ γῆν, ἶσος αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ ἀδιαπλήσιος ὤν· κἀντεῦθεν ἤδη ἀφ' ἓν Παλαιστίνης διεχθεὶς, ἅπας εἰς τὴν νεκρὰν καλουμένην εἰσπεσὼν ἀφανίζεται θάλασσαν.

De Apollinario, Baſilio, & Gregorio Nazianzeno, *quod ipſiſſimis Philoſtorgii verbis recitatis habet Suidas tribus locis, in v.* Ἀπολλινάριος, Βασίλειος, Γρηγόριος.

Apollinarius enim illis temporibus floruit Laodiceæ Syriæ, & Baſilius Cæſareæ Cappadociæ, & Gregorius Nazianzi. Eſt vero locus hic ſtatio ejuſdem Cappadociæ. Tres vero viri iſti tunc Homoouſion propugnabant, adverſus heteroouſion, longe ſuperantes omnes qui prius, quique deinceps ad meam ætatem uſque illi hæreſi præfuerunt, adeo ut præ iis Athanaſius puer judicaretur. Nam & in eo doctrinæ genere quod externum (ſeu profanum) dicitur, plurimum hi profecerant: & ſacrarum Scripturarum, quæcunque ad lectionem & promptam memoriam conferebant, magnam notitiam habebant, & inter eos maxime Apollinarius: hic enim Hebraicam etiam linguam intelligere poterat. Quin & unuſquiſque eorum in ſuo ſinguli genere plurimum ſtylo valebant. Apollinarius ſcil. dicendi genere quod commentationibus eſt aptiſſimum, longe præſtabat. Baſilius vero in genere panegyrico ſplendidiſſimus erat. At Gregorii cum utroque comparati oratio, ſublimiorem in ſcriptione locum obtinuit. Etenim Apollinario erat uberior in dicendo: Baſilio vero gravior. Cum autem iſti tanta dicendi & ſcribendi & facultate præditi eſſent, non minus etiam mores præ ſe tulerunt ad alliciendam ad ſui ſpectaculum multitudinē aptos: adeo ut eos à quibus conſpicerentur, & apud quos verba facerent, & quæcunque ſcripta ederent, omnino pertraherent in ſui communionem, quotquot quavis iſtarum rationum facile capi poterant.

Ἀπολλινάριος γὰρ ἤκμαζε καθ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐν τῇ Λαοδικείᾳ τῆς Συρίας, καὶ Βασίλειος ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας, καὶ Γρηγόριος ἐν τῇ Ναζιανζῷ· σταθμὸς δὲ οὗτος ὁ τόπος ἐστὶ τῆς αὐτῆς Καππαδοκίας. τρεῖς δὲ οὗτοι ἄνδρες, τότε μὲν Ὁμοουσίου πρυμάχουν κατὰ δὲ ἑτεροουσίου, μακρῷ πάντας παρενεγκόντες τοὺς πρότερον καὶ ὕστερον ἄχρις ἐμοῦ τῆς αἱρέσεως προστάντας· ὡς παῖδα παρ' αὐτοῖς κριθῆναι τὸν Ἀθανάσιον. τῆς τε γὰρ ἔξωθεν ἐκλεκτικῆς παιδεύσεως ἐπὶ πλεῖον οὗτοι προεληλύθεσαν· καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ὁπόσα εἰς ἀνάγνωσιν καὶ τὸ πρόχειρον μνήμην ἐτέλει, πολλὴν εἶχον τὴν ἐμπειρίαν· καὶ μάλιστά γε αὐτῶν ὁ Ἀπολλινάριος· οὗτος γὰρ δὴ καὶ τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου ἐπαΐειν οἷός τε ἦν. καὶ μὴν καὶ συγγράφειν ἕκαστος ἐς τὸν αὐτοῦ τρόπον ἦν ἱκανώτατος· τῷ μέν γε Ἀπολλιναρίῳ τὸ ὑπομνηματικὸν εἶδος τῆς λέξεως, μακρῷ ἄριστα εἶχε· Βασίλειος δὲ πανηγυρίσαι λαμπρότατος ἦν· τῷ δέ γε Γρηγορίῳ καὶ παρ' ἀμφοτέροις ἐξεταζομένῳ, μείζω βάσιν εἰς συγγραφὴν εἶχεν ὁ λόγος. καὶ ἦν εἰπεῖν, Ἀπολλιναρίου μὲν ἀδρότερος, Βασιλείου δὲ σταθερώτερος. τοσαύτης δὲ αὐτοῖς ἐν τῷ λέγειν καὶ γράφειν δυνάμεως οὔσης, καὶ τὸ ἦθος οὐδὲν ἧττον οἱ ἄνδρες παρεῖχοντο πρὸς τὸ τῶν πολλῶν θέαν ἐπαγωγότατον· ὥστε καὶ οἷς ὁρῶντο, καὶ οἷς ἔλεγον καὶ ὁπόσα γραφοῖεν διεδίδοσαν, ἁπάντων ἥρουν εἰς τὴν ἑαυτῶν κοινωνίαν τοὺς καθ' ὁποιοῦν αὐτῶν θυχερέστερον ἁλίσκεσθαι δυναμένους.

Valesii Annotationes.

1 Ὧν ἐξ ἑκατέρας] Peſſime hunc locum Joannis Antiocheni verterat Jacobus Gothofredus: cujus nos verſionem hoc loco emendavimus. Sic enim interpretatus eſt. *E quo utrinque effunditur fluvius*; cum vertendum eſſet, *ex utroque horum fontium profluit amnis: alter Jorates, alter Danites dictus.* Non animadvertit ſcilicet Gothofredus ſubaudiendum hic eſſe nomen πηγῶν.

2 Ἐν τῷ ὁρκῳ ῥεόμενος] Unius literæ mutatione locum hunc ſanavi hoc modo: τῷ οἰκείῳ ὁλκῷ. Emendationem noſtram confirmant Suidas & Heſychius, qui ὁλκὸν viam & tractum ſeu impetum fluminis ſignificare ſcribunt. Faceſſat igitur conjectura Gothofredi.

FRAGMEN-

FRAGMENTA
PHILOSTORGII.

Ex Suida in voce Ἀγαπητός.

1 Ἀγαπητὸς ἐπίσκοπος Συνάδων, ὃν οἱ ἐπαίνῳ πολλῷ πίθεται Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, καὶ θαυμάτων αὐτοῦ ἐξαισίων μνήμην ποιεῖται· ὀρῶν μεταστάσεις καὶ ποταμῶν, καὶ νεκρῶν ἐγέρσεις· καὶ ὅτι γραπτώτην ὄντα ἐβουλήθη Μαξιμῖνος ὡς Χριστιανὸν ἀποκτεῖναι, διὰ τὸ πυθέσθαι πολλοὺς τὰ παρ' αὐτοῦ τελούμενα ὑπεραγαμένους. Vide Philoſt. lib. 2. in cap. 2.

AGAPETUS Synadorum Epiſcopus, quem multis laudibus exornat Euſebius Pamphili, & miracula ejus inuſitata commemorat atque inſolita: montes ac fluvios alium in locum tranſlatos: mortuos ad vitam ſuſcitatos. Ait etiam Imperatorem Maximinum, eum adhuc militem, utpote Chriſtianum, interficere voluiſſe, propterea quod comperiſſet multos, operum quæ ab Agapeto fiebant admiratione captos, relicto Gentilium cultu ad Chriſtianam fidem tranſire.

Ex Suida in voce Ἀέτιος.

Ἀέτιος ἐξ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, διδάσκαλος Εὐνομίου, ἀπὸ πενιχρῶν καὶ οὐτελῶν γονέων τυγχάνων. ὁ δὲ πατὴρ αὐτῷ τῶν ἐν στρατιᾷ δυσπραγέστερος ἐπιλελεγμένων γενόμενος, ἐτεθνήκει κομιδῇ παῖδα τοῦτον ἀφείς· αὐτὸς δὲ εἰς ἔσχατον ἀπορίας ἦκων, ἐπὶ χρυσοχοΐαν ἐχώρησεν, ἀκρόσατός τε ἐγένετο. ἐπεὶ δὲ ἡ Φύσις αὐτῷ μειζόνων ὠρέγετο μαθημάτων, τοῖς λογικὰς θεωρίας ἐτράπετο· καὶ δὴ συγγίνεται Παυλίνῳ, ἔτι ὀλίγον ἀπὸ Τύρου εἰς Ἀντιόχειαν ἀφικομένῳ ἔπι κατὰ τοὺς Κωνσταν-
a τίνου χρόνους. τούτου ἠκροᾶτο, [a] πολλὴν ὀφθεικῶς φαίνων τῆς ἀσεβείας τὴν ῥώμην εἰς τοὺς διαφορουμένους ζητήσεις· καὶ οὐχ ὑπέστατος ἦδη τοῖς πολλοῖς ἦν. ἐπεὶ δὲ Παυλῖνος ἐτεθνήκει, Εὐλαλίου τρίτου καὶ εἰκοστοῦ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἔχοντος τὸν θρόνον, πολλοὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀετίου ἐλεγχομένων, δεινὸν ποιησάμενοι τοῖς ἀνδρὸς δημιουργοῦ καὶ νέου κατακράτος ἐλαύνεσθαι, συστάντες ἐξήλασαν αὐτὸν τῆς Ἀντιοχείας. ἐξελαθεὶς δὲ, εἰς Ἀνάζαρβον ἀφικνεῖται. ὁ δὲ, ἦδη τάχιστα δυνάμεως πάσης πεπλάμενος, μείζους ἀεὶ τῶν διδομένων ἀφορμῶν εἰσέφερε τοὺς καρπούς. ὁ δὲ οὐδὲν ἐπαύετο, τοὺς μὲν διελέγχων, φαύλως δὲ ἀμπεχόμενος, καὶ ὡς ἔτυχε ζῶν.

Aetius Magiſter Eunomii, ortus ex urbe Syriæ Antiochia, parentibus egenis ac viliſſimis. Pater ejus cohortali militiæ adſcriptus, cum adverſa fortuna uſus eſſet, fato functus eſt, relicto iſto admodum puero. Qui ad ſummam egeſtatem redactus, Aurificinam exercere inſtituit, & ad ſummam hujus artis perfectionem evaſit. Sed quoniam ejus indoles ad altiores diſciplinas aſpirabat, ad Logicæ ſtudia animum applicuit. Ac primum quidem auditor fuit Paulini, qui paulo ante ex urbe Tyro Antiochiam tranſlatus fuerat, Conſtantino etiam tum Imperium gubernante. Hunc dum audiret Aetius, non mediocrem vim ingenii oſtendebat, in quæſtionibus adverſus eos quibuſcum diſputabat: Jamque ejus impetus à pleriſque haudquaquam ſuſtineri poterat. Mortuo deinde Paulino, cum Eulalius tertio ac viceſimo loco poſt Apoſtolos ſedem Antiochenam regendam ſuſcepiſſet, multi ex iis qui ab Aetio convicti fuerant, ægre ferentes quod ab opifice & adoleſcente victi ac profligati eſſent, conſpiratione facta, eum Antiochia expulerunt. Ejectus igitur Aetius Anazarbum ſe contulit. Cumque vim omnem ac facultatem brevi admodum tempore percepiſſet, majores ſemper edebat fructus, quam erant elementa atque inſtitutiones quas ab aliis acceperat. Interim vero reprehendere alios & confutare non deſiſtebat: ipſe vili pallio tectus, & tenui ac paupertino utens victu. *Vide Philoſt. lib.* 3. *cap.* 15.

Valesii Annotationes.

1 Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου] Hic memoriæ vitio lapſus eſt Suidas, qui Euſebium poſuit pro Philoſtorgio. Agapeti enim Synnadorum Epiſcopi in Hiſtoria Eccleſiaſtica nuſquam meminit Euſebius Cæſarienſis. Ejus autem mentionem facit Philoſtorgius in libro 2. capite 2. ubi eadem fere leguntur quæ apud Suidam.

Variorum.

a Πολλὴν—τῆς ἀσεβείας τὴν ῥώμην] Vertendum, *non mediocrem impietatis vim.* W. Lowth.

Ex

Ex Suida in voce Αὐξέντιος.

Auxentius Epiſcopus Mopſueſtiæ, unus ex Confeſſoribus. Fuit hic ex numero eorum qui in palatio Imperatoris Licinii ſplendide militabant, ejus ſcilicet exceptor quos Romani Notarios vocant. Porro ejus confeſſio hujuſmodi fuit. In quodam atrio Imperialis Palatii, erat fons, & ſupra fontem Bacchi ſtatua, & magna circumquaque vitis quæ univerſum illum locum tectum atque opacum efficiebat. Eo cum Licinius avocandi animi cauſa veniſſet, tum Auxentio ipſo, tum aliis pluribus ex ejus palatio ipſum ſectantibus: in vitem oculos conjiciens, uvam quamdam conſpexit inuſitatæ magnitudinis ac venuſtatis, ex palmitibus dependentem. Hanc Auxentio juſſit ut abſcinderet. Ille ſtatim arrepto cultro quem feminalibus appenſum geſtabat, uvam exſecuit nihil ſuſpicatus. Tunc Licinius ad eum converſus: Pone, inquit, hanc uvam ad pedes Bacchi. Ad hæc Auxentius, Nequaquam, ô Imperator, reſpondit. Chriſtianus enim ſum. Quo audito Licinius dixit: Abi igitur ſolutus militia. Duorum enim alterum abs te fieri neceſſe eſt. Tum vero Auxentius nihil cunctatus balteum depoſuit, atque ut erat diſcinctus, libenti animo è palatio exceſſit. Nec multo poſt Epiſcopi eum Mopſueſtiæ Antiſtitem ordinarunt. Hujus frater natu minor fuit Theodorus, vir qui Athenis Rhetoricam didicerat. Qui quidem & ipſe poſtea Epiſcopatum Tarſenſem ſortitus eſt. Etenim Aetius cum antea ipſe per ſe, & Eunomium ipſum & alios qui majoris meriti erant, docere ſolitus eſſet, poſtquam Eunomium ad docendi munus promovit, eum deinceps magiſtrum pro ſe ac doctorem eſſe voluit, tum aliorum, tum eorum præcipue qui perfectiore doctrina & inſtitutione indigebant. Nam ipſe quidem ad principia atque elementa aliis tradenda præſtantiſſimus erat. Eunomius vero ad elementa quæ tradita fuerant, excolenda ac promovenda, & ad interpretandum perſpicue ſimul atque magnifice, longe illo præſtantior habebatur. *Vide Philoſt. in lib.* 5. *cap.* 2.

Αὐξέντιος Μοψουεστίας ἐπίσκοπος· ὃς ἦν τῶν ὁμολογητῶν ὀνομαζομένων. ἦν δὲ ἐν τῷ ἐπιφανεῖ τῷ βασιλεῖ Λικινίῳ φρατρυσαμένων, τῶν ὑπογραφέων τούτῳ γενόμενος, οὓς δὴ Νοταρίους Ῥωμαῖοι καλοῦσι. τὸ δὲ τῆς ὁμολογίας, τοιόνδε γέγονεν εἶδος. ἦν ἔν τινι τῆς βασιλικῆς ἐφίας αὐλῇ, κρήνη τε ὕδατος, καὶ ἐπ' αὐτῇ Διονύσου ἄγαλμα, καὶ ἄμπελος μεγάλη περικειμένη, καὶ σκιερὸν ὑπεικῶς καὶ συνηρεφῆ τὸν ἅπαντα τόπον ἐργαζομένη. ἐνταῦθα ὁ Λικίνιος κατ' αὐτοφώρου ἀπαγωγῆς ἀφικόμενος, ὅ τε Αὐξεντίου αὐτοῦ καὶ ἄλλων πολλῶν ἐκ τῆς θεραπείας παρεπομένων, εἰς τὴν ἄμπελον ἀνιδὼν, ἐθεάσατο βότρυν ὡραῖόν τινα καὶ μέγαν, τῶν κλημάτων ἀπαωρούμενον. τοῦτον προσέταξε τῷ Αὐξεντίῳ τεμεῖν. ὁ δὲ αὐτίκα τὸ προσηρτημένον ταῖς ἀναξυρίσιν αὐτῷ μαχαίριον ἀφελόμενος, ἔτεμε μηδὲν ὑποιδούμενος. ὁ δὲ Λικίνιος πρὸς αὐτὸν, θὲς τοίνυν τὸν βότρυν ἔφη πρὸς τοῖς τοῦ Διονύσου ποσίν. ὁ δέ, μὴ ὦ βασιλεῦ, ἀπεκρίνατο. Χριστιανὸς γὰρ εἰμί. κἀκεῖνος, ὑκοῦν ἐκποδὼν οἰχήσῃ τῆς στρατείας ἀποπαυσάμενος. ἀμφότερα γὰρ τοῖν δυοῖν ἀνάγκη ποιεῖν. ὁ δὲ μηδὲν μελλήσας τὴν τε ζώνην ἑαυτοῦ λύεται, καὶ ἄσμενος ἐξεχώρησεν ὡς εἶχε τῶν βασιλείων. καὶ αὐτὸν οἱ ἔφοροι μετά τινα χρόνον ὕστερον ἐπίσκοπον ἐφήσαντο τῆς Μοψουεστίας. τούτου δὲ ἀδελφὸς νεώτερος Θεόδωρος ἦν, ἀνὴρ τὰ Ἀθήνησι παιδευθέντων. ὃς καὶ αὐτὸς χρόνον ὕστερον ἐπισκοπὴν τὴν Ταρσοῦ ἐκκλησίας ἔτυχε κληρωσάμενος. ὁ γὰρ δὴ Ἀέτιος τὰ πρότερα δι' ἑαυτοῦ τὸν τε Εὐδόξιον αὐτὸν καὶ ἄλλους τοὺς πλείστου λόγου ἀξίους διδάσκων, ἐπειδὴ τὸν Εὐνόμιον εἰς τὸ τῆς διδασκαλίας προεβίβασεν ἔργον, τούτῳ ἤδη κατὰ τὸ πλεῖστον ἀνθ' ἑαυτοῦ διδασκάλῳ ἐχρῆτο πρὸς τοὺς ἄλλους, καὶ τοὺς μάλιστα τελεωτέρας μαθήσεως δεομένους. καὶ γὰρ ἐκεῖνος μὲν λόγων ἐπαχθῶν προσηχεῖν ἄειστος· ἔτος δὲ τὰς δοθείσας ἐργάσασθαι, καὶ σαφῶς τε ἅμα καὶ μεγαλοπρεπῶς ἑρμηνεῦσαι πολὺ δυνατώτερος.

Ex Suida in voce Εὐδόξιος.

Eudoxius Epiſcopus Antiochiæ, ex Arabiſſo minoris Armeniæ oppido oriundus. Pater ejus Cæſarius, Maximino Imperium adminiſtrante, martyrii coronam reportaverat, licet prius voluptatibus addictior viſus fuiſſet. Verum prioris vitæ maculas martyrii ſui cruore ſtuduit eluere. Nam cum utrumque ei pedem ſex maximis clavis carnifices transfixiſſent, eum in

Εὐδόξιος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας ἐξ Ἀραβισσοῦ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας. ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ Καισάριος, ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τὸ τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο, καίτοι πρότερον ἡδονῶν ἥττων φανείς. ἀλλ' ἐβουλήθη τὰς πρώτας κηλίδας ἀφ' τοῦ μαρτυρίου τοῦ αἵματος ἀπορρύψασθαι. ἥλους γὰρ μεγάλους ἑκατέρου τῶν ποδῶν ἐξ τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ διαπερονή-

Valesii Annotationes.

1 Καὶ αὐτὸν οἱ ἔφοροι] Hoc inſigne fragmentum, ex Philoſtorgii Hiſtoria deſcriptum eſſe, multis argumentis convinci poteſt. Nam & locutio plane Philoſtorgium redolet. Verbi gratia, ἔφοροι hoc loco dicuntur Epiſcopi. Quod quidem alibi quam apud Philoſtorgium difficile reperias. Præterea quæ ſub finem adduntur de Aetio & de Eunomio, perſpicue indicant fragmenti hujus actorem eſſe Philoſtorgium: quis enim alius hæreticorum illorum dotes ac laudes tam ambitioſe commemoraret?

2 Τὸν τε εὐδόξιον αὐτὸν] Procul dubio ſcribendum eſt, τὸν τε εὐνόμιον. Neque enim Eudoxii magiſter fuit Aetius, ſed Eunomii. Eudoxius quidem Antiochenſis Epiſcopus in divinis literis magiſtrum habuit Lucianum martyrem, ut tradit Philoſtorgius in libro 2. cap. 15. Ego tamen Eudoxium diſcipulorum Luciani auditorem potius fuiſſe crediderim. Nam cum Eudoxius Valentis principatu extremum diem obierit, quomodo Luciani martyris, qui regnante Maximino paſſus eſt, auditor eſſe potuerit, equidem non video. Aſterium quidem Cappadocem, qui unus fuit ex diſcipulis Luciani, magiſtrum habuiſſe videtur Eudoxius, ut indicat Philoſtorgius in lib. 4. cap. 4.

σαντες

ναντες πυρὶ παρέδοσαν· καὶ ἐπειδὴ αὐτίκα πρὸς τῷ Φλόγα χωρῶν ἀπέθανεν, ἡμίφλεκτον ἔτι καὶ σῶον οἱ προσήκοντες τὸν νεκρὸν ἀνελόμενοι, ἔν τινι ἀγρῷ Σουβὲλ λεγομένῳ κατέθεσαν.

rogum conjecerunt. Sed quoniam ad ignem properans confestim expiraverat, cadaver ejus semiustum adhuc & integrum propinqui cum è rogo sustulissent, in agro quodam qui Subel dicitur deposuerunt. *Vid. Philost. lib.* 4. *c.* 4.

Ex eodem Suida in voce Θεόφιλος.

Θεόφιλος οὗτος ἀπὸ Ἰνδῶν ἐπανελθὼν ἐν Ἀντιοχείᾳ διῆγεν· ἐκκλησίαν μὲν ἀφωρισμένως οὐδεμίαν ἔχων αὐτός· κοινὸς δέ τις ὢν, ὡς πάσαις αὐτῷ μετ' ἀδείας ἐπιφοιτᾶν ὡς ἰδίαις ἔξον, βασιλέως αὐτὸν ἐς τὰ μάλιστα διὰ τιμῆς τε πάσης καὶ αἰδοῦς ἄγοντος· καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὁπόσοις ἐπιξαίη μετὰ πάσης προθυμίας αὐτὸν ὑποδεχομένων, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ μέγεθος καταπλησσομένων. ἰῶ γὰρ ὁ ἀνὴρ χρείττων ἢ ὡς ἄν τις δηλώσαι λόγῳ· ὡς ἄν τις τῶν ἀποστόλων εἰκών. λέγεταί γέ τοι ποτὲ καὶ νεκρὸν ἀναστῆσαι ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἰουδαίας τινός. Θαλάσσιος δ' τοῦτό φησι, τῶν ἐπ' ὀλίγον τὰνδρὶ συγγενομένων χρόνον, καὶ ἥκιστα δὴ εἰς τὰ τοιαῦτα ψεύδεσθαι ὕποπτος ὤν· ἄλλως τε καὶ ἔχων οὐκ ὀλίγους τῶν κατ' αὐτὸν αὐτῷ γενομένων χρόνον τοὺς ἐπιμαρτυρουμένους.

Theophilus ex India reversus, Antiochiæ domicilium fixit: propriam quidem ac peculiarem Ecclesiam nullam habens: communis vero omnium Antistes. Adeo ut cunctas libere pro arbitratu suo tanquam proprias adire ei liceret: cum & Imperator maximum ei honorem ac reverentiam exhiberet, & reliqui omnes ad quos accesserat, summa alacritate eum exciperent, virtutisque ejus præstantiam admirarentur. Quæ quidem talis ac tanta in eo fuit, ut eam nemo verbis explicare possit: quippe qui imago quædam fuerit Apostolorum. Aiunt etiam eum aliquando Antiochiæ Judæam quamdam ex mortuis suscitasse. Id autem affirmat Thalassius, qui cum illo diutissime versatus est, & in hujusmodi rebus extra suspicionem est mendacii: & qui alioqui haud paucos habet hujus rei testes qui eodem tempore vixerunt.

Item ex Suida in voce Λεόντιος.

Λεόντιος Τριπόλεως τῆς Λυδίας ἐπίσκοπος, Μυσὸς τὸ γένος τῶν πρὸς τῷ Ἴστρῳ κατῳκημένων, οὓς ἀγχιμάχους Ὅμηρος καλεῖ. τὸν τοιοῦτον Λεόντιον [1] προσεταιρίζεται ὁ κακόφρων Φιλοστόργιος ἐν τῇ βίβλῳ ἀντὶ τοῦ, ὡς ὁμόφρονα τῆς Ἀρειανικῆς αὐτῷ κακοφροσύνης. ὡς οὗτος παῖδα ἕνα ἐσχηκὼς, ἐπειδὴ μὴ χρηστὰς ἐλπίδας αὐτὸν ὑποφαίνοντα πρὸς ἀρετὴν εἶδε, δυξάμενος, ὡς φασιν, ἔτι μειράκιον ὄντα, ἐποίησεν ἀποθανεῖν· κάλλιστον ἡγησάμενος, τὸ πρὸ αἰσχροῦ τινος καταλύσασθαι τὸν βίον, τῶν σφαλερῶν κατὰ τὸν βίον ὀλίθων ἔξω γενόμενον. κανόνα δὲ αὐτὸν ἐκάλουν τῆς ἐκκλησίας. ἦν δὲ ἐλεύθερος τῷ γνώμῃ ἐπί τε εἰς πάντας καὶ παρρησιαστικός. καί ποτε συνόδου γενομένης, Εὐσεβείας τῆς Κωνσταντίου γυναικὸς εἰς οἴδημα ἀρθείσης φρονήματος, καὶ ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων προσκυνουμένης, μόνος οὗτος πρὸ φαύλου αὐτῇ τιθέμενος, οἴκοι ἔμεινεν. ἡ δὲ διὰ τοῦτο ὑποθερμανθεῖσα τοῖς θυμοῖς, καὶ τῇ γνώμῃ φλεγμήνασα, πέμπει πρὸς αὐτὸν αἰτιωμένη, καὶ ὑποχέσεσι κολακεύουσα, ὡς ἐκκλησίαν σοι μεγίστην ἐγερῶ, καὶ χρήματα ἐπιδαψιλεύσομαι, εἰ ἀφίκοιο πρός με. ὁ δὲ ἀντεδήλωσε· τούτων μὲν, εἴπερ βουληθείης τελέσασθαι, ὦ βασίλεια, οὐκ ἐμοὶ μᾶλλον, ἢ τῇ σῇ ψυχῇ ἴδοι χαριεμένη. εἰ δὲ θελήσας ἀφικέσθαι πρός σε, ὡς τῆς τοῖς ἐπισκόποις πρεπούσης

Leontius Episcopus Tripolis urbis Lydiæ, ortus ex Mœsis qui Istrum accolunt, quos Homerus ἀγχιμάχους appellat, id est, cominus pugnantes. Hunc Leontium suis partibus adjungit impius Philostorgius in lib. Historiæ suæ septimo, tanquam Arianæ sectæ quam ipse profitebatur, addictum. Hic cum unicum haberet filium, nec ullam in eo bonæ indolis notam animadverteret, orationibus à Deo impetravit, ut adhuc adolescens ex hac vita discederet: satius esse judicans ut ante ullum probrum ac flagitium admissum, mortem oppeteret, ex incertis ac periculosis hujus vitæ casibus subductus. Porro eum Ecclesiæ normam vulgo appellabant. Idem summa libertate, tam in sentiendo, quam in loquendo, erga omnes ex æquo utebatur. Cumque aliquando synodus Episcoporum convenisset, & Eusebia Augusta uxor Imp. Constantii fastu elata ab universis Episcopis salutaretur, solus hic Augustam parvi pendens, domi mansit. Id factum Augusta ægre ferens, & ira excandescens, quemdam ex ministris suis ad eum misit, partim conquerens, partim blanditiis & pollicitationibus eum demereri studens. Maximam tibi, aiebat, Ecclesiam ædificabo, & pecunias insuper largiar, si ad me visendam accesseris. Quibus Leontius ita respondit. Horum quæ mihi promittis, Augusta, si quidpiam perficere volueris, scias velim quod animæ tuæ potius quam mihi gratificaberis. Quod si me ad te salutandam cupis accedere, accedam quidem, dummodo ea quæ Episcopis debetur, servetur reverentia: ita ut in-

Valesii Annotationes.

1 Ἐν τῇ βίβλῳ ἀντὶ τοῦ] Scribendum videtur ἐν τῇ ζ'. βίβλῳ αὐτοῦ, *&c.* Nam Philostorgius hujus Leontii mentionem facit in lib. 7, cap. 6.

Φυλα-

grediar quidem ego: tu vero ſtatim è ſublimi ſolio deſcendens, verecunde mihi occurras, & manibus meis caput tuum ſubmittas, benedictionem à me poſtulans. Deinde ut ſedeam quidem ego: tu vero ſtes cum reverentia: poſtquam juſſero ſeſſura, ubi ſignum tibi dedero. Si quidem id elegeris, ad te accedam. Sin aliter, numquam tot ac tanta mihi donare poteris, ut ego de honore qui Epiſcopis debetur, aliquid remittens, divinas ſacerdotii leges violare unquam velim. Hæc ubi nuntiata ſunt, regina mirum in modum excanduit, hujuſmodi reſponſum ſibi à Leontio afferri haudquaquam patienter ſuſtinens. Cumque multum intumuiſſet, & magnopere commota eſſet animo, & pro levitate atque impatientia muliebri minas intentaſſet, rem ad maritum retulit, ultionem flagitans. Hic vero laudandam potius eſſe duxit in Leontio animi libertatem: Et uxoris iram ſedavit, eamque ad cubiculum ſuum remiſit. Quodam item tempore dum Conſtantius Epiſcoporum cœtui præſideret, & Eccleſias pro arbitratu ſuo regere vellet: cunctis verba Imperatoris cum plauſu & admiratione excipientibus, & recte cuncta ab eo dicta eſſe affirmantibus, ſolus Leontius conticuit. Et cum Imperator eum interrogaſſet, quam ob cauſam ſolus ex omnibus ſileret, reſpondit Leontius. Miror, inquit, te qui aliis rebus adminiſtrandis præpoſitus ſis, alias regendas ſuſcipere: & cum militarium ac civilium negotiorum tibi mandata ſit cura, Epiſcopis tamen præcipere de rebus quæ ad ſolos Epiſcopos pertinent. Quibus auditis, Conſtantius verecundia ac pudore ſuffuſus, in ejuſmodi negotiis deinceps pro Imperio agere ac jubere deſtitit. Tanta in loquendo libertate præditus fuit Leontius. *Vide Philoſtorgium lib.* 7.

Φυλαχθησομένης αἰδοῦς· ἵν' ἐσίλθοιμι μὲν ἐγὼ, σὺ δ' αὐτίκα ἐκ θρόνου τοῦ ὑψηλοῦ καταβᾶσα, μετ' αἰδοῦς ὑπαντήσειας ἐμοὶ, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπόσχης ταῖς ἐμαῖς χερσὶν, εὐλογίαν ἀξιωμένη· κἄπειτα καθεσθείην μὲν ἐγὼ, σὺ δ' ἀν' ἐσήκοις αἰδουμένη. ὁπόταν δὲ κελεύσαιμι, καθεσθεμένη, νίκα δοίης τὸ σιώπημα. εἰ οὕτως αἰρήσῃ, ἀφικοίμην ἄν σέ. εἰ δ' ἕτερον τρόπον, οὐχ οὕτω πολλὰ δώσεις, οὐδ' οὕτω μεγάλα δυνήσῃ, ὡς ἡμᾶς τῆς παρησκούσης πίμπης τοῖς ἐπισκόποις καθυφιεμένους, εἰς τὸν θεῖον ἐξυβρίσαι τῆς ἱερωσύνης θεσμόν. ταῦτα ὡς ἀπηγγέλθη, ἀναπίμπραται τὴν γνώμην, οὐκ ἀναχετὸν ἠνεμένη πρὸς Λεοντίου τοιούτους δέξασθαι λόγους. καὶ πολλὰ διοιδήσασα καὶ παθημένη, καὶ πολλὰ ἐκ γυναικείας ἀκροχόλου καὶ κούφης ἀπειλήσασα ἀγνοίας, καὶ τἀνδρὶ διηγησαμένη, παρὰ τιμωρίαν ἐξώρμα. ὁ δὲ μᾶλλον ἐπήνεσε τὴν ἐλευθερίαν τῆς γνώμης, καὶ τὴν γυναῖκα παρήνεγκε τῆς ὀργῆς· καὶ ἀποπέμπει εἰς τὴν γυναικωνίτιν. καί ποτε μεταξὺ παρακαθημένου τοῦ βασιλέως Κωνσταντίου τῶν ἐπισκόπων, καὶ ἄρχειν τῶν ἐκκλησιῶν ἐθέλοντος, οἱ μὲν πολλοὶ πᾶν ὅτι φήσειεν, ἐκρότουν καὶ ἐθαύμαζον, ἄειρα εἰρῆσθαι διοιζόμενοι· ὁ δὲ ἐσιώπα. ὡς δὲ ἤρετο αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, τί σιωπᾷς μόνος τῶν ἁπάντων; θαυμάζω, ἔφη, ὅπως ἕτερα διέπειν ταχθεὶς, ἑτέροις ἐπιχειρεῖς πραπωτικῶν μὲν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων προεστηκώς· ἐπισκόποις δὲ περὶ τῶν εἰς μόνους ἐπισκόπους ἥκόντων διατιθέμενος. τὸν δὲ βασιλέα καταιδεσθέντα, παύσασθαι τῆς ἐν τοῖς τοιούτοις ἤδη διακελεύσεως. τοιοῦτος ἦν ὁ Λεόντιος ἐλευθέριος.

Item ex Suida in voce Δημόφιλος.

Demophilus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, vir inſano quodam impetu cuncta ſimul miſcere ſolitus: & qui inſtar rapidi vagique torrentis, plurimum luti ac ſordium in ſermonibus ſuis convolveret. Ut qnivis facile deprehendet ex prima concione quam habuit Conſtantinopoli. Qua quidem in concione verſimile eſt eum accuratiorem ac diligentiorem fuiſſe: quippe cum hujuſmodi ſermones excipi ſoleant à notariis. Certe in ejus Commentariis qui etiamnum ſuperſunt, multa diſſerit confuſa atque indiſtincta: & de Patre ac Filio loquens, diſertis verbis ita pronuntiat. Filius ſolius Patris voluntate genitus eſt, ſine tempore ac ſine medio: ut juſſorum Patris miniſter ſit & famulus. Nam cum prævideret Deus, ea quæ facturus erat, non poſſe conſiſtere, quippe quæ puri atque impermixti ordinis futura eſſent, perinde ac Deus qui ipſa fecerat. Nam prorſus neceſſe erat, ut vel omnia dii

Δημόφιλος ἐπίσκοπος Κωνσταντίνου πόλεως, οἷος ἐμπεσὼν ὁμοῦ σύμπαντα φύρειν ἀκόσμῳ φορᾷ, καθάπερ ἄτακτος χειμάρρους, ὅλον ἐν τοῖς λόγοις τὸν συρφετὸν ἄγων. ὡς εἴσεταί τις ἐκ πρώτης ἐν γοῦν τοῖς ἔπι ζωζομένοις ὑπομνήμασιν αὐτοῦ γενομένης δημηγορίας, ἔνθα καὶ μᾶλλον εἰκὸς ἦν ἀσφαλείας αὐτὸν φροντίδα θέσθαι τινὰ, ὡς ἐγγεγράφοις ἀναλαμβανομένων τῶν λεγομένων. ἐν τούτοις γοῦν ἄλλα τε πολλὰ διείληκται ἀνάρθρα, ἀφρήδην τε ἐν τοῖς περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λόγοις. φησὶ γὰρ, Υἱὸς μὲν Πατρὸς θελήσει γεγέννηται μόνου, ἀχρόνως, ἀμεσιτεύτως· ἵνα ἀφήκοος γένηται καὶ ὑπηρέτης βουλημάτων τοῦ Πατρός. ἐπειδὴ γὰρ ὁ προγινώσκων Θεὸς ὅπ ἃ ἔμελλε πράττειν, ἀδύνατα ἦν τὴν ἀκρατήτου τάξεως τοῦ μέλλοντος αὐτὰ ποιεῖν Θεοῦ ἐν τῷ γενέσθαι μέλλοντα· ἦν γὰρ ἔδει αὐτὰ πάντα θεοὺς γενέσθαι

1

Valesii Annotationes.

1 *Ὁμοῦ σύμπαντα φύρειν*] Hic Philoſtorgii locus de Demophilo Epiſcopo Conſtantinopolitano, deſcriptus eſt ex lib. 9. ejus Hiſtoriæ. Certe in excerptis ejuſdem libri capite 14. eadem fere verba leguntur de Demophilo, *τὸν δὲ δημόφιλον φύρειν πάντα καὶ συγχεῖν ἀκρατίστατον, καὶ μάλιστα γε τὰ ἐκκλησιαστικὰ δόγματα, &c.*

πρὸς ἀξίαν τοῦ ποιοῦντος, καὶ ὅτι τούτων ἔμελ-
1 λον εἶναι θεοί· ἢ ἔδει αὐτὰ γενόμενα λύεσθαι, ὥσπερ κηρὸν πυρὶ θερμῷ προσαγόμενον. γέγονε μὲν οὖν μεσίτης τῶν τε ἐσομένων, καὶ τοῦ γεννητοῦ αὐτὸν Θεοῦ, ὁ Υἱὸς, ἵνα συνταίξας ἑαυτὸν καὶ συγκαταβαίνων τοῖς γινομένοις, ἀποτελέσῃ τὸ βούλημα τοῦ Πατρὸς, ἐκ μεσίτης γένηται τοῦ Θεοῦ καὶ ἡμῶν τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων. ἐλάνθανε δὲ ἀφ' τούτων τὸν Θεοῦ τὸ ὅλων ἀσθένειαν καὶ βασκανίαν καταψευδόμενον, καὶ τὸν Υἱὸν πάντων τῶν κτισμάτων ἀποφαίνων καταδεέστερον. ὁ μὲν γὰρ, ἀσθενὴς ἂν ἦν κατὰ Δημόφιλον, εἰ βουληθεὶς, ἔπειτα ἀπόρως εἶχε τοῖς πᾶσι τὸ εἶναι δωρήσασθαι· φθόνου δ' οὐκ ἀπήλλακτο ἄν, εἰ ἐξὸν αὐτῷ θεοὺς τὰ πάντα ποιεῖν, ὁ ἦ ἐφαίνετο μηχανώμενον ὅπως μὴ ταύτης αὐτῷ τύχῃ τὰ γενησόμενα τῆς ἀξίας. τοῦ δέ γ' αὖ παιδὸς οὐκ ἦν τῶν κτισμάτων οὐδὲν, ὃ μὴ ἄμεινον ὑπάρχειν ἐδείχθη ἄν, εἴπερ γε μὴ δι' ἑαυτὸν ἐκεῖνος ἔτυχε γεγονὼς, ἀλλὰ ἀφ' σκοπὸν καὶ χρείαν τῆς τούτων γενέσεως. ἅπαν γάρ τοι τὸ δι' ἑτέρων γινόμενον χρείαν, ἔλαττον ὑπάρχειν ἐκείνων ἀνάγκη, δι' ἃ τοῦ εἶναι τυγχάνει. καὶ ἄλλα δὲ ἐληρώδει πολλά.

esſent juxta dignitatem ejus qui illa condiderat. Ex quo eventurum erat ut plures dii eſſent. Vel certe neceſſe erat, ut poſtquam facta fuerant, ſtatim diſſolverentur, perinde ac cera ardentiſſimo igni admota. Idcirco Filius medius extitit inter creaturas quæ condendæ erant, & inter Patrem ex quo genitus eſt: ut is ſeſe demittens, ſeque adjungens & ſocians iis quæ creanda erant', voluntatem Patris adimpleret, eſſetque mediator inter Deum atque inter nos qui per illum facti ſumus. Sed non animadvertit Demophilus, ſe his verbis ſummo omnium Deo infirmitatem & invidiam falſo affingere, & Filium deterioris conditionis facere quam reliquas omnes creaturas. Nam Pater quidem infirmus fuerit neceſſe eſt juxta Demophili ſententiam, quippe qui cum voluiſſet cunctis eſſentiam largiri, id poſtea perficere non potuerit. Ab invidia autem nequaquam alienus fuerit, ſi cum ipſi liceret cunctas creaturas deos efficere, ipſe ſtudioſe cavit ne creaturæ ejuſdem cum ipſo conditionis ac dignitatis eſſent. Jam vero Filio, nulla eſt creatura quæ non potior ac beatior jure merito eſſe videatur: ſi quidem ille non propter ſemetipſum, ſed ob contemplationem atque uſum creaturarum factus eſt. Quicquid enim ob aliorum utilitatem fit, inferius ſit neceſſe eſt iis quorum cauſa factum eſt. Multa quoque alia hujuſmodi profert deliria. *Vide Philoſtorg. in lib. 9. cap. 14.*

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἢ ἔδει αὐτὰ γενόμενα] Primam vocem ſupplevi ex conjectura. Deeſt enim in vulgatis Suidæ editionibus.

ΕΚ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΘΕΟΔΩΡΟΥ

ΑΝΑΓΝΩΣΤΟΥ

ΕΚΛΟΓΑΙ.

EXCERPTA

EX

ECCLESIASTICA HISTORIA

THEODORI

LECTORIS.

HENRICO VALESIO *Interprete.*

HENRICO VALESIO Interprete.

THEODORI LECTORIS

EPITOME

HISTORIARUM

ECCLESIASTICARUM

EX

EXCERPTA

EX VOLVI

ANAΓNΩΣΤΟΥ

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΚΟΛΑΚΟΣ

ΕΚ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΕΚΛΟΓΑΙ ΕΚ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΝΑΓΝΩΣΤΟΥ,

Ἀπὸ φωνῆς ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ τοῦ ΞΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ.

EXCERPTA ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ THEODORI LECTORIS,

Auctore NICEPHORO CALLISTO XANTHOPULI filio.

ΑΠΟ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

EX LIBRO PRIMO.

1 ΘΕΟΔΟΣΙΟΣ ὁ νέος ἐξελθὼν εἰς κυνήγιον, εἰς Λευκὸν ποταμὸν παρεχθείς, ὡς λέγει, τῇ ὑποὺσῃ νυκτὶ ἐτελεύτησεν, καὶ ἐτάφη ἐν τῇ θήκῃ Ἀρκαδίου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. λέγει δὲ ὡς καὶ ἡ βασίλισσα Εὐδοκία ἀπελθοῦσα εἰς Ἱεροσόλυμα, οὐκέτι ὑπέστρεψε· Μαρῖνα δὲ παρθενεύουσα ἐν τοῖς βασιλείοις, πρὸ τοῦ ἀδελφοῦ ἐτελεύτησε· καὶ ὅτι Χρυσάφιον τὸν Τζουμᾶν ἀνεῖλεν ἡ Πουλχερία· καὶ ὅτι ἡ Εὐδοκία τῇ Πουλχερίᾳ [a] τὴν εἰκόνα τῆς Θεομήτορος, ἣν ὁ Ἀπόστολος Λουκᾶς καθιστόρησεν, ἐξ Ἱεροσολύμων ἀπέστειλεν.

THEODOSIUS junior ad venationem egressus, cum in Leucum fluvium abreptus fuisset, ut refert Theodorus, sequenti nocte mortuus est, & in monumento Arcadii patris ipsius sepultus. Refert etiam Theodorus Eudociam Augustam Hierosolyma profectam, non amplius revertisse: Et Marinam virginem in palatio ante fratris sui obitum è vivis excessisse. Ait præterea Chrysaphium, qui & Tzumas dictus est, jussu Pulcheriæ interfectum fuisse. Refert etiam Eudociam ab urbe Hierosolymitana ad Pulcheriam misisse imaginem matris Domini, quam Lucas Apostolus depinxerat.

2. Μαρκιανὸς Ἰλλυριὸς τὸ γένος, Τριβοῦνος ὢν, προβεβηκὼς ἐν ἡλικίᾳ, ἐν πολέμοις γενόμενος ἄριστος, ἀνηγορεύθη βασιλεὺς ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, ὑπὸ παντὸς τοῦ στρατοῦ· ὃς εὐθὺς ἐκέλευσεν ἀρχήν τινα ἐπὶ δόσει μὴ γίνεσθαι.

2. Marcianus oriundus ex Illyrico, Tribunus, provecta jam ætate, & in bellis strenuus, ab universo exercitu Imperator renuntiatus est in Septimo. Qui statim constituit, ne quis numerato pretio ad magistratum promoveretur.

3. Μαρκιανὸς καὶ Πουλχερία ἔγραψαν Λέοντι τῷ Πάπᾳ Ῥώμης, [b] πᾶσαν αὐτῷ αὐθεντίαν παρέχοντες· ἐπετάγησαν δὲ καὶ αὗται αἱ κελεύσεις. ἔγραψε δὲ βασιλεὺς καὶ τοῖς καθ' ἕκαστον τόπον ἐπισκόποις. Λέων δὲ ὁ ἐπίσκοπος ἔγραψε πρὸς τὴν ἐν Νικαίᾳ ἐλπιζομένην γίνεσθαι σύνοδον θαυμασίαν ἐπιστολήν, ἥτις καὶ ἐν τοῖς πραχθεῖσιν ἐν Καλχηδόνι ἐμφέρεται, καὶ ὑπὸ τοῦ ἱερομύστου ἐντέτακται.

3. Marcianus & Pulcheria literas scripserunt ad Leonem Papam urbis Romæ, quibus omnem illi potestatem tribuebant. Eæ quoque jussiones insertæ sunt actis synodi Chalcedonensis: scripsit etiam Imperator ad singularum urbium Episcopos. Leo autem Episcopus mirabilem Epistolam scripsit ad synodum quæ Nicææ congreganda esse credebatur: Quæ quidem Epistola inserta est etiam actis synodi Chalcedonensis, & à Theodoro Lectore hic refertur.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Εἰς λευκὸν ποταμὸν παρεχθεὶς] Theodosius junior exercendi corporis causa ex urbe regia egressus, cum inter venandum ex equo prolapsus esset, in fluvium Leucum decidit. Unde extractus & lectica Constantinopolim revectus, sequenti nocte è vivis excessit, ut scribit Auctor Chronici Alexandrini. Leucus ergo fluvius fuit haud procul Constantinopoli, à candore aquarum ita dictus, ut Melas à nigredine. Idem porro esse videtur quem Lycum vocat Cedrenus in Claudio, ubi de Apollonio Tyanensi ita scribit. καὶ λύκον δὲ τὸν ποταμὸν ἐφοιτείωσεν, ὥστε μὴ πλημμυρήσαντα τὸ Βυζάντιον καταλυμῆναθαι, id est, *Lycum quoque amnem magicis quibusdam figuris & incantationibus consecravit, ne exundans Byzantiorum urbi exitium aut noxam inferret.* Lycus etiam dicitur in Originibus Constantinopolitanis p. 73. ubi infra templum Apostolorum fluxisse dicitur.

VARIORUM.

a Τὴν εἰκόνα τῆς Θεομήτορος] De hac imagine loquitur Germanus Patriarcha apud auctorem vitæ S. Stephani junioris.

b Πᾶσαν αὐτῷ αὐθεντίαν παρέχοντες] Marcianus in Epistola ad Leonem P. certiorem eum facit de synodo cogenda, cui ut interesse dignetur humillime eum rogat, locumque sibi commodissimum designare velit, quo congregati Episcopi, ea quæ Catholicæ fidei prosint, sicut Leo secundum Ecclesiasticas regulas definiverit, suis suffragiis declarent.

4. Cum ex omnibus locis Episcopi congregati essent Nicææ, Marcianus qui tum in Thracia morabatur, literas scripsit ad Synodum, se se excusans. Deditque operam ut synodus Chalcedonem transferretur, propterea quod cuperet ipse interesse Concilio, juxta exemplum divini Imp. Constantini. Hoc igitur modo synodus Chalcedonem translata est, & in Ecclesia Euphemiæ Martyris celebrata. In hac synodo multa necessaria dogmata ac negotia constituta sunt: Quorum notitia & multiplex utilitas ex ipsa actorum lectione percipi potest. Exposiți sunt etiam Canones viginti septem. Quibus omnibus gestis, Episcopi ab Imperatoribus honorati, singuli ad proprias civitates remearunt.

4. Τῶν ἁπανταχοῦ ἐπισκόπων συναθροισθέντων ἐν τῇ Νικαίᾳ, Μαρκιανὸς διατρίβων ἐν Θρᾴκῃ, ἔγραψε τῇ συνόδῳ ἀπολογούμενος· καὶ τὴν σύνοδον ἐν Καλχηδόνι μεταγαγεῖν ἐσπούδασε, θέλων δι' ἑαυτοῦ παρεῖναι ἐν τῇ συνόδῳ, κατὰ μίμησιν Κωνσταντίνου τοῦ θείου. ὅπου τοίνυν ἡ σύνοδος ἐν Καλχηδόνι μετῆλθεν, ἐν τῷ ναῷ Εὐφημίας τῆς μάρτυρος. ἐν ᾗ πολλὰ καὶ ἀναγκαῖα διετυπώθη δόγματά τε καὶ πράγματα, ὧν ἡ γνῶσις καὶ ἡ ὠφέλεια πολυμερὴς οὖσα, ἀφ' ἑκατέρου τῶν πεπραγμένων δηλοῦται ἀναγνώσεως, καὶ ἡ κζ' κανόνων ἡ ἔκθεσις. ἅπερ ἅπαντα 1 πράξαντες οἱ ἐπίσκοποι, καὶ πάσῃ τιμῇ ὑπὸ τῶν βασιλέων τιμηθέντες ἐν εἰρήνῃ ἕκαστος τὴν ἰδίαν πόλιν κατέλαβον.

5. Pulcheria Augusta admodum pia extremum diem obiit, cum multa præclare in vita gessisset, cunctaque bona sua moriens pauperibus reliquisset. Ejus testamentum Marcianus infirmare noluit: sed ad perficienda cuncta quæ illa mandaverat, libenter sumptus subministravit. Ædificavit autem Pulcheria Ecclesias complures: Eam scilicet quæ est in Blachernis: Item eam quæ est in Chalcopratiis. Aliam quoque quæ dicitur Hodegorum: Item Ecclesiam S. Laurentii Martyris.

5. [a] Πουλχερία ἡ βασιλὶς ἐτελεύτησεν, [a] πολλὰ 2 κατορθώματα καὶ πάντα τὰ ἑαυτῆς, πλουσίοις καταλείψασα· ἅπερ Μαρκιανὸς οὐκ ἀνέτρεψεν, ἀλλὰ καὶ ταῖς χρείαις ἁπάσαις προθύμως ὑπηρέτησεν. ἔκτισε δὲ καὶ εὐκτηρίους οἴκους Πουλχερία πολλούς, τὸν ἐν Βλαχέρναις, [3] τὸν Χαλκοπρατίων, 3 τὸν ὁδηγῶν· μεθ' ὧν καὶ τὸν Λαυρεντίου τοῦ μάρτυρος.

6. Marcianus ad supplicationes quæ fiebant in Campo, pedes extra civitatem progressus, multas pecunias pauperibus erogavit. Anatolium vero urbis Episcopum hortatus est, ut juxta morem Episcoporum urbis regiæ, à Tauro usque ad Campum lectica vectus ad supplicationem procederet. Verum ille cum Marcianum pedibus incedentem vidisset, ipse quoque pedes processit.

6. Ἐν ταῖς [b] λιταῖς ταῖς γενομέναις ἐν τῷ κάμπῳ, b πεζὸς Μαρκιανὸς ἐξερχόμενος, πολλὰς τοῖς δεομένοις δωρεὰς παρεῖχεν. [4] Ἀνατόλιον δὲ τὸν ἐπίσκοπον, 4 προτρο* κατὰ τὸ ἔθος τῶν ἐπισκόπων τῆς πόλεως, ἀπὸ τοῦ Ταύρου φορείῳ φερόμενον, λιτανεύειν ἕως τοῦ κάμπου. ὁ δὲ Μαρκιανὸν βλέπων πεζεύοντα, καὶ αὐτὸς πεζεύων ἐλιτάνευεν.

Valesii Annotationes.

1 Κζ'. κανόνων] Certe in editione Moguntina totidem numerantur Canones Concilii Chalcedonensis. Græci tamen addunt præterea Canonem vicesimum octavum, qui est de privilegiis sedis Constantinopolitanæ.

2 Πολλὰ κατορθώματα] Hunc locum Theodori Lectoris descripsit Theophanes in Chronico pag. 91. hoc modo: πολλὰ ποιήσασα κατορθώματα.

3 Τὸν χαλκοπρατίων, τὸν ὁδηγῶν] Tres Basilicas in honorem beatæ Mariæ Virginis Pulcheria ædificavit Constantinopoli, seu potius juxta urbem Constantinopolim. De quibus videndus est Nicephorus in libro 14. capite 2. & in libro 15. cap. 14. In Hodegis quidem deposuit imaginem Deiparæ, quam à B. Luca Evangelista depictam Eudocia Augusta ad Pulcheriam transmiserat, ut Theodorus noster paulo ante scripsit. ἣν ὁ Ἀποστόλου Λουκᾶς κατεγράψατο. verbum κατεγράψατο proprie dicitur de pictore qui præsentem aliquem depingit, quem ipse oculis contemplatur. Utitur eodem verbo Nicephorus in libro 15. capite citato. ἣν Λουκᾶς ὁ θεῖος ἀπόστολος χερσὶ κατεγράψατο· ζώσης ἔτι καὶ τὸν τύπον ὁρώσης, καὶ τὴν χάριν τῇ μορφῇ ἐνιείσης. Dicta porro est hæc Basilica Hodegorum, eo quod cæci, meritis beatæ Virginis, cujus illic imago erat deposita, visum recuperarent, nec amplius ὁδηγῷ, id est ductore opus haberent, ut docet Codinus in libro de originibus Constantinopolitanis pag. 41. editionis Regiæ. Unde lucem accipiunt verba Nicephori quæ proxime sequuntur, ἥπερ εἰκὼν ἐν τῷ τριβουναλίῳ λεγομένῳ πρώτως τὸ ἐς δεῦρο πλεῖσθεν αὐτῇ διεπράξατο. Id est, *Hæc imago primum in loco qui tribunal dicitur, miraculum illud quod hactenus ab illa fieri solet, perpetravit.* Quibus verbis indicat Nicephorus, sua etiam ætate cæcos ad illam imaginem Deiparæ, lumen oculorum recuperasse.

4 Ἀνατόλιον τὸν ἐπίσκοπον προτρο*] Scribo προήτρεψεν vel προετρέψατο, id est: *Anatolium vero urbis Episcopum hortatus est, ut juxta morem Episcoporum urbis Regiæ à Tauro usque ad Campum, lectica vectus, ad supplicationem procederet.* De supplicationibus publicis quæ fiebant in Campo, videndus est Cedrenus & reliqui Chronographi, in rebus Theodosii junioris, ubi agunt de Proclo Constantinopoleos Episcopo; & de hymno Trisagio primum instituto. Erat autem Campus iste in Septimo, in quo milites exerceri solebant, ut docet Theophanes in Phoca. Ubi etiam ætate Phocæ, Campum illum extra urbem fuisse testatur. Porro hic locus Theodori Lectoris extat etiam in Theophanis Chronico pag. 94. sed verbis paululum immutatis.

Variorum.

a Πουλχερία ἐτελεύτησεν] Pulcheria obiit anno 453. ut Marcellinus, & auctor Chronici Alexandrini, & Idacius docent, postquam vixerat 54 annos & aliquot menses. Mox de Blachernis, Dionysius Byzantius in Anaplo Bosporico scribit, Blachernarum nomen, ante instauratum à Constantino M. Byzantium, loco vicino à quodam ibi regnante fuisse inditum. Chalcopratia vero, tractus fuit urbis, ubi jam ab ipsius Constantini M. ævo habitabant Judæi, æramentorum mercaturam ibi exercentes, ut habet Codinus, pag. 43.

b Λιταῖς γενομέναις ἐν τῷ Κάμπῳ] Byzantii, terræ motu consternati, qui anno XXX. Theodosii junioris urbem per quatuor menses continuos concussit, extra urbem ἐν τῷ λεγομένῳ Κάμπῳ, supplicationibus una cum urbis Episcopo vacavere, ut habent Theophanes, auctor Chronici Alexandrini, Cedrenus, Codinus, & alii passim. Hujus porro supplicationis seu Litaniæ memoriam quotannis deinceps factam discimus è Chronico Alexandrino, his verbis: Ὅθεν καὶ ἡ μνήμη κατ' ἔτος ἐπιτελεῖται τῆς λιτανείας μέχρι καὶ νῦν ἐν τῷ Κάμπῳ ὑπὲρ τῆς τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ μακροθυμίας. *Du-Cangius in CPoli Christiana, lib. 2. pag. 141.*

7. Mαρ-

7. Μαρκιανὸς γνοὺς τὰ ἐκ τῆς Ἀφρων κατὰ τῆς Ῥώμης καὶ τῶν βασιλίδων γενόμενα, κινηθεὶς βασιλικῶς, πρὸς πόλεμον ἠτρεπίζετο. συνέβη δὲ αὐτὸν ἐξελθεῖν εἰς τλὺ λιτλὺ ἐν τῷ κάμπῳ, 1 τῷ Ἰανουαείῳ μλὺι κϛ'. προχειρίζεται δὲ εἰς βασιλέα Λέων τις, Θρᾷξ μὲν τῷ γένει, Τριβοῦνος δὲ τλὺ ἀξίαν.

7. Marcianus cum didiciſſet ea quæ adverſus Romam & Imperatrices facta fuerant à Vandalis ex Africa profectis, ſicut Imperatorem decebat commotus, ad bellum ſe paravit. Contigit autem ut ad Supplicationem procederet in Campum die xxvi. Januarii.* Ejus autem loco Imperator eligitur Leo, oriundus ex Thracia, dignitate Tribunus.

8. Τιμόθεος τὸν Μαρκιανοῦ αἰδόμλος θάνατον, χϒ' Προτερίλ κινεῖται, καὶ τοῦτον ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τῆς ἐκκλησίας σφαγῆναι παρεσκεύασε, καὶ τὸν νεκρὸν συρῆναι, καὶ πυρὶ παραδοθῆναι. Τιμόθεος ὁ Αἴ- 2 λυρος, πρὶν ἢ ἀναιρεθῆναι Προτέριον, 2 μελανείᾳ τινὶ χρησάμλος, νυκτὸς ἐν τοῖς τῶν μοναχῶν κελλίοις περιέρχόμλος, ἐξ ὀνόματος ἐκάλει ἕκαστον μοναχόν. ἐκείνου δὲ ὑπακούοντος, ἔλεγεν ὅτι εἰς μέν εἰμι τῶν λειτουργικῶν πνευμάτων· ἀπεστάλη δὲ πᾶσιν εἰπεῖν, ἵνα Προτερίλ μὲν τὴν κοινωνίαν φεύγωνται, Τιμόθεον δὲ τὸν Αἴλυρον ἐπίσκοπον προχειρίζωνται, ἑαυτὸν δῆλον πᾶσι ποιῶν.

8. Timotheus, audita Marciani morte, adverſus Proterium inſurgit, eumque in baptiſterio Eccleſiæ occidi, & cadaver ejus per urbem trahi & incendio conſumi curavit. Porro hic Timotheus Ælurus, antequam Proterius occideretur, præſtigiis quibuſdam ac machinamentis uſus, noctu cellas Monachorum circuibat, ſingulos Monachos nominatim appellans. Cumque is qui nominatus erat reſpondiſſet, ipſe unum ex Angelis ſe eſſe dicebat, ad hoc miſſum ut ſingulis denuntiaret, ne Proterio communicarent, ſed ut Timotheum Ælurum Epiſcopum eligerent, ſemetipſum cunctis manifeſte deſignans.

9. Ὁ Αἴλουρος, ζῶντος τοῦ Προτερίου, ὑπὸ καθηρημένων ἐπισκόπων χειροτονεῖται, καὶ θύθυς θορύβων καὶ ταραχῶν τὴν ἐκκλησίαν ἐπλήρωσεν.

9. Ælurus, vivente adhuc Proterio, ab Epiſcopis qui depoſiti fuerant, ordinatur. Statimque turbis ac tumultuatione Eccleſiam implevit.

10. 3 Ὁ Νισιβινὸς λῶ ὁ μέγας Ἰάκωβος. ὅπως ἢ λῶ ἀνάρετος ἔδειξε τὸ θεῖ τὰς πλυνούσας Ἑλληνίδας κόρας ἐν τῇ πηγῇ, αἵ τινες ἐπὶ τῷ ῥήματι 3 a Ἰακώβυ 4 ἐπολιώθησαν, καὶ ἡ πηγὴ ἐξηράνθη· ἣν δὲ ξάμλος πάλιν, ἀπεκατέστησε· τὰς μέντοι κόρας πεπολιῶσθαι κατέλιπε. δεῖ εἰδέναι ὅτι οὗτος Ἰάκωβος 4 ὁ κϛ' τὸ θαῦμα τὸ θεῖ τλὺ πηγλὺ καὶ τὰς κόρας ποιήσας, οὐκ ἔστιν ὁ ἀντιγράψας πρὸς τὰ ἐγκύκλια. οὗτος ὁ Νισιβινὸς, ἐν τοῖς Κωνσταντίου ἦν χρόνοις. πλὴν καὶ οὗτος ὁ δεύτερος Ἰάκωβος μέγας ἦν ἐπὶ θαύμασιν, ὡς φησιν 5 ἐν τῇ Φιλοθέῳ ἱστορίᾳ ὁ Θεοδώρητος.

10. Magnus Jacobus Niſibi erat oriundus. Quanta autem virtute præditus fuerit, apparet ex miraculo quod factum eſt in puellis quibuſdam Gentilibus, quæ lavabant in fonte. Hæ enim poſt imprecationem Jacobi incanuerunt, & fons ipſe exaruit. Quem mox Jacobus orationibus ſuis reſtituit: Puellas vero ipſas canas reliquit. Sciendum porro eſt, Jacobum hunc qui iſtud miraculum in fonte & in puellis perpetravit, alium eſſe ab eo qui ad Encyclicas literas reſcripſit. Nam Niſibenus quidem ille vixit temporibus Conſtantii. Hic tamen junior Jacobus miraculis quoque clarus fuit, ut teſtatur Theodoritus in hiſtoria Philotheo.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῷ Ἰανουαείῳ μλὺι κϛ'] Poſt hæc verba notandus eſt aſteriſcus. Deſunt enim nonnulla, quæ ſic ſuppleri poſſunt: ἕκτῃ δὲ ἐφεξῆς ἡμέρᾳ ἐτελεύτησεν. Id eſt, *Sexto autem poſt die abiit è vita, pridie Kalendas Februarias* *. Male apud Theophanem in Chronico ſcriptum eſt, pridie Kalendas Maias. Id enim refellit ipſe Theophanes, qui paulo poſt ſcribit Leonem Marciano mortuo ſubrogatum fuiſſe menſe Februario. Erat hic annus Chriſti 457.

2 Μελανείᾳ τινὶ χρησάμλος] Hunc Theodori locum deſcribit Nicephorus in capite 16. libri 15. quibuſdam adjectis in hunc modum: μελανείᾳ τινὶ καὶ ἀσβόλῃ χρισάμλος νυκτὸς τὰ καθαγώγια τῶν μοναχῶν διερχόμλος, ἐκάλει ἕκαστον ἐξ ὀνόματος ἀφ' τινος κοινοτινοῦς καὶ ἐπικλνου καλάμου. Id eſt, *Fuligine nigroque colore oblitus, noctu circum Monachorum cellas obambulavit, ſingulos nominatim appellans, per calamum ſcirpeum excavatum.* Sed difficultas hic ſe offert, cur Timotheus fuligine oblitus eſſe voluerit, qui ſe Angelum eſſe fingebat. Neque enim hic color Angelis convenit. Quare pro μελανείᾳ libentius ſcripſerim μαγγανείᾳ, ut legitur in Chronico Theophanis pag. 94. ubi hic locus Theodori deſcribitur. Mihi quidem videtur Timotheus ob hanc cauſam cognominatus eſſe Ælurus, id eſt Felis, quod inſtar Felis ſeu Æluri, noctu obambulare ſolitus eſſet.

3 Ὁ νισιβινὸς ἦν μέγας Ἰάκωβος] Non dubito quin ſcribendum ſit, ὅτι νισιβινὸς ἦν, &c. Sic enim incipere ſolent hujuſmodi excerpta. Porro hunc Theodori locum deſcripſit Nicephorus in lib. 15. cap. 22. Sed graviter hallucinatur. Nam Jacobum Monachum qui Leonis Auguſti temporibus vixit & encyclicis ejus reſpondit, confudit cum Jacobo Niſibeno qui Conſtantii temporibus vixerat, & miraculum illud de puellis canitie reſperſis perpetraverat, teſte Theodorito in Philotheo. Porro ambo iſti Jacobi patria Niſibeni fuerunt, ut notavi ad librum ſecundum Evagrii cap. 9.

4 Ὁ κατὰ τὸ θαῦμα θεῖ τὴν πηγὴν] Scribendum videtur ὁ τοῦτο τὸ θαῦμα.

5 Ἐν τῇ Φιλοθέῳ ἱστορίᾳ] Locus Theodoriti quem indicat Theodorus noſter, extat in capite 21. Philothei.

VARIORUM.

a Ἐπολιώθησαν] Puellis hanc pœnam ideo irrogavit Jacobus, quod, *cum ipſe fontem præteriret, in quo pannos lavabant, habitum ejus nihil reverita, exuto pudore, & perfricta fronte, impudentibuſque oculis divinum hominem conſpiciebant, nec capita operientes, nec veſtes quas ſuccinxerant demittentes:* ut narrat Theodoritus in Philotheo.

* Auctor Chronici Alexandrini habet: *His Conſulibus* (Conſtantino ſcil. & Rufo, anno Chr. 457.] *obiit diem ſuum Marcianus Aug. Vixit annos LXV. & creatus eſt ab exercitu Imperator Leo Magnus, menſe Peritio VII Idus Feb. regnavit annos XVI.* Dies itaque natalis Imperii Leonis fuit ſeptima menſis Februarii, quo menſe etiam eum Imperium iniiſſe docet Theodorus, infra, in fine lib. 2. *Leo Auguſtus imperare cœpit Indictione decima, menſe Februario coronatus ab Anatolio Patriarcha.* Ant. Pagi ad ann. 457. n. 2.

11. Theodoritus arcam magno Jacobo ad ſepulturam paraverat. Verum Theodoritus ante Jacobum è vivis exceſſit. Nihilominus tamen magnus Jacobus in ea arca depoſitus eſt.

12. Symeon oriundus fuit ex vico Siſan, qui primus ſtandi in columna exercitationem excogitavit. Vir autem fuit præſtantiſſimus, ut teſtantur libri de ejus vita conſcripti.

13. Mortuo Anatolio, Gennadius presbyter Eccleſiæ CP. in ejus locum ſubſtituitur: ſimul nominato quorundam ſuffragiis Acacio, Orphanotrophii præpoſito. Porro Gennadius Oeconomum Eccleſiæ conſtituit Marcianum, qui ex Catharorum ſecta ad Eccleſiam Catholicam tranſierat. Hic ſimul atque Oeconomus factus eſt, decrevit ut quæ in unaquaque Eccleſia offerebantur, Clerici ejuſdem Eccleſiæ acciperent: cum ad id tempus magna Eccleſia, univerſa accipere ſoleret.

14. Leo Imp. lege lata conſtituit, ut die Dominico cuncti feriarentur, iſque dies ab omni opere vacuus eſſet ac venerabilis. Conſtituit etiam, ut Clerici apud ſolum præfectum prætorio convenirentur.

15. Hic Gennadius neminem ordinabat, qui Pſalterium non ſciret memoriter. Sub eodem Gennadio Pictoris cujuſdam manus exaruit, qui Chriſtum Jovis ſpecie depingere auſus fuerat. Sed Gennadius pictorem precibus ſuis mox ſanavit. Scribit porro Theodorus noſter, melius eſſe & magis conſentaneum veritati, Chriſtum alia forma pingere, criſpo ſcilicet & raro capillitio.

16. Eleutherio martyri ob quemdam ejus clericum Gennadius ſcripſit in hunc modum. Miles tuus diſciplinam non ſervat. Tu igitur aut emenda illum, aut dele. Statimque mortuus eſt clericus, utpote qui malis moribus eſſet præditus.

17. Hujus Gennadii temporibus, Stu-

11. Λάρναξα ἡτοίμασε Θεοδώρητος τοῖς τα φη τῷ μεγάλῳ Ἰακώβῳ. σωέβη δὲ προτελθυτῆσαι τὸν Θεοδώρητον. πλὴν καὶ οὗτος ἐν αὐτῇ ἐτέθη ὁ μέγας Ἰάκωβος.

12. Συμεὼν, ἀπὸ κώμης ἦν Σισάν, ὁ πρῶτος τῶν κιόνων ἐπινοήσας ἄθλημα ἐπενόησεν μέγας γενόμενος, ὡς δηλοῦσι τὰ περὶ αὐτὸν συγγράμματα.

13. Ἀνατολίου τελευτήσαντος, Γεννάδιος προχειρίζεται, πρεσβύτερος τῆς ἐκκλησίας, Ἀκακίου τοῦ Ὀρφανοτρόφου συμψήφου γενομένου. προεβάλετο δὲ Γεννάδιος Μαρκιανὸν Οἰκονόμον, τῆς τῶν καθαρῶν ὄντα θρησκείας, εἰς τὴν ἐκκλησίαν μετελθόντα. ὃς ἅμα τῷ γενέσθαι Οἰκονόμος, τὰ προσφερόμενα ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ, τοὺς τῷ τόπῳ Κληρικοὺς κομίζεσθαι διετύπωσεν, ἕως τότε ἡ μεγάλης ἐκκλησίας πάντα κομιζομένης.

14. Λέων ἐνομοθέτησε, τὴν κυριακὴν πᾶσι ἀργίαν, ἄπρακτόν τε εἶναι καὶ σεβασμίαν· καὶ τοὺς Κληρικοὺς πρὸς τῷ ἐπάρχῳ τοῦ πραιτωρίου μόνον συνέρχεσθαι.

15. Οὗτος οὐδένα ἐχειροτόνει, τὸ ψαλτήριον μὴ γινώσκοντα. ἐπὶ Γενναδίου, ἡ χεὶρ τοῦ ζωγράφου ἐξηράνθη, τοῦ ἐν τάξει δίου, τὸν Χωτῆρα γράψαι τολμήσαντος· ὃν δι' εὐχῆς ἰάσατο Γεννάδιος. Φησὶ δὲ ὁ ἱστορῶν, ὅτι τὸ ἄλλο σχῆμα τοῦ Χωτῆρος, τὸ οὖλον καὶ ὀλιγότριχον, ὑπάρχει τὸ ἀληθέστερον.

16. Ἐλευθερίῳ τῷ μάρτυρι δι' ἕνα κληρικὸν τοῦ ναοῦ αὐτοῦ, ἐδήλωσεν ὁ Γεννάδιος, ὅτι ὁ στρατιώτης σου ἀτακτεῖ· ἢ διόρθωσον τοῦτον, ἢ ἔκκοψον. ὁ δὲ εὐθὺς ἐτελεύτησεν ὡς κακότροπος.

17. Ἐπὶ Γενναδίου Στούδιος ἔκτισε τὸν ναὸν τοῦ

Valesii Annotationes.

1 Λάρναξα ἡτοίμασε] Idem de ſe teſtatur Theodoritus in Hiſtoria Philotheo capite jam citato, pag. 866. editionis Jacobi Sirmundi, *κατεσκεύασα δὲ κἀγὼ θήκην ἐν τῷ τῶν ἁγίων καλλινίκων σηκῷ*, &c.

2 Συμψήφου χθομένου] Hujus vocabuli ſignificationem non intellexit Muſculus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Suffragatore ejus Acacio Orphanorum nutritore.* Atqui σύμψηφος hoc loco non ſignificat ſuffragatorem. Quid enim prodeſſe poterat Gennadio ſuffragium Acacii? *σύμψηφοι* dicebantur à Græcis, quicumque populi clericique ſuffragiis ſimul nominati erant ad Epiſcopatum gerendum. Plures enim initio proponi conſueverant, donec conſpirantibus omnium ſuffragiis unus electus fuiſſet. Hi σύμψηφοι & συμψηφίζεσθαι dicebantur. Sic Theophanes in Chronico pag. 116. ubi de electione Palladii Epiſcopi Antiocheni loquitur, hæc addit, *συνεψηφίσθη δὲ παλλαδίῳ καὶ Ἰωάννης ὁ Κωνσταντίνου καὶ Ἀναστάσιος ὁ Σιλεντιάριος, ὁ κακῶς βασιλεύσας.* Quæ interpres, vir alioqui doctus & de literis bene meritus, ita vertit: *Cum Palladio etiam electi ſunt Joannes Conſtantini, & Anaſtaſius Silentiarius*, &c. Sèd vertendum erat, *Una cum Palladio quorumdam ſuffragiis nominati ſunt Joannes Conſtantini filius*, &c. Idem fere ſignificat vocabulum ὑποψήφιος, de quo vide quæ notavi ad Hiſtoriam Sozomeni. Porro hunc Theodori locum deſcripſit Nicephorus in cap. 16. lib. 15. ubi vocabulum illud σύμψηφος retinuit. Sed Joannes Langus illud non intellexit.

3 Τῆς μεγάλης ἐκκλησίας πάντα κομιζομένης] Deſcripſit hunc locum Nicephorus in cap. 22. lib. 15. Sed verba paululum immutavit hoc modo, ἄχρις ἐκείνου πάντα τῆς Καθόλου ἐκκλησίας κομιζομένης. Ubi notandum eſt Nicephorum majorem Eccleſiam vocare τὴν Καθόλου: non quod reliquæ Eccleſiæ huic ſubjectæ, non eſſent Catholicæ: ſed per excellentiam quamdam major Eccleſia Patriarchalis dicebatur Catholica. Sic Epiphanius in hæreſi Arianorum haud procul ab initio, Catholicam Eccleſiam vocat majorem Eccleſiam urbis Alexandriæ, quæ ſubjectas habebat plures minores Eccleſias.

4 Λέων ἐνομοθέτησε] Hunc locum exſcripſit Nicephorus in capite jam citato, lib. 15.

5 Φησὶ δὲ ἱστορῶν] Hunc Theodori locum deſcripſit Theophanes in Chronico p. 97. ſuppreſſo tamen ejus nomine.

Variorum.

a Τὴν κυριακὴν παρὰ τοῖς ἀργίαν] Hæc eſt LIV. inter Conſtitutiones Leonis Imp. qua vetitum eſt ne ruſtici die dominico aliquid in agris operis facerent, ſicut olim iis indultum fuit. Vid. Sozom. pag. 19. not. a.

b Στούδιος] De hoc Studio Michael Studita in vita Theodori Studitæ: *Venerat ab urbe Roma vir genere & opibus præſtans, Studius nomine, (Euprepium lingua noſtra vocare ſolet,) qui & Patricii & Conſulis honorem fuerat adeptus. Hic cum in hac urbe (CPoli) domicilium collocaſſet, præclarum templum magno Præcurſori poſuit circa ann.* 462. Cyriacum quod attinet, eum Bollandus recenſet inter triginta ſeptem martyres Ægyptios qui paſſi ſunt die 28. Januarii, anno incerto. Eccleſia ejus CPoli condita fuit extra portam auream, ut habet Theophanes.

ἁγίου

ἁγίου Ἰωάννου, καὶ μοναχοὺς ἐκ τῶν Ἀκοιμήτων ἐγκατέστησεν. Γρατήσιμος δὲ ὁ πραιπόσι-
1 τος, τὸν τοῦ ἁγίου Κυριακοῦ, ἐν ᾧ καὶ τὸ μοναχικὸν σχῆμα ἔλαβεν, ἅμα ἐπλήρωσε τὰ πραιποσίτου.

18. Δανιὴλ ὁ θαυμάσιος ἐκ τῆς Συμεωνιανῆς μάνδρας ἐλθὼν, τῷ φύλῳ ἐπέβη τῷ ἐν τῷ Ἀναπλῳ.

a 19. Ἀνθίμος καὶ Τιμοκλῆς, [a] οἱ τῶν τροπαείων ποιη-
2 ταὶ, [2] κατὰ Φατείας διηρέθησαν. ἀλλ' ὅσοι μὲν ἔχαιρον τῇ ἐν Καλχηδόνι συνόδῳ, παρὰ τῷ Ἀνθίμῳ συνήγοντο. αὐτὸς γὰρ καὶ τὰς παννυχίδας παρεσκεύασε γίνεσθαι. ὅσοι δὲ ταύτης ἐχθροὶ, τῷ Τιμοκλεῖ προσέκειντο.

20. Μαρτυρίου τὴν Ἀντιοχείας ἐπισκοπῶντος ἐκκλησίαν, κατέλαβε τὴν Ἀντόχειαν Ζήνων ὁ στρατηλάτης, ὁ γαμβρὸς ἐπὶ θυγατρὶ Ἀριάδνῃ τοῦ βασι-
3b λέως Λέοντος. τούτῳ [3b] Πέτρος πρεσβύτερος τῆς ἐν Καλχηδόνι ναοῦ Βάσσης τὸ μάρτυρος, ὁ ἐπικλὴν χναφεὺς, ἠκολούθησεν ἐπὶ Ἀντόχειαν τῷ Ζήνωνι τοῦ βασιλέως γαμβρῷ. ἐποφθαλμίσας δὲ τῷ θρόνῳ τὸ πόλεως, πείθει τὸν Ζήνωνα συνεργῆσαι αὐτῷ. ἐκ μισθωσαμένου πινὰς τὸ λαοῦς τοῦ Ἀπολλιναρίου, μυρίους θορύβους κατὰ τὸ πίστεως καὶ Μαρτυρίου τοῦ ἐπισκόπου εἰργάσατο, ἀναθέματι βάλλων τοὺς μὴ λέγοντας,
4 ὅτι Θεὸς ἐσταυρώθη. [4] ἐν οἷς καὶ τὸν λαὸν εἰς διαίρεσιν ἦγαγε, καὶ ἐν τῷ τρισαγίῳ Πέτρος, τὸ ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς προσέθηκεν.

21. Πρὸς βασιλέα ἐλθὼν Μαρτύριος, σὺν πολλῇ τιμῇ ἀπελύθη, σπουδῇ καὶ παραινέσει Γενναδίου, ἐλθὼν δὲ εἰς Ἀντόχειαν, καὶ βλέπων Ἀντιοχεῖς ταραχαῖς καὶ στάσεσι χαίροντας, καὶ Ζήνωνα τούτοις συμπερόπτοντα, ἀπετάξατο τῇ ἐπισκοπῇ ἐπ' ἐκκλησίας εἰπὼν, κλήρῳ ἀνυποτάκτῳ, καὶ λαῷ ἀπειθεῖ, καὶ ἐκκλησίᾳ ἐρρυπωμένῃ ἀποτάσσομαι, φυλάττων ἐμαυτῷ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα.

22. Μαρτυρίου [ἀναχωρήσαντος, τυραννικῶς ὁ
5 Κναφεὺς τῷ θρόνῳ ἐπεπήδησε, καὶ χειροτονεῖ εὐθὺς

dius Eccleſiam ſancti Joannis exſtruxit, & Monachos ex Acœmitenſibus in ea collocavit. Gratiſſimus vero Præpoſitus ſacri cubiculi, exſtruxit Eccleſiam ſancti Cyriaci, in qua etiam Monachi veſtem aſſumpſit, ſimulque Præpoſiti munus implere non deſtitit.

18. Daniel, vir plane admirandus, ex Symeonis Monaſterio profectus, columnam quæ eſt in Anaplo conſcendit.

19. Anthimus & Timocles troparіorum Poetæ, in duas factiones diviſi ſunt. Et ii quidem qui Chalcedonenſem ſynodum probabant, una cum Anthimo collectas agebant. Hic enim vigilias quoque celebrari fecit. Quotquot vero ſupradictæ ſynodo infenſi erant, Timocli adhæſerunt.

20. Martyrio Antiochenſis Eccleſiæ Epiſcopatum gerente, Zeno magiſter militum qui Leonis Imperatoris filiam Ariadnem uxorem duxerat, Antiochiam venit. Erat in ejus comitatu Petrus quidam, cognomento fullo, presbyter Eccleſiæ S. Baſſæ martyris, quæ eſt Chalcedone. Hic ſedis Antiochenæ cupiditate captus, perſuaſit Zenoni, ut conatus ipſius adjuvaret. Conductis igitur quibuſdam ex Apollinaris ſecta, contra fidem & contra Martyrium Epiſcopum plurimos tumultus excitavit, Anathemati ſubjiciens eos qui non dicerent Deum crucifixum. Quam ob cauſam populum quoque inter ſe diſſidere fecit. Addiderat enim triſagio hæc verba: Qui crucifixus es pro nobis.

21. Martyrius cum ad Imperatorem veniſſet, honorifice dimiſſus eſt, ſtudio atque hortatu Gennadii. Reverſus autem Antiochiam, cum Antiochenſes turbis ac ſeditionibus delectari, & Zenonem iis favere animadverteret, Epiſcopatui renuntiavit coram univerſa Eccleſia, his verbis uſus. Clero contumaci, & populo immorigero, & Eccleſiæ contaminatæ renuntio, ſervata mihi ſacerdotii dignitate.

22. Poſt abſceſſum Martyrii, Petrus in ſedem Epiſcopalem tyrannice invaſit. Sta-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὸν τοῦ ἁγίου κυριακοῦ] Scribendum eſt κυριακῦ, ut legitur apud Theophanem in Chronico pagina 97. ubi hunc Theodori noſtri locum deſcribit.

2. Κατὰ φατείας διηρέθησαν] Peſſime Muſculus vertit, *Contra fraternitatem diviſi ſunt.* Quaſi legeretur κατὰ φατρίας. φατρία Græce dicitur, *Factio.* Unde φατειάζειν *eſt diſſidium excitare, & populum in factiones dividere.* Vetus Auctor apud Suidam in verbo φατεία· Ἀναστάσιος, inquit, ὁ σιλεντιάριος ἐπὶ εὐφημίᾳ πατριάρχου Κωνσταντίνου πόλεως καθέδραν καθασκευάσας μετά τινων ἐφατειάζειν. Porro Anthimus & Timocles eas factiones excitaſſe videntur in Eccleſia CP. licet Theodorus noſter id aperte non dicat. Videntur autem fuiſſe Presbyteri. Ait enim Theodorus eos qui Chalcedonenſem Synodum ſectabantur, collectas egiſſe cum Anthimo. Anthimus ergo Presbyter fuit, qui plebem colligebat. Cæterum hic Theodori locus extat etiam apud Nicephorum in lib. 15. capite citato. Sed corrupte apud eum editur, ὅσοι δὲ ἐχθροδοῦς ἐκείνῳ ἐφέροντο, pro ἐκείνῃ.

3 Πέτρος πρεσβύτερος τῆς ἐν Χαλχηδόνι ναοῦ βάσσης] Totum hunc Theodori locum deſcripſit Theophanes in Chronico pag. 97. & Nicephorus in libro 15. cap. 28.

4 Ἐν οἷς καὶ τὸν λαὸν εἰς διαίρεσιν ἤγαγε] Mallem ſcribere ἐφ' οἷς καὶ τὸν λαὸν, &c.

5 Χειροτονεῖ εὐθὺς ἐπίσκοπον ἀπαμείας ἰω ✶] Scribendum eſt procul dubio Ἰωάννῃ, ut legitur apud Theophanem in Chronico pagina 98. Fallitur tamen Theodorus Lector, eumque ſecutus Theophanes, qui Joannem à Petro Fullone Apamenſem Epiſcopum factum eſſe ſcribunt Prineipatu Leonis Auguſti, paulo poſt quam Petrus Fullo pulſo Martyrio Antiochenam ſedem occupaſſet. Non enim eo tempore Joannes à Petro factus eſt Epiſcopus, ſed aliquanto poſt, cum regnante Baſiliſco idem Petrus ab Æluro Antiochiam remiſſus fuiſſet. Id manifeſtiſſime docet Auctor geſtorum de nomine Acacii quæ à Jacobo Sirmundo ſunt edita. *Illo enim tempore quo de Petro damnato retulerat; non longe poſt etiam de Petro & Joanne ſcripſerat; Petrum apud Conſtantinopolim monaſterium gubernaſſe. Sed hoc propter crimina derelicto, Antiochiam fugiſſe. Ibi, pulſo Martyrio Catholico Epiſcopo per hæreticos, ſedem, ipſius occupaſſe, continuoque damnatum à*

VARIORUM.

a Οἱ τῶν τροπαείων ποιηταὶ] Troparia ſunt Hymnorum eccleſiaſticorum genus, de quibus vide cl. Cavеum in Diſſertatione de libris & officiis Eccleſiaſticis, ad calcem 2dæ Partis Hiſtoriæ Literariæ. *W. Lowth.*

b Πέτρος γναφεὺς] Turbaverat is Eccleſiam ab anno Chr. 463. ut Pagius oſtendit ex Theophane, ad ann. 471. n. III. De eo plura ap. Evagr. lib. 3. cap. 5, 8, 16. & Valeſii Diſſert. I.

timque Joannem quemdam qui antea depositus fuerat, Episcopum Apamiæ ordinavit. Quæ cum didicisset Gennadius, cuncta Imperatori significavit. Imperator vero Petrum in exilium mitti jubet. Qui cum id præsciisset, fuga elapsus exilium devitavit: Ejus autem loco Julianus communi omnium consensu ad Episcopatum promotus est.

23. His temporibus magnum extitit incendium die secundo Septembris. Quod à Neorio exorsum, usque ad Ecclesiam sancti Thomæ Apostoli quæ Amantii dicitur, pervenit. Marcianus vero Oeconomus cum in tectum Ecclesiæ S. Anastasiæ conscendisset, Evangeliorum codicem manu gestans, precibus & lacrymis ædem illæsam servavit.

24. Leo Imperator Leonem juniorem, Ariadnes filiæ suæ & Zenonis generi filium, Cæsarem renuntiavit. Eodem anno cinis decidit, cum nubes in cœlo ardere prius visæ essent: adeo ut omnes qui id videbant, ignem è cœlo demissum esse dicerent.

25. Leo Imperator exercitum in Africam contra Gisericum misit. Hic autem exercitus adeo numerosus fuit, ut nautarum qui illum transportabant, septem millia fuerint. Basiliscus vero frater Verinæ Augustæ, cui totius exercitus cura commissa erat, cum Gisericus jam jam vincendus esset, accepta pecunia rem prodidit, hortatu Asparis.

26. Gennadius cum noctu orandi gratia ad altare descendisset, Dæmoniacum quoddam spectrum vidit. Quod cum objur-

[a] ἐπίσκοπον Ἀπαμείας Ἰωάννην τινὰ [b] ἀπὸ καθαιρέσεως. γνοὺς δὲ ταῦτα Γεννάδιος, διδάσκει πάντα τὸν βασιλέα. ὁ δὲ κελθὲι τὸν Κναφέα [c] πεμφθῆναι εἰς ἐξορείαν. ὅπερ προμαθὼν, φυγῇ χρησάμενος τὴν ἐξορείαν διέφυγεν. [3] ψήφῳ δὲ κοινῇ Ἰουλιανὸς τῇ ἐπισκοπῇ χειρίζεται.

23. [4] Ἐμπρησμὸς ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ μέγας ἐγένετο, [b] τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς, ἀπὸ τοῦ Νεωρίου ἀρξάμενος, καὶ φθάσας [c] ἕως τοῦ ἁγίου Θωμᾶ τοῦ Ἀμαντίου. Μαρκιανὸς δὲ ὁ Οἰκονόμος ἀνελθὼν εἰς τοὺς κεράμους τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, κατέχων τὰ θεοπνεύστα εὐαγγέλια, εὐχαῖς καὶ δάκρυσι τὸν οἶκον ἀπαθῆ διεφύλαξε.

24. Λέων ὁ βασιλεὺς προεβάλετο Καίσαρα Λέοντα τὸν μικρὸν τὸν υἱὸν Ἀριάδνης τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς, καὶ Ζήνωνος τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, [5] ἡ κόνις κατῆλθε, μηνὶ Νοεμβρίῳ, πυρακλούντων νεφῶν φανέντων τὴ ἐν ἑῳαινῷ πρότερον· ὡς πάντας τοὺς ὁρῶντας λέγειν, ἑῳανόθεν κατενεχθῆναι.

25. Λέων ὁ βασιλεὺς στρατὸν ἐν Ἀφρικῇ [6] κατὰ Σινδηρίχου ἐξέπεμψε· καὶ τοσοῦτος ἦν ὁ στρατὸς, ὡς τοὺς ναύτας τοὺς τὸν στρατὸν διασώζοντας, χιλιάδας εἶναι ζ'. Βασιλίσκος δὲ πιστευθεὶς τὴν ἡγεμονίαν τοῦ στρατοῦ, ὁ ἀδελφὸς Βηρίνης τῆς γαμετῆς τοῦ Λέοντος, οὔπω τοῦ Σινδηρίχου ἁλόντος μέλλοντος, χρήματα λαβὼν, πάντα προέδωκε παραινέσει Ἔσπαρος.

27. [7] Γεννάδιος νυκτὸς καταβὰς εἰς τὸ θυσιαστήριον εὔξατο, εἶδέ τι φάσμα δαιμόνιον· ᾧ ἐπιπ-

VALESII ANNOTATIONES.

Leone tunc Principe ad Oasitanum exilium esse directum. De quo lapsum Constantinopolim rediisse, ac dedisse fidem quod nullas ulterius turbas facere prorsus auderet. Sed sicut superius dictum est, Basilisci temporibus, à Timotheo illo damnato qui Constantinopolim venerat, ad Antiochiam remissum fuisse, ut iterum illic Episcopatum teneret. Quo facto idem Petrus Joannem quendam presbyterum ordinat Apameæ Episcopum. A quibus non receptus venit Antiochiam, & Petrum Episcopatus sui pellit auctorem, & invadit ejus Ecclesiam. Quos iterum damnatos dicit Acacius, petens ab Apostolica sede, ut si forte ad eam confugerent, nec visu dignos haberet: & si jam aliquam indulgentiam forsitan impetrassent, irritam esse debere, nec eorum pœnitentiam recipiendam esse. Eadem fere leguntur in epistola Synodica Felicis Papæ ad universos Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam residentes, & apud Liberatum in Breviario, capite 18. Ex quibus apparet verissimum esse id quod dixi, Petrum scilicet Fullonem, non in prima invasione Episcopatus Antiocheni, id est anno Christi 451. sed in secunda quæ sub Basilisco Tyranno contigit, Joannem Apamenis Episcopum ordinasse. Quam ob causam damnatus est ab Acacio in Synodo Constantinopolitana. Idque manifeste docet Acacius ipse in epistola quam ea de re scripsit ad Simplicium Papam, cujus excerpta referuntur in gestis de nomine Acacii. [Epistola autem Simplicii Papæ, qua huic Relationi Acacii respondit, extat in Collectione Romana quam edidit Lucas Holstenius, pag. 194. in qua de Joanne leguntur hæc verba. 'De Joanne quoque Constantinopolitano, 'qui ab Hæreticis Apamenum Sacerdotium, quod ei qui 'Presbyter aliunde fuerat, vel à Catholicis sumere non 'licebat, se hæreticum publicavit, & quod in se perperam 'factum est, improperium retorsit in autorem, expellens 'ab Antiochia Petrum pervasorem ipsius, eandem Ecclesiam ipse pervasit: sub anathemate à Christianorum 'consortio vel ipsa appellatione removemus'. Ex quibus verbis discimus Joannem hunc primo quidem fuisse Constantinopolitanum Presbyterum. Deinde vero relicta Ecclesia CPolitana, Antiochiam profectum esse una cum Petro Fullone.]

1 Ἀπὸ καθαιρέσεως] In Chronico Theophanis pag. 98. scriptum est ἀπὸ καθαιρέσεως ὄντα, quod idem valet ac καθαιρεθέντα.

2 Πεμφθῆναι εἰς ἐξορείαν] In Oasitanum exilium missus esse dicitur Fullo in gestis de nomine Acacii, quæ paulo ante citavi. Ex quibus corrigendus est Liberatus in Breviario, capite 18.

3 Ψήφῳ δὲ κοινῇ Ἰουλιανὸς] Idem legitur apud Theophanem in Chronico pag. 98. De hoc Juliano Martyrii successore loquitur etiam Victor Thunonensis in Chronico.

4 Ἐμπρησμὸς ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ] Extat hic locus apud Theophanem in Chronico p. 97. & apud Nicephorum in libro 15. capite 22. Porro de Ecclesia sancti Thomæ quæ τῶν ἀμαπίνου dicebatur, mentio fit apud Codinum in originibus Constantinopolitanis pag. 52.

5 Ἡ κόνις κατῆλθε] Eadem verba leguntur in Chronico Theophanis pag. 103.

6 Κατὰ Σινδηρίχου] Nemo est qui non videat scribendum esse Γιζερίχου. Paulo post, ubi legitur ὅπως τοῦ Σιμβερίχου ἁλῶσθαι μέλλοντος, scribendum puto μόνον ὅπως τοῦ Γιζερίχου ἁλῶσθαι μέλλοντος, &c.

7 Γεννάδιος νυκτὸς καταβὰς] Melius εἰσελθὼν scribitur apud Suidam in verbo Γεννάδιος. Idem refertur à Nicephoro in libro 15. cap. 23. & apud Theophanem in Chronico. Sed in Theophane perperam excusum est φάντασμα δαιμονίου pro φάσμα.

VARIORUM.

a Ἐπίσκοπον Ἀπαμείας] Erat *Apamia* metropolis Syriæ Secundæ, sive Salutaris. Porro Joannis ordinationem refert Pagius ad ann. Chr. 478. postquam Petrus Fullo tres annos sederat.

b Τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς] Incendium cœpit in vigilia secundam diem Septembris præcedente: circa tempus in quo accendi lucernæ solent, inquit Evagrius lib. 2. c. 13. Vid. Pag. ad ann. 465. n. 2. *W. Lowth.*

c Ἕως τοῦ Ἁγίου Θωμᾶ] Ædem S. Thomæ ad meridiem statuit Zonaras hoc incendium enarrans: πρὸς δὲ νότον μήσας

μήσας ἤκουσε κράζοντος· ὡς αὐτῷ μὴ ζῶντος σιδήδωσιν· ὕστερον δὲ λυμανεῖσθαι πάντως τὴν ἐκκλησίαν. ὅπερ δείσας ὁ Γεννάδιος, πολλὰ τὸν Θεὸν ἱκετεύσας, μικρὸν ἐτελεύτησεν.

1 27. Λέων ὁ μικρὸς τὸν ἴδιον πατέρα Ζήνωνα ἐν βασιλέα ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ ἀνηγόρευσε, δέκα μόνους μῆνας αὐτὸς βασιλεύσας· καὶ θᾶττον ἐτελεύτησεν.

28. Βασιλίσκος ὁ Βηρίνης γαμετὴς τοῦ μεγάλου Λέοντος ἀδελφὸς, ἀφικείσων εἰς Ἡράκλειαν τῆς Θρᾴκης, βουλεύεται κατὰ Ζήνωνος, Βηρίνης μάλιστα 2 συνεργούσης, καί τινων τῶν ἀπ' αὐτοῦ. ὅπερ γνοὺς ὁ Ζηνῶν, λαβὼν τὴν Ἀριάδνην καὶ ὅσα ἠδυνήθη χρήματα, εἰς Ἰσαυρίαν ἔφυγεν.

29. Βασιλίσκος ἐν τῷ Κάμπῳ ἀνηγορεύθη βα- 3 σιλεύς, καὶ ποιεῖ αὐτοῦ Καίσαρα Μάρκον τὸν ἴδιον υἱόν, καὶ Αὐγοῦσταν Ζηνωνίδα τὴν γαμετὴν ἑαυτοῦ. καὶ θύθεως τὴν κατὰ τῆς πίστεως καταφορᾶς ἀπήρξατο, Ζηνωνίδος μάλιστα παρορμώσης κατὰ τὴν ὀρθοδοξίας Βασιλίσκον.

30. Ἀνεκαλέσατο ἀφ' ὑπου Βασιλίσκος τὸν Αἴλουρον· καὶ ὁ Κναφεὺς ἐξῆλθεν ἐκ τῆς μονῆς τῶν Ἀκοιμήτων· ἐκεῖ γὰρ ἐκρύπτετο· καὶ πάντες ὅσοι ἦσαν ἐχθροὶ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου, παῤῥησίαν ἔλα- 4 βον καθ' αὐτῆς κινήσαντες. συναγαγὼν δὲ ὁ ὄχλον ἄτακτον Ἀλεξανδρέων ὁ Αἴλουρος, συν αὐτοῖς ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ Βασιλίσκου λιτανεύων, εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἤρχετο, αὐτῷ ἐκείνῳ ἐπὶ ὄνου ὀχουμένῳ. ἐλθὼν δὲ 5 a ἐπὶ τὸ λεγόμενον Ὀκτάγωνον, κατηνέχθη πλώματι μεγάλῳ· καὶ κλασθέντος τοῦ ποδὸς αὐτοῦ, 6 μετ' εἰρήνης ὑπέστρεψεν.

31. Βασιλίσκος μετὰ τύπου ἐκβαλὼν τὸν ἐν Καλχηδόνι συνόδου, ἀναπέμπων δὲ ἀπέλυσε τὸν Αἴλουρον ἐπὶ Ἀλεξάνδρειαν, καὶ τὸν Κναφέα εἰς Ἀντιόχειαν.

gasset, audivit illud exclamans in hæc verba: se ipso quidem superstite quieturum: postea vero Ecclesiam penitus vastaturum. Quod metuens Gennadius, cum Deum ardentissime precatus esset, paulo post è vita discessit.

27. Leo junior Zenonem patrem suum in Circo Imperatorem renuntiavit, & paulo post discessit e vita, cum decem dumtaxat menses imperasset.

28. Basiliscus frater Verinæ, quæ conjux fuerat Leonis Augusti, cum Heracleæ in Thracia moraretur, adversus Zenonem conspiravit, Verina maxime opitulante & quibusdam ex senatu. Quo comperto, Zeno Ariadnem & quascumque potuit opes secum assumens, in Isauriam fugit.

29. Basiliscus in Campo Imperator est renuntiatus. Qui mox Marcum filium suum Cæsarem nuncupavit, & Zenonida conjugem suam Augustam. Statimque bellum adversus fidem movere cœpit, Zenonide maxime contra Orthodoxos eum incitante.

30. Basiliscus proposito edicto Ælurum revocavit. Petrus autem fullo ex Monasterio Acœmitensium, in quo latebat, egressus est. Denique quicumque Chalcedonensi synodo adversabantur, sumpta fiducia adversus eam insurrexerunt. Porro Ælurus, cum seditiosam atque incompositam Alexandrinorum turbam collegisset, una cum illis ex ædibus Basilisci supplicans ad Ecclesiam processit, ipse asino vectus. Cumque ad locum qui Octagonus dicitur, perveniisset, graviter prolapsus est. Et fracto pede, cum ingenti ignominia recessit.

31. Basiliscus Chalcedonensem synodum damnans, eique aperte repugnans, cum Imperiali diplomate Timotheum Alexandriam dimisit, & Petrum Fullonem Antiochiam.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Βασιλέα ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ ἀνηγόρευσε] Idem habet Theophanes in Chronico p. 103. καὶ τῷ φεβρουαρίῳ μηνὶ Ζήνωνα τὸν ἴδιον πατέρα ἐν τῷ καθίσματι τοῦ ἱπποδρομίου. emendandus est igitur Victor Thunonensis in Chronico, ubi scribit, Leone minore Aug. Cos. *Zenon à Leone Augusto filio in Septimo contra consuetudinem coronatur.* Lego; *In Hippodromo contra consuetudinem coronatur.* Id enim ut novum atque insuetum notat Victor, quod cum superiores Imperatores Constantinopolitani jam inde à Valentis Augusti temporibus, in Septimo coronari soliti essent, primus Zeno in Hippodromo coronatus sit, sive ἐν τῷ καθίσματι τοῦ Ἱπποδρομίου, ut loquitur Theophanes. Eadem voce utitur Auctor Chronici Alexandrini in Constantino, Januario & Justo Coss. ubi agit de Circo quem Constantinopoli condidit Constantinus. ποιήσας ἐν αὐτῷ κάθισμα θεωρίου βασιλικοῦ καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἐν Ῥώμῃ ὄντος. Id est, *Tribunal in eo fecit, unde Imperator ludos Circenses spectaret, ad similitudinem ejus quod est Romæ.* Addit idem Scriptor, eundem Constantinum juxta Circum sive Hippodromum ædificasse palatium, & in eo construxisse adscensum per cochleam ad κάθισμα seu Tribunal Circi. Ejusdem loci iterum meminit paulo post, Gallicano & Symmacho Coss. Post Zenonem reliqui deinceps Imperatores in Circo coronati sunt. De Anastasio id diserte testatur Theophanes in Chronico, p. 117.

2 Καί τινων τῶν ἀπ' αὐτοῦ] Apud Theophanem in Chronico pag. 103. ubi hic Theodori locus describitur, excusum est, καί τινων τῆς συγκλήτου. Quam scripturam in interpretatione mea secutus sum.

3 [Αὐτοῦ] Deest in MS.]

4 Ὄχλον ἄτακτον Ἀλεξανδρέων] Posset etiam legi ἀπάκτων, quemadmodum scribitur apud Nicephorum in libro 16. cap. 7. & apud Theophanem in Chronico pag. 104.

5 Ἐπὶ τὸν λεγόμενον ὀκτάγωνον] Sic etiam legitur apud Theophanem in Chronico, pagina jam citata, ubi hic Theodori locus describitur, suppresso tamen ejus nomine. Sed difficultas est quidnam fuerit ὀκτάγωνον, utrum porticus, an aliud quidpiam. Certe ædificium quoddam, seu opus publicum Constantinopoli ita dictum fuisse testatur Cedrenus in Justiniano, anno 5. ejus Imperii. τότε δὲ ἐνεπρήσθη καὶ τὸ ὀκτάγωνον. [Ejusdem mentio fit à Codino in Originibus CPol. pag. 42.]

6 Μετ' εἰρήνης ὑπέστρεψεν] Procul dubio scribendum est, μετ' αἰσχύνης, ut legitur apud Theophanem, & apud Nicephorum in locis jam citatis.

VARIORUM.

τὸν ἀπὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ μέχρι τοῦ ναοῦ τῶν μεγάλων μαρτύρων Σεργίου καὶ Βάκχου. *ad austrum ab æde S. Apostoli Thomæ usque ad ædem magnorum Martyrum Sergii & Bacchi*, quæ stetit juxta portum Juliani, νεώριον dictum.

a Ὀκτάγωνον] Si fides adhibeatur Codino, pag. 42. fuit locus ille in quo Bibliotheca CPolitana stetit, cui præfuit Oecumenicus, cum duodecim viris aliis literatis; sicque appellatus quod octo constaret porticibus concameratis. Quod sane haud procul à vero abest, cum hæc vox feminino genere ferme semper à scriptoribus efferatur, ita ut ad βασιλικὴν fortean referri debeat, fueritque basilica octagona. *Du-Cangius in CPoli Christiana, lib. 2. pag. 152.*

32. Basiliscus generali sanctione Chalcedonensem synodum rejici jussit. Operam autem dabat ut idem quoque faceret Acacius. Verum id perficere nullo modo potuit, cum universa civitas una cum mulieribus & parvulis in Ecclesiam conveniens, Basilisco obstitisset. Quin etiam Acacius semetipsum & cathedram atque altare nigris vestibus obtexit. Magnus autem Daniel zelo fidei succensus, e columna descendit, & unà cum plebe atque Acacio conventus Ecclesiasticos frequentavit.

33. Basiliscus furorem populi metuens, ex urbe regia discessit, cum interdixisset Senatoribus ne cum Acacio colloquerentur. Minabatur enim populus se urbem incensurum. Daniel vero, Monachis & quibusdam ex populo secum assumptis, perrexit ad locum in quo erat Basiliscus. Et Olympius Monachus magna cum libertate Basiliscum allocutus est.

34. Basiliscus cum Zenonem ex Isauria expeditionem contra ipsum moviſſe didicisset, assumpta uxore sua Zenonide in Ecclesiam profectus, excusavit se Acacio & Clero ac Monachis. Sedi quoque Constantinopolitanæ jura sua restituit, alio edicto abrogans ea quæ prius constituerat.

35. Zeno brevi admodum tempore urbem regiam occupavit. Quo cognito Basiliscus ad Ecclesiam profectus, Imperialem coronam in sacra mensa deposuit, & ad baptisterium confugit cum uxore sua Zenonide. At Zeno ante omnia Ecclesiam ingressus, Deo gratias egit. Deinde vero in palatium perrexit.

36. Basiliscus & Zenonis missi sunt Busama. Ibique gravibus ærumnis afflicti interierunt.

37. Marcianus Zenonis congener, adversus illum conspiravit, prætextum hunc arripiens, quod Leontia quidem ipsius uxor Leoni Imperium adepto; Ariadne vero Zenonis uxor Leoni adhuc privato nata esset. Acri igitur prælio inter Zenonem ac Marcianum conserto, Marcianus longe superior evasit. Et cunctos qui à partibus Zenonis stabant in fugam versos, intra Palatium obsedit, Romulo ac Procopio ejus fratribus ipsum adjuvantibus. Postridie vero capti sunt, cum in balneo Zeuxippi lavarent. Et Marcianum quidem Zeno ab Acacio presbyterum ordinari jussit, & in Papyrii castellum abduci. Quo etiam Verina non multo post abducta est. Romulus vero & Procopius fuga elapsi, in Occidentis partes se receperunt.

32. Τύπῳ γενικῷ Βασιλίσκος τὴν σύνοδον ἐκκλησιάζειν προστάξειν. ἐπέκειτο δὲ τοῦτο καὶ Ἀκάκιον ποιῆσαι· ὅπερ οὐκ ἴσχυσε, πάσης ὁμοῦ τῆς πόλεως ἀνδράσιν ἅμα καὶ γυναιξὶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κατὰ Βασιλίσκου συναθροιζούσης. Ἀκάκιος δὲ καὶ ἑαυτὸν καὶ τὸν θρόνον, καὶ τὸ θυσιαστήριον, μελανοῖς ἐνδύμασιν ἠμφίεσε. Δανιὴλ δὲ ὁ μέγας ἀπὸ τοῦ κίονος ἀφ' ὑψηλοῦ ἔνθεον, καὶ τῷ λαῷ καὶ Ἀκακίῳ συνεκκλησίαζεν.

33. Φοβηθεὶς ὁ Βασιλίσκος τὸν τοῦ λαοῦ θερμότητα, ἐξῆλθε τῆς πόλεως, παραγγείλας τοῖς τῆς συγκλήτου μὴ συντυχεῖν Ἀκακίῳ. ἠπείλει γὰρ ὁ λαὸς ἐμπυρίζειν τὴν πόλιν. λαβὼν δὲ Δανιὴλ τὸ μοναχικὸν καὶ πλῆθος ἐκ τοῦ λαοῦ, ἐξῆλθεν ὅπου ἦν Βασιλίσκος. καὶ μετὰ πολλῆς παῤῥησίας αὐτῷ διελέχθη ὁ μοναχὸς Ὀλύμπιος. 1

34. Μαθὼν Βασιλίσκος τὴν ἀπὸ Ἰσαυρίας κίνησιν Ζήνωνος, λαβὼν Ζηνωνίδα τὴν γαμετὴν αὐτοῦ, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀπελογήσατο τῷ Ἀκακίῳ καὶ Κλήρῳ, καὶ Μοναχοῖς, καὶ τὰ δίκαια τῷ 2 θρόνῳ ἀπέδωκε, δι' ἑτέρου ἰδίκτου καταλύσας τὰ πρότερα.

35. Ζήνων κατὰ βραχὺ τὴν βασιλίδα κατέλαβεν. ὅπερ προγνοὺς Βασιλίσκος, ἐλθὼν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τὸν βασιλικὸν ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ ἀπέθετο στέφανον, καὶ ἐν τῷ βαπτιστηρίῳ σὺν τῇ γαμετῇ Ζηνωνίδι προσέφυγεν. Ζήνων δὲ πρῶτον καταλαβὼν τὴν ἐκκλησίαν, εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ, εἰς τὰ βασίλεια εἰσῆλθεν.

36. Βασιλίσκος καὶ Ζηνωνὶς 3 ἐν Βουσάμοις ἐπέμφθησαν. κἀκεῖ πολλὰ κακωθέντες, ἀπέθανον. 3

37. Μαρκιανὸς ὁ σύγαμβρος Ζήνωνος, ἀντῆρεν αὐτῷ, προφάσιν λαβὼν, τὴν Λεοντίαν τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν βασιλεύοντι τεχθῆναι τῷ Λέοντι· Ἀριάδνῃ δὲ τῇ Ζήνωνος ἔτι ἰδιωτεύοντι. πολέμου κρατεροῦ μεταξὺ Ζήνωνος καὶ Μαρκιανοῦ γενομένου, κατακρατὴς Μαρκιανὸς προεγένετο. καὶ πάντας συναλάσας τοὺς 4 ὑπὲρ Ζήνωνος ἐφρούρει εἰς τὰ βασίλεια, ἔχων συνεργοῦντας 5 Ῥωμύλον καὶ Προκόπιον τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. ἐν ὑστέρῳ δὲ λουόμενοι, ἐν τῷ Ζευξίππῳ ἐχειρώθησαν. καὶ τὸν μὲν Μαρκιανὸν χειροτονηθῆναι ὑπὸ Ἀκακίου πρεσβύτερον παρεσκεύασαν, καὶ εἰς τὸ Παπυρίου κατέλλιον ἐξέπεμψαν. ἐν ᾧ καὶ Βηρίναν μετ' ὀλίγον ἐξέπεμψαν. Ῥωμύλος δὲ καὶ Προκόπιος ἀφυγόντες, ἐπὶ τὴν δύσιν ἐσώθησαν. 4 5

Valesii Annotationes.

1 Διελέχθη ὁ μοναχὸς Ὀλύμπιος] In Chronico Theophanis pag. 105. ubi hic Theodori locus describitur, desunt hæc verba, ὁ μοναχὸς Ὀλύμπιος.

2 Καὶ τὰ δίκαια τῷ θρόνῳ ἀπέδωκε] Intelligit jus Patriarchicum, sive jus ordinationis Metropolitanorum ac reliquorum Episcoporum, quod Basiliscus datis antencyclicis literis, restituit Ecclesiæ Constantinopolitanæ, ut docet Evagrius noster in libro 3. cap. 7. ad quem locum vide, si placet, quæ notavi.

3 Ἐν Βουσάμοις] De loco in quo Basiliscus tyrannus interiit, dissentiunt antiqui Scriptores. Marcellinus quidem in Chronico, & ex illo Jordanes in libro de Successione Regnorum, Basiliscum in oppido Cappadociæ Limnis periisse tradunt, quibus consentit Auctor Chronici Alexandrini; sed Victor Thunonensis in Chronico Basiliscum Sasimis Cappadociæ mortuum esse scribit cum uxore ac liberis. Quod quidem propius accedit ac scripturam Theodori nostri. Theophanes vero in Chronico pag. 107. Basiliscum una cum uxore & liberis Cucusum Cappadociæ deportatum fuisse scribit.

4. Ὑπὲρ] Περὶ MS.]

5 Ῥωμύλον καὶ Προκόπιον] Idem legitur apud Theophanem in Chronico pag. 109. De motu Marciani & Procopii loquitur etiam Candidus Isaurus in lib. 2. Hist. & Malchus in excerptis legationum pag. 68. editionis Augustanæ, ubi Προκόπιον καὶ Βουσάλεον vocat quos Theodorus ac Theophanes Procopium & Romulum appellant. Contigit porro hic motus Indictione quarta, Placido solo Cos.

ΑΠΟ

ΑΠΟ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

Ζήνων φόβῳ τῷ περὶ Ἰλλοῦν τῆς χ' τ' ἐπισκόπων ἐνέδωκεν ἀσχάστως. Καλανδίων δὲ αἰτήσας τὸν Ζήνωνα, τὸ λείψανον Εὐσταθίου εἰς Ἀν-
a πόχειαν [a] ἤνεγκεν ἀπὸ Φιλίππων τῆς Μακεδονίας, ἔνθα καὶ ἐξώρισο καὶ ἀπέθανεν. ὅθεν σὺν πλείστῃ πα-
1 μῇ οἱ πολῖται ἐδέξαντο [1] ἀπὸ δεκαοκτὼ μιλίων ἐξελθούσης τῆς πόλεως πάσης, ὡς εἰπεῖν, ἡλικίας. οἱ δὲ δι' αὐτὸν μέχει τότε ἀποχιζόμενοι, τῇ ἐκ-
b κλησίᾳ ἠνώθησαν [b] μετὰ ἑκατὸν ἔτη τοῦ θανάτου Εὐσταθίου.

2. Βαρνάβα τοῦ ἀποστόλου τὸ λείψανον εὑρέθη ἐν Κύπρῳ ὑπὸ δένδρον κερατέαν, ἔχον ἐπὶ στήθους
2 [2] τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον, ἰδιόγραφον τοῦ
c Βαρνάβα. [c] ἐξ ἧς φανερώσεως καὶ ἀξιωθέντες Κύπριοι, τῷ αὐτοκέφαλον εἶναι τὴν ἑαυτῶν μητρόπολιν, καὶ μὴ τελεῖν ὑπὸ Ἀντιόχειαν. τὸ δὲ τοιοῦτον εὐαγγέλιον, Ζήνων ἀπέθετο ἐν τῷ παλα-
3 τίῳ, [3] ἐν τῷ ἄλλῳ σεβάσμῳ.

3. Ἰλλοῦς τελείως ἐξέφανεν τὸν περὶ Ζήνωνα τυραννίδα. καὶ ἐλθὼν εἰς Ταρσῷ, ἤγαγεν ἐκ τοῦ καστελλίου Παπυρίου τὴν βασιλίδα Βερίναν, ἐκεῖ φρουρουμένην περὶ τὰ καλὰ Βασιλίσκου. καὶ παρα-
d σκευάζει αὐτὴν, πεῖσαι βασιλέα [d] Λεόντιον τ' ὕπατον. καὶ τούτου γενομένου, Βερίναν μὲν πάλιν εἰς τὸ καστέλλιον ἔπεμψαν· αὐτοὶ δὲ εἰς Ἀντόχειαν ἐπελθόντες,
4 [4] πάλιν βασιλικῶς ἔπραττον.

4. Μετὰ πολλοὺς πολέμους, ἐπὶ τέσσαρα ἔτη Φρυρούμενος ὁ Ἰλλοῦς καὶ Λεόντιος ἐχειρώθησαν [5] προδοσίᾳ τοῦ γαμετοῦ Προμόνδου, ἐπὶ τούτου πεμφθέντος ἐκ τῆς βασιλίδος παρὰ Ζήνωνος· καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν.

ZENO cum Hillum metueret, Epiſcopos deinceps vexare deſiit. Calendio vero cum id ab Imp. Zenone poſtulaſſet, Euſtathii reliquias à Philippis urbe Macedoniæ, in qua mortuus erat Euſtathius, Antiochiam deportavit. Eas Antiocheni maximo cum honore exceperunt, omniſque prope modum ætas extra urbem effuſa, ad octavum decimum miliarium obviam eis proceſſit. Hi vero qui Euſtathii cauſa ad id uſque temporis ſeparatim collectas egerant, Eccleſiæ adunati ſunt, poſt annos centum ab obitu Euſtathii.

2. Barnabæ Apoſtoli reliquiæ in Cypro ſub arbore ſiliqua repertæ ſunt: ſuper cujus pectore erat Evangelium Matthæi, ipſius Barnabæ manu deſcriptum. Qua de cauſa Cyprii obtinuerunt, ut metropolis ipſorum libera eſſet ac ſui juris, nec Antiochenæ ſedi amplius ſubjaceret. Id Evangelium Zeno depoſuit in palatio, in æde S. Stephani.

3. Hillus aperte adverſus Zenonem tyrannidem arripuit. Cumque Tarſum veniſſet, Verinam Auguſtam eduxit ex caſtello Papyrio, in quo ob tyrannidem Baſiliſci cuſtodiebatur. Perſuaſitque illi, ut Conſulem Leontium Imperatorem coronaret. Quo facto, Verinam quidem ad ſupradictum caſtellum remiſerunt. Ipſi vero Antiochiam ingreſſi, pro Imperatoribus ſe geſſerunt.

4. Poſt multa prœlia Hillus ac Leontius per quatuor continuos annos intra caſtellum Papyrium clauſi, tandem proditione fratris uxoris Trocundi, quem Zeno ex urbe regia ad id ſubmiſerat, capti ſunt, & capite truncati.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀπὸ δεκαοκτὼ μιλίων] Theophanes in Chronico pag. 114. ſcriptum habet ἀπὸ δώδεκα μιλίων. Sed vulgatam Theodori noſtri Lectionem retinuit Nicephorus in libro 16 cap. 10. De hac tranſlatione reliquiarum Euſtathii, Victor Thunonenſis ita ſcribit. *Poſt Conſulatum tertium Longini viri clariſſimi, Calendio Antiochenus Epiſcopus, reliquias prædeceſſoris ſui Euſtathii Epiſcopi & Confeſſoris, ex Philippis Macedoniæ colligit, & Antiochiam ſummo cum honore perducit.*

2 Τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον] Hic Theodori locus extat apud Suidam, aliquot vocibus auctior, in voce Ἰούδας.

3 Ἐν τῷ ἄλλῳ Σεβάσμῳ] Aſſentior Chriſtophorſono & Savilio, qui ad oram ſui codicis emendarunt ἐν τῷ ἁγίῳ Στεφάνῳ. Certe Eccleſia ſancti Stephani erat in Palatio, ut docet Codinus in originibus Conſtantinopolitanis. Alexander Monachus in Encomio ſancti Barnabæ apud Surium in tomo tertio, de hac re ita ſcribit. *Evangelium illud Imperator in manu ſua ſumpſit, & deoſculatus eſt: auroque multo exornatum in Palatio ſuo repoſuit, ubi ad hodiernum uſque diem ſervatur. & in magna quinta Paſchæ feria quotannis in Palatii oratorio Evangelium ex eo libro recitatur.*

4 Πάλιν βασιλικῶς ἔπραττον] Delenda eſt vox πάλιν, ut pote ſuperflua.

5 Προδοσίᾳ τῆς γαμετῆς Προμόνδου] Hunc locum ſupplevi ex Theophanis Chronico pag. 114. ubi ita ſcribitur, προδοσίᾳ τοῦ ἀδελφοῦ τῆς γαμετῆς Προκούνδου, δόλῳ πεμφθέντος ὑπὸ Ζήνωνος. Verum in Theophane, perinde ac in Theodoro noſtro corrigendum eſt Τροκόνδου. Fuit hic Trocondus frater Hilli Magiſtri officiorum: Qui Conſulatum geſſit anno Chriſti 482. una cum Severino. Sic enim in Chronico Marcellini hic annus notatur, Indictione 5. Trocondo & Severino Coſſ. Nec aliter in Chronico Alexandrino. Ex quo emendandum eſt Chronicon Victoris Thunonenſis, in quo ſcriptum eſt, *Tricundio V. C. Coſ.*

VARIORUM.

a Ἤνεγκεν ἀπὸ Φιλίππων, ἔνθα καὶ ἐξώρισο καὶ ἀπέθανεν] Euſtathius *pulſus eſt in exilium Trajanopolin Thraciarum, ubi uſque hodie conditus eſt.* inquit Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Poſt Hieronymi tempora, ut videtur, Euſtathii corpus Trajanopoli Philippos delatum eſt, ubi cum per ſeculum circiter quieviſſet, denuo Antiochiam tranſlatum eſt, anno 484. juxta calculos Pagii ad ann. 482. n. 13. *W. Lowth.*

b Μετὰ ἑκατὸν ἔτη] Vide Valeſium ad Socratem, lib. 4. cap. 14. ubi etiam habentur verba Victoris Tunonenſis, quæ narrationem Theodori de Tranſlatione corporis Euſtathii confirmant. *W. Lowth.*

c Ἐξ ἧς φανερώσεως] Fallitur hac in re Theodorus: diu enim ante repertas S. Barnabæ reliquias, Eccleſiæ Cypri libertatem ſuam aſſeruerunt, in Concilio Epheſino, Actione ſeptima: nec ibi quicquam de S. Barnaba in cauſæ ſuæ patrocinium afferunt. *W. Lowth.*

d Λεόντιον τὸν ὕπατον] Leontium Patricium vertit Pagius, ad annum 508, n. 4. *W. Lowth.*

5. Ev

5. In urbe Edeſſa erat ſchola Chriſtiana Perſicæ gentis, ut aiunt. Ex quo factum eſt, niſi me conjectura fallit, ut Perſæ Neſtorianam Hæreſim ſequerentur, cum quidam qui Neſtorii ac Theodori dogmata amplectebantur, ei Scholæ præfuiſſent, & doctrinam quæ ipſis placebat, Perſis tradidiſſent.

6. Zeno Imperator moritur. Cujus loco Imperator ab Ariadne Auguſta renuntiatus eſt Anaſtaſius Silentiarius, oriundus Dyrrachio. Verum Euphemius Epiſcopus electioni ejus obſtitit, Hæreticum illum vocans, & indignum qui Chriſtianis imperaret. Ariadne tamen & Senatores vim inferentes, Euphemium aſſentiri coëgerunt. Ille non alia conditione id ſe facturum promiſit, quam ſi confeſſionem ſcripto comprehenſam ab eo ſuſcepiſſet, quo profiteretur ſe pro definitione fidei amplecti ea quæ in Chalcedonenſi ſynodo decreta fuerant. Quod quidem Anaſtaſius præſtitit.

7. Manichæi & Ariani ob Anaſtaſii promotionem ſibi gratulabantur. Manichæi quidem, eo quod mater illius ſectæ ipſorum cultrix eſſet ſtudioſiſſima. Ariani vero, propterea quod Clearchum avunculum Anaſtaſii idem cum ipſis ſentientem haberent.

8. Anaſtaſius cum violentia Chartam profeſſionis ſuæ ab Euphemio repetiit.

9. Cum Iſauri multa inſolenter atque atrociter Conſtantinopoli perpetraſſent, Anaſtaſius cunctos ex urbe ejecit. Illi vero egreſſi, in apertam tyrannidem eruperunt, & uſque ad Cotyaium Phrygiæ excurſiones fecere. Contra quos Imperator exercitum miſit, ducibus Joanne Scytha & Joanne Gibbo. Porro cum id bellum quinque continuos annos duraſſet, Anaſtaſius belli pertæſus, arcanum ſuum aperuit Euphemio Conſtantinopoleos Epiſcopo, ſe nimirum pacem optare: Juſſitque ut Epiſcopos qui in urbe regia morabantur colligeret, & pro Iſauris apud Imperatorem ſupplicaret. Euphemius vero verba Anaſtaſii retulit Joanni Patricio, qui ſocer erat Athenodori, unius ex principibus Iſaurorum. Ille confeſtim accurrens, cuncta Imperatori nuntiavit. Ea res Anaſtaſium Euphemio infenſum reddidit.

5. Ἐν Ἐδέσσῃ τῇ πόλει διδασκαλεῖον Χειστιανικὸν ἦν Περσικῆς, ὥς φασι, ἀγχτειδῆς. ἐξ οὗ τὰς Πέρσας οἶμαι τὰ Νεστορίου φρονεῖν, πνῶν τοῖς τὰ Νεστορίου χαιρόντων καὶ Θεοδώρου, [2] προκαθημένων τοῦ τόπου, καὶ τὰ φίλα δόγματα τοῖς Πέρσαις παραδιδόντων. 1 2

6. Ζήνων ὁ βασιλεὺς ἐτελεύτησεν. ἀναγορεύεται δὲ εἰς βασιλέα ὑπὸ Ἀριάδνης τῆς Αὐγούστης ὁ Σιλεντιάριος, ἐκ τῆς Δυῤῥαχίου ὁρμώμενος. περὶ ᾧ ἀντέστη Εὐφήμιος ὁ ἐπίσκοπος αἱρετικὸν καλῶν, [3] καὶ τῆς Χειρωνος ἀνάξιον. Ἀριάδνη δὲ, καὶ τῶν τῆς συγκλήτου συρόντων ἠνάγκαζον τὸν Εὐφήμιον. ὁ δὲ οὐκ ἄλλως τοῦτο ποιῆσαι ἠνέσχετο, εἰ μὴ ὁμολογίαν ἔγγραφον παρ' αὐτοῦ ἐκομίσατο, ὡς εἰς ὅρον τῆς πίστεως δέξηται τὰ ἐν Καλχηδόνι δογματισθέντα· ὃ καὶ πεποίηκεν. 3

7. Μανιχαῖοι καὶ Ἀρειανοὶ ἔχαιρον Ἀναστασίῳ· Μανιχαῖοι μὲν, ὡς τῆς μητρὸς αὐτοῦ [4] ζήλῳ ὄσης αὐτῶν· Ἀρειανοὶ δὲ, ὡς Κλέαρχον τὸν θεῖον πρὸς μητρὸς Ἀναστασίου ὁμόδοξον ἔχοντες. 4

8. [5] Τὴν ὁμολογίαν αὐτῷ βεβαίως τὸν Εὐφήμιον ἀπήτησεν Ἀναστάσιος βασιλεύσας. 5

9. Πολλὰ τῶν Ἰσαύρων ἄτοπα καὶ ἀπάνθρωπα πραξάντων ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἅπαντας τῆς πόλεως ἐξέβαλεν. οἱ δὲ ἐξελθόντες, πρὸς τυραννίδα ὥρμησαν, [6] καὶ ἕως τοῦ Κοτυαείου ἐξέδραμον. 6 καθ' ὧν ὁ βασιλεὺς στρατὸν ἐξέπεμψεν, καὶ Ἰωάννην τὸν Σκύθην, καὶ Ἰωάννην τὸν Κυρτόν. [a] τοῦ δὲ πολέμου ἐπὶ πέντε ἔτη κρατήσαντος, Ἀναστάσιος ἀποκαμὼν ἐθάῤῥησεν Εὐφημίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, ὡς εἰρήνης ἐφίεται, καὶ ἵνα συναγάγῃ τοὺς ἐθνομοιοῦντας ἐπισκόπους, καὶ δόξῃ [7] ὑπὲρ τῶν Ἰσαύρων καλεῖν. Εὐφήμιος δὲ ἐξήγγειλε τὸ λεχθὲν πρὸς Ἰωάννην Πατρίκιον, πενθερὸν Ἀθηνοδώρου ἑνὸς τῶν ἐξαρχόντων τῶν Ἰσαύρων. ὁ δὲ δραμὼν, πάντα ἀνήγγειλε τῷ βασιλεῖ. ὅθεν εἰς ἔχθραν τὸν βασιλέα κατὰ Εὐφημίου ἐξώπλισεν. a 7

Valesii Annotationes.

1 Ἐν ἐδέσσῃ] Hujus Edeſſenæ ſcholæ nullam alibi mentionem reperio. Caſſiodorus quidem in præfatione divinarum Inſtitutionum ſcribit, ſua adhuc ætate Niſibi ſcholam fuiſſe Eccleſiaſticorum dogmatum. Sed Caſſiodorum memoriæ vitio lapſum eſſe exiſtimo, & Niſibim urbem pro Edeſſa profuiſſe. Niſibis enim Caſſiodori ætate ſub ditione Perſarum erat, jam inde à temporibus Joviani Auguſti qui Perſis eam tradiderat. De hac Edeſſena ſchola iterum loquitur Theodorus infra, ubi eam à Zenone ſublatam eſſe dicit.

2 Προκαθημένων τοῦ τόπου] Ante hæc verba ſubdiſtinctionem appoſui, prorſus neceſſariam. Quod cum Muſculus non animadvertiſſet, peſſime hunc locum interpretatus eſt. Porro hæc verba duobus modis intelligi poſſunt: aut de iis qui huic Edeſſenæ ſcholæ præerant: aut de ipſis Epiſcopis qui Edeſſenam Eccleſiam adminiſtrabant. Vocabulum enim τόπος utrumque ſignificare non incommode poteſt. Certe Ibas Edeſſenus Epiſcopus Neſtorianam hæreſim foviſſe à pleriſque exiſtimatus eſt, ut conſtat ex actis Chalcedonenſis Concilii.

3 Καὶ τῶν Χειρωνων ἀνάξιον] Rectius apud Theophanem in Chronico, pag. 117. adduntur hæc verba, τῆς βασιλείας.

4 Ζήλῳ ὄσης] Scribendum eſt ζηλωτείας ὄσης, ut legitur apud Theophanem in Chronico pagina 117. ubi hic Theodori locus deſcribitur, diſſimulato tamen ejus nomine.

5 Τὴν ὁμολογίαν αὐτοῦ βεβαίως] Malim omnino ſcribere βιαίως, quemadmodum legitur in Chronico Theophanis pag. 120.

6 Καὶ ἕως Κοτυαείου ἐξέδραμον] Hæc uberius expoſita leguntur apud Theophanem in Chronico, pagina 118. De hac clade Iſaurorum ad Cotyæum Phrygiæ loquitur Marcellinus in Chronico, Indictione 15. Anaſtaſio Aug. & Rufo Coſſ.

7 Ὑπὲρ τῶν ἰσαύρων καλεῖν] Scribendum eſt procul dubio παρακαλεῖν, quemadmodum legitur apud Theophanem in Chronico pag. 119. Paulo poſt, ubi legebatur πρὸς Ἰωάννην τὸν πρίκιον, emendavi τὸν πατρίκιον, ut legitur apud Theophanem. Error natus eſt ex ſcripturæ compendio.

Variorum.

a Τοῦ δὲ πολέμου ἐπὶ πέντε ἔτη κρατήσαντος] Male vertit Valeſius, quinque annos continuos duraſſet: anno enim quinto finem accepit, inquit Pagius ad ann. 498. n. 6. *W. Lowth.*

10 Ἀναστάσιος

10. Ἀναστάσιος λοιπὸν βασιλικώτερον κινηθεὶς κατὰ τῶν Ἰσαύρων, τούτους κατακράτος ἐνίκησεν. καὶ πέμψας πρὸς Εὐφήμιον Εὐσέβιον τὸν μάγιστρον, δηλοῖ πρὸς αὐτόν. [1] αἱ εὐχαί σου.

10. Anastasius deinceps magis Imperatorie contra Isauros motus, eos penitus debellavit. Missoque ad Euphemium Eusebio officiorum Magistro, hæc Euphemio significavit. Preces tuæ, o magne vir, amicos tuos fuligine impleverunt.

11. Οἱ ἐπίβουλοι Εὐφημίου τινὶ Μετοθέμβοι, παρεσκεύασαν [3] ἔμπροσθεν τοῦ Μιτατωρίου ξίφος κατ' αὐτοῦ γυμνῶσαι, καὶ κατὰ τῆς κεφαλῆς Εὐφημίου ὁρμῆσαι. ἀλλὰ Παῦλος [2] ὁ ἔκδικος τῆς ἐκκλησίας, μακρὸς ὤν, τῷ πληγῷ κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀντὶ Εὐφημίου λαβὼν ἐκινδύνευσεν. τὸν μέντοι τὸ ξίφος γυμνώσαντα, ἐκκλησιαστικός τις ἀνὴρ ἁρπάσας [4] τῇ λεγομένῃ σέρᾳ, ἀνεῖλεν.

11. Ii qui insidiabantur Euphemio, persuaserunt cuidam, ut è regione Metatorii districto gladio caput Euphemii feriret. Verum Paulus Defensor Ecclesiæ, cum esset procero corpore, vulnus pro Euphemio excipiens, mortis periculum subiit. Porro eum qui gladium distrinxerat, vir quidam Ecclesiasticus arrepta sera interfecit.

12. Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς τὰς ἐπιβουλὰς τῶν Ἰσαύρων ἐπιγράψας τῷ Εὐφημίῳ, καὶ ὡς γράμματα πεπομφότος τοῖς Τυράννοις, συνήγαγεν τοὺς ἐνδημοῦντας ἐπισκόπους. οἱ τινες βασιλεῖ χαριζόμενοι, ἀκοινωνίαν καὶ καθαιρέσιν τὸν ἄνδρα ἠμείψαντο. προχειρίζεται δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς ἐπίσκοπον Μακεδόνιον τινὰ, τῆς ἐκκλησίας πρεσβύτερον καὶ σκευοφύλακα. ὁ μέντοι λαὸς δι' Εὐφήμιον ἐζήτιζον. [5] ἐν οἷς εἰς τὸ ἱπποδρόμιον ἔδραμον λιταινεύοντες. ἀλλ' οὐδὲν ὤνησαν. τῷ γὰρ βασιλέως ἐνίκα ἡ ἔνστασις.

12. Anastasius Imperator insidias Isaurorum Euphemio adscribens, & quod litteras ad Tyrannos Isaurorum scripsisset: congregavit Episcopos qui tum Constantinopoli morabantur. Illi cum Imperatori gratificari studerent, excommunicationis ac depositionis sententiam in Euphemium tulerunt. Imperator vero Macedonium quemdam CP. Ecclesiæ presbyterum & vasorum custodem, ad Episcopatum promovit. Et populus quidem Euphemii gratia seditionem excitavit. Postea etiam supplicando cucurrit ad circum. Verum nihil hoc eis profuit. Vicit enim Imperatoris pertinacia.

13. Μακεδόνιος πειθεὶς τῷ βασιλεῖ, τῷ Ἑνωτικῷ Ζήνωνος καθυπέγραψεν.

13. Macedonius Imperatoris suasu, subscripsit Zenonis Henotico, id est unitivo edicto.

14. Οὗτος ὁ Μακεδόνιος ἀσκητικὸς ἦν καὶ ἱερὸς, [6] ὡς τοῦ Γενναδίου τραφείς, οὗ καὶ ἀδελφιδοῦς, ὡς λόγος, ὑπῆρχεν.

14. Porro hic Macedonius erat summæ districtionis atque abstinentiæ & sanctitatis, utpote educatus sub Gennadio, cujus etiam nepos ex sorore fuisse dicitur.

15. Εὐφήμιον εἰς [b] Εὐχαΐτα βασιλεὺς ἀπορριφῆναι προστάξεν. ὁ δὲ λόγον ἤτησε παρὰ Μακεδονίου λαβεῖν, ὡς ἐπιβουλῆς χωρὶς κατὰ τὸν τόπον

15. Euphemium vero Imperator Euchaita relegari præcepit. Qui fidem sibi dari per Macedonium postulavit, se absque insidiis in eum locum abductum iri. Cum-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Αἱ εὐχαί σου] Post hæc verba Asterisci us in editione Roberti Stephani appositus, locum hunc mutilum esse indicat. Verum ex Theophanis Chronico pag. 120. locus supplendus est hoc modo: αἱ εὐχαί σου ὦ μέγα τοὺς φίλους σου ἠσβόλωσαν. Id est, *Orationes tuæ, ô Magne vir, amicos tuos fuligine impleverunt.* Apud Cedrenum tamen in Chronico, ad annum 5. Anastasii aliter scriptum inveni, hoc scilicet modo: αἱ εὐχαί σου αἱ μεγάλαι τοὺς φίλους σου ἠσβόλωσαν. Sed Theophanis scriptura rectior mihi videtur. Porro Anastasius his verbis exprobrabat Euphremio Patriarchæ, amicitiam & societatem cum gente Isaurorum: Quibus nihil profuisse aiebat orationes Euphemii.

2 [In MS. notatur ad marginem λείπει]

3 Ἔμπροσθεν τοῦ μιτατωρίου] Theophanes in Chronico pag. 119. scriptum habet, ἀπὸ τοῦ μαρτυρίου: Atque ita legit Anastasius Bibliothecarius, qui Theophanem Latine interpretatus est. Sed verior est scriptura Theodori nostri, ἔμπροσθεν τοῦ μιτατωρίου. Metatorium locus erat in Ecclesia, in quem descendebat Patriarcha post peractum officium, & ex quo procedebat ad altare, quemadmodum scribitur in Euchologio Græcorum: ubi idem esse dicitur cum Diaconico, sive Secretario. De Metatorio locus est illustris in vita Imperatoris Leonis Philosophi, qui ob quartas nuptias excommunicatus erat à Patriarcha: ὅθεν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ μέρους διήρχετο εἰς τὸ μιτατώριον. Quæ verba leguntur etiam apud Cedrenum pag. 495. editionis Augustanæ. Ex quo colligitur, Metatorium separatum fuisse ab Ecclesia, seu potius ab altari. Ejusdem loci mentio fit à Codino in originibus Constantinopolitanis.

4 Τὴν λεγομένῳ σέραν] Apud Theophanem in Chronico p. 120. scriptum est, τῇ λεγομένῃ σείρᾳ, cujus Interpres in Annotationibus, genus gladii fuisse existimat. Ego vero adduci non possum ut credam, gladio aut hasta armatos fuisse Clericos, dum Patriarcha ad altare procederet Missarum solemnia celebraturus. Ego potius seram esse crediderim, qua fores obserantur. Eustathius ad Odysseam, χ'. ἐντεῦθεν δὲ εἰλῆφθαι δοκεῖ καὶ ἡ ἰδιωτικῶς σέρα ἡ τὰς θύρας κλείουσα. [In veteri Glossario μοχλὸς θύρας exponitur *Sera.* Hinc in Psalmo 147. ubi Græcus codex ὅτι ἐνίσχυσε τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου, vulgata versio ita posuit, *quoniam confortavit seras portarum tuarum,* ut testatur etiam Augustinus.] Cæterum Theophanes hic dissentit à Theodoro. Nam Theodorus noster insidiatorem Euphemii non à Paulo Defensore occisum esse tradit, sed ab alio quodam Clerico.

5 Ἐν οἷς εἰς τὸ ἱπποδρόμιον ἔδραμον] Pro ἐν οἷς scribendum videtur ἐφ' οἷς, uti jam supra emendavi. Si quis tamen vulgatam lectionem retinere maluerit, non magnopere repugnabo. Videtur enim phrasis esse familiaris Theodoro nostro.

6 Οὗ καὶ ἀδελφιδοῦς] Eadem habet Theophanes in Chronico pag. 121. & Nicephorus in libro 16. cap. 26. Interpres quidem Nicephori ἀδελφιδοῦν, fratris filium vertit. Musculus vero nepotem ex sorore. Medius inter utrumque Jacobus Goar, qui Theophanem latinitate donavit, nepotem simpliciter interpretatur.

VARIORUM.

a Ὁ ἔκδικος] Patronus erat ecclesiasticus, qui ecclesiæ jura & privilegia sarta tecta conservabat & defendebat. De eo vide Jos. Bingham in Originibus Ecclesiasticis lib. 3. cap. 11. §. 3. &c.

b Εὐχαΐτα] Urbs Ponti Helenopolitani, seu Paphlagoniæ, in mediterraneis. *Baudrand.*

ἀπάγεται.

que Macedonio permiſſum fuiſſet ab Imperatore ut verbum ſecuritatis præſtaret Euphemio, rem laude dignam geſſit. Euphemio enim in Eccleſiæ baptiſterio adhuc commorante, diacono ſuo præcepit ut Epiſcopale pallium ipſi auferret: Atque ita ad Euphemium acceſſit. Pecuniam quoque mutuatus ſub uſuris, Euphemio ad eos qui cum illo erant alendos ac ſuſtentandos donavit.

16. Feſtus quidam Senator urbis Romæ, ob civilia quædam negotia ad Imperatorem Anaſtaſium miſſus, cum veniſſet Conſtantinopolim, hortatus eſt, ut principis Apoſtolorum Petri ac Pauli memoria magno cum honore cultuque celebraretur. Quamvis igitur antea quoque celebrata fuiſſet; deinceps poſt petitionem Feſti, longe majori ſplendore ea feſtivitas peracta eſt.

17. Macedonius ſynodicas literas ad Anaſtaſium Romanæ urbis Epiſcopum per hunc ipſum Feſtum mittere decreverat. Sed ne id faceret, prohibitus eſt ab Imperatore. Porro Feſtus occulte, ut aiunt, Imperatori ſuggeſſerat, ut Epiſcopo Romano perſuaderet ut Zenonis Henotico ſubſcriberet. Sed cum Romam veniſſet, Anaſtaſium Epiſcopum jam mortuum reperit. Quare operam dedit, ut per ſchiſma promotus Edicto illi ſubſcriberet. Multis igitur pecunia corruptis, effecit, ut præter receptum morem Romanus qui-

ἀπάγεται. Ὑπιτραπεὶς δὲ τὸν λόγον διακῶν ὁ Μακεδόνιος, ἐπαινετόν τι σκεψάμενος, ἐν τῷ βαπτιστηρίῳ τοῦ Εὐφημίου ὄντος, τὸ ὠμοφόριον τὸ 1
ἐπισκοπικὸν ἑαυτῷ ἀφαιρεθῆναι ὑπὸ τοῦ διακόνου προσέταξε, καὶ [a] οὗτος [2] εἰσελθεῖν πρὸς τὸν Εὐ- a 2
φήμιον. δανεισάμενος δὲ καὶ χρήματα, δέδωκε τῷ Εὐφημίῳ εἰς δαπάνας τῶν σὺν αὐτῷ.

16. Φῆστος τις τῶν τῆς συγκλήτου Ῥώμης, πρὸς βασιλέα καλεῖς Ἀναστάσιον διά τινας χρείας πολιτικὰς, ἐλθὼν εἰς τὴν βασιλίδα, [3] τῶν κορυφαίων 3
ἀποστόλου Πέτρου καὶ Παύλου τιμῇ μνήμῃ, σὺν πολλῇ τιμῇ καὶ σεβάσματι παρεκάλεσε γίνεσθαι. Ὑπερεθυμήθη δὲ καὶ πρότερον, πλεῖον ἐξ αἰτήσεως φήστου, πολλῷ πλέον ἠυξήνθη τῆς τοιαύτης τὸ φαιδρὸν πανηγύρεως.

17. [4] Διὰ τοῦτο τοῦ φήστου δίκας Μακεδόνιος 4
Ἀναστασίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης πέμψαι ἠθέλησεν. Ἐκωλύθη δὲ τοῦτο ὑπὸ βασιλέως ποιῆσαι. Φῆστος δὲ, ὡς λόγος, [5] ὑπέθετο λάθρα τῷ βασιλεῖ, 5
πεῖσαι τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον τῷ Ἑνωτικῷ Ζήνωνος ὑπογράψαι. ἐλθὼν δὲ εἰς Ῥώμην εὗρε τὸν ἐπίσκοπον [b] Ἀναστάσιον τελευτήσαντα. διὸ σπουδὴν b
ἐποιήσατο [6] διὰ γράμματα τὸ ζητούμενον ὑπογράψας. ὑποφθείρας γὰρ χρήμασι πλείονας, παρεσκευάσατο ψηφίσασθαι εἰς ἐπίσκοπον [7] παρὰ τὸ ἔθος, Ῥω- 7

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὸ ὠμοφόριον τὸ ἐπισκοπικὸν] Quæri non immerito poteſt, qua de cauſa Macedonius Conſtantinopolitanus Epiſcopus pallium ſibi auferri præceperit. Mihi quidem videtur id honoris Euphemii cauſa feciſſe, ne Euphemio præſente, & adhuc intra Eccleſiam conſiſtente, ipſe in Epiſcopatum ejus invaſiſſe videretur: Euphemius enim per vim depoſitus fuerat.

2 Εἰσελθεῖν πρὸς τὸν εὐφήμιον] Muſculus legiſſe videtur εἰσῆλθεν, quam ſcripturam magis probo. Apud Theophanem in Chronico pag. 121. legitur εἰσελθὼν, δανειζόμενός τι, &c.

3 Τῶν κορυφαίων ἀποστόλου] Scribendum puto τῶν ἀποστόλων κορυφαίου Πέτρου καὶ Παύλου. Petrus enim propriè & per excellentiam vocari ſolet à Græcis Coryphæus Apoſtolorum, ut jam alii obſervarunt. Interdum tamen Petrus ſimul ac Paulus coryphæi dicuntur Apoſtolorum. Ita Prudentius in libro περὶ στεφάνων.

Hic nempe jam regnant duo
Apoſtolorum Principes:
Alter vocatur gentium;
Alter Cathedram poſſidens
Primam, &c.

Quare ſcribendum erit hoc loco, τῶν κορυφαίων ἀποστόλων.

4 Διὰ τούτου τοῦ φήστου δίκας] Scribendum eſt procul dubio συνοδικὰς. Certe apud Nicephorum in libro 16. cap. 35. ubi hic Theodori locus deſcribitur, legitur τὰ συνοδικὰ, ſupple γράμματα. Apud Theophanem autem in Chronico, pag. 123. ſcriptum eſt τὸ συνοδικὸν in ſingulari numero. De his porro Synodicis literis multa obſervavit Bernardinus Ferrarius in libro ſecundo de Eccleſiaſticis literis, capite ſexto. Nonnulla etiam ſcripſi in libro tertio Obſervationum Eccleſiaſticarum ad Socratem atque Sozomenum.

5 Ὑπέθετο λάθρα τῷ βασιλεῖ] Muſculus legiſſe videtur ὑπέσχετο, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Feſtus vero, ſicut fertur, Imperatori clanculum pollicitus eſt, perſuaſurum ſe Romano Epiſcopo,* &c. Vulgatam tamen ſcripturam confirmat Nicephorus in capite triceſimo quinto libri 16. ubi hunc Theodori locum ita refert: ὁ δὲ φῆστος λάθρα μᾶλλον βασιλεῖ πεισθεὶς ὑπεδέδει ἱκανῶς ἔχειν τὸν Ἀναστάσιον τὸν πεφοιτηκότα Ῥώμης πείθειν τῷ ζήνωνος ἑνωτικῷ στιγμῇ, καὶ αὐτόχειρα τούτῳ ὑποσημαίνειν. Id eſt, ut Langus vertit: *Et Feſtus in ſecreto colloquio Imperatori ſignificavit, Anaſtaſium Romanum Antiſtitem ſe facile adducere poſſe, ut Zenonis Henotico aſſentiretur, eique manu ſua ſubſcriberet.* Certe verbum ὑπέθετο id ſignificat. Sic enim Theodorus noſter id verbum uſurpavit paulo ante, ubi de quodam ſicario agit, qui Euphemium occidere voluerat. Verum apud Theophanem in Chronico, pag. 123. ubi hic Theodori locus deſcribitur, legitur συνέθετο: quod quidem magis placet. Hæc autem duo verba longe diverſum efficiunt ſenſum. Prius enim illud ὑπέθετο, deſignat Feſtum id conſilium dediſſe Anaſtaſio Imperatori, ut perſuadere conaretur Anaſtaſio Papæ, ut Zenonis Henoticum ſuſciperet. Alterum autem verbum συνέθετο, denotat Feſtum ab Imperatore Anaſtaſio ſollicitatum, promiſiſſe ei, perſuaſurum ſe Anaſtaſio Papæ, ut Zenonis Henotico ſubſcriberet. Atque hic poſterior ſenſus verior videtur.

6 Διὰ γράμματα] Hunc locum Nicephorus ita expreſſit: διὸ σπουδὴν ἐποιεῖτο γράμματι τὸ ὑποσχημένον κρυπτογράφειν. Id eſt, ut vertit Langus, *Proinde operam dedit, ut vel per ſpeciem aut ſimulationem, ea quam pollicitus fuerat, ſubſcriptio perficeretur.* Ego vero ſcribendum eſſe exiſtimo διὰ χρίσματα, ut hic ſit ſenſus hujus loci. Feſtus Romam reverſus, cum Anaſtaſium Papam mortuum deprehendiſſet, ſchiſma in Eccleſia Romana excitavit, ut ejus occaſione perficeret id quod pollicitus fuerat Anaſtaſio Imperatori.

7 Παρὰ τὸ ἔθος Ῥωμαίων τινα] Dubitari non immerito poteſt, cur præter conſuetudinem id factum eſſe ſcribat Theodorus; an quia moris non erat, ut ex civibus Romanis eligeretur Epiſcopus urbis Romæ. Sed hoc dici non poteſt, cum & Anaſtaſius Papa qui paulo ante obierat, & multi ante illum Epiſcopi urbis Romæ facti ſint natione Romani, ut videre eſt in vitis Epiſcoporum Romanorum. Verba igitur illa, παρὰ τὸ ἔθος, non referuntur ad id quod proxime ſequitur. Referenda ſunt igitur potius ad id quod antecedit: ψηφίσασθαι εἰς ἐπίσκοπον παρὰ τὸ ἔθος. Neque enim hæc conſuetudo fuerat Romanorum in electione Epiſcopi urbis Romæ, ut decretum ſeu pſephiſma fieret de electione Pontificis Romani. Hujuſmodi enim decreta fiebant in electione Metropolitanorum, ut docet Canon 28. Synodi Chalcedonenſis. Sed neque hæc expoſitio mihi ſatisfacit. Nam & in Patriarcharum electione

VARIORUM.

a Οὗτος] Legendum ὕστως. *W. Lowth.*

b Ἀναστάσιον] Anaſtaſius II. Gelaſii ſucceſſor, ordinatus fuit die vigeſima quarta menſis Novembris, anni 496. Obiit pie ſeptima decima Novembris, anni 498. Vacavit ſedes dies quatuor. Tum ordinatus eſt Symmachus. *Pagius.*

μαι ὸν

μανόν τινα, ᾧ ὄνομα ἦν Λαυρέντιος. χειροτονεῖται οὖν ἐν δύο, ὑπὸ μὲν τῶν πλειόνων, ἐκ τῶν διακόνων Σύμμαχος· ἐξ ἑτέρων δὲ τῶν ἄλλων, Λαυρέντιος. δι' ἃς αἱ φόνοι, καὶ ἁρπαγαὶ, καὶ ἄλλα μυρία κακὰ κατ' αὐτὴν τὴν Ῥώμην γεγόνασιν. ὡσαύτως [a] τριῶν ἐνιαυτῶν διαμενουσῶν τῆς τοιαύτης συγχύσεως, Θευδέριχος ὁ Ἄφρος κρατῶν τότε τῆς Ῥώμης, εἰ καὶ Ἀρειανὸς ἦν, σύνοδον ἐπισκόπων ποιησάμενος, Συμμάχῳ μὲν τὴν ἐπισκοπὴν τῆς Ῥώμης ἐκύρωσεν· Λαυρέντιον δὲ εἰς μίαν ἐπισκοπὴν πόλεως ὀνόματι Νοκερίας ἐχειροτόνησεν. Λαυρέντιος δὲ οὐκ ἡσύχασεν, ἀλλ' ἔτι τῆς ἐπισκοπῆς Ῥώμης ἐφίετο. ὅθεν ὁ Σύμμαχος καθαιρεθῆναι τοῦτον, καὶ ἐξορισθῆναι παρεσκεύασεν. καὶ οὕτως ἡ στάσις ἐπαύσατο.

18. Θευδέριχος ὁ Ἄφρος, ἀδιάκονον τινὰ εἶχεν ὀρθόδοξον, ὃν πάνυ ἠγάπα καὶ ἔθαλπεν. οὗτος ὢν ὁ διάκονος νομίζων Θευδερίχῳ χαρίζεσθαι, τῆς τοῦ [2,3] ὁμοουσίου [2] πίστεως ἀποστάς, [3] τοῖς Ἀρείοις ἐφρόνησεν. γνοὺς δὲ τοῦτο Θευδέριχος, τὸν οὕτως ἀγαπώμενον εὐθέως ἀπεκεφάλισεν, εἰπών· εἰ τῷ Θεῷ πίστιν καὶ ἐφύλαξας, πῶς ἀνθρώπῳ φυλάξεις συνείδησιν ὑγιαίνουσαν;

19. Πέρσαι κινηθέντες κατὰ Ῥωμαίων, πολλῶν κατέδραμον πόλεων· καὶ μάλιστα Ἀμίδης. τοῦ δὲ [4] βασιλέως τοὺς Πέρσας σπονδὰς ποιησαντος, [4] καὶ Βάνοι τοῦ Πόντου κατέδραμον.

20. Ἀναστάσιος δὲ εἰς τὰ πολεμικὰ ἀσχολούμενος, τῆς κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐπαύσατο βίας. ὑπνα δὲ μικρὰν ἐκ τῶν πολεμίων ἄνεσιν ἔλαβεν, πάλιν [5] κατὰ τῆς ἐκκλησίας, καὶ Μακεδονίου ὡπλίζετο.

21. Πολλὰς ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος ἐκκλησίας ἐν Κωνσταντίνου πόλει ἀνέκτισεν.

Διὰ τὰς γινομένας ὑπὸ τοῦ λαοῦ στάσεις ἐν τῇ πόλει κατὰ τοῦ βασιλέως, ἐπενόησε τὸν ἔπαρ-

dam nomine Laurentius, Episcopus eligeretur. Duo itaque ordinati sunt. Et à majori quidem parte ordinatus est Symmachus, unus ex Diaconis: Ab aliis vero Laurentius. Quibus de causis cædes ac direptiones, & alia mala innumerabilia Romæ sunt perpetrata. Cumque hujusmodi perturbatio tres continuos annos in urbe Roma perseverasset, Theodoricus Afer qui tum Romæ regnabat, quamvis secta esset Arianus, collecta tamen Episcoporum synodo, Symmacho quidem Episcopatum urbis Romæ confirmavit: Laurentium vero cujusdam urbis, quæ Nuceria dicitur, Episcopum constituit. Laurentius tamen haudquaquam quievit, sed Episcopatum urbis Romæ adhuc ambire non destitit. Quam ob causam eum deponi & in exilium mitti curavit Symmachus. Atque hoc modo seditio consopita est.

18. Theodoricus Afer diaconum quemdam orthodoxum habuit, quem unice diligebat ac fovebat. Hic rem gratam Theodorico facturum se arbitratus, à consubstantialis fide discedens, Arii dogma amplexus est. Quod ubi comperit Theodoricus, statim ei quem tantopere diligebat, caput amputavit, his verbis usus. Si Deo fidem non servasti, quonam pacto sinceram conscientiam homini servaturus es?

19. Persæ, expeditione suscepta adversus Romanos, multas urbes, ac præcipue Amidam invaserunt. Postea vero cum Imperator Anastasius fœdus cum Persis fecisset, Tzani quoque in Pontum excursiones fecerunt.

20. Porro Anastasius, quamdiu quidem bellicis rebus districtus tenebatur, ab Orthodoxorum persecutione abstinuit. Postquam vero paululum à bellicis occupationibus respiravit, denuo adversus Ecclesias, & contra Macedonium insurrexit.

21. Anastasius Imperator multas Ecclesias Constantinopoli instauravit. Ceterum ob crebras populi seditiones quæ in urbe regia adversus ipsum fiebant, excogitavit Anastasius, ut præfectus urbis pone

VALESII ANNOTATIONES.

decretum fieri consueverat, & omnium Episcoporum subscriptione firmari, ut docet Theodoritus in lib. 2. Hist. cap. 31. agens de ordinatione Meletii Antiochensis episcopi. Dicendum igitur est potius, tunc præter consuetudinem id evenisse, ut uno jam electo Pontifice, alter supereligeretur episcopus. Quod quidem raro admodum Romæ contigisse fatendum est, præterquam in Pontificatu Damasi.

1 Θευδέριχος ὁ Ἄφρος] Quæret hic quispiam, cur Theodoricus Gothorum Rex Afer dicatur. Sic enim cognominatur, non solum à Theodoro nostro, sed etiam à Theophane ac Nicephoro. Equidem fateor hujus cognomenti causam mihi prorsus ignotam esse. Græci quidem Theodoricum hunc Valamerem cognominant, eo quod Valameris Regis Gothorum filius esset, aut potius nepos. An fortasse Vafer cognominatus est, ob eximiam prudentiam atque astutiam: quod cognomentum postea Græci in Ἄφρος mutarunt: cum Vafrum idem esse cum Afro existimarent. Sed hæc levis conjectura est.

2 Πίστεως ἀποστὰς] Scribendum est procul dubio ἀποστὰς, ut legitur apud Suidam in voce Θευδέριχος, ubi hic Theodori locus describitur. Eandem historiam ex Theodoro nostro describit Nicephorus in cap. 35. libri 16. Verum ejus Interpres gravi contumelia affecit Theodoricum, dum eum puerorum amore arsisse fingit: quod tamen non dicit Nicephorus. Sic enim ille: Ἀδιάκονός τις τῇ ὑγιαινούσῃ πίστει σοιχῶν, θερμαινῶς ἠγαπᾶτο τῷ Ἄφρῳ, καὶ παντὸς τοῦ ἡδέντος παρ' ἐκείνου ἀπήλαυε. Quæ sic vertenda erant: *Ministrum quemdam, Catholicæ fidei sectatorem, Theodoricus Afer mirum in modum adamabat, & cuncta quæ ille juncunda essent, promptissime tribuebat.*

3 Τοῖς ἀρείου ἐφρόνησεν] Rectius apud Suidam scribitur, τὰ ἀρείου ἐφρόνησεν.

4 Καὶ βάνοι τῆ πόντου κατέδραμον] Scribendum procul dubio est καὶ τζάνοι. Tzani, seu Zani populi erant Lazis finitimi & Armeniis: de quibus multa scripsi in Annotationibus ad librum 25. Ammiani Marcellini, haud procul ab initio. Hoc autem mendum natum est ex affinitate literarum: nam τζ'. & β magnam inter se habent similitudinem.

5 Κατὰ τῆς ἐκκλησίας, κατὰ τοῦ Μακεδονίου] Lego κατὰ τῆς ἐκκλησίας, καὶ Μακεδονίου. Vide Theophanem pagina 128.

VARIORUM.

a Τριῶν ἐνιαυτῶν] Male vertit Valesius, *tres continuos annos*, cum tertio anno nondum completo seditio sopita fuerit, inquit Pagius ad ann. 500. n. 8. *W. Lowth.*

que Macedonio permiſſum fuiſſet ab Imperatore ut verbum ſecuritatis præſtaret Euphemio, rem laude dignam geſſit. Euphemio enim in Eccleſiæ baptiſterio adhuc commorante, diacono ſuo præcepit ut Epiſcopale pallium ipſi auferret: Atque ita ad Euphemium acceſſit. Pecuniam quoque mutuatus ſub uſuris, Euphemio ad eos qui cum illo erant alendos ac ſuſtentandos donavit.

16. Feſtus quidam Senator urbis Romæ, ob civilia quædam negotia ad Imperatorem Anaſtaſium miſſus, cum veniſſet Conſtantinopolim, hortatus eſt, ut principis Apoſtolorum Petri ac Pauli memoria magno cum honore cultuque celebraretur. Quamvis igitur antea quoque celebrata fuiſſet; deinceps poſt petitionem Feſti, longe majori ſplendore ea feſtivitas peracta eſt.

17. Macedonius ſynodicas literas ad Anaſtaſium Romanæ urbis Epiſcopum per hunc ipſum Feſtum mittere decreverat. Sed ne id faceret, prohibitus eſt ab Imperatore. Porro Feſtus occulte, ut aiunt, Imperatori ſuggeſſerat, ut Epiſcopo Romano perſuaderet ut Zenonis Henotico ſubſcriberet. Sed cum Romam veniſſet, Anaſtaſium Epiſcopum jam mortuum reperit. Quare operam dedit, ut per ſchiſma promotus Edicto illi ſubſcriberet. Multis igitur pecunia corruptis, effecit, ut præter receptum morem Romanus qui-

ἀπάγεται. Ἐπιτραπεὶς δὲ τὸν λόγον διοικῆσαι ὁ Μακεδόνιος, ἐπαινετόν τι σκεψάμενος, ἐν τῷ βαπτιστηρίῳ τοῦ Εὐφημίου ὄντος, τὸ ὠμοφόριον τὸ 1
ἐπισκοπικὸν ἑαυτῷ ἀφαιρεθῆναι ὑπὸ τοῦ Διακόνου προστάξας, καὶ [a] οὗτος [2] εἰσελθεῖν πρὸς τὸν Εὐ- a 2
φήμιον. δανεισάμενος δὲ χρήματα, δέδωκε τοῖς Εὐφημίῳ εἰς δαπάνας τῶν σὺν αὐτῷ.

16. Φῆστος τις τῶν τῆς συγκλήτου Ῥώμης, πρὸς βασιλέα ταλεὶς Ἀναστάσιον διά τινας χρείας πολιτικὰς, ἐλθὼν εἰς τὴν βασιλίδα, [3] τῶν κορυφαίων 3
Ἀποστόλου Πέτρου καὶ Παύλου τιμῇ μνήμῃ, σὺν πολλῇ τιμῇ καὶ σεβάσματι παρεκάλεσε γίνεσθαι. Ἐπιτελουμένης δὲ καὶ πρότερον, πλεῖον ἐξ αἰτήσεως Φήστου, πολλῷ πλέον ηὐξήνθη τῆς τοιαύτης τὸ Φαιδρὸν πανηγύρεως.

17. [4] Διὰ τοῦτο τοῦ Φήστου δίκας Μακεδόνιος 4
Ἀναστασίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης πέμψαι ἠθέλησεν. Ἐκωλύθη δὲ τοῦτο ποιῆσαι βασιλέως. Φῆστος δὲ, ὡς λόγος, [5] ὑπέθετο λάθρα τῷ βασιλεῖ, 5
πεῖσαι τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον τῷ Ἑνωτικῷ Ζήνωνος ὑπογράψαι. ἐλθὼν δὲ εἰς Ῥώμην εὗρε τὸν ἐπίσκοπον [b] Ἀναστάσιον τελευτήσαντα. διὸ σπουδὴν b
ἐποιήσατο [6] διὰ γράμματα τὸ ζητούμενον ὑπογράψαι. ἐφθείρας γὰρ χρήμασι πλείονας, παρεσκεύασε ψηφίσασθαι εἰς ἐπίσκοπον [7] παρὰ τὸ ἔθος, Ῥω- 6 7

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τὸ ὠμοφόριον τὸ ἐπισκοπικὸν] Quæri non immerito poteſt, qua de cauſa Macedonius Conſtantinopolitanus Epiſcopus pallium ſibi auferri præceperit. Mihi quidem videtur id honoris Euphemii cauſa feciſſe, ne Euphemio præſente, & adhuc intra Eccleſiam conſiſtente, ipſe in Epiſcopatum ejus invaſiſſe videretur: Euphemius enim per vim depoſitus fuerat.

2 Εἰσελθεῖν πρὸς τὸν εὐφήμιον] Muſculus legiſſe videtur εἰσῆλθεν, quam ſcripturam magis probo. Apud Theophanem in Chronico pag. 121. legitur εἰσελθὼν, δανειζόμενός τι, &c.

3 Τῶν κορυφαίων Ἀποστόλου] Scribendum puto τῶν Ἀποστόλων κορυφαίου Πέτρου καὶ Παύλου. Petrus enim propriè & per excellentiam vocari ſolet à Græcis Coryphæus Apoſtolorum, ut jam alii obſervarunt. Interdum tamen Petrus ſimul ac Paulus coryphæi dicuntur Apoſtolorum. Ita Prudentius in libro περὶ στεφάνων.

Hic nempe jam regnant duo
Apoſtolorum Principes:
Alter vocatur gentium;
Alter Cathedram poſſidens
Primam, &c.

Quare ſcribendum erit hoc loco, τῶν κορυφαίων Ἀποστόλων.

4 Διὰ τούτου τοῦ Φήστου δίκας] Scribendum eſt procul dubio συνοδικὰς. Certe apud Nicephorum in libro 16. cap. 35. ubi hic Theodori locus deſcribitur, legitur τὰ συνοδικὰ, ſupple χράμματα. Apud Theophanem autem in Chronico, pag. 123. ſcriptum eſt τὸ συνοδικὸν in ſingulari numero. De his porro Synodicis literis multa obſervavit Bernardinus Ferrarius in libro ſecundo de Eccleſiaſticis literis, capite ſexto. Nonnulla etiam ſcripſi in libro tertio Obſervationum Eccleſiaſticarum ad Socratem atque Sozomenum.

5 Ὑπέθετο λάθρα τῷ βασιλεῖ] Muſculus legiſſe videtur ὑπέσχετο, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Feſtus vero, ſicut fertur, Imperatori clanculum pollicitus eſt, perſuaſurum ſe Romano Epiſcopo, &c.* Vulgatam tamen ſcripturam confirmat Nicephorus in capite triceſimo quinto libri 16. ubi hunc Theodori locum ita refert: ὁ δὲ Φῆστος λάθρα μᾶλλον βασιλεῖ τοιοῦτόν τι ὑπεπίθει ἱκανῶς ἔχειν καὶ Ἀναστάσιον τὸν τοιοῦτον Ῥώμης πείθειν τῷ ζήνωνος ἑνωτικῷ στηλιτεῦσαι, καὶ αὐτόχειρα τούτῳ ὑποσημαίνειν. Id eſt, ut Langus vertit: *Et Feſtus in ſecreto colloquio Imperatori ſignificavit, Anaſtaſium Romanum Antiſtitem ſe facile adducere poſſe, ut Zenonis Henotico aſſentiretur, eique manu ſua ſubſcriberet.* Certe verbum ὑπέθετο id ſignificat. Sic enim Theodorus noſter id verbum uſurpavit paulo ante, ubi de quodam ſicario agit, qui Euphemium occidere voluerat. Verum apud Theophanem in Chronico, pag. 123. ubi hic Theodori locus deſcribitur, legitur συνέθετο: quod quidem magis placet. Hæc autem duo verba longe diverſum efficiunt ſenſum. Prius enim illud ὑπέθετο, deſignat Feſtum id conſilium dediſſe Anaſtaſio Imperatori, ut perſuadere conaretur Anaſtaſio Papæ, ut Zenonis Henoticum ſuſciperet. Alterum autem verbum συνέθετο, denotat Feſtum ab Imperatore Anaſtaſio ſollicitatum, promiſiſſe ei, perſuaſurum ſe Anaſtaſio Papæ, ut Zenonis Henotico ſubſcriberet. Atque hic poſterior ſenſus verior videtur.

6 Διὰ χρήματα] Hunc locum Nicephorus ita expreſſit: διὸ σπουδὴν ἐποιεῖτο χρήμασι τὸ ὑποσχημένον κρυπτοχάρειν. Id eſt, ut vertit Langus, *Proinde operam dedit, ut vel per ſpeciem aut ſimulationem, ea quam pollicitus fuerat, ſubſcriptio perficeretur.* Ego vero ſcribendum eſſe exiſtimo διὰ χάσματα, ut hic ſit ſenſus hujus loci. Feſtus Romam reverſus, cum Anaſtaſium Papam mortuum deprehendiſſet, ſchiſma in Eccleſia Romana excitavit, ut ejus occaſione perficeret id quod pollicitus fuerat Anaſtaſio Imperatori.

7 Παρὰ τὸ ἔθος Ῥωμαίων τινα] Dubitari non immerito poteſt, cur præter conſuetudinem id factum eſſe ſcribat Theodorus; an quia moris non erat, ut ex civibus Romanis eligeretur Epiſcopus urbis Romæ. Sed hoc dici non poteſt, cum & Anaſtaſius Papa qui paulo ante obierat, & multi ante illum Epiſcopi urbis Romæ facti ſint natione Romani, ut videre eſt in vitis Epiſcoporum Romanorum. Verba igitur illa, παρὰ τὸ ἔθος, non referuntur ad id quod proxime ſequitur. Referenda ſunt igitur potius ad id quod antecedit: ψηφίσασθαι εἰς ἐπίσκοπον παρὰ τὸ ἔθος. Neque enim hæc conſuetudo fuerat Romanorum in electione Epiſcopi urbis Romæ, ut decretum ſeu pſephiſma fieret de electione Pontificis Romani. Hujuſmodi enim decreta fiebant in electione Metropolitanorum, ut docet Canon 28. Synodi Chalcedonenſis. Sed neque hæc expoſitio mihi ſatisfacit. Nam & in Patriarcharum electione

VARIORUM.

a Οὗτος] Legendum ἕως. *W. Lowth.*

b Ἀναστάσιον] Anaſtaſius II. Gelaſii ſucceſſor, ordinatus fuit die vigeſima quarta menſis Novembris, anni 496. Obiit pie ſeptima decima Novembris, anni 498. Vacavit ſedes dies quatuor. Tum ordinatus eſt Symmachus. *Pagius.*

μαιὸν

μανόν τινα, ᾧ ὄνομα ἦν Λαυρέντιος. χειροτονεῖται οὖν δύο, ὑπὸ μὲν τῶν πλειόνων, ὁ τῶν Ἀγακόνων Σύμμαχος· ἐκ τῶν ἄλλων, Λαυρέντιος. δι' ὃς αἱ φόνοι, αἱ ἁρπαγαί, αἱ ἄλλα μυρία κακὰ κατ' τὴν Ῥώμην γεγόνασιν. ὡσαύτως [a] τριῶν ἐνιαυτῶν διαμενόντων τῆς τοιαύτης συγχύσεως, [1] Θευδέριχος ὁ Ἄφρος κρατῶν τότε τῆς Ῥώμης, εἰ καὶ Ἀρειανὸς ἦν, σύνοδον ἐπισκόπων ποιησάμενος, Συμμάχῳ μὲν τὴν ἐπισκοπὴν τῆς Ῥώμης ἐκύρωσεν· Λαυρέντιον δὲ εἰς μίαν ἐπισκοπὴν πόλεως ὀνόματι Νοκερίας ἐνεθρόνισεν. Λαυρέντιος δὲ οὐχ ἡσύχασεν, ἀλλ' ἔτι τῆς ἐπισκοπῆς Ῥώμης ἐφίετο. ὅθεν ὁ Σύμμαχος καθαιρεθείας τοῦτον, καὶ ἐξορισθείας παρεσκεύασεν. καὶ οὕτως ἡ στάσις ἐπαύσατο.

18. Θευδέριχος ὁ Ἄφρος, Ἀγάκονον τινὰ εἶχεν ὀρθόδοξον, ὃν πάνυ ἠγάπα καὶ ἔθαλπεν. οὗτος ὢν ὁ διάκονος νομίζων Θευδερίχῳ χαρίζεσθαι, τῆς τοῦ [2,3] ὁμοουσίου [2] πίστεως ἀποστὰς, [3] τοῖς Ἀρείου ἐφρόνησεν. γνοὺς δὲ τοῦτο Θευδέριχος, τὸν οὕτως ἀγαπώμενον εὐθέως ἀπεκεφάλισεν, εἰπών· εἰ τῷ Θεῷ πίστιν καὶ ἐφύλαξας, πῶς ἀνθρώπῳ Φυλάξεις συνείδησιν ὑγιαίνουσαν;

19. Πέρσαι κινηθέντες κατὰ Ῥωμαίων, πολλῶν κατέδραμον πόλεων· καὶ μάλιστα Ἀμίδης. τοῦ δὲ [4] βασιλέως τοὺς Πέρσας σπονδὰς ποιήσαντος, [4] καὶ Βάνοι τοῦ Πόντου κατέδραμον.

20. Ἀναστάσιος δὲ εἰς τὰ πολεμικὰ ἀσχολούμενος, τῆς κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐπαύσατο βίας. ὀλίγα δὲ μικρὰν ἐπὶ τῶν πολεμίων ἄνεσιν ἔλαβεν, πάλιν [5] κατὰ τῆς ἐκκλησίας, τοῦ Μακεδονίου ὡπλίζετο.

21. Πολλὰς ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος ἐκκλησίας ἐν Κωνσταντίνου πόλει ἀνέκτισεν.

Διὰ τὰς γινομένας ὑπὸ τοῦ λαοῦ στάσεις ἐν τῇ πόλει κατὰ τοῦ βασιλέως, ἐπενόησε τὸν ἔπαρχον

dam nomine Laurentius, Episcopus eligeretur. Duo itaque ordinati sunt. Et à majori quidem parte ordinatus est Symmachus, unus ex Diaconis: Ab aliis vero Laurentius. Quibus de causis cædes ac direptiones, & alia mala innumerabilia Romæ sunt perpetrata. Cumque hujusmodi perturbatio tres continuos annos in urbe Roma perseverasset, Theodoricus Afer qui tum Romæ regnabat, quamvis secta esset Arianus, collecta tamen Episcoporum synodo, Symmacho quidem Episcopatum urbis Romæ confirmavit: Laurentium vero cujusdam urbis, quæ Nuceria dicitur, Episcopum constituit. Laurentius tamen haudquaquam quievit, sed Episcopatum urbis Romæ adhuc ambire non destitit. Quam ob causam eum deponi & in exilium mitti curavit Symmachus. Atque hoc modo seditio consopita est.

18. Theodoricus Afer diaconum quemdam orthodoxum habuit, quem unice diligebat ac fovebat. Hic rem gratam Theodorico facturum se arbitratus, à consubstantialis fide discedens, Arii dogma amplexus est. Quod ubi comperit Theodoricus, statim ei quem tantopere diligebat, caput amputavit, his verbis usus. Si Deo fidem non servasti, quonam pacto sinceram conscientiam homini servaturus es?

19. Persæ, expeditione suscepta adversus Romanos, multas urbes, ac præcipue Amidam invaserunt. Postea vero cum Imperator Anastasius fœdus cum Persis fecisset, Tzani quoque in Pontum excursiones fecerunt.

20. Porro Anastasius, quamdiu quidem bellicis rebus districtus tenebatur, ab Orthodoxorum persecutione abstinuit. Postquam vero paululum à bellicis occupationibus respiravit, denuo adversus Ecclesias, & contra Macedonium insurrexit.

21. Anastasius Imperator multas Ecclesias Constantinopoli instauravit. Ceterum ob crebras populi seditiones quæ in urbe regia adversus ipsum fiebant, excogitavit Anastasius, ut præfectus urbis pone

VALESII ANNOTATIONES.

decretum fieri consueverat, & omnium Episcoporum subscriptione firmari, ut docet Theodoritus in lib. 2. Hist. cap. 31. agens de ordinatione Meletii Antiochensis episcopi. Dicendum igitur est potius, tunc præter consuetudinem id evenisse, ut uno jam electo Pontifice, alter supereligeretur episcopus. Quod quidem raro admodum Romæ contigisse fatendum est, præterquam in Pontificatu Damasi.

1 Θευδέριχος ὁ Ἄφρος] Quæret hic quispiam, cur Theodoricus Gothorum Rex Afer dicatur. Sic enim cognominatur, non solum à Theodoro nostro, sed etiam à Theophane ac Nicephoro. Equidem fateor hujus cognomenti causam mihi prorsus ignotam esse. Græci quidem Theodoricum hunc Valamerem cognominant, eo quod Valameris Regis Gothorum filius esset, aut potius nepos. An fortasse Vafer cognominatus est, ob eximiam prudentiam atque astutiam: quod cognomentum postea Græci in Ἄφρος mutarunt: cum Vafrum idem esse cum Afro existimarent. Sed hæc levis conjectura est.

2 Πίστεως ἀποστὰς] Scribendum est procul dubio ἀποστὰς, ut legitur apud Suidam in voce Θευδέριχος, ubi hic Theodori locus describitur. Eandem historiam ex Theodoro nostro describit Nicephorus in cap. 35. libri 16. Verum ejus Interpres gravi contumelia affecit Theodoricum, dum eum puerorum amore arsisse fingit: quod tamen non dicit Nicephorus. Sic enim ille: Ἀγάκονός τις τῇ ὑγιαινούσῃ πίστει στοιχῶν, ὡδεμανῶς ἠγαπᾶτο τῷ Ἄφρῳ, καὶ παντὸς τοῦ ἡδέντος παρ' ἐκείνου ἀπήλαυε. Quæ sic vertenda erant: *Ministrum quemdam, Catholicæ fidei sectatorem, Theodoricus Afer mirum in modum adamabat, & cuncta quæ ille juncunda essent, promptissime tribuebat.*

3 Τοῖς ἀρείου ἐφρόνησεν] Rectius apud Suidam scribitur, τὰ ἀρείου ἐφρόνησεν.

4 Καὶ βάνοι τῶ πόντου κατέδραμον] Scribendum procul dubio est καὶ τζάνοι. Tzani, seu Zani populi erant Lazis finitimi & Armeniis: de quibus multa scripsi in Annotationibus ad librum 25. Ammiani Marcellini, haud procul ab initio. Hoc autem mendum natum est ex affinitate literarum: nam τζ'. & β magnam inter se habent similitudinem.

5 Κατὰ τῆς ἐκκλησίας, κατὰ τοῦ Μακεδονίου] Lego κατὰ τῆς ἐκκλησίας, καὶ Μακεδονίου. Vide Theophanem pagina 128.

VARIORUM.

a Τριῶν ἐνιαυτῶν] Male vertit Valesius, *tres continuos annos*, cum tertio anno nondum completo seditio sopita fuerit; inquit Pagius ad ann. 500. n. 8. *W. Lowth.*

sequeretur in publicis supplicationibus. Timebat enim zelum eorum qui pro quarta synodo tumultuabantur. Atque hic mos ab eo tempore deinceps invaluit.

22. Inimici Macedonii, Ascholium quemdam subornarunt, qui districto gladio Macedonium impeteret. Macedonius vero lenitatem animi sui declarans, munera ei dari præcepit. Idem etiam erga sacrilegos quosdam ab illo factum est.

23. Heliæ Hierosolymorum Episcopo præcepit Imperator Anastasius, ut synodum Episcoporum qui sub ipso erant, colligeret, & quartam synodum condemnaret. Helias vero, synodum quidem Episcoporum minime convocavit. Ipse vero solus Imperatori rescribens, Nestorium & Eutychem, Diodorum item ac Theodorum anathematizavit, & synodum Chalcedonensem.

24. His ita gestis, Anastasius Macedonium violentius urgere cœpit, ut ipse quoque idem faceret. Macedonius vero absque universali synodo, cui Romanus Episcopus præsideret, nihil se facturum esse respondit. Hac de causa Imperatoris odium adversus Macedonium excitatum est. Itaque Imperator, eos quidem qui ad magnam Ecclesiam confugerent, abripi permisit. Hæreticorum autem Ecclesiis libertatem & asyli jus tribuit.

25. Deuterius Arianorum apud Constantinopolim Episcopus, cum quemdam Barbam ita dictum baptizaret, Domini traditionem respuens, ausus est inter baptizandum dicere: Baptizatur Barba, in nomine Patris per Filium in sancto Spiritu. Quibus dictis, aqua quæ in piscina erat, statim evanuit; Barba vero confestim inde ausugiens, rem cunctis declaravit.

χον τῆς πόλεως [1]ἀκολουθεῖν ταῖς λιταῖς. ἐφοβεῖτο 1
γὰρ [2]τὸν ὑπὸ τῆς τετάρτης συνόδου ζῆλον τῶν 2
τὰς ἐπελάσεις ποιουμένων. ὅθεν λοιπὸν, ἐξ ἐκείνου
ἔθος ἐγένετο.

22. [3]Εὐχώλιον πινὰ παρεσκεύασαν οἱ ἐχθροὶ 3
τοῦ Μακεδονίου μάχαιραν κατ' αὐτοῦ σπάσασθαι.
Μακεδόνιος δὲ τὸ πρᾶον ἐπιδειξάμενος, δόματα
δοθῆναι Εὐχωλίῳ προσέταξε. τὸ ὅμοιον δὲ, καὶ
εἰς πινὰς ἱεροσύλους ἐποίει.

23. Ηλίᾳ τῷ ἐπισκόπῳ τῶν Ἱεροσολύμων
προσέταξε βασιλεὺς, συνόδου ἀθροῖσαι τῶν ὑπ'
αὐτὸν, καὶ κατὰ τῆς τετάρτης συνόδου ψηφίσα-
σθαι. Ἡλίας δὲ σύνοδον μὲν οὐ συνέθροισεν. [4]αὐτὸς 4
δὲ μόνος * ἀναθεματίζων Νεστόριον καὶ Εὐτυχῆ,
Διόδωρον, καὶ Θέοδωρον, [5a]καὶ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον. 5a

24. Τούτων γινομένων, σφόδρα ὁ βασιλεὺς Μα-
κεδονίῳ ἐπέκειτο πρᾶξαι τὰ ὅμοια. ὁ δὲ, χωρὶς
οἰκουμενικῆς συνόδου ἐχούσης προέδρου τὸν τῆς με-
γάλης Ῥώμης ἐπίσκοπον, οὐδὲν ποιεῖν ἔλεγεν· ὅθεν
εἰς ἔχθραν τὸν βασιλέα ἐκίνησε. καὶ τοὺς μὲν
προσφεύγοντας τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἀπασπάσας
παρεσκεύαζεν· ταῖς δὲ τῶν αἱρετικῶν ἐκκλησίαις
ὅρους παῤῥησίας παρέχετο.

25. Δευτέριος τῶν Ἀρειανῶν ἐπίσκοπος ἐν Κων-
σταντίνου πόλει, [6]βαπτίζων πινὰ Βάρβαρον οὕτω λε- 6
γόμενον, ἀθετῶν τὴν τοῦ κυρίου παράδοσιν, εἰπεῖν
ἐτόλμησεν ὡς ἐβάπτιζεν· βαπτίζεται Βάρβας εἰς τὸ
ὄνομα τοῦ Πατρὸς, διὰ Υἱοῦ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι.
οὔπινος λεχθέντος, τὸ ὕδωρ ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ
γέγονεν ἀφανές. ὁ δὲ Βάρβας φυγὼν ἐξῆλθε, καὶ
πᾶσι τὸ θαῦμα ἐποίει γνώριμον.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀκολουθεῖν ταῖς λιταῖς] Idem scribit Theophanes in Chronico pag. 128. ubi non probo versionem Interpretis, qui sic vertit: *Ut Præfectus in conventibus Ecclesiasticis, vel publicis processionibus Imperatorem pone sequeretur, novo commento Anastasius edixit.* Atqui Theophanes non dicit Præfectum urbis à tergo Imperatorem secutum esse; sed simpliciter jussum esse sequi. Non igitur Imperatorem sequebatur à tergo Præfectus urbi, sed populum urbis Constantinopolitanæ, ne forte seditionem commoveret. Neque enim semper Imperator supplicationibus publicis intererat.

2 Τὸν ὑπὸ τῆς πτάρτης συνόδου ζῆλον] Lego τὸν ὑπὲρ τῆς πτάρτης, &c.

3 Εὐχώλιόν πινα] Melius apud Theophanem in Chronico pag. 128. scriptum est ἀχόλιον; vel ut quidam manuscripti codices habent, ἀχόλιον. Sic Acholius Thessalonicensis Episcopus, qui Theodosii senioris temporibus floruit, à quibusdam Acholius, ab aliis Ascholius nominatur. Eucholius autem Græcum non est.

4 Αὐτὸς δὲ μόνος] Post hæc verba in editione Roberti Stephani lacuna est trium circiter verborum capax, quam ex Theophanis Chronico pag. 129. ita suppleo. αὐτὸς δὲ μόνος ἀντέγραψε τῷ βασιλεῖ ἀναθεματίζων, &c. Id est, *ipse vero solus rescripsit Imperatori, anathematizans,* &c.

5 Καὶ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον] Corrigendum est Theophanis Chronicum, pag. 130. in quo ita legitur: καὶ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον ἀποδεχόμενος. Vox illa ἀποδεχόμενος adjecta esse videtur à quodam Heliæ Hierosolymitani Escopi fautore, qui illum culpa liberare satagebat. Verum ipse Theophanes paulo post, hanc adjectionem refutat, & quartam Synodum Chalcedonensem ab Helia Hierosolymitano Episcopo condemnatam fuisse testatur. Sic enim scribit in eadem pagina: ὁ δὲ βασιλεὺς Μακεδόνιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἠνάγκιζεν ἀναθεματίσαι τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον καθάπερ καὶ Ἡλίας Ἱεροσολύμων. Et iterum pagina 131. ἡλίας δὲ ὁ Ἱεροσολύμων καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἔγραψεν ἀποβάλλεσθαι. Id est: *Helias vero Hierosolymorum Episcopus, Chalcedonensem Synodum rejicere se scripto testatus est.* Delenda est igitur in Theophane vox ἀποδεχόμενος, quæ nec in codice Palatino habetur. Scio quidem Anastasium Bibliothecarium eam vocem in versione sua expressisse. Verum ejus interpretationem refutant ipsius Theophanis verba, quæ superius protulimus.

6 Βαπτίζων πινὰ βάρβαρον] Sic etiam legitur apud Theophanem in Chronico pag. 130. Verum ibi Vaticanus codex rectius scriptum habet βάρβαν. Certe paulo post in Theodoro nostro dicitur βάρβας. Victor Tunonensis in Chronico, ipsum Episcopum Arrianum ita appellat; sic enim scribit: *Patritio & Hypatio Coss. Barbas quidam Ariani erroris Episcopus, dum præsumit contra regulam supra baptizandum dicere: Baptizat te Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto: protinus aqua ex qua futurus erat baptizare hominem, nusquam comparuit: vas vero ipsum in quo aqua erat, confractum est.* Vide Cedrenum ad annum 20. Anastasii.

VARIORUM.

a Καὶ τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον] Apud rigidiores Catholicos, à quibus hæc accepit Theodorus, idem erat synodum Chalcedonensem non recipere, ac Diodorum & Theodorum, qui in eo Concilio approbati sunt, damnare. Pagius ad ann. 491. n. 8. *W. Lowth.*

26. Πολ-

26. Πολλοὺς ὁ βασιλεὺς τῆ Μακεδονίῳ τρόπους
1 ἐπενόει. οἱ δ' ἀποχίσοι ὄχλον μαθητὴν συναθροίσαντες, τῇ κυριακῇ εἰσῆλθον εἰς τὸν ναὸν τοῦ Ἀρχαγγέλου, τῷ ἐν τῷ παλατίῳ· καὶ τὸν Ψαλτῶν τὸ τερσάγιον λεγόντων, ὅτι μεθ' ἡμῶν ἡ τοῦ σταυρωθέντος δι' ἡμᾶς, ἀπεκρίνοντο ἔψαλλον. τῇ δὲ ἐπιούσῃ κυριακῇ, τὰ ὅμοια ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἐποίησαν μετὰ βάκλων εἰσελθόντες. ὁ δὲ λαὸς ζηλώσας, τὰ μὲν πρῶτα, φωναῖς ἀντέκραζον κράζουσι, καὶ ὑβρίζουσι ἀνθύβριζον. 2 ὕστερον δὲ μετὰ πολλῶν· ὁ βασιλεὺς λοιπὸν ἀπροκαλύπτως 3 τῆ Μακεδονίου κείμενος, πολλὰ μὲν τοὺς μοναχοὺς τοὺς ἀποχίσας, πολλὰ δὲ τοὺς ἄρχοντας παρεσκεύαζεν, ὕβρεσιν ἀσέμνοις μετὰ κραυγῶν βάλλειν τὸν ἐπίσκοπον. μεθ' ὧν ἦν καὶ Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος Ἁλικαρνασσοῦ τῆς Καρίας, καὶ Σεβῆρος ὁ μοναχός. οἱ καὶ τῆς πίστεως, καὶ ἑαυτῶν γεγενημένοι πολέμιοι.

Ὁ λαὸς σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, πλῆθος ἄπειρον, τοῖς ἡγουμένοις τῶν μοναχῶν συναθροισθεὶς ἀφ' ὅλης τῆς πόλεως ἔκραζον. καιρὸς Χριστιανοὶ μαρτυρίου. τὸν πατέρα μηδεὶς καταλίπῃ. ὕβριζον δὲ τὸν βασιλέα, Μανιχαῖον ἀποκαλοῦντες, καὶ τῆς βασιλείας ἀνάξιον. ἐν οἷς ὁ βασιλεὺς φοβηθεὶς, τὰς πύλας τοῦ βασιλείου πανταχόθεν ἀπέκλεισεν, καὶ πλοῖα εἰς τὸ φυγεῖν, τῷ παλατίῳ παρέστησεν.

27. Ὁ βασιλεὺς ὁ πρώην ὀμόσας μὴ ἰδεῖν Μακεδόνιον ἐπὶ τῷ προσώπῳ, πέμψας παρεκάλει τοῦτον ἀσπάσασθαι. ὁ δὲ λαὸς, εἰσερχομένου τὸν τῶν μοναστηρίων διεμαρτύρατο· τὸν πατέρα μεθ' ἡμᾶς ἔχομεν. καὶ οἱ τῶν σχολῶν δι' ὅσων ἦλθεν εὐφημοῦντες ἐδέχοντο. καὶ εἰσελθὼν, ἦλεγξεν Ἀναστάσιον, ὡς τῆς ἐκκλησίας πολέμιον. ὁ δὲ μετὰ ὑποκρίσεως ἔδοξεν ἐνθάδε τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ τῷ ἐπισκόπῳ.

28. Ὑπολαβὼν ὁ βασιλεὺς ὅτι εἴπερ κριθείη ὁ Μακεδόνιος, ὁ λαὸς ὡς ἀθώου ἀντιλήψεται, νυκτὸς αὐτὸν μετὰ βίας ἐπὶ τὴν Καλχηδόνα ἐξέπεμψεν· κἀκεῖθεν ἀπεπέμφθη καὶ Εὐχαΐτοις προστάξεν. τῇ δὲ ἑξῆς προεβάλετο εἰς ἐπίσκοπον Τιμόθεον τινὰ, πρεσβύτερον τῆς ἐκκλησίας καὶ σκευοφύλακα· ὃν

26. Multas fraudes atque insidias adversus Macedonium Imperator excogitavit. Schismatici vero cum turbam perditorum hominum mercede conductam in unum congregassent, die Dominico ingressi sunt in ædem Archangeli quæ est in palatio. Cumque Psaltæ hymnum Tersanctum canerent, ipsi cum appendice illa: Qui crucifixus es pro nobis: respondentes cecinerunt. Sequenti item dominica, in magna Ecclesia idem fecere, cum baculis introgressi. Populus vero zelo succensus, primo quidem voce tenus, clamantibus reclamare, & conviciantibus convicia regerere cœpit. Postea vero plagis eos ac verberibus affecit. Post hæc Imperator aperte Macedonium impugnans, nunc schismaticis Monachis, nunc Magistratibus auctor fuit, ut turpibus conviciis inclamantes Episcopum appeterent. Inter hos erat Julianus Episcopus Halicarnassi urbis Cariæ, & Severus Monachus; qui & fidei, & suimet ipsorum hostes extiterunt. Populi vero innumerabilis multitudo cum uxoribus ac liberis, adjunctis sibi Præfectis orthodoxorum Monachorum, per vicos urbis conclamabat: Christiani, tempus adest martyrii. Nemo patrem deserat. Conviciabantur etiam Imperatori, Manichæum illum vocantes & indignum Imperio. Tunc Imperator metu perculsus, portas palatii undique occlusit, & navigia palatio admoveri jussit ad fugam capessendam.

27. Imperator qui paulo antea juraverat, nunquam se videre velle vultum Macedonii, tunc missis quibusdam ex palatio, eum hortatus est ut ad ipsum salutandum accederet. Dum igitur Macedonius ad Imperatorem pergeret, populus Præfectos Monasteriorum contestatus acclamavit: Patrem nostrum nobiscum habemus. Milites præterea scholarum palatii, per quos transibat Macedonius, eum faustis acclamationibus exceperunt. Tandem vero cum ad Anastasium venisset, eum tanquam hostem Ecclesiæ coarguit. Tunc Anastasius simulatione utens, Ecclesiæ & Episcopo visus est adunari.

28. Imperator existimans, si Macedonius judicaretur, plebem illum tanquam insontem, defensuram esse, noctu violenter eum abduxit Chalcedonem. Atque inde Euchaita illum deduci jussit. Sequenti die Episcopum designavit Timotheum quemdam, presbyterum & vasorum custodem Ecclesiæ Constantinopolitanæ, qui vulgo

VALESII ANNOTATIONES.

1 Οἱ δὲ ἀποχίσοι] Sic vocabantur obtrectatores Synodi Chalcedonensis. Et Theodorus quidem noster paulo post, ἀποχίσας μοναχοὺς vocat; eo quod horum Antesignani essent Monachi. Theophanes vero pag. 132. Clericos etiam & Episcopos eis accenset. Inter epistolas Ephremii Antiochensis Episcopi, una fuit inscripta πρὸς τοὺς ἀποχίστους καλλινίκου, id est, *Ad schismaticos Monasterii Callinici*, ut testatur Photius in Bibliotheca capite 228. Hi etiam alio nomine ἀφωρισμένοι vocabantur, id est, *Separati*, ut ad Evagrium notavi.

2 Ὕστερον δὲ μετὰ πολλῶν] Scribendum est μετὰ πλειόνων, ut legitur apud Theophanem in Chronico, pagina 132, ubi hic Theodori locus compendiose refertur. Sed videntur plura hic desiderari, quæ ex Theophane ita suppleri possunt. ὕστερον δὲ μετὰ πολλῶν πλειόνων αὐτοὺς ἐξήλασεν. Quam emendationem confirmat etiam Nicephorus in libro 16. cap. 45. ubi hunc locum Theodori describens, sic ait: ὁ δὲ λαὸς ζήλῳ ἀφθέντες αἰτίᾳ οὐκ εἰκαίᾳ τῆς ἐκκλησίας ἀπέλαυνον.

3 Κατὰ Μακεδονίου κείμενος] Scribendum puto κινούμενος. Paulo post etiam lege μετὰ κραυγῶν.

Litrobulbes & Colon vocabatur, ob facta quædam his nominibus respondentia.

29. Porro hic Timotheus, in quamcumque Ecclesiam ingressus fuerat, nunquam illic Missarum solemnia inchoavit, nisi prius Macedonii imagines illinc detractæ fuissent.

30. Supplicationes publicas, quæ die Paraſceves fiunt in Ecclesia Deiparæ quæ est in Chalcopratiis, primus Timotheus excogitavit.

31. Joannes synodi Chalcedonensis obtrectator, de Severo hæc narrat, Anastasium Imperatorem juramentum scripto comprehensum à Severo accepisse, quod si quando Antiochensis Episcopus fieret, nunquam omnino Chalcedonensem synodum Anathemati subjecturus esset. Eumdem tamen ipso ordinationis suæ die, conscenso pulpito supradictam Synodum Anathemate damnasse, cum sectatores ejus id ab ipso postulavissent.

32. Timotheus symbolum fidei trecentorum & octodecim Patrum, in singulis Collectis recitari præcepit, in odium scilicet Macedonii, quasi ille non susciperet id Symbolum: quod antea semel tantum recitabatur. quotannis, die magnæ Paraſceves, sive dominicæ Passionis, dum Episcopus baptizandos catechizaret.

33. Cum Præfectus Monasterii Studitarum mortuus esset, Timotheus Episcopus

ἐκάλουν Λιτροβύλλιν καὶ Κόλωνα, ἀφ' ἅπερ ἔργα τῶν ὀνομάτων ἁρμόδια. 1

29. Ὅπου δ' ἂν ποτε εἰσῆλθεν ὁ ἐκκλησίαν Τιμόθεος, εἰ μὴ πρότερον τὰς εἰκόνας Μακεδονίου κατέσπασε, τῆς λειτουργίας οὐκ ἤρχετο. 2

30. Τὰς ἐπὶ Παρασκευλὴ λιτὰς, ὁ ἐν τῷ ναῷ τῆς Θεοτόκου ὁ ἐν τοῖς χαλκοπρατίοις Τιμόθεος ἐπενόησε γίνεσθαι.

31. Ἰωάννης ὁ Ἀφθαρτοδοκήτης μετὰ Σεβήρου ἱστορεῖ, ὅτι ὅρκον ἔλαβεν ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος τῷ Σεβήρου, ὅτι ἢ δ' ἂν γένηται Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος, οὐδαμῶς τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου ἀφ' ἀναθέματος ἄψεται· καὶ ὅτι ὁ αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ τῆς χειροτονίας αὐτοῦ, ἀνελθὼν ἐπ' ἄμβωνος ταύτην ἀνεθεμάτισεν, αἰτηθεὶς ἐκ τῶν σπουδαστῶν αὐτοῦ. 3 4 5

32. Τιμόθεος τὸ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ πατέρων τῆς πίστεως Σύμβολον, καθ' ἑκάστην σύναξιν λέγεσθαι παρεσκεύασεν, ἐπὶ Ἀφθολῆ δῆθεν Μακεδονίᾳ, ὡς αὐτοῦ μὴ δεχομένου τὸ Σύμβολον, ἅπαξ τοῦ ἔτους λεγόμενον πρότερον ὁ τῇ ἁγίᾳ Παρασκευῇ τοῦ θείου πάθους, τῷ καιρῷ τῶν γινομένων ὑπὸ τοῦ βαπτιστοῦ κατηχήσεων.

33. Τοῦ ἡγουμένου τῆς μονῆς τοῦ Στουδίτου τελευτήσαντος, ἀπῆλθε Τιμόθεος ὁ ἐπίσκοπος εἰς

VALESII ANNOTATIONES.

1 Λιτροβύλλιν καὶ κόλωνα] Apud Theophanem in Chronico pag. 133, excusum est: λιτροβούλλιν καὶ κήλωνα. Ubi vide quæ notavit Interpres. †

2 Τὰς εἰκόνας Μακεδονίου] Mos erat, ut Patriarcharum imagines in Ecclesiis collocarentur. Nec vero Patriarcharum solum, id enim minus mirandum esset, cum Patriarchæ non minus quam Imperatores ipsi colerentur: verum etiam Orphanotrophorum, & aliorum Clericorum imagines, honoris causa collocabantur in Ecclesiis. Testatur id vetus Auctor, Malchus ni fallor, apud Suidam in ἀνάκισις: ubi dicit eos qui ab Acacio beneficiis affecti fuerant, vivente adhuc Gennadio Patriarcha, imagines ejus in cunctis Ecclesiis erexisse. Præcipue vero in Ecclesia quæ est juxta navale, Gennadium Patriarcham, & Acacium depinxisse, atque inter hos medium Servatorem nostrum Jesum Christum, qui hæc Gennadio diceret: *Destrue hanc Ecclesiam, & successoris tui temporibus illam restaurabo.* Scribe igitur apud Suidam: καὶ μεταξὺ τοῦδε τοῦ σωτῆρα λέγοντα τῷ γενναδίῳ, &c. Scio quidem Baronium ad annum Christi 488. existimasse eas imagines Acacio positas fuisse, dum esset Patriarcha; sed Baronium refellunt verba Malchi apud Suidam, qui Ecclesiam illam juxta navale, in qua imago erat Acacii, tessellato opere fabricata, sub Gennadio Patriarcha absolutam esse testatur: nec verum est quod idem Baronius illic observat, primum ex Patriarchis Acacium hunc honorem affectasse. Nam ex Suidæ loco à nobis allato aperte convincitur, eum morem Gennadii temporibus jam invaluisse. [Præterea Flaviani & Anatolii episcoporum imagines in ecclesia collocatas fuisse docet Theodorus noster in Fragmentis è libro 3 J. Damasceni collectis. Porro quoties nomen alicujus Patriarchæ è Diptychis expungebatur, solebant quoque ejus imagines auferri ex Ecclesia, ut docet Theodorus in Fragmentis, & Anastasius Bibliothecarius in gestis Agathonis: Deinde abstulerunt de Diptychis ecclesiarum nomina Patriarcharum, vel de picturis ecclesiæ figuras eorũ, aut in foribus, ubi ubi esse poterant, auferentes: id est Cyri, Sergii &c.]

3 Ἰωάννης ὁ Ἀφθαρτοδοκήτης κατὰ σεβήρου ἱστορεῖ] Hunc Theodori locum descripsit Nicephorus in capite 29. libri 16. ἱστορεῖ δὲ Ἰωάννης ὁ αὐτῷ Ἀφθαρτοδοκήτης, &c. Quæ Nicephori verba Joannes Langus ita vertit; *Joannes porro, qui cum illo, Severo scilicet, judicio contendit, scriptum reliquit, &c.* Verum ut libere dicam id quod res est, nec Langus, nec Nicephorus ipse intellexit quid esset Ἀφθαρτοδοκήτης hoc in loco. Obtrectatores Chalcedonensis Synodi, qui Eutychis ac Dioscori doctrinam defendebant, Ἀφθαρτοδοκήτους sese appellarunt, ut docet ipse Nicephorus in libro 18. cap. 45. Ex horum numero fuit Imperator Anastasius, uti docet Leontius Scholasticus in libro 5. de Sectis: τῶν γὰρ Ἀφθαρτοδοκητῶν ἦν ὁ ἀναστάσιος. Leunclavius quidem qui Leontium Latine vertit, τοὺς Ἀφθαρτοδοκήτους, *hæsitantes* perpetuo interpretatur: quod non probo. Melius Joannes Langus *segregatos* vertit. Ita enim hoc verbum usurpat Socrates Scholasticus in Historia Ecclesiastica, ut memini legere. Et hæc quidem de voce Ἀφθαρτοδοκήτης. Cæterum hic Joannes videtur esse, qui Ecclesiasticam Historiam scripserat libris decem: quorum quinque dumtaxat priores à se lectos fuisse testatur Photius in Bibliotheca. Quibus in libris Joannes ille Chalcedonensem Synodum probris onerabat, ut ibidem scribit Photius. Merito igitur à Theodoro nostro vocatur Ἀφθαρτοδοκήτης. Citatur hic Ἀφθαρτοδοκήτης non semel ab anonymo, qui Græce scripsit de Originibus Constantinop. Et in septima Synodo actione 5. citatur locus ex Historia Ecclesiastica Joannis Diacrinomeni, de Xenaia.

4 Κατὰ σεβήρου ἱστορεῖ] Scribendum est procul dubio, ὡδὶ σεβήρου, quemadmodum legisse videtur Musculus. Cujus versionem hic magnopere laudo.

5 Αἰτηθεὶς ἐκ τῶν σπουδαστῶν αὐτοῦ] Hæc verba ad Severum referenda sunt, qui à familiaribus suis rogatus, Synodum Chalcedonensem anathematizavit, ut ex hoc Theodori loco scribit Nicephorus in lib. 16. c. 19. Pessime igitur Musculus hæc ad Timotheum retulit Constantinopolitanum Episcopum.

6 Τιμόθεος τὸ τῶν τριακοσίων] Idem scribit Nicephorus in cap. 35. libri 16, ubi hunc Theodori locum describit. Alii tamen Auctores sunt, Petrum Fullonem primum in Ecclesia instituisse, ut Nicænum Symbolum recitaretur in singulis collectis, quemadmodum scribit Nicephorus in loco citato, & Theodorus noster infra.

VARIORUM.

† Jacobus Goar ibi notavit, quod Κόλων recentioribus Græcis appelletur Cynædus; quoque κήλων significet *fervidus in Venerem.* Observavit præterea, Theodorum nostrum λιτροβούλβλιν hic legere (quod Valesius etiam in sua interpretatione expressit:) quodque βουλβὸς, Latinis *bulbus,* olim eduliis fuerit admixtus, quæ Veneris conciliandæ gratia parabantur. Quod itaque βουλβοῦ λίτρας *bulborum libras* excitandæ Veneri comederet Timotheus; vel λιτρὶς βουλβοῦ, *bulborum* frequentius comestorum *arca* foret ac *loculus.*

τὸ

τὸ μοναςήριον [1]προβαλέσθαι [2]ἐπίσκοπον. ὁ δὲ μέλλων χειροτονεῖσθαι, εἶπεν αὐτῷ, ὡς οὐκ ἀνέχεται δέξασθαι χειροτονίαν ὑπὸ ἀνδρὸς τὴν σὺν Καλχηδόνι ἀναθεματίζοντος σύνοδον. Τιμόθεος δὲ ἔφησε πρὸς αὐτὸν, ἀνάθεμα παντὶ ἀνθρώπῳ, ἀποτρεφομένῳ ἢ ἀναθεματίζοντι τὴν σὺν Καλχηδόνι σύνοδον. οὕτως οὖν ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι, κατεδέξατο. Ἰωάννης δέ τις ἀρχιδιάκονος Μανιχαῖος ὑπάρχων, ὕβρεσι τὸν Τιμόθεον βάλλων, δεσμῶν ταῦτα τῷ βασιλεῖ ἐμήνυσεν. ὁ δὲ μεταπεμπτὸν ποιησάμενος τὸν Τιμόθεον, [3]χαλεπῶς αὐτὸν ἠτίμασεν. αὐτὸς δὲ ἠρνήσατο εἰπὼν, ἀνάθεμα παντὶ ἀνθρώπῳ τῷ ἐν Καλχηδόνι δεχομένῳ σύνοδον.

perrexit ad Monaſterium, ut Præfectum illic ordinaret. Sed is qui ordinandus erat, dixit Timotheo, ſe ordinationem ſuſcipere non poſſe ab eo qui Chalcedonenſem ſynodum Anathemate damnaret. Tunc Timotheus dixit ei. Anathema ſit omnibus, qui averſantur aut qui Anathematizant ſynodum Chalcedonenſem. Hoc modo is qui ordinandus erat, ordinationem Timothei ſuſcepit. Joannes autem Archidiaconus, cum eſſet Manichæus, conviciatus ob id Timotheo, currens ad palatium, ea quæ Timotheus dixerat, Imperatori renuntiavit. Qui mox Timotheum ad ſe accerſitum gravi ignominia affecit. At ille id à ſe dictum negavit, his verbis uſus: Anathema omnibus qui Chalcedonenſem ſynodum ſuſcipiunt.

34. Κάστρον ἐστὶ μεταξὺ Περσῶν καὶ Ἰνδῶν, ᾧ ὄνομα Τζουνδαδέερο. ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ χρήματα πολλὰ, καὶ λίθους τιμίους κεῖσθαι μαθὼν [4]Κωάδης ὁ βασιλεὺς, [4]ταῦτα μαθεῖν ἐβασίλευσεν. δαίμονες δὲ τὸν τόπον οἰκοῦντες τῇ ζητουμένῃ Κωάδῃ ἐκώλυον. πᾶσαν τοίνυν μαγείαν ἐπιδειξαμένων τῶν Μάγων αὐτοῦ, καὶ μηδὲν ἰσχυσάντων, [5]ἦλθε λοιπὸν παρὰ τῶν Ἰουδαίων. ἀποτυχὼν δὲ κἀκεῖθεν, συνεβουλεύθη παρὰ τῶν Χριστιανῶν καταργῆσαι τοὺς δαίμονας. ὁ δὲ ἐπίσκοπος Χριστιανῶν τῶν ἐν Πέρσαις, σύναξιν ἐπὶ τούτῳ τελέσας, καὶ τῶν θείων μυστηρίων μεταλαβὼν καὶ μεταδοὺς τοῖς συνοῦσι Χριστιανοῖς, τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ διώξας τοὺς δαίμονας, τῷ Κωάδῃ τὸ κάστρον ἀπόνως παρέδωκεν. ὅπερ καταπλαγεὶς ὁ ἀνὴρ, πρωτοκαθεδρίαν τὸν ἐπίσκοπον ἐτίμησεν, ἕως τότε Ἰουδαίων καὶ Μανιχαίων προτιμωμένων. ὁ ἢ πᾶσι τοῖς Χριστιανίζειν ἐθέλουσιν ἄδειαν δέδωκεν.

34. Caſtrum quoddam eſt in confinio Perſarum atque Indorum, cui nomen Tzundadeer. Multas illic pecunias & pretioſos lapides ſervari cum audiiſſet Cavades Perſarum Rex, id occupare ſtuduit, ſed dæmones qui eum locum cuſtodiebant, Cavadis conatibus obſtiterunt. Cum igitur Magi ipſius omnem ſuam magiam adhibuiſſent, nec perficere quidquam potuiſſent, Cavades ad Judæorum magicen confugit. Sed cum ne iſtorum quidem opera quidquam profeciſſet, quidam ei conſuluerunt, ut Chriſtianorum opera dæmones illos expelleret. Epiſcopus igitur Chriſtianorum qui erant in Perſide, cum ejus rei cauſa Collectam celebraſſet, & ſacra myſteria tum ſumſiſſet ipſe, tum Chriſtianis qui cum ipſo erant diſtribuiſſet, Crucis ſigno fugatis dæmonibus, abſque negotio caſtrum Cavadi tradidit. Quam rem admiratus Cavades, primæ Sedis prærogativam Epiſcopo conceſſit, cum ad id uſque temporis, Manichæi ac Judæi potiorem locum obtinuiſſent. Sed & cunctis qui Chriſtianam religionem amplecti vellent, liberam dedit facultatem.

35. Ἀλαμουνδάρου τοῦ Φυλάρχου Σαρακηνῶν Χριστιανίσαντος, δύο ἐπισκόπους ἔπεμψεν ὁ Σεβῆρος, ἐφ' ᾧ τῆς ἰδίας μεταδοσίας τῷ Φυλάρχῳ κακίας. Θεὸς δὲ προφθάσας, τῶν ὑπὸ δεχομένων τὴν σύνοδον τὸν ἄνδρα βαπτισθῆναι [6]πεποίηκεν. [6]τῶν ὑπὸ Σεβήρου καλέντων, ἐναντία τῶν ἀληθινῶν δογμάτων σπουδαζόντων διδάξαι τὸν Φύλαρχον, [7]δρᾶμα εἰς ἔλεγχον τῶν λεγομένων συνέθηκε. τοῦτο δὲ ἦν τὸ δόξαι γράμματα δεῖξαι μηνύοντα, ὅτι Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος τέλει τῷ βίου ἐχρήσατο. τῶν δὲ τοῦτο λεγόντων ἀδυνάτου, πῶς οὖν, ὁ Φύλαρχος ἔφησεν, εἰ μὴ δύο ὁ Χριστὸς, [8]Θεὸς γυμνὸν σταυρὸν

35. Cum Alamundarus Saracenorum Phylarchus Chriſtianam religionem amplexus eſſet, Severus duos ad illum Epiſcopos miſit, quo erroris ſui labe eum inficeret. Sed Deus id præveniens, ut Phylarchus ab iis qui Chalcedonenſem ſynodum ſuſcipiebant, baptizaretur, effecit. Porro cum ii qui à Severo miſſi fuerant, doctrinam rectæ fidei dogmatibus adverſantem, Phylarcho tradere conarentur, fraudem quamdam commentus eſt Alamundarus ad doctrinam eorum convincendam. Finxit enim ſe literas accepiſſe, quibus ipſi nuntiabatur Michaelem Archangelum fato functum eſſe. Cumque illi id fieri non poſſe dicerent: quonam igitur modo, ſubjecit Phylarchus, Chriſtus Deus tantum exiſtens, crucis mortem ſuſtinuit, ſi duas

VALESII ANNOTATIONES.

1 Προβαλέσθαι ἐπίσκοπον] Aſſentior viris doctis, qui jampridem emendarunt ἡγέμονα. Ita certe legit Theophanes in Chronico pag. 135. & Niceporus in libro 16. cap. 25.

2 [Ἐπίσκοπον] Ἴσως ἡγέμονον.]

3 Χαλεπῶς αὐτὸν ἠτίμασεν] Scribendum eſt procul dubio ἠτίμωσεν, ut legitur apud apud Theophanem in Chronico, pag. 135.

4 Ταῦτα μαθεῖν ἐβασίλευσεν] Scribendum eſt, τοῦτο λαβεῖν ἐβουλεύσατο, quemadmodum legitur apud Theophanem in Chronico pag. 130. niſi quod Theophanes pro verbo ἐβουλεύσατο, ſcriptum habet ἐπεζήτει. Caſtri quoque appellatio non nihil diverſa eſt apud Theophanem.

5 Ἦλθε λοιπὸν παρὰ τῶν Ἰουδαίων] Supple μαγείαν. Plures enim magicæ artis ſpecies fuerunt: prima Perſica: ſecunda Judaica, ut docet Plinius in libro triceſimo. Habuerunt certe Judæi Exorciſtas, qui dæmonas certis carminibus abigebant. [Horum mentio fit in Actibus Apoſtolorum, cap. 19.]

6 [Τῶν ὑπὸ Σεβήρου] In codice Regio hæc ſcribuntur à capite.]

7 [Δρᾶμα] Ἴσως χάρτια cod. Reg.]

8 Θεὸς γυμνὸν σταυρὸν κατεδέξατο] Aſſentior Savilio, qui in margine ſui codicis adnotavit ſcribendum ſibi videri γυμνός. Ita certe ſcribitur apud Theophanem in Chronico pag. 136. ubi hic Theodori locus deſcribitur. Et apud Nicephorum Calliſtum in cap. 35. libri 16. & apud Cedrenum in Chronico.

κατὰ-

naturas non habuit: cum ne Angelus quidem pati vel mori possit? Hoc modo Episcopi partis Severi, pudore suffusi, vale non dicto, recesserunt.

36. In obitu Macedonii Episcopi, terribile quiddam accidisse narrant. Mortuus enim, crucis signo tumulum signasse dicitur. Theodorus vero unus ex iis qui cum illo familiariter versabantur, cum jurejurando affirmavit, vidisse se in somnis Macedonium ipsum ista sibi dicentem: Excipe ista quæ dico, & abiens lege Anastasio. Ego quidem vado ad patres meos, quorum fidem servavi. Dominum autem interpellare non cessabo, donec tu venias, & ambo ad judicium accedamus.

37. Anastasius Imperator repente moritur, cum vixisset annos octoginta octo, imperasset autem annos septem ac viginti, ac tres menses. Renuntiatus autem est Imperator Justinus, vir provectæ ætatis, qui à militia exorsus, ad Senatorium usque ordinem pervenerat, & in omni vita egregius semper exstiterat. Idem rectæ fidei cultor erat ardentissimus. Patriam habuit Illyricum. Uxor ejus Lupicina dicebatur, quam posteaquam Augusta nuncupata est, Populus Euphemiam nominavit.

38. Nestorii corpus putredine consumptum est. Cumque revocatus esset ab Oasi, ut in alium locum transferretur, revocationem illam fatali morte prævenit.

39. Post reconciliationem cum Orientalibus, Theodoritus contra duodecim Cyrilli capitula scripsisse dicitur.

40. Rabula Episcopus Edessæ, cæcus erat. Accusavit autem Andream Samosatensem Episcopum, quod contra duodecim capita Cyrilli scripsisset.

41. Monachi Ægypti, cum sanctum Symeonem supra columnam stare didicissent,

κατεδέξατο, ὅτι μηδὲ ἄγγελος πάσχειν ἢ ἀποθνήσκειν πέφυκεν. οὕτως οὖν οἱ Σεβήρου αἰσχυνθέντες, [1] ἀσυντάκτως ὑπανεχώρησαν. 1

36. Μακεδονίου τελευτῶντος τοῦ ἐπισκόπου, φοβερόν τι συμβῆναι [a] φησίν. νεκρὸν γὰρ ὄντα σφραγίσασθαι τῷ τάφῳ. Θεόδωρος δέ τις τῶν σωόντων αὐτῷ, ὃν μᾶλλον ἰδίων ἐπωμόσατο, αὐτὸν Μακεδόνιον αὐτῷ λέγοντα, [3] ἔκλαβε καὶ ἀπελθών, ἃ λέγω Ἀναστασίῳ ἀνάγνωθι. ἐγὼ μὲν ἀπέρχομαι πρὸς τοὺς πατέρας μου, ὧν καὶ τὴν πίστιν τετήρηκα. οὐ παύσομαι δὲ ὀχλῶν τῷ δεσπότῃ, ἄχρις οὗ ἔλθῃς, καὶ τὸν δίκην εἰσέλθωμεν. 2 3

37. Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄφνω, ζήσας ἔτη ὀγδοήκοντα καὶ ὀκτὼ, βασιλεύσας δὲ ἔτη εἴκοσι καὶ ἑπτὰ, καὶ μῆνας τρεῖς. προήχθη δὲ βασιλεὺς Ἰουστῖνος, ἀνὴρ πρεσβύτατος, ἀπὸ στρατιωτῶν ἐξάρμενος, καὶ ἀφ' ἁπάντων ἄριστος φανείς· τῆς δὲ ὀρθῆς πίστεως [b] ἔμπειρος ζηλωτὴς γενόμενος· Ἰλλυριὸς ὢν, καὶ σύμβιον ἔχων ὀνόματι Λουπικίαν, ἣν γενομένην Αὐγοῦσαν, Εὐφημίαν οἱ [4] δημόται ὠνόμασαν. 4

38. [5] Σηπεδόνι τὸ σῶμα διεφθάρη Νεστορίου, καὶ ἀνακληθεὶς ἀπὸ Ὀάσεως ἐφ' ᾧ μεταστῆναι εἰς ἕτερον τόπον, τῷ θανάτῳ προέλαβε τὴν ἀνάκλησιν. 5

39. Μετὰ τὴν πρὸς τοὺς ἀνατολικοὺς συμβίβασιν, συγγράψαι λέγει τὸν Θεοδώρητον κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων Κυρίλλου.

40. Ῥαβυλᾶς Ἐδέσης ἐπίσκοπος, τυφλὸς ἦν. [6] Ἀνδρέας δὲ τῶν Σαμοσάτων ἐνεκάλει ὡς [7] γράψαντα κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων Θεοδωρήτου. 6 7

41. Οἱ ἐν Αἰγύπτῳ μοναχοὶ, πρὸς τοῦ ἁγίου Συμεῶνος μαθόντες ὅτι ἐπὶ κίονος ἵσταται,

VALESII ANNOTATIONES.

1 Ἀσυντάκτως ὑπανεχώρησαν] Idem adverbium legitur apud Nicephorum in loco supra laudato. Verum nec Langus, nec Musculus ejus vocis vim ac significationem intellexere. ἀσυνταξάμενοι: hoc est, *Vale non dicto abierunt.* [Utitur eadem voce, Theodoritus in epistola 80 ad Eutrechium Præfectum Prætorio: οἶδε γὰρ ὅπως εἰς τὴν Ἀντόχειαν εἰσιὼν, ἀσυντάκτως ἐξῆλθον. id est, *scit enim quomodo Antiochiam cum venissem, vale non dicto abierim.*]

2 Σφραγίσασθαι τῷ τάφῳ] Apud Theophanem in Chronico pag. 138. nec non apud Cedrenum legitur τῷ σταυρῷ: quam scripturam vulgatæ lectioni Theodori nostri longe præferunt viri docti qui Theophanem notis illustrarunt. Neque enim Macedonius crucis signo tumulum suum obsignavit; sed populum qui aderat, ut se adhuc Patriarcham esse ostenderet. Certe si tumulum dumtaxat signo crucis obsignasset Macedonius, dicendum erat σφραγίσασθαι τὸν τάφον, non autem τῷ τάφῳ.

3 [Ἔκλαβε καὶ ἀπιλθὼν] Ἔκβαλε καὶ ἄπιλθε Cod. Reg.]

4 [Δημόται] Δημῶται Cod. Reg.]

5 Σηπεδόνι τὸ σῶμα] Hucusque excerpta ex libro secundo Ecclesiasticæ Historiæ Theodori Lectoris. Quæ vero deinceps sequuntur, videntur esse nova collectanea ejusdem Scriptoris: quæ Nicephorus, cum Theodori Lectoris Historiam diligentius perlegisset, ex eodem Scriptore collegit, & appendicis loco hic adjecit.

6 Ἀνδρέας δὲ τῶν σαμοσάτων] Hunc locum certissima conjectura emendavi hoc modo: *ἀνδρέαν δὲ τῶν σαμοσάτων &c.* Etenim Andreas Samosatensis Episcopus, mandatu Joannis Antiocheni Episcopi, scripsit adversus duodecim Cyrilli capitula, una cum Theodorito, ut testatur Liberatus in Breviario, cap. 4. & ex illo Baronius ad annum Christi 430. & 431. Quare in fine hujus capitis scribendum est omnino: ὡς γράψαντα κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων μετὰ τοῦ Θεοδωρήτου. Porro quod paulo ante affirmat Theodorus noster, Theodoritum post reconciliationem inter Ægyptios atque Orientales factam, scripsisse adversus duodecim Cyrilli capitula; id est, anno Christi 432, id nullatenus probabile mihi videtur. † Cæterum hic Andreas Samosatensis Episcopus, in secunda Ephesina Synodo depositus est à Dioscoro, ut in Chron. testatur Theophanes. [Scripta est ad eum epistola Theoditi 24.]

7 [Γράψαντα] Γράψαντι Cod. Reg.]

VARIORUM.

a Φησὶν] Male vertit Valesius *narrant*: vertendum in singulari *narrat*, scil. Theodorus. *W. Lowth.*

b Ἔμπειρος] Legendum ἄπειρος. *W. Lowth.*

† Theodoretus in Præfatione sui Pentalogii: *Priusquam conventus apud Ephesum celebraretur, duodecim capitulis strictim ac aperte restitimus, ut præscius horum fieret intellectus etiam studiorum & rationis expertibus. Quia vero se manifestum, qui ista protulit, in Concilio declaravit, & plures ex eis qui convenerant, imperiti penitus, nec ulla dogmatis imbuti notitia, pia hæc arbitrati sunt; opera pretium visum est iterum contra niti, sermonemque distendere, & succisam blasphemiam multipliciter confutare.* Quibus ex verbis Lupus in notis ad caput 20. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi (quod Valesius non viderat) recte deducit, Theodoretum bis contra capitula scripsisse, breviter ante Synodum Ephesinam, prolixe post ipsam. *Hæc ex Pagio ad ann. 430. n. 17. citavit* W. Lowth.

μετα-

1 μεταπεμψάμενοι τῷ ξένῳ ϒ πρόσταγματος· πρῶτος γὰρ αὐτὸς τοῦτο ἐπενόησεν· ἀκοινωνησίαν αὐτοῦ ἔπεμψαν. εἶτα ἐγνωκότες τὸν βίον ϒ ἀνδρὸς, καὶ τ' στέφανον, πάλιν αὐτῷ ἐκοινώνησαν.

42. Μαρκιανὸς ὁ βασιλεὺς ἐν σχήματι ἰδιώτου πρὸς τὸν ὅσιον Συμεῶνα ἀφανῶς παρεγένετο· ἠγάσθη δέ.

43. Δύο ἐπισκόπων ἀμφισβητούντων, ὀρθοδόξου καὶ Ἀρειανοῦ· τοῦ μὲν Ἀρειανοῦ, διαλεκτικοῦ ὄντος· τοῦ δὲ ὀρθοδόξου, θεοσεβοῦς καὶ πιστοῦ· ὁ ὀρθόδοξος προὔτεινεν, ὥστε ἀφεμένους τὸν λόγον εἰς πυρὰν εἰσελθεῖν, καὶ οὕτω δειχθῆναι τὸ εὐσεβέστερον. τοῦ δὲ Ἀρειανοῦ παραιτησαμένου, αὐτὸς εἰσελθὼν, ἀπὸ τῆς πυρᾶς διελέγετο, καὶ ἀπαθὴς ἐφυλάττετο.

44. Πέτρον φησὶ τὸν Μογκὸν, τὸ λείψανον 2 Τιμοθέου τοῦ Σαλοφακιόλου ἀνορύξαι, ² ὅπερ ἱστορεῖ καὶ Θεοδώρητος.

45. Πέτρου τοῦ Μογκοῦ ἐκβληθέντος ἀφ' τὸ 3 λείψανον Τιμοθέου ³ καὶ τὴν σύνοδον, Ἰωάννης χειροτονεῖται. καὶ τούτου δὲ ἐκβληθέντος, πάλιν Πέτρος εἰσῆλθεν, ὑποσχόμενος τὴν σύνοδον μὴ ἀναθεματίζειν.

4 46. ⁴ Καλανδίωνα λέγει ἐν Βυζαντίῳ χειροτο- 5 νηθῆναι, ⁵ συμφωνῶν τῷ Θεοδώρῳ.

rem novam atque insolitam condemnantes: hic enim primus ejusmodi stationem excogitaverat: excommunicationis libellum ad eum miserunt. Postea vero cum ejus vitam ac merita certius cognovissent, communionem ejus amplexi sunt.

42. Marcianus Imperator privati habitu sumpto, ad sanctum Symeonem occulte ventitabat, eumque maxime admirabatur.

43. Cum duo Episcopi contra se invicem disputarent, quorum alter quidem Orthodoxus, alter autem erat Arianus: & Arianus quidem dialecticam callebat, Orthodoxus vero pius erat ac fidelis: Orthodoxus conditionem hanc tulit Ariano, ut omissa disputatione in rogum se conjicerent, atque ita ostenderetur, utrius ipsorum doctrina magis pia esset. Cumque Arianus conditionem illam admittere recusasset, Orthodoxus in rogum insiliens, inde disseruit cum adversario, & illæsus permansit.

44. Petrus Mongus reliquias Timothei Salophacioli effodisse dicitur. Idem quoque scribit Theodoritus.

45. Expulso Petro Mongo ob cadaver Timothei è tumulo effossum, & ob synodum, ordinatus est Joannes. Quo item expulso, rursus Petrus Episcopatum recuperavit, pollicitus se synodum Chalcedonensem Anathemate damnaturum non esse.

46. Scribit Theodorus noster Calendionem Constantinopoli ordinatum fuisse, cum Theodorito consentiens.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Μεταπεμψάμενοι τῷ ξένῳ] Scribendum videtur μεμψάμενοι τῷ ξένῳ. Vulgata enim scriptura ferri non potest. Paulo post etiam corrigendum est, ἀκοινωνησίαν αὐτῷ ἔπεμψαν: id est, χάριν ἔμαθε τῆς ἀκοινωνησίας.

2 Ὅπερ ἱστορεῖ καὶ Θεοδώρητος] Id certe non extat in quinque libris Ecclesiasticæ Historiæ Theodoriti quos habemus. Hi enim libri usque ad Imperium Theodosii junioris dumtaxat progrediuntur. Quod si quis contendat opus Ecclesiasticæ Historiæ Theodoriti decem libris comprehensum fuisse, à Vicennalibus scilicet Constantini magni usque ad Imperium Leonis Augusti, ut scribit Gennadius in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis; ne sic quidem verum esse poterit quod in his excerptis legitur. Neque enim principatu Leonis Augusti, sed Zenonis temporibus, Petrus Mongus Salophacioli reliquias ex sepulchro effodit. Baronius ad annum Christi 494. Theodoritum juniorem hic intelligi censet: ex cujus Ecclesiastica Hist. locum affert Joannes Damascenus. [Verum in Damasceno pro Theodorito scribendum esse Theodorum recte monuit Billius: quem nos in Fragmentis Theodori Lectoris, quæ in hac editione collegimus, secuti sumus. Quare hoc loco pro Θεοδώριτος malim scribere Θεόδωρος. Hæc igitur ultima Fragmenta, quæ incipiunt ab illo capitulo σπεδύνι τὸ σῶμα, non sunt Theodori Lectoris, sed alterius ignoti.]

3 Καὶ διὰ τὴν σύνοδον] Id est, *ob Synodum Chalcedonensem*, quam idem Petrus Mongus publice in Ecclesia anathematizaverat.

4 Καλανδίωνα λέγει ἐν Βυζαντίῳ χειροτονηθῆναι] Post mortem Stephani junioris Calendio in ejus locum subrogatus, Antiochenam Ecclesiam gubernavit, Trocundo & Severino Coss. anno Christi 482. ut ex epistola Simplicii Papæ docte observavit Baronius. Hunc Acacius Constantinopolitanus Episcopus, jussu Zenonis Augusti, Episcopum ordinavit Constantinopoli, sicut & decessorem ejus Stephanum prius ordinaverat, quemadmodum scribit Theophanes in Chronico pag. 130. Idem etiam confirmat Nicephorus in lib. 15. cap. 28. his verbis: μετὰ δὲ Στέφανον Καλανδίων τῆς Κωνσταντίνου ἐπιδημῶν τοὺς τ' ἐπισκοπῆς οἴακας ἐγχειρίζεται. Sed & in gestis de nomine Acacii, quæ Jacobus Sirmundus in lucem edidit, id ipsum diserte refertur his verbis: *Cujus Acacii audacia deteriora committens, etiam Petrum Antiochenum, ejecto Catholico Calendione quem ipse ordinaverat, ad Antiochenam mittit Ecclesiam.* Denique Simplicius Papa in epistola ad Acacium Constantin. Episcopum id ipsum non obscure significat. Quid enim aliud sonant hæc verba: *Antiocheni exordium Sacerdotis qua ratione serius fuerit indicatum, quamvis minime nos latere potuerit, tamen & ipse, vel Synodus ejus indicavit. Quod sicut non optavimus fieri, ita faciles excusationi quam necessitas fecit, extitimus: quia quod voluntarium non est, non potest vocari in reatum, &c.* Quis enim reatus? quæ necessitas excusanda fuit apud Simplicium, nisi quod Calendionem contra leges Ecclesiast. Constantinopoli ordinaverat Acacius, jussu Zenonis Augusti, ut ex Theophane supra monuimus. Denique Candidus Isaurus in lib. 3. Historiæ idem testatur, ita scribens: ὡς Πέτρου τοῦ δυσσεβοῦς τὰς τῆς Ἀνατολῆς παροξύνοντος ἐκκλησίας, Καλανδίωνα Ζήνων ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ἱεροῦ Ἀντιοχείας ἀπέστειλε. Id est: *Quemadmodum Zeno, dum Petrus ille impius Orientis turbaret Ecclesias, misit Calendionem, ut Episcopus esset Antiochiæ.* Porro non primus ex Constantinop. Episcopis Acacius, Antiochensem Episcopum ordinare præsumpsit. Sed jam antea Anatolius Constant. Episcopus Antiochenum Episcopum, Maximum scilicet, sine ullo exemplo, contra statuta Canonum, ordinare præsumpserat, ut scribit Leo Papa [in Epist. 53. ad Anatolium, &] in epist. 54. ad Marcianum, quæ data est XI. Cal. Junii, Herculano V. C. Cos. qui fuit annus Christi 452. id est, 4 annis post ordinationem Maximi. Tanto temporis spatio Leo Papa istud Anatolii factum dissimulaverat.

5 Συμφρονῶν τῷ Θεοδώρῳ] Musculus legisse videtur συμφωνῶν, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Calendion Theodoro consentiens, Byzantinus Episcopus ordinatus fertur.* Ego vero scribendum existimo: συμφωνῶν τῷ Θεοδωρίτῳ: id est, *Calendionem Constantinopoli ordinatum fuisse scribit Theodorus, cum Theodorito consentiens.* Sic paulo ante horum fragmentorum Collector notavit, Theodorum nostrum de Petro Mongo idem retulisse quod scripserat Theodoritus, ὅπερ ἱστορεῖ καὶ Θεοδώριτος, ubi Theodoritum juniorem intelligo, diversum à Theodorito Episcopo Cyri: qui prioris Theodoriti Historiam Eccles. adjectis quinque aliis libris, continuaverat.

47. Καλαν-

47. Scribit etiam eumdem Calendionem Terſancto Hymno adjeciſſe, Chriſte rex, propter eos qui adjecerant appendicem illam, Qui crucifixus es pro nobis.

48. Ait Theodorus noſter, Petrum Fullonem inſtituiſſe ut ſacrum Chriſma in Eccleſia coram omni populo conſecraretur: utque invocatio ſuper aquas die feſto Thephaniorum fieret ſub veſperam: Item ut in omni precatione nomen Deiparæ proferretur: Denique ut in ſingulis Collectis ſymbolum recitaretur.

49. Zeno Imperator ſcholam quæ Perſarum vocabatur, in urbe Edeſſa ſitam ſuſtulit atque evertit, ut pote quæ Neſtorii ac Theodori doctrinam auditoribus inſinuaret.

50. Cum omnes alii Patriarchæ, ut refert Theodorus noſter, Zenonis Henotico conſenſiſſent, ſolus Romanæ urbis Epiſcopus Felix communicare ei noluit.

51. Cavades cum Blaſſum patruum ſuum excœcaſſet, regnum Perſicum occupavit.

52. Anaſtaſius Imp. cum Cavades pecuniam ab eo flagitaſſet, reſpondit, ſi mutuam accipere vellet, cautionem ſcriberet: ſin minus, nihil ſe daturum eſſe. Atque ob hanc cauſam Cavades bellum intulit Romanis.

53 Anaſtaſius Chryſargyrum abolevit, & venationes amphitheatri ſuſtulit, & magiſtratus qui antea venales erant, gratis contulit.

47. [1] Καλανδίωνα λέγει προσθῆναι τῷ τρισαγίῳ, Χριστὲ βασιλεῦ, ἁφ' ὧν τοὺς προπαθεικότας ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. 1

48. Πέτρον φησὶ τὸν κναφέα [2]ὑπονοῆσαι τὸ μυ- 2
στήριον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ ἁγιάζεσθαι· [3]καὶ τὴν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἐν τοῖς Θεο- 3
φανίοις ἐπίκλησιν ἐν τῇ ἑσπέρᾳ γίνεσθαι· καὶ ἐν ἑκάστῃ εὐχῇ τὴν Θεοτόκον ὀνομάζεσθαι· καὶ [4]ἐν 4
πάσῃ συνάξει τὸ σύμβολον λέγεσθαι.

49. Ζήνων ὁ βασιλεὺς ἀνθαιρέσας τὸν ἐν Ἐδέσσῃ τῶν Περσῶν καλουμένην διατριβήν, ὡς τὰ Νεστορίου καὶ Θεοδώρου παραδιδοῦσαν διδασκαλίαν, ἠθέτησεν.

50. Πάντων, ὡς λέγει, τῶν ἄλλων πατριαρχῶν συναινεσάντων τῷ Ἑνωτικῷ τοῦ Ζήνωνος, μόνος Φῆλιξ ὁ Ῥώμης οὐκ ἐκοινώνησεν.

51. Κωάδης τὸν ἴδιον θεῖον [5]Βλάσσον βασι- 5
λεύοντα τυφλώσας, Περσῶν ἐβασίλευσεν.

52. Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς, Κωάδου χρήματα παρ' αὐτοῦ ζητήσαντος, ἀπεκρίνατο, εἰ μὲν δανεῖσαι βούλει, τὸ [6]γραμματεῖον ποιῆσαι· εἰ δὲ 6
ἄλλως, ὃ δίδωσι. καὶ ὅτι ἁφ' τούτου Κωάδης κατὰ Ῥωμαίων ἐστράτευσεν.

53. Ἀναστάσιος ἀνέστειλε τὸ Χρυσάργυρον, καὶ [a]τὰ κυνήγια ἔπαυσεν, καὶ τὰς ἀρχὰς ὠνίους ὄ- a
σας, προῖκα παρεῖχεν.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καλανδίωνα λέγει προσθῆναι τῷ τρισαγίῳ] Ex hoc loco emendandus eſt Theophanes in Chron. pag. 115. ubi de Petro Fullone ita ſcribit: ὡσύτερον δὲ τῷ τρισαγίῳ προσέθηκεν, Χριστὲ βασιλεῦ ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. Πέτρος δὲ πάλιν ἐλθὼν προσέθηκε τό, Χριστὲ βασιλεῦ. Scribendum eſt omnino in hoc Theoph. loco: ὡσύτερον δὲ ὁ Καλανδίων τῷ τρισαγίῳ &c. Quod diſerte confirmat Theodorus noſter, & Niceph. in cap. 28. libri 15. Vidit hoc ante nos Jac. Sirmondus in notis ad Epiſt. 3. Aviti. Cujus ſententiam immerito reprehendere conatus eſt Franc. Combefiſius vir doctiſſ. in Annot. ad Chron. Theophanis. Quid enim certius ea conjectura Sirmondi, quam Theodorus teſtimonio ſuo confirmat, & quam ipſa Theophanis verba neceſſario videntur exigere. Cum enim dicat Theophanes, Πέτρος δὲ πάλιν ἐλθὼν, &c, omnino ſignificat alium fuiſſe à Petro, qui clauſulam illam addiderat Triſagio: *Chriſte Rex.* Calendionis igitur nomen eo loco omiſſum eſt negligentia Librariorum. Scio quidem Cedrenum Combefiſii ſententiæ adſtipulari. Sed major eſt apud me Theodori Lectoris authoritas, quam Cedreni.

2 Τὸ μυστήριον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ] Scribendum eſt procul dubio, τὸ μύρον, ut viri docti jam pridem obſervarunt. Ita certe Savilius in margine ſui codicis emendavit. Quam emendationem confirmat Niceph. in cap. 28. lib. 15. & Cedr. in Chron. 249. edit. Baſil. Porro de hac ſancti Unguenti ſeu Chriſmatis conſecratione, quæ fiebat feria 5. magnæ Hebdomadis, vide Euchologium Græcorum p. 628. & ſeq. & quæ illic notavit Jacobus Goar, vir harum rerum peritiſſimus.

3 Καὶ τὴν ἐν τοῖς Θεοφανίοις ἐπίκλησιν] Apud Niceph. in lib. 5. c. 28. ſcriptum eſt ἐπίκλυσιν, male. Sic enim habet Nicephorus: *Φασί γε μὴν τὸν κναφέα Πέτρον καὶ τέσσαρα παῦτα κάλλιστα τῇ καθόλου ἐκκλησίᾳ ἐπινοῆσαι. τὴν τοῦ θείου μύρου καθαγιασμὸν ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ ἁγιάζεσθαι. τὴν ἐν τοῖς ἁγίοις Θεοφανείοις τῶν ὑδάτων ἐν ἑσπέρᾳ θείαν ἐπίκλυσιν.* Quæ ſic vertit Langus: *Petrum Cnapheum quatuor iſta Eccleſiæ Catholicæ commodiſſima reperiſſe ferunt, ut ſacrum unguentum in populi totius præſentia conſecraretur, ut ad veſperam ſanctorum Theophaniorum unda in ſacrum lavacrum infunderetur.* Verum in Niceph. emendandum eſt, ἐπὶ τῶν ὑδάτων θείαν ἐπίκλησιν, quemadmodum ſcribitur etiam in Cedreni Chronico. Cæterum aſſentior Jacobo Goar, qui in Annot. ad Euchologium, pag. 467. Petrum Fullonem id ſolum inſtituiſſe cenſet, ut aquarum benedictio in pervigilio Theophaniorum fieret ad veſperam, cum antea hujuſmodi benedictio media nocte fieri conſueviſſet, ut ex Joanne Chryſoſt. recte obſervavit idem Jacobus Goar, vir de Græcorum ritibus ac ceremoniis optime meritus.

4 Ἐν πάσῃ συνάξει τὸ σύμβολον λέγεσθαι] Muſculus vertit: *Ut in quavis Synaxi Symbolum diceretur.* Xylander vero ita interpretatur: *Ut in quavis Cœnæ myſticæ celebratione Symbolum fidei recitaretur.* Langus vero ita vertit: *Ut Symbolum ſanctum, quod ſemel tantum antea magno & ſancto Paraſceves die dici ſolitum fuerat, in quavis Synaxi & conventu Eccleſiæ decantaretur.* συνάξεις generaliter dicebantur omnes ſacri conventus: præcipue tamen ii, in quibus ſacra myſteria peragebantur. Ob hanc enim maxime cauſam populus fidelium in Eccleſiam conveniebat, ut ſacrificium Dominicum perciperet. Quare cum Petrus Fullo inſtituiſſe dicitur, ut in quavis Synaxi Symbolum recitaretur, de Miſſarum ſolemnibus id intelligendum eſt: in quibus etiam nunc Symbolum fidei recitatur. Porro ex hoc loco ſuſpicari quiſpiam fortaſſe poſſit, horum fragmentornm Authorem diverſum eſſe à Th. Lectore. Nam Theodorus Lector paulo ante ſcribit, Timotheum Conſt. Epiſcopum primum inſtituiſſe, ut Symbolum Nicænum in ſingulis collectis recitaretur. Niſi forte dicamus Timotheum id primum inſtituiſſe Conſtantinopoli, quod Petrus Fullo longe antea inſtituerat Antiochiæ. Sane ritus iſti qui à Fullone primum inſtituti eſſe dicuntur, non illico ab omnibus Eccleſiis uſurpati ſunt, ſed progreſſu temporis paulatim inoleverunt.

5 Βλάσσου] Theoph. in Chr. pag. 106, βλάσιν vocat.

6 Γραμματεῖον ποιῆσαι] Idem tradit Theophanes in Chronico pag. 124. editionis regiæ.

VARIORUM.

a Τὰ κυνήγια ἔπαυσεν] Truculentas & horrendas Circi venationes, quibus beſtiarii cum feris, certiſſimo vitæ periculo pugnas inibant, intellige. De Chryſargyro vid. Evagr. lib. 3. cap. 39, 40.

54. Ἐν Νεοκαισαρείᾳ σεισμοῦ τηνικαῦτα μέλλοντος γίνεσθαι, στρατιώτης τις ἐπὶ τὴν πόλιν ὁδεύων, δύο στρατώτας ἀπιόντας ἐν αὐτῇ ἐθεάσατο, καὶ τούτων ὅπισθε ἕτερον κράζοντα· Φυλάξατε τὸν οἶκον ἐν ᾧ ἡ θήκη Γρηγορίου ἐστί. καὶ ὁ μὲν σεισμὸς ἐγένετο, καὶ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς πόλεως ἔπεσεν. ὁ δὲ οἶκος τοῦ Θαυματουργοῦ διεσώθη.

54. Per idem tempus, cum terræ motus futurus esset in urbe Neocæsarea, miles quidam ad urbem illam proficiscens, duos milites eo pergentes vidit, & alium pone sequentem qui ita clamabat: Servate ædem in qua est arca Gregorii. Statimque terra movere cœpit. Et urbis quidem ipsius maxima pars collapsa est. Ædes vero Gregorii Thaumaturgi mansit incolumis.

55. Εθος λέγει τῇ ἐκκλησίᾳ εἶναι τῆς Ῥώμης, 1 ἀκίνητα μὴ κρατεῖν δίκαια· ἀλλ' εἰ καὶ περιέλθωσιν, εὐθέως πιπράσκεσθαι, καὶ 2 εἰς μοίρας τρεῖς διαιρεῖσθαι τὸ τίμημα· καὶ τὸ μὲν, τῇ ἐκκλησίᾳ δίδοσθαι· τὸ δὲ, τῷ ἐπισκόπῳ· τὸ δὲ, τῷ κλήρῳ· οὕτω δὲ ποιεῖν καὶ ἐπὶ τοῖς λοιποῖς πράγμασιν.

55. Ecclesiæ Romanæ hunc esse morem ait Theodorus noster, ut res immobiles non possideat: sed si forte possessiones ei obvenerint, confestim eas vendat, & pretium in tres portiones distribuat: Quarum una quidem tradatur Ecclesiæ, altera Episcopo, tertia vero clero. Idem etiam fit in reliquis rebus quæ non sunt soli.

56. 3 Κωάδης νόμον ἔθετο τοῦδε Πέρσαις, ὥστε κοινὰς τὰς γυναῖκας ὑπάρχειν. καὶ διὰ τοῦτο διωχθεὶς ἐκ τῆς βασιλείας, διὰ τοῦ βασιλέως τῶν Οὔνων ταύτην ἀπέλαβεν.

56. Cabades legem tulit Persis, ut uxores inter ipsos communes essent. Cujus rei causa regno expulsus, Regis Hunnorum auxilio regnum suum recuperavit.

57. Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς ἔκτισε τὸ Δάρας· 4 καὶ κτίσας, 4 ὄναρ τεθέαται Βαρθολομαῖον λέγοντα τὸν Ἀπόστολον, ὡς αὐτὸς τὴν Φυλακὴν ἐπετράπη τῆς πόλεως. διὸ τὸ λείψανον αὐτοῦ ἐκεῖ πέμψας ἀπέθετο.

57. Anastasius Imperator urbem Daras ædificavit. Ea vero jam ædificata, Bartholomæum Apostolum in somnis vidit, dicentem suscepisse se urbis custodiam. Quare Anastasius Bartholomæi reliquias illuc misit, & in ea urbe deponi præcepit.

58. 5 Ἰμμιρίωοί ἐσιν ἔθνος πλουτοῦν ὑπὸ Πέρσας· οἰκοῦσι δὲ ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς τοῦ νότου. Ἰουδαῖοι δὲ ὑπῆρχον ἀνέκαθεν, 6 ἐκ τῆς ἐλθούσης πρὸς Σολομῶντα βασιλίδος τοῦ νότου. ἐγένοντο ἐθνικοί. οἱ αὐτοὶ δὲ ἐπὶ Ἀναστασίου ἐχειστάνισαν, καὶ ἐπίσκοπον ἔλαβον.

58. Immireni gens est Persis subjecta, ad extremos Noti fines habitans. Et ab initio quidem Judæi fuerant, jam inde à regina Austri quæ ad Salomonem olim venit. Postea Gentiles facti sunt. Anastasii vero temporibus Christianam religionem amplexi sunt, & Episcopum acceperunt.

59. 7 Σευῆρος ὅρκον δοὺς Ἀναστασίῳ τῷ βασιλεῖ, ὡς οὐδὲν κινήσοι ποτὲ κατὰ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου, ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ἐχειροτονήθη, παραβὰς τὸν ὅρκον, ἀνεθεμάτισεν αὐτήν.

59. Severus cum Anastasio Imperatori adjecta jurisjurandi religione pollicitus esset, se nihil novi commoturum esse adversus synodum Chalcedonensem, eodem ipso quo ordinatus est die, jusjurandum violans, supradictam synodum Anathemate damnavit.

60. Ἐβασίλευσε Κωνσταντῖνος ὁ μέγας καὶ φιλόχριστος βασιλεύς, ἔτη τριάκοντα καὶ ἕν, μῆνας δέκα.

60. Constantinus Magnus Deique amantissimus Imperator, regnavit annos triginta & unum, menses decem.

61. Ἐβασίλευσε Κωνστάντιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἔτη εἰκοσιπέντε, ἡμέρας ε'. καὶ ἐπὶ αὐτοῦ, 8 εἰσῆλθον ἐν Κωνσταντίνου πόλει τὰ λείψανα τῶν ἁγίων

61. Constantius ejus filius imperavit annos viginti quatuor, dies quinque. Hujus temporibus allatæ sunt Constantinopolim reliquiæ Sanctorum Apostolorum, Ti-

Valesii Annotationes.

1 Ἀκίνητα μὴ κρατεῖν δίκαια] Hunc locum non intellexit Musculus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Ecclesiæ Rom. mos esse fertur, ut jura non sint immota.* Savilius autem ad oram sui cod. hæc verba ita interpretatur: *Ecclesia Romana possessiones accipere non solet rerum immobilium.* δίκαια igitur improprie hoc loco sumitur pro bonis seu corporibus. Sed non assentior Savilio, qui κρατεῖν interpretatur, *possessiones accipere.* Melius vertisset, *retinere possessionem.* Neque enim Ecclesia Rom. possessiones sibi oblatas recusabat accipere; sed acceptas non servabat. Illico enim eas vendebat, Apostolicorum temporum morem in hac parte studens imitari. Primi enim illi Christiani possessiones suas vendere solebant, earumque pretia offerebant ad pedes Apostolorum, ut in eorum Actibus legimus. Hæc tamen consuetudo Ecclesiæ Romanæ brevi post immutata est. Quippe temporibus Gregorii Magni patrimonium beati Petri per omnes provincias Imperii Romani late diffusum erat, ut ex ejus epistolis discimus.

2 Εἰς μοίρας τρεῖς] Melius dixisset Theodorus εἰς μοίρας τέσσαρας. Quatuor enim, tam de reditu Ecclesiæ, quam de oblatione fidelium fiebant portiones. Prima erat Pontificis; secunda Clericorum; pauperum tertia; quarta fabricis Ecclesiæ deputabatur, ut scribit Gelasius Papa in cap. 27. [Vide Glossarium Francisci Pithœi ad Novellas Juliani, in voce *Partes.*]

3 Κωάδης νόμον ἔθετο] Idem scribit Theophanes in Chronico pag. 196.

4 Ὄναρ τεθέαται βαρθολομαῖον] Idem refert Niceph. in cap. 37. lib. 16. ex hoc Theodori nostri loco

5 Ἰμμιρίωοί] Niceph. in cap. 37. lib. 16 *Immeras* vocat, ubi hunc Theod. nostri locum describit. Ego *Homeritas* esse existimo. Omnia enim quæ Immirenis tribuit Theodorus, Homeritis plane conveniunt. Etenim Homeritæ ad extremos fines habitant Oceani meridiani, & metropolim habent Saba; cujus loci Regina olim ad Salomonem visendum profecta est. Præterea origine sunt Judæi, orti ex Chettura Abrahæ. Postea vero ad superstitionem gentilium desciverunt, ut docet Philostorgius in l. 3. hist. Ecclesiasticæ.

6 Ἐκ τῆς ἐλθούσης] Niceph. legisse videtur, ἐλθόντες μετὰ τῆς ἐλθούσης πρὸς σολομῶντα βασιλίδος τοῦ νότου. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐθνίκευσαν. Obstat tamen id quod apud Theoph. & alios legimus, Homeritas Justiniani demum temporibus fidem Christi suscepisse.

7 Σευῆρος ὅρκον δοὺς] Idem relatum jam fuit in lib. 2. excerptorum ex Theod. Lectore. Unde non immerito quispiam suspicari possit, hanc appendicem ex alio Scriptore collectam esse.

8 Εἰσῆλθον ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰ λείψανα] Idem refer-

mothei ante diem octavum calendas Julias: Andreæ autem & Lucæ ante diem quintum Nonas Martias + & depositæ sunt in magna Ecclesia sanctorum Apostolorum ab ipso dedicata.

62. Theodosius Magnus imperavit annos sexdecim. In quibus Arcadius, ejus filius, una cum eo imperavit annis duodecim. Ejusdem Theodosii magni temporibus, reliquiæ sanctorum Martyrum Terentii & Africani, ejusdem Imperatoris jussu depositæ sunt in Martyrio sanctæ Euphemiæ quod est in petra, ante diem decimum Calendas Octobres.

63. Arcadius filius ejusdem magni Theodosii, Imperare cœpit mense Januario, die decimo septimo, post annos quinque quam pater ipsius Imp. fuerat nuncupatus. Mortuus est Calendis Maji, cum imperasset in universum annis viginti quatuor, mensibus tribus, diebus quatuordecim. Ex quibus cum patre quidem imperavit annis duodecim; Imperavit autem solus reliquos annos duodecim, dies tres. Ejusdem Arcadii temporibus, Attico Patriarchatum obtinente, allatæ sunt Constantinopolim reliquiæ sancti Samuelis, & depositæ sunt in Ecclesia ejusdem Prophetæ, prope Septimum, ante diem duodecimum Calendas Julii.

64. Theodosius Junior, filius Arcadii Augusti, imperare cœpit mense Januario. Imperavit una cum patre annos septem, menses tres. Mortuus est die xxviij. mensis Julii, indictione tertia. Et die tricesimo ejusdem mensis depositæ sunt ejus reliquiæ, cum imperasset in universum annos quadraginta duos, menses duos. Ex quibus imperavit quidem una cum patre annos septem, menses tres: solus vero imperavit annos triginta quatuor, menses undecim. Eo regnante, depositæ sunt reliquiæ sanctorum Stephani, Laurentii & Hagnes,

ἀποστόλων, Τιμοθέου μὲν τῇ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἰουλίων· Ἀνδρέα δὲ καὶ Λουκᾶ, τῇ πέντε νόνων Μαρτίων· καὶ κατετέθησαν ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ ἐγκαινισθέντι μεγάλῳ ναῷ τ̃ ἁγίων ἀποστόλων.

62. Ἐβασίλευσε Θεοδόσιος ὁ μέγας, ἔτη δεκαέξ. ἐν οἷς ἐβασίλευσε σὺν αὐτῷ Ἀρκάδιος ὁ υἱὸς ἔτη δώδεκα· ἐπὶ τῆς αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου βασιλείας, ἀπετέθη κελεύσει αὐτοῦ εἰς τὸ Μαρτύριον τῆς ἁγίας Εὐφημίας ἐν τῇ Πέτρᾳ τὰ 1 λείψανα τ̃ ἁγίων μαρτύρων Τερεντίου καὶ Ἀφρικανοῦ, τῇ τρισκαιδεκάτῃ Καλανδῶν Ὀκτωβρίων.

63. Ἐβασίλευσεν Ἀρκάδιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ τ̃ μεγάλου Θεοδοσίου, ἐν μηνὶ Ἰανουαρίῳ, ιζ', μετὰ πέντε χρόνους τῆς ἀναγορεύσεως τοῦ οἰκείου πατρός. ὃς ἐτελεύτησε [a] μηνὶ Μαΐῳ πρώτῃ, βασιλεύσαντος τὰ πάντα ἔτη εἰκοσιτέσσαρα, μῆνας τρεῖς, ἡμέρας δεκατέσσαρας· ἀφ' ὧν τὰ μὲν τ̃ πατρὸς ἔτη δώδεκα· λοιπὰ τὰ χωρὶς μόνου, ἔτη δώδεκα, ἡμέρας τρεῖς. ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, καὶ ἐπὶ Ἀττικοῦ πατριάρχου, εἰσηνέχθη ἐν Κωνσταντίνου πόλει τὰ [2] λείψανα τοῦ ἁγίου Σαμουὴλ, καὶ 2 ἀπετέθησαν [3] ἐν τῷ προφητείῳ αὐτοῦ πλησίον τ̃ 3 Ἑβδόμου, [b] τῇ δώδεκα Καλανδῶν Ἰουλίων. b

64. Ἐβασίλευσε ὁ νέος Θεοδόσιος ὁ υἱὸς Ἀρκαδίου, μηνὶ Ἰανουαρίῳ, ἐν συνεβασίλευσε τῷ πατρὶ ἔτη ἑπτὰ, ἐν μῆνας τρεῖς. ἐτελεύτησε μηνὶ Ἰουλίῳ ἑβδόμῃ. ἰνδικτιῶνος τρίτης· ἐν κατέθεντο τὰ λείψανα αὐτοῦ, μηνὶ τῷ αὐτῷ τριακοστῷ· βασιλεύσας τὰ πάντα [c] ἔτη λδ', μῆνας δύο· ἀφ' ὧν τὰ μὲν τ̃ c πατρὸς ἔτη ἑπτὰ, μῆνας τρεῖς. λοιπὰ τὰ χωρὶς μόνας ἔτη τ̃ βασιλείας αὐτοῦ λδ', μῆνας ἕνδεκα. ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀπετέθησαν τὰ λείψανα τ̃ ἁγίων Στεφάνου καὶ Λαυρεντίου καὶ Ἁγνῆς, ἐν

VALESII ANNOTATIONES.

tur in fastis, quos nomine Idatii edidit Jacob. Sirmondus. Constantio octavum, & Juliano Cæsare Coss. *His Coss. introierunt Constantinopolim reliquiæ Apostoli Timothei, die Kalendas Junias.* Et anno sequente, Constantio nonum, & Juliano iterum Coss. *His Coss. introierunt Constantinopolim reliquiæ sanctorum Apostolorum Andreæ & Lucæ, die 5. Nonas Mart.* Eadem quoque leguntur in Chr. Alexandrino. Constantio Aug. octavum & Juliano Coss. ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων μηνὶ παυέμῳ α'. Τιμοθέου τοῦ ἁγίου τὰ λείψανα ἠνέχθη ἐν Κωνσταντινουπόλει. Quæ sic vertenda sunt: *His Coss. mensis Panemi seu Julii die prima allata sunt Constantinopolim reliquiæ sancti Timothei, &c.* ubi vides Authorem Chronici Alexandrini, quod spectat ad diem, consentire cum Fastis Idatii: in mense vero dissentire.

1 Ἐν τῇ Πέτρᾳ] Hujus Basilicæ sanctæ Euphemiæ martyris mentio fit in orig. Const. p. 47. & 60. τὴν δὲ ἁγίαν εὐφημίαν τὴν Πέτραν Ἀναστάσιος ὁ δικορος καὶ ἡ Ἀριάδνη ἀνήγειραν. Ex hoc tamen Theodori testimonio apparet, Basilicam istam diu ante principatum Anastasii stetisse. Hæc porro Basilica cognominata est in Petra, ad discrimen alterius Basilicæ sanctæ Euphemiæ martyris, quæ erat in Hippodromo, cujus mentio fit in orig. Constant.

2 Λείψανα τοῦ ἁγίου Σαμουὴλ] De hac translatione reliquiarum Samuelis Prophetæ ex Palæstina Constantinopolim usque, videndus est B. Hieronymus in lib. adversus Vigilantium, ubi ita scribit: *Sacrilegus dicendus est & nunc Aug. Arcadius, qui ossa Beati Samuelis longo post tempore de Judæa transtulit in Thraciam. Omnes Episcopi non solum sacrilegi, sed & fatui judicandi, qui rem vilissimam & cineres dissolutos, in serico & vase aureo portaverunt. Stulti omnium Ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanctis reliquiis, & tanta lætitia, quasi præsentem viventemque Prophetam cernerent, susceperunt, ut de Palæstina usque Chalcedonem jungerentur populorum examina, & in Christi laudem una voce resonarent.*

3 Ἐν τῷ προφητείῳ] Ecclesia in honorem Prophetæ ædificata, vocabatur προφητεῖον, eodem modo quo Ecclesia in honorem Apostoli constructa, ἀποστολεῖον, & Ecclesia in honorem Martyris extructa, μαρτύριον dicebatur. Sic in actione tertia Conc. Const. sub Mena pag. 693. ἔφησαν δὲ προάστειον αὐτὸν ἔχειν πλησίον τῆ προφητείᾳ, &c. ubi Ecclesiam Samuelis Prophetæ intelligendam puto, quæ simpliciter & absolute προφητεῖον dicebatur. Ecclesia quidem S. Joannis Bapt. quæ erat in Septimo, ipsa quoque προφητεῖον vocabatur, ut notavit Meursius in Glossario. Sed frequentius μαρτύριον dicta est, ut docet locus Menæi ibidem prolatus à Meursio. Cæterum ex eo quod hic studiose relatum legimus: quorum Sanctorum reliquiæ, & quibus temporibus Constantinopolim delatæ sint, satis apparet Theod. Lectorem hujus operis Auctorem esse. Qui cum Lector esset Ecclesiæ Const. diligenter in historia sua recensuit omnium Sanctorum reliquias, quibus urbs regia erat communita.

VARIORUM.

a Μηνὶ Μαΐῳ πρώτῃ] Hinc corrigendus Zosimus, qui Arcadium X Kal. Septemb. mortuum tradit. Vid. Pagi ad ann. 408. n. 2. *W. Lowth.*

b Πρὸ δώδεκα Καλανδῶν Ἰουλίων] XIV. Kal. Junii, juxta Chronicon Alexandrinum, apud agium ad Pann. 406. n. 15. *W. Lowth.*

c Ἔτη λδ'.] Legendum μϛ'. ut patet ex sequentibus. *W. Lowth.*

τῷ

τῷ μαρτυρίῳ τοῦ ἁγίου Λαυρεντίου, τῇ εἰκοστῇ πρώτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός. καὶ τελεῖται μέχρι σήμερον ἐκεῖσε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἡ μνήμη αὐτῶν. ἐπ᾽ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, καὶ Πρόκλου πατριάρχου, ἠνέχθη τὸ λείψανον τοῦ Χρυσοστόμου, καὶ κατετέθη ἐν τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις τῷ πέντε Καλανδῶν Φεβρουαρίων.

in Martyrio S. Laurentii, die viceſima prima menſis Septembris. Et eodem die celebratur illic eorum memoria uſque ad hodiernum diem. Ejuſdem Theodoſii temporibus, Proclo Patriarchatum adminiſtrante, allatæ ſunt reliquiæ Joannis Chryſoſtomi, & depoſitæ ſunt in Baſilica Sanctorum Apoſtolorum ante diem quintum Calendas Februarias.

65. Ἐβασίλευσεν ἰνδικτῶνος δεκάτης, μηνὶ Φεβρουαρίῳ χειροτονηθεὶς ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου, καὶ ἐτελεύτησε μηνὶ Ἰανναρίῳ, ἰνδικτῶνος δωδεκάτης. γίνονται ἔτη τῆς βασιλείας αὐτοῦ, δεκαεπτά. ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, καὶ ἐπὶ Γενναδίου πατριάρχου, ἠνέχθη ἀπὸ τοῦ Σερμίου τὸ λείψανον τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, καὶ κατετέθη ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς τῷ ὄντι ἐν τοῖς Δομνίου ἐμβόλοις.

65. Leo Auguſtus imperare cœpit indictione decima, menſe Februario, coronatus ab Anatolio Patriarcha. Mortuus eſt menſe Januario, indictione duodecima. Fiunt anni ejus Imperii ſeptemdecim. Eo regnante, & Gennadio Patriarchatum adminiſtrante, allatæ ſunt Sirmio reliquiæ ſanctæ Anaſtaſiæ, & depoſitæ ſunt in Martyrio ejuſdem quod eſt in porticu Domnini.

ΤΕΛΟΣ. *FINIS.*

FRAGMENTA
THEODORI LECTORIS.
Ex Actione quinta Synodi ſeptimæ.

Θεοδώρου ἀναγνώστου ἐκ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας.

EX ECCLESIASTICA HISTORIA Theodori Lectoris.

ΠΕΡΣΗΣ τὶς Ξεναΐας ἐπικληθεὶς· ὃν ἐν τοῖς αὐτῷ ἱεραπικοῖς χρόνοις ὁ Καλενδίων θύρηκὼς τὰ ἐκκλησιαστικὰ νοθεύοντα, καὶ τὰς κώμας ἀναστατοῦντα, ἀπελαύνῃ τῆς χώρας. περὶ τούτου, ἃ πολλὰ παρὰ διαφόρων ἀκηκοὼς ἠκριβωσα, ἀπὸ μέρους λέξω. ἀπὸ γοῦν τῆς τῶν Περσῶν χώρας οἰκεῖον δεσπότην πεφυγώς. καὶ μετ᾽ ὀλίγα. τοῦτον ὁ Πέτρος ἀντὶ Κύρου τῆς Ἱεραπολιτῶν ἐκκλησίας ἐπίσκοπον ἐκπέμπει. ὃν μετ᾽ οὐ πολὺ ἐπίσκοποι ἐκ τῆς Περσικῆς παραγενόμενοι οἰκότευθα ἤλεγχον, καὶ τοῦ θείου βαπτίσματος ἀμέτοχον. ὅπερ μεμαθηκὼς ὁ Πέτρος, τί δέοι γενέσθαι μὴ φροντίσας, ἔφησεν ἀρκεῖν αὐτῷ τὴν τοῦ ἐπισκόπου χειροτονίαν πρὸς ἀναπλήρωσιν τῆς θείας μυήσεως. 1

PERSA quidam Xenaias nomine: quem cum Calendio Epiſcopatus ſui tempore deprehendiſſet adulterantem Eccleſiaſtica dogmata, & vicos evertentem, ex regione ejecit. De hoc multa, quæ à diverſis hominibus cum diligenti inquiſitione accepi, ex parte commemorabo. *Et aliquanto poſt.* Eum Petrus in locum Syri Hierapolitanorum Epiſcopum conſtituit. Quem haud multo poſt Epiſcopi quidam ex Perſide advenientes, vernulam eſſe coarguerunt, & divini baptiſmatis exſortem. Quo comperto Petrus, parum curans quidnam faciendum eſſet, ſufficere ei dixit Epiſcopalem ordinationem ad ſupplementum ſacri baptiſmatis.

Sequitur locus Joannis Diacrinomeni de eodem Xenaïa, quem deſcriptum eſſe opinor ex Theodoro noſtro.

VALESII ANNOTATIONES.

1 Τῆς θείας μυήσεως] Poſt hunc locum Theod. Lect. recitatur in Synodo 7. locus alter ex hiſt. Eccl. Joan. Diacrinomeni Quem quidem locum deſumptum eſſe exiſtimo ex hiſt. Eccl. Th. Lect. qui de Xenaia loquens, Joannis Diacrin. hiſtoriam adduxerat. Sic enim de Severo Acephalo ſcribens, eundem Joannem Diacrinomenum laudat Authorem, ut videre eſt pag. 563.

Ex Suida in voce Διόδωρος.

Diodorus monachus primum fuit, Juliani & Valentis temporibus, poſtea vero Epiſcopus Tarſi Ciliciæ. Scripſit hic libros complures, ut teſtatur Theodorus Lector in Hiſtoria Eccleſiaſtica. Quorum hi ſunt tituli. Interpretationes in univerſum Vetus Teſtamentum: in Geneſim ſcilicet, in Exodum, & in reliquos deinceps libros. In Pſalmos, & in quatuor libros Regnorum. Quæſtiones in Paralipomena, in Proverbia. Quænam differentia ſit inter theoriam & allegoriam. In Eccleſiaſtem. In Canticum Canticorum, in Prophetas. Chronicum, in quo Euſebii Pamphili error in computatione temporum emendatur. In quatuor Evangelia. In Actus Apoſtolorum. In Epiſtolam Joannis Evangeliſtæ, de hoc quod unus eſt Deus in Trinitate. Contra Melchiſedecitas. Contra Judæos. De reſurrectione mortuorum. De anima, & de diverſis hæreſibus ſuper ejuſdem animæ natura. Capitula ad Gratianum. Contra Aſtronomos & Aſtrologos, & contra fatum. De ſphæra & de ſeptem Zonis, & de contraria progreſſione aſtrorum. De ſphæra Hipparchi. De providentia. Contra Platonem de Deo ac diis. De natura & materia. In quo, & quid ſit juſtum. De Deo & de materia Græcorum, falſa atque aberrante. Quod inviſibiles ſubſtantiæ, non ex elementis, ſed ex nihilo creatæ ſint una cum elementis. Adverſus Euphronium Philoſophum, per interrogationem & reſponſionem. Contra Ariſtotelem de corpore cœleſti. Quonam modo calidus ſit ſol. Adverſus eos qui dicunt cælum eſſe animal. Qua ratione Creator quidem ſempiternus ſit, res creatæ non item. Qua ratione in Deo ſit velle & non velle, tametſi Deus æternus ſit. Contra Porphyrium de animalibus & de victimis.

Διόδωρος μονάζων, ἐπὶ τοῖς χρόνοις Ἰουλιανοῦ καὶ Οὐάλεντος, ἐπισκοπήσας Ταρσῶν τῆς Κιλικίας. οὗτος ἔγραψεν, ὥς φησι Θεόδωρος ἀναγνώστης ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ, διάφορα. εἰσὶ δὲ τάδε. ἑρμηνείαι εἰς τὴν παλαιὰν πᾶσαν· Γένεσιν, Ἔξοδον, καὶ ἐφεξῆς. καὶ εἰς Ψαλμούς, καὶ εἰς τὰς τέσσαρας βασιλείας· εἰς τὰ ζητούμενα τῶν παραλειπομένων· εἰς τὰς παροιμίας· τίς διαφορὰ θεωρίας καὶ ἀλληγορίας. εἰς τὸν Ἐκκλησιαστήν. εἰς τὸ ἆσμα τῶν ἀσμάτων. εἰς τοὺς προφήτας. χρονικόν, διορθούμενον τὸ σφάλμα Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ τῶν χρόνων. εἰς τὰ τέσσαρα εὐαγγέλια. εἰς τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων. εἰς τὴν ἐπιστολὴν Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ. περὶ τοῦ εἷς Θεὸς ἐν τριάδι. κατὰ Μελχισεδεκιτῶν. κατ' Ἰουδαίων. περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως. περὶ ψυχῆς· καὶ κατὰ Ἀφθάρτων περὶ αὐτῆς αἱρέσεων. πρὸς Γερμανὸν κεφάλαια· κατὰ ἀστρονόμων καὶ ἀστρολόγων καὶ εἱμαρμένης. περὶ σφαίρας καὶ τῶν ἑπτὰ ζωνῶν, καὶ τῆς ἐναντίας τῶν ἀστέρων πορείας. περὶ τῆς Ἱππάρχου σφαίρας. περὶ προνοίας. κατὰ Πλάτωνος περὶ Θεοῦ καὶ θεῶν. περὶ Φύσεως καὶ ὕλης· ἐν ᾧ, τί τὸ δίκαιον ἐστί. περὶ Θεοῦ καὶ ὕλης Ἑλληνικῆς πεπλανημένης. ὅτι αἱ ἀόρατοι φύσεις οὐκ ἐκ τῶν στοιχείων, ἀλλ' ἐξ οὐδενὸς μετὰ τῶν στοιχείων ἐδημιουργήθησαν. πρὸς Εὐφρόνιον Φιλόσοφον, κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν. κατὰ Ἀριστοτέλους περὶ σώματος οὐρανίου, πῶς θερμὸς ὁ ἥλιος. κατὰ τῶν λεγόντων ζῷον τὸν οὐρανόν. περὶ τοῦ, πῶς ἀεὶ μὲν ὁ δημιουργός, οὐκ ἀεὶ δὲ τὰ δημιουργήματα. πῶς τὸ θέλειν καὶ τὸ μὴ θέλειν ἐπὶ Θεοῦ ἀϊδίου ὄντος. κατὰ Πορφυρίου περὶ ζώων καὶ θυσιῶν.

Ex Theophanis Chronico p. 139.

Epiſcopum Theſſalonicæ Theodorus Hiſtoricus Patriarcham vocat abſque ulla ratione: nec cur ita eum appellet, ſatis ipſe novit.

Τὸν Θεσσαλονίκης ἐπίσκοπον Θεόδωρος ἱστορικὸς Πατριάρχην ὀνομάζει, ἀλόγως, μὴ εἰδὼς τὸ 2 ἀκριβές.

Vetus Scholion ad caput viceſimum primum libri tertii Evagrii.

EVAGRIUS quidem hoc loco aperte non dicit, Acacium ab Epiſcopo Romano depoſitum fuiſſe. Verum Theodorus, & Baſilius Cilix diſerte id affirmant.

Οὐ λέγει ἔτος ἐνταῦθά γε τρανῶς τὸν Ἀκάκιον ὑπὸ τοῦ Ῥώμης καθαιρεθῆναι. Θεόδωρος δὲ μέντοι καὶ ὁ Κίλιξ Βασίλειος τρανῶς αὐτὸ φασί.

Ex Actione prima ſeptimæ Synodi Oecumenicæ.

DIOSCORUS enim contra Canonum præſcripta, Conſtantinopolitani Epiſcopi

Ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Θεοδώρου ἀναγνώστου, βιβλίου πέμπτου. Διόσκορος γὰρ παρὰ τὸ τοῖς 3

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ ἀστρολόγων καὶ εἱμαρμένης] Diodorus Tarſenſis libros octo ſcripſerat contra Fatum, quorum excerpta habentur in Bibliotheca Photii cap. 223.

2 Πατριάρχην ὀνομάζει ἀλόγως] Fallitur Theoph. qui Theſſal. Epiſcopum male à Theodoro Lect. Patriarcham vocari dicit. Nam Theſſ. Epiſc. optimo jure Patriarcha dictus eſt, ut pote qui Primas eſſet totius Illyrici. Primates enim, ſive ἔξαρχοι, olim Patriarchæ dicebantur, ut jam pridem monuit Jac. Sirmondus. Vide, ſi placet, quæ notavi ad lib. 3. Evagrii cap. 6. & ad lib. 5. ejuſdem Evagrii.

3 Hoc inſigne Fragmentum de Ordinatione Anatolii Epiſcopi Conſtantinopolitani, quæ facta eſt Aſterio & Protogene Coſſ. anno Chriſti 449. Baronii diligentiam fugit. Depromptum autem eſt ex libro primo Hiſtoriæ Theodori. Nam Theodorus Lector Hiſtoriam ſuam exorſus eſt

καιρόσι

χανόσι δοκῆν, ἑαυτῷ τ' χειροτονίαν ὑπερέψας τῆς κτ' Κωνσταντινούπολιν ἐπισκοπῆς, προχειρίζεταί εἰς τ' αὐτῆς προεδρείαν Ἀνατόλιόν τινα, τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας τὸν Ἀποκρίσιν ἐν Κωνσταντινουπόλει ποιούμενον, ἔχων παρόντα καὶ Εὐτυχῆ συλλειτουργοῦντα. πρὸς ὃν Ἀνατόλιος χαριέντως ἔφη· τὸ γὰρ μέλλον ἠγνόεις· ὅπου προπεπάτηκας, ἁγίασας. ἐπράττετο δὲ ταῦτα κατὰ τ' ὑπατείαν Πρωτογένους καὶ Ἀστερίου.

Ordinationem ſibi aſſumens, ad ejus Eccleſiæ præſulatum eligit Anatolium quemdam, qui tum Conſtantinopoli Apocriſarius erat Eccleſiæ Alexandrinæ: habens præſto Eutychem quoque Miſſas cum ipſo celebrantem. Cui Anatolius facete dixit: ignorabat enim quid facturus eſſet Dioſcorus: Cuncta ad quæ veniſti loca ſanctificaſti. Agebantur autem hæc Conſulatu Protogenis & Aſterii.

Ex libro 3. Joannis Damaſceni de Imaginibus.

Ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Θεοδώρου ἀναγνώστου Κωνσταντινουπόλεως, περί τινος αἱρετικοῦ Παλλαδίου.

Ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Theodori Lectoris Conſtantinopolis, de quodam Palladio Hæretico.

Ὁ δὲ τῆς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος Παλλάδιος, πρὸς χάριν βασιλέως ἁρπαπτόμενος, τὰς τοῖς ἐν Καλχηδόνι ἁγίοις δόγμασιν ἑπομένας ἐμυσάττετο, καὶ τὰς τ' ἁγίων Πατέρων εἰκόνας καθεῖλεν.

EPISCOPUS autem Antiochiæ Palladius, Imperatori gratificari ſtudens, eos qui ſancta Chalcedonenſis Concilii decreta ſequebantur, averſari cœpit, & ſanctorum Patrum imagines depoſuit.

Τῆς αὐτῆς ἱστορίας ἐκκλησιαστικῆς, περὶ τ' τὰ Διοσκόρου φρονούντων. Εἰς τοσοῦτον γὰρ ἐληλύθει τ' τόλμης, ὥστε καὶ τὰ τῶν ἐκεῖ γεγονότων μακαρίων ποιμένων ὀνόματα, τ' ἱερῶν διπτύχων ἀνεῖλε, καὶ τὰς αὐτῶν εἰκόνας καθεῖλε, κατακαύσας τυραννικῶς.

Ex eadem Hiſtoria Eccleſiaſtica, de iis qui Dioſcori partes ſequebantur. Eo enim Audaciæ proruperat, ut beatorum qui illic fuerant Epiſcoporum nomina ex ſacris Diptychis ſuſtulerit, eorumque imagines depoſuerit, ac tyrannice combuſſerit.

Τῆς αὐτῆς ἱστορίας, περὶ ᾧ ἁρπάξαντός τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως μετὰ Μακεδόνιον αἱρετικοῦ. Οὗτος ὁ ἀνόσιος, ἐν ταῖς συνάξεσιν ἀπερχόμενος, τὸν σεπτὸν οἶκον ἀναθεωρεῖσθαι κελεύων, εἴπου μὴ γεγραμμένον ἐν εἰκόνι εὕρισκε Μακεδόνιον, ταύτην εἰ μὴ καθεῖλεν, οὐκ ἂν ἐλειτούργει. Vide pag. 563.

Ex eadem Hiſtoria Eccleſiaſtica, de Timotheo hæretico, qui poſt Macedonium Conſtantinopolitanam ſedem ſuſcepit. Impius iſte in ſacris conventibus, ingrediens in venerabiles ædes, jubebat ſedulo inſpici num forte Macedonius alicubi in tabula depictus inveniretur. Nec niſi ea tabula prius depoſita fuiſſet, miſſas ibi celebrabat.

Τῆς αὐτῆς ἱστορίας, περὶ Ἰουλιανοῦ καὶ Τιμοθέου καὶ Ἑλάρου. Τοῦτον τὸν Ἰουλιανόν, γνωρίζουσί τινες τ' ταῖς ταραχαῖς χαιρόντων, Τιμοθέῳ τῷ ἐπισκόπῳ ὑπὸ τοῦ προλεχθέντος Μακεδονίου συγκροτηθέντα, καὶ δι' ἣν αἰτίαν συνεκροτεῖτο· ἀφ' ὧν τ' ὑπηρετουμένων αὐτῷ θᾶττον παρενέγκας, παρόντων καὶ πολιτικῶν ἀρχόντων ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ ἠνάγκαζε τὰ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου ἀναθέματι ὑποβαλεῖν. δεόμενος δὲ ὁ γέρων ταῖς εἰκόσι τῶν κατοιχομένων ἱερέων, Φλαβιανῷ καὶ Ἀνατολίῳ τῶν ἀρχιεπισκόπων, ἐν Κωνσταντινουπόλει κεχρωματισμένων, δι' ὧν ἡ ἐν Καλχηδόνι σύνοδος τὸ κῦρος ἐκτήσατο, ἐκραύγαζεν, εἰ μὴ θέλετε ἀφεῖναι τὰ τ' λελεσμένης ἁγίας συνόδου, ἀναθεματίσαι τὰς τ' ἐπισκόπων εἰκόνας, καὶ τ' ἱερῶν διπτύχων ἀπαλεῖψαι.

Ex eadem Hiſtoria Eccleſiaſtica, de Juliano, & de Timotheo Conſtantinopolitano Epiſcopo. Quidam ex iis qui ſeditionibus delectabantur, Timotheo Epiſcopo indicarunt, Julianum hunc à ſupra memorato Macedonio ſuſceptum ac ſuſtentatum fuiſſe, & quam ob cauſam ita ſuſceptus fuiſſet. Eum igitur Timotheus per miniſtros ſuos ad ſe adductum, præſentibus etiam civilibus Magiſtratibus, in Epiſcopali æde Chalcedonenſem Synodum anathemati ſubjicere compellebat. Senex vero imaginibus mortuorum Antiſtitum, Flaviani & Anatolii Archiepiſcoporum Conſtantinopolis, qui illic depicti erant, quorum opera Chalcedonenſis Synodus confirmata fuerat, ſupplicans exclamavit. Si ſanctam Synodum admittere recuſatis, deponite imagines Epiſcoporum, eoſque è ſacris diptychis expungite.

VALESII ANNOTATIONES.

à fine librorum Socratis. Cum ergo Socrates deſierit in Epiſcopatu Procli CP. Theodorus Lector Hiſtoriam ſuam inchoavit ab exordio Flaviani, id eſt ab anno Chriſti 446. Quare in titulo hujus fragmenti ſcribendum eſt, βιβλίου πρώτου.

1 Τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας τὰς Ἀποκρίσεις] Liberatus in Breviario cap. 12. ſcribit, Anatolium Apocriſarium fuiſſe Dioſcori Alexandriæ Epiſcopi. Sic enim habet; *Ordinatuſque pro eo Anatolius Diaconus, qui fuit Conſtantinopoli Apocriſarius Dioſcori.* Utrum vero Apocriſarium Epiſcopi ab Apocriſario Eccleſiæ diſtinguere oporteat, dubitare quis fortaſſe poſſit. Habebant enim majores Eccleſiæ ſuos Apocriſarios apud Principem, ut docet Juſtinianus in Novellis. Porro Patres Synodi ſeptimæ eo loco probare conantur, improbandas non eſſe Ordinationes ab hæreticis factas, idque adſtruunt exemplo Anatolii, qui à Dioſcoro hæretico ordinatus eſt Epiſcopus Conſtantinopolis. Sed reſponderi poteſt, Dioſcorum tunc cum Anatolium ordinavit, hæreticum non fuiſſe. Sed neque poſtea in Chalcedonenſi Synodo ob ullum Hæreſim damnatus eſt, ut patet ex ſententia damnationis à Patribus Synodi in eum prolata. Juſtinianus quoque in expoſitione fidei ſcribit, Dioſcorum non ob ullam in fide errorem, ſed tantum propter Eccleſiaſticum ſtatum à Sancta Romana Eccleſia poſt mortem anathemate damnatum fuiſſe. Ipſe etiam Anatolius idem dixerat in Concilio Chalcedonenſi. Act. 5, His verbis: *Propter fidem non eſt damnatus Dioſcorus, ſed quia excommunicationem fecit Domino Archiepiſcopo Leoni.* Quæ verba referuntur etiam a Nicolao Papa in Epiſtola ad Michaëlem Imp.

Θεοδώρου

Ex Historia Ecclesiastica Theodori Historici Constantinopolitani, de Gennadio Archiepiscopo Constantinopolitano. Alia quoque de illo adjiciam stupenda prorsus atque admiranda. Cum pictor quidam Christi Domini nostri imaginem pingeret, manus ei exaruerunt. Dicebatur autem opus illud Pagani cujusdam mandato, sub specie ac nomine Servatoris nostris pinxisse, crinibus ex utraque capitis parte ita discretis, ut facies nullatenus tegeretur. Hac enim forma gentiles Jovem solent depingere: eo scilicet consilio ut qui imaginem illam cernerent, Servatorem sibi viderentur adorare.

Ex Theodori Ecclesiast. Historiæ lib. 4. Sub eodem Consulatu, quinto ac vicesimo die mensis Decembris, miraculum horrendum prorsus & inusitatum accidit, & quod cunctis audientibus stuporem incutiat. Quidam enim, Olympius nomine, juxta equum ambulatorem Euthymii Arianorum Episcopi incedere solitus, cum esset in lavacro Palatii Helenianarum in cella tepidaria, & quosdam ex lavantibus fidem Consubstantialis laudantes animadvertisset, hæc quæ sequuntur protulit verba. Quidnam vero est Trinitas, aut quo in pariete minime depicta est? Simul apprehensis virilibus: Ecce ego quoque Trinitatem habeo. Adeo ut omnes qui illic aderant, commoti illum interficere vellent. Sed ne id facerent prohibiti sunt à quodam Magno, Ecclesiæ Sanctorum Apostolorum Presbytero, viro admirabili, Deique cultore studiosissimo, qui in ambitu Palatii repertus ipsis affirmavit, quod vir ille nunquam subterfugiturus esset justitiæ oculum, cuncta spectantem & diligentissime adnotantem. Cum igitur hominem reveriti, tumultum compressissent, surrexit Olympius. Et aquæ calidæ solio, ut moris est, usus, ad frigidæ aquæ piscinam egreditur, quæ aquas excipit ex fonte qui oritur in medio venerandi altaris sanctæ Ecclesiæ Protomartyris Stephani, olim ab Aureliano viro summis Magistratibus functo exstructæ. Ex quo

Θεοδώρου ἱστοριογράφου Κωνσταντινουπόλεως, ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας, περὶ Γενναδίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως. Ἕτερα ἢ αὐτοῦ ὡσαύτως θαυμάσομαι, καταπλήξεως μεστά. Ζωγράφος τις, τὴν εἰκόνα τοῦ δεσπότου Χριστοῦ γράφων, τῇ χεῖρι ἀπέψυκτο. καὶ ἐλέγετο ὡς ὑπό τινος Ἕλληνος τὸ ἔργον ἐπιταγὲν τῆς εἰκόνος, ἐν τῷ τοιούτῳ σχήματι τοῦ ὀνόμαλος τοῦ σωτῆρος γεγράφηκεν ἐξ ἑκατέρου τὰς τρίχας ἐπὶ κεφαλῆς διεζωσας, ὡς μὴ τὰς ὄψεις καλύπτεσθαι. τοιούτῳ γὰρ σχήματι ἑλλήνων παῖδες τὸν Δία γράφουσι, πρὸς τὸ τοὺς ὁρῶντας νομίζειν, τῷ Σωτῆρι τὴν προσκύνησιν ἀπονέμεσθαι. Vide p. 554.

Τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Θεοδώρου τετάρτου τόμου. ² Ὑπὸ δὲ ταύτην τὴν ὑπατείαν, τῷ τὸν μῆνα τὸν Δεκέμβριον, ἔχοντα αὐτὸν εἰκάδα καὶ πέμπτην ἡμέραν, θαῦμα φοβερὸν καὶ ἐξαίσιον, πᾶσάν τε ἀκοὴν ἀνθρώπων καταπλῆξον γενέσθαι. Ὀλύμπιος γάρ τις τοὔνομα, Εὐθυμίου τοῦ τῆς Ἀρείου θρησκείας ἐξάρχοντος, ³ τὸν βαδίσην παραχορεύοντα, ἐν τῷ λουτρῷ τοῦ παλατίου Ἑλενιανῶν γενόμενος ⁴ κατὰ τὸν προμαλάττοντα, καὶ θεασάμενος πινὰς τῶν λουομένων, τὸ τῆς ὁμοουσίου δόξαν σεμνύνοντας, ἔφη αὐταῖς λέξεσιν ὕστερα. τί γάρ ἐστιν ἡ τριάς; ποίῳ δὲ τοίχῳ οὐκ ἐπιγέγραπται; καὶ κρατήσας τὸ ἑαυτοῦ ἀναγκαίων ἔφη· ἴδε, κἀγὼ τελείαν ἔχω. ὥστε μνηθέντας τοὺς ἐκεῖ θορυβεῖσθαι, μέλλειν αὐτὸν ἀφανίζεσθαι· ἀλλ' εἰσῆχθησαν ὑπό τινος Μάγνου πρεσβυτέρου τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐν τῷ ἐπιτιχίσματι, ἀνθρώπου θαυμαστοῦ, καὶ τὸν Θεὸν θεραπεύοντος, φήσαντος πρὸς αὐτούς, ὡς οὐκ ἂν διαλάθῃ τὸ παντοφόρον δίκης ὀφθαλμόν, ἀκριβεῖ λόγῳ γράφοντα· αἰδοῖ δὲ τοῦ ἀνδρὸς τῆς ταραχῆς παυσαμένων, ἐξανέστη ὁ Ὀλύμπιος, καὶ ² τῇ ἐμβάσει τῶν θερμῶν ὡς ἔθος χρησάμενος, ἔξεισιν ἐπὶ τὸ τῶν ψυχρῶν ὑδάτων δεξαμενίου, ὅπερ λαμβάνει τὰ ὕδατα ἐκ πηγῆς πιπτομένης μέσον τοῦ σεμνοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θαυμαστοῦ οἴκου τοῦ πρωτομάρτυρος Στεφάνου, ὃν οἱ παλαιοῖς ἔκτισεν, ἀξιώμασιν ἀρχοντικοῖς διαλάμψας Αὐρη-

Valesii Annotationes.

1 Hujus egregii Fragmenti Titulus in editione Basiliensi ita scriptus est: *τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Θεοδωρήτου, &c.* Sed cum Theodoritus usque ad Anastasii Imperatoris tempora minime pervenerit, recte Jacobus Billius in Notis ad librum tertium Joannis Damasceni de Imaginibus observat, scribendum esse *Θεοδώρου*. Atque ita conjeceram priusquam Notas ejus legissem. Certe stilus & scribendi character, Theodorum Lectorem aperte indicat.

2 *Ὑπὸ δὲ ταύτην τὴν ὑπατείαν*] Quibus Consulibus id miraculum contigerit, docet Victor Tunonensis in Chronico ita scribens, *Joanne Scytha & Paulino Coss. Olympius quidam Arianus in Balneis quæ Eliana vocantur, ad Regiam urbem, sanctam & consubstantialem Trinitatem blasphemans, tribus ignis siclis Angelo ministrante, invisibiliter in piscina frigidæ aquæ perfusus, vitam impie simulque prodigiose finiit.* Eamdem Historiam referunt Auctor Historiæ Miscellæ in libro 15. Ado Viennensis, & Sigebertus in Chronico. Qui tamen in Africa id gestum esse scribunt, contra fidem atque auctoritatem Victoris atque Theodori. Vidit hunc errorem Baronius: qui tamen & ipse lapsus est, cum id miraculum retulit anno Christi 494. cum in annum Christi 498. referre debuisset, ut testatur Victor Tunonensis.

3 *Τὸν βαδίσην παραχορεύοντα*] Scribendum est procul dubio *παραχορεύων*. Refertur enim ad vocem *ὀλύμπιος*. His igitur verbis Theodorus significat, Olympium hunc Euthymii Arianorum apud Constantinopolim Episcopi pedisequum fuisse seu stratorem, qui juxta equum subsultim incederet. Nam *βαδίσης* equus est qui *βάδην* ambulat, id est molli gressu. Hujusmodi certe equi Episcopis magis conveniunt. Hesychius *καλπης, ἵππος βαδίσης*. Plura de his equis congerit Salmasius in Notis ad Historiam Augustam pag. 245.

4 *Κατὰ τὸν προμαλάττοντα*] Idiotismus est familiaris Theodoro. Ut enim paulo ante dixit *τὸν βαδίσην*, subaudiens *ἵππον*, ita nunc dicit *τὸν προμαλάττοντα*, subaudiens *οἶκον*. Intelligit autem Theodorus Cellam tepidariam. Quatuor enim erant Cellæ in balneis. Prima tepidaria unctuaria. Secunda Sudatoria dicebatur. Tertia Assa Cella. Quarta Frigidaria, ut scribitur in Dialogo Hadriani & Epicteti.

Variorum.

a *Τῇ ἐμβάσει τῶν θερμῶν*] Balnea intra Ecclesiarum ambitum interdum struebantur. Vide celebrem Legem de Asylis, 9. Cod. Theod. Tit. 45. l. 4. *W. Lowth.*

λιαιόθ.

λιανός. ἐνθένδε ἠχοῦμαι θείας ἐποψίας τὸ ὕδωρ ἀξιοῦσθαι· ἐν ᾧ καταβὰς, θᾶττον ἐπαναβαίνει, κραυγάζων, ἐλεήσατέ με, ἐλήσατε· καὶ κλίνων αὐτῷ τὰς σάρκας, τῶν ὀστῶν ἀπεμέριζε. πάντες δὲ περὶ αὐτὸν γενόμενοι, καὶ κρατήσαντες, σινδόνι περιτυλίξαντες, ἀνέκλιναν ψυχορραγοῦντα. ἐπιρρώτων δὲ, τί ἂν εἴη τὸ συμβάν; καὶ φησὶν ὁ Ὀλύμπιος· ἄνδρα κατιδὼν 1 λευχειμονοῦντα, ἐπιβάλλα μοι κατ' ἐμὲ νεροφόρῳ, καὶ τρεῖς σίκλας θερμοῦ περιχέαντά μοι, καὶ λέγοντά μοι· μὴ δυσφήμει. λαβόντες δὲ αὐτὸν φορείῳ οἱ αὐτῷ διαφέροντες, μελεκόμησαν ἐν ἑτέρῳ λουτρῷ προσκειμένῳ τῇ τῶν Ἀρειανῶν ἐκκλησίᾳ. θελόντων δὲ αὐτῶν ἀποτυλίξαι τὸν σινδόνα ἀπ' αὐτοῦ, συνεξέπαιρον πάσας τὰς σάρκας αὐτοῦ. καὶ ὕστως νεκρωθεὶς, ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα. γνωστὸν δὲ ἐγένετο τοῦτο σχεδὸν καθ' ὅλης τῆς βασιλίδος. ἐφήμιζον δέ τινες περὶ τοῦ πεπονθότος, ὡς χρόνοις τισὶν, ἀπὸ τῆς τὸ ὁμοούσιον δοξαζούσης θρησκείας, εἰς τὴν Ἀρείου μετεβαπτίσατο λαζείαν. ἐπειδὴ δὲ τὸ συμβεβηκὸς, καὶ ἀκοαῖς βασιλέων ἐπλησίασεν, Ἀναστάσιος ἦν, ἐπέταξεν εἰκόνι χρωματισθὲν τὸ περάσιον, ὑπερθεν τῆς νεροφόρου καταπαγῆναι. Ἰωάννης δέ τις διάκονος, καὶ ἔκδικος τοῦ προλεχθέντος θαυμαῦς οἴκου Στεφάνου τοῦ μαρτύρων πρώτου, ἀνὴρ εἰ καί τις ἄλλος ζῆλον ὑπὲρ τοῦ ὁμοουσίου δόγματος ἐκάστοτε ἐνδεικνύμενος, καὶ αὐτὸς εἰκόνι κατεγραψεν, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς· τὸ γὰρ ἐκεῖσε λουομένων καὶ θεασαμένων τὰ ὀνόματα καλέγραψε, καὶ ἔνθα εἴη ἕκαστος οἰκῶν, ἔπι τε καὶ τοῖς ὕδασιν ὑπηρετούντων. μαρτυρεῖ δὲ ἡ εἰκὼν, ἄχρι τοῦ παρόντος πεπηγυῖα ἐν τῷ ἐμβόλῳ τοῦ πρόσω, τοῦ πολλάκις εἰρημένου βύκτιείου. ἐπειδὴ δὲ τὸ θαύμασι θαῦμα ἐπικολούθησεν, οὐχ ὅσιον παρελθεῖν, τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως τυγχάνον. ὅθεν, εἰ καὶ τὸν παρόντα καιρὸν ὑπερῆλθε, λέγειν οὐκ ὀκνήσω. θεασάμενοι γὰρ οἱ τὴν Ἀρείου συμμορίας ἐπικρατοῦντα θείαμβον, ἐλιπάρησαν τὸν τοῦ παλατίου Ἑλενιανῶν τὸν φροντίδα πεπιστευμένον, ὡς ἐξάρχοντα καὶ τῆς τοῦ λουτροῦ διοικήσεως, καθελόντα καταχρύψαι τὴν εἰκόνα. ὃς φθάσιν βυμήχανον βυράμενος, τὸν ἐκ τοῦ ὑδάτων φθορογινομένου νοτίδα, ὡς σκυλθεῖσαν τοῦ εἰκόνα ἀφελόμενος, φησὶν, ἐπὶ διορθώσει, κατέκρυψεν. ὧν ὁ βασιλεὺς, ἐγκυκλίους ἐπιδημίας τελῶν εἰς ἕκαστον τόπον βασιλικὸν, παραγενόμενος κἀκεῖσε, τοῦ εἰκόνα ἐπεζήτει· καὶ ὕστως 2 αὖθις τῷ τοίχῳ κατεπάγη. ὧδε πόδας ὁ τὸν Εὐτυχιανὸν, τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ διαβολεῖῳ, ὀργὴ

fieri existimo, ut aqua illa haud quaquam expers sit divinæ Providentiæ. In hanc ille cum descendisset, confestim egressus est, clamans: Miseremini mei, miseremini. Et carnes suas scalpens, ab ossibus avellebat. Tunc vero amici qui circa illum erant, eum comprehenderunt, & linteo involutum in cubili collocarunt pene exanimem. Deinde hominem interrogarunt, quidnam ei contigisset. Quibus Olympius hæc respondit. Vidi hominem candidis indutum vestibus, qui supra me stans in piscina, tres siclas aquæ calidæ mihi superfudit, ita dicens: Noli impie loqui. Post hæc ejus necessarii cum illum in lecticam imposuissent, in aliud balneum transtulerunt, quod erat vicinum Ecclesiæ Arianorum. Sed cum eum ex linteo quo involutus erat, eximere vellent, cunctas ejus carnes simul dilacerarunt. Atque hoc modo moriens animam exhalavit. Ea res per universam fere regiam civitatem divulgata est. Aiebant autem nonnulli de Olympio qui hæc passus est, eum ante aliquot annos relictis partibus eorum qui Consubstantialis fidem profitebantur, Arianorum baptismum suscepisse. Porro cum ea res ad Imperatorum notitiam perveniisset: Imperabat autem tunc Anastasius: jussit ut miraculum istud in tabula depictum supra piscinam collocaretur. Joannes autem quidam, Diaconus ac defensor supra memoratæ sanctæ Ecclesiæ Protomartyris Stephani, vir qui pro defensione fidei Consubstantialis ardentissimum zelum perpetuo declaravit: tum ipse nomen suum inscripsit imagini, tum nomina eorum adscripsit, qui tunc lavantes miraculum viderant, & ubi singuli eorum habitarent, eorum denique qui balneis ministrabant vocabula adjecit. Quæ quidem imago ad hoc usque tempus in fronte quadriporticus Oratorii jam toties à nobis memorati defixa, testis est hujus rei. Sed quoniam post hoc miraculum, alterum subsecutum est, nefas est id præterire, cum ejusdem argumenti sit. Quod quidem licet nostræ ætatis homines præterierit, non pigebit tamen commemorare. Ariani enim cum hunc de hæresi ipsorum triumphum percrebrescere viderent, curatorem Palatii Helenianarum, utpote qui balnearum administrationi præpositus esset, enixe rogarunt, ut imaginem illam deponeret atque absconderet. Qui prætextum commentus satis speciosum, humorem scilicet qui ex aquis nascebatur, tabulam ut corruptam sustulit & occultavit, restituturum eam se fingens. Verum Imperator cum ex more singula urbis Palatia inviseret, ad hoc quoque Palatium progressus, imaginem illam requisivit. Atque ita parieti rursus affixa est. E vestigio autem Eutychianum, id enim nomen erat Diætario, divina percus-

VALESII ANNOTATIONES.

1 Καὶ τρεῖς σίκλας θερμοῦ πεχέαντα] Iisdem verbis usus est Victor Tunonensis, ut supra vidimus: *Tribus ignis sichis, Angelo ministrante, invisibiliter in piscina frigidæ aquæ perfusus.* Ego *siclas*, idem significare puto quod *situlas*: ac profecto libentius legerim σίτλας. Situlas certe aquæ calidæ hic intelligi apparet ex voce *perfusus*, quam addit Victor. Sed Auctor Historiæ Miscellæ & Ado ac Sigebertus, cum hanc vocem non intelligerent, Olympium ignito jaculo ab Angelo percussum esse finxerunt. Gregorius Magnus in libro primo Dialog. cap. primo, *& cum situla lignea sicut moris est, mancipium ad fontem perrexit.* Vetus interpres vertit, μετὰ ξυλίνης σίκλας. Sic enim legitur in manuscripto codice, ut testatur Meursius in Glossario. Sed fallitur idem Meursius, qui σίτλας corrigendum esse censet.

2 Τον Εὐτυχιανὸν] Idem narrat Theophanes in Chronico, pag. 122. ex Theodoro nostro ut apparet. Eum enim Theophanes in Chronico suo solet describere.]

τις θεο-

sit indignatio: ita ut dexter oculus ei diffluxerit. Sed & reliqua corporis membra ita afflixit, ut eum ad sanctam Ecclesiam cogeret accedere, in qua requiescere creditur pars reliquiarum sacrarum Pantaleonis & Marini, divinorum Martyrum. Qui locus homonœa cognominatur, propterea quod centum & quinquaginta Episcopi, Principatu Theodosii Magni illic congregati, concordem omnes & unanimem protulerunt doctrinam, tum de consubstantiali Trinitate, tum de Incarnatione Domini nostri ex Maria Virgine. Sed cum septem circiter continuos dies illic moratus, nihil utilitatis perciperet, quin & testiculi ei computruissent: Subdiaconus cui sortito obvenerat ut tota nocte pervigil Deum oraret, videt in somnis regem quemdam sibi adstantem, manuque illum qui ægrotus jacebat, indicantem ac dicentem: Quomodo hunc suscepisti? Quis vero istum huc adduxit? Hic consensit cum iis qui de me impie loquuntur. Hic est qui tabulam, in qua depictum erat miraculum, occultavit. Clericus itaque exurgens, id quod viderat enarravit, negans fieri posse, ut is hac calamitate liberaretur. Eadem vero nocte Eutychianus, cum ex doloris acerbitate in somnum delapsus esset, adolescentem quemdam Eunuchum videt, splendida indutum veste, hæc ipsi dicentem: Quid tibi vis? Cumque ille respondisset. Pereo, contabescens, nec curationem ullam invenio: audivit illum dicentem: Nemo potest tibi opitulari. Rex enim vehementer tibi succenset. Ipse vero orans & supplicans, Quem, inquit, movebo, aut quid faciam? At ille: Si vis, inquit, sanari, ad Helenianarum balneum contende. Et juxta imaginem ariani combusti requiesce. Statimque expergefactus unum ex ministris vocavit. Quod factum omnes admirati sunt; tres enim dies jam elapsi fuerant ex quo usum vocis amiserat. Mandavit igitur illis, ut se abducerent eo quo fuerat imperatum. Cumque ad locum venissent, & juxta imaginem collocatus fuisset, statim exspiravit. Is enim qui in somnis ei visus fuerat, per liberationem, separationem animæ & corporis designans, vera prædixerat.

τις Θεοδίκαιος παραλαβοῦσα, τὸν μὲν δεξιὸν ὀφθαλμὸν ἀῤῥεῦσαν πεποίηκε· κακίστως δὲ καὶ τὰ λοιπὰ διεσεισμένα μέλη, προσελάσας παρεσκεύασε τῷ θυγατρὶ εὐκτηρίῳ, ἔνθα πεπίστευται ἀναπαύεσθαι μέρος ἱερῶν λειψάνων, τῶν θεσπεσίων Παντελέοντος, καὶ Μαρίνου, ἐπικαλουμένου τοῦ τόπου ὁμόνοια, ἐκ τοῦ, ἐκεῖ συνελθόντας τοὺς ἑκατὸν πεντήκοντα ἐπισκόπους ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου βασιλέως, κοινῇ πᾶσι καὶ συμφωνημένῃ διδασκαλίαν, τῆς τε ὁμοουσίου τῆς θείας Τριάδος ποιήσασθαι, καὶ τῆς ἀνθρωπήσεως δὲ τοῦ Κυρίου πανώσαι τῇ ἐκ παρθένου προσλήψει, ταύτῃ τε ἐπωνυμίαν τεκτήνασθαι. ἡμέρας τε πλείους ἐπὶ πρόσκαιρον τοῦτος, καὶ ὀνομαῦτος οὐδέν, ἀλλὰ καὶ ἀῤῥωστούντων αὐτῷ καὶ τῶν διδύμων, μεσούσης μιᾶς τῶν νυκτῶν, ὁ λαχὼν ὑποδιάκονος τὴν παννύχιον δυσχὴν, ὁρᾷ καθ' ὕπαρ βασιλέα τινὰ ἐπιστάντα, καὶ τῇ χειρὶ ὑποδεικνύοντα τὸν ἀσθενῆ, λέγειν· πῶς ὑποδέξω τοῦτον; τίς δὲ ὁ σὺ ταῦτα ἀναγαγών; οὗτος ὁ μὴ τὸν εἰς ἐμὲ δυσφημούντων συμφορᾷ ξάμενος. οὗτος ὁ κατακρύψας τὴν εἰκόνα τοῦ θαύματος. διανοεῖται δὲ ὁ κληρικὸς, τὸ ὀφθὲν διηγήσατο, φήσας, τῶν ἀδυνάτων τυγχάνειν, ἰαθῆναι τοῦτον τῆς μάσγης. τῇ δὲ αὐτῇ νυκτὶ, ὁ Εὐτυχιανὸς, ὥσπερ εἰς ὕπνον ἐκ τοῦ ὀδυνῶν ὑπαχθεὶς, ὁρᾷ τινὰ νεανίαν δυσχῆρη ποδήρει λαμπρῷ ἠμφιεσμένον, λέγοντα αὐτῷ, τί ἔχεις; ὡς δὲ, ἀποθνήσκω, ἔφη, καταληκόμενος καὶ θεραπείας μὴ τυγχάνων, ἤκουε λέγοντος, ὡς οὐδεὶς σοὶ δυνατὰ βοηθήσαι· ὁ γὰρ βασιλεὺς δεινῶς ὀργίζεται κατ' σοῦ. ἀπιθόλει οὖτος, καὶ φησί· τίνα κινήσω; ἢ τί ποιήσω; ὁ δὲ φησὶν, εἰ θέλεις ἀνεθῆναι, ἄπιθι σωτόμως ἐν τῷ λουτρῷ Ἑλενιανῶν, καὶ ἐγγύθεν τὴν εἰκόνος τοῦ καυθέντος Ἀρειανοῦ ἀναπαύθητι. ὡθυτὰ δὲ διϋπνίσας, ἕνα τῶν ὑπηρετούντων ἐφώνησε. ἐξεπλάγησαν δὲ· τριῶν γὰρ ἡμερῶν ἤδη παρελθουσῶν, ἀφωνία συνείχετο· καὶ φησὶ πρὸς αὐτοὺς ἀπάγειν αὐτὸν κατὰ τὸ προσταχθὲν διεκελεύσατο. φθάσας δὲ τὸν τόπον, καὶ πρὸς τὴν εἰκόνα τεθεὶς, ἐξέπνει. τῇ γὰρ ἀπὸ τοῦ σώματος ἀφάσιν τῆς ψυχῆς, ἐλευθερίαν ἀνέσεως ὁ ὀφθεὶς ἀγγέλων, ἠλήθευσεν.

Valesii Annotationes.

1 Παράσσι λαμπρῷ ἠμφιεσμένον] Scribendum puto παραγαύδει. est autem παραγαύδις genus vestimenti seu tucæ quam Latini *Alban Parag audem* vocabant. Vide Casaubonum & Salmasium in Notis ad Historiam Augustam.

HEN-

HENRICI VALESII

OBSERVATIONUM ECCLESIASTICARUM AD EVAGRIUM LIBRI DUO.

PRIMUS EST DE PETRO ANTIOCHENO EPISCOPO, Et de Synodis adverſus eum congregatis.

SECUNDUS EST DE ACACIO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO, & de duabus Synodis Romanis in quibus damnatus eſt,

DE PETRO ANTIOCHENO EPISCOPO QUI FULLO COGNOMINATUS EST, ET DE SYNODIS ADVERSUS EUM COLLECTIS.

CAPUT PRIMUM.

PETRUS Monachus primum fuit Acœmitenſis, & in eo Monaſterio Fullonis artem exercuit; unde & Fullonis cognomentum ei inditum, ut ſcribit Alexander Monachus in laudatione ſancti Barnabæ. In hoc igitur Monaſterio Petrus cum adverſus Chalcedonenſem Synodum aſſidue declamaret, & Eutychianum dogma palam defenderet, tanquam corruptor Apoſtolicæ fidei, à fratribus ejectus eſt Monaſterio. Inde igitur digreſſus, Chalcedonem ſe contulit, & in ea urbe Presbyter fuit Eccleſiæ ſanctæ Baſſæ, ut teſtatur Theodorus Lector, & Theophanes in Chronico. Verum cum in ea quoque urbe Eutychianum dogma publice prædicaret, & Chalcedonenſem Synodum convitiis & maledictis appeteret, inde quoque expulſus venit Conſtantinopolim. Erat tunc in urbe regia Zeno vir potentiſſimus, Patricius & Comes Excubitorum, cui Leo Aug. Ariadnem filiam ſuam deſponderat. In ejus amicitiam Petrus callide ſeſe inſinuavit. Et cum idem Zeno à Leone Magiſter militum per Orientem in locum Ardaburii factus, in Orientem proficiſceretur, Petrus ejus comitatui adhæſit, & una cum illo venit Antiochiam. Id factum eſt Leone quartum & Probiano Coſſ. anno Chriſti 471, ut in Annalibus Eccleſiaſticis recte obſervavit Baronius. Neque enim audiendus eſt Theophanes, qui hunc Zenonis ac Petri adventum in urbem Antiochiam diu ante retulit. Sed cum conſtet ex Candidi Hiſtoria, Zenonem magiſtrum Orientalis militiæ factum non fuiſſe, niſi poſt cædem Aſparis & Ardaburii: Etenim Ardaburius magiſter erat rei militaris per Orientem, ut teſtatur Damaſcius apud Suidam in voce Ζήνων: cumque præterea conſtet ex Marcellini, & ex Victoris Thunonenſis Chronico, Aſparem & Ardaburium eo quem dixi anno cæſos eſſe, prorſus neceſſe eſt ut Zeno & Petrus qui eum comitatus eſt, eo Conſulatu Antiochiam advenerint. Erat tunc in Urbe Antiochena Præſul Martyrius, vir Catholicus, & Chalcedonenſis Synodi propugnator. Hunc Petrus Zenonis gratia atque opibus adjutus, omnibus modis oppugnare aggreſſus eſt: Neſtorianum eum appellans, & Clericos Antiochenſis Eccleſiæ adverſus eum incitans. Erant in urbe Antiochena plurimi Apollinaris ſectatores, jam inde à Vitale Antiocheno propagati, qui Meletii ac Paulini temporibus ſchiſma in ea Eccleſia & ſui nominis ſectam condiderat. Horum igitur partibus adjunctus Petrus Fullo, Theopaſchitarum dogma palam prædicare cœpit, anathema dicens iis qui Deum crucifixum negarent. Quin etiam Triſagio hymno qui in Eccleſia cani conſueverat, clauſulam illam adjecit: *Qui crucifixus es pro nobis.* Qua ex re plebs Antiochena duas in partes diviſa eſt. Et alii quidem Petrum Fullonem ſequebantur: Reliqui vero Martyrio adhæſerunt. Is tunc temporis Conſtantinopolim profectus fuerat ob Eccleſiaſtica quædam negotia, ac fortaſſe etiam ob tumultus illos quos Petrus Fullo in Antiochenſi Eccleſia excitaverat. Cum igitur Conſtantinopolim veniſſet Martyrius, Gennadii Conſtantinopolitani Epiſcopi opera ac ſuffragio à Leone Auguſto benigne ſuſceptus eſt, idque cujus gratia potiſſimum venerat, ab Imperatore obtinuit: legem videlicet qua interdictum erat, ne quis Monachus relicto ſuo Monaſterio, in urbe Antiochena vel in alia qualibet civitate moraretur, & de religione diſputando turbas ac tumultus in Eccleſia excitaret. Ea Conſtitutio Leonis Aug. ad Zenonem Magiſtrum militum miſſa refertur in libro primo codicis Juſtiniani, qua Petrus Fullo tacito nomine denotatur, ut recte à Baronio obſervatum eſt. Reverſus poſt hæc Antiochiam Martyrius, cum ſeditiones ac diſſidia quotidie augeri animadverteret, & Zenonem Magiſtrum militiæ ſpreta Leonis Conſtitutione Fulloni favere, in publico Eccleſiæ conventu palam Epiſcopatu ſeſe abdicavit, retenta nihilominus ſibi ſacerdotii dignitate. Quo facto, Petrus Fullo in Antiochenam ſedem tanquam vacuam inſiluit. Quæ cum Gennadius comperiſſet CP. Epiſcopus, cuncta Leoni Auguſto nuntiavit. Imperator vero his rebus commotus, Synodum Epiſcoporum Antiochiæ fieri præcepit, in qua Petrus Fullo depoſitus eſt ac damnatus, & in ejus locum ordinatus eſt Julianus, ut ſcribunt Theodorus Lector & Theophanes. Porro Imperator Leo Petrum Fullonem Synodali ſententia damnatum, Oaſim in exilium deportari juſſit, ut teſtatur Acacius Conſtantinopolitanus Epiſcopus in epiſtola ad Simplicium Papam, quæ refertur à Gelaſio in geſtis de nomine Acacii. Hujus epiſtolæ verba operæ pretium fuerit hic apponere. Ex iis enim colligitur id quod ſuperius dixi, Petrum Fullonem in Synodo eſſe damnatum. Sic igitur habent. Cui dum Acacii ſcripta legeremus quæ de Petro & Joanne Antiochenis miſerat, exceſſus Acacii etiam in hac cauſa graviſſimos deprehendit. Illo enim tempore quo de Petro Alexandrino damnato retulerat, non longe poſt etiam de Petro & Joanne ſcripſerat: Petrum apud Conſtantinopolim monaſterium gubernaſſe: ſed hoc propter crimina derelicto, Antiochiam fugiſſe. Ibi pulſo Martyrio Catholico Epiſcopo, per hæreticos ſedem ipſius occupaſſe: continuoque damnatum, à Leone tunc Principe ad Oaſitanum exilium eſſe directum. De quo lapſum, Conſtantinopolim rediiſſe, ac dediſſe fidem quod nullas ulterius turbas facere prorſus auderet. Hæc eſt prima Petri Fullonis damnatio. Quam ſi quis non in Synodo ab Epiſcopis factam eſſe contendat, ſed ab ipſo Leone Auguſto, is meminiſſe debet, Epiſcopos nunquam ſolitos eſſe in exilium mitti a Chriſtianis Imperatoribus, niſi poſt damnationis ſententiam in eos legitime prolatam. Sic Photinum, Neſtorium ac Dioſcorum legimus eſſe relegatos poſt Synodale judicium, ut omittam Arium Presbytetum. Certe Liberatus in cap. 18. Breviarii, locum hunc ex epiſtola Acacii deſcribens, diſerte dicit Petrum ab Epiſcopis eſſe damnatum, & Leonis imperio in Oaſim deportatum. Cæterum Petrus Fullo in hac primi Epiſcopatus Antiocheni invaſione, brevi admodum tempore ſediſſe videtur. Nam in epiſtola Acacii ad Simplicium Papam, cujus verba ſuperius relata ſunt, poſt arreptum Epiſcopatum continuo damnatus eſſe dicitur.

CAPUT II.

POST mortem Leonis Auguſti, Zeno de quo ſupra diximus, a Leone filio ſuo coronatus, Imperii regimen accepit. Sed mox Baſiliſcus tyrannide arrepta, eum cum Ariadne conjuge in Iſauriam fugere compulit. Ita Baſiliſcus citra ſanguinem Imperium adeptus, ſtatim adverſus Chalcedonenſem Synodum inſurrexit, & promulgata ſanctione eandem Synodum ab omnibus Epiſcopis damnari præcepit. Ac primum quidem Timotheum Ælurum ab exilio revocavit. Petrum deinde Fullonem ſedi ſuæ reſti-

tui juſſit, ut tradunt Theodorus Lector & Theophanes. Quibus rebus acceptis, Julianus Antiochenſis Epiſcopus gravi dolore perculſus interiit. Petrus igitur Fullo cum Antiochenam ſedem Præſule ſuo viduatam reperiſſet, eam iterum occupavit. Ac primum quidem Joannem quemdam qui Synodali ſententia depoſitus fuerat, Epiſcopum Apamenis ordinavit. Sed cum Apameni Joannem Epiſcopum admittere noluiſſent, Joannes Antiochiam reverſus, adverſus Petrum auctorem Epiſcopatus ſui inſurrexit. Et collecta Epiſcoporum Orientalium Synodo, Petrum è ſede ſua deturbavit. Ipſe in ejus locum ſuffectus trium circiter menſium ſpatio Epiſcopatum obtinuit, ut tradit Theophanes in Chronico. Joanne igitur poſt trimeſtre ſpatium depoſito, communi Orientalium Epiſcoporum ſuffragio Stephanus Epiſcopus Antiochiæ ordinatur anno Chriſti 378. Qui mox Synodicas literas ad Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum miſit, quibus ei & ordinationem ſuam, & damnationem Petri ac Joannis Antiocheni ſignificabat.

* His literis acceptis, Acacius Synodum Epiſcoporum qui tunc forte Conſtantinopoli morabantur collegit, & Petrum Fullonem ac Joannem ſupra memoratum, una cum Paulo quodam Epheſiorum, ni fallor, Epiſcopo damnavit: Deque ea re literas ſcripſit ad Simplicium Papam, petens ab Apoſtolica ſede, ut ſi forte ad eam confugerent, nec viſu dignos eos haberet: & ſi jam aliquam indulgentiam forſitan impetraſſent, irritam eſſe debere affirmans; nec eorum pœnitentiam recipiendam eſſe. Hujus epiſtolæ verba, haud certe ſenſum ipſum refert Gelaſius in geſtis de nomine Acacii. Meminit etiam ejuſdem epiſtolæ Acacii ad Simplicium Gelaſius Papa in epiſtola ad Orientales his verbis: '*Hic autem ille*, eſt Petrus Antiochenus, quem nec per pœnitentiam ad communionem Catholicam recipi etiam à ſede Apoſtolica popoſcit Acacius.' Sed & Felix Papa in epiſtola quam ſcripſit univerſis Archimandritis & Monachis Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentibus, ejuſdem epiſtolæ meminit ita dicens: 'Adjectum etiam tunc cum iſta in examinatione tractantur, quod Acacius Joannem illum Tyriorum Eccleſiæ fecerit præſidere, qui Apamenis a Petro Antiochenæ Eccleſiæ tyranno fuerat Epiſcopus ordinatus, ſed minime receptus, proprio Ordinatore depulſo, eandem ſedem non timuit occupare. Quos tunc hypocrita Acacius ita fecit ab Apoſtolica ſede damnari, ut his etiam Chriſtianorum vocabulum tolleretur, quod geſta apud eum habita manifeſtant.' Ex quibus verbis colligitur, Petrum Fullonem in Conſtantinopolitana Synodo, ab Acacio eſſe damnatum. Hæc enim verba Felicis Papæ; 'quod geſta apud eum habita manifeſtant,' non niſi de Synodalibus geſtis intelligi poſſunt. Cæterum in iiſdem literis ad Simplicium Papam Acacius etiam de Paulo quodam retulerat, ut didici ex epiſtola Gelaſii Papæ ad Orientales, quæ ſic habet: quos ſi a fide integra, communioneque Cotholica putaretis errare, ad Apoſtolicam ſedem, ſecundum ſcita majorum, & ſicut ſemper eſt factum, referre debuiſtis: ſicut de Petro Alexandrino, vel de Antiocheno Petro, de Joanne & Paulo feciſſe monſtratur Acacius. Sed & in commonitorio ad Fauſtum, ejuſdem Pauli & Joannis mentionem facit. Quos ab Apoſtolica ſede damnari ac deponi fecit Acacius. Quem etiam præceptionem ſedis Apoſtolicæ executum fuiſſe, ibidem ait Gelaſius. Equidem non dubito, quin hic Paulus de quo Acacium ad Simplicium Papam retuliſſe ſcribit Gelaſius, ſit Epheſinus Epiſcopus; qui dum ob quædam crimina exutus fuiſſet Epiſcopatu, Baſiliſci tyranni temporibus reſtitutus fuerat per Timotheum Ælurum & Paulum Antiochenum Epiſcopum, ut ſcribit Evagrius in libro 3. cap. 5. & 6. Porro Simplicius Papa, acceptis Acacii literis, in quibus de Petro & Joanne Antiochenis retulerat, continuo reſpondit, eos a ſe damnatos eſſe ſignificans, & ab Eccleſiæ communione præciſos. Et epiſtola quidem Simplicii ad Acacium ea de re ſcripta, hodie non extat. [*Immo habetur in Collectione Romana, quam edidit Holſtenius*, p. 194.] Ejus tamen meminit ipſe Simplicius in epiſtola ad Zenonem Auguſtum, qua ei gratulatur ob vindicatam ſedem Stephani Antiochenſis Epiſcopi. Ubi Simplicius inter cætera hoc dicit: 'Sed ut loquar fiducialiter Principi Chriſtiano, ſi præteritarum literarum, quas de Petri aliorumque nomine ad fratrem & Coëpiſcopum meum Acacium ſcripſiſſe memini, ordo teneretur, ad hoc non potuit pervenire quod jure nunc meruit vindicari. Mandaveram namque ut facta ſuggeſtione pietati veſtræ, prædictus, ut & cæteri qui per occaſionem tyrannicæ dominationis invaſerant Eccleſias Dei, extra metas veſtri pellerentur Imperii, &c. Eadem repetit Simplicius Papa in epiſtola quam de eadem re ſcripſit ad Acacium. Nec dubium eſt quin de Antiocheno Petro hic loquatur Simplicius Papa. Etſi enim de Alexandrino Petro idem Acacio mandaverat Simplicius, ut ex ejus epiſtolis cognoſcimus, tamen cum hic ſermo ſit de Antiochena Eccleſia, non de alio Petro loqui exiſtimandus eſt Simplicius, quam de Antiocheno. Et hæc eſt Baronii ſententia. Quatuor igitur Synodis condemnatum Petrum Fullonem jam vidimus. Quarum prima quidem & ſecunda Orientalium fuit Epiſcoporum, Antiochiæ collecta; tertia fuit Conſtantinopolitana: quarta Romana.

CAPUT III.

STEPHANUS, cum per anni circiter ſpatium Antiochenam Eccleſiam gubernaſſet, ab hæreticis crudeliter in Eccleſia interfectus eſt. Cadaver ejus tractum per urbem, & in Orontem fluvium projectum eſt, anno Chriſti 479. poſt Conſulatum Illi viri clariſſimi, ut ex epiſtolis Simplicii Papæ recte obſervavit Baronius. Quam ob cædem graviter commotus Zeno, miſit Antiochiam qui hoc facinus vindicarent, & in auctores ſeditionis animadverterent. Antiocheni vero Legatos ad Imperatorem miſerunt, qui veniam deprecarentur, peterentque ab Imperatore, ut ad vitandos tumultus Epiſcopus ipſis Conſtantinopoli ordinaretur. Igitur Zeno eorum petitionibus annuens, mandavit Acacio Conſtantinopolitano Epiſcopo, ut Antiochenum antiſtitem in urbe regia ordinaret. Idque factum pacis Eccleſiaſticæ cauſa, tam Imperator ipſe, quam Acacius apud Simplicium Papam excuſavit, polliciti ordinationem Antiocheni Antiſtitis juxta Canonum præcepta à comprovincialibus Epiſcopis poſthac eſſe faciendam. Et literæ quidem Zenonis atque Acacii hodie non extant. Verum literæ Simplicii Papæ quas ad utrumque reſcripſit, etiamnum habentur. In quibus hæc verba leguntur inter cætera: 'Si præteritarum litterarum quas de Petri aliorumque nomine ad fratrem & Coepiſcopum meum Acacium ſcripſiſſe memini, ordo teneretur, ad hoc non potuit pervenire, quod jure nunc meruit vindicari. Mandaveram namque ut facta ſuggeſtione pietati veſtræ, prædictus, ut & cæteri qui per occaſionem tyrannicæ dominationis invaſerant Eccleſias Dei, extra metas veſtri pellerentur Imperii: ne peſtiferum ſenſibus quibuſque ſimplicioribus ore ſacrilego virus infunderent, & verbis impiis contra fidem orthodoxam innocentiores animas ſauciarent.' His piis ac ſalutaribus monitis Simplicii Romani Pontificis permotus Zeno, Petrum Fullonem Pityunta in exilium miſit, qui locus eſt in Ponto circa fines Imperii Romani ſitus, & noxiorum exilio deputatus, ut teſtatur Juſtinianus in Novellis. Sed Petrus Fullo clam Pityunte digreſſus, ad ſanctum Theodorum ſe contulit, qui erat in oppido Euchaitarum, ut tradunt Theophanes & Cedrenus. Quiſnam ſit hic Theodorus, equidem nondum comperi; niſi forte ſit Theodorus Trichinas, cujus mentio fit in Græcorum Menologiis, die Aprilis viceſimo. † Ordinatus eſt igitur ab Acacio † Antiochenſis Epiſcopus, Stephanus junior, vir pietate ſpectabilis. Qui cum tres annos ſediſſet, variis hæreticorum ſeditionibus agitatus, poſt ejus obitum Zeno præcepit iterum Acacio, ut in urbe regia Epiſcopum Antiochenſibus ordinaret. Acacius igitur Conſtantinopoli, Calendionem ordinavit Antiochenſem Epiſcopum, ut ſcribunt Theodorus Lector ac Theophanes, & ante eos Gelaſius in geſtis de nomine Acacii. Orientales autem Epiſcopi, tanquam neſcientes id quod actum erat Conſtantinopoli, Joannem nomine Codonatum eidem Antiochenæ Eccleſiæ conſecrant Epiſcopum, ut ſcribit Victor Thunonenſis in Chronico poſt Conſulatum ſecundum Longini, & Theophanes, pag. 110. Id factum eſt anno Chriſti 482. Trocundo & Severino Coſſ. ut diſcimus ex epiſtola Simplicii Papæ ad Acacium. Ordinatus Conſtantinopoli Calendio, mox Antiochiam profectus eſt. Ubi collecta Epiſcoporum Provincialium Synodo, primo quidem ordinationem ſuam omnium ſuffragio comprobari voluit: deinde Synodicam epiſtolam miſit ad Simplicium Papam per Anaſtaſium Epiſcopum. Qui per Conſtantinopolim tranſiens, acceptis ab Acacio interceſſionis literis, Romam profectus eſt. Ubi cum literas Calendionis ſimul & Acacii Simplicio obtuliſſet, Simplicius libenti animo Calendionem

NOTÆ.

* *His literis acceptis* &c.] Pagius probat ex Epiſtola Simplicii PP. ab Holſtenio primum edita, hanc Synodum Conſtantinopoli fuiſſe celebratam, antequam Joannes Apamenus ſede Antiochena dejectus eſſet. Vid. Pagium ad ann. 477. n. 14. *W. Lowth.*

† *Ordinatus eſt ab Acacio Antiochenſis Epiſcopus Stephanus junior*] Calendionem tantum ab Acacio in Epiſcopum Antiochenſem ordinatum fuiſſe probat Pagius ex Epiſtolis Simplicii 14, 15, 16, quas eodem anno, id eſt, 482, ſcriptas eſſe contendit; licet prior ex iſtis *poſt Conſulatum Illi*, id eſt anno 479. juxta vulgatos codices data eſſe dicatur. Vid. Pagi ad ann. 482. n. 8. &c. *W. Lowth.*

lendionem in communionem ſuam ſuſcepit. Literas quoque ejus rei teſtes Anaſtaſio tradidit, tum ad Calendionem tum ad Acacium perferendas. Extant hodie literæ Simplicii ad Acacium, quæ ſic habent. ‘Antiocheni exordium ‘ſacerdotis, qua ratione fuerit ſerius indicatum, quam‘vis nos minime latere potuerit, tamen & ipſe, vel Sy‘nodus ipſius indicavit. Quod ſicut non optavimus fieri, ‘ita faciles excuſationi quam neceſſitas fecit, extitimus; ‘quia quod voluntarium non eſt, non poteſt vocari in ‘reatum, &c. Data idibus Juliis Severino V. C. Coſ.’ Quot annos Calendio Epiſcopatum geſſerit, non convenit inter antiquos. Theophanes quidem in Chronico quatuor ei annos aſſignat. Victor autem Thunonenſis tres dumtaxat ei tribuit. Sed in Victore Thunonenſi mira eſt annorum perturbatio. Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis annum tantummodo ei tribuit. Verum biennii ſpatio eum ſacerdotio functum eſſe reperio. Certe * Gelaſius Papa in geſtis de nomine Acacii, eum poſt damnationem Acacii in Synodo Rom. factam, depoſitum eſſe teſtatur. Synodus autem Rom. adverſus Acacium celebrata eſt anno Chriſti 484. Theoderico & Venantio Coſſ. Depoſitus autem eſt Calendio, ſpecie quidem propterea quod Illo faviſſet qui tyrannidem arripuerat Antiochiæ: ſed re vera eo quod à Felicis Papæ & à Joannis Alexandrini communione ſe ſe abrumpere noluiſſet, ut teſtatur Liberatus. Pulſo in hunc modum Calendione, Petrus Fullo à Zenone Imperatore in ſedem Antiochenam remiſſus eſt. Id factum ſuggeſtione Acacii, in odium Felicis Papæ, à quo damnatus paulo ante fuerat Acacius, affirmat Gelaſius in geſtis de nomine Acacii ſub finem, ita ſcribens. ‘Cujus audacia deteriora committens, etiam Petrum An‘tiochenum, ejecto Catholico Calendione quem ipſe or‘dinaverat, ad Antiochenam miſit Eccleſiam.’ Idem quoque teſtatur Felix Papa in epiſtola 2. ad univerſos Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & per Bithyniam conſtitutos, his verbis. ‘Sic autem Aca‘cius impietatem peſtiferæ damnationis tetendit, ut e‘tiam dejectus inſultet, ut ſciſſus ſævire non deſinat, & ‘cum omnino extra corpus habeatur, ejus tamen mem‘bra dilaceret, & de ſe ſcriptum eſſe teſtetur: Im‘pius cum venerit in profundum malorum, contem‘nit: adjiciens deteriora prioribus, perſequendo jam ‘mortuus: ejus anima graviter delinquendo condem‘nationem ſecundæ mortis incurrit; qui Calendione E‘piſcopo ſancto, quemadmodum cognovimus, nuper e‘jecto, Petrum totiens & ante a ſe damnatum in ejus ‘immiſit Eccleſiam, ita ut plurimi, ſi verum eſt, Catho‘lici ceſſerint relictis ſuis ſedibus ſacerdotes, & noſtræ ‘projectæ ſint porcis & canibus margaritæ.’ Gelaſius tamen in epiſtola ad Orientales, Petrum Fullonem a Zenone Imperatore introductum eſſe dicit in ſedem Antiochenam. Verba Gelaſii ſunt hæc. ‘Ut taceam quod per ‘Zenonem Imper. qui utique Antiocheno Petro quem ‘introduxerat, & cujus ſacerdotium comprobaverat, ſine ‘dubio communione permixtus communicabat Acacius. Idem Gelaſius in epiſt. 13. ad Epiſcopos Dardaniæ, Zenonem quidem id ſua auctoritate feciſſe ſcribit: Sed Acacium id fieri paſſum eſſe: & palam quidem a Petri Antiocheni communione abſtinuiſſe: Imperatori tamen Petrum promoventi minime reſtitiſſe. Zenonem itaque in literis ſuis ſcripſiſſe ait, iſtud a ſe factum eſſe ex conſilio ac diſpoſitione Acacii. At Calendio cum ſe per fraudem & calumniam deſtitutum videret, literas ſcripſit ad Felicem Papam, quibus ei & deſtitutionem ſuam, & violentam Petri Fullonis poſt tot damnationis ſententias reſtitutionem nunciabat. Quibus cognitis Felix Papa, habita Synodo apud ſanctum Petrum, cui interfuerunt quadraginta tres Epiſcopi, Petrum Fullonem Antiochenſis Eccleſiæ pervaſorem, & una cum illo Petrum Moggum Alexandrinum Epiſcopum, & Acacium Conſtantinopolitanum damnavit. Damnationis ſententiæ primus inter Epiſcopos qui Concilio intererant, ſubſcripſit Candidus Tiburtinus his verbis. Candidus Tiburtinæ civitatis Epiſcopus, Petro Alexandrinæ Eccleſiæ pervaſori, & Acacio quondam Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, necnon etiam Petro Antiocheno, ab Epiſcopatus & Chriſtianorum numero olim jure & merito ſegregatis, omnibuſque ſequacibus eorum, ſequens auctoritatem Sedis Apoſtolicæ ſecundum noſtrum & Catholicæ Eccleſiæ ſtatum juſta diliberatione prolatam, anathema dicens ſubſcripſi. Et quadraginta duo Epiſcopi ſimiliter ſubſcripſerunt. Hæc eſt quinta Petri Fullonis damnatio, facta a Felice Papa in ſecunda Synodo Romana, quæ habita eſt cauſa Antiochenæ Eccleſiæ, anno Chriſti 484. ut ſupra demonſtratum eſt. Prima enim Synodus Romana, ſub eodem Felice Papa collecta fuerat ob cauſam Alexandrinæ Eccleſiæ, & ob prævaricationem Vitalis ac Miſeni Epiſcoporum eodem anno, Conſulatu Theoderici & Venantii.

CAPUT IV.

Hæc ſunt quæ de Petri Fullonis damnationibus ex optimis Scriptoribus, & ex certiſſimis documentis collegimus. At Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis, eumque ſecutus Binius in collectione Conciliorum generalium, duas præterea Synodos in quibus Petrus Fullo damnatus eſt, nobis obtrudunt: Conſtantinopolitanam ſcilicet ab Acacio collectam, anno Chriſti 483. & Romanam, habitam à Felice Papa eodem anno. Epiſtolas etiam proferunt multorum Epiſcoporum, partim Occidentalis, partim Orientalis Eccleſiæ. Quas ego falſas eſſe ac ſuppoſititias conabor oſtendere. Hujus enim rei potiſſimum cauſa, tota hæc à me ſuſcepta eſt diſputatio; ac primo quidem loco de epiſtolis dicam, quarum falſitatem non difficile erit convincere. Omnes illæ epiſtolæ à diverſis Epiſcopis ad Petrum Fullonem ſcriptæ, quæ leguntur in tomis Conciliorum, & in Annalibus Baronii, ex Græco ſermone in Latinum converſæ ſunt. Quod quidem evidenter apparet, tum ex elocutione quæ barbara eſt & inconcinna, tum ex eo quod duæ habentur earum interpretationes longe inter ſe diverſæ. Porro Græcæ illæ epiſtolæ falſitatem ſuam multis indiciis produnt. Primo enim nomina ipſa Epiſcoporum qui ad Petrum Fullonem ſcribunt, haud dubie conficta ſunt & commentitia. Cui enim notus eſt Fauſtus Apolloniadis, Pamphilus Abydorum, Aſclepiades Trallium, Anthæon Arſinoes Epiſcopi? †Cui † compertus eſt Quintianus Epiſcopus Aſculanus, aut Juſtinus Epiſcopus Siciliæ? Neque enim additum eſt nomen urbis: ſed totius Inſulæ Epiſcopus appellatur. Nullus certe ex iſtis Epiſcopis, in Hiſtoria illorum temporum nominatus reperitur. Et Felicem quidem Romanæ urbis Epiſcopum, atque Acacium Epiſcopum urbis Conſtantinopolitanæ per literas corripere atque admonere Petrum Fullonem, ut ad meliorem frugem revertatur, haud quaquam certe miramur: id enim juris habuerunt in collegam & conſortem Patriarchalis dignitatis. Iſti vero modicarum urbium Epiſcopi, nulla auctoritate præditi, & in diverſis Provinciis longe ab Antiochenſi Diœceſi poſiti, qua ratione impulſi ſunt, ut Antiochenum Patriarcham ſcriptis ad eum literis admonerent? Quibus id ſufficere oportebat, ut Petri Fullonis hæreticam novitatem ad ſuos Patriarchas deferrent. Ipſi vero per ſe ac ſuo nomine ad Petrum Fullonem ſcribere nequaquam debuerant; verum id munus Metropolitanis ſuis ac Primatibus reſervare. Denique omnes illæ epiſtolæ, licet à diverſis Epiſcopis & ex Provinciis longe inter ſe diſſitis conſcriptæ, uno tamen eodemque ſtilo elaboratæ ſunt, id eſt rudi ac barbaro ſermone. Quo maxime argumento falſitas earum deprehenditur. Neque enim fieri poteſt, ut tam diverſarum nationum Epiſcopi eodem prorſus genere ſermonis utantur. Præterea cur Epiſcopus Aſculanus, cur Pontifex Romanus Græce ſcribit ad Petrum Fullonem? Neque enim ſolebant illis temporibus Epiſcopi Romani alia quam Latina lingua literas ſcribere ad Epiſcopos Græcos, ut teſtantur Epiſtolæ Pontificum Romanorum. Quid autem dicturi ſumus de epiſtola Flacciani Rhodopenſis Epiſcopi ad eundem Petrum Fullonem ſcripta, quam ex codice Vaticano primus protulit Baronius ad annum Chriſti 483. In qua poſt exordium inſulſum penitus atque ineptum leguntur hæc verba: ‘Quis eſt igitur qui procellas excitavit hæreſium, niſi tu qui ‘ſollicitaſti aures Principis innocentis, & falſis literis cor ‘Pontificis erexiſti, ut ad communionem te ſuſciperet, ‘dicendo: Non mihi fiat ulterius crucem apponere Tri‘nitati, prædicando tantum Chriſtum crucifixum. Cui ‘enim non videatur horrere ſermo impudentiæ? Ubi ‘ergo ex hoc declinans remaneam non ſuſceptus à vobis; ‘& ubi ſunt viſcera Chriſti ad Petrum?’ Baronius ait hæc eſſe verba ex epiſtola Petri ad Acacium, ſcripta tunc cum ſe ſimulavit eſſe Catholicum, eo conſilio ut ſuſceptus in communionem Acacii, ſedem ſuam recuperaret. Verum ex Gelaſii Papæ epiſtola ad Orientales, conſtat Acacium nunquam Petro Fulloni communicaſſe. Scribit enim Gelaſius in epiſtola ſupra memorata, idque frequenter inculcat, gloriari ſolitum eſſe Acacium, quod Petro Antiocheno, id eſt Fulloni, nunquam communione ſocia-

NOTÆ.

* *Gelaſius poſt damnationem Acacii* [*Calendionem*] *depoſitum eſſe teſtatur*] Id eſt, poſt primam Acacii damnationem: de qua diſtinctius agitur in Annot. ad Diſſert. 2. *W. Lowth.*

† *Cui compertus eſt Quintianus Epiſcopus Aſculanus, aut Juſtinus Epiſcopus Siciliæ*] Pro *Aſculanus* legendum *Epiſcopus Arculanus*, vel *Arculianorum*, ut ex libello Synodico emendat Pagius; & pro *Siciliæ* legendum *Ciliciæ*, juxta eundem, ad ann. 485. n. 14. *&c.* ubi reliquas objectiones adverſus has Epiſtolas à Valeſio allatas diſſolvit. *W. Lowth.*

tus

tus fuiſſet. Idem quoque teſtatur in epiſtola 13. ad Epiſcopos Dardaniæ. ‘Qua Synodo Calendionem idem ‘expelli fecit Acacius? Nihilominus eidem Petrum tam ‘manifeſtum hæreticum, ut eidem palam nec ſe communicare prætenderet, ſua paſſus eſt diſpoſitione ſubſtitui. Sic enim locus ille ſcribendus eſt. Quo igitur modo literas ab eo accepit Acacius, aut ad eum miſit, fratrem illum appellans? Sic enim legimus in epiſtola illa Acacii ad Petrum Fullonem. Poſtremo, quid ineptius eſt iis verbis quæ leguntur *in epiſtola 3. Felicis Papæ ad eundem Fullonem, qua damnationis ſententiam in eum contorquet. ‘Etenim ſit in te hæc fixa damnatio à me, & ab his qui ‘ſub me conſtituti Epiſcopales ſedes gubernare noſcuntur, ‘& Acacio Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ paſtore, & venerabilibus Epiſcopis ejus juri ſubjectis, tanquam & ipſis ‘minime conſentientibus, &c. Multa ſunt in his verbis quæ tolerari non poſſunt. Primo enim hic mos non erat Pontificum Romanorum, ut Epiſcoporum qui una cum ipſis in Synodo conſederant, in decretis ſuis ac ſententiis mentionem ullam facerent. Certe hanc conſuetudinem fuiſſe Pontificum Romanorum Felix ipſe teſtatur in epiſtola ſecunda ad univerſos Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & per Bithyniam conſtitutos, his verbis: ‘Quotiens intra Italiam propter Eccleſiaſticas cauſas, præcipue fidei, colliguntur Domini ſacerdotes, conſuetudo ‘retinetur ut Succeſſor Præſulum Sedis Apoſtolicæ ex ‘perſona cunctorum totius Italiæ ſacerdotum, juxta ſollicitudinem Eccleſiarum ſibi competentem cuncta conſtituat.’ Quid quod Acacium ſibi adjungit, quaſi ejus ſententiam in damnando Petro Antiocheno ſecutus eſſe videatur: omiſſa mentione Simplicii Papæ, à quo idem Petrus diu ante fuerat condemnatus, quemadmodum ſupra docuimus. Cæterum notandum eſt, in Græco textu hujus epiſtolæ longe aliam ſcripturam haberi: ſic enim ibi legitur: *καὶ γὰ πεπαγωμδίη ἔςω σοῦ ἡ καθαίρεσις αὕτη ὑπ' ἐμοῦ, καὶ τῶν διεπόντων μετ' ἐμοῦ τὸν ἀποστολικὸν θρόνον*, &c. Id eſt, *Hæc igitur tui depoſitio fixa ſit à me, & ab iis qui mecum Apoſtolicam ſedem gubernare noſcuntur.* Quæ verba de Presbyteris & Epiſcopis Cardinalibus potius intelligenda ſunt, qui quaſi Coadjutores quidam erant Romani Pontificis, ut in quadam epiſtola loquitur Petrus Cluniacenſis. Dicet hic fortaſſe aliquis, eas epiſtolas non ex Græco in Latinum ſermonem eſſe tranſlatas: ſed Græcas potius ex Latinis factas videri: [Atque ita ſenſit Anaſtaſius Bibliothecarius in Præfatione Collectaneorum, ad Joannem Diaconum ita ſcribens: *Nonnulla quæ latine fuerunt edita, latinitas funditus mole oblivionis obruta deploraſſet, niſi ex Græcorum fonte librorum hæc hauſta poſt ſitibundo pectore reſumſiſſet: ſicut epiſtolam Beati papæ Felicis in Petrum Antiochenum, ſententiam proferentem damnationis.*] ego vero in præſentiarum id non inquiro. Hoc tantum dico, etſi epiſtolas illas demus ex Latino ſermone in Græcum converſas eſſe, ne ſic quidem à falſi nota & ſuſpicione liberari. Nam quæ ſupra attulimus argumenta ad convincendam earum falſitatem, in utramque partem valent. Et hæc quidem adverſus epiſtolas illas ſupra memoratas dicta ſufficiant. Nunc ad Synodos ipſas veniamus, Conſtantinopolitanam ſcilicet ac Romanam. Has Baronius eumque ſecutus Binius, adverſus Petrum Fullonem Antiochenum Epiſcopum collectas eſſe dicunt anno Chriſti 483. Conſulatu Fauſti viri clariſſimi. Atqui Petrus Fullo eo anno nondum Antiochenam ſedem invaſerat. Nam Calendio per vim & calumniam depoſitus eſt anno ſequente, qui fuit Chriſti 484. ſtatimque in ejus locum Petrus eſt ſubrogatus, ut ex certiſſimis teſtimoniis Felicis ac Gelaſii Romanorum Pontificum ſuperius oſtendimus. Deinde quorſum Acacius Petrum Fullonem iterum damnare neceſſe habebat, quem Simplicii Papæ temporibus in Conſtantinopolitana Synodo jam ante damnaverat, ut ſupra demonſtratum eſt ex epiſtola ipſius Acacii ad Simplicium Papam, & ex literis Felicis Papæ ad univerſos Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & per Bithyniam reſidentes? Quorſum item Felix neceſſe habebat Petrum Fullonem ſententia ſua damnare, qui jam antea à Simplicio fuerat condemnatus? Quod ſi quis reſpondeat novum crimen Petri extitiſſe, ac proinde opus fuiſſe nova damnatione; nego novum ullum crimen admiſſum tunc eſſe à Petro Fullone. Clauſula enim illa, *qui crucifixus es pro nobis*, diu ante annum Chriſti 483. & 484. à Petro Fullone adjecta fuerat Triſagio. Nec in tertia ejus reſtitutione, ſed poſt primum enthroniſmum, Leone Auguſt. Imperium gubernante, addita fuerat à Petro, ut docet Theodorus Lector in libro primo; & Theophanes in Chronico, & Cedrenus.

CAPUT V.

NOTANDUM porro eſt clauſulam, illam à Petro Fullone adjectam hymno Triſagio, in Orientalibus Eccleſiis perpetuo deinceps uſurpatam fuiſſe a Catholicis ſacerdotibus, licet Conſtantinopolitana Eccleſia & pleræque Occidentalium, clauſulam illam rejicerent. Certe †Ephræmius Patriarcha Antiochenus, quem Catholicum † fuiſſe conſtat, adhuc ſua ætate paſſim in omnibus Orientis Eccleſiis clauſulam illam cani ſolitam eſſe teſtatur in epiſtola ad Zenobium Scholaſticum: nec ullum diſcidium inter Orientales & Occidentales hujus rei cauſa extitiſſe; cum Orientales quidem hymnum illum Triſagium ad Chriſtum referrent: Occidentales vero eum referrent ad Trinitatem. Ex quo etiam convincitur falſitas epiſtolarum, quas ſupra memoravi, Felicis ſcilicet & Acacii. Nam ſi Petrus Fullo ob adjectionem illius clauſulæ a Sede Romana & Conſtantinopolitana damnatus fuiſſet, nunquam profecto appendix illa Triſagii retenta eſſet ab Orientalibus, nec Conſtantinopolitani & reliqui Occidentales communicare deinceps ſuſtinuiſſent Orientalibus, qui eam clauſulam retinebant. Adde quod ‡ Avitus Viennenſis Epiſcopus, in epiſtola ad Gundobadum Burgundionum Regem, ‡ clauſulam illam: *qui crucifixus es propter nos, miſerere nobis*, ambabus, quod aiunt, ulnis amplectitur, & hæreticos cenſet eos qui illam rejicerent. Quod profecto nunquam ab Avito factum eſſet, ſi Petrus Fullo ob ejus clauſulæ adjectionem a Felice Papa in Romana Synodo damnatus fuiſſet. Vixit enim Avitus paulo poſt tempora Felicis Papæ, Sedi Romanæ addictiſſimus.

NOTÆ.

* *In Epiſtola tertia Felicis PP.*] Hanc & ſequentem Epiſtolam Librariorum errore *Felici* inſcriptas, *Simplicio* Papæ revera tribuendas eſſe, multis contendit Pagius ad ann. 478. n. 6, *&c.* In his enim Papa ad Acacium tanquam ad amicum & eadem ſecum in Fullone damnando ſentientem ſcribit: cum inter Felicem & Acacium nunquam convenerit: imo in prima Epiſtola quam Felix ad Acacium dedit, queſtus eſt Acacium à Deceſſoribus ſuis literis incitatum, velut *obſtinato ſilentio* nihil quicquam voluiſſe referre. *W. Lowth.*

† *Ephræmius---in Orientis Eccleſiis clauſulam illam cani ſolitam eſſe teſtatur*] Pagius ad ann. 512. n. 13. ex Sirmondi notis in Avitum obſervat, hæc falſo ab Ephræmio de Orientalibus ſcribi: Veteres enim omnes ſemper de Deo Trino, nunquam de Filio ſolo hunc Hymnum accepiſſe, quem & τριαδικὸν ea de cauſa nuncupaſſe: Præterea, Petrum Fullonem hanc clauſulam adjeciſſe, quo Deum cum Theopaſchitis crucifixum aſſereret. *W. Lowth.*

‡ *Avitus in Epiſtola ad Gundobadum*] Avitum male de rebus Conſtantinopoli geſtis edoctum, Epiſtolam iſtam ſcripſiſſe, pluribus oſtendit Pagius, ibid. n. 11, 12. *W. Lowth.*

DE

DE DUABUS SYNODIS ROMANIS, IN QUIBUS DAMNATUS EST ACACIUS.

CAPUT PRIMUM.

HISTORIAM damnationis Acacii recte quidem ac diligentiſſime, ut ſolet, expoſuit Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis. Unum tamen eſt quod ejus diligentiam fugit. Neque enim animadvertit Acacium à Felice Papa bis damnatum fuiſſe. Sed neque Blondellus, qui Acacii Hiſtoriam poſt Baronium retractavit, in libro de primatu Eccleſiæ id obſervaſſe deprehenditur. Et Baronio quidem danda eſt venia, quippe qui nullum habebat veterem Scriptorem, ex quo iteratam hanc Acacii damnationem haurire poſſet. Blondellus vero excuſari nullomodo poteſt, qui geſta de nomine Acacii à Jacobo Sirmundo edita ſtudioſe legerat, in quibus diſerte ſcriptum habetur id quod dixi. Sic enim loquitur Felix Papa in epiſtola ad Vetranionem Epiſcopum. 'Unde merito prædictus Acacius, Apoſtolicæ 'Sedis, quæ nunc executrix utique ſæpe dicti Chalcedo-'nenſis Concilii pro fide Catholica tunc probati non de-'fuit, iterata excommunicatione depulſus eſt, ne per 'eum, quod abſit, nos quoque reddamur complices per-'ditorum.' Noſtrum igitur eſt ſedulo inquirere, quando primum & quando iterum ab Apoſtolica ſede excommunicatus fuerit Acacius.

CAPUT II.

PRIMUM quidem damnatus eſt Acacius in Synodo Romana quæ collecta eſt anno Chriſti 484, Venantio & Theodorico Coſſ. ad audiendam rationem legationis Vitalis atque Miſeni. Huic autem legationi cauſam dederat Joannes Alexandrinus Epiſcopus, quem Græci quidem Tabenneſiotam cognominant, eo quod eſſet ex numero Tabennenſium Monachorum, qui apud Canopum Monaſterium habebant jam inde à Cyrilli Epiſcopi temporibus: Liberatus vero Talaiam perpetuo cognominat, vel Talaidam. Sic enim ſcribit Baronius: Ego vero Thladiam mallem reſcribere, id eſt Eunuchum. Ita enim Græci appellare ſolent Spadones. Hic Joannes poſt mortem Timothei Salophacioli, à Catholicis ordinatus eſt Epiſcopus Alexandriæ, anno natalis Dominici 481. Statimque poſt ordinationem ſuam Synodicas literas ex more miſit ad Simplicium Papam, & ad Calendionem Epiſcopum Antiochiæ, ut ex Gelaſio in geſtis de nomine Acacii, & ex Liberati Breviario didicimus. Ad Acacium vero Conſtantinopolitanum Epiſcopum Synodicas mittere neglexit, ſeu quod amicitiæ Hilli magiſtri officiorum nimis confideret, ſeu quod jam diu antea infenſus erat Acacio, ut innuit Liberatus. Ea res Acacii animum graviter commovit; qui ſe à Joanne deſpectum videns, Imperatoris animum adverſus eum exaſperavit, minus idoneum Epiſcopatui Alexandrino eum eſſe dicens, qui olim de Eccleſia exire voluiſſet, & Timotheo Salofaciolo ſuaſiſſet, ut nomen Dioſcori ſacris diptychis inſereret: ad hæc perjurii reum eſſe affirmans, quippe qui juraſſet olim Imperatori, nunquam ſe Alexandrinam ſedem ambiturum. Petrum vero Moggum magis idoneum eſſe Epiſcopatui aſſerebat, utpote gratum atque acceptum populo Alexandrinorum: ejuſque opera Eccleſias urbis Alexandrinæ ac totius Ægypti ad unitatem reduci poſſe. His adductus Imperator Zeno, ſcripſit primo litteras ad Simplicium Papam per Uranium ſubadjuvam, quibus Joannem ſupra memoratum, tanquam perjurii reum, quod quidem Acacio etiam Epiſcopo notum eſſe perhibebat, ſacerdotio judicabat indignum. Satius autem eſſe dicebat, ut ad procurandam Eccleſiarum Ægypti unitatem atque concordiam, Petrus in eam ſedem reſtitueretur. His Imperatoris literis acceptis, Simplicius Papa, qui Joannis Apocriſarios in communionem ſuam recipere, ejuſque ordinationem ſententia ſua confirmare jam paratus erat, pedem repreſſit, ne contra Imperatoris teſtimonium quidquam præpropere egiſſe videretur. Mox per eundem Uranium ſubadjuvam reſcripſit Imperatori: Quod quidem ad Joannis ordinationem attinet, lecto Imperatoris teſtimonio ſuſpendiſſe ſe ab ejus confirmatione; quod vero ad reſtitutionem attinet Petri, eum utpote hæreticum & ab hæreticis poſtulatum, nec poſſe, nec debere reſtitui, quippe qui Apoſtolico judicio damnatus, in priſtino errore adhuc permaneret. Scripſit etiam Simplicius literas ad Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quæ etiamnum extant. Harum literarum mentio fit in libello citationis, per Vitalem ac Miſenum legatos ad Acacium directo. At Zeno cum id quod maxime cupiebat, reſtitutionem ſcilicet Petri, ſibi a Simplicio denegatum videret, graviter offenſus eſt, quemadmodum teſtatur Gelaſius in geſtis de nomine Acacii. Spreta igitur reſponſione Simplicii Papæ, ſcripſit ad Pergamium Ducem Ægypti & ad Apollonium Auguſtalem, ut Joannem quidem ex urbe Alexandrina expellerent, Petrum vero in Epiſcopali ſede collocarent. Has Imperatoris literas Amon Abbas, & qui cum illo erant Apocriſarii Petri, ex urbe regia Alexandriam detulerunt. Hunc in modum ejectus Joannes, Romam ad Simplicium ſe contulit, ut ejus ope ac ſuffragio priſtinam ſedem recuperaret. Ac Simplicius quidem Papa eum benigne, uti par erat, excepit, & ad eum omni ope juvandum ac reſtituendum, promptum ſe ac paratum exhibuit. Verum fatali morte præreptus, totum illud negotium Succeſſori ſuo perficiendum reliquit. Mortuo Simplicio Papa anno natalis Dominici 483. Cœlius Felix in ejus locum ſubſtituitur. Cui mox poſt peracta ordinationis ſolemnia, in celeberrimo Conventu Epiſcoporum totius Italiæ, Joannes Alexandrinus Epiſcopus libellum obtulit, varia adverſus Acacium criminationis capita continentem. Felix igitur ex conſilio Epiſcoporum, legationem ad Zenonem Imperatorem mitti decernit. Electi ad id munus obeundum Vitalis ac Miſenus Epiſcopi, cumque his Felix defenſor Eccleſiæ Romanæ, petituri ab Imperatore, primo quidem ut Chalcedonenſe Concilium firmaretur: deinde vero ut Petrus tanquam hæreticus ex Alexandrina pelleretur Eccleſia: utque Acacius Romam mitteretur, libello Joannis Alexandrini reſponſurus, quemadmodum ſcribit Evagrius in libro tertio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Extant hodieque epiſtolæ duæ Felicis Papæ ad Zenonem Auguſtum, quas Vitalis & Miſenus Epiſcopi ſecum detulerunt, in quibus continetur id quod ſupra dixi. Illud autem in primis obſervandum eſt, quod cum in ſupradictis literis Felix omni ſtudio ab Imperatore contendat, ut Petrus de Alexandrina ſede exturbetur, de Joanne tamen in ſuum locum reſtituendo ne verbum quidem ullum dicit. Quod quidem prudenti conſilio a Felice factum eſſe ſuſpicor, ne Imperator Joannis nomine offenderetur. Inviſus enim erat Zenoni Joannes, tum ob admiſſum perjurium, ut jam dixi, tum ob amicitiam quæ ei cum Hillo intercedebat. Nam & ante Epiſcopatum Joannes cum eſſet Oeconomus Eccleſiæ Alexandrinæ, & omnium Eccleſiarum reditus ac pecunias adminiſtraret, multa munera ad Hillum Magiſtrum officiorum miſerat, quibus ejus gratiam ac ſuffragium ſibi compararet. Et poſteaquam Epiſcopatu dejectus fuiſſet, eundem Hillum adierat Antiochiæ, de rebus ſuis cum eo collocuturus, ut ſcribit Liberatus in Breviario. Detulerunt præterea iidem Legati Sedis Apoſtolicæ, literas Felicis Papæ ad Acacium, quibus eum admonebat

Felix.

Felix, ut memor veteris inſtituti, ſeſe ab omni ſuſpicione liberaret, & pro Chalcedonenſis Concilii auctoritate firmanda modis omnibus apud Principem laboraret. Dum hæc legatio in itinere eſſet, Cyrillus Acœmitenſium Præfectus, literas miſit ad Felicem Papam, quibus de nimia ejus tarditate conquerebatur, cum interim tam gravia ac nefaria contra rectam fidem admitterentur. Scripſit itaque Felix ad Vitalem ac Miſenum Epiſcopos, ne quidquam agerent, priuſquam cum Cyrillo collocuti eſſent, & quid agendum eſſet ab eo didiciſſent. Alias etiam inſtructiones ſeu commonitoria ad eos miſit. Alteram item Epiſtolam ad Zenonem Auguſtum, in qua tum de Chalcedonenſi Concilio, tum de perſecutione Catholicorum ab Hunerico in Africa excitata, eum commonebat, ut teſtatur Evagrius. Verum hæ poſteriores Felicis ad Zenonem literæ hodie non extant. Legati cum Abydum veniſſent, illic ab Imperatoris ſatellitibus comprehenſi, & chartis eorum ablatis, cuſtodiæ mancipati ſunt. Anaſtaſius quidem Bibliothecarius, apud Heracleam Thraciæ oppidum eos captos eſſe ſcribit. Verum Theophanem potius ſequendum eſſe exiſtimo; quippe qui in hujus rei narratione certiora dixerit quam Anaſtaſius. Conjectis in cuſtodiam Legatis, primo quidem minatus eſt Imperator ſeſe eos interfecturum, niſi Petro & Acacio communicarent. Sed cum minæ nihil proficerent, ad blanditias converſus, donis ac muneribus eos corrumpere aggreſſus eſt. Addito etiam jurejurando, tam ipſe quam Acacius iiſdem pollicitus eſt, integram cauſam Apoſtolicæ Sedi ſervandam eſſe, nec ullum inde præjudicium cauſæ futurum, ſi Legati cum Acacio ac Petro communionis ſocietatem iniiſſent. Teſtatur id Gelaſius Papa in epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ, haud procul ab initio ita ſcribens: 'Sed Acacius non ſolum deſpexit ſatisfacere poſtu-
' latis, verum etiam ipſam Legationem Sedis Apoſtolicæ
' blandimentis, præmiis, perjuriiſque deceptam, quibus ei
' cum Imperatore promiſit, integram Præſulis Apoſtolici
' cauſam de omnibus eſſe ſervandam, Petri communio-
' ne pollutam redire perfecit. His artibus decepti Legati, cum è cuſtodia producti eſſent, una cum Acacio & Petri Apocriſiariis ad Eccleſiam proceſſerunt, & Miſſarum ſolemnia celebrarunt, reclamantibus licet Orthodoxis, & prævaricationem hanc eſſe ac perditionem rectæ fidei, ſemel, iterum, ac tertio conteſtantibus. Primum quidem proteſtationis libellum funiculo ad hamum circumligantes, uni ex Legatis ſuſpenderunt; ſecundum vero in codicem immiſerunt; tertium olerum cophino inſerentes, ad Legatos miſerunt, ut ſcribit Theophanes in Chronico. Cujus verba ex verſione Anaſtaſii Bibliothecarii ita ſunt corrigenda: *δεύτερον δὲ τῇ βίβλῳ ἐνέβαλλον.* His ita geſtis, Legati ſedis Apoſtolicæ operti ignominia ac dedecore revertuntur; cum non ſolum ea ad quæ agenda miſſi fuerant, non egiſſent: ſed cum Petro, ad quem expellendum directi erant, inita communione polluti eſſent. Porro Zenonis & Acacii literas, quas illi ad Felicem Papam reſcripſerant, Romam redeuntes ſecum detulerunt, plenas contumeliarum in Joannem: Petri vero laudibus ac præconiis refertas. Epiſtolæ quidem Zenonis Auguſti partem refert Evagrius in libro 3. De Acacii autem epiſtola Felix Papa, & Synodus Romana, & Gelaſius in Geſtis de nomine Acacii paſſim loquuntur. Poſt diſceſſum Legatorum ex urbe Conſtantinopoli, Felix defenſor Eccleſiæ Romanæ, quem Felix ex Latere ſuo Legatum miſerat, cum Vitalis atque Miſenus ex ſacerdotali collegio delecti fuiſſent, ut teſtatur Felix in libello ad Zenonem Auguſtum, cogente morbi neceſſitate tardius ſubſecutus, ita contumelioſe exceptus eſt ab Acacio, ut nec eum in conſpectum ſuum admittere ſuſtinuerit, ut teſtatur Felix in ſententia damnationis Acacii. Addit Liberatus Felicem præterea detruſum eſſe in cuſtodiam, & chartas ejus ablatas: ideo ſcilicet quod Acacio ac Petro, ſicut Vitalis ac Miſenus fecerant, communicare noluiſſet. Priuſquam Legati Romam reverſi eſſent, fama adventum eorum præveniens, prævaricationem eorum ubique divulgaverat. Sed & Monachi Acœmitenſes, quorum dux erat Symeones, veloci curſu prægreſſi, Felicem Papam de cunctis quæ acta erant Conſtantinopoli, certiorem fecerant. Tandem igitur ingreſſis in urbem Legatis, Felix Papa Synodum ſexaginta ſeptem Epiſcoporum collegit in Baſilica Beati Petri. Illic Vitalis ac Miſenus cum legationis ſibi mandatæ rationem reddere juberentur, ad vanas excuſationes converſi, vim ſibi factam, ſeque hoſtili more captos, & in carcerem detruſos chartis omnibus ſibi ablatis, conqueſti ſunt. Fraudibus denique ac fallaciis circumventos, ſe neſcientes Petro Alexandrino communicaſſe dixerunt. Quæ cum dicerent, inductus in judicium Symeones Monachus, convicit eos mendacii. Eo enim tempore quo ad celebranda Miſſarum ſolemnia una cum Acacio proceſſerunt, Apocriſiarios Petri ſimul adfuiſſe, & nomen Petri, quod antea nonniſi tacite & occulte in Eccleſiaſticis tabulis legebatur, ipſis tunc præſentibus, palam inter Altaria recitatum eſſe docuit. Præterea Legatos nunquam ſermonem conferre voluiſſe cum Orthodoxis qui eos adibant Conſtantinopoli, nec literas Felicis Papæ reddendas iis curaſſe ad quos fuerant ſcriptæ. Quin etiam Silvanus Preſbyter, qui una cum Legatis verſatus erat Conſtantinopoli, cuncta quæ à Symeone dicta erant, veriſſima eſſe, teſtimonio ſuo confirmavit. Quibus compertis, Felix Papa primo quidem Vitalem ac Miſenum Epiſcopos Sacerdotio ſimul & Communione privavit. Petrum deinde Alexandrinum, & Acacium Conſtantinopolitanum à ſacerdotali collegio, & ab Eccleſiaſtica Communione pronunciavit alienos. Hæc eſt prima damnatio Acacii in Synodo Romana, quæ collecta eſt anno Chriſti 484. die 5. Kal. Auguſti, Theodorico & Venantio Coſſ. ut colligitur ex ſententia depoſitionis, quam Felix Papa ad Acacium miſit. Hujus autem Synodi Romanæ unicum hodie ſupereſt fragmentum, quod refert Evagrius in cap. 21. libri 3. pars ſcilicet ſententiæ ab univerſa Synodo prolatæ in Petrum & Acacium. Quanquam in ſupradicto Evagrii loco Acacius diſerte non dicitur fuiſſe depoſitus. Nempe Evagrius priorem dumtaxat partem ſententiæ Synodalis referre ſatis habuit; poſteriorem vero partem in qua depoſitus & excommunicatus erat Acacius, de induſtria prætermiſit: ſive quod id ipſum jam antea retulerat, in cap. ſcilicet 18. ejuſdem libri: ſive quod honori ſedis Conſtantinopolitanæ conſulturum ſe exiſtimavit, ſi id reticeret, quod Conſtantinopolitanos Antiſtites moleſto animo ferre non ignorabat.

CAPUT III.

De ſecunda damnatione Acacii.

Post damnationis ſententiam, omnium Epiſcoporum qui tunc aderant ore in Acacium prolatam, Felix Papa aliquantiſper ſubſtitit, nec eam protinus ad Acacium mittendam putavit; expectans videlicet num Acacius reſipiſceret, & mutato propoſito ſeſe ab hæreticorum communione revocaret. Verum Acacius, tantum abeſt ut priora delicta correxerit; quin potius ex Principis favore ac patrocinio fiduciam ſumens, graviora adhuc adjecit. Quippe Calendione Orthodoxo Epiſcopo è ſede ſua dejecto, quem ipſe Epiſcopum ordinaverat, Petrum Fullonem, & a ſede Apoſtolica, & ab ipſo antea damnatum in Antiochenſium Eccleſiam immiſit. Ex quo factum eſt ut Eutychianis hæreticis aditus panderetur. Pulſis enim Catholicis Sacerdotibus, in eorum locum ſubrogati ſunt hæretici, ut teſtatur Gelaſius, tum in Epiſtola quam ſcripſit ad Epiſcopos Dardaniæ, tum in ea quam ſcripſit ad Epiſcopos Orientales. Quod ſi quis Epiſcoporum Orientis qui tunc juſſu Zenonis depoſiti ſunt, nomina ſcire deſiderat, hæc ſunt: Neſtor Tharſenſis, Cyrus Hierapolitanus, Joannes Cyreſtenſis, Romanus Chalcidis, Euſebius Samoſatenus, Julianus Mopſueſtenus, Paulus Conſtantinæ, Manus Hemeriæ, Andreas Theodoſiopolis Epiſcopi; quos Imperator Zeno ob eandem cauſam ac Calendionem ſedibus ſuis ejecit; eo quod ſcilicet Illo ac Leontio Tyrannis faviſſe dicerentur. Et hic quidem erat prætextus Imperatoris. Vera autem cauſa expulſionis illorum hæc fuit, quod Henotico Zenonis edicto ſubſcribere recuſarent, ut ſcribit Theophanes in Chronico pag. 115. & Nicephorus in libro 16. cap. 12. Hanc calamitatem Antiochenſis Eccleſiæ cum Felix Papa, ſive ex Calendionis, ſive ex aliorum literis didiciſſet, Synodum Epiſcoporum collegit in Baſilica B. Petri Apoſtoli: cui interfuerunt quadraginta tres Epiſcopi, quorum princeps erat Candidus Epiſcopus Tiburtinus. In hac Synodo Petrus quidem Fullo, utpote qui tyrannico more Antiochenſem Eccleſiam occupaſſet, anathemate perculſus eſt. Acacius vero cum Petro Alexandrino, iterata excommunicatione damnatus. Extat Epiſtola Synodica hujus Concilii ſcripta ad univerſos Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentes. In qua duplex Acacii excommunicatio, duæ item Synodi Romanæ, in quibus damnatus eſt Acacius, clare ac diſtincte commemorantur. Nam prima quidem Synodus Romana deſignatur his verbis, quæ leguntur initio hujus epiſtolæ: *Cum Vitalis atque Miſenus noſtro judicio conſtituti, cauſas mandatæ ſibi pro fide legationis exponerent, quoniam aſtutiores ſunt filiis lucis filii tenebrarum, prævaricatores mandatæ ſibi legationis, circumveniente magiſque opprimente Acacio, ſunt reperti, &c.* Deinde prima Acacii damnatio refertur his verbis: *Acacium quoque membris Chriſti perniciosius inhiantem, & per civitates ac provincias unam de fide Catholica Eccleſiam diſſipantem, inter Epiſcopos ſanctos, atque inter Chriſtianos judicavimus non haberi, &c.* Altera autem Synodus Romana, & ſecunda ejuſdem Acacii damnatio paulo poſt memoratur his verbis: *Unde nunc cauſa Antiochenæ Eccleſiæ apud Beatum*

tum Petrum Apoſtolum collecti, rurſum dilectioni veſtræ morem qui apud nos ſemper obtinuit, properavimus indicare. Et aliquanto poſt: *Sic autem Acacius impietatem peſtiferæ damnationis tetendit, ut etiam dejectus inſultet, ut ſciſſus ſævire non deſinat; & cum omnino extra corpus habeatur, ejus tamen membra dilaceret. Et de ſe ſcriptum eſſe teſtatur: Impius cum venerit in profundum malorum, contemnit, adjiciens deteriora prioribus, perſequendo jam mortuos: ejus anima graviter delinquendo, condemnationem ſecundæ mortis incurrit. Qui Calendione Epiſcopo ſancto, quemadmodum cognovimus, nuper ejecto, Petrum totiens & à ſe ante damnatum, in ejus immiſit Eccleſiam.* Dicet hic aliquis, non duplicem Synodum Romanam his verbis quæ protulimus, deſignari; ſed duplicem duntaxat actionem ſeu conſeſſum unius Synodi: idque ex eo ſatis declarari, quod ea quæ in utroque conſeſſu geſta ſunt, unica epiſtola continentur: cum ſi duplex revera fuiſſet Synodus, duæ quoque ſcribendæ fuiſſent Epiſtolæ. Ego vero primum quidem ita reſpondeo; quod ad hanc diſputationem attinet, parum referre, utrum duplex an una tantum fuerit Synodus Romana. Mihi enim ſufficit, dum Acacium iterata excommunicatione damnatum eſſe oſtendero, quod initio hujus diſputationis probandum ſuſceperam. Verum ulterius jam progredior, & plus quam pollicitus ſum, demonſtrabo: duas ſcilicet fuiſſe illas Synodos, in quibus demnatus eſt Acacius; non autem duas actiones unius Synodi. Id autem his ratio† nibus evincam. † Utraque quidem Synodus eodem anno, eodemque in loco collecta eſt, in Baſilica ſcilicet B. Petri Apoſtoli, Venantio V. C. Conſule: id eſt, anno Chriſti 484. Sed prior quidem collecta eſt die quinto Kalendas Auguſti, ut colligitur ex ſubſcriptione ſententiæ depoſitionis à Felice Papa ad Acacium miſſæ. Secunda vero congregata eſt Kalendis Auguſti, ut colligo ex ſubſcriptione epiſtolæ Felicis Papæ ad Zenonem Auguſtum, quam primus in lucem edidit Jacobus Sirmundus, vir de literis optime meritus. Ita quatuor dumtaxat dierum ſpatium inter utramque Synodum interceſſit. Ex quo factum eſſe opinor, ut ea quæ in utraque Synodo geſta erant, unica epiſtola complexi fuerint Epiſcopi. Cæterum priori quidem Synodo interfuerunt ſexaginta ſeptem Epiſcopi; qui etiam ſententiæ depoſitionis Acacii omnes ſubſcripſerunt, ut docet ſubſcriptio ad calcem illius ſententiæ ſubjecta. Secundæ vero Synodo interfuere quadraginta tres Epiſcopi, quorum princeps erat Candidus Tiburtinus, ut legitur in epiſtola Synodica ejuſdem Concilii ad univerſos Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentes. Denique prior quidem Synodus Romana a Felice Papa collecta eſt ad audiendam rationem legationis Vitalis atque Miſeni, qui Alexandrinæ Eccleſiæ cauſa miſſi fuerant Conſtantinopolim. Altera vero Synodus cauſa Antiochenſis Eccleſiæ congregata eſt in urbe Roma, ut teſtatur epiſtola Synodi Romanæ, ad univerſos Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentes, cujus verba ſuperius adduximus.

CAPUT IV.

De Actis poſterioris Synodi Romanæ.

Hujus poſterioris Synodi, quæ Antiochenſis Eccleſiæ cauſa Romæ celebrata eſt, Acta omnia interciderunt, præter Epiſtolam Synodicam, quæ ſcripta eſt univerſis Presbyteris & Archimandritis Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentibus. Huic Epiſtolæ ſubjuncta erat ſententia Felicis Papæ in Acacium. Quæ cum in priore Synodo Romana perſcripta fuiſſet, ſuppreſſa eſt aliquandiu, ſicut antea obſervavi. Tandemque paucis poſt diebus, cum de Calendionis deſtitutione, & de violenta Petri Antiocheni irruptione nunciatum fuiſſet, collecta iterum Synodo conſtitutum eſt, ut eadem ſententia per Tutum defenſorem Eccleſiæ Romanæ ad Acacium portaretur. Traditæ ſunt eidem Tuto literæ ad Zenonem Auguſtum perferendæ, quibus ſupplicabant Epiſcopi, ut decretis Synodi obtemperare vellet. Aliæ item literæ ad Clerum & Senatum ac populum Conſtantinopolitanum. His duabus autem epiſtolis ſubjectæ erant ſupradictæ literæ Synodicæ, ſcriptæ ad univerſos Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentes, quibus univerſi & ſinguli ſubſcripſerant Epiſcopi, numero tres & quadraginta. Quod quidem eo conſilio factum eſt ab Epiſcopis, ne ipſorum literæ a malignis hominibus mutari poſſent, aut pravis interpretationibus corrumpi, ut teſtantur Epiſcopi in Epiſtola illa Synodica, his verbis: *Ne quid autem maligne in literis noſtris mutari apud praviſſimas mentes, aut aliter interpretari poſſit, primum has eaſdem literas noſtras clementiſſimo Principi, ſicut oportuit, ſupplicantes, ad Dilectionem veſtram, Clerum, plebemque, & ampliſſimum Senatum direximus, quibus ſinguli univerſique ſubſcripſimus.* Extant hodie literæ, tum ad Zenonem Auguſtum, tum ad Clerum & plebem Conſtantinopolitanam ſcriptæ, quas primus edidit Jacobus Sirmundus ſub Felicis Papæ nomine, quas ad hanc Synodum pertinere non dubium eſt. Scriptæ ſunt enim a Felice Papa totius Synodi nomine, ſicut mos erat Eccleſiæ Ro. jam inde ab antiquis temporibus, quemadmodum diſerte teſtantur Epiſcopi in epiſtola ſupra memorata. Subſcriptiones autem Epiſcoporum ex parte tantum ſuperſunt. Solius enim Candidi Tiburtini Epiſcopi legitur ſubſcriptio. Reliquorum autem duorum & quadraginta Epiſcoporum qui ſimiliter ſubſcripſerant, nomina deſiderantur. Scripſit præterea Felix ad Orientales Epiſcopos, mandans eis, ut a Petri Antiocheni, ut pote hæretici, & Synodali ſententia damnati, Communione abſtinerent. Hæc epiſtola Felicis hodie quidem non extat; ſed ejus mentionem facit Victor Thunonenſis in Chronico, ita ſcribens: *Theodorico V. C. Coſ. Felix Romanæ Eccleſiæ Præſul, Monachis & Clericis per Orientem, Ægyptum, & Bithyniam commorantibus ſcribit, ut Petrum Alexandrinum Epiſcopum, Chalcedonenſis Synodi obtrectatorem, & ejus communicatores, id eſt, Acacium & Petrum Antiochenum, tanquam hæreticos vitent.*

CAPUT V.

His Literis acceptis, Tutus defenſor Eccleſiæ Romanæ in Orientem navigavit. Cumque Abydum veniſſet, vitatis inſidiis quæ illic diſpoſitæ erant ad intercipiendos eos qui ex Occidentis partibus veniebant, Conſtantinopolim pervenit, ubi cum Monachis Acœmitenſibus collocutus, eorum opera ac miniſterio ſententiam damnationis quam attulerat, Acacio inter altaria tradidit, ejuſque pallio affixit, ut ſcribit Victor Thunonenſis, & Liberatus, ac Theophanes. Epiſtolas quoque Felicis Papæ iis ad quos ſcriptæ erant, reddidit. Sed & Edictum ſententiæ Felicis Papæ univerſis in urbe Conſtantinopoli legendum propoſuit. Inter ſententiam vero & edictum ſententiæ hoc diſcrimen eſt, quod ſententia quidem ipſum nominatim alloquitur Acacium. Nihil enim aliud eſt quam epiſtola Felicis Papæ ad Acacium, cauſas depoſitionis illius continens, ut ex lectione ejus apparet. Edictum vero eſt, quo interdicitur univerſis, tam Clericis, quam Laicis, ne Acacio in poſterum communicent. Id autem ſic ſe habet: *Edictum ſententiæ Felicis Papæ, propter Acacii Epiſcopi Conſtantinopolitani damnationem. Acacius, qui ſecundo à nobis admonitus, ſtatutorum ſalubrium non deſtitit eſſe contemptor, meque in meis credidit carcerizandum, hunc Deus cœlitus prolata ſententia, de ſacerdotio fecit extorrem. Ergo ſi quis Epiſcopus, Clericus, Monachus, Laicus poſt hanc denunciationem eidem communicaverit, anathema ſit, ſancto Spiritu exequente.* Erravit igitur Blondellus, qui in libro de Primatu, ſcribit Tutum defenſorem, vel potius Monachos Acœmitenſes, edictum ſententiæ Felicis Papæ Acacio tradidiſſe. Immo ſententiam ipſam tradiderunt Acacio, ut præter Scriptores ſupra memoratos, diſerte teſtatur Evagrius in libro 3. His omnibus fideliter peractis, ſicut in mandatis acceperat, dolis Acacii circumventus eſt. Miſſus enim ad eum ſenex quidam Maronas nomine, magnam vim pecuniæ ei pollicitus eſt, ſi Acacio conſentire vellet, eique omnia quæ Romæ contra ipſum agebantur, aperire. Quod quidem Tutus amore pecuniæ corruptus, ſcriptis literis ſe facturum ſpopondit. Verum Rufinus & Thalaſſius Archimandritæ, & cæteri Monachi Conſtantinopoli & per Bithyniam conſtituti, ſimul atque Tutus Romam reverſus eſt, literas ſcripſerunt ad Felicem Papam, quibus eum de proditione Tuti certiorem fecerunt, miſſis etiam Tuti

NOTÆ.

4 *Utraque Synodus eodem anno collecta eſt*] Synodos Romanas Acacii cauſa celebratas ita recenſet Pagius, ad ann. 484. n. 4.--- & 485. n. 4. ---- Prima Synodus in cauſa Miſeni & Vitalis Legatorum Conſtantinopolim miſſorum V Kal. Aug. anno 484. coacta; ubi Petrus Alexandrinus & Acacius communione Eccleſiaſtica indigni pronunciantur. vid. Evagr. l. 3. c. 21. Secunda Synodus III. Non. Oct. ann. 485 coacta, ut ex veteri MS. notat Labbeus, ob Calendionem ab Eccleſia Antiochena expulſum; ubi iterata ſententia contra Acacium fertur, & per *Tutum* Defenſorem Conſtantinopolim miſſa eſt: Cum Valeſius inter haſce Synodos quatuor tantum dierum inſterſtitium fuiſſe ſtatuat. Verum, ut argumentatur Pagius, in poſteriori Epiſtola Synodica mentio fit ejecti Calendionis, tanquam novi criminis adverſus Acacium objecti. Quod quomodo Romæ ſciri potuit intra quatuor dierum ſpatium? Præterea, priori Synodo 67 Epiſcopi, poſteriori 42 vel 43 tantum interfuere: ideoque intra quatuor dies utramque Synodum habitam fuiſſe non eſt veriſimile. *W. Lowth.*

ipſius literis. Quibus in conventu Epiſcoporum recitatis, cum eas a ſe ſcriptas eſſe Tutus confeſſus fuiſſet, officio pariter & ſacroſancta Communione privatus eſt, ut docet Felix in epiſtola ad ſupradictos Archimandritas, quam primus in lucem edidit Jacobus Sirmondus. In ea epiſtola corrupta ſunt hæc verba: *Lecta ſunt enim literæ ipſius in conventu fratrum, qualiter pacta, interpoſita perſona, Marone condemnato, ei cui ſententiam portarat, inhæſiſſe creditur.* Quæ ſic corrigenda eſſe exiſtimo: *Qualiter pacto interpoſito per ſenem Maronam, condemnato ei cui ſententiam portarat, inhæſiſſe creditur.*

CAPUT VI.

CÆTERUM in edicto ſententiæ quod ſuperius adduximus, difficultate non carent hæc verba: * *Acacius qui ſecundo à nobis admonitus, &c.* Primo quidem admonitum eſſe ſcimus Acacium a Felice Papa per epiſtolam ad ipſum ſcriptam, quam Legati ſedis Apoſtolicæ Vitalis atque Miſenus Conſtantinopolim detulerunt. Sed ſecunda ejuſdem admonitio quænam ſit, & quando miſſa fuerit, obſcurum eſt. Liberatus quidem in Breviario ſcribit, poſt damnationem Vitalis atque Miſeni, cum Acacius manifeſte deprehenſus eſſet hæreticus, Felicem Papam in Synodicis Literis quas ad eum ſcripſit, ita poſuiſſe: *Peccaſti: ne adjicias; & de prioribus ſupplica.* Liberatum ſequutus eſt Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis. Verum obſervavi, in Acacianæ hiſtoriæ narratione Liberatum ſæpius hallucinari: idque ex hoc loco manifeſtiſſime convincitur. Quî enim fieri poteſt, ut Felix Papa has Synodicas literas quas refert Liberatus, poſt damnationem Vitalis ac Miſeni, ad Acacium ſcripſerit, cum conſtet Felicem Papam, quarto aut quinto die poſt damnationem illorum, ſententiam depoſitionis miſiſſe ad Acacium, ut ſuperius demonſtravi? Alia igitur quærenda eſt admonitio, qua Acacius ſecundo admonitus fuerit a Felice. Mihi quidem hæc ſecunda admonitio non alia videtur eſſe, quam Libellus citationis a Felice Papa ad Acacium tranſmiſſus per Vitalem ac Miſenum Legatos: qui ſic incipit: *Epiſcopali diligentia commonente, debuerat dilectio tua, &c.* Nec dubitabit, ut ſpero, quicumque eum libellum legerit, quin hæc ſit ſecunda admonitio Felicis Papæ ad Acacium miſſa. In hac enim epiſtola Felix Papa benigne monet Acacium, ut accepto libello accuſationis, quem Joannes Tabenneſiota ſedi Romanæ adverſus ipſum obtulerat, Romam quamprimum proficiſci maturet, objectis criminibus reſponſurus in conventu Epiſcoporum Italiæ.

CAPUT VII.

IN ſententia item depoſitionis quam Felix Papa miſit Acacio, locus eſt quidam qui lectorem conturbare merito poſſit. Sic enim legitur in fine ejus ſententiæ: *Sublatum tibi nomen & munus miniſterii ſacerdotalis agnoſce, ſancti Spiritus judicio, & Apoſtolica authoritate damnatus, nunquamque anathematis vinculis exuendus.* Nimia enim profecto videtur illa ſeveritas, & aliena ab Antiſtite Chriſtiano, hominem anathematis vinculo ita obſtringere, ut eo nunquam exui penitus poſſit. Sed non hæc fuit mens Felicis Papæ, qui omnibus votis ſemper optavit, ut Acacius abjecto priſtino errore, & repudiata hæreticorum Communione, ad unitatem Eccleſiæ Catholicæ reverteretur. Cum ergo dicit, Acacium nunquam anathematis vinculis exuendum eſſe, verba ſunt comminantis, quibus Acacio denuntiat nunquam illum anathematis vinculo liberandum, niſi reſipuerit & ab hæreticorum communicatione ſe ſe penitus abruperit. Ita certe hunc locum explicat Gelaſius Papa in tomo de anathematis vinculo, in quo reſpondet Orientalibus, qui in ſententia damnationis Acacii hæc Felicis Papæ verba reprehendebant. Verba Gelaſii ſunt hæc. *Quod etiam in Acacii ſententia rationabiliter intuendum eſt, in qua etiamſi ei dictum eſt: Nunquamque ſolvendus: non eſt adjectum tamen: Etiam ſi reſipueris; etiamſi ab errore diſceſſeris; etiamſi prævaricator eſſe deſiteris. Quapropter in aperto eſt, ita dictum: Nunquam ſolvendus: ſed talis ſcilicet, qualis eſt & ligatus: non autem talis effectus, qui ſicut ligandus non erat, ſic abſolutus eſſe dicebatur.* Et aliquanto poſt: *Itaque ipſe in ſe inſolubilem fecit eſſe ſententiam, qui talis permanere delegit, qualis veraciter non poſſet abſolvi,* &c.

CAPUT VIII.

Refellitur Baronii ſententia.

HÆC ſunt quæ ad illuſtrationem hiſtoriæ Acacianæ ex optimis Scriptoribus collecta, pro virili parte contulimus; quæ aut à Baronio prætermiſſa, aut ſecus quam oportuit commemorata ſunt. Nam Baronius ad annum Chriſti 484. poſtquam retulit damnationem Vitalis atque Miſeni, de Acacio ita ſcribit. His peractis, alia ſeſſione cognita eſt Acacii cauſa; allatiſque in medium cunctis manifeſtis ab eo perpetratis criminibus, ſententia omnium eſt judicatus, hæreticorum participatione pollutus. At ne ſic quidem in eum excommunicationis ſententiam intorquere Patribus hactenus viſum eſt: ſed ſcriptis ad eum rurſum literis Synodalibus, admonitus eſt ut reſipiſceret: alias ſciret, ſe excommunicationis ſententia percellendum. De hac autem quæ præceſſit ſententiam admonitione teſtatur Liberatus. Et paulo poſt: Porro deſiderantur ejuſmodi literæ Synodales ad Acacium miſſæ. Conſtat autem tantum abfuiſſe, ut Acacius reſipiſceret: ut mox Joannem illum Apameæ Epiſcopum electum, qui nuper ipſo Acacio agente, fuerat, a Romano Pontifice cum Petro excommunicatus, idem Acacius crearit Tyri Epiſcopum: Petrum vero Fullonem confirmarit in ſede Antiochena, ut Papæ Felicis literæ datæ ad Clerum Conſtantinopolitanum declarant, quæ inferius recitandæ erant. Multa ſunt in hac narratione quæ Baronio concedere non poſſumus. Primo enim quæ de Synodalibus literis a Felice Papa ad Acacium miſſis ſcribit ex Liberato Diacono, ea nos paulo ſupra abunde, ut opinor, refutavimus. Deinde quod Baronius affirmat dilatam fuiſſe damnationis ſententiam in Acacium, id manifeſte refellitur ex epiſtola ipſius Synodi Romanæ ad univerſos Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentes. In hac enim epiſtola quæ geſtorum in illa Synodo Romana accuratam narrationem complectitur, primo quidem Vitalis ac Miſenus damnati eſſe dicuntur: poſtea vero, nulla interpoſita dilatione, Acacius a ſacerdotali honore & Eccleſiaſtica Communione removetur. Verba Epiſtolæ ſunt hæc: *His ergo deterioribus compertis, Vitalem atque Miſenum à ſacerdotali collegio & ſacroſancta Communione ſuſpendimus, Acacium quoque membris Chriſti perniciosius inhiantem, & per civitates atque Provincias, unam de Fide Catholica Eccleſiam diſſipantem, inter Epiſcopos ſanctos, atque inter Chriſtianos judicavimus non haberi. Qualiter enim fieri poterat, ut ſcindens tunicam Chriſti, quam nec crucifigentes eum dividere auſi ſunt, in numero fidelium cenſeretur? Igitur omnia quæ nobis in timore Dei competunt, cogitantes, ac providentes, ne toties extincta Eutychianæ peſtis hæreſeos, cujus Acacius defenſor eſt ac patronus, ſerpens ut cancer Chriſti membra diſperderet; eum jam nunc ut partem putridam anathematizamus, ſententia memorata abſciſſum.* Vides nullam hic mentionem fieri dilationis interpoſitæ; ſed poſt damnationem Vitalis atque Miſeni, ſententiam excommunicationis continuo in Acacium eſſe vibratam. Quod ſi dilatio interpoſita fuiſſet, procul dubio id retuliſſent Epiſcopi in Epiſtola Synodica ad Archimandritas. Id enim ad exaggerandum crimen Acacii, non mediocre pondus habuiſſet; ſed nec Gelaſius Papa in Geſtis de nomine Acacii, mentionem ullam facit interpoſitæ dilationis. Sic enim ſcribit: 'Quibus rebus habita Synodo commotus 'beatiſſimus Papa, Vitalem & Miſenum ab officio & 'communione ſuſpendit, Acaciumque damnavit. Quod autem Baronius addit, Acacium poſt damnationem Vitalis atque Miſeni, Joanni Antiochenſi Epiſcopo Tyriorum Epiſcopatum tradidiſſe, in eo graviter hallucinatur. Diu enim ante Synodum Romanam, in qua Vitalis ac Miſenus damnati ſunt, Joannem illum ad Epiſcopatum Tyri promoverat Acacius, ut docet Gelaſius in Geſtis de nomine Acacii. Ibi enim ſcribit, Joannem Tabenneſiotam, cum Romam veniſſet, legereturque illi Epiſtola Acacii ad Simplicium Papam, qua poſtulabat ut Petrus & Joannes Antiocheni judicio ſedis Apoſtolicæ condemnarentur, hac etiam in parte graviſſimos Acacii lapſus atque exceſſus obſervaſſe. Verba Gelaſii ſunt hæc: *Quod cum præfatus Joannes Alexandrinus Epiſcopus relegiſſet, tacere non potuit, quod Joannem illum quem Acacius damnaverat cum Petro, & ſine remedio pœnitentiæ fecit ab Apoſtolica ſede damnari;*

NOTÆ.

* *Acacius qui ſecundo à nobis admonitus*] Pagius ad ann. 484. n. 8, 9. ſtatuit primam Acacii admonitionem factam à Legatis Pontificiis Vitali & Miſeno anno 483, à quibus datus eſt ipſi citationis libellus qui incipit, *Epiſcopali diligentia commonente* &c. Secundam ſtatuit cum Baronio ad nos non perveniſſe, ſed à Synodo Romæ congregata, verno tempore anni 484 miſſam vult. Cui cum non obtemperaret Acacius, miſſæ ſunt Synodicæ iſtæ literæ, datæ V Kal. Aug. eodem anno, *quibus Acacius communione Eccleſiaſtica indignus pronuntiatur.* W. Lowth.

poſt

poſt tot damnationes, Tyriorum miſerit Eccleſiæ præſidere. Poſtquam ergo non ſolum nihil profeciſſe literas prædeceſſoris ſui ſanctus Felix Papa cognovit, & ludibria quædam ab Acacio fieri in everſionem totius Eccleſiaſticæ diſciplinæ, electis Vitale Epiſcopo, &c. Cum igitur Joannes Alexandrinus Romam venerit, Trocundo & Severino Coſſ. hoc eſt, anno Chriſti 482. Joannis Antiocheni promotio ad Epiſcopatum Tyri, quæ ab Acacio facta eſſe dicitur, ante illius adventum acciderit neceſſe eſt. Neque enim Joannes Alexandrinus narrabat Romanis, niſi ea quæ ante ipſius adventum contigerant, & quæ Romani nondum didicerant. Sed & Felix Papa in ſententia damnationis adverſus Acacium prolata, ubi omnes illius exceſſus, ſeu, ut verbo ejuſdem Felicis utar, tranſgreſſiones ſervato temporum ordine commemorat, hanc primam refert: ‘ Alienarum tibi provinciarum jura temerarie vindicaſti: ‘ hæreticos pervaſores, atque ab hæreticis ordinatos, & ‘ quos ipſe damnaveras, atque ab Apoſtolica inſtitiſti ſede ‘ damnari; non modo communioni tuæ recipiendos putaſti, verum etiam aliis Eccleſiis, quod nec de Catholicis fieri poterat, præſidere feciſti; aut etiam honoribus quos non merebantur, auxiſti. Teſtatur hoc Joannes, quem à Catholicis Apameæ non receptum, pulſumque de Antiochia, Tyriis præfeciſti.’ Sed & Liberatus in Breviario cap. 18. hanc promotionem Joannis Antiocheni ad Epiſcopatum Tyri, quæ per Acacium facta eſt, refert ante legationem Vitalis ac Miſeni, perinde ac Gelaſius in Geſtis de nomine Acacii; cujus etiam verba deſcribit. Fefellit Baronium Epiſtola Synodi Romanæ ad univerſos Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentes; in qua leguntur hæc verba: ‘ Adjectum eſt etiam tunc cum iſta in examinatione tractantur, quod Acacius Joannem illum Tyriorum Eccleſiæ fecerit præſidere, qui Apamenis à ‘ Petro Antiochenæ Eccleſiæ Tyranno fuerat Epiſcopus ‘ ordinatus, &c. Verum hæc verba non id dicunt quod Baronius exiſtimavit, Joannem ſcilicet Tyriorum Eccleſiæ ab Acacio præpoſitum fuiſſe, tunc cum Acacii cauſa in Romana Synodo examinaretur: ſed id tantum dicunt: Dum Acacii crimina in ſupradicta Synodo diſcuterentur, adjectum illud eſſe inter cætera, quod Joannem Antiochenum olim à ſe damnatum, & quem à ſede Apoſtolica una cum Petro Antiocheno damnari curaverat, Tyriorum Eccleſiæ præfeciſſet. In quo duplex erat delictum: tum quod provincias nihil ad ſe pertinentes temere invaſiſſet, Antiochenum ſcilicet, & Tyriorum Epiſcopum ordinando: tum quod hominem, & à ſe, & a ſedis Apoſtolicæ judicio condemnatum, citra ejuſdem ſedis conſenſum, non modo in communionem ſuam recepiſſet, verum etiam ad honorem ſacerdotii promoviſſet. Quod ſi quis ſcire deſiderat, quandonam id factum fuerit ab Acacio; tempus ipſum mihi videor deprehendiſſe. Nam cum Calendio juſſu Zenonis Auguſti, Antiochenſis Epiſcopus ab Acacio ordinatus fuiſſet Conſtantinopoli: id autem factum eſt anno Chriſti 482. Trocondo & Severino Coſſ. Antiochenſes ejus rei ignari, Joannem cognomento Codonatum eodem tempore Epiſcopum creaverunt. Quod cum Imperatori nunciatum fuiſſet, Zeno ſuaſu Acacii qui apud ipſum plurimum poterat, præcepit ut Joannes in Epiſcopatum Tyri transferretur. Refert id Theophanes in Chronico pag. 110. his verbis: Ζήνων δὲ ἀφ᾽ οὗ τὸ τολμηθέντα εἰς φίφανον, ἐκέλευσεν τὸν ἀκάκιον τὸν Κ. Π. χειροτονῆσαι ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας. καὶ ἐχειροτόνησε Καλανδίονα. ἦσαν δὲ οἱ Ἀντιοχεῖς χειροτονήσαντες ἀφ᾽ ἁγνοιαν Ἰωάννῃ τὸν λεγόμενον Κωδωνάτον, ὃν ὁ Καλανδίων εἰς τύρον πρωτόθρονον τῆς Ἀντιοχίας μετενεβρονίασεν. Ejuſdem Joannis Codonati meminit Victor Thunonenſis in Chronico, ſed præpoſtere, ut ſolet. Sic enim ſcribit: ‘ Poſt Conſulatum ſecundum Longini V. C. Petrus ‘ Antiochenus ſub damnatione moritur, & in ejus loco ‘ Calendionem ordinat Acacius. Orientales autem Epiſcopi, tanquam neſcientes, Joannem cognomento Codonatum eidem Antiochenæ Eccleſiæ conſecrant Epiſcopum.’ Theophanes quidem Joannem Codonatum in Epiſcopatum Tyri ab Acacio tranſlatum eſſe non dicit. Sed veriſimile eſt Calendionem, qui ab Acacio conſecratus fuerat, ſuaſu Acacii Joannem illuc tranſtuliſſe, Quod ergo ſuadente & auctore Acacio factum fuerat, recte ab eo actum eſſe dicunt Epiſcopi Italiæ in Ep. Synodica, & Felix Papa in ſententia damnationis Acacii. [Sciendum porro eſt, Joannem hunc, *Conſtantinopolitanum* vocari in epiſtola ad Acacium, quam primus edidit Holſtenius in Collectione Romana; ſeu quod in ea urbe natus fuiſſet, ſeu quod primum illic presbyter fuerat. Eum quidem *Antiochenum* toto hoc capite ſæpius appellavi, propterea quod Antiochenſem epiſcopatum geſſit aliquandiu. Præſtat tamen eum *Conſtantinopolitanum* vocare, cum Simplicius Papa ita eum appellet.] Unum adhuc ſupereſt in Baronii verbis ſuperius allatis, quod merito quis reprehenderit. Epiſtolam enim illam Synodi Romanæ ad univerſos Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentes, vocat Baronius literas Felicis Papæ ad Clerum Conſtantinopolitanum. Et quod ad Felicis quidem nomen attinet, id Baronio facile conceſſerim; modo ea literæ à Felice ſcriptæ intelligantur totius Synodi nomine. Sed quod dicit Baronius, eas ad Clericos Conſtantinopolitanos datas eſſe, in eo non aſſentior Baronio. Datæ enim ſunt ad Archimandritas urbis Conſtantinopoleos & provinciæ Bithyniæ, qui Presbyterorum erant honore decorati. Certe Epiſcopi in Epiſtola illa ad univerſos Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentes, teſtantur ſe eaſdem literas miſiſſe ad Clerum urbis Conſtantinopolis. Diſtinguendi ſunt igitur Presbyteri & Archimandritæ Conſtantinopolis à Clero ejuſdem civitatis. Eoſdem porro eſſe Presbyteros & Archimandritas docet Epiſtola tertia Felicis Papæ à Jacobo Sirmondo edita, quæ hanc habet inſcriptionem: Felix Rufino, Thalaſſio, Presbyteris & Archimandritis, & cæteris Monachis circa Conſtantinopolim & Bithyniam conſtitutis. [Item epiſtola Simplicii Papæ ad Acacium, quæ legitur in Collectione Romana, pag. 194.]

LUCÆ HOLSTENII
DISSERTATIONES TRES.

DISSERTATIO PRIMA

De locis quibuſdam Concilii Nicæni.

DISSERTATIO SECUNDA

In loca quædam Concilii Nicæni.

DISSERTATIO TERTIA

De Syneſio, & de fuga Epiſcopatus.

DISSERTATIO PRIMA
DE LOCIS QUIBUSDAM
CONCILII NICÆNI.

NEMINEM veſtrum eſſe exiſtimo, Auditores, qui quidem Græcas literas & ſacrarum Antiquitatum ſtudium ex merito æſtimet, cujus animum nobiliſſimus hic Conſeſſus ſingulari quadam non perfundat lætitia: dum Muſas, ortu quidem cultuque Græcas, ſed Romanæ civitati longo quondam & benigno hoſpitii uſu non ſolum familiares, ſed vernaculas, nunc demum poſtliminii jure, loco ac dignitati ſuæ reſtitutas videt. Noſtri hæc ſæculi felicitas eſt, ſacram hanc eminentiſſimæ dignitatis purpuram protractas ex tenebrarum latebris Græciæ diſciplinas nova luce novoque ſplendore perfundere: aut, ut verius dicam, ex Græcarum literarum ſplendore purpuram ipſam dignitatis ac gloriæ incrementum ſibi mutuari. Veſtræ hoc, Eminentiſſimi Principes, humanitati debemus, Græcas literas pertinaci multorum ignorantia in capitis diſcrimen jampridem vocatas non ſolum caput nunc efferre, ſed etiam quam latiſſime propagari. Neque ſane fortiori telo retundi & jugulari poterat inſcitiæ error, qui non ſolum Græcas literas ut otioſas atque inanes negligit, verumetiam uti tempori, rei pretioſiſſimæ, fruſtra conſumendo pernicioſas ac noxias contemnit, & veluti de victis Achivis in ſua ſibi ignorantia trophæum erigit. Cui quidem opinioni, ut ingeniorum peſti & præſentiſſimo omnis bonæ eruditionis veneno, cum tota hæc doctorum hominum cohors veſtro ductu veſtriſque auſpiciis, cunctis ſeſe animi ingeniique viribus opponere, manuſque contra conſerere ſit parata, tum vero mihi velitari leviter ex hoc loco conſtitutum eſt adverſus nonnullorum ignaviam dicam an væcordiam, qui ideo ſe Græcis literis tempus fruſtra conterere negant, quod nihil in Græcorum adytis tam abditum reconditumque lateat, quod doctorum hominum induſtria non in lucem protraxerit, atque ita in Latinum transfuderit ſermonem, ut univerſa jam Græcia, Romana civitate & Latii jure donata, Pallium cum toga commutarit. Horum inquam hominum errorem, non tam verborum copia, aut conquiſitarum undique rationum momentis oppugnare, quam evidentiſſimo veritatis exemplo ob oculos omnium propoſito revincere conabor. Quod quidem exemplum non ex vulgari aliqua eruditionis parte, ſed ex ſacroſancta Conciliorum generalium doctrina, quæ proximum à ſacris literis in Eccleſia locum obtinent, deprometur. Neque enim veſtrum quemquam latere arbitror, quanto ſtudio poſt repurgatos Bibliorum fontes, Conciliorum generalium accurata omnibuſque numeris abſoluta editio à Clemente VIII. S. P. ſuſcepta, & à Paulo V. demum perfecta fuerit. Quæ ut magno applauſu accepta in vulgus prodiit, ita quamplurima habet, in quibus preſſiorem curam docti viri deſiderant; ii inquam qui Græca legere, & de Græcis recte judicare poſſunt. Ego ſane qui nulla aut perexigua admodum in hiſce facultate me inſtructum ſentio, cum neſcio cujus controverſiæ occaſione in aliquot ſextæ & ſeptimæ Synodi loca diligentius inquirere cœpiſſem, ita me partim Græci textus nævis, partim Latinarum verſionum portentoſis erroribus offenſum fateor, ut in illud Comici proruperim; *Hui tantamne rem tam negligenter agier!* Itaque ab ovo, quod aiunt, rem exordiri, & quæ ſuperſunt Nicæni Concilii ἀνασκασμάτια ſub examen revocare placuit: Cujus privati laboris ac ſtudii ſpecimen in publico hoc Conſeſſu vobis exhibendum duxi, quandoquidem differendi neceſſitatem veſtra benignitas mihi impoſuit. Eæ autem ſunt duæ Alexandri Alexandriæ Epiſcopi epiſtolæ, quæ ex Socratis & Theodoreti Eccleſiaſtica Hiſtoria depromptæ τὴν παρασκευὴν Concilii illius conſtituunt. Egregie ſane illæ & θεωρίας ſcriptæ, quibus Latina Chriſtophorſoni verſio adjungitur; ſed à Romanis editoribus nonnullis in locis interpolata. Ita ſcilicet non ſolum verſionis Conciliorum, ſed univerſæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ guſtum aliquem me vobis præbiturum putavi. Sed mihi veſtra principio patientia exoranda eſt, ut æquo animo per confragoſæ orationis ſalebras aſpirantem ſubſequi non gravetur. Cum ſive caſus, ſive conſilium eam mihi objecerit materiam, quæ orationis cultum haud quaquam admittit, & quod Oratorum princeps de rebus Geographicis aiebat, ἀνηγεωγραφήτως nullo modo poteſt.

Ad hæc cum in alieno labore ingenii acumen experiri & judicii cenſuram exercere inſtituerim, ut ego germano candore ac fide optima calumniam ejuro, ita invidiam deprecor, ne quis alienis erratis exagitandis doctrinæ aut induſtriæ laudem me aucupari exiſtimet. Publica hæc ſtudia ſunt, quibus promovendis publicam utilitatem, non privatam laudem quærimus. Vos vero, Eminentiſſimi Principes, ſubmiſſe rogo, ut cum voluntas atque auctoritas veſtra in hunc me protraxerit locum, humanitati ac benevolentiæ veſtræ aura, orationis curſum inter ſyrtes & brevia æſtuantem ſublevetis.

Et mihi quidem differendi principium ipſum epiſtolæ exordium præbet, quod cum ex ſacræ ſcripturæ locis adumbratum ſit, non omnino ex ejuſdem ſcripturæ mente converſum exiſtimo. Ubi hoc item mihi præſtandum, ſi leviora quædam ſub examen adducere, & ἐξονυχίζειν, vel diligentius reſecare videar, nemo me vel nodum in ſcirpo quærere, vel animi morbo λεπτολογίας ſectari arbitretur. Neque enim leve eſt aut dilutum, quod veritati confirmandæ, & ſacræ ſcripturæ illuſtrandæ facit. Sic ergo Alexander orditur: ἑνὸς σώματος ὄντος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. Quod in veteri Interprete, & in nova Conciliorum verſione ſic redditur: *Cum ſit unum corpus Eccleſiæ Catholicæ.* Haud negaverim, *Corpus Eccleſiæ*, ſive σῶμα τῆς ἐκκλησίας, eodem modo dici poſſe, quo *Corpus provinciæ*, & *Corpus civitatis*; Livio; *Corpus Reipublicæ* Ciceroni: quo Juriſconſultis *Corpora collegiorum*, ſive *fabrorum*, aliaque uſurpantur. Sed illud contra contendo, multo ſignificantius ad ſacræ ſcripturæ mentem ſic converti: *Cum unum ſit Corpus Eccleſia Catholica*: vel, *Cum Eccleſia Catholica uno conſtet Corpore.* Hæc, inquam, ſcripturæ loquendi ratio, ut Eccleſiam Chriſti Corpus ubique vocet, non autem Eccleſiæ, vel tanquam capiti, vel tanquam animæ corpus diſtinctum ac peculiare attribuat. Ita enim Divus Paulus Rom. 12. verſ. 4. *Sicut in uno corpore membra multa habemus, ita multi unum corpus ſumus in Chriſto:* ὥσπερ οἱ πολλοὶ ἓν σῶμα ἐσμὲν ἐν Χριστῷ. Hoc eſt: *Unam conſtituimus Eccleſiam*: ſive, *una ſumus Eccleſia in Chriſto*, ſcilicet, ἕνωπες κεφαλὴν τὸν Χριστὸν, ἡμεῖς δὲ ἀλλήλων μέλη, explicante Oecumenio. Sed multo & clarior & copioſior ſui Interpres eſt ipſe Apoſtolus 1. Corinth. 12. ubi ὡσὶ τὸ χαρισμάτων, ſive, ut ipſe ait, ὡσὶ πνευματικῶν diſputat. Nam v. 12. & 13. ait: *Corpus unum eſt, & membra habet multa. Omnia autem membra corporis cum ſint multa, unum tamen ſunt corpus: ita & Chriſtus. Etenim in uno ſpiritu nos omnes in unum corpus baptizati ſumus.* Quo loco facere non poſſum quin Oecumenii interpretamentum addam. *Ita & Chriſtus*, inquit: ὥπως, φησὶν, ὁ Χριστὸς. πολλὰ μὲν ἔχει μέλη τὰς κεφὰς ἕκαστον. ἓν δὲ σῶμα τὴν κοινότητα τῆς ἐκκλησίας. ἐκ γὰρ πολλῶν συγκειμένη, ἕν ἐστι σῶμα, κεφαλὴν ἔχουσα τὸν Χριστὸν. ὡς εἶναι τὴν ἐκκλησίαν & τὸν Χριστὸν ἓν αὐτοτελὲς σῶμα. Nihil ſane magis accommodum ad Apoſtoli mentem, neque ad inſtitutum noſtrum dici potuit. Quale eſt illud quod addit: *Baptizatos nos omnes in unum corpus*, τουτέστιν, εἰς τὸ ποιῆσαι πάντως σῶμα ἓν. Unde plane divinum in modum poſtea in ejuſdem capitis explicatione ait, *nos*, hoc eſt, *Eccleſiam*, ἐν τῇ ἑνώσει τὸ εἶναι ἔχειν. Hoc eſt, eſſe, ſive eſſentiam in Eccleſiæ unione conſiſtere, ſive formam eſſentialem, vel ut cum Philoſopho loquar, τὸ τί ἦν εἶναι. Qua ſublata, neque res neque nomen Eccleſiæ amplius ſubſiſtere poſſit. Et ſane quiſquis, uti par eſt, arctum illud & ſacroſanctum conſiderarit vinculum, quo myſtica Chriſti membra in unius

corporis

corporis unionem conſtringuntur ac coaleſcunt, haud facile, puto, conceſſerit corpus Eccleſiæ eodem plane modo dici, quo civitatis, vel Reipublicæ, aut collegiorum corpora vulgo appellari ſolent. Quod ut perſpicue clareat, luculenta Pomponii I. C. diviſio ex 41. Digeſtorum libro tantiſper nobis facem allucebit. *Tria*, inquit ille, *genera ſunt corporum. Unum, quod continetur uno ſpiritu, & Græce ἡνωμένον vocatur; ut homo, lignum, lapis, & ſimilia. Alterum, quod ex contingentibus ſe, hoc eſt, ex pluribus inter ſe cohærentibus conſtat, quod σωημμένον vocatur, ut ædificium, navis, armarium. Tertium, quod ex diſtantibus conſtat, ut corpora plura non ſoluta, ſed uni nomini ſubjecta, veluti populus, legio, grex.* Hæc Pomponius, ſane accurate. Cujus ad tertium genus, cum corpora illa quæ diximus, ſive *συήματα πολιτικὰ* pertineant, quis non videt Eccleſiam, myſticum Chriſti corpus, ad primum genus referendum, quod Pomponius uno ſpiritu contineri ait? Nonne enim ſic Paulus ad Epheſ. 4. 4. *ἓν σῶμα καὶ πνεῦμα. Unum corpus, & unus ſpiritus.* Unde *τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος*, unitatem ſpiritus ei ſtudio ſervandam hortatur. Cujus ipſe quaſi rationem affert 1. Cor. 12. *καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν. Nam in uno ſpiritu nos omnes in unum corpus baptizati ſumus.* Et quid non unionem hanc docet ſuadetque in Eccleſia? Unus, inquit Paulus, Deus & pater omnium, unus Dominus, una Fides, unum Baptiſma, una ſpes vocationis. Unde etiam ſequitur: *καρδία καὶ ψυχὴ μία. Cor unum, & anima una.* Qualem in primitiva illa Eccleſia Lucas Actor. 4. 32. nobis deſcribit: Niſi quis forte minus validam firmamque exiſtimaverit unionem illam ſpiritualem mentium, quam corporum coagmentationem: cum non ſolum ex Platonicorum elementis Theologicis, ſed ex admiranda illa D. Dionyſii θεοσοφία, omne vnitum, ſive ἡνωμένον eo ſit præſtantius ac perfectius, quanto propius, quantoque magis ἀμέσως ὑπὸ τοῦ αὐτενός, ab ipſo illo primo Uno unitur: ac proinde, τοῦ αὐτοόντος καὶ τοῦ αὐταγαθοῦ, ut propius, ita plenius & perfectius ſit particeps. Sed ego, quod eſt Græcorum in proverbio, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶ. Ita ultro affluens rerum copia, ingenii curſum provocat. Redeo ad lineam: & ne quid diſſimulem, duo proponam loca quæ cenſuram hanc noſtram elidere videntur. Prior eſt ad Epheſ. 5. *Vir*, inquit Apoſtolus, *eſt caput mulieris, ſicut & Chriſtus caput eſt Eccleſiæ; & ipſe Salvator corporis ejus.* Ecce tibi, inquies, corpus Eccleſiæ. Audio quidem, ſed Interpretis, vel potius Interpolatoris vocem, non Apoſtoli. Neque enim Græcus textus eam mantiſſam agnoſcit: *καὶ αὐτός ἐστι σωτὴρ τοῦ σώματος.* Hoc eſt, *Et ipſe eſt Salvator corporis*, ſubintellige ſui, hoc eſt, Eccleſiæ. Neque aliter vetus Eccleſia legit Latina, ut teſtis eſt unus omnium inſtar Fulgentius ad Thraſimundum Regem libro 1. cap. 10. qui additamentum hoc nequaquam agnoſcit. Alter locus eſt ad Coloſſenſ. 1, 18. *Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας.* Qui nec ipſe, quicquid prima fronte appareat, nos ferit. Cum certum ſit duas illas voces, *Corporis Eccleſiæ*, non vi regiminis, ut Grammaticorum claſſes vocant, ſed per appoſitionem conjungi. Et ecce tibi luculentum ſui interpretem ipſum Paulum, qui mox ſeq. v. 24. *Adimpleo*, inquit, *ea quæ deſunt Paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore ejus, quod eſt Eccleſia. ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ἐκκλησία. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτων.*

Narrat deinde Alexander, Arii apoſtaſiam & blaſphema dogmata, quibus Chriſtum Dominum ſtatu graduque divinitatis movere, & Creatorem in creaturæ cenſum dejicere conabatur. In quibus nonnulla ſunt parum recte conſtituta in Græco textu, vel minus accurate ab interprete obſervata, vel in quibus antiquus Interpres Epiphanius Scholaſticus, aliam ſuo tempore lectionem ſecutus videtur. Quæ cum preſſioris ſint conſiderationis, commemorare ſingula nihil attinet. Illud indicandum, interrogatos Arium ac ſocios, numquid ergo Verbum Dei, quod illi creatum aſſerebant, mutari poſſet, quemadmodum diabolus mutatus fuerat, non veritos reſpondere, poſſe. Addunt rationem ſic in Romana editione expreſſam: *τρεπτὸς γὰρ φύσεώς ἐστι γενητὸς, καὶ τρεπτὸς ὑπάρχων*: quod vertunt, *Nam & mutabilis naturæ factus eſt, & mutabilis exiſtit.* Qua in re interpretis Britanni & Romanorum editorum judicium requiro. Nam ut taceam ſenſum loci jam olim à veteri interprete recte expreſſum, quis rationis hujus pondera ac momenta perpendens, vel Græcorum lectione paulo exercitatior, non facile animadvertit ex ipſa loquendi conſuetudine, minus rectam diſtinctionem vitioſam peperiſſe verſionem. Affirmabat Arius Filium Dei, *τὸν λόγον*, poſſe mutari; adjungens rationem; *τρεπτὸς γὰρ φύσεώς ἐστι*. Nam naturæ mutabilis eſt, vel naturam mutabilem obtinet, *γενητὸς καὶ τρεπτὸς ὑπάρχων*, quippe qui eſt factus ſive creatus, ac proinde mutabilis eſt. Quocirca haudquaquam negligenda hoc loco vox *γενητὸς*, in qua vis omnis ac nervus impiæ illius aſſertionis conſiſtit: quam ipſe Alexander ſequenti epiſtola repetit, ſed verbis magis perſpicuis deductam, principio pag. 11. Aiunt, inquit, Filium Dei, cum antea non fuiſſet, poſtea factum; factumque talem, ubi factus fuit, quales cæteri ſunt homines. *συναναλαμβάνοντες τῇ τῶν ἁπάντων κτίσει καὶ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, Comprehendentes etiam Filium Dei reliquarum creatarum rerum numero.* Statim ſubjungit, *εἰς ἀκολάθως καὶ φασὶν αὐτὸν τρεπτὸν εἶναι φύσεως, ἀρετῆς τε καὶ κακίας δεκτικόν. Quibus etiam conſequenter addunt, eum mutabilis eſſe naturæ, & virtutis ac vitii capacem.* Videtis ſuppoſito hoc, Filium Dei factum vel creatum eſſe, ut neceſſariam inde deduci conſequentiâm, eundem quoque *τρεπτὸν* ſive mutabilem eſſe. Atque ſic ratiocinatur Damaſcenus lib. 1. de orthod. fide c. 3. *τὰ κτιστὰ, πάντως καὶ τρεπτά. ὧν γὰρ τὸ εἶναι ἀπὸ τροπῆς ἤρξατο, τοῦτο τῇ τροπῇ ὑποκείσεται πάντως, ἢ φθορᾷ, ἢ κατὰ προαίρεσιν ἀλλοιώσει. Creata*, inquit, *omnino etiam mutationi obnoxia. Quorum enim eſſe à mutatione incipit, ea neceſſario mutationi ſubjacebunt, dum vel intereunt, vel voluntate alterantur.* Ita ſcilicet Arius Filium Dei *ἀρετῆς καὶ κακίας δεκτικὸν* aſſerebat: quandoquidem, ut Juſtinus Martyr alicubi in quæſtionibus ſcribit, *τροπῆς γνώρισμα τὸ τὰ καλὰ καὶ τὰ κακὰ λαμβάνειν εἰς ἔννοιαν. Mutationis ſignum ac nota eſt, bona ac mala in animum ſibi inducere.*

Expoſitis Arii dogmatis, Catholicæ Eccleſiæ orthodoxam ſententiam Alexander opponit, ut veritatis luce prolata ſtygis tenebras diſcutiat. Urget *χελιδονιάχας* illos D. Joannis auctoritate: qui Verbum in principio fuiſſe, atque omnia per ipſum facta prædicat. Inde rationibus inſtat: ſi Verbum eſt unigenitus Filius Dei, quomodo aſſerunt iſti, *ὅπερ εἷς ἐστι τῶν ποιημάτων*; *Ipſum unam eſſe ex creaturis?* Et ſi omnia per ipſum facta ſunt, *πῶς δύναται ἴσος εἶναι τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων*; *Qui poterit ipſe par eſſe rebus quæ per ipſum facta ſunt?* Quo poſtremo loco Gelaſius Cyzicenus, & Epiphanius interpres rectius jam olim legere, *πῶς δύναται εἷς εἶναι*; *Quomodo poteſt unus eſſe horum, quæ per ipſum facta noſcuntur?* Quam lectionem Græci ſermonis conſtructio aperte requirit. Quamvis ad ſenſum loci nihil interſit, utrum *ἴσος* cum vulgato, an *εἷς* cum veteri interprete legas. Si tamen *ἴσος* retineatur, mutanda hoc modo conſtructio; *πῶς ἢ δύναται ἴσος εἶναι τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις*, non autem, *τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων*. Ita D. Paulus Phil. 2. 6. Chriſtum ait non exiſtimaſſe rapinam, *τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ*, *Eſſe ſe æqualem Deo.* Ita ipſe Alexander epiſtola ſequenti Arianos prædicaſſe ſcribit, Chriſtum *τοῖς πᾶσιν ἴσον εἶναι*: quod verſio Romana, *Chriſtum cæteris hominibus nihil præſtantiorem eſſe*, reddit: nimis ſane anguſte. Neque enim ad ſolos homines æqualitatem illam reſtringebat Arius, ſed ad creaturam quoque omnem, *τῶν λογικῶν καὶ ἀλόγων* creaturam. Neque enim aliud iſthic loci eſt, *τοῖς πᾶσιν ἴσον εἶναι*, quam hic *τοῖς πᾶσι συναριθμεῖσθαι*, hoc eſt, Verbum ex ipſorum ſententia factum & creatum ex nihilo, reliquarum omnium creaturarum numero inſerendum: ut pote reliquis omnibus creaturis conditione atque eſſentia par & æquale. Quamvis ego *τὸ ἴσον*, in hiſce locis, *æquale* potius quam *par* vertere malim, quo etiam profani Auctores pro coætaneo & coævo paſſim utuntur, adeoque *πρὸς τὴν ὁμοουσιότητα καὶ συναϊδιότητα* contra Arianos exprimendam eſt percommodum. Hæc pauca ad priorem Alexandri epiſtolam Encyclicam illam ſive Catholicam obſervaſſe ſufficiet.

Sequitur nunc altera ejuſdem *ἀνεπίγραφος* in Romana editione, quod neſcio qua incuria in tam diligenti opere admiſſum fuerit: cum & Theodoretus & Tripertita Alexandro Conſtantinopolitano Epiſcopo inſcriptam miſſamque teſtentur. Equidem cum perlecta primum hac epiſtola, non unum aliquem, ſed plures ſubinde Alexandrum alloqui obſervaſſem, ſubiit ſuſpicio, certo conſilio *ἐπιγραφὴν* in Romana editione omiſſam. Quod negligentia factum, poſtea ex erratorum indiculo deprehendi. Quidquid ſit, mihi fixa hæc ſedet ſententia, non privatam aliquam ſive tractatoriam hanc epiſtolam eſſe, ſed & ipſam quoque circularem ac generalem, miſſam ad diverſos Europæ Epiſcopos. Quod nemo facile negaverit, qui & hujus epiſtolæ partem extremam cum cura legerit, & Eccleſiaſticarum epiſtolarum formam modumque non plane ignoret. Nam & clauſula harum literarum plane eadem eſt quæ præcedentium Encyclicarum, qua reliquo Clero per Epiſcopos ſalutem impertitur: tum ut ſæpius in reliquo epiſtolæ contextu, ita in fine plures oratione ſe affari oſtendit. Unde ad plures quoque ſcriptam fateri neceſſum eſt. Cum veriſſime illud non minus quam docte a Franciſco Bernardino Ferrario lib. 3. de antiquo epiſtolarum Eccleſiaſticarum genere, obſervatum ſit, morem antiquitus invaluiſſe, ut iidem honorum tituli ſub finem epiſtolarum iterarentur,

quibus

quibus initio ſinguli ad quos ſcribebant, fuerant appellati. Sed quorſum hæc, inquies? Non ut Alexandro Conſtantinopolitano Epiſcopo hanc epiſtolam ſcriptam negem; ſed ut ad alios quoque vicinos Epiſcopos, vel in regia urbe negotiorum cauſſa tum verſantes, ejuſdem quoque exempla per circulum miſſa oſtendam. Neque ego hic Theodoreto futilem Gelaſii Cyziceni Diobolaris ῥαψῳδεῦ auctoritatem oppoſuerim, qui Alexandrum iſtum hoc tempore Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ necdum præfuiſſe affirmat: quemque paulo poſt Nicæno Concilio privatum adhuc Presbyterum pro Metrophane extrema ſenectute confecto interfuiſſe ſcribit. Cujus fidem incerti quoque auctoris narratio de CCCXVIII Nicæni Concilii Patribus ſequitur, quæ in Hiſtoriis Sanctorum Lipomanni extat; cujus exemplar ex regio codice in Galliis aliquando me tranſcripſiſſe memini. Hæc inquam, tanti non ſunt, ut Theodoreti aliorumque meliorum auctorum fidem apud nos elevent. Sed nunc epiſtolam ipſam aggredimur: in cujus limine Romanos editores προθέσεως vox offendit, cui obolis confoſſæ προαιρέσιν ſubſtituunt. Sed neſcire me fateor, quid cauſſæ habuerint cur vocem ἐκλωπικωτάτων Graiiſmi cenſu expunxerint. Vocem, inquam, probam, nec ſolum Polybio; ut ex Suida apparet, ſed & D. Paulo ſemel itemque uſurpatam. Rom. 8. 28. τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς, *Vocatis ſecundum propoſitum*, & Epheſ. 1. 11. προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν, *Prædeſtinati ſecundum propoſitum:* Et poſt Paulum, doctiſſimo cuique SS. Patrum. Clemens Alexandrinus item libro 3. εὐνυχίας πρόθεσιν, propoſitum cœlibatus, & libr. 7. τοὺς κατὰ πρόθεσιν δικαίους, prædeſtinatos Apoſtolum ſecutus vocavit. Juſtinus Martyr XIX quæſtione ad orthodoxos, palpitationes, ſternutamenta, & tinnitus aurium παρὰ τὴν ἡμέτεραν πρόθεσιν, fieri ſcribit. Omitto alios. Sane Conſtantinus Magnus literis ad Alexandrum noſtrum & Arium datis μίαν ψυχῆς πρόθεσιν ſcripſit: Quid vero? nonne ipſe Alexander mox hac ipſa pagina τὴν μοχθηρὰν πρόθεσιν repetit? Quod & ipſum ne cenſores jugularent, ſalvum atque indemne præſtare poterat quod pag. 16. ſe Epiſcoporum ad quos ſcribit ὀρθῇ προθέσει confidere ait. Videtis, puto, auditores, quam caute & religioſe in antiquorum ſcriptis verſandum ſit, quam non temere quidquam mutandum. Cæterum ſi quis Græcum hujus epiſtolæ exordium cum veteri Epiphanii verſione contendat, longe diverſam ejus codicem ſententiam prætuliſſe reperiet.

Illi autem malorum hominum, quam modo dixi, προθέσει reſpondet quod ſequitur, eos diaboli impulſu veluti œſtro percitos ferri εἰς τὴν προκειμένην αὐτοῖς ἡδονήν. Quo cum certum & deſtinatum animi conſilium ſignificetur, rectius à veteri Interprete, *Propoſitam animo libidinem*, quam à Camerario, *obviam voluptatem*, aut à noſtro Interprete Britanno, *voluptates quæ forte ſe offerunt*, converti exiſtimo. Quis enim non videt, τὴν τυχοῦσαν ἡδονὴν, καὶ τὴν προκειμένην, longiſſime inter ſe differre; cum illa caſum, hæc conſilium, & voluntatis, ut dixi, propoſitum conjunctum habeat.

Addit hanc ſcribendi cauſam ſibi fuiſſe, ut moneret cæteros Orthodoxos, improbos illos cavendos eſſe: μή πις αὐτῶν φλιμήσῃ, inquit, καὶ τοῖς ὑμετέραις παροικίαις ἐπιβῆναι: *Ne quis veſtras quoque provincias invadere audeat.* Quod ut vetus & germanus Theodoriti Interpres recte & ſimpliciter vertit; ita Anglus noſter ſane magno & importuno verborum ambitu, *Erroris ſui veſtigia Eccleſiis imprimere* reddit. Quæ eo à me dicuntur, quod fucos & phaleras longe à caſta Sanctorum Patrum oratione amandari velim: Eaſque, ut ipſi ſtudioſe caverunt, ita nec in verſiones eorum menti exprimendæ admittendas cenſeo. Ita ſub principio pag. ſeq. vetus Interpres: τὴν σωτήριον Χριστοῦ οἰκονομίαν καὶ δι' ἡμᾶς ταπίνωσιν: *Salutarem diſpenſationem & humilitatem pro nobis ſuſceptam*, vertit, ut reliqui Latinæ Eccleſiæ Patres, & vulgatus Bibliorum Interpres loqui amant: ubi noſter *œconomiam & abjectionem*, potius quam *humiliationem* probavit.

Sequitur deinde locus ſane inſignis, quo Alexander egregie deſcribit malas Arianorum artes, quibus veritatem ejuſque defenſores, qua aperta vi, qua fraude occulta, per cuniculos oppugnabant. Ac primum quidem Dei hoſtes Eccleſiæ caſtris ejecti, ad Gentiles & Judæos transfugere, cum his ad Chriſtianam Religionem exſcindendam fœderis ſocietate ſe ſe conjungere: apud hos gratiam laudemque ſibi quærere, dum Chriſtianorum dogmata ac ſacra, quæ Judæis ſcandalum, Gentibus ſtultitia erant, riſui ac ludibrio eorumdem exponerent; unde religionis exitium ſequi neceſſe erat. Ipſis deinde veritatis propugnatoribus turbas, ſeditiones, ac perſecutiones graviſſimas excitabant: ſcilicet ut Dei Eccleſia horum præſidio orbata, ipſis prædæ cederet. Hæc duo accuſationis capita. Quorum utrumque quibus modis efficere conarentur Ariani, mox oſtendit. Poſterius quidem, inquit, ſeditiones & perſecutiones ſcilicet excitant, divexando Catholicos, & lites iiſdem intentando, per mulierculârum amicitiam & prenſationes: Chriſtianiſſimum vero traducerent, dum ipſorum juvenculæ libere ſine modo & modeſtia, vagabundæ per civitates oberrant: quorum utrumque eſt contra Apoſtoli doctrinam, qui priori ad Timotheum 5. 19. viduas ſexaginta annorum eligendas; adoleſcentiores autem ſive juvenculas devitandas præcipit. Tum vero verſ. decimo tertio ejuſdem capitis monet, ne otioſæ diſcant circuire domos, verboſæ & curioſæ, &c. Neque enim dubium illud eſt, quin ex hiſce Apoſtoli verbis totus hic locus intelligendus ſit atque explicandus. In cujus ſenſu exprimendo Interpres noſter mire ſecurus eſt, divellens & confundens omnia pro libito. Unde pro una continua Alexandri ſententia, meras nobis ſcopas diſſolutas exhibet: quæ ſingula proſequi tædioſum foret. Id miror, & veterem & novum Interpretem, inverſo unius Græcæ vocis ſpiritu, tanquam vehementiori procella abreptos, in ſcopulum impegiſſe. Alexandri verba ſunt, τὴν γοῦν ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων ἀσεβῆ φιλοχριστὸν δόξαν κρατύναντες, τὸν παρ' αὐτῶν ἔπαινον ὡς ἔνι μάλιστα ἠρῶντες. Ubi neuter perſpexit, παρ' αὐτῶν leni ſpiritu legendum: Et non ipſos Arianos, ſed Græcos & Judæos intelligi, apud quos Chriſtum communi opera oppugnando, laudem ſtudioſiſſime captabant Ariani. Quod tamen Camerarium Theodoreteti, & Langum Nicephori Interpretem non fugit. Quamvis apud hunc non παρ' αὐτῶν, ſed παρ' αὐτοῖς legatur. Cæterum ut reliqui omnes hæretici, ita Arius quoque parentis ſui diaboli ingenium arteſque imitatus, ficta pietatis ſpecie ſequioris ſexus ſimplicitati illuſit. Cumque Chriſtum divinitatis gloria ſpoliaſſet, ſanctiſſimum quoque ejus peculium invadere ac intervertere non dubitavit. Qui ſeptingentas Virgines Chriſto conſecratas primo omnium in ſuas partes pertraxit: cum interim vix ſeptem Presbyteros, & Diaconos duodecim ſibi conciliaſſet. Ita ſcilicet, εὐάλωτον καὶ σφαλερὸν καὶ ὑπαράγωγον τὸ τῶν γυναικῶν γένος. Sed cum Alexander hoc loco mulierum operâ Eccleſiam ab Ario ſcribat oppugnatam, dubitaverit quis haud injuria, num ſeductas illas & fatuas virgines, an aliud potius fœminarum genus vir ſanctus intelligat: quas quidem ipſe *mulierculas impuras*, ſi Anglo Interpreti credimus, & tenellas meretriculas vocat: ſed vereor profecto, ne ille Alexandri mentem ac verba nimis inclementer expreſſerit. Quas enim *impuras* ille vertit, γυναικάρια ἄτακτα Alexander voce à D. Paulo mutuata appellat. Ita enim Apoſtolos 2 Theſſal. 3. 6. monet ut nos ſubtrahamus ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, *Ab omni fratre inordinate ambulante.* Ubi egregie Scholiaſtes Græcus, ἄτακτός ἐστιν ὁ δίχα τάξεως καὶ τοῦ Θεοῦ νόμων περιπατῶν. Quod equidem ſic explicaverim, ἄτακτον ſive inordinatum dici, quæ ſuæ vocationis ordinem legeſque à Deo propoſitas non obſervat: cui impuri nomen proprie tribuendum haud puto. Mulierculas vero impuras nemo, credo, intelliget, niſi quæ voluptatum ac libidinum cœno immerſæ, fœdam corporis ſui copiam aliis faciunt. Illud vero gravius eſt, quas Alexander loco ſuperius à nobis allato, ſimpliciter νεωτέρας vocat, *tenellas meretriculas* verti. Quod Romani editores hoc loco interpolantes, *tenellas juvinculas* ſubſtituerunt: clementius quidem illud, ſed neſcio tamen an ſatis ad Alexandri mentem. Quam ut planius pleniuſque perſpiciamus, copioſius nonnihil diſſerendum erit de mulieribus illis quæ gradum aut ordinem aut miniſterii officium in Eccleſia olim obtinuerunt: quarum originem ex ſacris literis una eademque opera deductam explicabimus. Et mihi quidem recte ad tria genera revocari videntur. Quorum dignitate primum eſt Virginum inſtitutum, non heri aut hodie introductum, ut hæretici noſtri temporis impudenter ſimul & imperite affirmant: ſed una cum Eccleſia natum, aut etiam Eccleſia ipſa antiquius: quippe cujus exempla aut præludia in veteri quoque fœdere agnoſcimus: Quamvis multo ſplendidior ejus gloria in novo refulſerit: Ubi virginis filius, Eccleſiæ caſtæ Virginis ſponſus, Virginitatem & doctrina & exemplo ſuo glorioſius conſecravit: & Apoſtolus περὶ ἐπαγγέλου πολιτείας ſuum conſilium prolixe Corinthiis in 1. epiſtola cap. 7. expoſuit. Virginitatem deinde ſequitur viduatus, ut Tertulliani voce utar, ſive ordo viduarum, quæ poſt primas nuptias, ſive, ut idem Tertullianus loquitur, poſt unum matrimonium interceptum, exinde ſexui & ſæculo renunciabant. De his quoque Apoſtoli præceptum extat ad Timotheum priori epiſt. cap. 5. v. 9. *Vidua eligatur non minus annorum ſexaginta.* Quo loco Apoſtolus & virtutes in vidua requiſitas recenſet, & ætatem præterea eligendæ definit. Sed cui fini, cui operi, cui miniſterio eligebatur? Scholiaſtes Græcus, qui in aliis ſuccum & medullas SS. Patrum exhibere ſolet, dubius hærere videtur. φασὶ δὲ τὰς εἰς τὸ χηρικὸν πεταγμένας λέγειν, *Aiunt*, inquit, *Apoſtolum loqui de illis quæ ad viduitatem ordinatæ erant.*

Sed quid ipſe Scholiaſtes per τὸ χηρικὸν intelligat, æque obſcurum, parique inveſtigatione inquirendum videtur.

D. Hieronymus epistola ad Salvinam de viduitate servanda, hunc Apostoli locum explicans, de collegio, vel ut nunc loquimur hospitio viduarum accipit, quæ publicis Ecclesiæ sumptibus alebantur: *Illas*, inquit, *vult Ecclesiæ opibus sustentari, quæ propriis manibus non queunt laborare: quæ vere viduæ sunt, quas & ætas probat & vita.* Sed vereor ut Apostoli mens ad solam hanc pauperum & ætate confectarum viduarum sustentationem restringi possit. Nam ministerio Ecclesiæ virtutibus & ætate probatas eligi præficique solitas vel illud argumento est, quod viduas illas primum discere jubet Apostolus, quî propriam domum bene regant, μανθανέτωσαν πρῶτον, inquit, τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν. Similem enim publici muneris ἀφόρμην in Episcopo paulo ante eidem Timotheo tradit: rectam scilicet privatæ familiæ gubernationem. Sed quid circuitione opus est? cum & privata Sanctorum Patrum, & publica Conciliorum auctoritate ἀναντιῤῥήτως evincatur, viduas hic ab Apostolo intelligi mulieres illas quas à ministrandi officio Græci Διακόνους, Latini etiam *ministras*, ut ex Plinii junioris celebri illa de Christianis epistola constat, & Diaconissas appellarunt. De quibus Apostolus disertim ante, sed paucis meminerat c. 3. ejusdem epistolæ. Nam ubi de Diaconis probandis suscipiendisque agit, subjungit aut interjungit potius: γυναῖκας ὡσαύτως σεμνὰς, &c. *Mulieres similiter pudicas*, γυναῖκας, inquit Græcus Scholiastes, οὐ πᾶς οἱασδήποτε, ἀλλὰ τὰς Διακόνους. *Non quascunque*, inquit, *mulieres intelligit, sed Diaconissas.* Cur enim inter Clericos quarumvis de vulgo mulierum mentionem injiceret? Neque aliter D. Hieronymus in Comment. ad hunc locum. *Mulieres*, inquit, *similiter ut Diacones eligi jubet. Unde intelligitur, quod de his dicat quas adhuc hodie in Oriente Diaconissas appellant.* Apparet ergo Διακόνων nomen, utriusque sexus personis Ecclesiæ ministrantibus in hoc Apostoli loco esse commune: quod in Διακόνους & Διακονίσσας postea distinctum fuit. Hasce autem Diaconissas, viduarum quoque nomine à D. Paulo intelligi testatur idem Hieronymus, qui ad verba Apostoli de viduæ electione, sic notat. *Tales voluit eligi Diaconissas quæ omnibus essent exemplum.* Testatur & Epiphanius in Collyridianorum hæresi, cap. 4. ubi observandum monet, τὸ ἐκκλησιαστικὸν τάγμα, ordinem Ecclesiasticum non ultra Diaconissas extendi; addens χήρας τε ὀνόμασε, καὶ τούτων τὰς ἐπ γεραιτέρας πρεσβύτιδας, ἐδαμοῦ δ πρεσβυτερίδας ἢ ἱερίσσας. *Quas*, inquit, *Apostolus etiam viduas appellavit, earumque ætate provectiores πρεσβύτιδας sive seniores:* Non autem presbyteridas vel sacerdotissas. Quo telo Collyridianas Epiphanius jugulat, quæ suis sibi maritis conjunctæ, hoc est, ἔγγαμοι καὶ ὕπανδροι, offerendi munus in Ecclesia impie sibi arrogabant. Cum Apostolus ultra Diaconatum, altiorem gradum fœminis in Ecclesia non concesserit, eumque non conjugatis, sed viduis voluerit conferri. Quo loco Epiphanius officium Diaconissarum luculenter describit, uti etiam in expositione fidei Catholicæ, quam operi adversus hæreses subjunxit. Ubi & hoc additur, ex quo genere legi & in Ecclesiæ ministerium adoptari consueverint: *Diaconissæ*, inquit, *hunc tantum in usum constituuntur, ut mulieribus decoris & honestatis caussa inserviant, ubi id necessitas requirit. Sive cum baptismi lavacro initiandæ, sive corpus earum inspiciendum sit.* καὶ αὕτη δ μονόγαμοι ἐγκεκαπυσάνθωσαν: *Suntque illæ*, inquit, *univiræ continentiam professæ.* ἢ χηρεύσασαι ἀπὸ μονογαμίας, vel post unas nuptias viduæ: ἢ ἀειπαρθένοι, vel perpetuæ Virgines. Ubi tria recensentur Sanctimonialium genera, ex quibus Diaconissarum ordo constabat: primæ, Virgines sine matrimonio a nativitate: secundæ, Virgines in matrimonio ex consensu vel condicto: tertium genus viduæ continentes post primum matrimonium ex arbitrio: ut Tertullianus in exhortatione castitatis eleganter distinguit, & Tertullianum secutus D. Hieronymus in epistola ad Ageruchiam de monogamia. Verum ut principio dixi, cum maxima hujus ordinis pars ex viduis constaret, viduæ & Diaconissæ promiscuo ferme nomine fuerunt appellatæ. Ita Basilius magnus in epistola Canonica ad Amphilochium cap. 24. *Viduam quæ in viduarum numerum relata est*, hoc est, *quæ ab Ecclesia in Diaconatum susceptæ est, censuit Apostolus nubentem despici.* Sed omnium clarissime Concilii Epaonensis Canon vigesimus primus ordinem hunc in Ecclesia abrogans: *Viduarum*, inquit, *consecrationem, quas Diaconas vocant, ab omni regione nostra penitus abrogamus.* Quamvis jam ante Arausionense primum sustulerat, cujus sententiam præter Epaonense, etiam Aurelianense secundum confirmavit. Quamvis ex verbis D. Hieronymi paulo ante allatis, in Latina Ecclesia vel nunquam receptum, vel jam exoleviſſe hunc ordinem appareat.

Supereſt tertium mulierum Ecclesiasticarum genus, non publicum illud, sed privatum, si tamen Ecclesiasticum dici fas sit genus mulierum, quod ille de mathematicis ait, vetitum semper in Ecclesia, semperque retentum. Genus inquam mulierum, ut reipsa, ita & nomine incertum, varium ac multiplex. Contubernales illæ Clericorum, neque tecti dumtaxat, sed sæpius etiam lecti sociæ. Quas quidem ipsi Agapetas sive dilectas, & sorores: cæteri συνεισάκτους vel ἐπεισάκτους, hoc est, subintroductas & extraneas appellabant. Hujusmodi mulieres omnis ordinis Clerici jam olim in ædes recipere, easque vel Virgines sanctimoniam professas ad mutua, ut aiebant, pietatis solatia, vel orbatas parentibus puellas, proindeque pia & pudica aliqua tutela fovendas, vel privato familiæ domusque ministerio necessarias, sive ingenuas, sive ancillas. Hoc suspectum & pudendum contubernium, specioso dilectionis & germanitatis Christianæ velo obtegebant. Sed ridet vani nominis fucum Divus Hieronymus epistola ad Eustochium de Custodia Virginitatis. *Pudet dicere*, inquit, *pro nefas: triste, sed verum est. Unde in Ecclesias Agapetarum pestis intrοiit? Unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? Immo unde novum concubinarum genus? Unde meretrices univiræ? Eadem domo, uno cubiculo, sæpe uno tenentur & lectulo. Et suspiciosos nos vocant, si aliquid extimemus.*

Ridet & Cyprianus, vel quisquis suppar sane Cypriano Auctor est libri de singularitate Clericorum. *Et adhuc*, inquit, *de caritate causantur, qui secundum verbum Esaiæ, amaritudinem pro dulcedine decorantes, nudam fœditatem velamento boni nominis tegunt: dum apud eos sub falsa dilectione vera dilectio violatur.* Neque dilectas tantum, sed & sorores appellatas constat ex Ancyrani Concilii Canone XVIII. cujus hæc sunt verba: τὰς συνεσκημένας παρθένους πιστὰ, ὡς ἀδελφὰς, ἐκωλύσαμεν. *Virgines sororum instar quibusdam cohabitantes prohibemus.* Testantur etiam Imperatores Arcadius & Honorius leg. 19. cod. de Episcopis & Clericis. *Eum*, inquit, *qui probabilem sæculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiæ appellationis non decet.* Sed frequentius est συνεισάκτων sive subintroductarum nomen, quo Antiochenos Pauli Samosatensis & Cleri illius agapetas sive dilectas contubernales vocasse, testes sunt Antiocheni Concilii Patres apud Euseb. lib. 7. cap. 24: unde porro in universa Ecclesia receptum videtur. Sed antequam ex hoc diverticulo in viam redeam, nominis pariter ac rei originem pressius investigare libet, cum utraque juxta in obscuro sita sit. Et Balsamon quidem commentario ad 3. Concilii Nicæni Canonem, περὶ μέντοι τῶν συνεισάκτων, inquit, λόγος πολὺς ἐγένετο κατὰ Διαφόρους καιρούς. De subintroductis, diversis temporibus crebra facta est mentio: & alii quidem dixerunt ἐπείσακτον vel συνείσακτον esse τὴν ἀντὶ νομίμου γυναικὸς συνεισαχθεῖσαν καὶ συνοικοῦσαν τινὶ πορνικῶς, quæ legitimæ uxoris loco introducitur, & meretricio contubernio alicui cohabitat. Alii autem ita vocari dixerunt, πᾶσαν γυναῖκα συνοικοῦσαν τινὶ, ἀλλοτρίαν πάντως, κἂν ἀνύποπτος ᾖ, quamvis mulierem alicui cohabitantem, omnino extraneam, sive nullo sanguinis aut necessitudinis vinculo junctam, etiamsi ab omni suspicione sit immunis. Atque hanc posteriorem sententiam uti veriorem probat, idque auctoritate epistolæ Canonicæ D. Basilii Magni ad Gregorium Presbyterum, quem ille licet septuaginta annorum senem a juvencula subintroducta, intentata etiam excommunicationis pœna, separari præcipit. Multa in utramque originationem afferri possent de ἐπεισάκτοις, sive introductis apud veteres concubinis. De quibus etiam vulgatus sacræ Scripturæ Interpres qui *super introductionis* voce utitur Genes. 31. v. 50. Multa quoque suppeterent exempla optimorum Auctorum, quibus ἐπείσακτον, pro externo vel peregrino usurpatum docere haud difficile foret, nisi longius jam & extra oleas oberrassem. Sed ut meam de ἐπεισάκτων origine paucis explicem sententiam, tertium quoque hoc mulierum sive sororum genus κακοζηλίᾳ quadam Apostolici instituti in Ecclesiam, vel potius Clericorum ædes inrepsisse puto: Cum testante D. Paulo, 1. ad Corinth. 9. 5. moris fuerit plerisque, & quidem præcipuis Apostolorum, ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, *sororem mulierculam circumducere.* Quem locum uxorata hæreticorum ministeria propudiosis suis conjugiis frustra obtendunt. Constantem adversus hosce SS. Patrum sententiam, Tertulliani verbis consignatam accipite: *Non uxores demonstrat ab Apostolis circumductas, sed simpliciter mulieres quæ illis eodem instituto quo & Dominum comitantes ministrabant.* Sic ille libro de Monogamia. Neque aliter Cyprianus lib. de singul. Cleric. Ambrosius: & Latinis Patribus adstipulantes Græci, Chrysostomus, Theodoretus, & Græcus epistolarum divi Pauli Scholiastes nunquam pro merito satis laudandus, dum ait. αἱ εὐποροι γυναῖκες πιστύσασαι ἠκολούθουν ἐνίοις τ ἀποστόλων, εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτῶν χρείας χορηγοῦσαι, ὡς αὐτὸς λοιπὸν ἔντας περὶ τούτου ἀμεριμνους μόνῳ τῷ κηρύγματι ἀποχολεῖσθαι. Hoc est, *ditiores mulieres fideles nonnullos Apostolos sequebantur, sumptus necessarios ipsis subministrando, ut illi hac cura liberati, soli prædicationi attenderent.* Sed quod ad nostrum institutum facit, habetis hic religiosum comitatum: & pietatis glutine conjunctum contubernium: habetis mulieres non uxores; habetis sororium piæ germanitatis titulum:

tulum: habetis circumducendi vocabulum Apoſtolorum περιόδοις accommodum. Cui in fixa certaque Clericorum commoratione τὸ συνεισάγειν, hoc eſt una ſecum introducere vel contubernalem habere, haud male reſpondet. Nam & hoc loquendi modo Patres illi Antiocheni apud Euſebium utuntur, dum ſeſe haud ignorari aiunt, ὅσοι ὑπὸ τοῦ συνεισάγειν ἑαυτοῖς γυναῖκα ἐξέπεσον: *Quam multi ceciderint, dum mulieres ſibi contubernio jungunt!* Nec abſimili ratione idem Apoſtolus ad Galat. 2. παρεισάκτους ψευδαδέλφους, hoc eſt juxta vulgatum Interpretem, *Subintroductos falſos fratres* dixit. Unde haud dubie in Latina Eccleſia inolevit, συνεισάκτους quoque & ἐπεισάκτους *ſubintroductas*, ſacræ Scripturæ voce appellari, quas *cointroductas* vel *ſuperinductas*, rectius vocaſſent. Sed redeo tandem unde digreſſus ſum. Ex iis quæ hactenus de triplici mulierum genere diſſerui, ſatis conſtare exiſtimo, rebus turbandis maxime opportunum fuiſſe tertium hoc genus, τὰς ἐπεισάκτους ſcilicet, quas Alexander pro nde ἄπακτα γυναικάρια vocat, quod nullas modeſtiæ leges agnoſcerent, nullo pudoris freno cohiberentur. Quinimmo peſtem hanc Eccleſiam potiſſimum afflixiſſe, certiſſimo inde colligitur argumento, quod Nicani ut Patres Eccleſiæ malis mederentur, huic carcinomati primo ferme loco cenſuerunt occurrendum. Unde tertio Canone ſeveriſſime omnibus in Clero quocumque tandem gradu ac nomine degentibus, τῶν συνεισάκτων conſuetudine interdixerunt. Atque hinc liquere arbitror, cujuſmodi mulierum prehenſationes, quarum juvencularum circumcurſitationes immodeſtas Alexander hoc loco intellexerit.

Proferimus nunc gradum cum eodem Alexandro, qui Arianos Concilii auctoritate damnatos circu ſe vicinas Provincias & Catholicorum Epiſcoporum animos tentaſſe ſcribit, σχήματι μὲν εἰρήνης καὶ ἑνώσεως ἀξίωσιν ὑποκρινομένους. Quod cum Interpres noſter vertat, *Specie quidem pacis & concordiæ ſimulata, veniam petere præ ſe ferre*; mentem ejus haudquaquam me perſpicere fateor, uti nec Camerarii illud: *Conſilii quidem pacis & concordiæ ſpecie ſimulata.* Quinam enim nobis perſuadebunt, ἀξίωσιν vel veniæ petitionem, vel conſilium, aut hoc ipſo aut quovis alio apud Græcos Scriptores loco ſignificare? Et ſi vel maxime ſignificaret, quinam id vel rei ipſi vel Alexandri menti convenire poterit? Epiphanius vetus Interpres, *figura pacis & unitatis dignitatem ſe exercere fingunt.* Sane ἀξίωσιν dignitatem ſignificare Suidas aliquot exemplis docet: & vulgo Græcis οἱ ἐπ' ἀξιώσεως qui in dignitate ſunt conſtituti. Sed quis dignitatis exercendæ locus erronibus iſtis in aliena Provincia? Ego ἀξίωσιν hoc loco, βούλημα, illud quod petimus ac poſtulamus, ſeu finem & ſcopum quo tendit voluntas, quemque ſibi obtingere deſiderat, explicandum puto; cum verbum ἀξιοῦν petere ac poſtulare utplurimum ſignificet. Ita ut loci ſenſus ſit, errones illos pacis & unionis ſpecie animi ſui mentem, quidque petant ac pertendant, & ut cum vulgo loquamur, intentionem ſuam diſſimulare; cum revera hoc moliantur, ut eos ad quos accedunt, ſeducant, & in partes ſuas pertrahant.

Inde ut leviora quædam præteream, ſub finem pag. 11. principio Evangelii Joannis varie Arianos premit. Qui cum omnia per Verbum facta dixerit, ſubjungit ipſe: *Si ergo omnia per ipſum facta ſunt, quomodo is qui omnibus rebus creatis eſſentiam tribuit, ipſe aliquando non fuerit?* ἐ γὰρ πᾶς ὁ λόγος τὸ ποιοῦν τοῖς γενομένοις τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως διοείζεται. Quæ quidem verba & vetus & novi Interpretes vertendo ſic pervertunt; *Nulla enim ratio vult, ut quod creat, ejuſdem ſit cum creatis naturæ:* Cum ὁ λόγος haudquaquam hoc in loco de ratione apodictica, ſed de æterno Verbo accipi omnino debeat. Itaque vertendum: *Neque enim Verbum quod creat, ejuſdem cum creatis naturæ eſſe dicitur,* vel *ſtatuitur*, ſcilicet à Joanne Evangeliſta, cujus verba præmiſit. Quod quamvis nemini non per ſe manifeſtiſſimum, ipſa loci ἀκολουθία, & Græci ſermonis conſtructio probat. Subjungit enim rationem ex Evangelii verbis petitam, cur ὁ λόγος ejuſdem naturæ cum rebus creatis eſſe nequeat εἶγε αὐτὸς μὴν ἦν ἐν ἀρχῇ, ſiquidem ipſe, ſcilicet ὁ λόγος, erat in principio: reliqua autem omnia per ipſum facta ſunt. Sed Interpres noſter, cum præcedentibus verbis male converſis non haberet quo referret vocem αὐτὸς, ſententiam male laxavit, neque ullam in ſequentibus periodis ſanam expreſſit ſententiam. Sed interpoſita παρενθέσει miras ſibi ipſi aliiſque offudit tenebras. Romani vero editores, Interpretis errorem vel fluctuationem prolata longius parentheſi non parum augentes, rationum atque argumentorum vim ac nervos plane ſuccidiſſe, quos ſane & crebros & validos ſanctiſſimus hic Epiſcopus in Arianos torquet. Sed cum & vos patientia, & me laterum vires deſtituant, cætera commodiori tempori reſervabimus.

Habita Romæ in Academia Baſiliana 1635. audientibus Eminentiſſimis Cardinalibus,

J. B. PAMPHILIO.

FRANCISCO BARBERINO.

..... BRANCACCIO.

DISSERTATIO SECUNDA,

IN LOCA QUÆDAM

CONCILII NICÆNI.

QUOD Græcorum adagio fertur, Auditores, δὶς κεφάλην θάνατος, id mihi in veteri & recocto argumento novum ingenii mei & veſtræ patientiæ periculum facturo ne quis ingerat, plurimum vereor. Sed ita plerique omnes natura comparati ſumus, ut quandoque etiam errores noſtros amemus; & ne erraſſe videamur, veteri errori novi erroris patrocinium paremus. Cum ſub ipſum hujus Academiæ principium mihi diſſerendi partes veſtra, Eminentiſſimi Cardinales! authoritas impoſuiſſet, caſu neſcio, an conſilio eam mihi materiam delegi, quæ in ſacris, ſi non principem, proximum ſaltem à primo locum obtineret, & in qua Græcæ linguæ exercitatio non proletaria inſtitui poſſe videbatur. Erant illæ Alexandri Alexandriæ Epiſcopi contra Arianos Epiſtolæ duæ, quæ in Romana Conciliorum generalium editione Nicænæ Synodo præmittuntur. Quibus pertractandis illud ὀφθαλμοφανῶς à me demonſtratum iri ſperabam, prudentiſſimo vos conſilio Græcas literas in urbem & Eccleſiam revocare, quarum præſentiſſimo præſidio nulla non ſacræ eruditionis pars nititur: & fruſtra ſibi quemquam veram ſolidamque polliceri doctrinam, ſive in arcanis ſcripturæ ſenſibus eruendis, ſive in cognoſcendis Conciliorum Patrumque ſcitis niſi animum Græcis literis probe excultum afferat: Cum earum adminiculo deſtitutos ſubleſta Interpretum fide ſeduci, & avios à vero paſſim exerrare neceſſum ſit. Hoc inſtitutæ tum Diſſertationis argumentum cum exequi ob rerum copiam & anguſtiam temporis non licuerit, reliqua nunc paucis expoſiturus benevolentiæ veſtræ fiducia accedo. Quod ſi dum in aliorum ἀκρισίαν cenſuram exerceo, veſtri limatiſſimi judicii cenſuram rudis hæc & impolita exercitatio meruerit: τῆς ὑμετέρας ἂν εἴη φιλανθρωπίας, ut magni illius Areopagitæ verbis utar, ἐπανορθώσασθαι τὸν ἀκουσίως ἀγνοοῦντα, καὶ μεταδοῦναι λόγου τῷ μαθεῖν δεομένῳ. Nunc abruptum primæ Diſſertationis filum ad reliquam inſtitutæ cenſuræ partem pertexendam connecto.

Urget contra Arii blaſphemias Alexander Epiſcopus, æternam Verbi Dei ex Patre originem authoritate Joannis Evangeliſtæ, qui in ipſo limine Evangelii ſui, Verbum in principio fuiſſe; cætera vero omnia deinde per Verbum facta teſtatur. Quo loco Evangeliſtam arcano & religioſo quodam conſilio verbum ἦν, ſive, *Erat*, adhibuiſſe; γνίσεως autem

autem & ποιήσεως nomine abstinuisse docet. Primo, ne iisdem vocibus de creatura uteretur. Secundo, quod Verbi æterni productionem non solum Evangelistarum, sed & Angelorum intellectum excedere crederet. Tertio, quod impium existimaret arcana illa Divinitatis mysteria, curiosa pervestigatione subtilius scrutari. In cujus loci sensu exprimendo non semel offenderunt Interpretes: quandoquidem Græca verba vitio non carent. Illud tantum indicavero, ubi ait: τὸ ἦν, ὑπεραίρειν τῆς τῶν γεννητῶν διανοίας, vocem illam, *Erat*, universam creaturarum intelligentiam transcendere, haud dubie γνητῶν, non γεννητῶν legendum: quorum hoc ἀπὸ τοῦ γεννᾶσθαι, illud ἀπὸ τοῦ γίνεσθαι deducitur. Quas quidem voces, licet origine & significatu affines, sacri & profani Authores caute distinguunt: cum tamen in vulgatis Justini M. Eusebii, Epiphanii, aliorumque editionibus, sexcentis locis confusas observare liceat. γένεσις enim & γενητὸν, ut Proclus libro 2. in Timæum ait, τὴν ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ ποίησιν significat: hoc est, creationem & productionem ex nihilo. Unde, ut Justinus Martyr ait in responsionibus ad Græcos: τὸ γενέσθαι καὶ τὸ ποιεῖσθαι λέξει μὲ ὁ παὐτὸν, ἔργῳ δὲ ταὐτόν. Verbo differre ipsa idem est. γέννησις autem φυσικὴ ἀπὸ τοῦ πατρός. Hoc est, generatio, sive, ut cum vulgo Theologorum loquar, productio viventis à vivente, similis producenti in substantia & natura. Et γεννητὸν, ut apud eundem Justinum habetur, τὸ γεννητῶς γινόμενον, sive τὸ γεννητῶς τὸ εἶναι ἔχον, quod per modum generationis subsistit. Unde Clemens Alexandrinus, cum γενέσεως nomen promiscue accipi videret etiam pro generatione, quarto Stromatum libro ita eam distinguit, ut alia sit τῶν γεννωμένων, alia τοῦ γινομένων. Scilicet ne quis τὸ γενητὸν & γεννητὸν confunderet. Unde & Plato principio Timæi disquirendum proponit: πότερον δὲ παντὸς, εἰ γέγονεν ἢ ἀγενές ἐστιν. Factumne sit universum, an non factum. Hoc est, ut Proclus explicat, εἰ γενητὸς ἢ ἀγένητος ὁ κόσμος. Atque ita antiquissimus ille Italiæ Philosophus Ocellus Lucanus insigni opere probare instituit, τὸ πᾶν ἀνώλεθρον εἶναι καὶ ἀγένητον, mundum ortu interituque carere. Quod enim vulgo ἀγένητον passim apud Ocellum scribitur, id contra optimos Vaticanos codices esse deprehendi: cum quibus aureum illud opusculum diligenter aliquando contuli. Recte igitur universum hoc, & quicquid rerum creaturam universo continetur, ratione primæ productionis γενητὸν appellabimus: γεννητὸν vero haud quaquam: quod uni Verbo Æterno convenit, cui soli Pater Æternus dixit: υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Cætera autem omnia, δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν. Unde & Psaltes regius: αὐτὸς εἶπεν, καὶ ἐγενήθησαν; *Ipse dixit, & facta sunt.* Contra, Mundus recte ἀγέννητος, non autem ἀγένητος. Filius autem Dei ἀγέννητος, non ἀγένητος. Quæ fortassis levia videri possent, nisi unius literæ interstitio, rectus Catholicæ veritatis trames à gravissimorum errorum præcipitiis dispesceretur. Unde Joannem Damascenum libro 1. cap. 9. magno hæc studio annotasse videmus. & Epiphanius hæresi 69. Arianos hæc nomina confundentes gravissime perstrinxit. Quam bene autem Interpres Anglus, τὰ γενητὰ, *Mortalium* nomine explicet, mox commodiori loco videbimus. Ineptum quoque, quod idem noster Interpres Verbum Æternum, causam efficientem rerum omnium, τὸ ποιῆν, *gignens* appellat; cum omnis Arianorum astutia in hujusmodi verborum confusione versetur, quæ sanctissimus hic Auctor contra diligentissime distinguit. Tutius sane cum vulgato Bibliorum Interprete, *faciendi* & *factoris* vocabulo uteretur, novis illis verborum lauticiis relictis, quæ animo sacris litteris innutrito nauseam commovent. Ita in orationis progressu, ubi Alexander filios per gratiam adoptatos, à Verbo Æterno, vero & proprio Dei Filio quam longissime removet; quoniam hic natura Dei Filius; illi vero, deposito spiritu servitutis, τὸ τῆς δουλείας λαβόντες πνεῦμα. Hoc est, ut noster Interpres reddidit, *Spiritu adoptionis filiorum assumpto*, filii adoptivi evadunt. Quid ni potius cum Divo Paulo ad Rom. 8. v. 15. Spiritu adoptionis accepto: vel, Spiritum adoptionis filiorum accipientes, dixerim? Cum *accipere*, gratiam donumque Dei præsupponit; *sumere* autem, sive *assumere*, propriam quodammodo authoritatem subindicare videatur. Quod enim Apostolus ait ad Hebr. 5. v. 4. οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τιμὴν: *Non sibi ipsi quisquam sumit honorem, sed qui vocatur à Deo*: Ita nec gratiam Spiritus sancti quisquam sibi ipsi sumit, nisi cui data fuerit desuper à Patre luminum, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit. Cui & illud addiderim, quod sub finem pag. 14. Arii asseclas πονηρευομένων σύνοδον, *improborum turbam*, potius quam *Concilium malignantium*, scripturæ verbis reddere maluit.

Sed longum foret singula persequi, quoties Interpres Authoris mentem vel divellat, vel invertat, vel pro claris & manifestis dubia & obscura nobis supponat. Propero ad locum totius Epistolæ, meo quidem judicio difficillimum, qui principio pag. 15. Romanæ editionis legitur. In quo cum Cimmerias mihi tenebras offusas cernerem, lucem ab aliorum illustri ingenio & conspicua doctrina petendam ratus, problematis loco illum priori Dissertationi subjunxi. Et vos quidem, Auditores, meminisse existimo, quam facundam & reconditæ Theologiæ plenam de sacrosanctæ Trinitatis mysterio orationem tum instituerit magnum illud, quod veneror, doctrinæ ac scientiarum miraculum simul & oraculum. Meministis, inquam, ut ille vere ἀετὸς εἰς νεφέλησι, in ipsam divinæ caliginis nubem sese penetraverit. Mihi vero cum caligantis ingenii oculos ad tantam lucem erigere, & debile alarum remigium tam alte explicare non liceat, tutiori consilio terras legam & litora: hoc est, pressius & penticulata cura, Græci contextus verba mentemque rimabor; & quid de hoc loco constituendum videatur, paucis planissime proferam. Ariani, inquit Alexander, ut Christum Deitatis gloria spoliarent, eas voces, eaque scripturæ loca semper in ore habebant, quæ ad passionem & exinanitionem ejus pertinent, penitus obliti istorum, quæ ad gloriam & majestatem & æqualitatem cum Patre significandam faciunt. De quorum numero est illud Joan. 10. *Ego & Pater unum sumus.* Cujus loci sententiam Catholicam adversus Arium explicaturus Alexander, hanc ἐπεξήγησιν subjungit. Quod quidem Dominus dicit, non Patrem seipsum pronuncians: οὐδὲ πὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφηνίζων. Hoc est, ut Interpres ad verbum reddit: *Neque duas secundum hypostasim naturas unam esse declarans:* sed quod Filius, inquit, perfecte paternam similitudinem servat. Quæsitum à me fuit, quis sensus illorum verborum: οὐδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφηνίζων. *Neque duas secundum hypostasim naturas unam esse declarans.* Cum enim hic nequaquam de Incarnationis, sive οἰκονομίας mysterio, & hypostatica Verbi carnisque unione agatur; sed ad sanctissimæ Trinitatis mysterium, sive ad θεολογίαν locus pertineat, manifeste duas diversas & distinctas Patris & Filii naturas ponere videtur: quod impium Arii dogma erat, cui refellendo tota hæc Epistola opposita est. Quid igitur? num forte ἄλλων ἐκτὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύει; sed absit, ut sanctissimum virum hujusmodi labe aspergere quisquam conetur. Mihi vero loci hujus sententiam animo versanti duæ occurrebant rationes, quibus si non explicari, saltem excusari posse videbatur. Videlicet Authorem, ut Arianorum sententiam refellat, ipsorum sibi voces ac formulas mutuari Vel si suo sensu, suisque verbis locutum velimus, φύσιν, sive naturam pro ὑποστάσει accepisse: quod forte antiquissimorum Authorum exemplis non caret. Sed dum pressius singula expendo, neutrum mihi loci sensus admittere videtur. Primum enim, suis, non Arianorum verbis eum loqui manifestissimum est. Deinde utcumque exempla quis proferat φύσεως, sive naturæ vocem pro ὑποστάσει aliquando acceptam, nihil tamen hæc destina sententiam fulcit: cum ipse φύσεως nomen passim usitato Ecclesiæ sensu usurpet: idque mordicus contra Arium tueatur, unam esse eandemque Patris ac Filii naturam, & Verbum φύσει Filium Patris esse. Sicuti è contra contendit, Filium non esse τῆς αὐτῆς φύσεως τοῖς γενομένοις. Quare superest, ut verba Græca, uti nunc quidem vulgo leguntur, vel hæreticorum malitia, vel inscitia Librariorum corrupta dicamus. Quod facile concedet, quisquis vestrum non ignorat, Auditores, quantum calamitatis & errorum utraque pestis sanctorum Patrum scriptis intulerit: quæ gressu nimis libero per Orientem aliquando grassabatur, cum dissecta in hæreses & partium studia Ecclesia, malis hujusmodi artibus, suæ quisque causæ patrocinium quæreret. Huic autem loco vitium factum antiquus historiæ Ecclesiasticæ Interpres Epiphanius Scholasticus liquido ostendit: quem Græca verba non quidem mutata, sed transposito articulo, hoc modo olim legisse apparet: οὐδὲ τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις τὴν μίαν εἶναι σαφηνίζων, dum vertit, *Neque substantialiter duas naturas, quæ est una, declarans.* Quem verum & Catholicum hujus loci sensum esse facile perspiciet, quisquis hoc modo rem mecum consideraverit. Catholicæ Ecclesiæ fides, quæ unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneratur, inter oppositos errorum scopulos, & multiplices mendaciorum ambages, regiæ viæ instar, medio loco incedit, devitans hinc inde imminentia hæresium monstra, quæ insano clamore veritatem allatrant: ut neque personas cum Sabellio confundat, neque cum Ario substantiam separet. Hanc Catholicæ veritatis cynosuram Alexandrum quoque hoc loco sequutum constat, qui propositis Christi verbis, duos hinc inde adulterinos sensus removens, tertium deinde verum & genuinum subjungit. *Ego*, inquit, *& Pater unum sumus*, non ut se Patrem esse affirmaret, quo personarum confusionem, & Sabellii ἰσοπάτορα tollit. Neque ut substantialiter duas naturas, quæ est una, declararet: Hoc est, Non ut unam ac simplicissimam Patris Filiique naturam in duas divideret:

deret: quo ſubſtantiæ ſeparationem ab Ario introductam removet. Tandem, ſublatis hinc inde errorum extremis, Catholicam ejus loci mentem ſubjicit; videlicet, Filium natura Patri per omnia ſimilem, & invariatam Patris imaginem eſſe: quo ille & unam eandemque Patris & Filii naturam, & diſtinctas prototypi & imaginis hypoſtaſes confitetur. Sed hic mihi aurem quis vellicet, & quid δύο τῇ ὑποστάσει φύσεις ſibi velint, haud immerito quærat: cum apud cæteros Eccleſiæ Patres haud facile hujuſmodi loquendi modum ſit reperire. Sed non uno hujus Epiſtolæ loco oſtendi poteſt, ὑποστάσεως vocabulum non tam individuum ſeu diſtinctum perſonalibus proprietatibus ſubjectum, vel perſonalem ſubſiſtentiam Authori noſtro ſignificare, quam modum ſubſiſtendi, quem Juſtinus Martyr, aliique Græci Theologi τὸν τρόπον τῆς ὑπάρξεως, vel etiam ſimpliciter, τὴν ὕπαρξιν appellant. Ita pag. 11. Joannem Evangeliſtam dicentem: *In principio erat verbum, & omnia per ipſum facta ſunt*: τὴν ἰδιότροπον αὐτῷ ὑπόστασιν proprium ejus ſubſiſtentiæ modum, ſive ut Epiphanius vertit, propriam ejus ſubſtantiam deſignaſſe ait: ipſum ſcilicet verbum, per quod facta ſunt omnia, fuiſſe ante omnia, & eſſe ſive ſubſiſtere diverſum quid à cæteris omnibus: quam ille ſignanter, ἰδιότροπον ὑπόστασιν vocat. Quibus paulo poſt ſubjungit, mundum ex nihilo productum νεωτέραν ἔχειν τῆς ὑποστάσεως καὶ πρόσφατον γένεσιν, *Recentiorem habuiſſe generationem*, ſive, ut Epiphanius ad verbum reddit, *Novellam habere ſubſtantiæ recentemque nativitatem.* Ubi nihil aliud ὑποστάσεως voce intelligi poteſt, quam ipſa ὕπαρξις & exiſtentia. Unde quam modo τῆς ὑποστάσεως γένεσιν, productionem ad exiſtendum dixit, mox æquipollenti vocabulo ὑσίωσιν appellat. Et paucis interjectis Filii unigeniti ἀνεκδιήγητον ὑπόστασιν vocat: de qua Spiritus ſanctus prophetico oraculo dixerat: τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται, *Generationem ejus quis enarrabit?* Ubi ὑπόστασιν & γενεὰν promiſcue pro uno eodemque poni quis non videt! Quæ licet in divinis ſint inſeparabilia; in cæteris tamen γενητοῖς γενεὰ, via ad ὑπόστασιν eſſe videtur. Verum & illud ex locis hactenus à me productis vos perſpexiſſe arbitror, Epiphanium veterem Interpretem, ubique ὑποστάσεως vocem, non ſubſiſtentiam ex recepta ſanctorum Patrum & Scholæ conſuetudine, ſed ſubſtantiam cum vulgato bibliorum Interprete reddidiſſe. Unde & hoc loco, τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις, *ſubſtantialiter duas naturas* vertit: Hoc eſt, quarum utraque diverſam ſubſtantiam, ſive ſubſiſtendi modum habeat.

Atque hæc quidem ad difficilem, & vere Gordium hujus Epiſtolæ nodum, vel ſolvendum, vel ſcindendum attuli. Quæ ergo doctiorum judicio lubens ſubmitto. De quo loco ſi quis certiora me docuerit, næ ille magnam ſibi gratiæ mercedem apud me promeruerit.

Ex prædicto Divi Joannis loco probaturus Alexander, Filium Dei per omnia exprimere & referre Patris naturam, ejuſque ἀπαράλλακτον, ſive invariatam imaginem exhibere, ipſius Chriſti Domini verbis ex eodem Evangeliſta id confirmat, *Qui videt me, videt & Patrem.* & ſubjungit: ὥσπερ δι' ἐσόπτρου ἀκηλιδώτου καὶ ἐμψύχου, θείας εἰκόνος αὐτοῦ θεωρουμένου τοῦ πατρός. *Quandoquidem Pater per ipſum, velut per ſpeculum puriſſimum idemque animatum, in quo Dei exprimitur & elucet imago, manifeſte cernitur:* ita magno verborum apparatu Interpres noſter Anglus. Vel ut Epiphanius ad verbum: *Tanquam per ſpeculum ſine macula, & animatum, per divinam ejus imaginem contemplaretur Patrem.* A quibus nec Camerarius Theodoreti Interpres recedit: *Tanquam per ipſum, velut immaculatum & animale ſpeculum divinæ imaginis Pater conſpiceretur.* Hæc Interpretes. Quorum neminem Authoris mentem penetraſſe præfidenter, ſed vere affirmaverim: cũ tranſpoſita diſtinctio glaucoma ipſis offuderit. Sed cum ex levi erroris occaſione elegans diſſerendi materies ſe offerat, illud principio monuerim, quemadmodum nobiliſſimam Corinthii æris mixturam, ex auri aliorumque metallorum colliquatione enatam veteres prodidere: ita ex variis divinorum eloquiorum conflatis inter ſe & conteſſellatis locis, tanquam ex auro probato ſepties, pulcherrimum illum & vere aureum ſanctorum Patrum loquendi characterem exiſtere. Quem qui in rerum ſacrarum tractatione negligunt, illi plerumque perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis turgidi, oſtenſione autem ſpiritus & virtutis deſtituti, Æs ſonans, ut Apoſtoli verbis utar, & cymbalum tinniens evadunt. Mihi autem inter cætera ſanctorum Patrum monumenta, quæ nunc ad manum ſunt Alexandri, Epiſtolæ pulcherrimam vermiculati vel Muſivi operis ſpeciem referre videntur. Ita perpetuis ſacræ ſcripturæ emblematis interſtinctæ relucent. Quod præ cæteris, vel unus hic locus luculenter oſtendit. Cum enim ſapientiæ cap. 7. inter alia innumera elogia, Sapientia divina vocetur ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ: hoc eſt: *Candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei majeſtatis, & imago bonitatis illius:* Quis non videt Divi Pauli exemplo locum hunc inde vivis coloribus adumbratum? Cujus ego ductu & auſpiciis, duo illa epitheta ſpeculi ἀκηλιδώτου καὶ ἐμψύχου, male ab Interpretibus conjuncta, diſtinctione interpoſita diviſerim: & poſterius ad divinam imaginem retulerim: ὥσπερ δι' ἐσόπτρου ἀκηλιδώτου, καὶ ἐμψύχου θείας εἰκόνος αὐτοῦ θεωρουμένου τοῦ πατρός. *Quoniam per ipſum tanquam per ſpeculum ſine macula, & veram, ſive animatam divinam imaginem ipſe etiam Pater conſpicitur.* Etenim cum Apoſtolus ad Coloſſ. 1. verſ. 15. Filium εἰκόνα τοῦ ἀοράτου, *Imaginem Dei inviſibilis* appellaſſet, & Arius improbe ad ſtabiliendum errorem ſuum eo loco abuteretur, eleganti ſane adjuncto noſter Author ἔμψυχον, ſive animatam imaginem eundem appellat, ut ſimilitudinem perfectiſſimam inter Patrem Filiumque ſignificantiſſima voce contra hæreticorum offucias tueatur, & ζῶσαν λόγον ἀπὸ ζῶντος πατρὸς prodiiſſe doceat. Cum enim duplex ſit imago, ut Scholaſticorum Anteſignanus parte 1. q. 35. & jam olim Epiphanius in Anomœorum hæreſi cap. 3. docuit: Altera in re ejuſdem naturæ, ut imago Regis in Filio: altera in re diverſæ naturæ expreſſa: qualis eſt imago Principis in nummo, vel tabula, aut ſtatua. Sive, ut Epiphanii verbis utar: altera, ἀφὶ τῆς γενητικῆς ὁμοουσιότητος: altera ἀφὶ χρωμάτων εἰκαζομένη, vel per aliam quamcumque materiam diverſam, & ἀνομοούσιον expreſſa, Arius, ejuſque ſectatores Filium Patris imaginem poſteriori modo intellexere, ut diverſæ à Patre naturæ eum eſſe evincerent. Quin imo hoc ipſo Filium minorem Patre oſtendere conati ſunt, quia Patris imago vocatur. Ita Marcellus apud Euſebium libro 1. ex Aſterii mente affirmat: τοσοῦτον τὸν Θεὸν τοῦ λόγου ἀφιέναι, ὅσον καὶ ἄνθρωπος τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος ἀφίεναι δοκεῖ. Hoc eſt: *Deus in tantum à Verbo ſuo differre videtur, in quantum homo ab imagine ſua.* Idem Marcellus catholicam Aſterii aſſertionem exagitans, qua Verbum invariatam Patris imaginem affirmaverat, multis debacchatur, quæ & apud Euſebium & Epiphanium hæreſi 72. ex Acacio habentur. Sed fanatici hominis deliria caſtigans Acacius: Tu, inquit, Dei imaginem ἀζωΐᾳ περιχέαντας, ſive, vita ipſa privans, neque Dominum, neque Deum eſſe concedis; ſed immobilem duntaxat imaginem, οἱονεὶ ἄψυχον καὶ ἄζωον, ut anima vitaque deſtitutam: viventis autem viventem Dei imaginem eſſe negas. Idem quoque Epiphanius hær. 75. contra Aetium Anomœorum principem, Filium ex Patre natum contendit, ut Deum de Deo, lumen de lumine, æqualem per omnia & conſubſtantialem Patri; cujus, inquit, imago eſt σὺν ἄψυχος, ἀλλὰ πατρὸς χαρακτηρίζουσα γόνον: *Non expers animæ, ſed paternum genus exprimens.* Hæc Epiphanius. Neque diſſentit Euſebius, qui cum libro 2. Theologiæ Eccleſ. varia protuliſſet loca, quæ Patris divinitatem gloriamque prædicant, addit deinde, horum omnium Unigenitum Dei Filium imaginem cogitandum eſſe: ἔχοντα ὡς ἀψύχῳ ὕλῃ, ἀλλ' ὡς ἐν υἱῷ ζῶντι μεμορφωμένῳ. *Non tanquam in materia inanimi, ſed ut in Filio vivente expreſſam.* Quibus verbis egregie duplex illa imaginis ratio ex Epiphanio & D. Thoma à nobis propoſita explicatur: quarum altera ἄψυχος ex Acacii & Euſebii verbis; altera ζῶσα καὶ ἔμψυχος, ex correcto à nobis Alexandri loco vocari poterit. Quin etiam ex ipſo Euſebio lib. 1. contra Marcellum Ancyranum, ubi commemoratis ejus deliriis quorum modo meminimus, hominem valde cœcutire ait; nec conſiderare: ὡς καὶ ὁ υἱὸς δύναται ἔμψυχός ποτε εἰκὼν ἰδίου πατρὸς λεχθῆναι: *Poſſe etiam Filium vivam Patris imaginem dici, cum ſit Patri quam ſimillimus.* Quam ille ſententiam multo copioſius explicat lib. 5. Evang. Demonſt. capite 4. ubi docet, ſicuti Regis imaginem propter ipſum Regem veneramur; ita etiam Filium unigenitum unicam Dei Patris inviſibilis imaginem, Deitatis honore proſequendum: ut pote, qui natura Deus eſt de Deo, καὶ δι' ὅλου σώζει τοῦ μόνου Θεοῦ τὴν ἔμψυχον καὶ ζῶσαν νοερὰν εἰκόνα, κατὰ πάντα τῷ πατρὶ παραμοιωμένην: *Et per omnia Dei Patris animatam & vivam, & intelligentem imaginem, Patrique in omnibus ſimillimam conſervat.* Videtis, ni fallor, Auditores, quam bene Alexander Filium Dei ἔμψυχον θεᾶν εἰκόνα appellet, & quam ea vox nihil humile & indignum Deo tribuat; ſed ſummam, & ad vivum expreſſam naturæ gloriæque paternæ ſimilitudinem nobis deſignet.

Eam porro vocem ex medio Græciæ uſu deſumptam, neſcio cujus veteris Authoris ſententia apud Stobæum teſtatur: Cui Rex ἔμψυχος εἰκὼν Θεοῦ dicitur. Ita Longinus notiſſimo illo elogio Eunapii: βιβλιοθήκη ἔμψυχος καὶ πανάπατον μουσεῖον. Et Marcellus Arcadii Imperatoris Magiſter, Suidæ Lexicographo, minus forte noto, ſed non minus eleganti encomio: κόσμον ἀρετῆς ἁπάσης, ἢ τόγε ἁρμονικώτερον εἰπεῖν, ἀρετή τις ἔμψυχος. *Omnis virtutis ornamentum, vel potius viva & animata quædam virtus.* Græcas haſce ſermonis lauticias feliciter expreſſerunt Latini. Quid enim *Spirantia ſigna*, & *ſpirantia mollius æra*, & *vivi de marmore vultus* Maronis? Quid Propertii, *Vivida & animoſa ſigna*? Quid Ammiani *ſpirantia ſignorum figmenta*, niſi ἔμψυχα? Sed portum de proximo proſpicio, quem ſubibo.

ibo, si ex variis quæ sub finem hujus Epistolæ Interpres peccat, unum adhuc addidero.

Alexander, ut hæreticorum curiositatem freno injecto compescat, ὑποστάσιν filii, sive existendi modum ut dixi, πάσῃ τῇ γενητῇ φύσει impervestigabilem asserit: neque τὴν τῶν λογικῶν φύσιν comprehendere posse, quomodo Pater genuit Verbum. In utroque hallucinatur novus noster Interpres. Primum quidem quod τὴν γενητὴν φύσιν, de qua superius egi, *naturam mortalem* reddidit. Neque enim tam angustis limitibus creata natura circumscribenda, cum & Angeli sint γενητοὶ sive creati, quos tamen mortales cum saniori Theologorum parte haudquaquam appellaverim. Neque melius in secundo membro ἡ τῶν λογικῶν φύσις, natura humana rationisque particeps explicatur. Nisi quis ἐν λόγῳ δυοῖν Interpretem reddidisse existimet Sane ad naturam τῶν λογικῶν etiam Angelos, & quidem præcipuo jure pertinere quis dubitet? Quibus tamen æque ac hominibus, divinæ generationis arcanum ignotum & ineffabile esse, testatur etiam ipse Alexander superius pag. 12, *Unigeniti subsistentia*, inquit, *non solum Evangelistarum solertiam, sed fortassis etiam Angelorum intellectum superat.* Sed quod noster in dubio relinquere videtur, id cæteri Patres disertim & constanter affirmant. Et nunc quidem ex Græcis unus mihi Eusebius testimonio decurdo adsit. Is lib. 1. Theol. Eccl. cap. 12. Unigeniti generationem non nobis solum impervestigabilem affirmat, ἀλλὰ γὰρ πάσης τῶν κρειττόνων ἢ καθ' ἡμᾶς δυνάμεως, *Sed etiam cunctis superioribus virtutibus.* Accedat ex Latinis Ambrosius, lib. 1. de fide cap. 5. *Mihi impossibile est generationis scire secretum. Mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed & Angelorum.*

Qui locus & me opportune silentii admonet, ut decurso dissertationis stadio lampada aliis tradam.

PROBLEMATIS loco, sequenti congressu examinandum propono locum M. Aurelii Antonini Imp. & Philosophi. Is 3. commate lib. 11. de propria vita recte instituenda, contemptum rerum omnium facilem esse ait, animo semper prompto & parato ad discedendum è corpore, modo promptitudo ista proficiscatur à certo judicio: μὴ κατὰ ψιλὴν παράταξιν, ὡς οἱ Χριστιανοὶ. Quibus verbis cum φιλοστοφώτατος Imperator SS. Martyrum in morte pro Christo oppetenda alacritatem & constantiam perstringat, velim enucleatius disquiri quid verba ista κατὰ ψιλὴν παράταξιν sibi velint.

Habita Romæ in Academia Basiliana, anno 1636. audientibus Eminentissimis Cardinalibus,

FRANCISCO BARBERINO.

& . . . . . BRANCACCIO.

DISSERTATIO TERTIA,

DE SYNESIO,

ET DE FUGA EPISCOPATUS.

SI ex divini Platonis effato, Eminentissimi Cardinales, omnis oratio rebus ipsis de quibus instituitur cognatione quadam atque affinitate respondere debet; accuratissima sane atque omnibus ingenii artisque luminibus picta hodierno die mihi afferenda esset: quæ sublimi quadam gravitate nativas illas Platonis gratias atque omnes Poetarum veneres conjungeret: Cum de Synesio, Philosophorum omnium, uno Platone excepto, eloquentissimo apud vos disserere ex hoc loco statuerim. Quo in munere cum non tam meæ voluntati, quam necessitati temporis atque aliorum imperio obtemperandum fuerit, supplebit vestra humanitas, quidquid extemporali dissertat oni aut ingenii mei imbecillitas, aut perplexa obscurioris argumenti difficultas negarit. Quin potius ipsum hujus loci institutum veniam mihi apud vos impetrabit, quod non tam copiosam & ad ostentationem Academicam compositam orationem, quam planum ac familiare disserendi genus requirit: præsertim ubi res perspectu difficiles, ab ultima antiquitatis memoria in lucem usumque revocantur.

Neque enim mihi animus est, eloquentissimi juxta ac sapientissimi Philosophi laudes pertexere, aut orationis accuratissimæ virtutes persequi, aut reconditam philosophandi rationem in lucem protrahere. Sed unum dumtaxat ex epistola cv. locum nodo sane difficili impeditum expendendum, & si tantum sperare liceat, expediendum proponam: Ubi ille causas exponit, cur Episcopatum Ptolemaidis, ad quem civitatis istius votis postulabatur, nequaquam sibi subeundum existimet. Hunc ego locum dum discutere instituo, illud summopere à vobis contenda, ut cum summorum hominum sententia mihi convellenda sit, æquum animum & solitam benevolentiam ad me audiendum, & ad totam hanc controversiam dijudicandam afferatis. Ita ad cætera ejusdem argumenti persequenda fiduciam addetis.

Nunc ut futuræ Dissertationi viam aperiam, facemque præluceam, cujus ductum deinde sequamur, operæ pretium erit ipsam Synesii epistolam accuratius expendere, de qua tota hæc nobis suscepta est Disceptatio. Ubi primum se à Ptolemaidensibus ad Episcopale munus postulatum intellexit, rei novitate perculsus, prolixe Evoptio fratri suo scribit, causasque aperit ob quas oblatum Episcopi munus nequaquam sibi recipiendum judicet. Et principio quidem civitatis populique erga se studium affectumque prædicat, qui propemodum divinum honorem indigno sibi conferre voluerant, eo quod philosophi munus aliqua cum laude hactenus eum substinuisse perspexissent. Sed dum ipse & oneris oblati magnitudinem, & suas vires humerosque expendit, multas ob causas id sibi declinandum existimat. Primo, quod cum vita omnis in seria & ludicra ipsi divisa esset, seria quidem, & præsertim rerum divinarum studia, privato & secreto quodam in ocio tractaret: ludicra autem, ut pote natura φιλεπιγμων, publice atque in omnium conspectu. Cum Episcopale munus contraria omnia postulet: scilicet ut rerum divinarum studia in propatulo tractentur, ludicra autem omittantur penitus, ut pote homine sacris addicto plane indigna: quippe qui Dei imaginem vicemque gerit. Hæc prima quasi prælusio. Accedit secundo natura μισόφρονης, & ingenium ab omni non tantum civilium, sed & privatarum rerum cura plane abhorrens: cum Episcopo uni omnium curæ & sollicitudines sustinendæ. Addit deinde, sacrum illud munus penitus à philosophiæ studio & rerum consideratione abhorrere. Hæc enim per quietam contemplationem animum à corporis consortio abducere, & ab affectibus corporeis expurgare, & secundum solam mentem operari studet. Cura autem Episcopalis, non solum contemplationis munus impedit, sed animum curis negotiisque immergit, adeoque divinæ auræ particulam obruit, & quasi extinguit. Quarto loco natura se ad peccandum proclivem, & conscientia non satis firma esse dicit, cum Episcopum ab omni macula & peccato purum liberumque esse oporteat, quippe cui alios à peccatorum sordibus expurgandi munus incumbit. Subjungit deinde causam sonticam, conjugii & rei uxoriæ, quod conjugem rite & liberum quærendorum causa ductam, nec deserere publice, neque clanculum cum ea consuescere vellet.

Sed omnium tandem gravissimam causam hanc adfert, quod ipse Platonicæ Philosophiæ præceptis imbutus, à præcipuis aliquot fidei Christianæ capitibus dissentiret; easque opiniones ita animo fixas esse ait, ut licet dissimulare pacis & concordiæ causa, dimittere tamen, aut mutare easdem nolit. Dogmata autem præcipue tria proponit. Primum, animam præexistere, neque corpori jam formato immitti. Alterum, de mundi æternitate, quem

ut

ut interiturum aliquando crederet, neutiquam adduci poterat. Tertium de mortuorum reſurrectione, quam myſticum & arcanum aliquem ſenſum recondere, nec cum vulgo accipiendam eſſe aſſerit.

Hæc rationum ſumma, in qua nihil ſe ſimulare, nihil fingere, Deum hominesque teſtatur. Hæc fratri, hæc amicis, hæc Theophilo Alexandriæ Patriarchæ, qui electionem ratam habuerat, nota eſſe aſſerit. Ideoque Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Scriptores Evagrius & Nicephorus, cæterique antiquorum qui de Syneſio mentionem fecere, hujus Epiſtolæ verbis perſuaſi, Syneſium ſemipaganum ad Epiſcopi munus acceſſiſſe affirmant. Cumque cæteræ virtutes, quæ hominem omnibus numeris abſolutum reddere poſſent, in eo elucerent, καθ' οἰκονομίαν ab Eccleſia ordinatum fuiſſe ſcribunt; ea ſpe, fore ut ad tantum virtutum cumulum, veræ quoque Religionis vertex & colophon accederet: neque eam ſpem eos fefelliſſe. Hæc, inquam, veterum omnium, hæc recentium ſententia. A qua magnus ille & incomparabilis Eccleſiaſticorum Annalium parens ſibi diſcedendum putavit, qui ad annum Chriſti quadringenteſimum decimum, maximo errore eos labi pronunciat, qui ſerio iſta à Syneſio inculcata fuiſſe putant: Sed arte hæc ad declinandum Epiſcopi munus ab eo producta, ut portentoſis conteſtationibus Theophilum eluderet. Cui ſententiæ ſtabiliendæ ſummus vir duo potiſſimum argumenta affert. Primum quidem, quod non ſolum abſurdum, ſed etiam ab omni Eccleſiaſtica diſciplina & Chriſtiana pietate ſit alienum, Theophilum, virum piiſſimum, & acerrimum Chriſtianæ Religionis vindicem, non ſolum per Baptiſmi lavacrum ad Fidelium numerum, ſed etiam per manus impoſitionem ad Eccleſiæ regimen admittere voluiſſe hominem Chriſtianæ Religionis dogmatibus non acquieſcentem. Quî enim Baptiſmi gratia illuminare poterat hominem Gentilium errorum tenebras obſtinata pervicacia defendentem? Aut quî veritatis viam aliis oſtenderet, qui falſarum opinionum devia ſectabatur? Alterum deinde telum ab ipſo Syneſio petit, qui epiſtola undecima ad Eccleſiæ ſuæ Presbyteros ſcripta, diſertis verbis teſtatur, ſe Epiſcopi onus ἁπάσῃ ῥώμῃ καὶ μηχαναῖς, *totis viribus & omnibus machinis declinaſſe.* Iis verbis haſce artes & conteſtationum machinas ait intelligi. Sane ea excellentis virtutis natura eſt atque vis, ut ſplendidiſſimæ lucis inſtar, quæ præcelſa in ſpecula refulget, omnium animos ad ſe convertat, omniumque favorem blando quodam & occulto illicio ſibi conciliet. Ego vero amplector & exoſculor quidem magni viri affectum, qui omnem caliginis nebulam diſpellere ſtudet, quæ clariſſimam Syneſii famam offuſcare, quæ Theophili gloriæ officere, quæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſplendorem, & candidos piiſſimi ſæculi mores denigrare videbatur. Sed multa ſunt profecto, quæ à recepta antiquiorum ſententia in novam hanc diſcedere me nequaquam patiuntur. Nam ipſa Syneſii verba adeo quidem perſpicua ſunt, adeo certa & manifeſta, ut qua ratione in dubium vocari poſſint, plane non videam. Conteſtationes vero adeo ſanctis ac religioſis verbis ſunt conceptæ, ut qui iis ludere, aut eludere alios voluerit, eum & conſcientiam fidemque profligaſſe, & veritatem, Deumque veritatis præſidem ludibrio habuiſſe jure merito credas. Scribit fratri, atque in ejus ſinum internos animi motus ſenſuſque effundit. Publicam hanc conteſtationem eſſe cupit, ut apud Deum hominesque culpa careat, ſi res male eveniſſet. *Nolo*, inquit, *ementiri dogmata: hæc Deum, hæc homines teſtor. Veritas Deo affinis eſt, apud quem criminis expers omnis eſſe cupio.* Et quis non ſerio & ex animo eum loqui exiſtimet?

Neque vero una hac tantum Epiſtola, ſed & aliis in locis teſtatur, ſe ad Epiſcopatum acceſſiſſe, nullis Eccleſiæ dogmatibus imbutum, nulla ſacrarum literarum cognitione inſtructum; quinimo extra Eccleſiam, & quidem alienis dogmatibus innutritum. Epiſtola 13. ad Petrum Presbyterum, συγγνώμην μὲν ἐμοὶ τοῦτο, ἔγκλημα δὲ ὑμῖν, ὅτι τὸν σὸν εἰδότα τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ τῶν εἰδότων ἀνθείλεσθε. *Mihi quidem condonandum, ſed veſtræ culpæ tribuendum, quod me divinarum ſcripturarum imperitum, earumdem peritis antepoſuiſtis.* Et Epiſtola 66. ad Theophilum: ἐγὼ μὲν ἔν ἔτι πόρρωθεν ὑπεξάφλω τοῖς νόμοις τοῖς ἱεροῖς, ὅτε ἤδη μοι καθήκει πολλὰ μεμαθηκέναι, πέρυσιν ὅπως γεγονὼς τοῦ καταλόγου. *Ego vero neque à multo tempore ſacris legibus inſtitutus ſum, nec multa admodum adhuc me didiciſſe par eſt, qui ſuperiori anno Epiſcoporum numero necdum eram adſcriptus.* Et in fine Epiſtolæ 67. ejuſdem Theophili precibus ſe commendat, quandoquidem propriis ipſius votis precibuſque numen haudquaquam reſpondebat: ἀλλὰ ῥιψοκινδύνου τόλμαν, inquit, ὅτι ἄνθρωπος ὢν ἁμαρτίαις, ἀπότροφος ἐκκλησίας, ἄλογόν τινα ἡγεμόνα, θυσιαστηρίων ἁψάμενος Θεοῦ. *Ob projectam temeritatem meam, quod homo peccatis irretitus, extra Eccleſiam educatus, alio diſciplinæ genere inſtitutus, ad altare Dei accedere non dubitaverim.* Sed ut hæc compendifaciam, illud puto longe efficaciſſimum fore argumentum, ſi ex aliis Syneſii locis plane convincam, eum jam non ſolum Chriſtianum, ſed etiam Epiſcopum, Platonicam illam de animæ origine & præexiſtentia ſententiam retinuiſſe. Sane primum hymnum à Chriſtiano ſcriptum editumque teſtatur ſacroſanctæ Trinitatis myſterium, quod obſcuris quidem verborum involucris adumbrat potius quam deſcribit; ita tamen exprimit, ut per timidæ orationis nebulam in ſacra quadam caligine animus Chriſtianus facile agnoſcatur. Nam Deum Patrem, αὐτόσυτον ἀρχὰν, Filium πρωτόπορον εἶδος. totam vero Trinitatem, τριλίξυμον ἀλκὰν appellat.

Ea vero quæ de humanæ mentis origine ex intellectualibus mundis deducta, atque in materiam delapſa ſubjungit, pura puta ſunt Platonica, & cum Origenis dogmate plane conſentiunt. Nam mens univerſi totum hoc univerſum animat, volvitque: inde jam quaſi particulæ quædam diviſæ, aliæ ſtellis, aliæ Angelis attributæ: ὁ δὲ καὶ ῥέποντι δεσμῷ χθονίαν εὗρετο μορφὴν: *Alia deorſum vergenti vinculo terrenam ſortita eſt formam, ubi Authoris & parentis ſui oblita, tenebroſam hauſit oblivionem.* Ut cætera taceam, quæ Platonicis verbis ſenſuque de animæ reditu ad Deum ibidem ſubjunguntur. κάθοδος autem, ſive deſcenſus ejus in corpus, quin ἀσωμάτως ὑπαρξιν ſupponat, nemo vel obiter in Platonica Philoſophia verſatus dubitaverit. De ſecundo hymno ſimilia producere licet, quem Authoris jam Chriſtiani fœtum eſſe, ſacroſanctæ Trinitatis δοξολογίαν, multo clarior priori illa, ſatis ſuperque indicat. Cui deinde ſuccedit ſeries mentium, Angelorum, Heroum, dæmonum, hominum: quam Pythagoricam & Platonicam catenam ex uno Hierocle diſcere facile eſt. Quod autem ſub finem ejus hymni Deum rogat, ἵνα μὴ τὸ νῷ πλέωμα ἐπιβρίσῃ χθονὸς ἄπτε: *Ne mentis alas aggravet terræ noxa:* nonne Platonicam πλεροφορίαν innuit, & illum ἄπτης λειμῶνα, in quo anima φυγὰς θεόθεν κ) ἀλήτης, *divinitus exul & errans*, juxta Empedoclem Pythagoreum, miſere verſatur? Tertium vero hymnum, jam ſacris initiatum & Epiſcopum ſe ſcripſiſſe, niſi me omnia fallunt, liquido hiſce verſibus indicat: εἰδὲ ἐ ψυχὰν ὀλιηδρανέα, ὀλιγηπέλεα ἐπὶ σοὺς λιβύας, ἐπὶ σὰς στεπὰς ἱερηπολίας, ὁσίαις εὐχαῖς ἐπιμελομένην. *Reſpice & animam languentem, deficientem in tua Libya, in tuis venerandis ſacris, ſanctis precibus intentam.* Nam ἱερηπολίαν ſacerdotium hic ſignificare nemo credo negaverit, qui Poetas Muſarum Sacerdotes μουσοπόλους, & Jovis Sacerdotes alicubi Ἀμφιπόλους, peculiari nomine dictos non ignorat. Quin etiam nomine ἐπιμελείας εὐχῶν, non ſolas preces, ſed univerſum Epiſcopi munus non hoc ſolum loco, ſed etiam Epiſtola decima tertia, quinquageſima ſeptima, & centeſima vigeſima prima, & alibi Syneſius complectitur. Atque hoc ipſo in hymno, ut taceam νόας ἀστερίους ζωναίους καὶ ἀζώνους, ex Chaldæorum Theurgia petitos, illa animarum diviſio in ἀκλινῆ & κλινομένην, an non Platonis atque Origenis ſectatorem γνησιώτατον oſtendit? Quid enim anima ἀκλινὴς, niſi ea quæ conſtanter in divino amore & ſummi boni contemplatione perſiſtit, neque ad inferiora hæc affectu & inclinatione vergit? Haſce animas, Θεῶν ἀπαιδοῦς, *Deorum aſſeclas* vocant Platonici: de quibus Proclum videre eſt elemento Theologico CLXXXV. Altera autem illa κλινομένη, ſive inclinatior eſt, quæ relicta ſtatione cæleſti mortale corpus ſubiit, in quo tanquam in tenebroſo carcere pœnas luit. Hunc errorem Origenis palmarium notavit damnavitque quinta Synodus: ex qua multa mihi proferre liceret ad hujus dogmatis confirmationem, niſi tempore ſimul & veſtra patientia abuti vererer: unum dumtaxat locum lib. 2. περὶ ἀρχῶν, ex dicti Concilii actis afferam, cum Syneſii verbis oppido quam conſentientem. ἡ ψυχὴ, inquit Origenes, ἀπορρέυσα τοῦ καλοῦ, καὶ τῇ κακίᾳ προσκλινομένη ἀποκτηνοῦται καὶ ἀπηχελοῦται, καὶ αἱρεῖται πρὸς τὸ ἀλογωθῆναι καὶ τὸν ἔνυδρον βίον. *Anima defluens à bono, & inclinata ad malum, fit jumentum, & efferatur, eligitque ut obbruteſcat, vitam aquatilem.* Ad poſtremum hoc alludens Syneſius, hoc ipſo hymno, homines διερὲς Homerico epitheto appellat: ὡς διύγρους τὰς ψυχὰς ἔχοντας: *Quod animas humore perfuſas habeant*, ut ait Porphyrius libro de antro Nympharum. Idem de myſtica & arcana reſurrectione, cæteriſque Platonicis dogmatis, ex iiſdem hymnis probarem, niſi hæc jam abunde ad fidem faciendam ſufficere exiſtimarem.

Sed hic mihi neſcio quis aurem vellicat, Ecquid tandem, inquit, graviſſimo Baronii argumento reſpondes? Qua conſcientia Ptolemaidenſes hominem tot erroribus imbutum ad Eccleſiæ regimen vocarunt; aut quo animo Theophilus vocatum ordinare non dubitavit? Itane tandem Apoſtolorum præcepta, Conciliorum Canones, Eccleſiæ decreta, ſtatuta Patrum penitus conculcare auſus eſt? Nonne audierat Paulum præcipientem Timotheo, μὴ νεόφυτον, *Non neophytum, ne inflatus in judicium incidat & laqueum diaboli?* An ignorabat Apoſtolicum Canonem octuageſimum: τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου προσελθόντα καὶ βαπτισθέντα οὐ δίκαιον εἶναι παρ' αὐτὰ προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον. *Ex ethnica ſeu gentili vita converſum & baptizatum, non æquum eſt ſtatim Epiſcopum eligere.* Cui rationem adjunxerunt:

xerunt? *Quia injuſtum eſt, eum qui nullum ſui documentum dederit, aliorum eſſe doctorem.* Nonne à magno & celebri Nicæno Concilio idem ſeveriſſime interdictum, & mox in Sardicenſi Concilio repetitum noverat? Fateor, Auditores, certas claraſque eſſe Eccleſiæ ſanctiones & Patrum regulas. Sed nonne ipſius Pauli exemplo conſtat, gratiam divinam ſæpenumero ſacras atque humanas leges tranſcendere? Unde in Apoſtolico Canone caute exceptum, εἰ μή που κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γίνεται, *Niſi id per divinam gratiam alicubi fiat.* Ea quippe legum anguſtias dedignatur, neque ullis ſe limitibus circumſcribi patitur. Quinimo multa quotidie in primæva illa Eccleſia contra Apoſtolica inſtituta eveniſſe, ipſa Nicæni Canonis verba oſtendunt: *Quoniam plura*, inquit, *aut per neceſſitatem, aut alias cogentibus hominibus adverſus Eccleſiaſticam facta ſunt regulam, ut homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & inſtructos brevi tempore, mox ad lavacrum ſpirituale perducerent: ſimulque ut baptizati ſunt, etiam ad Epiſcopatum vel Presbyterium promoverent: optime placuit, nihil tale de reliquo fieri. Nam & tempore opus eſt ei qui catechizatur, & poſt baptiſma probatione quam plurima.* Recte, inquam, oſtendit multa ſecus facta, ἅπερ ὑπὸ ἀνάγκης, ἢ ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων. Atque hujus rei tria nobis luculenta exempla, una Nicolai I. ad Photium epiſtola ſuppeditat, Nectarii ſcilicet, & Taraſii in Conſtantinopolitana, S. Ambroſii in Mediolanenſi Eccleſia. Quorum electiones Eccleſia neceſſitate adacta fecit, aut factas probavit; *ſed ut iterum fierent, non confirmavit, nec inſtituit.* οὐ νόμοις παῦτα πιθεῖται, ἀλλὰ τοῖς καιροῖς τὰ προσήκοντα πράττεται, ait Nicephorus. Atque omnes haſce cauſſas in Syneſii electione concurriſſe facile perſpiciet, qui ea quæ diverſis in locis ipſe de ſe prodidit, conſideret. Nam vi atque ingratiis ſe ad hoc munus fuiſſe pertractum, nihilque tale cogitantem, quinetiam renitentem & deprecantem, paſſim teſtatur: qui mortem & graviſſima quæque præ Epiſcopatu lubens elegiſſet. Quid ſi maximam præſentiſſimamque ejus eligendi neceſſitatem fuiſſe dixerim? Facile mihi adſtipulabitur, qui calamitoſa illa ruentis Imperii tempora, qui corruptiſſimos ejus ſæculi mores, qui afflictiſſimum Africanarum Provinciarum ſtatum æqua animi lance expendat. Quæ quidem omnia nemo luculentius, nemo accuratius ipſo Syneſio depinxit. Videmus iſthic Imperatores pueros, omnium regnandi artium expertes, domi inter eunuchorum, morionum, & adulatorum greges in otio & delitiis deliteſcentes, ſubditis, & præſertim militibus non niſi per picturam notos, qui extremas illas Imperii lacinias partim magiſtratuum avaritiæ & inexplebili cupiditati, partim Barbarorum invaſionibus diripiendas & exſcindendas relinquebant: de quibus nec conqueri impune licebat: aut ſi extrema neceſſitas ſubditos ad Principis aures compelleret, longis & ſumptuoſis ac plerumque irritis legationibus exhauriebantur. Unum miſeris affulgebat auxilium, ut virum aliquem eloquentiæ aut civilis prudentiæ facultate, aut magnorum virorum gratia & amicitiis pollentem, ſibi Patronum & quaſi tutelare numen legerent, ſub cujus umbra deliteſcerent, qui imminentes calamitates averteret, Provincias & civitates peſſundatas erigeret & confirmaret: quod elegantiſſime aliquot ipſius Syneſii ad Pylæmenem epiſtolæ abunde docent. Præſentiſſimum autem ab Epiſcopis affulgebat ſubſidium, qui ipſa muneris auctoritate inſtructi atque armati videbantur adverſus Provincialium magiſtratuum oppreſſiones. Hæc neceſſitas, hæc ſpes Ptolemaidenſes impulit, ut Syneſium ſibi Epiſcopum poſcerent, cujus opem univerſa illa Provincia illuſtri Legatione apud Arcadium, vel, ut aliis placet, apud Theodoſium ejus filium, fuerat experta. Videbant præterea hominem illuſtri nobilitate & magna ſapientiæ laude conſpicuum, & principum virorum amicitia ac favore ſubnixum: quæ quidem omnia magno ſibi præſidio futura haud vane conjiciebant. Sed profecto major quædam vis, hoc eſt Dei gratia, Syneſium ex privato otio ad Eccleſiæ ſuæ ornamentum pariter & præſidium protraxit. Hunc ille conſilii iſtius Auctorem epiſtola 11. & 95. agnoſcit: huic ille vocanti manus dedit collumque ſubmiſit. Neque aliam electionis cauſſam Evagrius, Nicephorus, & Photius retulerunt. Scilicet perſpectum habebat Theophilus animum πρὸς τὸ θέσμιον τοῦ Χριστιανισμοῦ νεύοντα: *Ad Chriſtianam religionem propenſiorem.* Experimento didicerat, quam facile veritati cederet; & quam nullo negotio homo Platonicis dogmatibus imbutus ad exactam Chriſtianæ veritatis cognitionem traduceretur.

Sed maximam interim & difficillimam quæſtionis partem mihi ſupereſſe video; quînam homo tot erroribus inquinatus, ad baptiſmi lavacrum fuerit admiſſus? Ego ut meam vobis ſententiam quam planiſſime explicem, id vos, Auditores, cum animo veſtro repetere velim, quod paulo ante a me demonſtratum fuit, eadem hæc dogmata, quæ Syneſio pertinacius inſidebant, jampridem ab Origene in Alexandrinam Eccleſiam fuiſſe invecta. Ubi ille permultos habuit ſectatores; eos præcipue qui ex Gentilium Philoſophorum ſchola ad Chriſti Eccleſiam tranſibant. Quinimo haud verear affirmare, Chriſtianos, ut prolato Eccleſiæ pomœrio quam plurimos ad ſuas partes adducerent, eos præſertim qui ſæcularis ſapientiæ & eruditionis gloria excellerent, multa per συγκατάβασιν, & συμπεριφοράν, & ut Nicephori verbis utar, κατ' οἰκονομίαν ad tempus toleraſſe, quæ vel uſu ipſo, vel longiori magiſque accurata inſtitutione emendari poſſe exiſtimabant. Quod ſane nuſpiam majori cum fructu fieri potuit quam Alexandriæ, ubi non ſolum ob veteris Muſæi gloriam, ſed etiam ob recentem Platonicorum Academiam ex Atticis Athenis eo traductam, ingens doctorum hominum multitudo verſabatur. Quam etiam ob cauſſam Chriſtianæ religionis Antiſtites, δημοδιδάσκαλοι illi, qui ſcholam Catecheticam a S. Marco inſtitutam ordine rexerunt, Pantænus inquam, Clemens, Origenes, Dionyſius, Ammonius, aliique, magnam externæ quoque ſapientiæ & potiſſimum Philoſophiæ operam impenderunt, ut ſcilicet humanam ſapientiam ſuis artibus irretitam ſtultitiæ Crucis Chriſti ſubmitterent. Origenis autem dogmata, quod multos eoſque celeberrimos haberent defenſores, diu in Eccleſia deliturerunt. Quæ licet privatis nonnullorum ſcriptis exagitarentur, nunquam tamen ante extrema Juſtiniani tempora, hoc eſt 553. Chriſti annum generali Synodo damnata fuere. Neque id ſilentio prætereundum, quod Theophilus ipſe Origenem, quem publice ſuggillabat, & quem mortuum primus Eccleſiaſtica communione privatum diris devovit, privatim diligentiſſime legere non verebatur, ut Socrates lib. 6. cap. 15. prodidit. Quæ res Syneſium, Platonis, ac proinde etiam Origenis ſtudioſiſſimum, ob intimam cum Theophilo familiaritatem latere non potuit. Quocirca non adeo mihi mirandum videtur, in tanto Origeniſtarum & Platonicorum numero, Syneſium quoque ad baptiſmum fuiſſe admiſſum: Cum omnia Alexandriæ & Ægypti monaſteria iiſdem opinionibus eſſent infecta, quod ex iis Theophili & ſucceſſoris ejus Cyrilli literarum fragmentis apparet, quæ in quinta Synodo referuntur: quæ ad horum temporum Hiſtoriam cognoſcendam in primis faciunt. Iis quæ hactenus a me certiſſimis, ni fallor, rationibus comprobata fuere, multas addere poſſem haudquidem levioris momenti conjecturas, quibus Syneſii animum etiam poſt ſuſceptum Chriſtianæ religionis ſacramentum nimio adhuc affectu in Platonicæ Philoſophiæ dogmata & Platonicum vivendi inſtitutum propendentem & quodammodo ἐπαμφοτερίζοντα arguerem. Sane magna Dionis pars, & poſtrema ad Hypatiam magiſtram epiſtola, ſatis ea quidem prolixa, doctrinam ſtudiaque Platonica contra Monachos Ægyptios τοὺς ἐκ τῆς ἑτέρας ἀγωγῆς, ut ipſe loquitur, eorumque aſceticam vitam non ſine aculeis tuetur, quamvis ipſe ſive metu, ſive reverentia, animi ſenſa ſermone admodum αἰνιγματώδει involvat. Neque mihi ſublato ſiparo omnium oculis animiſque ea objicere libet, ne quis forte aut nimis me morioſum in tanti viri nævis atque erroribus perveſtigandis, aut in iiſdem perſequendis juſto prolixiorem exiſtimet: Præſertim cum maximis virtutibus & inſigni Catholicæ religionis zelo paulo poſt eoſdem redemerit. Etenim cum epiſtola 95. ſtatim poſt ſuſceptum munus ſeptem menſibus ſe peregre ab ſuo Epiſcopatu abfuiſſe ſcribat, πρόφασιν ἀφαιρούμενος τοῦ πράγματος, *E longinquo rei periculum faciens, donec quæ ejus muneris natura eſſet, accurate penituſque didiciſſet*; haud dubium eſt quin ſerio tum ſeduloque Chriſtianæ religionis myſteriis pernoſcendis incubuerit, quibus docendis Deus eum Eccleſiæ præfecerat. Prima enim recte gerendi muneris pars eſt, noviſſe quod ſuſceperis. Et profecto magnam Catholicæ fidei defendendæ ac conſervandæ ſollicitudinem, & pulcherrimam boni paſtoris ideam nobis exhibet epiſtola v. qua presbyteros ſuos de Eunomianis cavendis præmonet. Ut & CXXVIII. qua Epiſcopum ab Arianis ſede ſua pulſum conſolatur: ubi genus illud peſtiferum, ut θεομάχον καὶ πατράσιν ἀγίοις πολέμιον, hoc eſt, *Deo ſanctiſque Patribus inimicum & rebelle*, perſtringit. Taceo ſummam erga Alexandrinam ſedem obſervantiam, pacis & concordiæ ſtudium, erga Coepiſcopos benevolentiam: animum non minus in damnandis ſceleratis intrepidum, quam in lapſis revocandis recipiendiſque mitem & benignum. Sed mihi de ſingulis divini hujus viri virtutibus commodior erit diſſerendi locus, ubi alterum propoſitæ epiſtolæ nodum contra æquivocationum & reſtrictionum mentalium patronos vindicandum propoſuero. Dixi.

Problematis loco proximo conſeſſu diſquirendum propono, quid ſibi velit ὑδρομύστην, titulus quem Syneſius epiſtola 121. Anaſtaſio cuidam tribuit.

FINIS DISSERTATIONUM LUCÆ HOLSTENII.

HADRIANI

HADRIANI VALESII HISTORIOGRAPHI REGII DE VITA HENRICI VALESII HISTORIOGRAPHI REGII LIBER.

PERLECTIS quæ de libris Henrici Valeſii nomine Petiti, Typographi ſcripſeram paucis; hortatus es me, clariſſime Nublæe, ut de vita ejus librum componerem. Et tum quidem quid tibi reſponderim non recordor. Verum poſteaquam à te digreſſus ſum, dicta mecum volvens erubeſcere, ac ſic increpare meipſum cœpi. An obliviſci me poſſe Henrici Valeſii, artiſſimis ſanguinis vinculis, amore literarum, & tam diuturna, vel potius fere perpetua vitæ ac victus communitate conjuncti? An illaudatum & tacitum relinquere me poſſe clariſſimum virum, qui amicos aut vivos epiſtolis librorum fronti præfixis, aut mortuos laudationibus celebravit? An denique me fraudaturum vero teſtimonio fratrem meum, quod plerique ſcriptores ultro etiam alienis honorificum reddiderunt? Si Suetonius Tranquillus de illuſtribus Grammaticis librum, de claris quoque Rhetoribus volumen compoſuit: quanto magis dicendus eſt mihi Valeſius, qui ſcholaſticos iſtos mercenarioſque profeſſores longo intervallo ſuperavit, & omnes Grammatici partes, omnes Rhetoris vel potius Oratoris numeros dum vixit implevit? Certe quum Latinos Hiſtoricos doctis & laborioſis commentariis expoſuit; quum Græcorum ſcripta convertit, & commentando notiora ſtudioſis reddidit; quum variorum auctorum volumina contractis priſcis exemplaribus diligenter emendavit, diſtinxit & adnotavit; quum epigrammata & poëmata ſcripſit ipſe, aut vetera interpretatus eſt: quid aliud fecit, quam quod illuſtres olim Grammatici factitaverunt? Jam vero orationes ejus elegantes, copioſæ atque perſpicuæ, laudationeſque clariſſimorum virorum, nonne ſatis indicant, omnibus artis Rhetoricæ præceptis inſtructum, atq; etiam claris oratoribus adnumerandum fuiſſe? Sed vir ſummus ſummos Grammaticos & Rhetoras atque adeo Oratores ipſos plurimum ſupergreſſus eſt: quippe qui Græcas, Romanas & barbaras notas habebat antiquitates, cui erat Hiſtoria ſacra profanaque comperta, qui Græcum Latinumque ſermonem tamquam patrium noverat, qui denique ad magnitudinem ingenii, vimque & acrimoniam judicii, aſſidua lectione ac meditatione variam & interminatam in omni literarum genere doctrinam adjunxerat. Dicam igitur de Valeſio quæ vidi: quæ ex ipſo per tot annos in cotidianis colloquiis & familiari conſuetudine cognovi, quæ de ipſo ſæpe ex communibus amicis audivi. Dicam, quæ obſervavi; quæ notata inhærent animo: (Omnium enim meminiſſe non poſſum) nec committam ut mihi valeat imputare poſteritas fratrem debito teſtimonio privatum.

NATUS eſt Luteciæ Pariſiorum Henricus Valeſius anno Chriſti MDCIII. IV Idus Septembris, die Mercurii. Patrem habuit Carolum Valeſium, qui patrimonio ſuo contentus, honeſtum otium negotioſæ vitæ præpoſuit; & anno ætatis ſeptimo & ſeptuageſimo deceſſit: avum Johannem Valeſium, qui Maria Uvæa genitus, *a* Contios de Monte Glandifero, Mareſcotos, *b* Macaltos, *c* Paſſartos, & Robinellos *d* materno genere contingebat: quorum filii & nepotes plerique ad ſplendidas dignitates pervenere, & pars in ſupremis curiis Pariſiacis, pars etiam in ſacro Conſiſtorio floruere. Johannes Valeſius mercaturam inſtitit: in quo ſe à nobilitate majorum degeneraſſe, ingenue fatebatur. Patrem enim ſuum coactum lege patria, potiorem patrimonii partem ad majorem natu deferente, ex inferiore Nortmannia migraviſſe Luteciam, ibique ſubſediſſe, ſæpe narrabat. Certe eſt hodieque in pago Bajocaſſino atque in Lexoviis vetus & nobilis Gens Valeſia. Sed nobilitate ſanguinis cenſeri non debet Valeſius noſter: quem ſua virtus, quæ ſola & unica eſt nobilitas, & eximia doctrina, ac tot libri editi & edendi ſatis ſuperque clarant ac illuſtrant. Mater Valeſio fuit Claudia Morleria, Claudii Morlerii Conſiliarii Regii ac Notarii filia, viri dum vixit Luteciæ non obſcuri; Hadriani Morlerii ſoror, ſpecioſiſſimi hominis, qui ſub Comite Stabuli ſplendidum Præpoſiti officium geſſit; mulier naſuta, macilentis genis, vultu ruboris pleno. Matrem Valeſius ore moribuſque referebat: quæ anno Domini MDCLXXI. ætatis XCIV. menſe IX. XII Kalendas Decembreis maturam mortem obiit in villa ſua apud Calveriacum, cujus uſumfructum ante annos fere VI. ſibi retinuerat, cum filiis bona relinqueret. Eſt autem Gens Morleria vetus & honorata, in plures familias diviſa. *a* Morlerierum alii in municipio Ambiano-

a Meſſieurs le Comte de Montauglan.
b Meſſieurs Machaut.
c M. Paſſart.
d Meſſieurs Robineau.

a Meſſieurs la Morliere.

Ambianorum Monte Deſiderii dicto etiamnum habitant: alii in caſtro pagi Vadenſis Criſpiaco conſedere; quidam in Atrebatibus ſedes habent. Ex his nonnulli in Scholia Pariſiaca Magiſterio Theologiæ; aliqui etiam libris compoſitis inclaruerunt. Nemo enim neſcit, Morlerium ante annos circiter quadraginta de antiquitatibus Ambianorum ſcripſiſſe.

Puer admodum cum fratre Carolo natu majore miſſus eſt Henricus Valeſius Verodunum, ut liberalibus diſciplinis erudiretur. Ea in urbe celebres Scholas & Pariſiacis adoleſcentibus tritas habebant Jeſuitæ; quibus tum Luteciæ ex Senatuſconſulto docere non licebat. Ibi Valeſius tanto ardore, tanta cum animi voluptate in libros incubuit, ut jam tum quantus in literis evaſurus eſſet appareret. Mira in eo docilitas ingenii; indoles ſupra ætatem ſingularis. Facile ac celeriter cuncta quæ tradebantur accipiebat, ſuæque alte infigebat memoriæ: ſic dictata reddebat; ſic quæ dicuntur themata componebat, ut præceptoribus ac præfectis amori ſimul admirationique, æqualibus eſſet exemplo. Nec incitandus puer erat, ſed reprimendus, ne in morbum incideret. Quare unam ei horam pluſquam reliquis condiſcipulis Præfectus cubiculi indulgebat ad ſomnum. Æquum quippe erat, eum qui citius meliuſque ceteris Scholaſticum penſum abſolveret, qui plus ceteris laboraret atque proficeret, ad reficiendas corporis animique vires plus etiam dormire quam ceteros. Erant Veroduni plura auditoria humaniorum artium, ſuo ſingula profeſſore inſtructa (vulgo claſſes vocitant.) In ſingulis auditoriis, ſicut fieri ſolet, quædam dignitatum civilium Imperii Romani in Orientem Occidentemque diviſi imago cernebatur: utrumque Imperium optime meritis & qui elegantiſſime omnium aliquid compoſuiſſent, deferebatur ad tempus. Ibidem quotannis adoleſcentulis præmia Græci Latinique ſermonis ex more proponebantur. Valeſius ſcholaſticas dignitates, ſed primas & maximas ſemper conſequebatur, ſemper Imperator, aut Conſul aut Prætor: nec umquam infra Præturam deſcendebat: libros inauratos, claſſica præmia ſolutæ orationis & carminum quotannis pleraque victor auferebat. Ejus in ſchola Rhetoricæ amplificationes & declamationes, ac carmina præceptor laudabat, Condiſcipuli mirabantur. Præceptor ille Ruſſellus vocabatur, homo minime malus, ſed admodum imperitus, & artis quam profitebatur plane rudis ac ignarus: qui in proſa eloquentia verba grandia & bene ſonantia, orationem in re vel leviſſima numeroſam, plenam pompæ & majeſtatis, deſcriptioneſque ne in carmine quidem tolerabiles affectabat: qualis eſt hæc primæ lucis deſcriptio, quam Valeſius à ludo recens nobis ſæpe recitantis more graviter pronuntiabat. *Diluceſcebat: & emiſſa jam uberioris affuturæ lucis quaſi præcone Aurora, flaveſcentem auro cæſariem pullulantibus in altum radiis Sol matutinus depectebat.* Actum erat de Valeſio, ſi talem præceptorem eſſet imitatus: ſed exemplis Magiſtri malis atque vitioſis judicium diſcipuli prævaluit, qui cuncta ludi Verodunenſis auditoria intra quinquennium feliciter emenſus eſt.

Interea anno MDCXVIII. Jeſuitæ Ludovici Regis beneficio Luteciæ ſuas ſcholas aperiunt, quas pridem claudere juſſi erant. Revocatus igitur à patre Valeſius, redit cum fratre Luteciam, & ad ſcholas eorum Pariſiacas, quas Claromontanas appellant, ſe confert. Ibi florebant eminebantque Jacobus Sirmundus Ricomagenſis, & Dionyſius Petavius Aurelianenſis, duo Societatis Jeſu lumina ac ornamenta: ex quibus Petavium Rhetoricæ profeſſorem uno anno audivit; Sirmundum ſæpe quoque convenit: quos ambos poſtea conſtanter coluit ſimul & amavit. Eodem in ludo ſub Bruano Lotharienſi, doctiſſimo profeſſore, in philoſophiæ ſtudia triennium impendit, ita ut Græcos ac Latinos poëtas, oratores, hiſtoricos avidius quam philoſophos toto eo tempore lectitaret. Cum nihilominus de philoſophia publice diſputaturus eſſet, quæ triennio exceperat, Bruani dictata curſim ac brevi tranſcripſit pæne ad verbum: ratus memoriæ tenacius inhæſura, quæ paullo ante legiſſet ac ſcripſiſſet. Nec ſpes eum ſua fefellit. Nam theſes ex univerſa philoſophia depromptas egregie & magna cum ingenii laude judiciique defendit. Mirabar minutiſſimas literas, pedum muſcarum ſimiles, manu ejus ſcriptas, quæ à nemine legi poſſe videbantur; & pagellas ſemipedales centenum verſuum capaces, totam denique philoſophiam tam celeriter tantas in anguſtias contractam.

Egreſſus Claromontano ludo Valeſius anno ætatis undeviceſimo, Chriſti DCXXI. jus civile Avarici Biturigum biennio didicit, ac poſt reditum, in ſumma Curia Pariſiaca numero Advocatorum adſcriptus eſt. Forum per annos amplius ſeptem togatus frequentavit, magis ut patri ſatisfaceret, quam ut ſibi. Tædebat enim hominem jacturæ temporis, & operæ perditæ. Oneri erat, pudori erat toga tamdiu fruſtra geſtata. Videbat enim eum qui à nemine advocaretur, patrocinaretur nemini, cauſſam nullam ageret aut diceret, Advocati, Patroni, ac Cauſſidici nominibus jure gloriari non poſſe. Interea quantum ei erat otii, (plurimum autem erat otii) literis impertiebat. Ab Advocatis Græce doctiſſimus habebatur. At ipſe intelligens quantum ſibi deeſſet ad plenam linguæ Græcæ notitiam, ita Græca legit ac didicit, ut famæ de ſe ſparſæ abunde reſponderet. Habebat tum præter ceteros collegam Michaelem Anglum, à condiſcipulatu notiſſimum ſibi ac cariſſimum: quem cum prenſatis à patre ſuo Procuratoribus niti, eaque ratione cauſas agere, ac litigantium jura voce ſcriptiſque defendere animadverteret; dolens ſe tali auxilio deſtitutum algere, togam cum ſpe depoſuit, renunciavit foro, multum diſſuadente patre, ac fruſtra ut perſeveraret hortante, ac liberalibus ſtudiis, quæ nec ſponte unquam nec ex toto reliquerat, totum ſponte ſe dedidit.

Memoriæ prodit Marcus Tullius, ſe cum *veniſſet in villam pueri Luculli, M. Catonem vidiſſe in bibliotheca ejus ſedentem, multis circumfuſum libris: fuiſſe enim in eo inexhauſtam aviditatem legendi, nec ſatiari potuiſſe: & tum in ſummo otio maximaque copia quaſi heluonem librorum viſum eſſe.* Hæc imago Valeſii. Quod à Tullio de Marco Catone dictum eſt; mutato nomine id à me de Valeſio narratum puta. Veteres ſcriptores Græcos & Latinos cotidie evolvebat; nec recentiores Criticos, Turnebum, Lipſium, Lambinum, ac ſimiles alios aſpernabatur. E bibliothecis amicorum libris utebatur: notas habebat bibliothecas, unde promeret quos vellet, & quos filius familias minime pecunioſus emere non poſſet. Solebat dicere Valeſius, nullis ſe melius libris uſum umquam eſſe quam commodatis: hos enim ſe exactiſſime legere, adnotare, atque excerpere ſemper conſueviſſe, tamquam qui in manus ſuas numquam eſſent redituri. Die

Dominico

Dominico conveniebat in Eccleſiam: die Saturni pomeridianis horis amicos viſitabat; reliquos cujuſque hebdomadis dies plerumque ſtudiis impertiebat, ac ſedebat domi. Amici tum Valeſii erant Sirmundus, Petavius, Hieronymus Bignonius, Patronus fiſci, vel ut vulgari utar appellatione, Advocatus Generalis, Puteani, Nicolaus Rigaltius, Michaël Anglus, Franciſcus Florens Juriſconſultus, Boſquetus Narbonenſis, Johannes Triſtanus Sanctamantius, qui in veteribus nomiſmatis præſertim Græcis legendis commentandiſque ab ipſo non mediocriter eſt adjutus. Ex his Sirmundus callidus & aſtutus ſenex, cum obſervaviſſet, certo ſemper hebdomadis die ac eadem pæne hora ſe ac Petavium à Valeſio conveniri, ejus rei cauſam ex ipſo quæſivit: & ſereno ut erat vultu, Quid tu (inquit) Valeſi conſtanter ad nos ſabbatis ventitas? Heic ſubridens Valeſius: Vin' dicam, mi Pater? Ne à ſtudiis avocer, pluſquam ſemel quaque hebdomade cubiculum meum verri, & ſupellectilem mundari non patior. Itaque ſeptimo quoque die mihi Judæorum more otiandum eſt atque ceſſandum: eo die, quod poſſum, amicos meos viſo. Tum Sirmundus exclamat. Magnæ plane ancillæ tuæ habendæ ſunt gratiæ, per quam nobis Valeſio noſtro aliquando frui contingat. Utinam te ſæpius paternis ædibus extruderet, atque Clarummontem verſus everreret. Nam in omnibus, ut tute noſti, ſervandus eſt modus; nec minus etiam in iſta ætate valetudinis tuæ quam ſtudiorum debes habere rationem. Sirmundi, Petavii, Rigaltii, doctorum hominum apud Puteanos toti plerumque ſermones de literis erant: his Valeſius ſummopere delectabatur: inde ſero, ac ſolito lætior domum reverti conſueverat, præſertim ſi magnum & præclarum aliquid aut dixiſſet ipſe, aut dicentes audiſſet.

Jam in notitia Græcarum ac Latinarum antiquitatum tantum profecerat Valeſius, ut edere doctrinæ ſuæ publicum ſpecimen poſſet. Ejus rei necopinanti data eſt occaſio. Nicolaus Fabricius Peireſcius, in ſuprema Curia Aquiſextienſi Conſiliarius Regius, vir doctus fautorque doctorum, ac locuples, veteres libros à Monachis Græcis qui vulgo Calogeri vocitantur, nonnunquam emendos curabat. Hos inter à mercatore Maſſilienſi advectus erat ex inſula Cypro Aquas Sextias codex priſcus, Conſtantini Porphyrogenneti nomen ferens. Nimirum Imperator Conſtantinus, Leonis Aug. filius, Baſilii Macedonis nepos, collectanea hiſtorica ex variis auctoribus, tribus & quinquaginta titulis incluſerat, ac ſingulos titulos, vel tractatus in II. Libros diviſerat. Ex hiſce titulis jampridem unus de Legationibus exſtabat: alius tractatus περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας inſcribebatur: quem Peireſcius emtum, ut dixi, Luteciam Pariſiorum ad amicos miſerat. Ibi cum diu neglectus jacuiſſet, hortante Petro Puteano Regiæ Bibliothecæ cuſtode, laborioſum opus & à cunctis recuſatum Valeſius audacter ſuſcepit. Ex Polybio igitur, è Diodoro Siculo, è Nicolao Damaſceno, & Appiano Alexandrino, ex Dione Cocceiano & Johanne Antiochenſi excerpta præclara quotquot nondum publicata erant, in linguam Latinam eleganter tranſtulit, adnotationibuſque multiplici ac varia eruditione refertis illuſtravit, dicavitque Peireſcio anno Domini MDCXXXIV. ætatis XXXI. nondum impleto: quem *primum ſtudiorum ſuorum fœtum* ipſemet in epiſtola appellat. Circa idem tempus cum apud veterem auctorem de portu Smyrnæ clariſſimæ urbis Ioniæ legiſſet aliqua, quæ non facile poſſent intelligi niſi ab eo qui locum vidiſſet; ac ea de re Fabricio Peireſcio ſcripſiſſet: Peireſcius una cum negotiatore Maſſilienſi pictorem ex Provincia Smyrnam proficiſci juſſit, qui de ipſa navi portum Smyrnæum diligentiſſime perſpiceret ac delinearet, portumque penicillo expreſſum in membrana ad Valeſium miſit. Ex quo apparet hinc Valeſii in commentandis auctoribus cura atque diligentia; inde Peireſcii in juvandis ac promovendis ejus ſtudiis benignitas ſingularis. Egit gratias Peireſcio Valeſius, ſic tamen ut ingenue fateretur aliqua ſupereſſe, de quibus dubitandi cauſas haberet. Et Peireſcius graviter ferens nihil actum tanta impenſa miſſi in Aſiam pictoris, reſcripſit Valeſio, omnia ſe facienda feciſſe, quibus deberet eſſe contentus: quod ſi exactiſſimæ delineationi portus non acquieſceret, non pictoris, non ſuam, ſed ipſius plane culpam eſſe, cui nihil ſatisfacere poſſet. Ad opera Valeſii revertor. Græcis hiſtoricis Latinus ſucceſſit Ammianus Marcellinus. Latinum hiſtoricum appello Marcellinum, hominem natione Græcum & domo Antiochenſem; propterea quod latine ſcripſit hiſtoriam, & res Romanas ab exortu Nervæ ad Valentis Aug. mortem XXXI. libris expoſuit. Igitur Valeſius ſeptem & amplius veterrimas editiones Marcellini, & codicem Bibliothecæ Regiæ, ac varias lectiones, ex quatuor MSS. membranis excerptas, inter ſe diligentiſſime contulit; atque hiſce inſtructus auxiliis hiſtoricum celebrem, à mendis quamplurimis vindicatum, in ſuum nitorem ac velut in integrum reſtituit: addidit & uberes adnotationes, quibus emendationum ſuarum rationem redderet, & difficiles quoſque auctoris locos, antiquitates Romanas, dignitates Palatinas, civiles ac militares explicaret. Anno Chriſti nati M.DC. XXXVI. ætatis tertio ac triceſimo Ammianum Marcellinum Henrico Memmio, ſupremæ Curiæ Pariſiacæ majori Præſidi nuncupavit: quem nobiliſſimum virum, dignitate & hereditario amore literarum ex æquo clariſſimum, plurimum colebat. Mirabantur multi, tam laborioſum ac ſcrupuloſum opus tam feliciter ac bene ab uno homine intra biennium abſolvi potuiſſe: quod artum temporis ſpatium vix perlegendis adnotandiſque priſcis Ammiani libris cum editis tum ſcriptis, nedum componendis notis ſuffecturum videbatur.

Sed aſſidua lectio librorum ac præcipue veterum membranarum, oculis Valeſii, quorum aciem à prima infantia hebetiorem habebat, plurimum nocuit. Ex eo quippe minus quam antea utroque oculo videre cœpit; dextram etiam non multo poſt ex ſuffuſione amiſit. Quamobrem cum nec legere commode poſſet, nec ſcribere, rarius ſtudere coactus eſt, & tædia moleſtiſſimi otii jucunda amicorum conſuetudine & crebra allocutione levare. Obſervabat autem Memmium Præſidem inprimis, qui ipſum ſecum habere fruſtra concupivit, præterea Amelotum primum Curiæ vectigalium Præſidem, Petrum de Marca Archiepiſcopum Toloſanum, Hieronymum Bignonium Advocatum Generalem, Claudium Sarravium Conſiliarium regium, Hugonem Grotium, qui poſtea Sereniſſimæ Reginæ Chriſtinæ legatus fuit, Galminum libellorum ſupplicum Magiſtrum. Amicos habebat præter eos quorum ſupra memini, Johannem Launoium Theologum, Ludovicum Nublæum

Advocatum in Curia Pariſiaca, Ægidium Menagium, Carolum & Franciſcum Ogerios, Ludovicum Cantarellum Fabrum, Rollandum Mareſium, & quotquot Luteciæ liberalibus ſtudiis doctrinaque eminebant: è quibus Nublæo ſuam de populis fundis ſententiam expoſuit Epiſtola, quæ una cum Bullialdi aliorumque de eadem re libellis Divione edita eſt. Amicorum numero poſtea acceſſerunt externi, ex urbe Roma Franciſcus Barberinus Eccleſiæ Romanæ Presbyter Cardinalis, Lucas Holſtenius Hammaburgenſis, & Leo Allatius: è Batavia, Claudius Salmaſius Divionenſis, Fridericus Gronovius, Iſaacius Voſſius, ac Nicolaus Heinſius: ex inſula Britannia, Jacobus Uſſerius Armacanus: è noſtris Lucas Acherius, Cantalupus, Johannes Mabillonius, Sanctigermanenſes Monachi piiſſimi atque eruditiſſimi.

Ita tranſacto ſeptennio, deficientibus in dies oculis, intellexit Valeſius neceſſario ſibi aut renuntiandum ſtudiis; aut habendum eſſe lectorem: quem à patre præparco nec petere audebat, nec etiamſi maxime petiiſſet, impetraturus videbatur. Cum ea de re ſæpe apud amicos ſermonem habuiſſet, ſæpe queſtus eſſet: Michael Anglus celeberrimus Cauſſidicus, cujus intima familiaritate utebatur, obtulit ipſi nomine Henrici Memmii bina librarum millia annua, ſi ſtudia ſua, ſuaſque obſervationes cum eo communicare vellet: hoc ſi feciſſet, ampliſſimi Præſidis gratiam maxime initurum, & anagnoſtæ opera paternis in ædibus libere ſtudiis vacaturum. Valeſius qui ſemper antea ejuſmodi ſtudia ad alienos uſus accommodata averſatus erat, ac grave ſervitutis genus appellitaverat, amici verbis & rationibus, ſed multo magis conditionis æquitate victus, dedit manus, ac tandem expugnari ſe paſſus eſt. Annorum tum erat circiter quadraginta. Nactus igitur lectorem eumdemque ſcriptorem ſive librarium, præter ceteros quorum non memini, Euſebium, Socratem, Sozomenum, Theodoritum, ac Evagrium legit, adnotavit, excerpſit. Quo facilius ei fuit, poſtea novæ tranſlationi veterum hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptorum vacare, quos jam antea exactiſſime perlegiſſet. Sæpe miratus ſum ejus animi præſentiam, ſemper his ſolis quæ legerentur intenti; ab anagnoſte indocto perperam pronuntiata græca & latina cito ac facile intelligentis; nunc ſedendo, nunc ambulando dictantis ex tempore, & cuncta quæ dictaret, recte atque emendate ſcribenda curantis, denique inter monitus ac reprehenſiones lecta obliviſcentis neque dictanda, ut apte prioribus poſteriora jungerentur. Tum libros emit Valeſius & multos, & bonos, ſed eos maxime, quos ſibi præcipuo uſui fore judicabat, ne ſæpe ad amicos decurrere cogeretur. Tum quoque multas & varias variis fictiſque de rebus orationes, velut ad Regem aut in curia habendas, patrio ſermone compoſuit, & manu ſua utcumque ſcriptitavit: quæ ipſum magnopere fatigaverunt, cum propter laborem ſcriptionis ægro oculo intolerabilem, tum vel maxime propter exactionem celeritatis. Aliæ enim ſuper alias ei orationes injungebantur, bene, ſecreto, ac cito elucubrandæ.

Anno MDCL. poſt Chriſtum natum, XIII. Kalendas Auguſtas patrem amiſit: & interjectis paucis menſibus Memmius ampliſſimus Præſes deceſſit. Eodem anno Chriſtina Sereniſſima Suedorum Regina unanimi omnium Regni ordinum conſenſu conſecrata eſt & coronata: cujus de laudibus ita orationem ſcripſit Valeſius, ut ab ipſo in Suedia ad Reginam habitam putes. Ob id nomine Reginæ & torquis aureus ei promiſſus eſt, & ipſe cum viro doctiſſimo Samuele Bocharto Cadomenſi, commendatione Iſaacii Voſſii amici ſui in Suediam invitatus. Neutra tamen res bonum ac felicem eventum habuit; neutra Valeſio utiliter ceſſit. Nam nec torquem umquam iſtum, qui ipſum diu multumque torſerat, nec Suediam umquam vidit, plane quaſi honore contentus, impenſam remiſiſſet. Jactaverat non ſemel Valeſius, qui alioquin paucorum verborum erat, daturum ſe operam in Suedia, ne Chriſtina in Regnum ſuum pro doctis indoctos & aretalogos invitaret. Quæ ventoſa comminatio occultam & magnam ei conciliavit invidiam. Nam qui ſe deſignari ſentiebant, clam miſſis trans mare literis obtrectationis & maledictorum plenis effecere, ut vice verſa eo domi remanente, ipſi Holmiam navigarent. Sic dum alios excludere vult Suedia, ſemet excluſit. Sed hanc injuriam ſibi malis falſorum amicorum & invidorum artibus factam forti animo tulit. Profuit certe ei, à navigatione Suedica avocari, ne à ſtudiis avocaretur.

Carolus Montchallus Archiepiſcopus Toloſanus, vir doctus, cui veteris hiſtoriæ Eccleſiaſticæ editio mandata fuerat a Clerico Gallicano, Socratem & Philoſtorgium cum duobus priſcis codicibus Romæ a Luca Holſtenio conferendos curaverat, & Valeſium ſecum Toloſam abducere fruſtra tentaverat, ut magna in re magno adjutore tacitus uteretur. Sed cum poſtea propter nimias occupationes ſuas huic ſe editioni vacare non poſſe animadvertiſſet; Petri Puteani literis incitatus, rogavit abſens per epiſtolam Antiſtites Galliarum, ut Henricum Valeſium ultro ſe ipſis offerentem ac humeros tanto oneri ſupponentem, ſuum in locum ſubſtituerent: quo doctior & magis idoneus ſuſcipiendo operi non poſſet inveniri. Epiſcopi Regni Francorum, qui anno MDCL. Luteciæ Pariſiorum erant congregati, lectis Montchalli literis, ejus conſilium ſecuti ſunt, & Valeſio curam atque onus novæ editionis priſcæ hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ad unum omnes una voce delegavere. Aſſignatæ ſunt ei in annos ſingulos libræ ſexcentæ: cui ſummæ ducentas libras anno MDCLXX. addidere. Secutum eſt triennium, Valeſio infelix ac infortunatum: intra quod temporis ſpatium tribus veterrimis & maximis optimiſque amicis privatus eſt. Quippe anno MDCLI. Jacobus Sirmundus, inſequenti anno Petrus Puteanus cuſtos Bibliothecæ Regiæ, anno demum MDCLIII. Dionyſius Petavius, virtute & doctrina clariſſimi ac eminentiſſimi viri deceſſere: quos Valeſius ſua quemque oratione laudavit, & eorum memoriæ extremum hoc & quaſi debitum munus exſolvit. Exſtant laudationes, ad quas lectorem remitto. De Sirmundo & Petavio in tranſcurſu dicam, cum ut ſolet doctis accidere, nonnunquam alter ab altero diſſentirent, alter etiam adverſus alterum ſcribere parati eſſent; Valeſium communem amicum amborum, hominem ab adulatione ac diſſimulatione alienum, libere quæ ſentiret dixiſſe; & licet utrimque traheretur, alterius probaviſſe ſententiam, alterius nequidquam repugnantis palam damnaviſſe: tam ſapienter denique, tam modeſte ac ſincere juvenem inter conſummatos ſenes de re controverſa, videlicet de Synodo Sirmienſi judicaviſſe, ut nihilominus utriuſque uſum amicitiamque retinuerit. Eadem ratione ſe geſſit in contentione Sirmundi atque Triſtani de nummo Hanniballiani

Regis

Regis, de Anaſtaſi, aliiſque. Cum in quibuſdam ab utroque diſſentiret; neutrum tamen libertate ſua læſit, neutrum offendit. Exiſtimabas tum tamen, mi Nublæe, non bene feciſſe Valeſium, quod ſuam de Anaſtaſi diſſertationem Triſtano adverſus Sirmundum ſcribenti publicandam dediſſet: quaſi Triſtani partes quam Sirmundi ſequi mallet, firmioreſque duceret.

Interea Valeſii opus procedebat: qui Euſebii Cæſarienſis Epiſcopi Eccleſiaſticam hiſtoriam, ejuſdem de vita Imperatoris Conſtantini libros IV. ac Panegyricum, atque orationem Conſtantini ad Sanctos cum IV. veteribus codicibus exacte contulit emendavitque, in linguam Latinam pari fide elegantiaque convertit, ac doctiſſimis commentariis ad priſcos Eccleſiæ mores ac ritus explicandos illuſtravit. His ſubjunxit IV. Diſſertationes: primam de origine & progreſſu Donatianorum, quos non ſervata lege analogiæ vulgo Donatiſtas vocant: alteram de Anaſtaſi, in qua Sirmundum & Triſtanum reprehendit: tertiam de Tranſlatione ſeptuaginta interpretum: ultimam de Martyrologio quod Romanum cognominavit atque edidit Roſweidus. Dum ſub prælo gemit Euſebius, Valeſius Julii Mazarini Cardinalis liberalitate auctus eſt, allatis ipſi inopinanti ſub finem anni MDCLVIII. libris mille quingentis: quod congiarium poſtea quotannis ad finem vitæ, tam vivo Mazarino quam mortuo ex ejus teſtamento percepit. Publicata eſt Euſebii hiſtoria anno MDCLIX. menſe Julio: quam Valeſius Archiepiſcopis & Epiſcopis Eccleſiæ Francicæ, quorum auſpiciis in lucem prodibat, Epiſtola ac Præfatione nuncupavit. Accepit poſtea ex nonnullis, melius atque adeo utilius ſe facturum fuiſſe, ſi Euſebium Julio Mazarino dicaviſſet; quod grati animi teſtimonium ab ipſo Cardinalis exſpectarat.

Anno MDCLX. rex optimus ac munificentiſſimus Henricum Valeſium, meque una in numerum Hiſtoriographorum ſuorum retulit. Utrique ſeparatis literis ſeorſum attributæ annuæ libræ mille ducentæ. Datum id (quantum ad fratrem attinet) novæ Euſebii emendatæque editioni; quantum ad me, Hiſtoriæ Francicæ XXV. libris plurimiſque obſervationibus illuſtratæ.

Anno Domini MDCLXII. ætatis LIX. Valeſius ſiniſtrum oculum amiſit, ſicut pridem amiſerat dextrum; & circiter tres menſes in cæcitate quantum fieri potuit diſſimulata permanſit: donec quidam genere Lingon, medicus ocularius, cataractam ab utroque oculo ejus amovit. Sed cataracta iterum pupillam dextram obtegente, cogitur ut prius uno oculo qualicumque eſſe contentus: cujus auxilio, quoties opus erat, ſubſcribere ſolebat, agnoſcebat etiam circumſtantes, & adnotabat ora, veſtes geſtuſque ſingulorum. Præcipue cum domi, tum etiam foris per vicos urbis, equis & carrucis ac bajulis onera tranſverſa ferentibus plenos, celeri pede, recto vultu ac toto corpore, confidentiſſime incedebat, ſine duce, ſine baculo: plane quaſi bene oculatus haberi vellet. Quin etiam cum antea foris famulum nunc lateri ſuo adjunctum, nunc prævium habere conſueviſſet: poſtea tale auxilium faſtidivit, nec aut præire eum aut lateri ſuo adhærere paſſus eſt: tamquam oculorum aciem recuperaviſſet, ac nullo amplius egeret auxilio. Quoſdam ex amicis vidi tam firmo & tam audaci hominis inceſſu deceptos, mirabundos, & quod de ipſius oculis audiverant, verum eſſe non credentes.

Anno Domini MDCLXIII. Ludovicus Rex, virtute, animo, fortunaque maximus, pro ſolita magnitudine cogitationum ſuarum, & pro innata ipſi bonitate atque cura literarum, doctis cum popularibus tum etiam externis late per Europam ſparſis liberalitatem exhibuit: quos inter Valeſius, curante ampliſſimo Colberto regii ærarii præfecto, III. Nonas Junii mille ducentas libras accepit: parem ſummam ad exitum vitæ ſingulis annis percepturus. Accidit tum mihi, ut quamquam minor, majori adæquarer fratri, & pari præmio donarer.

Tot proſperis ſupra vota confluentibus, uxorem ducere conſtituit. Amabat pridem puellam formoſam ac ingenuam Margaritam Caſnellam. Igitur anno MDCLXIV. pridie Kalendas Novembreis relicta domo paterna, in qua cum matre & fratribus habitabat, ædes conductas feſtinanter inſtruxit, ac ibi virginem XIV. Kalendas Decembris in matrimonium accepit. Annum primum & ſexageſimum tranſgreſſus tum erat. Fuere multi, etiam amici & noti, (quibus autem notus non erat Valeſius?) qui eum reprehenderent: fuere & qui veluti parum ſanum irriderent. Hos inter epigrammatarius ſenex, qui valde acutus ſibi videbatur, diſtichon triviale compoſuit, de cæco ſene uxorem ducente, ut ab ipſa duceretur. Quod ne in Valeſium dictum crederetur, idem poëtica licentia mihi & communibus amicis confidenter aſſerebat, epigramma multo ante has nuptias à ſe ſcriptum ac editum fuiſſe. Nimirum ſunt homines ad vituperandum atque damnandum quam ad laudandum multo natura proniores. Equidem Valeſium, ſi ſexaginta annis major ſibi neceſſarium credidit uxoris ſolatium, ſi confidere & ſe ac ſua committere conjugi quam famulis maluit; ſi menſæ ac lecti, vitæ atque fortunæ fidelem ſociam habere, ſi ſolitudinis tædia finire voluit; Valeſium inquam nihil inuſitatum feciſſe, nec propterea carpendum aut traducendum judico. Factum multis maximorum & ſapientiſſimorum virorum, veterum ac recentiorum exemplis defendi poteſt. Solet fieri: fieri licet. Habuit Valeſius, quos ſequeretur: habebit qui imitabuntur. Vulgare proverbium eſt, ejus qui valeat annos numerari non oportere. Senex quidem erat Valeſius, quum uxorem duxit: ſed erat vegetæ ac viridis & incipientis ſenectutis; ſupra ætatem robuſtus erat, proſperrima valetudine utebatur; intra annos undecim ac menſes fere ſex, ex conjuge ſeptem liberos tulit, quatuor mares, tres ſexus feminini; maritus ſtudiis vacavit ut cælebs, dictavit ut cælebs, mutua cum amicis officia exercuit ut cælebs; magnum lienis dolorem quo tandem conſumtus eſt, diu fortiter tulit. Quid amplius juvenis facere potuiſſet? At male oculatus puellam formoſam duxit! Oculis Valeſii nil jam metuendum erat, cum altero pridem captus eſſet, altero tam maritus viderit quam cælebs. Puellam venuſtam duxit! An melius & prudentius facturus fuit, ſi anum deformem duxiſſet? formoſam ſibi conjunxit, ut eam magis & perſeverantius amaret; puellam, ut ex ea generaret heredes, quos ab anu exſpectare non potuit. Nam matrimonium liberûm quærendorum cauſa contrahitur. Puellam inquam accepit, ut ea obſequentiore uteretur, ut quaſi tenellam arbuſculam flecteret, qua vellet, vel quaſi mollem ceram pro libitu duceret atque formaret. Vetulis quippe virginibus nihil durius & intractabilius, nihil pervicacius, nihil morum

plerumque

plerumque peſſimorum tenacius, nihil ridicula prudentiæ affectatione putidius poteſt reperiri. Quare non Valeſius, ſed ipſi cenſores qui eum damnaverunt, riſu digni fuerunt atque damnandi.

Poſt ductam uxorem nihilo ſegnius ſtudebat Valeſius, libroſque componebat. Socrates & Hermias Sozomenus Scholaſtici ſeu Advocati à Conſtantini Maximi profeſſione Chriſtianæ religionis ad ſeptimum decimum Conſulatum Theodoſii junioris Aug. centum & viginti octo annorum hiſtoriam perduxere. Hoſce ambos ope priſcorum codicum emendatos, in ſermonem Latinum tranſtulit, & doctis adnotationibus expoſuit. Adjecit & tres libros obſervationum; unum de rebus magni Athanaſii Antiſtitis Alexandrini, alterum de Pauli Conſtantinopolitani Epiſcopi exſiliis ac reſtitutionibus, tertium ultimumque de ſexto Canone Concilii Nicenſis. Hunc ſecundum hiſtoriæ Eccleſiaſticæ tomum Ludovico Francorum & Navarrorum Regi maximo ac Chriſtianiſſimo dedicavit anno MDCLXVIII. obtulitque. Tertio obſervationum libello Johannes Launoius Theologus, adverſus quem ſcriptus erat, utcumque cavillando reſpondit: quam defenſionem Valeſius ſibi legi noluit, affirmans conſumtam eſſe materiam, & perſuaſiſſimum habens, ſua ſcripta ab Launoio nulla ratione refelli poſſe atque convelli. Supererant corrigendi, transferendi, exponendique Theodoritus Epiſcopus Cyri, & Evagrius Scholaſticus, ut totum veteris Eccleſiaſticæ hiſtoriæ corpus, uſque ad annum natalis Domini DXCIV. Mauricii Tiberii principatus duodecimum, uno ſtilo, pari fide elegantiaque converſum haberemus. Quod anno demum MDCLXXIII. factum eſt: quum Theodoritus & Evagrius, unaque excerpta è Philoſtorgio & Theodoro Byzantio Lectore prodierunt in lucem, cum accuratis adnotationibus, & duobus obſervationum Eccleſiaſticarum libris: quod opus Valeſius I. B. Colberto illuſtriſſimo literarum fautori nuncupavit, ut eſſet ſuæ erga ipſum obſervantiæ gratique animi perenne monumentum. Sacræ hiſtoriæ Græcis auctoribus Latinos, Sulpicium Severum, Turanium Rufinum, Caſſiodori Senatoris hiſtoriam Tripertitam, Liberatum Diaconum, nonnulloſque alios cum priſcis membranis collatos, & opera ſua emendatos commentariiſque expoſitos adjungere conſtituerat, ſi ei diutius vivere contigiſſet. Prætereo carmina, quæ ex occaſione compoſuit: qualia ſunt, Soteria pro Ludovico Magno Rege Chriſtianiſſimo, verſibus hexametris ſtilo Horatiano anno MDCLXIII. condita: item inſequenti anno lucubrata, ad Regem de victoria ejus Maurica & Turcica ode elegantiſſima.

Hi ſunt libri quos ſcripſit atque publicavit. Sed multa in ſcriniis volumina moriens reliquit, partim abſoluta, partim imperfecta: quæ cum in manus meas non venerint, à me indicari commemorarique non poſſunt. Nota poſteris faciam ea, quæ recordor. Inprimis ſuis ad Ammianum Marcellinum, & ad totam hiſtoriam Eccleſiaſticam adnotationibus multas obſervationes addidit, nova editione digniſſimas. Quod ad Ammianum attinet, Blavius Batavus typographus eum hiſtoricum editurus erat, & de numero exemplarium cum Valeſio convenerat: ſed bellum repente ſuperveniens omnia editionis in hoſtico conſilia diſcuſſit. *De legibus Atticis* ſcripſit Valeſius: & jam opus ſuum edere parabat, quum eſt à Samuele Petito Nemauſenſi prævertus, qui de eadem materia opus ingens Luteciæ typis imprimendum curavit. De Critica, quæ pars eſt Grammaticæ utiliſſima, volumen compoſuit, ſed non abſolvit: in quo enumerat, qui ſint à veteribus critici appellati. Ariſtotelem etiam, Philoſophorum facile primum atque doctiſſimum, Criticum eſſe cognominatum docet. Heic notetur, quod non ſemel obſervavi, ab his qui patria lingua verſiculos factitant, aut ſoluta oratione aliquid ſcribunt, viros doctos & antiquitatis ac linguarum peritos contumeliæ cauſa *criticos* appellari: quos nimirum ineptiarum ſuarum cenſores, & inſcitiæ ſuæ judices metuunt ac averſantur. Valeſius ipſe cum jaceret in lecto, & intra paucos dies moriturus falſo crederetur; mihi opera ſua commendans, aſſerebat ſe Libanii ſophiſtæ orationes quindecim, ad hiſtoriam pertinentes, ex priſcis membranis eruiſſe, ac in linguam Latinam convertiſſe, commentariiſque expoſuiſſe. At ipſo mortuo, Græcas orationes Libanii quatuor tantum aut quinque, ac ne eas quidem hiſtoricas, in Latinum ſermonem tranſlatas, ejus in ſcriniis reperi: ceteras, ſi quæ ſunt, haudquaquam vidi. Multa in veteres auctores, claſſicos vulgo dictos, eximia Valeſium obſervaviſſe, communes amici, Aimericus Bigotius, Hieronymus à S. Bova, & Johannes Cotelerius, viri clariſſimi doctiſſimique aſſerunt: quæ digerenda in ordinem, & Miſcellanea vel Collectanea inſcribenda eſſe, mihi ſuaviſſimus Bigotius poſt fratris obitum ſcripſit. Sed hæc mihi videre, & ſcrinia ejus excutere, ac evolvere quæ ibi latent non licuit. Iſta omnia magno Reipublicæ literariæ damno haud dubie ſunt peritura, aut fraude intercipienda vel ſupprimenda: niſi à viro aliquo non minus probo quam docto ſecernantur quæ jam ſunt edita, & quæ ſupervacanea ac inutilia videbuntur; reliqua autem quæ ſunt inedita, diligenter emendentur digerantur que, ac bene ordinata auctoris nomine vulgentur. Alioquin ſcripta Valeſii in manus indoctorum hominum venient: qui nec etiamſi maxime voluerint, eis uti ipſi poterunt, nec alios etiam uti patientur. Et hactenus de libris Valeſii.

Poſt editam totam Eccleſiaſticam hiſtoriam vix novem menſes effluxerant, quum circa menſem Martium Valeſius in morbum incidit: quem ipſemet initio contempſit, & celeriter ac facile ſanari poſſe credidit, propterea quod eum variantem, & nunc graviorem, nunc leviorem, interdum etiam velut ex toto decedentem videbat. Sed poſtea cum in dies dolores accreſcerent, animadvertit totam vim morbi in lienem proximaſque partes corporis prorupiſſe. Tum fere quotidie, interdum etiam intra unum diem non ſemel magnis & acutis doloribus cruciabatur, ita ut ſæpiſſime ejulare & clamare cogeretur. Sublato ad tempus dolore, ſtatim redibat ad ſe ſe: alium crederes: cum ſuis, cum amicis colloquebatur; ambulabat modo domi, modo etiam foris; ſtudebat quoque ac dictabat; petebat Eccleſias, & omnes Chriſtiani partes implebat. Sic biennium ac duos menſes conſumſit. Jamque melius ſe habere, & veris beneficio convaliturus putabatur, quum ſubito ingraveſcente vi morbi tandem ſuccubuit, & peractis quæ virum pium atque Chriſtianum facere oportebat, Nonis Maii anno Chriſti MDCLXXVI. exſpiravit, cum ſæpius intra horas quatuordecim ore cruorem effudiſſet. Tanta quidem ei fuit ad extremum ſpiritum animi præſentia, ut circumſtantes alloqueretur, reſponderet interrogantibus, & cum Presbyteris Deum precantibus preces ſuas jungeret.

ret. Vixit annis duobus & ſeptuaginta, menſibus octo, biduo minus. Elatus eſt modica pompa funeris, maxima doctorum frequentia: ſepultus eſt in Campenſi Baſilica S. Nicolai, in monumento avito. Ex ſeptem liberis quos ſuſtulerat, moriens tres filios ſuperſtites reliquit, maximum natu Hadrianum, quem rogatus à patre infantis, de ſacro fonte excepi, & cui meum Hadriani nomen dedi; Henricum, & Carolum: è quibus Hadrianus duodecimum annum agit, Henricus XI.

Heic referenda ſunt aliqua, ſuis locis prætermiſſa, quoniam quibus ſingula annis contigerint, meminiſſe non potui. Choræ Abbas, re & nomine Amabilis Burzæus, cum viris doctis de ſacra ſcriptura & de veteri Eccleſiæ diſciplina ſtato cujuſque hebdomadis die domi ſermones habere concupivit, favente votis ejus Colberto; & primum, aut unum de primis Valeſium invitavit, uti his collationibus, quæ tamen paucis menſibus duraverunt, intereſſet. Interfuit igitur unus pæne inter Presbyteros ac Theologos laicus, inter togatos palliolatus, & interrogatus, docte ac graviter ſententiam dixit. Ipſe mihi narrabat, ibi ſe aliquando longo ſermone docuiſſe, viros bonos ac pios, *filios Dei*; malos atque impios *filios hominum* in ſacris libris appellitari. Idem Abbas, inter tres de una juris Canonici cathedra Pariſiaca contendentes, propter diſſenſionem Profeſſorum judex ab ampliſſimo Colberto, Mæcenate ſuo electus, aſſeſſorem ſibi præ ceteris Valeſium noſtrum adjunxit, & poſt auditas ſingulorum competitorum orationes ac diſputationes publicas, de concilii ſententia digniori vacantem cathedram adjudicavit. Emendandis amicorum ſcriptis non parum temporis Valeſius rogatus impendit. Inprimis, ut leviora omittam, quoſdam rerum Byzantinarum ſcriptores Græcos à Combefiſio Dominicano repertos, & in linguam Latinam converſos, curante Carcavio ſedulo relegit, correxitque ac illuſtravit notis: quos hiſtoricos diligentiſſimos & maximi faciendos, ac digniſſimos eſſe qui ederentur, non ſemel mihi affirmavit. Præterea Græcos auctores Mechanicos, è bibliotheca Regia à viro clariſſimo doctiſſimoque Carcavio, ejus cuſtode erutos, in Latinum ſermonem tranſtulit, ut eſſent cui tum parari dicebantur editioni maturi. Diebus Lunæ poſt meridiem huic interpretationi vacabat, legente codicem ac dictata excipiente Cotelerio.

Nunc de moribus ac de interiore vita hominis pauca dicenda ſunt. Quod ad pietatem pertinet, Valeſius ſolemnes dies feſtos, Paſcha, Pentecoſten, Aſſumptionem S. Mariæ, feſtum omnium Sanctorum, & Natalem Domini, raro elabi paſſus eſt, quin a Presbytero pœnitentiam & ſacram communionem acciperet. Dominicis ac feſtis diebus, quoties ei per oculos & per valetudinem licuit, una cum populo Baſilicas frequentavit. Ante annos tres vel quatuor quam decederet, quoties feſtis diebus morbo vexatus, domi ſe tenere cogebatur; Bernardi Claravallenſis Abbatis Sermones ab anagnoſte ſuo ſibi legi jubebat, attenteque eos audiebat, & avidis auribus hauriebat. Quippe exiſtimabat, & amicis etiam dicere conſueverat, dies Dominicos ac feſtos Dei laudibus, non ſtudiis literarum impendi oportere: Sermones autem Bernardi quibuſlibet veterum Patrum cum Græcorum tum Latinorum homiliis ac Sermonibus multo eſſe ad excitandam in animis noſtris accendendamque pietatem aptiores. Id notandum duxi, propterea quod religio & exacta dierum feſtorum obſervatio raro creditur in eruditis reperiri: de quibus joci cauſa dictitant: *ſtudere, Deo ſervire eſt.* Presbyteris magnum ſemper honorem habuit. Hoc nonnumquam amicis ſanus, hoc Presbyteris ipſis adſtantibus moriens aſſerebat, Presbyteros ſummæ ſibi ſemper fuiſſe venerationi. Adeo verum eſt, quod ait Symmachus, *qui bona fide Deum colit, hunc amare & Sacerdotes.*

Erat ſomni plerumque alti atque diuturni, ac ne inter tonitrua quidem tempeſtateſque deſerentis: matutinum tempus ſtudiis impertiebat: poſt meridiem & prandium audiebat aliquid & dictabat aliquando, ſed non diu. Nox ſtudiis eximebatur. Vigilias enim pati non poterat, nec umquam niſi extraordinaria aliqua neceſſitate coactus lucubrabat. Plerumque ſolitudine ac ſecreto delectabatur, ut quæ legerat aut ſcripſerat, ſcripturuſque erat, ſecum tacitus meditaretur ac veluti ruminaret. Negabat enim ſine meditatione utilem eſſe lectionem. Quare & amicis ipſum quærentibus haud raro dici jubebat, ſe domi non eſſe. Hac contentione animi tot iſta ac tanta volumina peregit. Cum eſſet igitur, ita ut docui, ſtudioſus ac laborioſus, nihilominus tamen dictitabat parum ſe ac pauculis horis ſtudere. Tantopere libris evolvendis ac componendis intentus, nihilo ſegnius rei familiaris curam agebat: quam non ſervare ſolum parcimonia, verum etiam omni bono modo augere conabatur. Libros ſuos non libenter amicis commodabat, præſertim indoctis, quibus nulli uſui futuros ſciebat, cum his ipſe carere non poſſet. Plagiarios, quales inter eruditos ſunt plurimi, plurimum oderat: & ſi qui obſervationes ſuas fraude aliqua, aut ſe inconſulto nec permittente, ſibi vindicaviſſent, libriſque ſuis inſeruiſſent, plane iraſcebatur & querebatur palam. Quin etiam ſi vel leve aliquid ad literas pertinens cuiquam dixiſſet; in voluminibus editis aut rem totam ſupprimi atque præteriri, aut gratam ſui mentionem fieri volebat, & ſe inhonoratum tranſmitti, ac honore qualiſcumque obſervationis fraudari indignabatur. Suum quidem eſſe, quod ſibi aliquando viſum eſſet ac veniſſet in mentem; res autem ſuas ubicumque aut a quocumque interceptæ eſſent, jure ab ſe repeti poſſe arbitrabatur. In quo ſane accidit aliquando, ut amicos & quoſvis alios eruditos ſcriptores falſo ac ſine cauſa ſuſpectos habeamus, accuſemuſque plagii. Quis enim quantumvis doctus negare auſit, id quod obſervavit, aut à nemine antea obſervatum fuiſſe, aut ab aliquo alio ſibi incognito eodem tempore obſervari potuiſſe? Ita de ſui ſimilibus judicare, eſt hominis aut nimium ingenio ſuo confidentis, aut nimium diffidentis alieno. Parcus erat ſermonis, parcus & laudum: & niſi ſi quid amicitiæ dabat, (quod rarum erat) pauca ætatis ſuæ probabat ſcripta, pauca laudabat: quod non multa laude digna aut multi æſtimanda edi videret; laudari autem ac magni fieri nefas duceret, quæ laudem & gloriam minime merebantur. Cum de alienis operibus tam libere judicium ferret, ipſe in libris ſuis aliqua reprehendi haud æquo animo patiebatur: non tam quod quemquam contemneret, ut ingenio inferiorem atque doctrina, aut ſe unum ceteris omnibus anteferret; quam quod intolerabile judicaret, indoctos de rebus ſibi ignotis audacter & impudenter ferre ſententiam, & palam ea improbare ac maligne damnare, quæ

non

non intelligerent. In re, seria, in lusu etiam (nam juvenis non raro nec male aut infeliciter lusit) si qua esset orta contentio, omnes sibi, nemini ipse cedere volebat: volebat vincere, vinci nolebat, quæ pervicacia paulatim provecta ætate deferbuit. Nimirum, ut ait Tullius in libro de Officiis, *in elatione & magnitudine animi facillime pertinacia & nimia cupiditas principatus innascitur.* Quum prospera valetudine utebatur, fratres & propinquos suos, si forte ægrotarent, morbis obnoxios, infirmos, lecto gaudentes appellabat, ac sui dissimiles esse dicebat. At si ipse in morbum incidisset, clauso undique cubiculo nec lumen, nec amicos, ac ne proximos quidem admittebat, sed in solitudine & silentio permanebat, ac modo dolores suos ejulatu ac clamoribus, modo febrim crebro atque sublimi anhelitu testabatur, ita dolorem levari, febrilem ardorem minui ratus. Postquam autem convaluerat, velut præteritorum oblitus, leve ac contemnendum fuisse quidquid tulisset, aiebat: vix ac ne vix quidem ægrotavisse videri volebat: molestus ei erat, qui mentionem morbi faciebat; gratissimus contra, qui de prospera ejus ac juvenili valetudine, de viribus mirabundus loquebatur. Natus annis septuaginta, nec sibi ipse videbatur senex, nec aliis videri volebat, qui mala & incommoda senectutis nulla sentiret. In literis quas ad eum miserat Gronovius Gronovii filius, longam & felicem senectutem ei precatus erat. Senectutis nomine offensus est Valesius, epistolamque ceu à juvene juveniliter & inepte scriptam projecit; tamquam sibi dedecus aliquod falso exprobraretur. Id mihi post, sed ridens referebat: ita ut appareret ipsum in se postea descendisse, & annorum suorum magis quam firmæ valetudinis & virium habita ratione, dictum Gronovii probavisse. Adjiciebat insuper, ante acceptas hasce à Gronovio literas, se de senectute sua numquam cogitavisse.

Hæc sunt quæ de Henrico Valesio fratre meo scribenda duxi: non ut libello meo quidquam gloriæ ejus adderem, quem abunde sua scripta commendant; sed ut in ipso reperiant eruditi atque studiosi, quod imitentur.

At tu, mi frater, (extremum te alloquor,) si qua etiamnum tibi supereſt memoria rerum humanarum; si qua te adhuc tangit cura operum & scriptorum tuorum; hoc à me habe supremum munus: hoc elogio, qualecumque & quantulumcumque est, hoc honorifico testimonio contentus esto. Hoc à me accipe, quod forsitan ne exspectaveras quidem, religiosum fraterni amoris monumentum. Tu me ut nascendo, sic & moriendo præcessisti: nunc exspecta, simul ac Deus jusserit, secuturum; ut qua in terris potiri non possum, felicitate fruar tecum in cælo.

Hoc à me, Valesi, supremum munus habeto:
Quo bene te meritum frater honoro libens.
Accipe sinceri monumentum & pignus amoris:
Quod tibi me præter nemo daturus erat.
Regibus exstruxere alii sua Mausolea:
Clarius est, mea nunc quod tibi dextra facit.
Marmora Pyramidum consumsit tempus: in illum
Quem statuo tumulum nil sibi juris habet.

VARIANTES

VARIANTES LECTIONES

E Codice quondam MERICI CASAUBONI, nunc autem V. C. JOANNIS JONES.

C. Codicem Domini CASTELLANI *Epiſcopi cum noſtro collatum denotat.*

Pag. Lin. hujus Edit.

5 22 Ἐγὼ δὲ, τὴν μὲ ἐμαυτῇ δύναμιν τῷδε τῷ ἔργῳ σταθμώμενος.
Ib. 25 Μείζω ἢ καθ' ἐμαυτὸν
6 12 τῶν σφετέρων πεπραμένων
Ib. 24 χρείας ἦν ἔμπλεα
7 42 ἔκκοψον αὐτὸν
8 16 παντοδαποῖς ἀσκήμασι ἀγαθοῖς
Ib. 18 τῆς ἀρχιερατικῆς ἠξιοῦτο
Ib. 29 καὶ μετὰ τήνδε τὴν αὐτόμολα τὸ Ἀρείου
9 19 ἀφαρπάσαι C.
10 22 &c. ἐς ἡμεῖς παρωψηθὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξηλάσαμεν, ὡς σφαγὴν ἐσκευωρήσεως Χριστοῦ τὴν θεότητα σμικρύνοντας.
Ib. 33 τῶν ὑπ' αὐτῶν ἠπατημένων
11 18 ὥς φασιν
12 4 ὁ θεῖος λόγος δεικνύναι ἀλλήλων
13 6 ἀριθμεῖσθαι
Ib. 22, 23 ἔχοντα τὴν σφάγιον
Ib. 33, 34 μὴ προσηνέστερον λέγειν
15 5 δι' αὐτοῦ τοῦ φύσει
Ib. 22 ἀμετάπλωτον
21 8 τὸ τοιοῦτο κατὰ
Ib. 13 ἀπερεφόμενοι
22 5 τὴν συγγραφὴν
Ib. 15, 16 σφᾶς παραγρεύεσθαι σε
23 12 Ἀναβαρζοῦ
24 4 καθεκαθῶν τῇ γραφῇ
Ib. 6, 7 οὐ δύο διῃρημένων
Ib. 18 ἀπὸ τῆς ἁγίας γραφῆς
28 4, 5 ὁ ἐπὶ πάντων ἀναγνωσθὲν
Ib. 14 ἀπαγορεύσει μὲν καὶ ἀναθεματίζεσι
Ib. 17 τῶν δὲ σφέτερον
Ib. 20 Διαφόρως
30 14 οὐ κατέλιας ὄντες
Ib. 18 σφὼ αὐτῶν ἐγγὺς
Ib. 27 συγγραφέας ἔγνωμεν
32 16, 17 μυστικωτέρας χειροτονίας βεβαιωθέντας: desunt in quibuſdam codd.
34 34 τοῦ οἰκείων ἔθους
35 12 ἀνεξόμεθα
Ib. 14 σὺν μηδεμίᾳ σφαγῇ
Ib. 41 κατὰ τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν
37 39 τὸ τῆς ἀληθείας
38 44 συμφωνεῖν
39 19 ἐδαπάνιζέ τε ὁ λόγος τὴν διάνοιαν
40 2 κατὰ πάντα τρόπον ὁμοιοῦσθαι
42 41, 42 ὑποκεινόμενον
43 32 καὶ ἐξαίφνης κατὰ
49 10 Θεόγνις
51 13 μετὰ Θεόγνιδος
52 16 Θεόγνις
53 15, 16 τὰ τυρευθέντα μὴ παντάπασιν ἄγνο—
57 23 σὺν τούτῳ
Ib. 40 pro ἐπαράτους σοῖς, legit τοῖς παρὰ τούτοις
Ib. 48 τὸν τοῦ Θεοῦ
58 3 τῆς θείας εἰρήνης
Ib. 13, 14 ὅπως ζῶν ἔξεις
Ib. 14 δεσπότην πατέρα ἵλεω
Ib. 17 ἐγχειρίζω
60 27 Θεόγνις
63 37 Θεόγνιδα — & ſic in ſeq.
65 34 πιστευτέον
69 16 τὸ σφέτερον
71 23 ὁ πρεσβύτερος

Pag. Lin. hujus Edit.

Ib. 8 σκεύη χαφέντα τῶν σωτηρίων κοινῶν
72 24 σφὶ τῆς ἰδίας φυγῆς
73 5, 6 ὁμογνώμονα τούτων αὐτῶν ὑπειληφότες
Ib. 29 θείοις δόγμασιν
75 41 διὰ τὴν τούτων συκοφ —
76 13 Θεόδουλος φέρων αὐτῶν
82 4, 5 ἀδὲ διὰ τὴν διαφορὰν
83 27, 28 ὑπὸ τὴν ὑπάρειαν
85 8 τὰ τούτων παραν —
86 16 καὶ ἐλθεῖν σφᾶς
88 26 ἐπιτύχῃ τὴν ἐκκλησίαν· ὃς ὠμότερον
89 44 ἐφυλάδευσαν δὲ ἐπισκόπους
90 1 Ἀχαὰμ pro Ἀχαὰβ
91 32 σφαιρέσεως καὶ πολιτίας εἰσὶν
Ib. 39 Ἀντάραντος pro Ἀντάραδος
Ib. 45 πεποιήκασιν οἱ δείλαιοι
93 11 σωφρήσαντο pro ἀπήτειλαν
96 2 ἱκετηρίαν
100 12 ἀναχωρήσαντες
Ib. 16 τῆς εὐσεβείας σὺν ἀπεκρινόμεθα
Ib. 17 τῇ σῇ εὐσεβείᾳ ἀνενεχθῆναι σύντιλ —
Ib. 37 διαδεξάμενοι
101 2 ἀνέχοντας
Ib. 37 ἐμφέρεσθαι
103 14 μέχρι τοῦ διωρθωθῆναι
Ib. 27 διηνεκεῖ τελειότητι
105 34 τὴν αἰτίαν τῆς ἐκτομίας
107 23 τὴν διαφθορὰν εἰσδ —
111 17 δεξάμενοι
Ib. 19 ἀνοσίων
114 15 &c. εἰ δὲ ἐπιμένοιεν ἀμετάβλητοι τολμῶντες, καὶ φιλίαν ἀνθρώπων τῶν κανόνων τῆς ἐκκλησίας καὶ τὸ σφὸς ἡμᾶς φιλίας σφᾶς μὴ σπάσαντες, τότε &c.
Ib. 46 ἐκπίθαι
116 42 τὸ τέλμα διευξηραν θῆναι, καὶ
Ib. 45 πίσσης εἰς τὴν πόλιν εἰσπέναι
136 23 τὰς ἀγαθὰς ἀνταδόσεις
140 45 εἰς νοῦν βαλὼν
148 30 τὴν ἐκτεθεῖσαν ἐν Νικαίᾳ
160 29 τοῦ Μάνητος τολάνης
162 6 ἐγχειριμβριμένους
163 34 ὠμωμοσμένων
164 24 σὲ μὲν καπνοῦσιν
166 22 πολυθρύλητον pro πολίχνιον
167 30 εισφορὰς εἰσπράττειν
169 2, 3 τὰ τῆς Θηβαΐδος — πολιχνια
Ib. 31 Θεὸν ἱκετεύσειν ἀπελᾶσαι
175 10 ἀπὸ τῶν μυκτήρων
177 9 σφαφάτῳ τόλμῃ ὁ ἀλιτήριος σέβειν τολμᾷ Θεὸν.
178 9 σὺν ἀδύναμον
179 44 ὀρανῷ
180 9 ἡμῖν κομίσας
182 14 ἀναχθῆναι τὸν θεῖον
Ib. 29 ὁ δὲ φωνῶν ἦκεν
189 18 συναμολογησάτω & mox παρηνεστάτω
190 4 Βετζανίων
199 6 ὁμοπίμων καὶ ὁμοφύλων
204 6 ἐπόμβρ
205 25 συναρέσκειν ἦν μόλις
208 22 ὅμως ὑμεῖς μεμνημένοι
Ib. 43 ὃς καὶ ἐν ἡμέρᾳ

Pag. Lin. hujus Edit.

212 32 forſan legend. ἠπατημένος καὶ ἠγόμην
216 39 ἐπισῆναι
222 23 ἐφ' ὕψους κειμένῳ αὐτῷ κῆσαι—
227 40 ταύτης ἅπαντος
232 46 καπεπλάγησαν ἅπαντες
249 30 ἀπαθανατίσει
250 20 τε κὴ διαχ—
250 26 καθαγκωνισάμην
Ib. 41 ὁμοφώνως
Ib. 45 ἀπθέμην
252 30 τὸ λεγόμενον δια —
Ib. 30 ἀδὲ τῷ Καισαρείνῳ
Ib. 35 ἐν Ἐφέσῳ τρίτῳ
253 6 ἀπολογούμενος δεικνύει C.
Ib. 23 τόπον τοῦ ἐπισκόπου C.
256 7 ὅπ δὲ C.
Ib. 16 ὑμῶν C.
Ib. 39 ἢ κὴ παχ— C.
257 2 ἵνα χάρ φησι
Ib. 3 ἡ ἀδύναται συμπλ—
260 14 ἐπὶ τοῖς ἀρχθεῖσι
Ib. 17 δοκιμασίας
263 18 οὐδεὶς οὐδ' αὐτῶν τῶν C.
265 11 τὰς ζητήσεις τὴν
Ib. 35 δοξολογῶν C.
267 34 εἰ μή γε ὅσοι C.
268 14 καταλιπάσης
270 3 δὲ κὴ φησὶ
271 18 ἁγίων αὐτῷ πνι——
272 8 σὺν εὐαγεῖ
Ib. 28 διαφθῆναι
272 39 κὴ τὰ πολλὰ
276 17 καθαλειπτέον
277 19 ἀπεκμάρτυ
279 9 παραστώσασα, mox lin. 11. χαίρουσι pro χαίνουσι C.
Ib. 25 μεθαχωρήσασθαι C.
281 12 ἃ μὲν ὑπὸ τοῖς C.
Ib. 29 πεθέαντας
282 25 ἄλλῳ μὲν οὖν ἄλλο τι ἐπιπροέχθη,
Ib. 42 συμφορέμενα
285 27 ἰδὴ C.
287 47 ὑμῶν C.
Ib. 49 ἐφ' ᾧ τά τε
291 49 ἀκριβείας τε κὴ ἐπιμελείας
297 16 καμῶν C.
299 36, 37 ἐνεργῆντα C.
Ib. 41 ἐπ' αὐτὸν C.
300 5 ὠμῶς C.
301 38 κὴ αὐτὰ μὲν C.
302 1 ὁ ἐπὶ
305 27 μέλη pro τέλη
Ib. 27 ἐπιμελήσασθαι δὲ τῶτον C.
306 13 συππὸς C.
307 7 ἐτύγχανεν ὢν C.
Ib. 29 καταλιπάμενον
308 21 ἐς Ἄλωνας C.
309 20 σφὸ αὐτῷ
310 42 τήν τε γεγ—
312 10 ταύτας ὑπογράψαι
313 2 ὧν κὴ ἐρῶ—
315 16 εἶπον C.
Ib. 51 παρὰ τῶν τῶν ἀρχόντων
316 21 παρακαλέσας
Ib. 41, 42 Ἰχνελίωνος καὶ αὐτοῦ διαχόνε C. ut & Valeſius legit, etſi aliter typographus Pariſ.

318 9 κὴ

317 9 καὶ ἐπὶ—
318 1 ἀκοινωνησίαν
319 38 αὐτοῖς ἔνια C.
Ib. 39 τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοσεβεστάτῳ. duas posteriores voces, quas interpretatus est Valesius, omisit ejus typographus. mox λειτουργῷ C.
320 49 μὲν καὶ ἑαυτὰς C.
321 30 ἐκπεθῆναι C.
Ib. 34 πλευταῖον C.
Ib. 42 τόκα ἦκον C.
322 1 τὸ μὲν αὐτῷ C.
Ib. 20 φύσις μὴ τῆς τῶν
Ib. 38 πάντας ὑμᾶς C.
326 9 παρόντων τῶν ἀρχ—
328 4 γάμους ἐς ἑτέρᾳ C.
333 12 ἐκ οἰκειούμενος
336 20 συμβόλαι C.
Ib. 36 ἱερέων C.
337 44 συνοδικῶσαι C.
339 4 ὑμετέραν C.
340 10 ἐκπεπλωκὼς
355 15 ἤρκεσεν ἂν C.
356 23 μηδενός τι C.
359 11 ἀνασειρίζειν C.
360 37 Μάρσον τι αὖ C.
362 15 κινεῖ
365 5 ἐθήρευσεν ὁ βασιλεὺς C.
367 23 Ἰοβιανὸς ὁ Βοσρῶν pro Ἰκλιανὸς
369 18 Θεοδώρᾳ ἐς Ἰωάννης
Ib. 33 ἐπηνέχθη
371 3 Μέγιστον δέ τι τῷ C.
Ib. 24 ὁ τῷ λόγῳ C.
Ib. 38 βοᾷν, ἐς πάσας εἶναι C.
375 8 Κωνσταντίνος. mox lin. 10 Κωνσταντῖνον
377 1 Παρπίναξ τε καὶ C.
— 7 Αὐρήλιος
— 12 ἐπιβουλεύμασι C.
— 38 ἐθελοκακῶν C.
378 7 μὴ πολὺ C.
— 8 διεπειν
379 7 ὥσπερ Ὑπάτιον ὑπαντήσαιεν C. ὑπαντήσειαν al.
381 6 πρὸς ἀνάγκην C.
385 9 περιβάλλεσθαι pro περιβάλλεσθαι
— 29 ἐπὶ πλεῖον δὲ τὴν πειθοῖ C.
387 11 ὡς ἔπι
389 3 ἐπειδὴ C.
— 9 Ἀλαθαμβούων pro Ἀλβλεύων
391 11 διδυμίνην pro διδυμίνη C.
— 23 πόλις τῶν Ὄσρ—
— 26, 27 ἀπολίσαι C.
392 2 πλείαν C.
— 34 μὴ abest à C.
395 1 ἐπιδοῦναι C.
396 21 ἐς Καβαώνλω
— 25 ἐκστρατεύεσθαι Βανδίλας ἐπύθετο C.
397 11 ἐκάθαιρον pro καθήρουν C.
399 7 Μελίμερα C. sic & mox lin. 24.
400 1 pro Ἰασπιανὸς—Ἰκλιανός.
— 18 τῶν ἑαυτοῦ χρόνων C.
401 3 ἀναγεγράφη C.
403 8 ὡς οὕτω τὸ C.
— 27 παρεσπονδεῖσθαι C.
404 46 ἄμφω τὼ χεῖρε C.
405 25 Αὐχάρα. & sic deinceps.
406 17 βαθύζον ἐγγὺς εἶναι τῇ C.
— 22 καταχάγοι C.
410 5 πολλοῖς τε συν—C.
412 23 δειλίας τι καὶ φόβων ἔγγονοι
— 25, 26 τῷ κυανέῳ φημὶ C.
413 10 καταλαβὼν
— 13 pro ἄχι habet ἀκὴ C.
417 6 καὶ ταῦτα μὲν C.
419 20 καὶ ὡς καὶ μετὰ C.
421 3 pro Χριστῷ habet Θεῷ C.
422 13 ὑδλικτον
427 19 Οὐ μετὰ πολὺ δὲ
431 12 ἐπισημήναντο C.
— 14 καὶ τὰ κατὰ τὸν C.
433 36 Ἰουσίνου ϖϑσκαθημένης, καὶ &c.
434 21 καπιλήφῃ C.
437 7 ζωγρήσαις
438 7 τῆς τοσαύτης ἀρχῆς C.
440 15 πολὺ χρόνου.
441 12, 13 ἵππων τε τοσαύτης καὶ τοιαύτης
— 30 σὺν αὐτοῖς φορτίοις
— 35, 36 μήτε μὴν αὐτῷ C.
443 5 Βόνες pro Βόνασος C.
447 38 σκηνητῶν Ἀραβῶν C.
448 19 προαγαγόντες C.
— 31 βασιλείαν αὐτῆ
449 6 συναιρομένης C.
453 21 pro ἐς βασιλίας habet ὡς βασ-C.
457 35 ἐπιπλακῆναι C.
459 31 ἢ μόνων C.
460 37 pro βασιλεὺς Ἀνδρίαν habet βασίλειον ἄνδρα C.
461 16 πρὸς ὑμᾶς C.
462 9 παρελθήσῃ Ἀβμαρτανόντων.
464 13 παρακαθήσας C.
469 9 καὶ ὄντως συνεῖδεν C.
470 24 κώμας C.
471 14 κάλωνας τοῦ ὄρους C.
564 19 ἔκπισε
565 8 πυθόμενος θάνατον C.
— 31 οὗτος γὰρ ὁ Νισιβινὸς
566 32 ὡς κακότροπος deest C.
567 9 κατὰ φρατρίας
568 10 Θωμᾶ τοῦ Ἀποστόλου C.
— 25 pro Σιμβελίχου, Σινθελίχου C.
— 27 Ἀσπαρος C.
570 44 pro ἐξέπιμψαν, ἀπέστειλαν.
572 9 Ἀναστάσιος ὁ σιλεντιάριος
— 18 pro ζήλῳ, ζηλωτείας
— 24 Ἀναστάσιος ἅπαντας C. τῆς πόλεως τῆς βασιλίδος
574 4 ὑπὸ τοῦ ἀρχιδιακόνου
— 16 φήσου συνοδικὰ
575 1 pro Ῥωμανὸν, Ῥωμαῖον C.
576 3 pro ἐπελάσεις ἐπιλύσεις C.
— 14 μόνος ἔγραψε βασιλεῖ, mox lin. 15. σύνοδον κρατύνων.
577 24 pro βασιλείου, παλατίου C.
578 24 τοῦ Στουδίου C.
579 1 pro ἐπίσκοπον, ἡγούμενον
— 21 ἀφὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων
580 8 pro ἔκλαβε, ἔσαλε C.
581 7 ἐς ἐγνώσθη
— 12 τὸν εὐσεβέστερον
582 4 τὸ μύρον

INDEX

INDEX RERUM MEMORABILIUM
IN HISTORIA THEODORITI, EVAGRII, PHILOSTORGII AC THEODORI.

A.

ABARI Scytharum gens, à Turcis graviter attriti, relictis ſedibus ſuis, ad Boſporum veniunt, pag. 418 tandem ad ripas Danubii conſederunt, *ibidem.* uſque ad longum murum excurrunt & multas urbes capiunt. p. 460

Abaſgorum gens Chriſtianam fidem amplectitur ſub Juſtiniano. 402

Abda Perſidis Epiſcopus, vir egregius, p. 239. Pyreum, id eſt, ignis templum deſtruit, *ibid.* cum Rex Perſidis juſſiſſet ut templum quod deſtruxerat inſtauraret, id facere renuit, *ib.* ob id factum laudatur a Theodorito, ſed ob deſtructionem templi reprehenditur. *ibid.*

Abraames, Avitus & Marcianus, monachi in Chalcide 186

Acacius poſt Gennadium Conſtantinopolis Epiſcopus ordinatur ex Orphanotrophii Præpoſito, 304. 566. Patriarcha & Archiepiſc. dicitur in Conſtitutione Imp. Baſiliſci, 341. item in libello pœnitentiæ Epiſcoporum Aſiæ, 342. geſta in ejus condemnatione ac depoſitione. 352

Acacius Epiſc. Cæſareæ Palæſtinæ, ſignifer Arianorum, 78 damnatur in Synodo Serdicenſi, 79. in Synodo Seleucienſi primas partes egit. 506

Acacius Melitinæ Epiſcopus, in Epheſina Synodo blaſphemiam Neſtorii exponit. 254

Acacius Epiſcopus Ariarathiæ. 312

Acacius Beroœenſis Epiſc, 186. ordinatus ab Euſebio Samoſatenſi, 197. Conſtantinopolitano Concilio interfuit, 202 Romam miſſus pro reconciliatione Flaviani, 226. prudentia & ſanctitate illuſtris. 230

Acacius pulſo Silvano, Epiſcopus Tarſi ordinatur ab Acacio Cæſarienſi. 508

Acepſemas monachus incluſus in cella per 60. annos. 186

Achillas Alexandrinus Epiſcopus, ſucceſſor Petri. 7

Achillas ſocius Arii hæretici, 9, 16. excommunicatur ab Alexandro, 20, 21. erat ex ordine Diaconorum. 21

Adaarmanes Dux Perſarum a Choſdroe cum exercitu mittitur, 435 Antiochiam obſidet, 436. Heracleam & Apamiam incendit, *ibid.* victus a Mauricio Duce Rom. 447

Adaulfus uxoris Alarici frater, poſt Alaricum Rex Gothorum efficitur, 545. Placidiam Honorii ſororem matrimonii jure ſibi ſociavit. *ibid.*

Addæus & Æ herius Senatores extremo ſupplicio afficiuntur. 419

Adelphius, e Secta Meſſalianorum, a Flaviano convictus, 162

Æditui gentilium, cibos illuſtrali aqua aſpergebant, 133. eos qui in templa ingrediebantur, ſimiliter perfundebant. 136

Ædeſius. vid Frumentius.

Aetius Epiſcopus Lyddæ, hæreticus, 22, 52, 200. ad Catholicorum & Athanaſii partes tranſit. 495

Aetius magiſter Eunomii, Arii blaſphemiam novis commentis amplificavit, 106. Diaconus a Leontio ordinatur, 106, 111 adjutor & conſiliarius Georgii Alexandrini Epiſcopi 111. ejuſdem patria & inſtitutio, 496. Aetius hæreticus magiſter Eunomii, Synodali judicio deponitur, 507. Mopſueſtiam relegatur, 508. ab exilio revocatur, 512. Epiſc. ordinatur, 515. moritur Conſtantinopoli ſub Valente. 528

Aetius gulæ ac ventri deditus, 111. ab Imperatore in Phrygiam relegatur. *ibid.*

Aetius Archidiaconus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, 321, 327. primicerius Notariorum. 315

Aetius unus ex Ducibus Joannis tyranni, 551. Comitis dignitate ornatur a Valentiniano Placido. *ibid.*

Ælia ab Imp. Hadriano vocata eſt urbs Hieroſolyma, & quam ob cauſam, 517. (prius Jebus dicta. 519

Æmilianus martyr ſub Juliano. 128

Afraates monachus pro fide Catholica decertat. 184

Agapetus, Symeones, & Paulus monachi in Apamenſium regione. 186

Agapetus Epiſc. Apameæ. 229

Agapetus Epiſc Synnadorum. 481

Agathiæ Rhetoris Hiſtoria. 403

Agbarus Edeſſæ Regulus 405. Chriſti ad eum epiſtola. *ibid.*

Aithalas Diaconus Alexandriæ, damnatur ab Alexandro Epiſcopo. 21

Alamundarus Saracenorum Regulus, 395. Romanis, licet fœderatis, ſuppetias ferre recuſat, 447. a Mauricio in inſulam Siciliam relegatur. 454

Alamundarus Saracenorum Regulus Chriſtianam fidem amplectitur ſub Anaſtaſio, 579. Severum & Eutychianos qua ratione convicerit. *ibid.*

Alaricus Gothus a Stilicone evocatus, Italiam invadit, 543 occupato Portu urbem Romam obſidet, 544. iterum Romam obſidet & capit, 545. in Campania moritur. *ibid.*

Alexander Conſtant. Epiſcop. 9, 43. ejus mors. 48

Alexander Alexandrinus Epiſcopus, ſucceſſor Achillæ, Evangelicæ fidei propugnator acerrimus, 7. ejus epiſtola de Arii damnatione ad Alexandrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, 9. ejuſdem profeſſio fidei, 18. Epiſcopos qui Ario favebant anathemate perculit. 21

Alexander ex monacho Epiſcopus Antiochiæ ordinatur, 235. ſucceſſor Porphyrii, *ibid.* ejus elogium, *ibid.* Euſtathianos reliquo totius Eccleſiæ corpori adjunxit, *ibid.* Primus omnium nomen Joannis Chryſoſtomi ſacris diptychis inſeruit. *ibid.*

Alexander Presbyter Alexandrinæ Eccleſiæ, cognomento Baucalis. 477

Alexandria Metropolis Ægypti & Thebaidis ac Libyæ. 7

Alexandrinorum ingenium ſeditioſum & præceps. 297

Ambroſius Mediolanenſis Epiſc. eligitur, 153. uno eodemque tempore baptizatur & ordinatur, *ibid.* Theodoſium Imp. poſt cædem Theſſalonicenſem ab Eccleſiæ aditu arcet. 215

Amida urbs Meſopotamiæ à Perſis capitur. 370

Ammonius Arii amicus. 22

Amphilochius Epiſc. Iconii quæ Metropolis eſt Lycaoniæ, Meſſalianos ex Provincia ſua abegit, 161. pro fide Catholica decertat ſub Valente, 188. Concilio Conſtantinopolitano interfuit, 202. ejus factum memorabile. 214

Amphilochius Epiſc. Sidæ, Chalcedonenſem Synodum reprobat. 302

Amphion pulſo Euſebio, Nicomedienſis Epiſc. factus eſt. 51

Anaſtaſius poſt Siricium Romanæ urbis Epiſcopus. 225

Anaſtaſius Presbyter, comes & contubernalis Neſtorii. 251

Anaſtaſius Hieroſolymorum Epiſc. poſt Juvenalem, encyclicis Baſiliſci literis ſubſcribit. 338

Anaſtaſius ex Silentiario Imper. eligitur, 359. in Eccleſiæ ſtatu nihil innovari voluit, præter inolitam locorum conſuetudinem, 360. Euphemium & Macedonium Conſtantinopolis Epiſcopos ejicit, 361. nomen ejus poſt mortem è ſacris diptychis eraſum 369. Hieroſolymis vivus anathematizatur, *ibid.* hymno triſagio addi jubet hæc verba: *Qui crucifixus es pro nobis,* 380. ejus conſtitutiones. 582

Anaſtaſius poſt Domninum Antiochiæ Epiſc. ordinatur, 422 ejus auctoritas inter Epiſcopos maxima, 422. ejus reſponſio ad Juſtinianum Imperatorem, 423. item epiſtola ad monachos utriuſque Syriæ de fide, *ibid.* ejuſdem oratio ad Antiochenos qua eis valedicit, *ibid.* ex ſede ſua ejicitur, 431 reſtituitur. 472

Anatolius magiſter militum per Orientem, porticum Anatolii adificavit Antiochiæ. 273

Anatolius Senator vir ſceleratus, dæmonibus ſacrificaſſe convincitur, 444. Conſtantinopoli vivus in amphitheatro comburitur. 445

Anazarbus metropolis ſecundæ Ciliciæ, terræ motu ſubverſa, 391. à Juſtino ſeniore inſtaurata, Juſtinopolis nominatur. *ib.*

Annianus Antiochiæ Epiſc. ordinatur. 506

Anthemius à Leone Auguſto Romanorum Imperator efficitur. 308

Anthimus Conſtantinopolitanus Epiſc. Eutychiani erroris ſectator, 392. Severi perſuaſu, Conſtantinopolit. ſedem reliquit, 393. ejus epiſtolæ ad Theodoſium, *ibid.* à Juſtiniano ſede expellitur.

Anthimus & Timocles Tropariorum poetæ, Presbyteri Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ. 567

Anthropomorphitæ Audiani. 160

Antiochia Theopolis dicta, 253. 388. Coloniæ a Græcis in eam deductæ, 275. ingenti terræ motu concuſſa ſub Leone Auguſto, 304, Tetrapylum Antiochiæ, 305. Palatium item ac Nympheum. *ibid.*

Antiochenæ urbis Palatium deſcribitur. 184

Antiochenſis ſeditio ſub Theodoſio ſeniore. 219

Antiochus Samoſatenſis Eccleſiæ Presbyter in Armeniam relegatur, 166. poſt mortem Euſebii patrui ſui, Samoſatenſis Epiſc. ordinatur. 166
Antonius monaſticæ vitæ auctor & exercitator egregius, 173. relicta ſolitudine Alexandriam venit. 186
Antonius Epiſc. Tarſi, diſcipulus Luciani martyris. 484, 497
Aphthonius Manichæorum doctor Alexandriæ, 498. ab Aetio vincitur. *ibid.*
Apianus rerum Romanarum ſcriptor. 450
Apio Diaconus Alexandrinæ Eccleſiæ. 21
Apollinaris Laodicenus Antiochenam Eccleſiam perturbat, 194 ejus hæreſis, *ibid.* Eutychianæ & aliarum hæreſeon quæ poſtea exortæ ſunt, auctor fuit, 195. quando primum hæreſim ſuam prædicaverit, 197. damnatus in Synodo Conſtantinopolit. 207. & in Synodo Romana, *ibid.* & 208. ejus elogium, 525. ſcripſit contra Eunomium, *ibid.* & contra Porphyrium, *ibid.* Epiſcopus fuit. *ibid.*
Apollinaris Alexandriæ Epiſc. ordinatur poſt Zoïlum, 417 quintæ Synodo Conſtantinopolit. interfuit. *ibid.*
Apollinis Daphnæi ſimulachrum, 131. cœleſti igne conſumptum. *ibid.*
Apoſtolicus Canon ſeu regula Apoſtolica, eum qui ab uno Epiſcopo excommunicatus ſit, ab altero in communionem recipi non patitur. 11
Aquæ benedictæ vis atque efficacia ad fugandos dæmones. 223
Arabia, cur felix cognominata ſit. 494
Ararat mons Armeniæ, ex quo oritur Euphrates, 490. in eo monte ſervantur adhuc reliquiæ arcæ Noe. *ibid*
Arbogaſtes magiſter militum Valentiniani junioris contra Maximum tyrannum pugnat, 535. Valentinianum juniorem interficit. & Eugenio Imperium tradit, 538. victo Eugenio mortem ſibi conſcivit. 538
Arcadius Auguſtus a patre Theodoſio renuntiatur. 214
Ardaburius magiſter militum Orientis. 267
Ardaburius magiſter militum Theodoſii junioris, una cum Aſpare filio contra Joannem tyrannum mittitur. 550
Arintheus & Victor magiſtri militum ſub Valente. 189
Arius Presbyter Alexandriæ, cui & concionandi in Eccleſia munus commiſſum erat, 7. vide Socratem, 298. novam hæreſim inſtituit, 7, 11, 149. excommunicatur ab Alexandro, 10, 20. ejus epiſtola ad Euſebium Nicomedienſem, 22. ejuſdem fœda mors. 42
Arius, Diaconus Alexandriæ, unus ex Arii Presbyteri ſectatoribus. 21
Armatus cognatus Verinæ Auguſt. a Zenone Aug. interficitur, 358. ejus filius Baſiliſcus ex Cæſare Presbyter fieri compellitur a Zenone. *ibid.*
Arſacius pulſo Chryſoſtomo Conſtantinopolis Epiſcopus ordinatur, 234. Occidentales Communionem ejus reſpuunt. *ibid.*
Arſenius Melitianæ partis Epiſc. 62. vivebat adhuc tempore Serdicenſis Concilii. 77
Arſenius Auguſtalis & Dux Ægypti à Zenone promovetur. 356
Artemius ex Duce Ægypti martyrio coronatur. 137
Aſclepas Epiſc. Gazæ judicatus in Synodo Tyri, 62. iterum in Serdicenſi Concilio cauſa ejus examinata. 73, 78
Aſiaticus Dux Phœnices Libanenſis. 368
Aſinius Quadratus rerum Romanarum ſcriptor. 450
Aſpar una cum filiis à Leone Auguſt. perimitur. 308
Aſterius Arabiæ Epiſcopus Catholicus 79
Aſterius Comes Orientis, inimicitias cum Gregorio Antiochiæ Epiſcopo exercet, 457. terræ motu quo Antiochia everſa eſt, obruitur. 460
Aſterius Cappadox Luciani Martyris diſcipulus, 484. in perſecutione Idolis ſacrificaverat. *ibid.*
Athalaricus filius Theodorici Rex Gothorum. 400
Athanaſii Alexandrini Epiſcopi locus ex Epiſt. ad Afros, 28, 104. item ex epiſt. ad Apionem, 42. accuſatur ab Arianis, 59. relegatur Trevirim, 64. revocatur ab exilio, 68. iterum mittitur in exilium à Conſtantio, 71. Athanaſii locus ex Apologia de fuga ſua. 72, 84
Athanaſius Epiſcopus Alexandriæ a Conſtantio reſtituitur in ſedem ſuam, 86. tertio in exilium mittitur, 87. ejus epiſt. conſolatoria ad Virgines, 88. in Synodo Tyri damnatus eſt abſens, 92. redire juſſus a Juliano, 125. quartum ejus exilium, 130. ab exilio revocatur ſub Joviano, 148. ejuſdem epiſt. ad Jovianum Imp. 149. moritur. 172
Athanaſius mortuo Petro Mongo Epiſcopus Alexandriæ ordinatur. 357
Athanaſius Anazarbi Epiſcopus, fautor Arii, 200. Luciani martyris diſcipulus. 497
Athanaſius pulſo Baſilio Epiſcopus Ancyræ ordinatur ab Acacio. 508
Athenodorus Princeps Iſaurorum. 572
Attalus Imp. efficitur ex Præfecto urbis Romæ, 544. ab Honorio duobus digitis mutilatus in Inſulam relegatur. 547
Atticus poſt Arſacium Epiſc. Conſtantinopolis ordinatur, 234 nomen Joannis Chryſoſtomi in ſacras tabulas refert, atque hoc facto communionem Occidentalium promeretur. 235
Atticus Nicopolis Epiſcopus. 322
Attila Hunnorum rex. 272
Audæus hæreticus, Auctor ſectæ Audianorum, 169. eorum impia dogmata. *ibid.*
Avitus menſes octo imperavit. 296
Auxentius Mediolanenſis Epiſc. Arianus, 95, 98. damnatus in Synodo Epiſcoporum Galliæ atque Italiæ. 102, 152
Auxentius Mopſueſtiæ Epiſcopus, Aetium benigne excepit. 508. 556
Auxumitæ Æthiopes, ad littus rubri maris incolunt, 488. eorum metropolis Auxumis vel Axumis. 489
Auxonius Præfectus Prætorio Orientis, Eunomium in exilium mittit. 529

B.

Babylas Epiſcopus Antiochiæ ſub Numeriano Imp. martyrium paſſus eſt una cum tribus adoleſcentibus. 516
Babylæ martyris reliquiæ ex Daphnenſi ſuburbano Antiochiam tranſlatæ, 130. Baſilica in honorem martyris conſtructa. 271
Bacchus Gunis in urbe Emeſa. 128
Baliſtis & machinis bellicis nomina Apoſtolorum indita. 238
Baradatus Monachus inſignis. 302
Barnabæ Apoſtoli reliquiæ in Cypro inſula repertæ. 571
Barſanuphius Monachus recluſus. 413
Barſes Epiſc. Edeſſæ a Valente relegatur, 167. ejus miracula. *ibid.*
Barſumas Monachus ſeditionis & turbarum Auctor in Syria. 325
Baſileus Amaſiæ Epiſc. Nicenæ Synodo interfuit. 478
Baſiliſcus martyr, 234. ejus ſepulchrum Comanis. *ibid.*
Baſiliſcus frater Verinæ conjugis Leonis Auguſti, Magiſter militum contra Vandalos mittitur, 568. Imperium arripit, & Marcum filium ſuum Cæſarem facit 334, 569. ejus epiſt. Encyclica contra Synodum Chalcedonenſem, 335, 570. ejuſdem Antencyclica. 341, 570
Baſilius Epiſc. Ancyræ damnatur in Synodo Serdicenſi, 79. poſt mortem Marcelli Epiſcopus Ancyræ denuo eligitur, 108, 110. deponitur & in Illyricum relegatur. 507
Baſilius Magnus, Cæſareæ Cappadocum Epiſc. 170. Valenti reſtitit. *ibid. & ſeq.*
Baſilius Epiſcopus Seleuciæ Iſauriæ, interfuit ſecundæ Synodo Epheſinæ. 288, 312
Baſſianus & Stephanus Epheſiorum Epiſcopi deponuntur, & alter in eorum locum eligitur. 329
Beliſarius Magiſter militum per Orientem, Perſas ſuperat, 395, Carthaginem capit, 398. Romam capit, 400. triumphat ex Africa, 399. Romam iterum capit. 401
Benjamin Diaconus in Perſide, ob fidem Chriſti in vincula conjicitur, 241. martyrio coronatur. 241
Berytus, Biblus, ac Tripolis in Phœnice maritima terræ motu ſubverſæ. 415
Boanenſis Lacus juxta Nicomediam. 307
Bonifatius Romanæ urbis Epiſc. poſt Innocentium. 238
Bonoſus, Romanæ urbis Epiſcopus. 443
Bryſia loca juxta Antiochiam. 459

C.

Cabao Maurorum juxta Tripolim Regulus, 396. qua ratione Vandalos in Africa ſuperaverit. 396
Cæleſtinus Romanæ urbis Epiſc. poſt Zoſimum, 238. ejus epiſt. ad Neſtorium. 252
Cæſarea Cappadociæ, prius Mazaca dicta. 530
Cæſarius Pater Eudoxii Antiochenſis Epiſc. martyrio coronatus. 504
Cæſarius Magiſter officiorum Antiochiam mittitur ad puniendos ſeditionis auctores, 220. poſt Rufinum Præfectus Prætorio creatur ab Arcadio. 540
Caius Epiſcopus Arianus. 98
Calendio Antiochenorum Epiſcopus ordinatur, 343. litteras ſcribit ad Zenonem & ad Acacium contra Petrum Mongum, 348. Oaſim relegatur, *ibid.* reliquias B. Euſtathii transfert Antiochiam. 571
Callinicus confeſſor Epiſc. Peluſii, 483. ab Athanaſio miſſus in cuſtodiam & compedibus vinctus. *ibid.*
Calliſtus Rector urbis Antiochiæ ſub juniore Theodoſio, porticum Calliſti ædificavit. 273
Camelopardalis deſcriptio. 493
Carterius Epiſcopus Antaradi, pulſus ab Arianis. 91
Caryophyllum fructus, ſeu flos arboris cujuſd. 492. ubi naſcatur. *ibid.*
Cavades Perſarum Rex, fœdus quod Perſæ regnante Theodoſio juniore cum Romanis pepigerant rumpit, 370, 582. Choſroi filiorum natu minimo regnum tradere cupit. 394
Cecropius Epiſcopus Sebaſtopoleos. 316
Charax Græcanicæ Hiſtoriæ ſcriptor. 450
Chalcedonenſium urbi tribuuntur jura metropolitica. 327
Chalcidenſium ſolitudo. 186
Chreſtus in locum Theognii Epiſcopus Nicææ conſtituitur. 51
Chriſtus criſpo & raro capillitio depingendus eſt. 566

Chosdroes Persarum Rex, Antiochiam & alias urbes Syriæ expugnat, 403. sub exitum vitæ baptizatur, 408. Melitinam incendit. 442.
Chosdroes Hormisdæ filius Rex Persarum eligitur, 466. ad Romanos confugit, & a Mauricio Imp. adoptatur, *ibid.* in regnum reducitur a Romanis. 467. Crucem auream donavit Ecclesiæ S. Sergii martyris, 468. Siram Christianam, contra legem Persarum uxorem duxit. 469
Chrysaphius protector Theodosii, inimicus Flaviani Episcopi Constantinopolitani, 262, 283. quam ob causam infensus fuerit Flaviano, 283. jussu Pulcheriæ occiditur. 563
Chrysargyrum vectigal ab Anastasio Principe aboletur, 371, 582. a meretricibus pendebatur quarto quoque anno, *ibid.* a Constantino Magno id institutum fuisse Zosimus scribit, 373. negat Evagrius. 374
Chrysotelia, id est auri collatio, ab Anastasio instituta. 377
Circesium castrum quod Euphrates & Abora fluvii cingunt. 435
Claudianus Poeta nobilis. 274
Clericis præmia ac privilegia tributa a Constantino. 128
Cœle-Syria, postea secunda Syria dicta est. 365
Colluthus ambitione ductus schisma fecit Alexandriæ. 9
Comentiolus Magister militum a Mauricio Imp. mittitur in Orientem. 465.
Concilium Nicænum in Palatio collectum, 26. fidei formulam conscripsit, 27, 38, 151. ducenti circiter ac 70. Episc. ei interfuerunt, 27. viginti Canones scripsit, & de Ecclesiæ disciplina, 31. Pascha uno eodemque die ab omnibus celebrandum decrevit. 33, 34
Concilium Tyri, & res in eo gestæ. 62
Concilium Hierosolymitanum ad dedicationem Basilicæ Constantinianæ. 64
Concilium Serdicense, 71. res in eo gestæ. 73. epistola Synodica ejusdem Concilii, 73. expositio fidei in eo Concilio edita. 80
Concilium Mediolanense jussu Constantii congregatum. 90
Concilium Mediolanense primum, cui Legati Romanæ Ecclesiæ interfuerunt, 98 in eo Ursacius & Valens veniam petierunt & impetrarunt. *ibid.*
Concilium Ariminense, & res in eo gestæ, 97, 506. epist. Synodica ad Imp. Constantium scripta, 97. altera ad eumd. Imperat. scripta, 100. ejus statutis non consensit Episcopus Romanus. *ibid.*
Concilium Arianorum Episcoporum apud Nicem Thraciæ, 106. formula fidei illic edita. *ibid.*
Concilium Constantinopolitanum sub Constantio, 110. res in eo gestæ, 112, epistola Synodica ejusd. Concilii contra Aetium. 113
Concilium Antiochiæ. 118
Concilium Constantinopolitanum jussu Imperat. Theodosii congregatum, 201. res in eo gestæ, *ibid.* Canones in eo conditi, 202. epistola Synododica ejusdem Concilii, 202. libellus fidei ab eo editus. 206
Concilium quintum generale Constantinopoli à Justiniano Imperat. convocatum quam ob causam, 417. res in eo gestæ. 418, &c.
Concilium Antiochenum sub Constantio, 118. res in eo gestæ. 119
Concilium Episcoporum in Illyrico jussu Valentiniani congregatum, 154. epistola Synodica ejusdem Concilii, ad Episcopos Asiæ, 157. epist. Imperat. Valentiniani ad eosdem Episcopos Asiæ, decreta Illyricianæ Synodi confirmans, 154. formula fidei ejusdem Concilii. 156
Concilium Romanum quo evocati sunt Orientales Episc. 204
Concilium Aquileiense. 204
